


6
34 NN
3

R. P.

ANDREÆ

PINTO RAMIREZ

VLYSIPONENSIS,

SOCIETATIS IESV,

Spicilegium Sacrum.





R. P. ANDREÆ PINTO RAMIREZ VLYSIPONENSIS, SOCIETATIS IESV,

SACRÆ SCRIPTVRÆ SELECTA SIVE SPICILEGIVM SACRVM,

EXPLANANDÆ LITTERÆ, MORIBVS ILLVSTRANDIS:


CVIVS PRIMA PARS DIVINI VERBI INTERPRETIBVS:
Secunda eiusdem Concionatoribus administrat.

Cum duplici Indice vtriusque Tractatus, tum Capitum, tum Rerum & Verborum, necnon & Indice sacræ Scripturæ.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.



LVGDVNI,
Sumpt. Hær. PETRI PROST, PHILIPPI BORDE & LAVRENTII ARNAVD.
M. DC. XLVIII.
CVM PERMISSV SVPERIORVM.



PATRIBVS FRATRIBVSQVE
SOCIETATIS IESV: IN VNIVERSO ORBE,
Diuinæ gloriæ, & proximorum ſaluti ſtudentibus; ANDREAS PINTO eiuſdem Societatis minimus.

S. P. M. &c.



AX CHRISTI. Hoc anno, Reuerendi admodùm Patres, Fratreſque chariſſimi, quo diuinâ gratiâ, mutuis congratulationibus exultamus: & diſſiti quantumuis corpore, ſpiritu tamen in IESV noſtro coniunctiſſimi, primæ Societatis noſtræ Centuriæ, impendimur celebrandæ: libuit vos, hoc quali quali munuſculo, excipere. Saluete igitur Ignatij generoſa ſoboles, electa multitudo, frequentia pretioſa: dumque inter Idololatras, ac Hæreticos, alij laureas veſtras purpuratis: alij, ſub mitiore cælo, vitia extirpantes, inſeritis virtutes: deſidi otio torpentem cōmilitonem, ne deſpicite: piè inuidus tantæ gloriæ vobis adhæreo, quos orbis, plaudente Eccleſiâ, ad-

mirabundus circunſtat ſpectator. Dum igitur ſanguinem inde funditis, hinc ſudores; ego quidem inter Cygnos, Coruus, ſaltem atramentum profuderim ſcriptorium. Debuerim tamen humili pennæ meæ, ſi ad vos vſque, quorum ſublimioribus pennis, ipſa cæli penetrantur palatia, ſcribens conuolauero. Collegi ſpicator repens, nonnullas Societatis noſtræ, Diuorumque domeſticorum laudes vobis dicandas: capite, quarum pars eſtis non exigua, in ſingulis voſmetipſos paginis lecturi: acuent, ſpero, ſcripta, vt ſcribendis pluribus anheletis; dabitis fœlicioris Genij ſcriptori, vberius argumentum. Me interim veſtris precibus, ſuauiſſimo Numini inſinuate, quos omnes, & ſingulos, ſi ignauus æmulor, diligo ardentiſſimus. Valete. Compoſtellæ 9. Aug. 1640.

Humilis in Christo ſeruus,
ANDREAS PINTO.

LECTORI.



LECTORI.



ON pauca è sacris oraculis, quibus inter euoluendos Interpretes diu hæseram, vel quod omnino ab illis prætermissa, vel quod minus ad gustum explicata: explananda per otium, aggressus sum. Forte non multum lucis, illis attuli: impendi certè non parum sollicitudinis, & laboris: Inde, ni fallit cæcutiens nostrorum amor, beniuolo lectori non omnino displiciturus, quòd ab aliis fœlicius edita, non recudo: sed quamuis minus sapida, intacta tamen, fastidioso, scripturientis æui, palato, appono fercula. Spicilegium itaque paro, vbi licet profana multa concinnentur, quia tamen solummodo administratura sacris admittuntur, illud Spicilegium sacrum *appellaui. Porrò in spicilegio, ordinem perpetuum si requiras, spicilegij gratiam euertis: methodus est, spretas ab aliis spicas, vbiuis appareant, in manipulum quandoque colligare: quandoque verò, sparsa grana, nullo connexa vinculo, non spernere: vtrobique fortè varietas, voluptatis aucupium ministrabit.*

Opus totum in duplicem subdiuido Tractatum Primus diuini verbi Interpretibus, nudam litteram: Secundus, comptam Tropologiam, eiusdem Concionatoribus consecrabit. Quia verò hoc anno 1640. *quo hæc scribo, Societas nostra,* IESV *auspice, primam Fundationis suæ Centuriam absoluit: dum alij eiusdem Alumni, debitis tanti splendoris laudibus, maiora meditantur, imò iam edunt: ego imparibus licet viribus, affectu pari, Tropologica nostra sic disposui, vt Matri optimæ pius adblandirer. Ita tamen vel Societatis, vel Diuorum nostrorum res illustro, ita argumenta vario, vt vbertim, virtutum omnium studiosis, materiam accommodem: & Diuorum aliorum encomiis, depromam apparatum: vt & priuato affectui, & publico negotio videar laborasse. Hæc ad te habui: nil de operis præstantiâ pollicitus, nil præcauens de vtilitate: cum non meo, sed lectoris iudicio libranti, sit standum.*

APPRO

Approbationes Doctorum.

NOs infra scripti Doctores facultatis Parisiensis fidem facimus vidisse & perlegisse librum cui inscriptio *R. P. Andreæ Pinto Societatis* IESV, *Spicilegium Sacrum*, omniáque in illo iuxta orthodoxam Catholicæ, Apostolicæ ac Romanæ Ecclesiæ sanam doctrinam multa cum conditione exponi. Lugduni die 19. Maij 1648.

FRANCISCVS LORNET Prior Præd. Lugd.

BENEDICTVS FARCONET Conuentus Gratianopolitani Ordinis Fr. Prædicatorum Humilis Prior.

Licentia.

VIsa per nos RR. Patrum in facultate Parisiensi S. Theologiæ Doctorum authentica Approbatione & Attestatione *Spicilegium Sacrum R. P. Andreæ Pinto Societatis* IESV, esse orthodoxæ fidei & bonis moribus ex toto conforme, prælo demandandum quoque meritò censemus. Lugduni die 19. Maij 1648.

DE VILLE Prouic. Gen.

Consensus.

EGo Procurator Regius in Præfectura Lugdunensi consentio, vt liber inscriptus in Approbatione præmissa, ab HÆR. PETRI PROST, PHILIPPO BORDE, & LAVRENTIO ARNAVD, Bibliopolis Lugdunensibus excudatur, peculiari licentia ad id ipsis concessa. Datum Lugduni die 19. Maij 1648.

LORIN.

Permissio.

VIso Procuratoris Regij consensu, fiat vt petitur, & ne quis vltra concessam facultatem denuò excudat hunc librum prohibemus. Datum Lugduni die 19. Maij 1648.

SEVE.



SYLLABVS AVCTORVM.



INNVMERA, multorum, ex vtraque Paginâ, Auctorum, adduxi in toto opere testimonia: sed illa tantummodo, & illorum, huc vocabo, quibus noua, aut maior lux allata. Cætera aliorum huc adducere, an præterquam opplendis Paginis, & traducendæ iactantiæ, fuerit necessarium, Docti iudicauerint: aliorum palato nollem adblandiri.

Syllabus Auctorum.

Cætera horum, aut aliorum Auctorum testimonia, licet non omnino protrita, huc conuehantur: satis ex suis ipsorum verbis, etiam mediocriter Doctis allucere credidi.



SYLLABVS



SYLLABVS CAPITVM

TRACTATVS PRIMI.



CAPVT X.

Puerorum balbuties, & terriculamenta. p.24

PERIOCHA.

CAPVT XI.

Miscellaneorum instar plura coaceruo. p.26

PERIOCHA.

CAPVT XII.

PERIOCHA.

CAPVT XIII.

PERIOCHA.

2. Noua

CAPVT XXIII.

Mortales ad immortales nuptias dotati. p. 91

PERIOCHA.

CAPVT XXIV.

De Coronis nonnulla. p. 92

PERIOCHA.

8. Caput

CAPVT XXV.

PERIOCHA.

CAPVT XXVI.

PERIOCHA.

CAPVT XXVII.

PERIOCHA.

CAPVT XXVIII.

PERIOCHA.

eur medius, siue infamis digitus eligeretur. p.113

4. Diuersæ, corporis humani, partes, diuersis Diis sacratæ. Spes, Dea: cui & sacratus sinus coniectatur. p.114

5. Locus Iob 19.v.27. obiter explicatur. ibid.

CAPVT XXIX.

Diuinationis, & veneficij genera nonnulla. p.114

PERIOCHA.

1. SCyphus ad augurium. Gen.44.v.5. ibid.
2. An à poculorum tinnitu, captata omina. p.115
3. κοτταβίζειν. Cottabus: varius, huius diuinatorij ludi, vsus. ibid.
4. Augures apud Isai.47.v.13. an pariter Astrologi. quid auguribus commune, cum cœli, siderúmque contemplatione. p.116
5. Augures, in edito auguria aucupantes, carniuoras aues, putabant fœliliores. Balaam ferè augur. Ex libro Numer. explicata nonnulla. p.117
6. Indidem statio regis Balac, auguriis computatur. Sedentes aut immobiliter stantes, auguria captabant veteres. ibid.
7. Auguria, à quadrupedibus. 1.Reg.6. v.7. Cur huic rei aptiores crederentur quadrupedes non steriles, & quæ nondum iugum passæ forent. p.118
8. Conquisitor sæculi apud D. Paulum 1.Cor.1. v.20. an de inani Astrologo valeat explicari. p.119
9. Fœminæ curiosæ 1. Timoth. 5. v.13. an de magiæ studio possint denotari. Fœminarum indoles, incantationibus dedita. Fœminæ loquacissimæ: omnisciæ videri cupiunt. ibid.
10. Digitos pectinatim ponere: & poplites genibus imponere: quid sit. coniectatur de loco Iudic.15.v.8. p.120
11. Hordea chartis inspersa, quas alphabeticæ notæ insigniuerant: hísque immissæ domesticæ aues esurientes: qualéque inde augurium caperetur. ibid.
12. Acus idololatrice culta à Nerone. ibid.
13. Alexandri Magni imago gestata, rebus fœliciter agendis, vtilis credebatur. ibid.
14. Vates olim fatidici, cur eructantes, & anhelantes, oracula effunderent. quid sibi velit Dauid, Psalm. 44. v.2. & Matthæus 13. v 35. qui eructandi verbum, transferunt ad diuina. p.121
15. Dij, siue genij, sortiebantur vrbes, quibus præsiderent. Sortiri animam, quid apud Gentiles: quid apud Salomonem, Sap.8.v.9. ibid.

CAPVT XXX.

Insula Tyrus naui componitur, & meretrici. p.122

PERIOCHA.

1. MOllis musica, & lasciua carmina, Veneris instrumenta. Tyrus, scortum Isai.23.v.15. ibid.
2. Opinio Sanchez, de Tyro venditrice, examinata, nec admissa. p.123
3. Meritrices musicæ, & tibicinæ, Regibus olim cultæ: & donis, è templo etiam raptis, ditatæ. ibid.
4. Musicæ instrumentum, lasciuiæ symbolum. Lasciuè canentibus, etiam post mortem Venus adhærens credebatur. ibid.
5. Tyrus, naui comparata, apud Ezech. 27.v.4. sic passim apud vtriusque scholæ Auctores, omnis politia naui confertur. p.124
6. Sub figura deliciosæ nauis, ad voluptates: bellicæ, ad pugnas: ad merces onerariæ: Tyrus exponitur. ibid.
7. Apud Priscos, triplici huic ministerio, sufficiebat vna, eadémque nauis. huius rei exempla varia, ex Auctoribus adducta. ibid.
8. Quod Propheticæ naui, quatenus bellicæ, Muri & turres tribuantur: nil derogat, vt adhuc allegoria puta intelligatur: nauibus enim, muros, & turres, prisci addiderunt. ibid.
9. Παρέργον, imò corollarium de meretricis, & nauis analogia obiter ἐρέσσειν, seu remigare, obscœnè dictum notatur. p.125
10. Res venereæ, & amatoriæ, sub nauigationis metaphora, dissimulatæ. Vtriusque exempla, è probatis Auctoribus. Vxor, etiam apud aliquos nauis dicitur. ibid.

CAPVT XXXI.

Ad historiam Iacob, nonnulla. p.126

PERIOCHA.

1. IAcob lucta, Gen.32.v.24. asseritur versio vulgata. ibid.
2. Luctatores iam congressuri, imò & congressi, cur se inuicem puluere spargerent. ibid.

3. Explica

CAPVT XXXIV.

PERIOCHA.

CAPVT XXXV.

PERIOCHA.

CAPVT XXXVI.

PERIOCHA.

13. Regina

CAPVT XXXVII.

PERIOCHA.

CAPVT XXXVIII.

PERIOCHA.

CAPVT XXXIX.

PERIOCHA.

CAPVT XL.

PERIOCHA.

CAPVT XLI.

PERIOCHA.

CAPVT. XLV.

De Christo Domino pluscula. p.208

PERIOCHA.

CAPVT XLVI.

Adhuc alia de Christo Domino. p.215

PERIOCHA.

CAPVT XLVII.

PERIOCHA.

CAPVT XLVIII.

PERIOCHA.

CAPVT XLIX.

PERIOCHA.

CAPVT L.

PERIOCHA.

CAPVT LI.

PERIOCHA.



SYLLABVS CAPITVM
TRACTATVS SECVNDI.

R. P.



R. P. ANDREÆ PINTO RAMIREZ VLYSIPONENSIS, SOCIETATIS IESV,

Spicilegium Sacrum.

TRACTATVS PRIMVS.



CAPVT I.

Homines, Deorum habitu induti.

PERIOCHA.

1. *Christus Dominus habitu inuentus vt homo. Paulus Philip. 2. vers. 7. explicatus.*
2. *Puellæ, Idolorum habitu comptæ. Dauidis lux Ps. 143. v. 12.*
3. *Plebei & Principes, Deorum habitu insigniti: mascula Regum prostibula adorata*
4. *Viri, fœmineo Dearum habitu molliter superbientes.*
5. *Adhuc plura de viris, & fœminis arroganter diuinum sibi cultum affectantibus.*
6. *Deorum Idola, ad sui, suorúmque vultus efformabant, vt furtiuâ technâ, ipsi pro Diis colerentur. Dissimulata viduarum lasciuia, in defunctis viris, sub Bacchi habitu, venerandis.*
7. *Se ipsos è contra, ad Deorum, Dearúmque cultum, laruatè conformabant.*
8. *Vestes à Diis ad homines detractæ: religiosæ superstitionis ergo. Baruch c. 6. v. 32. tripliciter explicatus.*
9. *Purpurpurâ sacrâ Deorum, Templorum, vexillorum, Imperatores inaugurati.*



DISSERVERAT latè Apostolus ad Philip. c. 2. de Incarnati Dei humilitate, exinanisse videlicet se ipsum, formam serui sumpsisse, in similitudinem hominis factum prodiisse: deinde subdit: *Et habitu inuentus vt homo.* v. 7. Sic fere in Græco. Σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. Vbi prisci Patres, schema Græcũ, & Latinum habitum, de specie, figurâ, & habitudine humani corporis explicarunt, vt sit ferè explicatio præcedentis clausulæ. In eundem sensum, & meritò (quia germanus est) Interpretes posteriores conspirarunt. Fortassè tamen non tam contra, quàm vltra illorum mentem, præsens locus aliam nec spernendam sortiri etiam potest explicationem: hanc trepidus inculco, & Doctorum iudicio relinquo examinandam. I. Phil. 2. v. 7.

Nemo nescit, tam schema σχῆμα, quàm habitum, præter prædictam, aliásque multiplices significationes, propriissimè in vtroque idiomate pro veste, cultu, & ornatu corporis vsurpari.

Xenoph. Xenophum Pæd.5. de quadam : *ἐν ταπεινῷ σχήμα-*
τι ἐσθῆτι. Humili habitu seu vestitu degens. Hero-
dianus lib. 1. *Πένθιμον σχῆμα δεῖξαν : lugubrem ve-*
stem exhibens. Sexcenta alia exempla leges apud
Herod. Hentic. Steph.in suo Lexico. De Latino habitu,
res est pueris notissima ex Calepino. Ex signifi-
cantiâ igitur vtriusque vocis si quis non ineptus
sensus emicaret, de vestibus, quibus Christus in-
duebatur, propriissimè locus capi poterat.

Dubitabis tamen, & fortè subsannans, cur tan-
quam aliquid magnum apponat Paulus postquam
Deum, hominem factum prædicauit, habitum &
vestem humanam non spreuisse? Ego suspicabar
dicendum, inde optimè ab Apostolo, facilem Dei
comitatem, & profundam Christi humilitatem
commendari, quod tunc maximè sacrum corpuscu-
lum induceret pannis vilibus, incompta veste; &
homunculorum habitu vulgarissimo: cum homi-
nes, humanæ vestis speciem spernentes, Deorum
suorum habitum affectarent: & sub diuinæ vestis,
immortalis cultus figura, præsumerent, id tempo-
ris, splendere: quomodo enim veri numinis humi-
litas, sub humano habitu vilescentis, animos non
percellat: cum passim Mortales etiam plebei, falso-
rum numinum habitu, tunc radiarent?

2. Hinc etiam fortasse lucem capiet illud Psalmi-
stæ, de ethnicis, & infensis sibi Principibus lo-
Psal 143. quentis, a quibus summoperè rogabat liberari: *Fi-*
v 12. *liæ eorum composita, circumornata, vt similitudo Tem-*
pli. Psalm.143.v.12. Licet enim, vt plurimum Inter-
pretes, prædictam istam Templi similitudinem, de
modelo (vt vocant) & figuratâ plantâ Templi ex-
plicent, idque volunt expressum ex Hebræo תבנית;
quasi puellæ ad modum templorum, & palatiorum
ornatæ celebrentur, viuida quædam & comptissi-
ma templa exhibentes: tamen nonnulli, inter
Titelm. quos Caietanus, & magis ad mentem meam Ti-
Caietan. telmanus, de statua & idolo templi explicatunt.
Credo igitur nobiles has puellas non solum in-
star sacrarum statuarum dici ornatas, quasi cultus,
& luxus vestis exprimatur: sed sub eadem habitus
formâ, & vestis tenore, Dearum suarum specimen
venditasse. Certè vox Hebræa (quod minus atten-
dere Interpretes curarunt) non solum Templi plan-
tam, notat & formam: sed etiam statuam & Ido-
lum. Nemo, vel cæcus, nescit, prohiberi Idolum
Deut.4. illis verbis Deuter.4.num.16. *Ne fortè decepti facia-*
v.16. *tis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi,*
vel fœminæ. Et tamen nostra ibidem vox reperitur
Isai 44. תבנית. Idem habet. Isai.44.n.13. & Psal.106.n.20.
v.13. similitudo, seu idolum vituli, eodem verbo expri-
Psal.106. mitur. Vt ergo hæc vox ex adiunctis restringitur,
v.20. humano vel belluino idolo: sic purè prolata, ido-
lum absolutè significet necesse est: cur ergo ido-
lum Templi, non de statuis Deorum in Templo
collocatis vsurpetur?

3. Videamus iam quam obuia, hæc profana diuini
habitus assumendi præsumptio apud gentes tunc
Athen. temporis increbuerit. Athenæus Dipnos.7.cap.13.
de Menecrate medico illo qui se Iouem intempe-
ranter vocitabat (de quo plenæ priscorum pagi-
næ) sic in rem nostram. *Eos qui ex sacro morbo*
per ipsum conualuissent, ascribere cogebat, quasi serua-
ti, serui illi forent, eumque sequerentur, quorum hic
quidem Herculis ornatum indutus, Hercules vocaba-
tur. meminit de his Ephippus in scutario ita loquens.
Menecratos se Deum esse dicebat: ac Nicostratus Ar-
giuus, se alterum Herculem. Alius quispiam chlamy-
dem, caduceumque habens, insuper & alas, appella-
bat se Mercurium, &c. Scribit Hegesander, quod
Astycreontem à se liberatum. Appollinem vocabat;
alius ex seruatis, Æsculapij vestem indutus eum comi-
tabatur. tum ipse Iupiter vestem purpuream indutus co-
ronámque habens auream in capite, ac sceptrum: cre-
pidisque etiam subligatus: cum diuino choro circuibat.
En tibi (si Deo placet) non solum se bonus Medi-
cus, sed etiam suos pedissequos, Deorum vocabu-
lis adoptabat, & sub diuini habitus insignibus ex-
hibebat; nec magnus Iupiter, absque Deorum mi-
norum famulitio, incederet stipatus. Idem Athen. Athen.
ibidem, de puero Themisone, quem in deliciis,
id est in concubinatu nefando habuit Antiochus,
sic scribit. *Themison etiam Cyprius Antiochi Regis*
delicia, vt Pythermus ait Ephes.histor. lib.8. non solum
publicis conuentibus Themison Macedo Regis Antio-
chi, Hercules per præconem nuntiabatur: verum etiam
omnes incolæ illi sacrificabant, Themisoni Herculi,
dicentes: qui etiam præsens erat, si quis ex illu-
stribus viris sacrificaret: iacebátque, thorum proximè
habens, leonina pelle indutus, ferebat arcum scyticum,
clauámque gestabat. Ego vero, iustissimum Hercu-
lei falsi numinis opprobrium istud reputo, vt qui
meretriculæ suæ, clauam & Leoninam, dux olim
tantus, prodidit lasciuus: postea meretricio puero,
masculo prostibulo, ipsa insignia subiecta condo-
leret. Abominandus quidem, sed non iam admi-
randus Adrianus Imperator, qui apotheosi sacrâ,
Deorum albo adscripsit defunctum Antinoum,
turpissimum concubinum: de quo præ multis, gra-
uius Clemens Alex. in Protrept. *Nouum autem alium* Clemens
in Ægypto & qui vel ab ipsis propemodum colitur Græ- Alexand.
cis, retulit in numerum Deorum, Imperator Romanus,
dilectum, & qui fuit formosissimus, Antinoum; quem ita
consecrauit, vt Ganymedem Iupiter: non enim facile ar-
cetur cupiditas, quæ caret metu. & sacras Antinoi
noctes nunc adorant homines, quas turpes sciebat ama-
tor, qui simul vigilauerat. Adrianus quippe, turpis-
simos suos amores, sed illos iam defunctos, morti
gelu elanguidos, & ab humano aspectu euanescẽtes
ignotósque sacrauit: at infamis Pæderastes Antio-
chus, in ipso libidinis æstu, inter ipsa præposteræ
voluptatis exercitia, diuino habitu & cultu hono-
rans amasium, respuentes etiam suorũ oculos fune-
stauit. pulchrum scilicet, stigmatiæ exemplar Cal-
uino, qui postquam inusta lilia (nusquam Gallica
de iusto supplicio vernantius rutilarunt,) per-
tulit: iam depositâ laruâ, discipulum & pro-
stibulum suum Theodorum Bezam, si non di-
uino, saltem sacro Doctoris Pontificij habi-
tu insigniuit: quem benè, bonus discipulus
æmulatus, carminibus, quæ non absque ru-
bore legimus, masculos alios amores suos, diui-
tiis penè encomiis, æternitati voluit commenda-
tos. Sed redeo

Ad vsum, quem illustro, vult Casaubonus, 4.
restituenda carmina quædam, quæ corrigit ex Casaub.
Athenæo: habentur in eius coment. lib. 11, Athen.
cap. 16. *Cum Lacharis quidam tempore famis,*
exciperet amicos, effecit, vt mortalium conui-
narum turba, censeri Minerua non recusaret.
Ergo vere nunc faxo, vt etiam Iupiter vocatis
ad cœnam, accenseri velit. Illud minus probo,
quod nobis obtrudere conatur Casaubonus, La-
charem istum, aduocatæ alicui Meretriculæ
habitum Mineruæ addidisse: putarem, fortè
alludere Poëtam ad falsam priscorum opinio-
nem, putantium humanis conuiuiis, falsa sua
numina, vera dæmonia quandoque interesse:
de quo idem Athen. lib. 8. cap. 13. multa Athen.
infra dicam de Diis ad humanas nuptias, &
proinde

proinde ad nuptiales epulas admiſſis. aliàs, ſi locus iſte nobis fauet, ſi diuinare lubet, mauellem dici, ipſummet Lacharem, habitum Mineruæ aſſumpſiſſe: neque enim nouum monſtroſis his propudiis, non ſub ſolum deorum, ſed etiam ſub Dearum habitu, quaſi ſe viros dolerent, exhiberi. cur non ergo Lacharis, per ſuperbiam & mollitiem, Mineruam Athenienſium tutelarem mentiretur? (D.P.Chryſ.) De hoc D. Chryſolog. ſerm. 120. ad illud Pauli, *nolite conformari huic ſæculo.* Vbi ita. *Putáſne B. Paulus Apoſtolus, dicendo ſic, elementorum figuris, ne configuremur, obſiſtit? nève ſimus vt Perſarum Reges, qui ſubiectâ nunc pedibus ſuis ſphærâ, vt polum* (lego polorum) *ſe calcare vices mentiantur, nunc radiato capite ne ſint homines, Solis reſident in figurâ: nunc impoſitis ſibi cornibus, quaſi viros ſe eſſe doleant, effœminantur in Lunam: nunc varias, velut ſiderum, ſumunt formas, vt hominis perdant figuram, & nihil ſupernæ claritatis acquirant? Sed iſta licet de ſæculi vanitate deſcendant, & à ſapientibus tam fugienda ſint, quam ridenda: tamen Apoſtolus cum dicit, nolite configurari huic ſæculo ſæculi vitam corrigit, arguit mores*, &c. Nihil (Lampr.) amœnius dici potuit. Lampridius in Heliogabalo, de turpiſſimi huius Imperatoris curru locutus, ſic habet. *Iunxit ſibi & Leones, Matrem magnam ſe appellans: iunxit & tygres, Liberum ſe vocans: eodémque habitu agens, quo Dij pinguntur, quos imitabatur.* Quaſi non ſatis eſſet Bacchum exprimere, niſi etiam in Cybellem molliretur deformatior adhuc Caligu- (Sueton.) la, Venerem expreſſit. Suetonius in eius vitâ, cap. 52. *Veſtitu, calceatúque & cætero habitu, neque patrio neque ciuili, neque virili quidem, ac denique non humano, ſemper vſus eſt*, &c. *Plerumque aureâ barbâ fulmen tenens, ac fuſcinam, aut caduceum, Deorum inſignia: atque etiam Veneris cultu conſpectus eſt.* Magis id mirum in Auguſti Cæſaris prudentiâ, niſi aliunde inſaniſſimum diuinitatis candidatum (Sueton.) noſceremus: De hoc ergo idem Suerotios cap. 70. *Cœna quoque eius ſecretior in fabulis fuit, quæ vulgo, duodecim Deorum vocabatur, in qua Deorum, Dearúmque habitu diſcubuiſſe conuiuas, & ipſum pro Appolline ornatum.* Quanuis in hoc epulo fortaſsè, non tam viri quàm fœminæ Dearum habitu delitebant. Adhuc (Athec.) pluſcula libo ex Athenæo lib. 12. cap. 18. Vbi ita. *Aſſerit Ephippus Alexandrum ſacras etiam veſtes in cœnis geſtare ſolitum, aliquando purpuram Hamonis, circumciſas veſtes, cornuaque velut Deus: aliquando vero Palladis quam in curru geſtabat; ac ſæpe ſupra humeros Perſicam ſtolam ſubtexens, & arcum, & haſtam. aliquando Mercurij, etiam reliqua ferè, tunc chlamydem purpuream, ſagumque ſemialbum ſingulis diebus, cauſiámque, regium diadema habentem. At in conuentu calceos, & petaſum in capite, caduceumque in manibus. Sæpius clauam etiam, leoninamque pellem, velut Hercules. Sanè admirabile non eſt, ſi noſtris temporibus Commodus Imperator, herculeam clauam in vehiculis adiacentem habeat, pelliſque leonina ei ſubſternatur, ac Hercules dici cupiat: cum Alexander Ariſtotelis diſcipulus, ſe tot Diis comparauit, & Palladi præcipuè.* At ſi verum fortè eſt quod vulgo iactatur tantum Philoſophum, magiſtrum Ariſtotelem, thura & ſacros hono-

res amicæ meretriculæ præſtitiſſe, ego iam non demirer, ſi diſcipulus ſic imbuatur, vt non ſolum per ſuperbiam Deos habitu referat, ſed & impenſius in Deam frangi curaſſet, quaſi in alienum ſexum tranſire conatus, iſta ſatis vt videas, quod in hoc numero 4. contendebam, viros non ſolum in Deorum, ſed etiam in Dearum veſte effœminatos.

Pergo liberiùs in propoſitum inſtitutum, & 5.
(Tiraq.) præterea Apuleium, Iuſtinum, Plinium, Herodianum, Aurelianum Victorem, quos dedit Tiraquellus ad Alexand. Neapol. lib. 1. Genial. cap. 28. cap. 9. Curtium lib. 9. de rebus Alexandri, ab illis verbis: *Igitur æmulatus Patris Liberi non gloriam ſolum, quam de illis gentibus deportauerat, ſed etiam famam*, &c. Vbi deinceps graphicè deſcribit Ducem & eius milites, ſub Bacchi, & ſociorum eius habitu, indicum triumphum celebrantes. De eodem Alexandro Clemens Alexand. in Protrept. ita. (Clemens Alex.) *Volebat Alexander quoque videri filius eſſe Hamonis, & cornutus effingi à ſtatuariis, pulchrum hominis vultum, cornu ſtudens ignominia probróque afficere.* Sed vt vidiſti ſupra ex Athenæo, non ſolum eius ſtatuæ, ſed etiam ipſe, cornibus comebat caput, vt Iouis Hamonis filius crederetur, qui ſub arietis formâ colebatur. Idem Clemens paulo poſt, *Quid memorem Alexarcum? is cum fuiſſet ſcientia grammaticus, ſe ipſum effinxit in Solis effigiem.* (Idem.) Meritò Plinius alicubi, grammaticos *ſuperbum genus* appellauit. En grammaticus, ſaltem habitu, Solis numen & lumen affectauit: vt iam miretis minus, ſi id orbis Monachis legeris ambitum. Nicephorus Patriarcha Conſtantinopol. in Breuiario hiſtoriæ, Heraclij Imperatoris. (Niceph.) *In vno opido, Choſroæ ſimulacrum reperit, diuino habitu conſecratum, nam in huius tecto, tanquam in cœlo quodam ſedentem ſe collocauerat. expreſſa erant fulgurum, ac Solis, & Lunæ ſpecies, circumſtante Angelorum turbâ: præter hæc machina erat, quæ fulmina cum vellet, aut pluuias mitteret.* En tibi diuino habitu cultam Perſæ Monarchæ effigiem, certè quia ipſe, vt ex Chryſologo dixi, Solis, Lunæque figuram ſolitus vſurpare. Trebellius Polio in (Treb. Pol.) Galienis, de Romano Principe. *Statuam ſibi Coloſſo maiorem fieri præcepit, Solis habitu: ſed ea imperfecta periit.* Tò *ſibi*, id eſt, quæ ipſum ſub Solis ſpecie repræſentaret: nam & ipſe, ni fallor ſæpe ſub habitu oſtentabatur: ſic capio illa, quæ de eodem ſcribit idem Auctor. (Idem.) *Crinibus ſuis auri ſcobem aſperſit, radiatus ſæpe proceſſit, cum chlamyde purpurea, gemmatiſque fibulis, & aureis, Romæ viſus eſt.* Nonne hoc erat, purum putúmque Solem ementiri? Vide quæ Cerda ad illud Æneid. 12. (Cerda.)

——Ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis ſex radij fulgentia cingunt:
Solis aui ſpecimen.

(Lamprid.) Lege etiam Lampridium in Commodo & ſæpe alibi. Poſt Alexarchum grammaticum, & amentem, cuius causâ plura de affectato Sole cumulaui, accedit quidam paris vtilitatis Poëta, iſque furens, de quo Athen. lib. 10. cap. 13. (Athen.) *Cum eſſet ſenex, fœlixque homo, & quo ſpectat ad Poëſim ingenioſus, per omnem vitam Diony-*

suum agebat, Dionysiacámque vestem indutus incedebat. Vides & Principum, & plebeiorum farraginem diuinas sibi vestes vsurpantem. Ad- Plutarch. do celebrem historiam ex Plutarcho: de pomo & habitu, quo Cleopatra suum inuisit Antonium. *Erat aurea puppis, vela autem purpurea pandebantur, remi argentei ad tibia, fistulaque modos agitabantur. Ipsa vero Regina sub tentorio aurato requiescens, ad similitudinem Veneris ornata erat, pueri vtrinque collocati, pictis cupidinibus similes. Puella insignes Nereidum, & gratiarum stolis, partim gubernaculis, partim rudentibus annitebantur. Ancilla mirabili habitu omnes ripas fluuij complebant vaporibus. Currebatur vndique ad eiusmodi spectaculum: ieráque per omnes fama, Venerem pro vtilitate Asiæ, Baccho illudere.* Nam M. Antonius, vt ex eadem historia constat, Bacchus dici appetebat, in eiusdem habitum comptus. Ideo Paterculus Paterc. lib. 2. de Antonio. *Cum ante se Liberum Patrem appellare iussisset, cum redimitus hedera, coronáque velatus aurea, & thyrsum tenens cothurnisque succinctus curru velut Liber Pater, vectus esset Alexandria.* Prostrauit certè hic Venus Bacchum, & orbis victorem, fæmella euirauit, non tam mareotico suo, (licet hoc satis) quam obliuioso amore inebriatum. Habes ergo non solum Cleopatram sub lasciuæ Deæ habitu: sed etiam eius pedissequas gratiarum & Nereidum choris, cultu assimilatas. At non solum id temporis Cleupatra diuinum habitum præsumpsit, sed passim Ægyptij numinis cultissimi, videlicet Deæ Isidis formam, veste & cultu referebat: idem Plutarchus in eadem Plutarch. Antnn. vita. *Nam Cleopatra quidem, & tunc, & alias, quoties se multitudini ostendebat, sacram Isidis stolam assumebat: & noua Isis, iura populis dabat.*

6. Ex hoc monstroso affectu, biceps alia pestis dimanauit, duplex aliud erupit sacrilegium. Primum etuo ab illorum consuetudine, qui in ipsâ sua proteruiâ paululum verecundiores, aut modestiores, cum non auderent se suosque habitu Deorum adornare; Deos suos, ad sui suorúmque vultus conformabant, vt dissimulato tenore, furtiuâ technâ in teputato numine colerentur. Clemens Alexand. in Protrep. *Praxiteles, Veneris Gnidia construens imaginem, fecit eam forma similem Cratina, quam amabat: vt adorarent miseri, amicam Praxitelis.* In meretrice igitur Cratina, Dea meretrix sculpebatur: leuis error adorantium intercesserat: in vtrâuis, vtraque coleretur: nisi quod famosius prostibulum Venus, à turpissimis cultoribus obscœniores exigeret ceremonias: & perditissima omnium, in minus perditâ puellâ coli dedignaretur: quæ enim pro sactis flagitia, pro cultu stupra, & adulteria postulabat, minus fœda, tanquam minus religiosa delicta condoleret. Vide mul- Arnob. ta apud Arnobium ad medium, de hac re. Stat. Hinc explicatur Statius lib. 5. sil. 1. neque enim aliud voluit Abscantius, dum in sepulchro, ad Priscillæ defunctæ suæ vultum, expressas Dearum statuas collocauit, quam sub fallaci Dearum formâ, Priscillam adorari.

—— Mox in varias mutata nouaris
Effigies: hoc are Ceres, hoc lucida Gnosis,
Illo Maia tholo Venus hoc non improba saxo,
Accipiunt vultus, haud indignata decoros
Numina.

Hæc germana ni fallor huius loci sententia vnde & aperitur alius eiusdem vatis locus longe obscurior lib. 2. in Geth. Luc. loquitur ad defunctum Lucanum, cuius natalem diem vxor modestissima Polla impensissimè recolebat.

Adsis lucidus, & vocante Pollâ Stat.
Vnum quæso diem, Deos silentûm
Exores: (solet hoc patere limen,
Ad nuptias redeuntibus maritis.)
Hac te non thyasis procax dolosis,
Falsi numinis induit figuras:
Ipsum sed colit, & frequentat ipsum:
Imis altius insitum medullis.
Ac solatia vana subministrat,
Vultúsque simili notatus auro,
Stratis prænitet, incubáque somno.

Quasi dicat. Modestissima Polla, vt natalem tuum celebret, non Bacchi simulat orgia, vbi fœdis thyasis, siue choris turpissimis, furotis diuini velo, dissimulatâ infamiâ, libidini indulgetur. non te sub fallaci Bacchi habitu colit, quasi dissimulatâ numinis figurâ celebrandum: sed temetipsum penitissimo infixum pectore adorat: aureàque imagine ipsissimi tui vultus & habitus, duræ absentiæ leuamen subministrat. Vnde duo aucupor: solere vt plurimum viduas, maritos suos simulata Bacchi specie percolere: fauet apertè hic locus, vbi id tanquam ab aliis vsitatum adhibetur. Fauet & Apuleius Metamorph. 8. vbi de puella vi- Apuleius. dua. *Imaginem defuncti, quam ad habitum Dei Liberi formauerat, affixo seruitio, diuinis percolens honoribus, ipso se solatio cruciabat.* Alterum quod ex Statio colligo illud est, præcipuè Liberi siue Bacchi simulatos cultus à viduis aduocari, vt in eius sacris, quæ erant turpissima, indulta intemperantis viduitatis lasciuia occultaretur: & vt maritus in Bacchn, sic eius turpitudo in sacris velaretur: ideo enim dolosis his thyasis, procacitatem Statius attribuit, sub doloso cultu, veram lasciuiam exprimentibus. Imo putarem: viduum, si fas est dicere, Adrianum propterea masculos suos amores, & Antinoum defunctum, de quo supra, sub Bacchi cultu celebrasse, vt licentior ad luxum deuenitet. Pausanias in Arcaicis, de Antinoi statuis: *Earum imaginum multa, Liberi* Pauf. *Patris insignia præseferunt.* De luxu verò & lasciuia Bacchanalium, norunt vel pueti propemodum infinita. Do tantum verba Taciti, de infami Messalina, quia non extra rem, de quo in toto hoc capite disserimus. *At Messalina non* Cornel. Tacit. *aliàs solutior luxu, adulto autumno simulacbrum vindemia per domum celebrat.* Tunc sic de adultero & corruptore eius Siluio: *In celebrandæ vindemia simulachro, Siluius Bacchum referens, hederâ vinctus erat, & cothurnos gerebat.*

Venio iam ad secundum sacrilegium, quod 7. initio superioris numeri adnotabam. Illud erat, vt qui sub numinis habitu, diuinitatem sibi affectare videbantur, etiam numinis vultum sibi & formam conabantur exprimere, & eius lineamenta, quoad possent figurare. Fortasse id voluit Martial. lib. 9. epig. 104. de Domitiano. Mart.

Appia quam simili venerandus in Hercule Cæsar
Consecrat.

Neque

Neque enim is erat Domitianus, (qui publicè se Deum coli voluit) vt modesta dissimulatione sub forma Herculis vellet adorari, imo sic statuam suam faceret Herculeæ similem; vt Herculeus quidam Domitianus, aut Hercules Domitianicus cerneretur. Lamp. Sed en expressus locus Lampridij, Heliogabalo Venerem repræsentante: *Vultum eodem quo Venus pingitur schemate, figurabat.* Nihil moror, an esset ista larua histrionica: certè in vultu suo, vel proprio, vel laruato totam Venerem exprimebat. Sicut è contra Nero in scenis, Deorum ora, ad sui, amasiarúmque vultus lineamenta transferebat. Sueton. Sueton. c. 21. *Tragœdias quoque cantauit personatus, Heroum Deorumque: item Heroidum, ac Dearum: personis effictis ad similitudinem oris sui, & fœmina, prout quámque diligeret.* Hæc plus quam satis vt in tam crebro vsu virorum & fœminarum, etiam viliorum, per tumorem superbissimum diuinitatem sacro Deorum habitu ostentantium: Humilitati summæ Christi Domini tribuatur, vili mortalium habitu delitescere: vtque Dauid superbas insanientium ethnicorum filias de habitu idolorum assumpto, tanquam de diuinitate affectata reprehendat.

8. Hæsito an fortè locus ille Baruch 6. num. 32. quem vt plurimum nec leui nota indigentem, & ideo prætereundum, putant Interpretes, in prædictum hunc morem collinearet: loquitur de Sacer-
Baruch 6, v. 32. dotum gentilium impietate, & subdit: *Rugiunt autem clamantes contra Deos suos, sicut in cœna mortui; vestimenta eorum auferunt Sacerdotes, & vestiunt vxores suas, & filios suos.* Et fortassè non absre, huc reducendum, nonnullus existimaret: cui ego non vehementer contradicerem. Putarem tamen posse rem deduci ad religiosam quandam superstitionem, qua quandoque ad mysterij ceremoniam & in idoli reuerentiam Deorum vestem ethnici induebant. Tale est illud, quod affert Alex. Neapol. Ge-
Alex. Neapol. nial. 1. c. 28. ex Apulæio desumptũ: *Initiates sacris Isidis, fores ædis aperire, arcanosque libros euoluere: aquâ ablui, ad sacraria deduci, duodecimque stolis primo, mox ipsius Deæ pictâ veste indui decebat.* Neque enim id tantum initiandis in vsum: sed etiam laicis, quales vxores & filios Sacerdotum voluit Baruch.
Plutarch. Disco ex Plutarcho in vita Dionys. *Iuramentum magnum erat eiusmodi: qui fidem præstat, in Cereris descendit templum, & quibusdam peractis sacrificiis Deæ purpuram induit, tunc ardentem captans faculam, iurat:* Denique licet non ad auaram rapinam, vt innuunt, nec ad superbam arrogantiam, aut religiosam superstionem, quod nos coniectamus alludat Baruch: non dubito potuisse alludere ad vsum illum, quo fausti ominis ergo, in euentibus quibusdam, Deorum vestes; Mortales mutuabantur. Neque enim cum toties legamus nouos Imperatores idolorum purpurâ insigniri, id fieri credendum, quod aliæ tunc ad manum non esset, paratam ab idolo, fuisse detractam, sed quod aliquid fausti ominis, & blandimenti in eo quæreretur. De quo, quia ab huius litteraturæ compilatoribus non adhuc *κειμένως* datum legisse memini, coaceruo ad calcem huius capitis pauca, in quæ incidi.

9. Igitur hanc rem firmat Trebel. in 30. Tyr. vbi de
Trebel. Pol. Celso. *Celsum Imperatorem appellauerunt, peplo Deæ cœlestis ornatum.* Vopiscus in Probo. *Appellatusque*
Vopisc. *Imperator, ornatus etiam pallio purpureo, quod de statua templi oblatum est, atque inde ad Palatium*
Idem. *reductus.* Vopiscus iterum in Saturnino. *Cum cogitare cœpisset tutum sibi non esse, si priuatus viueret, depositâ purpurâ ex simulachro Veneris, cyclado vxoriâ, militibus circunstantibus adornatus est.* Hinc etiam ortum, vt etiam à vexillis purpuram mutuarentur: quippe instar numinum habebantur, ideoque vncta, & culta legimus à militia Romana, vt nemo nescit. Capitolinus Capitol.
in Gordianis, ex ore militis concionantis. *Quocirca, si placet, quoniam non longè est nobilissimus vir Proconsul, cum filio consulari Legato: quorum vtrique mortem, pestis illa est minata: sublata de vexillis purpurâ, Imperatores eos dicemus, adhibitisque insignibus, Romano iure firmabimus.* Scio hos omnes turbulento ab exercitu, extra Romam creatos: ideoque posse pertinacem aliquem sciolum contendere, casu mero, & nullo mysterio, in defectum alterius sacram Deorum purpuram assumptam. Sed mera somnia: vnde, saltem Consulari Legato, & Proconsuli domestica purpura deficiens prudenter existimetur? Ergo foris in subitâ Imperatorum creatione, sacra purpura Deorum captabatur, non casu, sed mysterio, quia Romæ, Religiosi ominis causâ, à Capitolio sacratiori desumebatur. Vopiscus in Vopisc.
Probo, citans epistolam Imperatoris Taciti, ad illum: ita. *Consulatum in annum proximum, nobiscum decreuimus: te enim manet pro virtutibus tuis Capitolina Palmata. Ferunt quidam, Probo id pro Imperij omine, quod Tacitus scripsit: te manet, Capitolina Palmata, sed in hanc sententiam, omnibus semper Consulibus scribebatur.* Non negat Vopiscus, imo clarè supponit, purpuram palmatam Imperatoribus è Capitolio adduci; sed id contendit, cum etiam eisdem verbis Consules renunciarentur: non satis robustum omen Imperij, ex purpureæ palmatæ Capitolinæ, desumptum, promissione. Sed rem clarè probat Capitolinus in Capitol.
Gord. *In consulatibus clarior fuit, sui temporis Consulibus, ita vt ei Antonius inuideret, modo prætextas eius, modo latum Clauum, modo, Circenses vltra Imperatorium mirans modum. Palmatam tunicam, & Togam pictam, primus Romanorum priuatus suam propriam habuit: cum ante, Imperatores etiam, de Capitolio acciperent, vel de Palatio.* Hæc satis pro verborum Prophetæ coniecturâ.

CAPVT II.

Dij Hominum vestibus culti.

PERIOCHA.

1. *Idola humanis, & pretiosissimis vestibus compta. illustratur Ezechiel cap. 16 n. 18.*
2. *Vestes inter orandum deposita: tunc maioris obsequij ergo, & impetrandæ gratiæ, simulachris imposita.*
3. *De eodem fusius idque fortasse, vt prodiens è simulachro numen oraretur.*

AMARISSIMA increpatione redarguit 1.
Deus Synagogam, quod impio cultu, tan-

quam insano amore inebriata, meretricis instar, idolis adhæreret; deinde post multa subiungit. Ezech. 16. v. 17. *Fecisti imagines masculinas, & fornicata es in eis, & sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas.* Ezechielis 16. num. 17. & 18. quem locum interpretes clarissimum supponunt, nihil intellectu facilius dicentes, quàm statuas Deorum idololatrarum vestibus comptas reprehendi, id autem quomodo, aut cur fieret, tacuerunt. Spicilegij operæpretium erit, rem enucleare. Sciendum ergo pari amentiâ, licet affectu dissimili, gentiles, quos sibi diuinas vestes, capite superiori vidimus affectasse, humanis suis vestibus pretiosioribus, obsequij religiosi ergo idola induisse: & pretiosiora quæuis vestimenta, exorando, & extorquendo, piè vt credebant, Deorum suorum auxilio, Templis intulisse. Hinc ergo impia Synagoga denotatur, quod idolis dans operam, versicoloribus & floridis suis pretiosioribus illa cornere, surdorum aut lignorum, aut lapidum fauorem aucupata.

2. Tertull. Notum illud Tertulliani lib. de orat. cap. 12. *Vt est quorundam, positis penulis orationem facere: sic enim adeunt ad idola nationes.* Sed hunc morem ponendi vestes inter orandum, cum alio exquisitiori ad rem meam aperit Interpres Æschili Græcus, adductus ibi à Cerda. Interpres vetus. *Quando in terram coniiciemus coronas, & vestes: nisi nunc, cum ad preces conuertimur, & pro nobis, & pro vrbe?* tunc sic addit. Παρετίθεσαν καὶ πέπλους, καὶ ἐνέδυον πέπλους τὰ ἀγάλματα: *& deposuerunt vestes suas, eisdemque simulachra induerunt.* Non contendo an semper depositio vestium inter orandum, idolorum ornatui adhiberetur: vtrumque enim si perpetuo iungeretur, à cultissimo Afro non crederem prætereundum: mihi enim nunc satis secundus iste mos Prophetæ explicando, quod autem dixi, non quosuis, sed pretiosiores vestes, huic ministerio solitas afferri, innuit Vopiscus in Aureliano. Vopisc. *Meminisse fuisse in Templo Iouis Opt. Max. Capitolini pallium purpureum lanestre, ad quod cum ipse Aurelianus, & Matrona, iungerent purpuras suas, cineris specie decolorari videbantur cætera, diuini comparatione fulgoris.* Subditque fuisse hoc Regis Persæ donum, & Aureliano dicatum Capitolio. Pallium autem nemo nesciat, comendo potius idolo, quàm adornando templo accomodatius. Apulæius lib. 6. *vides dona speciosa, & lacinias auro litteratas, ramis arborum, postibusque suffixas.* Apuleius. Si postibus templi tales, quales amiciendo idolo, aureas, versicolores, & floridas compararent? Laudandus (nisi in Atheismum declinaret) in sua impietate Dionysius Tyrannus: de quo Valer. Max. lib. 1. cap. 1. Valerius Max. *Detracto etiam, Ioui Olympio, magni ponderis aureo amiculo, quo eum Tyrannus Hiero, è manubiis Carthaginensium ornauerat, iniectòque ei laneo pallio, dixit: æstate, graue amiculum aureum esse, hieme vero, frigidum: laneum autem, ad vtrumque anni tempus, aptius.* Et fortè, *Litteratas auro lacinias* dixit Apulæius, non quod formatis litteris radiarent: sed quod virgatæ, Babylonico, seu phrygionico opere pingerentur. tales enim idolis vestiendis quæsitas, (quæ mera sunt versicoloria nostra,) disco ex Pausania in Corinth. Pausan. *Eodem ferè habitu est Hygea signum: neque enim illum facile conspicias, velatum enim vndique est, partim comis quas Dea mulieres detonderunt: partim vero Babylonica vestis laciniis.* Huc adduco Epigramma Agathiæ *ait.* α. Agath. vbi ad Troiam.

Ὦ πόλι, ποῦ σοι ἐκεῖνα τὰ τείχεα; ποῦ πολύολβοι νηοί; ποῦ δὲ βοῶν κράατα τεμνόμενα;
Ποῦ Παφίης ἀλάβαστρα; καὶ ἡ πάγχρυσος ἐφεστρίς;
O vrbs! vbi illa tua mœnia? vbi opulenta
Templa? vbi boues sacrificati?
Vbi Veneris alabastra, & tota aurea vestes?

Sic enim tunc benignæ Veneri dabant Troiades aureos peplos, sicut postea Palladi infensæ, vt molliretur dono. Vide Virgil. 1. Æneid. *Peplumque ferebant.* Virg. Et quæ ibi Cerda ego in hos incidi, quos subiungo.

Æschilus ad Eumenidas inferna numina, Athenis veneranda. 3. Æscil.

——Καὶ σὺ τιμίαν
Ἕδραν ἔχουσα πρὸς δόμοις Ἐρεχθέως,
Τεύξῃ, παρ' ἀνδρῶν, καὶ γυναικείων στόλων
Ὅσων παρ' ἄλλων οὔποτ' ἂν σχέθοις βροτῶν
——*Et tu preciosam*
Sedem habens in domo Erechthei,
Assequeris à viris & mulieribus stolas,
Quas ab aliis nunquam obtinebis gentibus.

Aristophanes in auibus, quærens quem nam tandem tutelarem Deum plumeæ vrbi suæ esset assignaturus, sic. Aristoph.

——Τίς δὲ θεὸς
Πολιοῦχος ἔσται, τῷ ξανοῦμεν τὸν πέπλον.
——*Quis autem Deus*
Vrbi præsidebit? cui diuidemus vestem?

Non enim possum adduci vt credam alludi ad laceras inter supplicandum præ dolore vestes: sed potius ad aliquid pro re nostrâ, licet verbum ξαίνω paululum restagetur. Sed quidquid sit de Aristophane, ad rem nostram adducendus Varro Varro. apud Non. in *vndulatis.* Vbi ita. *A quibusdam dicitur esse virginis Fortunæ simulachrum, ab eo quod duabus vndulatis togis est opertum.* Frustrà enim aliqui contendunt, detorquere ad rogas lapide insculptas: si enim duplicatam rogam respuit comptus, multo magis has respuit politior sculptura. Sed obiter mirari libet Fortunam quam Virginem putabant, non decorâ stolâ, sed meretriciâ togâ adornasse. Cogita quid hoc, aut ride: mihi non vacat. Tandem do Homerum in Hymno Veneris: quam indutam ponit ambrosio peplo, Homer. τό ῥά οἱ ἐτεκμήριον ἦεν: *quod illi sacratum fuerat.* Loquitur de Venere, quando non tam effigiata quam vera, prostitutura pudicitiam adiuit Anchisem: aitque spirantem ipsam processisse indutam eo peplo, quod alicubi insculptæ fuerat consecratum. Vnde possemus coniectare ideo preciosas has vestes Diis dicari, quia cum crederent (de quo alibi) numina relicto simulachro foras sæpe prodiisse, sollicitè, ne deesset ornatus, curabant. Arnobius lib. 6. *Omni curâ, studiòque certabant filum capitis prostituti Tytheriæ in simulachra traducere.* Arnob. Vt Dea meretrix, meretricio ornatu, non solum corpore, sed capite compto, pulchrior prodiret. Hucusque pro Ezechielis loco vulgari, cuperem minus vulgariter, laboraui plura cap. 22. num. 15. infra.

CAPVT III.

Paralipomena ad Cant. Dramat.

PERIOCHA.

1. *An fæminæ, virorum conuiuiis interessent. Cant. 1. v. 1.*
2. *Osculorum deliciæ: coronæ colares. ibidem. v. 2.*

v.2. Odorum vocabula ad Amores. v. 3. Raptus fictus in nuptiis. v.4. Collum absque monilibus ornatum. Muranula pro torquibus v.10.

3. *Rosa verna. Cant. 2. v. 1. Arboris cortici, Amantis nomen scriptum. Floris semibulci spes. v.3. Redamantes v.16.*

4. Teneo te, *qua formula. Cant. 3. v 4. aurei currus. v. 10. Corona sponsales. v.11.*

5. *Crines fluctuantes. Cant. 4. v. 1. Tenuitas, & color labiorum commendatus. v.3. Collum ab vsu Veneris laxius. Mos inde priscus in nuptiis. v.4. Hortus sub tutela Veneris. Hortus obscænè capitur. v.11. Paradisi vocabulum, à quo idiomate fluxerit. v.13. Homerus Salomone antiquior. Venti à Regionibus, quas perflant, qualitates participant. v.16.*

6. *Vinum rubrum, vinum album lac dicitur à colore. Cur lac Veneris, vinum appelletur. Cant. 5. v. 1. Amator rem dilectam multiplici vocabulo appellat. v. 2.* Anima mea, *inter blandimenta. v. 6. Vultus rosicolor. Coma solares. v.10.*

7. *Genarum lanugo, floribus comparata Lilia purpurea. Suadela, & Sirenes in labiis. ibidem. v.13. Annulorum vsus in viris. Metati digiti. v.14. Desiderium pro amore. v.16.*

8. *Amor Matrum erga filias. Cantic. 6. v. 8.*

9. *Crater tornatilis ad modum Luna plena. Cant. 7. v. 2. Olfactorioli vsus apud fœminas delicatas: delicatiores à bono oris halitu, olfactoriola dici volebant. v.4. Fœmina pulchra, palmis, & similibus arboribus comparata. v.7. Bono oris odori captando, odorum & figmentorum remedia quæsita. v.8.*

10. *Verbum* Corrumpo, *Graece* διαφθείρω, *in re bellica sumitur, pro vastare, & perdere. Cant. 8. v. 5. Stigmata apud Apostolum ad Galatas, pro punctis militi impressis. Diuini & casti amoris nota multiplices, quibus à turpi & profano amore condistinguitur. v.6. Militibus veteranis & emeritis, etiam apud Ægyptios, vt apud alias nationes, prædia in præmium assignari solebant. v.11.*

DAbo tibi in hoc cap. mi Lector, Paralipomena quædam, lucubratiunculis nostris, ad Canticum Dramaticum Salomonis, apponenda: tam enim absum, ab illorum ingenio, qui mordent, nimia ibi, è profanis Auctoribus fuisse congesta: vt adhuc, si his plura se offerrent, non inuiderem, ad rem.

CAPVT I.

DIxi cap. 1. v. 1. in Græcorum conuiuiis, solitas interesse fœminas, lectulis tamen separatis. Contra visus sentire, Sanctius cap. 1. Esther n. 8. quem ibi dedi: adducto Cicer. 3. in Verr. me tamen certè, verba quæ vulgò ex Cicer. afferuntur, non satis mouent: pende: Loquitur de hospitibus Romanis, apud Græcos. *Postquam satis res Rubrio calere visa est: quæso, inquit, Philodeme, cur ad nos filiam tuam, non intrò vocari iubes? homo, qui & summa grauitate, & iam id ætatis & parens esset, obstupuit, hominis improbi dicto. Instare Rubrius: tunc ille, vt aliquid responderet, negauit moris Græcorum, vt conuiuio virorum, accumberent mulieres.* Planè illud, *vt aliquid responderet*: non tam innuit vera protulisse: quàm excusatiunculam affectatam. Vel morem Græcorum negauit, vt cum viris accumberent mulieres, quasi non esset ita solemne & inuiolabile, tali conuiuio interesse: vt contrairi non posset. nam aliquando fœminas separatim à viris conuiuia exercuisse, disco ex Euripide in Aulide, vbi ita inducit Clytemnestram, cum marito Agamemnone de filiæ nuptiis differentem. 1. Cicer. Eurip.

Προτέλεια δ' ἤδη παιδὸς ἔσφαξας θεᾷ;
Μέλλω γ' ἐπὶ ταύτῃ καὶ καθέσταμεν τύχῃ.
Κἄπειτα δαίσεις τοὺς γάμους ἐς ὕστερον.
Θύσας γε θύμαθ' ἅ με χρὴ θῦσαι θεοῖς.
Ἡμεῖς δὲ θοίνην ποῦ γυναιξὶ θήσομεν;
Ἐνθάδε παρ' εὐπρύμνοισιν Ἀργείων πλάταις.

CLYT. *Iam ne mactasti Deæ victimas ob nuptias filiæ?*
AGAM. *Mactabo, nam in hoc negotio iam sum.*
CLYT. *An verò deinde celebrabis epulum nuptiale?*
AGAM. *Cum mactauero Diis victimas, vt par est.*
CLYT. *Nos verò, vbi parabimus epulum fœminis?*
AGAM. *Ad naues Græcorum benè puppatas.*

Eodem modo capiendum puto Herodotum in Terps. Vbi Amyntas Græcus à Persis, vt Philodemus à Rubrio, vexatus: pari tenore respondet. Variabant igitur Græci in hoc more: nam Lucianus quem ibi dedi saltem in nuptiis, fœminas cum viris discumbentes probat.

Dicebam ibidem apud Hebræos, sicut apud plerasque alias nationes, virorum conuiuia, extra nuptias, fœminis interdicta. Sanctius tamen ad illud Tobiæ: *Vocauitque Raguel Annam vxorem suam, & præcepit ei vt præpararet alterum cubiculum, & introduxit illuc Saram filiam suam.* cap. 7. v. 18. & statim cap. 8. *Postquam verò cœnauerunt, introduxerunt iuuenem ad eam.* v. 1. Suspicatur apud Hebræos, etiam in ipso epulo nuptiali, nouas nuptas cum fœminis aliis, seorsim à viris, in alio cubiculo discubuisse. Sed quidquid sit de hac suspicione, (quam minus probo,) certè ex hoc Tobiæ loco, id non euincitur: nam hoc *alterum cubiculum* præparandum, non conuiuali lectulo ad epulum, sed geniali thoro ad somnum, & vsum matrimonij, puto designari: vt enim apud Ethnicos passim legis, à Pronubis maritum, Virgini iam cubanti, introductum: Sic parentes Saræ, eidem iam cubanti iuuenem Tobiam v.4. introduxerunt. Quod si contendas adhuc, lege ibidem v.15. in hoc cubiculo, inuentos ab ancillâ coniuges pariter dormientes: neque credes in lautissimâ familiâ, idem cubiculum, & conuiuio fœminarum, & paulo post coniugum vsui & somno destinatum. Dicet aliquis: quid ergo sibi vult illud Genes. 29. vbi de Laban: *Vocatis multis Amicorum* Sanct. Tob. 7. Gen. 29.

eorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias: & vespere Liam filiam suam, introduxit ad eum, &c. *ad quam, cum ex more Iacob fuisset ingressus.* v. 22. prioribus enim verbis, non maritum Virgini, vt dicebamus, sed marito Virginem introductam, videtur designari. Possem respondere, Hebræum morem quem asserui, diuerso hoc Mesopotamiensium ritu non eneruari. Nihilominus puto, ex hoc loco diuersitatem moris non probari: nam τὸ *filiam suam introduxit ad eum:* sic explico, quasi dicat: introduxit Virginem, in cubiculum & cubile vsui matrimoniali destinatum, Iacobo ingressuro postea, iungendam. Ideò ni fallor additur: *Ad quam cum ex more Iacob fuisset ingressus.* Quasi solemne, & ex more esset, vt ad Virginem iam inclusam, vir ingrederetur.

2. Menech. Quod v. 2. dixi, de osculorum deliciis suaueolentibus, firmat illud Menechidis, Bacchidem deplorans. ὡς δ' ἡδὺ τὸ καὶ ἀκηράτον ἀπὸ τῶν φιλημάτων νέκταρ ἔσταζεν. *Quàm suaue, & purum nectar, ab osculis destillabat.* Quod verò ibidem addidi de

Cicer. coronis ad collum, probat adhuc Cicero 5. in Verr. *Ipse autem & coronam habebat vnam in capite, alteram in collo, reticulúmque ad nares sibi admouebat, tenuissimo lino, minutisque maculis plenum rosis.* Vocabant has coronas hypothymiades, quia ab

Athenæus. inferiori parte, odorem emittebant. Athenæus Dipnos. 15. cap. 14. *Coronas etiam quæ ponuntur circa pectus, Poëta hypothymiades vocarunt, ex florum vaporatione, non autem quod animum, thymum appellent, vt quidam arbitrantur.* Clarior locus ex eo-

Caussin. dem libro, quem dat Caussinus lib. 11. Paral. ἐκάλουν δὲ καὶ οἷς ἀνεδοῦντο τὸν τράχηλον στεφάνους ὑποθυμιάδας. *Coronas autem, quibus collum cingunt, vocabant hypothymiades.* Ex Alcæo & Anacreonte

Athenæus. tem firmat iterum Athenæus cap. 5. *Vocarunt autem collares coronas eas quibus collum ligabant, vt testatur his Alcæus. Sed circa colla, implexas coronas collares imposuit. Anacreon etiam, implexas collares ex loto, ad pectora posuerunt.*

Probaui ibidem v. 3. Solere amantes se inuicem vnguenti, & odorum nominibus appellitare. Fir-

Plaut. mat morem Plautus in Mostelar. Vbi cum quidam diceret iuueni apud Amasiam discumbenti: *Vide tu, an tibi sint vnguenta.* Respondit iste. *Quid opus est? cum stacte accubo.*

Suspicabar v. 4. ibidem, an sicut Romani simulabant rapinam in nuptiis, propter faustum sibi raptum Sabinarum: Sic etiam Hebræi hunc morem vsurparent, imitandis Beniamitis suis, quibus nuptiæ de raptu fuerunt fœlicissimæ. Est quidem

Hieron. lux dictis, licèt tenuis ab Hieronymo, in Epitaphio Paulæ. *Quid narrem Silo, in qua Altare dirutum, hodiéque monstratur, & raptum Sabinarum à Romulo, Tribus Beniamitica præcurrit.* Fortasse in eo etiam præcurrere dicitur, quod suis pridem exemplum relinqueret.

Dixi v. 10. Sponsæ collum monilibus comparari, quia inornatum licet & sine torquibus, placere

Petr. Arb. posset. Sic Petronius Arb. in Satyr.

Guttura nunc aliæ magnis monilibus ornent,
Aut gemmas aptent capiti, tu sola placere
Vel spoliata potes.

Petr. Afr. Petronius Afranius.

Incendunt niueum lunata monilia collum,
Nec collum simplex dedecuisse potest.

At verò illas Murænulas aureas, quas v. 11. de Turturibus in torquem instar anguis, aut murænæ

Heliodor. productum explicaui, firmat adhuc Heliodorus 3. hist. Æthiop. ab illis verbis: ζώνην δ' ὑπέβαλεν. do pulchram versionem Caussini nostri. *Zonâ porro pectus præcinxerat, in quam artifex, quidquid habuit industria contulisse videbatur: cum neque antea, quidquam eiusmodi fabricasset, neque iterum pari arte conficere potuisse. Geminos enim dracones, caudis primum inter scapulas aptè connexis, deinde productis ceruicibus in mammillas defluentes, & tortili nodo ita implexos, vt capita è sinuoso fluxu subducta, tanquam ipsius nodi appendices extarent, ab vtroque latere suspenderat. Dixisses angues re ipsa serpere, non iam rigido & terribili aspectu formidabiles, sed humido torpore diffluentes, puellæ pectore, veluti illicio consopitos.*

Anastaf. Anastasius Bibliothecar. in Leone III. *Murænas prasinales pretiosissimas duas,* commendat. Et iterum: *Murænam trifilem auream, quæ habet buticulas triginta tres.* Dedit hunc Cerda aduers. 95. num. 27.

Hieron. vbi plura de Torquibus. Adde D. Hieronym. de laudibus Asellæ ad Marcell. *Cum primum hoc propositum arripuit, aurum colli sui, quod quidem murænulam vulgus vocat, quod scilicet metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena contexitur,* &c.

CAPVT II.

3. DVm sponsus cap. 2. v. 1. se florem Campi appellat, *Rosam* explicaui: fortasse ideò se rosam signatè dixit, quia cum totas vernas delicias paulo antè commemorasset, (quas sponsa deinde quasi ex ipsius ore repetit,) voluit florem germanum Veris nuntium adhibere: quod etiam

Cicer. ad delicias pertinet. Cicero 5. in Verr. de Vere. *Cuius initium non à Fauonio, vel ab aliquo astro notabat, sed cum rosam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur.*

Ibidem v. 3. notaui Arborum corticibus, amantium pastorum nomina inscribi, imo insculpi solita. Probat Vetus Poëta, cuius fragmenta leguntur

Vetus Poet. in catalectis.

Quando ponebam nouellas arbores Mali & Pyri,
Cortici summa notaui nomen ardoris mei,
Nulla fit exinde finis, vel quies cupidinis,
Crescit arbor, gliscit arbor, ramus implet litteras.

Quod v. 9. dixi de limis oculis, & furtiuo

Plaut. aspectu, confirmabis ex Plauto, in Mil. glor. vbi quidam. *Aspice limis oculis, ne ille, nos se videre sentiat.*

Ibidem, è semihulco flore dixi spem fieri, paulo post ridenti calyculo adaperto, totum se exhibendum fore. Subdo D. Gregor. Nyssenum orat. de

Greg. Nyss. obitu Pulcheriæ. Νεοθαλὲς ἄνθος, ὃ οὔπω ὅλον τῆς καλύκων ἐξέλαμψεν, ἀλλὰ τότε λάμψειν ἠλπίζετο: καὶ ὅμως ἐν τῷ μικρῷ καὶ ἀτελεῖ ὑπέλαμπε: ὅπως ἀθρόως ἐναπέσβη τῇ καλύκι, καὶ πρὶν εἰς ἀκμὴν προελθεῖν, καὶ ὅλον εὐωδίᾳ πλῆσαι, τὸ ἄνθος αὐτό, περὶ αὐτὸ κατερρύη, καὶ κόνις ἐγένετο: ὃ οὔτε ἐδρέψατό τις, οὔτε ἐστεφανώσατο, ἀλλὰ μάτην ἡ φύσις ἐπόνησεν. *Flos recèns germinans, qui nondum totus è cubiculo emicabat, sed iam totus emicaturus sperabatur: in ipsa parua & imperfecta sui parte emicans decentissimè: vt subitò contabuit, in vaginula: vt prius quam ad incrementi vigorem proueniret, & vndique cum odore explicaretur, ipse circum se diffluens, in puluerem redigitur! nulli decerptus, nulli plexus in coronam: quasi quem frustra natura elaboraret.* Malui versionis fidei, quàm elegantiæ deseruire.

Illud ibidem v. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Quod sæpius reperitur in Cant. illustratur ex

Plaut. Plauto in Mostel. vbi ita Puella, de iuuene, quæ ipsam sibi redemerat.

Solam,

Solam, illi meo soli, censeo esse opportere obsequentem.
Solam ille, me sibi soli, suo quam liberauit.

CAPVT III.

4. Petron. Arb. CAnt.3. v.4. *Tenui eum.* aperui formulam, qua rebus optatissimis, post longa suspiria inuentis dicebatur: *Teneo te.* Adde Petronium in Satyr. vbi puella ad amicum: *Teneo te, inquit, qualem speraueram: tu desiderium meum, tu voluptas mea, nunquam finies hunc ignem, nisi sanguine extinxeris.* Vbi Interpres affert Apulæium lib.10. *Teneo te meum,* &c. & lib.5. *teneo te meum lumen.* Heliodorum vbi Heliod. Clarichlea ad sponsum: ἔχω σὲ Θεαγένες. *teneo te Theagenes.* Habet verò hæc δεξίωσις siue addubitatio, certissimum præsentis voluptatis, & præteriti desiderij ostentamentum: quo vix possessum bonum videmur credere.

Eodem cap.v.10. vbi aureos currus probaui, adduxi Philostratum: Subdo nunc eius verba de Dion. Dione, quæ prætermiseram. Τραϊανὸς γὰρ αὐτοκράτωρ ἀναθέμενος αὐτὸν ἐπὶ τῆς ῥωμαίων εἰς τὴν χρύσην ἅμαξαν· ἐφ' ἧς οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν, ἔλεγε. *Traianus autem Imperator, assumens illum Romæ, in aureum currum, vbi Reges* [illegible]*lis bellis, triumphales pompas ducunt, dicebat,* &c.

Aristid. Ibidem v.11. asserui coronas sponsales, à nuptialibus diuersas. Firmo adhuc morem ex Aristide, in laude Eteoneæ iuuenis acerbè rapti, vbi ita. Ὦ νυμφίε τῆς ἠλεκτρώνης ἀρτι ἁρμοσθεὶς, καὶ στεφάνοις μάλλον πρέπων, ἢ θρήνοις. *O te, sponse recens combuste, miserabiliorem! & coronis quam luctibus aptiorem.* Pende vocem νυμφίε, quæ non marito, sed mero sponso datur. Dedit hunc noster Caussinus lib. 8. Paral. vbi etiam affert Libanium So-Liban. phistam: qui nescio quid comparans ait. *Haud aliter, quàm si sponsus aliquis interim, dum corona intexuntur, moriatur.*

CAPVT IV.

5. Heliod. CAp.4.v.1. Crines erraticos dixi & Capris similes: deinde capellas, à fluctuatione suspicabar. Sic Heliodor, lib.3. fluctuantes etiam vocauit. Ἡ κόμη δ' ὑπὸ διάπλοκον, ὑπὸ ἀσύνδετον· ἀλλὰ ὑμῖν πολλὰ καὶ ὑπαυχενίος, ὤμοις τε καὶ νώτοις ὑπεκύμαινε, &c. *Coma autem nec vndique nodata, neque soluta vndique, sed partim ad collum, in humeris & tergo subfluctuabat.*

Ibidem v.3. è vittâ coccinea, solum rubentem labiorum colorem mutuabar: addo, fortassè ideò vittam, quæ tenuis est, præ aliis vsurpari, quia in labiis & color, & tenuitas decens commendatur. Aristen. Aristæn. epist.1. Χεῖλος δὲ λεπτὰ, καὶ ἐρείσια διηρμοσμένα, καὶ τῶν παρειῶν ἐρυθρότερα. *Labia subtilia, tenuiter interdistincta, & genis flammantiora.*

Eodem cap. v.4. dixi fusè sponsæ collum à pudicitiâ armari & muniri, quasi nunquam alienæ libidini pateret. Addo aliquid aliud, libidini cum collo, commune, (saltem ex aliquorum opinione,) vnde meritò defensum collum videar explicasse. Septalius. Doctissimus Septalius in Aristot. probl. sect. 4. probl. 4. de voce raucescente, sub id ætatis qua generationi opera dari potest: sic scribit. *Cuius rei signum illud esse, quod antiquus in more erat positum, ad dignoscendum an virgo, cum marito primùm congressa, deflorata esset necne: dum enim primâ nocte cum viro esset concubitura, colla mensuram filo circumdato capiebant: postero manè eodem filo collum metiebant:* quod si latius, quàm vt filo comprehendi posset inueniebant, defloratam esse ea nocte, pro certo habebant: sin autem nihilo maius euasiſset, adhuc pro integra habebant: aut antea esse deuirginatam credebant. cuius consuetudinis meminisse visus est Catullus in Catull. nupt.Pel.& Thet.sub his versibus.

Non illam nutrix oriente luce reuisens,
Hesterno collum poterit circundare filo,

plura ibidem Septalius.

Dicebam ibidem v. 8. alieni temporis poma, & flores ad delicias numerari: Sic D. Gregor. Nazianz. Nazianz.orat.26. ἡμῖν τὸ μὲν ἔδαφος ἐπάνθει δὴ, ἄνθεσι πολλάκις καὶ τῆς ὥρας ἔξω. *nobis quidem pauimentum floribus flagrabit, & illis sæpè alieni temporis.*

Ibidem v.11. dixeram formosas hortis comparari solitas: nec immeritò, vt enim formosæ, sic & horti in Veneris tutela: quasi nihil inter rusticana blandimenta gratius, & venustius. Varro Varr. lib. 1. de re rust. *Veneror Mineruam & Venerem, quarum vnius procuratio oliueti, alterius hortorum.* Idem lib.5.ling.Lat. *Vinalia rustica dicuntur, ante* Idem. *diem duodecimum Kal.Sept.quod tunc Veneri dedicata ædes, & horti eius tutelæ assignantur.* Ex Plinio, & Plauto rem firmat ibi Interpres.

Quod verò eodem versiculo dicebam, *hortum* apud profanos sæpè Veneream significationem habere: probat adhuc Apulæius, (vt creditur in Apulæius. catalectis.

Atque que falces molles arue Venereo.
Tuque tuque pangant hortulo in cupidinis.

Sic capiunt aliqui ibidem Poëtam Venerem qui dixit, *deserto in Veneris hortulo.*

Ibidem v.13. Paradisum & παράδεισον, ab Hebræo iuxta communem sententiam deduxi: nec obstat Iulius Pollux lib.11. qui vocem à Persis in Græcos deriuatam putat: crederem enim ab Hebræis in Persas transmissam, inde ad Græcos è quibus ad Latinos. Pollucis verba sic habent, de Pollux. Paradiso. Βαρβαρικὸν δὲ δοκεῖ τοὔνομα εἶναι, καὶ τῇ συνηθείᾳ εἰς χρῆσιν ἐληλυθὸς· ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν περσικῶν. *Barbarum videtur esse nomen, venitque ex consuetudine, in Græcum vsum, vt multa alia Persica.*

In eodem cap.v.16. dixi Homerum, Dauidi vel Salomoni contemporaneum: Satis id erat præsenti instituto: Si antiquior fuit, adhuc coniectura ibi nostra probabilior: fuisse verò antiquiorem, probat mihi Cassiodorus in Chronico, de Cassiod. Regibus Latinis, vbi ita: *Syluius Æneæ filius de Lauinia, regnauit annis 29. huius temporibus Homerus Poëta, fuisse memoratur. Æneas Syluius regnauit annis 31. huius temporibus Rex Dauid Hierosolymis regnauit.* Cum ergo Argonautæ, tot aliunde temporibus præcederent Homerum, facilius illorum res, & fabulæ subsecutæ, in Salomonis notitiam venire potuerunt.

Ibidem probaui ventos, ex diuersis orbis plagis, quas perflant, diuersas sortiri qualitates: quod confirmo adhuc ex Aristot.sect.26.Probl.17. Διὰ τί Aristot. ὁ νότος δυσώδης, &c. *Cur Auster fœtidus? an quia calida & humida reddit corpora, hæc autem putrefiunt maximè: qui autem ex mari sunt Austri, boni sunt plantis: ea mari enim ipsis impressionem facit, & Attica thriasio campo,* &c. Vbi multa eruditissimus Septalius, de ventis perflatæ regionis qualitates participantibus. Idem Aristotel. sect.1. Probl. 23. Οἱ δ' ἐκ θαλάττης νότοι, καὶ συμφέρουσι τοῖς φυτοῖς. *Austri verò è mari, vtiles sint plantis.*

CAPVT

CAPVT V.

6. Illud Cant. 5. v. 1. *Bibi vinum meum, cum lacte meo*: non defuerunt, qui ita explicarent quasi *vinum* de purpureo: lactis verò vocabulo, vinum album applicarent. (Paraphr. Chald.) Fauet ibi Paraphrasis Chaldaica, quæ ita. *Coram me libatio vini antiqui, & rubicundi, & vini albi.* Certè vinum rubrum, absolutè tale dicitur. Vnde fortassè Deuter. 32. v. 14. non solum ab interno succo, sed etiam à colore, *sanguis vuæ appellatur.* (Cassiod.) Hinc Cassiodorus lib. 12. variar. epist. 4. *Hyemale multum, vuarum frigidus sanguis, in rigore vindemiæ inuentus liquor, purpura potabilis, violeum nectar.* Tunc sic ibidem, de vino albo, ad rem meam. *Nec illud negligendum putetis, quod lacteo poculo relucescit: quando plus est mirabile quod potueritis difficilius inuenire. Albedo ibi decora est, & serena puritas, vt illud de rosis, hoc credatur natum esse de liliis: colore quidem extraneum, sed sapore germanum est: aspectu dispar, similis in vtroque suauitas. nam quod acutè sapit, quod citò reficit, commune illis intelligitur: Sed magna est distantia quæ videtur: illud intuetur rubore lætum, hoc inspicit candore festiuum.* Non igitur perperam in hoc loco vinum album, per lacteam potionem, poteris explicare.

Noto obiter, licèt non ad hunc locum, non à colore, sed etiam ab effectu, quodnus vinum, (Athenæus.) *lac Veneris* ab Aristophane appellatum Athenæus lib. 10 cap. 16. *Eleganter profectò Aristophanes, vinum, Veneris lac appellauit.*

Bibentibúsque dulce lac Veneris.

Quod multum nonnulli bibentes, illegitimæ rei Venereæ desiderium concipiunt.

Ibidem v 2 ostendi, Amantibus esse innatum, dilectam rem, multiplicare & diuersis nominibus appellare. (Nazianz.) Facit hinc etiam pulcher locus D Gregorij Nazianz. orat. in sanctum Baptisma: vbi ita. *Porrò quemadmodum Christus huius muneris Auctor, multis & diuersis nominibus appellatur: ita ipsum quoque munus, varia nomina sortitur: Siue id nobis, ob miram quandam animi lætitiam accidat, (sit enim ferè, vt qui erga rem aliquam ardenti amore feruntur, nomina quoque ipsa libenter commemorent,) siue quod multiplex huius beneficij vtilitas, multas quoque appellationes nobis pepererit.* Sic in re amoris, cum desiderij ardor, tum passionis multiplex affectus multiplicat appellationes.

Ibidem v. 6. Inter blandimenta amatoria, posui, *Anima mea*. (Plaut.) Sic Plautus in Mil. glor vbi Puella ad Amasium. *O mei oculi, ô Anima mi*, & in Asinar. *Meus oculus, mea rosa, mi animo, mea voluptas.* Sic passim pluribus aliis locis.

Quod ibidem v. 10. notaui de vultu roscicolore, (Aristæn.) firmat etiam Aristænetus epist. 2. vbi ita. Λευκὴ μὲν ἔπιεικῶς ἢ ὑπέρυθρος παρειά: ἢ ταύτῃ τὸ φαιδρὸν ἐκμιμεῖται τῶ ῥόδου. *Candida mixtim, mixtim, & subrubra gena vna rosarum hilare imitatur.* Pulchrè proinde vertit Caussinus lib. 11 Paral. *Mixta candido ac tenui rubore gena, natiuum rosarum splendorem referunt.*

Comam illam solarem siue ἡλιῶσαν, quam (Heliodor.) ibidem v. 11. asserui, firmat adhuc Heliodorus lib. 3 histor. Æth. qui etiam ἡλιῶσαν dixit. Callistratus, de Coma Meleagri. Κόμη τ' ἡλιῶσα, ἢ ἀντανακλᾷ πρὸς τὴν ὁρμὴν. *Coma soli concolor, & quali vigoris impetu erecta.* Quod autem ibidem dixi de comis ex vario solis reflexu, nunc coruscantibus, & interim nigricantibus: probat pulchrè D. Gregor. (Nazianz.) Nazianz. orat. 11. ἡ χρυσῷ ἐκείνην ἐκλάμπουσαν πηγὴ τοῖν θεῖν εἰς μελαίνης τρίχας: ἢ ξανθαὶ πλόκαμιδες ἀφανιζόμεναι τῇ ἢ ἀποφαινόμεναι. *Non aurum illam adornabat, ad pulchritudinis superfluitatem, arte elaboratum: non flaua coma cum subiucentes, tum sublucentes.*

Dixi ibidem v. 13. primam genarum lanuginem floribus comparari. 7. (Chrysost.) Cape in idem D. Chrysost. homil. de Ioseph. *Cum iuuenis adhuc esset, tum primum pilorum lanugine, in genis eius efflorescente, florida rosa in morem flaua barba in medio pulchritudinis florem effundens*, &c.

Quæ autem ibi de liliis purpureis dixi firmat Rouillius lib. 15. (Rouill.) *Caulis est lilio Persico trium cubitorum, quem fusè ambiunt folia ex cæruleo virentia, mucronata liliis cruentis paria flores nutantes, nolarum effigie, obsoletâ purpurâ nigricant.* Herodotus in (Herodot.) Euterpe vbi de rebus Ægypti. *Sunt & alia lilia rosis similia, flumine nascentia* Hic Burgis lilia vidi flauè rubescentia, sic per omnia, candidis similia, vt crederem initio candida inducto fuco infecta: sed natiua didici, odoris tamen expertia.

Quod ibidem dixi de suadela labiis insidente, habet etiam Menechides Bacchidem deplorans. (Menech.) Ἀρτίως μὲν δὴ ἐζῆτον δὴ ἐφθέγγεται, ὦ ἐν ἐκείνοις τῶν ὁμιλιῶν αὐτῆς σειρῆνες ἐνίδρυντο: ἐπ' ἄκροις μὲν ἐκεῖ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθητο ἡ πειθώ. *Nuper qualis eius erat aspectus qualis sermo, quot in eius colloquiis inerant Sirenæ! in summis eius labris, vise fecit sibi locasse suadela.* Sic Aristænet. epist. 1. Ἡ μὲν δὲ φθέγγεται, βαβαὶ ὅσαι τὸ ὁμιλεῖν αὐτῆς αἱ σειρῆνες. *vm loquitur, Papæ! Quot in sermone eius sunt Sirenæ.*

Ibidem v. 14. dedi aliqua de multitudine anulorum, qui in eadem manu, imò & digito gestabantur. Est tamen locus obscurus ille Amiani Marcel. lib. 28. de delicatioribus è lauacro tedeuntibus. (Amian.) *Receptis anulis, quos ne violarentur humoribus famulo tradiderat, digitis ut metatis abit.* Noster Caussinus lib. 11. Parallel. ad hunc locum, (Caussin.) sic scribit. *Fortè erit aliquid corruptum, nisi metatos digitos intelligit, insertis anulis distinctos: vt hortum digestis in quincuncem arboribus compositum: hoc enim est metari apud Columellam lib. 9. quod etiam anulos ita componerent, testis est Seneca 7. de nat. 31. Exornamus anulis digitos, in omni articulo gemma disponitur.* Quæ cum vera sint, nihilominus extra nuptias, aut similes celebritates, indecorum tot anulos gestare, apud Romanos veteres, viris habebatur. D. Isidor. lib. 19 Etymol. cap 32. *Apud* (Isid.) *veteres vltra vno anulo vti, infame habebatur viro. Gracchus in Mauium: Considerate Quirites sinistram eius: en cuius authoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem, vt mulier est ornatus.*

V 16. desiderium pro amore accipi, probaui. Subdo plura: nam quæ Latini vocamus, *pharmaca amatoria* Græci dicunt, φίλτρα πόθου. *Philtra desiderij.* Sic & Horatius desiderij poculum. Euripides in Bacch. de iuuenis Cæsarie. (Euripid.)

Πλόκαμος ταναός, &c.

Γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος πόθου πλέως.

Cæsaries longa,

Ad genas diffusa desiderij plena.

Id est, prouocans ad amorem. Æschylus in Prometh. ad Puellam. (Æschil.)

Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει,

Πρὸς σοῦ τεθάλπται.

Iupiter enim, desiderij iaculo,

Tui causa incaluit.

Idem iterum in supplicibus, ἱμέρῳ τεθαλμένος dixit: *victus desiderio*, pro Amore.

CAPVT

CAPVT VI.

8. AD caput sextum, nihil occurrit addendum, nisi quod, quæ v.8. paucis dixi de tenerrimo amore Matrum erga filias, facilè poteris illustrare ex Andrea Tiraquello 7. L.Con. gloss.1.p.7. & ex Delrio tom.1. Adag.910.

CAPVT VII.

9. Philostr. CAp.7.v.2. *Crater tornatilis*, ad modum plenæ Lunæ explicatur. Adlucet aliquid Philostratus Equitem describens. Μέλαινα, ὡς ὁρᾷς ἡ κεφαλὴ τοῦ ἵππου, καὶ λευκὸν ἀποτετόρνευται κύκλον, ἐπὶ τοῦ μετώπου, κατ' αὐτὸ τῆς σελήνης τὸ πλῆρες. Nigrum autem, vt vides est equo caput, candidúsque fronti, quasi torno excelatus orbis imprimitur, ipsam Lunæ plenitudinem referens.

Ibidem v.4. ipsum sponsæ nasum, vocaui *olfactoriolum*. Fauet aliquid Eustatius in Iliad. vbi
Eustat. ita. Τὶς τῶν ὑπερτέρων κολάκων τὸ Ἀρσινόη, ἥρας ἴον ἀναγραμματίζει: αἰ κάλλως θεραπευτικῶς τὴν βασίλισσαν Ἀρσινόην, ὡς πρέπουσαν ἥρας ὀσφράδιον. *Quidam perditissimus adulator Reginæ Arsinoes nomen, Iunonis violam anagrammatiZauit: blandè palpans Arsinoem, quasi Iunonis olfactoriolum esse posset.*

Aristæn. V.7. statura sponsæ assimilatur *palmæ*: Sic Aristænetus epist.1. licèt incessum pariter commendet. Βάδισμα πεπεδημένον βραχὺ δ᾽: ὥσπερ κυπάριττος, ἢ φοῖνιξ, σειόμενον ἡσυχῇ. ἀλλ' ἐκείνας μὲν ὅσα φυτὰ, κινεῖ ζεφύρου πνοή: αὐτὴν δὲ πῶς ὑποσαλεύουσι τῶν ἐρώτων αἱ αὖραι. *Incessus compositus, sed b euis, tanquam cupressus, aut palma leuiter agitatus. Illas tamen plantas Zephyri flatus: hanc verè, ipsa quodammodo cupidinis aura commouebant.*

Captando halitus odori, remedia quæsita dixi
Petr.Dam. ibidem v.8. sic Petrus Damianus lib. 8. epist. 14. *Enim verò non ignoratis, quasdam carnaliter conuersantes; diuersas inter dentes aromatum, ac pigmentorum species terere: vt viris suis iucundius valeant, redolentis fragrantiæ nitore placere.*

CAPVT VIII.

CAnt.8.v.5. verbum *corrumpe* ad rem bellicam deduxi, quasi sit *destruo*, *euerto*. Firmabis apertè ex Græco: nihil enim notius, quàm διαφθείρειν παρθένον, esse corrumpere, vel construpare Virginem: & tamen ipsissimum verbum διαφθείρω, siue corrumpo, elegantissimè sumitur
Herod. in re bellicâ. Herodotus lib.7. in celebri illa oratione Artabani. Στρατιὴν γε τοσαύτην σὺν Δάτι καὶ Ἀρταφέρνει ἐλθοῦσαν, ἐς τὴν Ἀττικὴν χώρην, μοῦνοι Ἀθηναῖοι διέφθειραν. *Exercitum ingentem, sub Datidis, & Artaphernis auspiciis Atticam prouinciam ingressum, soli Athenienses corruperunt.* id est, expu-
Idem. gnarunt, profligarunt. Idem post multa. Στρατὸς πολλὸς, ὑπ' ὀλίγου διαφθείρεται. *Ingens exercitus, ab exiguo corrumpitur.* id est euertitur.

Ibidem v.6. illud Pauli ad Galat. vlt. *Ego stigmata Domini.* Cùm Anselmo, ad militaria puncta
Lyr. Interl. deduxi. Adde Lyranum ibidem, vbi ita. *Stigmata, id est, signa militiæ Christi.* Interlinearis item, clarius. *Stigmata, signa militiæ Christi, quæ me comprobant eius esse.*

Fusè ibidem Amorem profanum, ab amore casto segregaui, vtriusque notas, à probis Auctoribus dedi: Subdo pluscula, quia non obuia. Pe-
Petr.Afr. tronius Afranius, legitur in catalectis.

Quæ nam forma hæc? Dei. Cur versa est? Fulgura lucis.
Diuinæ, non fert debilis hæc acies.
Quid verè existis, tanquam vnc è corpore, corpus?
Hic Amor est. Si amor est, cur videt? at Iouis est.
Cur ita complicitis alis? nunquam euolat. at cur,
In se conuertit tela? sui ille amor est.
Cur ferro siue tela gerit? quia vulneris expers,
Ille est: ast alter vulnerat, & cruciat.

Pende singula, quæ sunt optima, diuino Amori enucleando. Marianus Scholasticus Anthol.4. de Marian.
Amore casto.

Οὐκ ἀπὸ πανδήμου εἰμὶ κύπριδος, οὐκ ἀπὸ γαίης,
Εἰμὶ καὶ ὑλαίης ἔκγονος εὐφροσύνης.
Ἀλλ' ἐγὼ ἐς καθαρὰν μερόπων φρένα πυρσὸν ἀνάπτω.
Εὐμαθίης ψυχὴν δ' οὐρανὸν εἰσανάγω:
Ἐκ δ' ἀρετῶν στεφάνους πισύρων πλέκω, ὧν ἀφ' ἑκάστης,
Τοὺς δρέπων, πρώτῳ τῷ σοφίης στέφομαι.

Non è vulgari, ô hospes, Venere, neque è terra,
Sum, nec corporeæ soboles lætitiæ.
Quin in casta hominum mente facem accendo,
Bona disciplina, & animam cælo adduco.
Ex virtutibus quatuor singulas coronas decerpo:
Quas fero: & prima omnium sapientia coronor.

Propterea D. Dionysius lib.4. de diuinis nomini- Dionys.
bus. Ἔρως αἰσχρὸς, οὐκ ἔστιν ἀληθὴς ἔρως, ἀλλ' εἴδωλον: ἢ μᾶλλον ἔκπτωσις τοῦ ὄντος ἔρωτος: *Amor turpis, non est Amor, sed idolum: imò potius lapsus Amoris*
veri. Idem alibi. Φῶς νοητὸν λέγεται, τὸ ὑπὲρ πᾶν φῶς ἀγαθόν: ὡς ἀκτὶς πηγαία, καὶ ὑπερβλύζουσα φωτοχυσία: πάντα τὸν ὑπερκόσμιον, καὶ ἐγκόσμιον νοῦν, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτῆς καταλάμπουσα. Loquitur de diuini Amoris lumine. *Lumen intellectuale appellatur, quod supra omne lumen, bonum est: tanquam radius fontanalis, & superscaturiens splendoris effusio: omnem, vel supra mundum, vel in mundo, mentem ex sua plenitudine collustrans.* Vbi obiter vides, quo iure ibi purissimo Amori darem ex Salomone, *Lampades ignis, atque flammarum.* Ideò enim accendit, vt illuminet. Idem.

Dixeram ibidem v.11. apud plerasque nationes, Militibus victoribus & emeritis, prædia, vineas, oliueta solita distribui: idem apud Hebræos factum, ostendebam. Ægyptiorum etiam fuisse hunc amorem, (sunt autem isti, vt nosti, Hebræis
vicini,) disco ex Herodoto in Euterpe. Vbi ita Herod.
de Regibus Ægypti. *Post hunc regnasse Sacerdotem Vulcani, nomine Sethon, cúmque bellatoribus Ægyptiis abusum fuisse, contemptui habentem, tanquam sibi non opportunos: & cùm aliis ignominiis affecisse, tum verè agris exuisse, quibus fuerant à superioribus Regibus singuli donati duodenis.*

CAPVT IV.

Ficus folia pruritum edunt.

PERIOCHA.

1. *Explicatur locus Genes.cap.3.v.7.*
2. *Quid sit ficulnea prurigo apud Patres.*

3. Idem

3. *Idem clarius ostenditur.*

4. *Ficus libidinem prouocat. Baccho sacra, ab illo inuenta. Videri Adami ruentis historiam priscis notam. Ficus, primus in orbe fructus putatus Ethnicis.*

1. Gen. 3. v. 7. NON est obscurus locus ille Genes. 3. v. 7. de lapsis Protoparentibus: *Cúmque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus & fecerunt sibi perizomata.* Admorunt enim folia ficus, quia hæc omnium latiora: & apud Indos Clypeorum instar feruntur inueniri. Ideò Plinius de foliis (Plin.) arborum locutus, ait, *latissima fico, viti, platano.* (Guil. Selm. Hamerus.) lib. 16. cap. 24. notauit iam cum aliis Hamerus. Si quæras, vnde acus, vnde filum ad consuendum: crederem absque dubio scirpum aliquem, aut genistam lentam, aut vimen flexile huic ministerio (Tertull.) deseruiisse. Ideò Tertull. lib. de Pallio, cap. 3. de vellere à Mercurio in vestem consuto, ait: *In vestis pristina modum, quam phylira tenui vinxerat, consuisse.* (Cerda. Horat.) Vide ibi Cerdam, & adde Horatium, *displicent nexa phylira corona.* Non quidem obscura ista: Sed certè minus clara illa, quæ obiter ad hunc locum Prisci Patres, & Ecclesiæ Doctores, dum mores formant inculcarunt, præbeo igitur me, vt potero in hoc loco, non tam sacri textus, quam eiusdem Interpretum, interpretem.

2. Tertull. Est in primis caligans adhuc Tertullianus lib. de Anima, cap. 38. vbi locutus de affectibus ætatis humanæ, cum ad decimumquartum assurgit annum, sic scribit: *Si enim Adam & Eua, ex cognitione boni & mali, pudenda tegere senserunt, ex quo id ipsum sentimus, agnitionem boni & mali profitemur, ab his autem annis, & suffusior & vestitior sexus est: & concupiscentia oculis arbitris vtitur: & communicat placitum, & intelligit, quæ sint: & fines suos ad instar ficulneæ contagionis, prurigine accingit: & hominem de paradiso integritatis educit, exinde scabida, etiam in cæteras culpas, & delinquendi non naturalis, cum iam non ex instituto naturæ, sed ex vitio.* Cur enim pubescens prurigo, id temporis adolescentiam inuadens, & sexus fines, id est, circumiacentes terminos circumuestiens: contagioni ficulneæ protoparentum comparetur: quasi filiorum prurigo, à Patribus, ficus foliis, prurientibus, quodammodo per contagium orireturʔ Puto id dictum, quia ficus folia pruriginem excitant, & turpiores sollicitant titillationes. Eadem obscuritate, sed maiori elegantiâ D. Hieronym. ad Eustochium de custodia vir- (D. Hieron.) ginitatis. *Non est detrahere nuptiis, cum illis virginitas antefertur: nemo malum bono comparat: glorientur & nuptæ cum à virginibus sint secundæ, crescite ait, & multiplicamini, & replete terram. Crescat, & multiplicetur ille, qui repleturus est terram: tuum agmen in cœlis est. Crescite & multiplicamini: hoc expletur. dictum post paradisum, & nuditatem, & ficus folia auspicantia pruriginem nuptiarum.* Auspicabantur certè illa subsequentium apud Mortales nuptiarum pruriginem: quia tunc, non tam videbantur velare modestè, quam fœdè stimulare ad libidinem, Protoparentum pudorem (D. P. Chrys.) adhuc integrum: id voluit D. Chrysologus serm. 106. ad illud Lucæ cap. 13. quam Saluator adiuit. *Ad ficulneam venit Christus, ad quam legitur Adam, nudus fugisse post culpam: venit ergo ad ficum Christus, vt inueniret Adam, & nudum tegeret pio sui corporis indumento: cuius ficus non velabat, sed stimulabat pudorem: cuius ficus ista, id est, Synagoga circumcisionibus suis, nudabat partem verecundam corporis, non tegebat.* Quod autem de Circumcisione addit, pulchro scomate fecit recutitos: nec indignabitur Philo Iudæus, qui ex adempto præputio, fœcundiores nuptias, putidius, & morosius tractauit. redeo. vult ergo Chrysol. addititia foliorum prurigine, subortam à peccato, Adamum confouisse: quod clarius habet Alcuinus (Alcuin.) ibi quæst. 69. *Cur ad folia ficulni, turbati cucurrerunt? quia gloriam simplicis castitatis amiserunt, ad duplicem libidinis pruriginem confugerunt.* Duplex inquam erat prurigo, & innata carnis, & admota ficus. Sic Interlinearis ibi, vocauit hæc fu- (Gloss. Int.) lia: *Operimentum mendacij, quæ pruritum carnis, & libidinis ardorem significant.* Significant planè libidinem, quam conferunt. Huc absque dubio allusit D. Ambros. lib. 1. de Virgin. ad initium. (D. Ambr.) *Beati qui sub vite & olea Psalm. 112. equos suos alligant: Laborem cursuum suorum, paci & lætitia consecrantes: ne ficus adhuc, id est, illecebrosa delitiarum obumbret prurigo mundi: humilis ad altitudinem, fragilis ad laborem, mollis ad vsum, sterilis ad fructum.* Hi fere omnes Patres, necessariam, quam prætulimus facem desiderabant.

Demus iam paucos qui eandem nobis benignè 3.
prætulerunt. Primus esto D. Germanus Constan- (Germanus Constant.) tinopol. orat. 3. de Cruce apud Grethſ. vbi de Protoparentum ruinâ, ita. *Primus tenet cladis illa ventris, orta ex delectatione fructus: huic coniungitur affectio illa & commotio, quæ sub ventre: ferunt enim folia ficus, naturali quadam proprietate suâ, titillationem excitare.* Benè: quasi Adam iam gulæ seruus, statim luxuriæ quæreret irritamenta, semper enim hæc vitia coniunguntur. Hyppolitus (Hyppol.) apud gloss. ord. *Quemadmodum huius folia si corpus tetigerint, pruritum excitant: ita peccata pruritum excitant, trangressionis indicium.* Tandem D. Anto- (D. Ant. de Padua.) nius de Padua serm. 1. in Dom. 3. post Pascha. *Exules paradisi habuerunt vestes de foliis ficuum: quæ carnis excitant pruritum.* Isti tres satis, vt quid alij dictum voluere intelligamus.

Adde breuiter duplex dictorum corollarium: 4.
primum, etiam apud profanos, ficum arborem ab affectu lasciuiæ denotari. Phalus ille quo Bacchus nefande abusus, lignum ex ficu delatum fuisse, passim legitur: pudet referre historiam, quam luculenter ad infamiam Deorum gentilium tractat Arnobius, ideò fortasse vete- (Arnob.) res, licet omnia poma, Baccho lasciuissimo numini referrent in acceptis: vt probat Theocritus apud Athenæum lib. 3. cap. 4. tamen illi (Theocrit.) ficum præcipuè assignarunt. Probat idem Athe- (Athen.) næus lib. 3. cap. item 3. *Sosibius Lacon, vbi ficum à Dionysio inuentam fuisse demonstrauit, idcirco, inquit, Dionysium Sicitem,* (id est, ficarium,) *apud Lacedemonios venerari. Naxij, sicut Andrisius, & Agasthenes, placidum aiunt dici Dionysium, ob fructum ficuum traditum: quæ etiam de causa efficitur, vt Dei Dionysij, qui Bacchus appellatur, facies apud Naxios vitea conspiciatur. Dei autem placidi facies est ficulnea: quia ficus placida dicuntur.* Secundum corollarium esto: videri apud priscos Ethnicos aliquid, de ruentis Protoparentis historia degustatum: vt enim Adam pudore suffusus arboreo tegumento se velat: ita Vlysses nudus è mari prodiens, in conspectum puellarum venturus, ramo se texit: Homer. Odyss. 6. (Homer.) ἐκ πυκινῆς δ' ὕλης πτόρθον κλάσε. *ex densa sylua ramum fregit.* Deinde si, quod nonnulli Patres

affirmant,

affirmant, verum est arbotem vetitam Adamo prius gustatam fuisse ficum, è cuius postea foliis præcinxit sibi perizomata: fortasse inde protulere veteres, ficum fructum primæuum ab hominibus degustatum. Idem Athen. proximè citatus. *Ficus viri amici, simplicis vita principium extitit: quod attestari videtur locus is, qui ab Athenienfibus sacra ficus nominatur: in quo primum ficus inuenta fuit: atque fructus hinc dictus est Hegetoria, quia primus ad victum mansuetum, inuentus est.* Et quamuis vtrobique chymerica coniectura nostra foret: nil obest, spicilegij iure dictis inseruisse.

Athen.

CAPVT V.

Vineus color ad pulchritudinem.

PERIOCHA.

1. *Enucleatur locus Gen. cap. 49. v. 12.*
2. *Oris à vineo colore, ad pulchritudinem commendatio.*
3. *In oculis, pulcher idem color.*

1. TORQVET absque dubio Interpretes, tam qui difficultatem apposuerunt, quam qui dissimularunt: locus ille Genes. 49. num. 12. vbi de Iudæ formà, (naturalem, seu mysticam intelligas, perinde est: laborandum enim, vnde ad mysticam, metaphora desumatur,) ita Iacob. *Pulchriores sunt oculi eius vino: & dentes eius lacte candidiores.* Hebræi, vt nosti, cum comparatiuis careant nominibus, supplent comparandi formam per particulas מן, & מוּ quarum prima, in loco nostro habetur: & quamuis fatear præpositionem hanc significare etiam *ab* & *præ*: tamen optimè, per comparationem exprimi à vulgato nostro Interprete, negari non potest. Quis ergo, inquis vnquam, oculorum pulchritudinem commendaturus: comparationem à vino vsurpauit, vino venustiores, protestatus? nodum non tam vt soluerent, quam dirumperent, contendunt aliqui, supplendam in vulgatâ nostra versione præpositionem, *præ*: Sicque non tam fieri comparationem, quam denotari causam: Legit ergo Vatablus: *Rubicundi oculi à vino, & candidi dentes, à lacte.* Sed quamuis sciamus oculos vino rubescere: nescio vnde probare possimus lactis vsu dentes candescere. Magis mihi mirum, visos LXX Interpretes, rem aliò deriuasse, & cum in re lactis quod planum est, comparationem assumant; vinum aliò conantur detorquere: Sic enim in multis exemplaribus, imò & in Regiis correctissimis habentur. Χαροποὶ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου: λευκοὶ ὀδόντες αὐτοῦ, ἢ γάλα, *pulchri oculi eius præ vino*, vel, *a vino: albi dentes eius, quàm lac.* Licet enim *albos* dicant in positiuo: norunt tamen pueri, sic solitos Græcos comparare, *bonus hic, quam ille*, id est, melior. Cur ergo LXX. formam varient, cum in Hebræo, eadem particula tam vino, quàm lacti præponatur: non facilè diuinarem. Sed quidquid sit de aliis, nobis vulgaris versio, in oculis, & tuenda: Vbi quam clarè dentium albedo lacti præponitur comparata: Sic oculorum pulchritudo, vino comparatur, & præponitur: idque

Genes. 49. v. 12.

LXX. Interpr.

meritò. Si enim virides oculos, meritò smaragdo præponeres, glaucos, cæruleo stagno: cur oculos vineo colore pulchros, vino non præponas? Sola ergo difficultas illa restare visa, an vineus color, olim in oculis habitus pulcher, & pretiosus: id iam curabo paucis ostendatur.

2. In primis amœnum illum, nec nimis candidum oris colorem, quem triticeum solemus appellare: fictâ à se voce, *vinosum* appellauit Isaacius Porphyrogenitus, in libello, quem edidit, de formis, & vultus lineamentis Heroum tam Græcorum, quam Troianorum, qui contra, & pro Troia decertarunt. Ibi ergo describens pulcherrimum Achillem, ita habet. ξανθὸς, εὐπρόσωπος, οἰνωπαὴς, γοργὸς ἔχων τοὺς ὀφθαλμούς. *flauus, speciosus, colore vineo, oculis acer.* Nouam voculam οἰνωπαὸς, variè corrigere tentant Critici. Ruthgersius var. lib. 5. cap. vii. legit οἰνώπης, id est, *oculis vineo colore suffusis.* Tunc locus totus pro me: sed videtur minus apta correctio, cum statim seorsim oculos commendet non tam à colore quam ab acri intuitu. Si verò de oculis esset sermo, mauellem legere, & corrigere οἰνώπα, eadem formatione qua Homerus Iliad. 1. & passim alibi Iunonem vocauit *boni os o ulos habentem* βοῶπις. Et Pallas oculis glaucis insignis, dicitur γλαυκῶπις. Sic in Hymno Iouis, Musæ nigris oculis pulchræ, ἑλικώπιδες. Sed in loco isto vt dixi, non tam oculorum, quam vultus color commendatur: vnde facilius Dan. Heinsius sola mutatiunculâ tenuis, in aspiratam, legit οἰνοφαὴς, *vineo colore*: Sicut dicimus λευκοφαὴς, id est, *colore candido.* Isaacius iterum de Palamede: μακρὸς, λεπτὸς, λευκὸς, μακρόψις, εὔρινος, ἁπλόθριξ, μελανόθριξ, μικρόφθαλμος, οἰνωπαὸς, λαρύγξας, *erat procerus, gracilis, candidus, longa facie, pulchro naso, capillo simplici, & nigro, exiguis oculis, vineo colore, blatterator.* Vbi cum iam suprà illum candidum appellaret, videtur vineus iste color, proximis oculis tribuendus: sed non moror: mihi satis si ad pulchri viri descriptionem vineus color alicubi vsurpetur.

Isaacius Porphyr.

Ruthgers.

Daniel Heins.

Isaacius Porphyr.

3. Venio iam ad hunc colorem in oculis commendabilem: certè Dionysius, quem pulcherrimum vbiuis describit Nonus, passim ab hoc οἰνωπὸς appellatur, id est, *oculos vineos habens.* Deridiculum enim est, si putes dari Dionysio sine Baccho, (quia aliàs bibacissimus, & inuentor vini,) robot ille lippitudine commixtus, qui ex nimia potatione solet contrahi: egregiè sanè hoc modo numen pulcherrimum deuotissimus cultor celebraret. Sed clarè Isaacius in Heleno, quem postquam pulcherrimum describit, corpore candido, flauum crinibus, & longa cæsarie, addit: οἰνωπαὸς τοὺς ὀφθαλμούς. *oculis vineo colore vestitus.* Capio autem hunc oculorum colorem, de illo, qui paululum castaneus, sed longè viuidior, in oculis gallinacei cernitur. hinc Hispani vice versa vinum coloris similis, vocamus *oculum gallinacei.* Hæc habui vnde obscuræ comparationi lucem, quantula illa sit præferre possem: vtque eadem ratione dentium albedo lacti, sic oculorum nitens color, vino præponatur. Certè pulcherrimus est color iste & alliciens, ideò Salomon Prouerb. 23. num. 31. *Ne intuearis vinum, quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius*, &c.

Nonus.

Isaacius.

Prou. 23. v. 31.

CAPVT VI.

Profana lucorum superstitio.

PERIOCHA.

1. *Lucorum religiosa veneratio ab adiunctis Templis.*
2. *Imò ipsi luci, & arbores, pro templis & oraculis habebantur.*
3. *Dij lucos, aduentare, & habitare crediti.*
4. *Luci, ob homines in arbores conuersos: aut ibidem sepultos, sacri.*
5. *Lucorum senium venerabile.*
6. *Lucorum violatores puniti.*
7. *In lucis lasciua turpitudo sedem collocauit, è toto capite, lux innumeris sacra pagina locis poterit adhiberi.*

1. NIHIL in vtraque pagina occurrit frequentius, quam lucorum religio apud Ethnicos, & eorundem apud Deum abominatio: plenas paginas, vtriusque eruditionis professores cumularunt: à me tantummodo, causas, vel coniecturas, profani cultus, & diuinæ abominationis capies in
Cerda. hoc capite: de re enim videndus Cerda, Dempste-
Dempst. rus, Rhodiginus: item sacri Interpretes ad illud
Rhodig. Exod. 34. *Aras eorum destrue, confringe statuas, lucósque succide.* & iterum Deut. c. 7. & c. 12. Iam verò ratio multiplex: prima: in lucis Deorum Templa erant, quibus proinde ipsi luci sacri credebantur.
Exod. 34. Deut 7. Deut. 12.
Sil. Ital. Silius Ital. lib. 3. vbi de Ioue Amonio.

Fatidico pandit venientia sacula luco.

Idem. Et alibi.

Hic vbi nunc aras, lucósque videtis opacos.

Curtius. Quod de eodem Amonij templo, refert Q. Curtius lib. 4. vbi post multa ad hanc rem concludit: *Est etiam aliud Amonis nemus, in medio habet fontẽ, aquam*
Callimach. *solis vocant.* Callimachus in lauacro Palladis.

——— Vbi pulcher odoribus halat
Lucus, vbi ara, &c.

Imò in ipsis vrbibus, vix templum aliquod augu-
Virgil. stius absque adiuncto luco. Virgil. lib. 1. Æneid.

Lucus in vrbe fuit media, gratissimus vmbrà.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat.

Statius. Statius Thebaid. 9.

Tunc viridis latè lucus, iuga celsa Mineruæ
Propter.

Herod. Herodotus lib. 7. apud quem Xerxes, vindictam sumpturus à Græcis, sic expostulat. Οἱ γὰρ ἐμὲ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα ποιεῦντες, πρῶτα μὲν ἐς Σάρδις ἐλθόντες, &c. ἐνέπρησαν τά τε ἄλσεα, καὶ τὰ ἱρά. *Qui me, Patrémque meum, iniuriâ priores affecerunt: primũ, cum in Sardis venientes, lucos ibi, & templa incende-*
Deuter. 16. v. 21. *runt.* Ideò signatè Deut. 16. n. 21. *Non plantabis lucum, & omnem arborem, iuxta altare Domini Dei tui.*

2. Secunda ratio: quia ipsimet luci, absque aliâ ædificij structurâ, loco templorum, próque Delubris
Plin. sacris colebantur. Plinius lib. 12. cap. 1. *Luci fuerunt numinum templa: priscóque ritu, simplicia rura etiam Deo precellentem arborem dicant: nec magis auro fulgentia atque ebore, quam lucos, & in illis silentia ipsa adoramus.* Disce obiter, quanto certius ex sacro religiosæ familiæ silentio, inhabitantem Deum au-
Ouid. cupantur. Ouidius Fast. 3.

Lucus Auentino suberat niger ilicis vmbra.
Quo possis viso dicere, numen inest.

Hinc erat vt in ipsis lucis, imò & ex illis, arboribúsque illorum præcellentibus, oracula peterent, acciperent responsa. Virgil. lib. 7. Æneid. Virgil.

At rex sollicitus monstris, oracula Fauni,
Fatidici genitoris adit, lucósque sub ipsa.
Consulit Albunea.

Q. Curtius lib. 8. de Indis. *Deos putãt, quidquid colere* Curtius.
cœperunt: arbores maximè, quas violare, capitale est. Ab his ergo arboribus responsa accipiebant. Ouid. 7. Ouid.
Metam. Æaco arborem respondentem inducit.

Intremuit, ramísque sonum sine flamine motis,
Alta dedit quercus: pauido mihi membra timore
Horruerant. Stabántque comæ: tamen oscula terræ,
Roboribúsque dedi, nec me sperare fatebar.

Claudianus de consul. Honor. Claudian.

Cessáque Dodone stupuit, rursúsque locuta,
In te chaonia mouerunt carmina quercus.

Locus est insignis in epistola illa, quam Alexan- Epist. Alex.
der fertur Aristoteli scripsisse, de arboribus apud Indos, Lunæ, & Soli consecratis. *In medio autem luci, sacrata arbores simillima cupressis frondium genere: pedum alta centenorum erant: quas Bebrianas Indi appellant. Eas cum mirarer, dicerémque frequentibus imbribus, ita excreuisse: affirmabat sacerdos, se nunquam in his locis pluuiam, neque feram, aut vllam auem, aut vllum vidisse serpentem: terminos autem esse ab Indorum maioribus, Soli & Luna consecratos. Affirmabat idem, quod in eclipsi Solis, aut Luna, vberrimis lachrymis sacra arbores commouerentur, suorum numinum statui timentes. Et cum sacrificare institueram, & victimas immolare: probibitus sum à sacerdote, qui negabat, aut thus in eo sacrario igne vri, aut animal vllum interfici: sed precepit vt prouolutus truncis arborum, oscula darem, rogarémque, vt veridica mihi darent responsa.* Quod postquam fecisse dicitur Alexander, post multa subditur. *Tunc subitò, Indico sermone, tenuissimè respondit arbor.* Visum durare hucusque apud Indos Bragmenes, nonnullas superstitionis similis reliquias: vt enim olim arbores istas, Solis eclipsi collacrymantes colebant, sic & modò, (quod ex epistolis nostrorum ibidem commotantium, constat) arbores quædam sunt, quas proprio vocabulo *tristes* vocant, quod appetente Sole flores contrahunt, penè marcescentes: oppetente verò, flores explicant, amœnius vernantes: has ergo Indi colunt, nullúmque aliud numen maiori ceremoniâ, vberioribúsue adorant sacrificiis, nescio an sint arbores istæ de genere fruticum, & arbuscularum, quas passim Vlysipone videmus, & eodem nomine *tristes* appellamus: videmus languidas, & marcescentes die; vix autem noctescit, cum vernant, & flores explicant purpureos, & odoris suauissimi. pergo.
Cornel. Tacitus lib. de Moribus Germanorum: Corn. Tac.
Lucos ac nemora consecrant, Deorúmque nominibus appellant secretum illud, quod sola reuerentia vident.
Allusit ad hæc germanorum numina Claud. Claudian.
lib. 1. Stilcon.

——— Et robora numinis instar,
Barbarici, nostra feriant impunè secures,

Ideò vittis, tæniis, floribus, coronísque addititiis arbores comebant. Ouid. Metam. 8. Ouid.

——— Equidem pendentia vidi,
Serta super ramos, ponensque recentia, dixi,
Cura Deûm Dij sunt, & qui coluere, colantur.

Et iterum alibi de sacrâ quercu: Idem.

——— Vitta mediam, memorésque tabella.
Sertáque cingebant, voti argumenta potentis.

Arnobius lib. 1. *Venerabar, ô cæcitas! nuper, vetu-* Arnob.
nosis in arboribus, tanias, &c. Lege apud D. Seuerum D. Seuer. &
Sulp. in vita D. Martini, Ethnicos vix dolentes, Sulp.
templa

templa sua euersa: & ferentes ægerrimè sacratas
Prudent. similes arbores detruncari. Tandem Prudentius
lib. 2. contr. Symach.

Et quæ fumificas, arbor vittata lucernas
Seruabat, cadit vltrici succissa bipenni.

Crescebat aliunde lucorum religio, quod crederent, Deos cœlestes, & alia vulgariora numina, in
Sil. Ital. lucos frequentissimè aduentare. Silius Ital. lib. 3.

Hæc vmbras nemorum, & connexa cacumina cœli,
Calcatósque Ioui lucos, prece Bostar adora.

Plato. Plato in Phædone, de illa sibi somniatâ mortalium fœlicissima habitatione: *Præterea illic esse Deorum templa, & lucos, in quibus reuera Dij familiariter habitant: & responsa, & diuinationes, Deorúmque sensus, familiaritatésque eiusmodi, hominibus ad Deos esse.* Adde frequentiora hic, numina quædam rustica, Panes, Satyros, Faunos, Syluanos, Sylenos, Amadriades, Naiades, Oreades, Napæas: & similem vulgarem farraginem: ad quam allusit Ceres
Claudian apud Claud. 3. de rapt.

——— *Non me vagus edidit amnis,*
Non Dryadum de plebe sumus.

Plinius. Ideò Plinius lib. 12. cap. 1 *Quin Syluanos, Faunósque, & Deorum genera, Syluis, ac sua numina, tanquam è cœlo tributa credimus.* Nobiliorum autem numinum, vna Diana vt plurimum, lucorum præses cre-
Catull. debatur. Catullus in Carm. Sæcul. de illa:

Montium domina vt fores,
Syluarúmque virentium,

Horat. Et Horat. lib. 3.

Montium custos, nemorúmque virgo.

Seruius. Seruius scribit, omnia montium cacumina, Ioui sacra: omnia Prata Iunoni: Lucos autem, Dianæ dicatos esse. Quamuis hæc passim turbata notem, & à variis, variè distribuantur: illud vnum fixum, pro Deorum diuersitate, diuersa illis huiusmodi loca solita assignari: quo respiciebant Ethnici clamantes, & delusi, Deum verum suis similem existimantes: *Deus montium est Dominus, & non Deus val-*
3. Reg 20. v. 28. *lium.* 3. Reg. c. 20. v. 28. In his etiam lucis priuatas quasdam arbores, sibi tanquam sacratiores, & gra-
Statius. tiores dicebant numina. Statius lib. 9. Thebaid.

Quercus erat Triuiæ, quam desacrauerat ipsa,
Electam turbâ nemorum, noménque colendum
Fecerat.

Puto dixisse iam aliquid, quod hinc faciat ad cap. 2. Cant.

Possit etiam specialis causa cultarum in luco arborum assignari, quod plusculos è suis in arbores conuersos, crederent prisci. Quid ni enim fecissent homines, cum viderent Deos suos, arboribus illis impensissimè fauere, in quas, amasios, & Amasias suas transformauerant? Scatet exemplis Metamorphosis Ouidiana: tu lege: do tantum
Statius. pulchra carmina Statij in Arb. Ated. vbi ita miserum numen, ad arborem, in quam dilecta sibi nympha fuerat conuersa.

Viue diu nostri pignus memorabile voti
Arbor, &c.
Tunc ego te diu recolam, dominámque benigna
Sedis, & illæsâ tutabor vtramque senectâ.

Cœl. Rhod. Facit huc coniectura Cœl. Rhod. lib. 12. cap. 1. qui exinde ait thus apud Græcos haberi sacrum, Diisque offerri cœptū: ex quo Libanus pulcellus puer, in id arboris conuersus existimatur. Adde etiam Heroas, quos semideos credebant, in lucis cultos: de quo iam alij. Sed nec est minus congrua ratio illa, quod cum defunctorum Manes sacros, diuinitatisque participes putarent: & aliunde hos Manes sepulchris inhærentes, vt nosti: meritò sibi vide-

bantur colendi luci, vbi pij cineres conditi, & Manes voluptuosè vagantes credebantur. De sepulchris ad lucos, vide quæ Cerda ad illud Virg. Cerda. Virgil.
lib. 10.

——— *Luco tunc fortè Parentis,*
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.

Addo Statium in Epicedio Patris lib. 5. Sil. 3. Statius.

Ordior acclinis tumulo, quo molle quiescis,
Iugera nostra tenens.

Et paulò infrà promittit. Idem.

——— *Magno tumulum prætexere luco.*

Et Tullium orat. pro Mil. *Vos enim Albani tumuli,* Tullius.
atque luci, vos, inquam, implore atque obtestor. Vnde iam aliqui notarunt, nō per antiphrasim, vt vulgò creditur, lucos appellari, quod frondium densitate, radios arceant, & luce careant: Sed quod multis accensis facibus eò confluerent, exequiis celebrandis.

Non est autem nouella, hæc lucorum superstitio, sed cum ipsis orta idololatriæ incunabulis: di-
scis ex Luciano in Dea Syria. *Primitias hominum,* Lucian.
quos nos scimus, Ægyptij dicuntur, & Deorum notitiam percepisse: & templa constituisse, lucósque: & conuentus solemnes edidisse, & vt superstitio antiqua, sic longè superstitiosior in antiquioribus, aut lucis, aut arboribus recolendis. Statius lib. 1. Sil. 3. Statius.

——— *Venerabile dicam,*
Lucorum senium.

Et 3. Theb. de arbore.

——— *Stat sacra senecta*
Numine, nec solos homines transgressa veterno
Fertur auos: nymphas etiam mutasse superstes
Faunorúmque greges.

Ibidem lib 4. de eadem re plura. Ouid. Fast. 2. Ouid.

Monte sub Esquileo multis incaeduus annis
Iunonis magna nomine lucus erat.

Claud. lib. 1. Stilc. Claudian.

Vt procul Hyrcinia peruasta silentia Sylua,
Venari tuto liceat, lucósque vetusta,
Religione truces.

Et 3. de rap. Idem.

Inde tumor numénque loco, nemorísque senecta
Parcitur.

His nugis etiam delusus, magnus aliàs Seneca, Seneca.
epist. 41. sic habet. *In vnoquoque virorum bonorum, (quis Deus incertum est,) habitat Deus, si tibi occurrit, vetustis arboribus, & solitam altitudinem egressis, frequens lucus, & conspectum cœli densitate ramorum aliorum, alios protegentium, submouent: illa proceritas silua, & secretum loci, & admiratio vmbræ, in aperto tam densa atque continua, fidem tibi numinis facit.* Obseruo; hoc sacrum silentium lucorum de quo suprà Plinius & alij, & in hoc loco Seneca, non solum ab humanis vocibus, aut belluinis clamoribus, auiúmque garritibus: sed etiam à ventorum sibilis aliquando commendari. Claud. 2. de Claudian.
rap. de Cybellis luco.

——— *Densis quam pinus obumbrat*
Frondibus, & nullâ lucos agitante procella,
Stridula coniferis modulantur carmina ramis.

Quæ Carmina, fatidica intellige vt supra, nullo ventorum flatu silentium rumpente, sed interno numine ramis modulantibus.

Accedebat non parum meticulosæ cuiusdam religionis, pro lucorum reuerentia, quod quandoque permittente Deo, ab illorum violatoribus seuerissimas pœnas dæmon repetebat. Valer. Max. lib. 1. Val. Max.
cap. 1. de luco Æsculapio contempto. *Destinatum morti Turullium, manifestis numinis sui viribus, eum in lucum, quem violauerat traxit: effecitque Deus, vt ibidem potissimum à militibus Cæsarianis occisus, eo-*

dem exitio, & euersis iam arboribus pœnas lueret, & adbuc superantibus, impunitatem consimilis iniuria pareret: suámque venerationem, quam apud colentes maximam semper babueras, multiplicaret. Exempla similia frequens incurres apud Dionem & alios.
Horat. Hinc Horat. lib. 1. Oda 12. diuidens imperium inter Iouem & Augustum, ait:

Te minor latum reget aquus orbem.
Tu graui curru quaties olympum:
Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.

Id est, in loca illa lucorum sacrorum, quæ aduenientium fortè, libidinosa lasciuia profanarat. ta-
Tullius. lem vindictam optabat Cicero in Clodium obarmatã: Ideò orat. pro Milone, sic Iouem deprecabatur. *Túque ex edito monte latialis sancte Iupiter, cuius ille locus, nemora, finésque, omni nefario stupro, & scelere macularat:* Sed de hoc alibi.

7. Tandem aduerte, licèt debita sacris lucis castimonia, à prædictis Auctoribus commendetur: tamen vtplurimum, lucos eo præcipuo titulo ad templa ædificari, vt inter occulta syluarum, libidi-
Cerda. nes securius exercerentur. Notauit Cerda ex Phi-
Philo Iudæus lone, qui ait, ideò nullum fuisse lucum iuxta templum Hierosolymitanum, *Quia condensa syluarum
Lucian. maleficiis conueniunt.* Addo Lucianum in Amoribus, vbi post descriptum Cyprium lucum, subiungit. *Erant autem sub vmbris istis opacis, & obscuris, amæna quadam casa, eorum vsui, qui intus conuiuia agitare vellent: vrbanorum quidem, rari commeabant: Sed populi frequentes turba solemniter conueniebant, re ipsa Veneri indulgentes.* Vnde colligo, quod cum passim in sacro textu, nomen meretricis, & prostitutæ, idololatriæ tribuatur, ibi maiori emphasi tribui, quando metaphora ex hac lucorum turpitudine
Ierem. 2. v. 20. desumitur. Tale est illud Ieremiæ cap. 2. v. 20. *In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu prosternaberis, meretrix*, id est, vt omnes explicant: sub condensis arborum idolis sacrificabas: sed tunc, addo, signatius dicitur meretrix, quia cum Ethnici in his condensis pariter & sacra facerent, & Veneri indulgerent: consultò per meretricios mores meram idololatriam Synagogæ explicauit Pro-
Lyran. pheta. Benè Lyranus ibi. *In collibus enim colebant idola propter eminentiam loci, & amænitatem ibidem in veneratione idolorum: exercentes in condensis luxuriam, in venerationem Veneris, & Priapi.*

Si nihil aliud fecerim in hoc capite, illud saltem peregisse, Lector non negauerit, vt vastissimam lucorum eruditionis segetem, in ordinem & capita redactã, summatim legat: quo facilè, innumera alia passim inuenienda huc reducat: vix enim, ni fortè, fallor, locum inueniet, & qui ad aliquod ex prædictis capitibus non recurrat: aut saltem ex illis non veniat explicandus.

CAPVT VII.

Belial in Scripturâ, Bacchus.

PERIOCHA.

1. *Explicatur locus ex 1. Reg. cap. 1. v. 26.*
2. *Defenditur Mendoza noster.*
3. *Noua in eundem obiectio, repellitur.*
4. *Apud Gentiles, Iudai, Bacchi cultores cur crederentur.*
5. *Bacchus thyrsiger: Hebrai in solemnitatibus, etiam Thyrsis vtebantur.*
6. *Belial quis: Interpretis nostri versio, (etiam quãdo in fontibus, Auctoris sacri verba defuerint,) Canonica est habenda.*
7. *Bacchus tauriformis: & sub iugum mittendus, ab hostibus captabatur.*
8. *Varia Bacchi nomina, qua illum absque iugo, visa significare. Cur Dionysius appelletur.*
9. *Bacchus, idem apud Ægyptios ac Osiris, vel Apis, qui sub taurinâ forma colebatur. Explicatur obiter locus ex lib. Exodi cap. 22. v. 6.*
10. *Bacchus per antonomasiam, Liber, & Pater appellatus.*
11. *Bacchus, idem ac Priapus, rotator, & tremens: Explicatur locus ex lib. 3 Reg. c. 15. n. 13. Item aliud ibid. ex lib. 1. c. 2. n 12 & ex lib. Ind. cap. 19. n. 22.*

DOCTISSIMVS Pater Franciscus de Mendoza magister quondam meus, nunc iam & Orbis: ad illa verba Annæ ad Heli: *Ne reputes seruam tuam quasi vnam ae filiabus Belial.* 1. Reg. cap. 1. v. 26. postquam ostendit aptè mulierem ebriam sic potuisse appellari; *Belial* enim idem est ac *sine iugo*: ebrius enim liber est à iugo legis: vnde & ebriorum Deus *Liber* appellatur: Sic concludit. *Vltimò venit in mentem, an Belial significet ipsum Bacchum: qui planè sine iugo, & Liber dicitur: filia verò Belial, significent ipsas Bacchi sacrificulas, qua Baccha, siue Manades dicebantur, & Lymphata, seu potius inebriata, nocturna Bacchanalia celebrant: quasi diceret Anna. ne me reputes quasi vnam de filiabus Bacchi, qua omnes erant temulenta. & confirmarò potest hac interpretatio: quia Ethnici cum viderent Iudaos inter sacrificandum, variis compotationibus deditos, existimabant eos Bacchi cultores, & à Baccho, qui Sabbus dicebatur, dictum Sabbatum putabant: vt Plutarchus lib. 4. Symp. quast. 4. testatur.* Hucusque vir ille in omni litteraturà summus, si quis alius. Dubitabat ergo nuper, nescio quis, quomodo, esto Belialis interpretatio constaret: (quam tamen, vt omnino improbabilem, liberam, & meram diuinationem carpebat, vanúmque somnium,) posset Heli Hebræam fœminam & adorantem in templo, Mænadem, siue Ethnicam Baccham prudenter reputare: vt ex Sacerdotis opinione, Annæ responsio imprudens non habeatur. Ego verò, ne quis Magistro tanto insultet mortuo, (vt & Leoni lepores,) quem viuum trepidaret: curabo breuiter, & rationem defendere, & interpretationem à calumniã vindicare: Sacrabóque hanc paginam piis magistri Manibus, quos recolo veneraror. 1.

1. Reg 1. v 26.

P. Franc de Mendoza.

In primis assero, non opus esse vt Heli Annam, quam ex habitu, cultu, & templi statione, Hebræam satis nouerat, Ethnicam re ipsâ Mænadem reputaret, quo fœminæ responsio teneret: Satis, supérque erat, vt Mænadum more crederet temulentam, vt sobria fœmina se hoc titulo excusaret. Sic vulgò, si te, v. g. aliquis cerneret die Veneris, carnibus vtentem indignatus, aptè responderes: ne quæso, me reputes vnum de discipulis Lutheri: non quod ille verè te credidisset Lutheranum, sed quòd hæreticos mores exprimere videreris. Quod si id in Germania, v. g. eueniret, vbi commixti hæretici cum Catholicis diuersantur: 2.

uersantur:& nonnulli amphibij, vt ita dicam, qui sub ruinosa fide tutos mores hæreticos solent exprimere:adhuc aptius verè Catholicus, prædicto se modo excusaret. Vnde autem nosti Heli tempore non esse plures fœminas verè religione hæreticas, imò idololatriæ deditas Bacchóque siue Priapo sacrificantes, sicut postea & ante plures fuisse, passim in scriptura lectitamus: hic tu, nisi diuines, conticebis. poterant ergo & aliæ amphibiæ esse, quæ religione Iudææ Templum frequentarēt, & tamen Bacchicos mores, & merum redolerent. potuit ergo optimè, talem se à Sacerdote reputatā Anna existimare: & proinde sic aptissimè respondere. Sed do gratis, & plusquam gratis, puram, putam, intactamque religionem apud Hebræos id temporis viguisse: adhuc io primo sensu quem posui, aptissima venit responsio.

3. Dices:& vnde Heli & Anna, Mænades agnoscebant, vt possent ab illarum viribus sumere comparationem: cum in illorum Patria Mænades aut non essent, aut saltem publicos ritus Bacchi non exercerent: O pulchram quæstionem! quæsitum lepidissimum! Quasi Hebræi Ethnicos ritus ignorarent, etsi non exercerent: neque passim in Moyse, Psalmis, & Prophetis expressissimè reprehendantur? quasi hodie apud nos, non dicam viri docti, & Matronæ, sed etiam vulgares fœmellæ, licèt ab hæresi remotissimæ, Lutheri, & Caluini impietates, saltem tumultuariè non agnoscant. Imò, quod indicat meus Mendoza sciebant optimè Hebræi, se ab Ethnicis Bacchi cultores falsò existimari: sicut nos nouimus ab hæreticis de piissimâ imaginum veneratione, falsissimè idololatras nuncupari. Quasi dicat Anna, ni fallor: quid sāctissime Sacerdos, impiorum adiuuas consilium: & talem reapse me, dicis, quales, orantes fœminas nostras, & adorantes: Ethnici existimant: id est, ebrias, & instar suarum Mænadum fanaticas, musto madidas, Bacchο famulantes.

4. Certè freqoentissimum erat apud Ethnicos, Iudæos Bacchi cultores existimare: prætereo multos, Plutarch. quos dederunt alij: adduco verba Plutarchi, quæ Magister citauit: ibi post multa fabulosa de Baccho à Iudæis culto. *Nec Sabbatorum solemne alienum esse reor à Baccho: Sabbos enim, vel nunc Bacchos, vulgus dicere, atque hanc, cum orgia celebrant mittere vocem, ex Demosthene certè, & Menandro di-* Strab. *scere possumus.* De Baccho eodem Sabbazio Strabo lib. 10. Cicero 2. de leg. & alij quos lege apud Tiraq. Tiraq. lib. 6. cap. 4. adde Photium apud Cerdam Photius. lib. 2. Tertull. suo n. 215. *Sabbazius dicitur Dionysius ob saltationes Bacchicas, quæ circa ipsum, nam saltare, barbari dicūt, σαββάζειν.* Est celebris & notus cuiuis, de hac falsa Ethnicorum præsumptione locus Corn. Tac. Corn. Taciti, hist. lib. 5. vbi post multa de Iudæis. *Quia Sacerdotes eorum tibiâ, tympanisque concinebant, hederâ vinciebantur, vitisque aurea in templo reperta: Liberum Patrem coli domitorem Orientis, quidam arbitrati sunt.* Hæc satis pro prima parte: quæ omnia paucis verbis comprehendit, vir ille magnus. Addo tamen alias causas, quibus in prædictam opinionem Ethnici impelli potuere.

5. Nibil solemnius in Bacchanalibus, quàm thyrsus, id est, basta frondibus & foliis vestita: ideò Prolomæus Philadelphus in Pompa Bacchi hunc Athenæus. præcipuè curauit gestandum: Athen. Dipn. 5. cap. 5. *In alio curru thyrsus aureus nonaginta cubitorum ferebatur.* Inde & Menades thyrsigeræ dicebantot, quia in nullâ Bacchi celebritate sine thyrsis: norunt id pueri, do tantum Ouid. 4. Metam. Ouid.

—— Festum celebrare Sacerdos,
Immunesque operum famulas, dominásque suorum,
Pectora pelle tegi, crinales soluere vittas,
Serta comis, manibus frondentes sumere thyrsos
Iusserat.

Cum ergo Hebrææ fœminæ, in choris, & solennitatibus suis thyrsos gestarent, quid ni ab Ethnicis visæ, Bacchæ crederentur? testor LXX. qui illud Iud. 15. v. 15. *& omnes populus,* &c. Sic vertit, *& ipsa* Iud. 15. *suis in manibus thyrsos, deditque mulieribus, quæ secum* v. 15. *erant.* Licèt enim io his thyrsis, cuspidatæ intus hastæ non laterent: Satis erat vt thyrsi appellarentur, ab exteriori frondium viridantium formâ vtque visi ab Ethnicis, ipsissimæ Bacchi hastæ crederentur, sic Machab. 2. cap. 10. v. 7. vbi Hebræi 2 Mach. 10. laudes & festa Deo instaurantes describuntur, v. 7. sic scribitur, *Thyrsos, & ramos virides, & palmas præferebant ei, qui prosperauit mundare locum suum.* Tandem in quauis solemnitate choræis, & musicis vociferationibus indulgebant Hebrææ, vt sæpè legisti: & non hæc orgia sua, putarent Gentiles?

6. Nota in primis, vt ad secundum membrum, (quod fateor longè primo difficilius,) veniamus: licèt hæc vocula *Belial* alias patiatur interpretationes, tamen germanam & verissimam esse illam vulgaris nostri interpretis, (quam meritò ad rem suam hîc inculcauit Mendoza,) ex lib. Iud. cap. 19. v. 22. *Viri ciuitatis illius filij Belial, id est, absque iugo,* & ita germanam, vt Iud. 19. fide sanctum sit habendum, propriam interpre- v. 22. tationem nominis fuisse adhibitam. Quis enim prudenter audeat negare, *Heli Heli, lammasabacthani.* Matth. 27. n. 46. significare *Deus Deus meus,* Matth. 27. *vt quid dereliquisti me*? idque post Concilium Tri- v. 46. dentinum, de fide esse? aut quid laboraremus tandiu pro explicandis verbis illis Hebraicis Gen. 41. Gen. 41. quæ noster vertit *Saluatorem mundi*: (cum reuera hæc interpretatio magis Ægyptiæ linguæ respondeat Auctore Hieronymo, & eadem met verba in Hebræo sonent *occultorum repertorem*,) nisi quia necessariò veritas versionis vulgatæ, ne credatur euersio, defendenda? Dices fortasse Matthæum Græcè scripsisse, vbi etiam originaliter habetur illa interpretatio τοῦτ' ἐστι, &c. & ex lib. Gen. rectè probari illam explanationem, quia Hebræo & primæuo fonti correspondet. Hanc verò de qua agimus, & similes quæ occurrunt in originalibus non haberi: & proinde non tam diuini Auctoris esse, quam interpretis. Benè: quasi verò Concilium Tridentinum, vulgatum Traductorem, sub ratione Traductoris, Autenticum, & Canonicum Ecclesiæ non proponeret: quasi non omnia, quæ habentur in vulgatis, ita vt sunt, approbaret. Alioqui si in his quas addit fontibus explicationes errare potuit interpres noster: cur non etiam in aliis, quæ non adducto peregrino verbo, è fontibus exponit? Scio etiam post Tridentinum liberiùs de his Catholicos nonnullos philosophari: Sed tamen quod statuo, grauissimis Doctoribus quos consului, certissimum visum: imò & Pater Ludouicus de Ludouicus Roa, omnis litteraturæ in hac Castellena Prouin- de Roa. cia Archididascalus, epistolâ quam adhuc eruditissimam conseruo, grauissima censura feriendos, contrarium sentientes, me edocuit. maneat ergo *Belial* propriè eum qui est *absque iugo* significare.

7. Videamus iam quam aptè Bacchus, hoc epitheto *absque iugo* denotetur: quis enim Deus alius magis propriè talis diceretur, quā is qui sub forma Tauri omne iugum amouentis colebatur? capit, & facit

lucem (quem huic rei enucleandæ, totũ duraui per legens attentius) Non.Dionyſ.15. apud quem Indi primitus furore Bacchico perciti, & indignati, Taurum ſubiugantes, putabant tauriformem Bacchum, & iniugem ſubiugum miſiſſe, quaſi Belialis titulum, vt arbitror, conarentur abolere. Nonus.

—— Vt quiſpiam vir Indus,
Amentis ebrietatis agitatus furore
In armentum irruebat, & foliis vmbroſum prope nemus:
Taurum minacem adduxit, vinctum trahens
Audacibus manibus: duplicis velut cornu
Tauri formem Bacchum ſub iuga ſeruilia trahens.

Idem. In Græco eſt:

Ταυροφυῆ Διόνυσον ὑπὸ ζυγὰ δούλια σύρων.

Ideo ibidem lib.20. Lycurgus, Bacchanalium hoſtis infenſiſſimus ſic minatur Baccho.

Εἰ κεράεις Σατύροισι, κεράσφορε Βάκχε κελεύεις,
Ὑμέας ἶσα βόεσσιν ἐμῷ βουπλῆγι δαμάσσω.

Si cornutis Satyris, corniger Bacche imperas,
Vos inſtar boum, bouino meo ſtimulo domabo.

Vnde autem aptius dometur taurus, quàm dum ſtimulis agitatus, ſub iugum mittitur? quaſi abiugem Bacchi titulum ſic violarent.

8. Athen. Fauet dictis Athen.dipn.2.c.1. vbi ita. *Ex ebrietatis habitu, cum pardali & tauro, Bacchum comparare ſolent: quia ad vim conuerti temulentos faciat, &c. hincque iracundi, fiant ex vino, qualis eſt taurus.* Et Idem. iterum lib.11.c.8. *Antiquos primo ex bouinis cornibus bibere ſolitos perhibetur: vnde & cornutus Dionyſius fingitur, & taurus à compluribus Poëtis nuncupatur: atque taurina facie conſpicitur in Cyzico.* Quid? nónne inde aliqui putant vocari Dionyſium: quia cum cornutus naſceretur è Iouis fœmore, matri patrem hunc ſuum pupugit, & claudum fecit? certè qui Græcis dicitur χωλὸς *claudus* apud Syros, Nyſos νῦσος vocatur, quin & Nonus de Bacchi Nonus. etymologia locutus, ait.

Νῦσος ὅτι γλώσσῃ Συρακουσίδι χωλὸς ἀκούει
Niſus enim Syracuſanâ linguâ claudum ſonat.

Sic ergo indomitus taurus, qui etiam dum naſcitur, cornupeta ferire patrem fingitur: qui melius quam *Belial* id eſt abſque iugo diceretur? fortaſsè ideo à Græcis vocatur Bacchus, λυαῖος *Lyæus*, & à Pauſania λύσιος, *Liſius*: ἀπὸ τῦ λύειν à ſoluendo: quod vincula furioſus non admittat. Ideo enim hoſtes Bacchi, vt ſupra dixi, nihil aliud curabant, quam illum vinculis conſtringere & ſub iugum mittere, vt gloriosus titulus aboleretur. habes Idem. alium locum apud Nonum lib. 43. vbi Pentheus furioſus, callido Bacchi ſtratagemate deluditur: diſſimulato quippe vultu & habitu Bacchus, amicum ſe Regi fingens, adducit illi abiugem Taurum, (expreſſe Auctor ἄζυγα ταῦρον) húncque, ipſiſſimum ſe Bacchum eſſe, ſimulauit: vnde Rex Hilaris, ſed deluſus:

—— Agreſtis tauri pedes conſtringens,
Struxit compedibus, & capiens ipſum pro Baccho,
Duxit vinctum equinum ad præſepe.

Scilicet, vt qui ſe abiugem iactauerat, iugo ſubderetur.

9. Sed eſt & alia ratio robuſtior ad rem noſtram. Oſiris apud Ægyptios, ex multorum opinione, idem eſt atque Apis: & tamen Apis iſte ſiue Oſiris, pro puro puto Baccho colebatur: quod enim Græcis Bacchus, id apud Ægyptios erat Oſiris ſiue Tertull. Apis. Tertull. lib. de cor.mil.cap.7. *Liberum, eundem* Plutarch. *apud AEgyptios Oſirim.* Quod ibi ex Plutar- Diodor. cho, Diodoro, & aliis probat Pamelius. addo He- Pamel. rodotum in Euterpe de Oſiri: τὸν δὲ Διόνυσον οἱ Herod. λέγουσι: *Hunc, Dionyſium eſſe dicunt.* Et Orph. in Miſide: & Lucian. in Dea Syria, quos legeris, imo nec legeris, res enim eſt aperta apud omnes. Orphæus. Lucian. Aſt quæſo mi Lector, quis tandem iſte Bacchus Ægyptius, iſte Oſiris, ſiue Apis? certè fuiſſe abiugem taurum, & viuum, & cultum, norunt pueri: ab hoc ergo ſatis, & pluſquam ſatis ſibi noto (vtpote quem in vitulo coluerunt) potuerunt Hebræi Bacchum vocare *Belial*, id eſt, taurum *abſque iugo* & valentem, & fortem. Sic Plutarchus Oſirim interpretatur, Plutarch. ſiue Bacchum lib. de Dea Iſide. *Proditum eſt, Iſidis Liberum Patrem eſſe filium. Et ab AEgyptiis non Oſirim, ſed Arcaphem in littera. a. dici, quod nomen ſignificat fortem: idem oſtendit lib.1. de AEgypt. Hermæus: Oſirim enim ſi interpreteris, dicit, valentem eſſe.* En tibi Bacchus qui Oſiris, ſiue vt Ægyptij pronuntiant, Arcaphes, valens illis dicitur, & fortis, quod per Belial, & abſque iugo explicare Hebræi potuerũt. Certè cum dicitur Exod.32.v.6. de vitulo Exod.32. v.6. culto: *Surgentéſque manè obtulerunt holocauſta & hoſtias pacificas: & ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Et aliunde hos ludos de choræis & ſaltationibus explicent interpretes: Ego mera Orgia Bacchi celebrata aucuparer, quæ potationibus conſtabant, & choræis, quidni ergo Bacchum ſuum furioſum taurum & abiugem, vocarent abſque iugo & Belial? hæc ſatis pro coniectura de Baccho tauriformi: venio ad alias.

Bacchus, per Antonomaſiam, vulgato iam nomine apud ethnicos liber appellabatur, vt ferè 10. omnes & ſingulæ priſcorum paginæ oſtendunt: ideo benè Plutarchus in quæſtionibus Rom. ita. Plutarch. *Bacchum Liberum Patrem vocanit? Vtrum quia potentatibus libertatis Pater extitit? redditur per vinolentiam vulgus hominum audax ac libertate linguæ impletur. an quod libamen præbuit? an quod vult Alexander, à liberâ Bœotiâ, Bacchus Liber dictus eſt?* Et benè quod de Bœotia ait, ibidem enim ἐλευθέριος appellabatur, quo pleniſſima libertas ſignificatur: quo ergo aptiore vocabulo, his libertatis vocabulis celebratus, quam Belialis, & abſque iugo, ab Hebræis potuit appellari? adde merito in textu ſacro, (præter vulgarem Hebraiſmi rationem) Mænades Belialis ſiue Bacchi *filias* appellari, licet enim myſtæ omnes, Deum ſuum quem colebant, Patrem vocarent: tamen Bacchus, apud gentes antonomaſticè *Pater* dicebatur: diſertis id verbis probat Seru. ad lib.2. Georg. *Pater, licet ſit commune omnium Deorum Epitheton, tamen propriè conuenit Baccho, vnde Liber Pater dicitur.* q.d Anna: ne me Seru. habeas vnam ex Mœnadibus, quæ filiæ numinis ſui nuncupantur.

Tandem, quod obiter ſupra innuebam, Hebrææ 11. fœminæ poſtea Priapum coluerunt, vt conſtat 3. Reg. 15. n.13. Priapus autem, ipſiſſimus erat Bac- 3.Reg.15. v.13. chus. Athen. lib.1.cap.27. *Magno in honore habebatur Priapus in Lampſaco: qui ex epitheto, idem eſt ac* Athen. *Dionyſius: ſic dictus, vt Triumphus & Dithyrambus.* Clemens Alexand. in Protrep. deſcriptis (non Clemens abſque pudore legendis) Bacchi laſciuiis, conclu- Alex. dit. *Hic eſt Orcus, & Dionyſius, ſeu Bacchus, cui inſaniunt, & cui Bacchantur, non tantum propter ebrietatem corporis, vt opinor: quantum propter probroſam libidinis & laſciuiæ ſacram interpretationem.* Quaſi non tantum ebrietas, quantum laſciuia Baccho ſiue Priapo conſecretur: imo ex hac maximè, Bacchus Priapi nomine cenſeretur. Ideo citato loco Reg. vbi nos dicimus in, *ſacris Priapi* in Hebræo habetur: מפלצת לאשרה. Vbi Vatablus: *ſi-* Vatabl. *gnificat tremorem membrorum, & timorem animi.* Id

ille

ille reducit, ad reuerentiam, qua Deos suos colebant: potest: Sed noto, hanc maximè erga Horat. Priapum, quia & Bacchus: de quo Horat lib 2. oda 19.

Eua recenti mens trepidat metu,
Plenóque Bacchi pectore, turbidum
Lætatur Eua: parce liber,
Parce graui metuende Thyrso.

Nihilominus putarem alludi, ad tremorem illum sacrum, quo de more membra sua iactabant Bacchæ siue Mænades, vnde Bacchus Potator dicebatur: de quo alibi plura: & ipse Bacchus tremens & Claudian. titubans ab ebrietate fingitur. Claud. 1. de rapt.

Ebria Mæonius fulcit vestigia Thyrsis.

Habes itaque ex hoc loco Priapum, pro Baccho coli, & lasciuissimum numen ab Hebræis idololatris adorari. Inde ergo ad rem nostram factum, vt in sacro textu insigniter lasciui, Baccho, sub Belialis nomine, assignarentur: quasi spreto nuptiarum iugo, vulgari passim Veneri indulgerent: sic filij Heli, stupris & adulteriis Templum polluentes. 1. Reg. 2. v. 12. 1. Reg 2. v. 12. *Filij Belial* appellantur. Sic filij Iudic. 19. v. 22. Beniamin Iud. 19. v. 22. ob fœdissimam illam fornicationem, eodem titulo insigniuntur. Si ergo & ebrietas, & lasciuia Baccho tribuitur: cur quos sacra pagina ebrios, & lasciuos denotat sub titulo filiorum Belial, eos Bacchi ministros non capiamus?

Hæc omnia, non tam assero, quam coniecto: nec asserens, sed coniectans dixerat meus Mendoza: planè vt necessarium est Scholiasti, coniecturas quandoque dare, si non futiles: sic liberrimum, coniectanea, ac si forent asserta, corrosisse.

CAPVT VIII.

Antra fœdè religiosa Gentilibus.

PERIOCHA.

1. *Explicatur locus 3. Reg. 15. v 13.*
2. *Antra sacra: Sacerdos antro præfecta.*
3. *Raro, oracula absque antro: vnde & Poëta antrorum affectatores.*
4. *Hæc antra, ab arte vel naturâ affabre constructa, ædicularum instar.*
5. *Antra alia fœda, horridiora, mephitim exhalantia: & antrorum obseruationis causa.*

1. DVM occasione Priapi, superiori cap adducti locum illum recolui ex lib Reg. vidi pauca, non absque fructu, posse pro pleniori eius explicatione spicilegio nostro interseri, id in hoc capite præstabo. Ergo ibi post enarratas alias virtutes, & gloriosa gesta Regis Asæ, sic subiungitur. *Insuper & Maacham matrem suam amouit, ne esset Princeps in sacris Priapi, & in luco eius, quem consecrauerat: subuertitque specus eius: & confregit simulachrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron,* 3. Reg. 15. v. 13. 3. Reg. 15. v. 13. notarunt vno verbo Interpretes ibi, solere apud Ethnicos, profana & libidinosa sacra fieri, in specubus, & locis subterraneis, vel in profundis ædiculis, antrorum instar formatis: certè quia sic magis ad subterraneum, & verè tartareum numen accedebant. Ego de lucorum religione, déque Priapi numine iam supra: hic de profano antrorum mysterio fusiùs disputabo.

Apollinis, vt nosti, curia, & augustior sedes in Parnasso celebratur: Si autem sacratiorem fatidici Dei ædiculam inquiras: antrum erat: oculatus 2.
testis Pausanias lib. 10. vbi postquam, antrorum Pausan. venerabilium, quæ in Græcia sunt, meminit: iam de hoc ita. *Verum hæc omnia quæ enumerauimus, magnitudine facilè superat antrum Corycium: vt qui introierit sine vlla face, longissimè progredi possit. Ab imo solo ad superiorem partem, quæ pro tecto est, satis multum interest spatij: multi hinc inde, è viuis fontibus fluitant riui: sed humoris multo plus, ex illa quasi antri testudine distillat: cernuntur verò passim in ipso solo guttarum vestigia. Parnassi accolæ sacrum, Coryciarum nympharum, & Panes, maximè putant, à Corycio antro, iter arduum & difficile ad Parnassi iuga, licèt expeditus incedas: Sunt ea ferè suprà nubes: & illic Thiades per furorem sacra Libero Baccho, & Apollini faciunt.* Licèt præcipuè dicatur Nymphis, Panibúsque sacrum: tamen cum Nymphæ Apollinis sint cultrices, Panésque siue Satyri, Bacchi asseclæ perpetui, non dubium, quin meliore iure, maioribus etiam numinibus antrum id esset dicatum: eo vel maximè, quod biceps Parnassus, ad cuius radices erat, sub vtriusque numinis tutela, (norunt etiam amusi,) sacraretur. De hoc antro, (nisi fortè de alio in ipsis iugis excauato,) capiendus Statius lib. 5. Sil. 1. vbi de Statius. Priscilla.

—— Aonie non sic in vertice gaudet,
Quam pater, arcani præfecit hiatibus antri,
Delius, aut primi cui ius venerabile thyrsi,
Bacchus, & attonita tribuit vexilla cateruæ.

Pulcher locus: ex quo etiam discis, cur Maacha dicatur *Princeps in sacris Priapi*, siue Bacchi vt supra dixi: erat enim præfecta sacro specui: dúxque, & coriphæa thyrsigeræ, debacchantísque cateruæ De hac Mænadum Principe, & Baccha, furiosas ductante: passim leges multa apud Nonum. Nonus. Lege etiam Virg. de vxore Latini regis Thiades Virgil. commouente. Sic explico eundem Statium lib. 1. Statius. Achil. vbi Achilles fœminæ habitu delitescens, Mænadum se principem simulauit, & totus ad rem nostram in antrum duxit.

Lex procul ire mares: iterat præcepta verendus
Ductor: inaccessúmque viris edicitur antrum:
Illum virginea ducentem signa caterua,
Mirantur comites.

Sed hæc antra quæ viris inaccessa prædicantur, viros occultabant, vt scimus, nihilque in hoc sacro antiquius, quam libido, vt cap. 1 dixi: & quid in hoc antro fecerit dissimulatus Achilles sub Virginis habitu, testatur compressa virguncula, paulo post puerpera.

Hinc factum, vt vix vnquam fanaticæ fœminæ, aut furore diuino perciti Sacerdotes absque specu legantur. Lucan. lib 5. Lucanus.

—— Bacchatur demens, aliena per antrum
Colla ferens, vittásque Dei, Phœbæáque certa,
Erectis discussa comis.

Inde lux iterum Statio lib. 4. Sil. 3. Statius.

Visu fallimur? an sacris ab antris,
Profert chalcidicas Sybilla laurus! &c.
En cella retat, nouísque latè,
Bacchatur spatiis, viámque replet.

Noua spatia vocat, quia rarum, nouúmque, ibidem extra sacra antra vaticinari. Claudianus in 4 cons. Claudian. Honor. & sæpè alibi, allusit ad hæc antra. Sed in Præf. lib. 1. contra Ruf. ita habet.

Auditóque procul musarum carmine dulci,
Ad Themidis, coeunt antra seuera, Deæ.

Quasi etiam in illo antro, dulcius Musæ cantarent & vaticinarentur. Vnde disces cur Poëta antra sibi culta debuccinent: cum enim furore diuino correptos se simularent; hunc se ab antro sacro percepisse iactabant. Iuuen. sat.7.

Iuuenal.

—Cupiant Syluarum, aptusque bibendis
Fontibus Aonidum: neque enim cantare sub antro
Pierio, thyrsumve potest contingere sana
Paupertas.

Propert.

Sanam dixit paupertatem, id est minimè percitam, minimè entheam, minimè Deo insanam. Propert. lib.3.eleg.1.ad Poëtas.

Dicite quo pariter carmen tenuastis in antro,
Quòve pede ingressi, quámve bibistis aquam.

Sic alij passim occursuti venient explicandi?

Pausan.

Hæc antra vt plurimum, non rustica & inconcinna repures, sed mirifico artificio ab industria, vel à natura, fabricata. Pulcher locus Pausaniæ lib. 3. *In ipso promontorio templum est spelunca persimile, in cuius primo aditu, Neptuni signum. hâc Græcorum nonnulli versibus prodiderunt, ab Hercule, Plutonis canem extractum: cum neque meatus vllus per specum subeat terram: neque*, &c. antrum sanè erat in modum ædiculæ formatum illud Cumææ Sibillæ, de qua Virg. lib.6.

Virgil.

At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur Vates.

Ideo paulo post:

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroque remugit.

Claud.

Vbi vt vides antrum ipsum, advtum erat, id est Templi sacrarium. Claré Claud.4.cons.Hon.

——Cumanáque rursus
Intonuit rupes, rabida delubra Sibyllæ.

Ouid.

Similia antra, ab hominum industria alia ab ipso loci genio, & naturæ ingenio extructa, & ideo sacratiora. Tale est illud apud Ouid.3.met.

Cuius in extremo est antrum, nemorale recessu,
Arte laboratum nullâ, simulauerat artem
Ingenio natura suo, nam pumice viuo
Et leuibus tophis, natiuum duxerat arcum.

Idem.

Imo & in templo ipso affabrè extructo, si fortè spelunca aliqua decora & natiua suberat, maiori in pretio habebatur. Idem Ouid. lib.10.

Luminis exigui, fuerat prope templa recessus
Spelunca similis, natiua pumice tectus.

Valer.Max.

Nescio an ab arte, an à natura extructum, illud antrum Secretius & Sacratius, de quo Valer.Max. lib.1.cap.2. *Minos Cretensium Rex, in quoddam præaltum, & vetusta religione consecratum specus secedere solebat: & in eo moratus, tanquam à Ioue, quo se ortum ferebat, traditas sibi leges prærogabat.*

5.

Non tamen id obstat, quo minus alia antra horrida, inculta, & graueolentia agnoscamus, è quibus, pestilens halitus sed, vt putabant, diuinus emittebatur, replendis Sacerdotibus, maximè ventri loquis: de quo vide sacra & profana multa apud Cerdam Æneid. 6. plura apud Lorinum in Actis Apost. ad Dionysium Longinum, vbi de spiritu consimili ebibito, ex bonorum Auctorum lectione. Πολλοὶ γὰρ ἀλλοτρίῳ θεοφοροῦνται πνεύματι: τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν καὶ τὴν Πυθίαν λόγος ἔχει τρίποδι πλησιάζουσαν: ἔνθα ῥῆγμά ἐστι γῆς, ἀναπνέον ὥς φασιν, ἀτμὸν ἔνθεον αὐτόθεν: καὶ ἐγκύμονα τῆς δαιμονίου καθισταμένην δυνάμεως: παραυτίκα χρησμῳδεῖν κατ' ἐπίπνοιαν. *Multi enim interim, diuino illo, & alieno spiritu afflantur: non secus ac Pythiam è tripode afflari dicunt: ibi vt ferunt hiatus est terra, diuinum quendam ex se vaporem respirans, quo concepto, vtróque diuinâ vi grauido, repentè fundit oracula.* Quod

Cerda.
Lorin.
Dionys.
Long

de tetro odore dixi, habet Ægesippus *Sanam exhabat mephitim.* Ideo alij etiam fatidici loci graueolentes celebrantur: sic Virg.lib.7.

Ægesipp.
Virgil.

At Rex sollicitus monstris oracula Fauni
Fatidici genitoris adit, lucósque sub ipsâ
Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sæuámque exhalat opaca mephitim.

Silius Ital.

Quod idem habet Silius Ital. lib. 6. causam quærendorum antrorum, præter illam turpitudinis occultandæ, quam assignaui supra: habet D.Gregor. Nazianzenus orat. 3. contra Iulianum. *Est apud ipsos hoc genus diuinationis, vt in caliginoso quodam specu, cum subterraneis, dæmonibus, ob res futuras congrediantur: siue quia tenebris magis oblectantur, vt qui ipsi, tenebræ quoque sint: ac tenebrarum vitij artifices: siue quia piorum hominum qui in terrâ sunt, societatem & congressum fugiunt.* Ex quo etiam patet, cur quando tartareis Diis faciebant, terram excomarent, & factis specubus, aras erigerent: de quo Statius 4. Theb. & alij: vide quæ Cerda ad illud Æneid.6.

D. Greg.
Nazianz.

Stat.
Cerda.

Spelunca alta fuit, vastoque immanis in antro
Scrupea, tuta lacu nigro.

Hæc satis, pro specu ex lib. reg. proposito penetrando.

CAPVT IX.

Piissimus Magdalenæ affectus, & effectus.

PERIOCHA.

1. *Explicatur locus D. Lucæ ex cap.7.v.37. 38.39.ex Salmerone.*
2. *Conuiuas omnes, in cubitum sinistrum reclinatos discubuisse: vult Lypsius. Non multos in eodem lecto constipatos probo. è contra Cerda, visus omnes in dextrum reclinasse.*
3. *Mediam viam teneo: & pro diuerso lectulorum situ, diuersimodè discumbentes effigio conuiuas.*
4. *Quo situ discumberet Christus Dominus. In epulo, quis lectus, & quis in eodem lecto locus dignior.*
5. *Pharisæus non tam reprehendit in Christo, quod à fœminâ absolutè: quam quod à fœminâ peccatrice, lotus & vnctus tangeretur.*
6. *Olim Regiæ Virgines modestissimæ, condignos hospites in balneo lauabant, vngebant, induebant.*
7. *Lauare virorum pedes, apud Iudæos & gentiles, frequentius erat officium fœminarum.*
8. *Vnguento precioso, lotos pedes vngi, tritum apud Auctores. Aristophanes puellam inducit, paternos pedes lauantem, vngentem, osculantem: quod in Magdalena videmus.*
9. *Comâ, quandoque pro linteo, vtebantur veteres cincinnati.*
10. *Amantium lachrymas, per summum*

blandi

blandimentum, crinibus abstergi solitas, ex Hebræis, & gentilibus illustro.

11. *Vocare, verbum est proprium, familiaréque conuiuiis.*

1. AGGREDIOR explicandum piissimum Magdalenæ affectum, & effectum, quo Christi sacros pedes lauit lachrymis, vnguento vnxit, crinibus abstersit: de quo licet iam mulra, doctissimi vtriusque litteraturæ Scholiastes: nonnulla tamen adhuc aut pandenda clarius, aut denuo supersunt addenda. Luc.7. v.37. Rem sic Lucas describit. *Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrũ vnguẽti, & stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se dicens: hic si esset Propheta, sciret vtique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est,* Luc.7. v.37.38.39. mirum est. quàm diu germanus loci sensus delituerit, quam longo æuo vsus discumbentium in lectulis non apparuerit: cum tamen licet à priscis auctoribus, de rudiori sæculo, humanior litteratura non adiretur: possent nihilominus ab ipsis Ecclesiasticis Patribus, qui rem apertè monstrarunt, verum verborum sensum enucleare. Primus igitur Scholiastum qui fælici calamo attigit mysterium, P.Salmer. fuit Salmeron noster tom.1. prolog. 11. Can. 46. ostendens Christum Dominum in lectis tricliniaribus cum discipulis discubuisse: ad quos vtpote altiusculos accessit Maria, non prostrata, nec flexis genibus, sed stans: ibíque diuinos pedes, è situ discumbentis retro missos, déque conuiuantium more discalceatos, lauit, vnxit, & crinibus abstersit. Mercur. Post Salmeronem, fusissimè rem explicat Mercurialis lib. de arte gymn. adducto præclarissimo Salmeronis encomio, cui deferendas primas, fatetur ingenuè: sibíque applaudens, quod in eandem méntem, nondum Lecto Salmerone fæliciter incideret. Post hos iustis tomis conuiuiorum Ciacon. priscorum negotium explicarunt Ciaconius, Vrsi- Vrsin. nus: addit multa Lypsius, nec pauca Cerda, & Lypsius. passim alij: quorum tamen pleraque exhauserat Cerda. Salmeron, cætera saltem delibarat. Quid vero ego aut vberioris plerumque, aut nouæ quandoque lucis loco afferam, docti iudicauerint.

2. Conuiuas omnes in lectulis collocatos, reclinasse superam corporis partem, in cubitum sinistrum: inferam, in longum porrigentes, retrouersis paululum cruribus, & erecto leuiter capite, suffulto scilicet puluillis ad tergum dispositis: te- Lypsius. nent plerique cum Lypsio lib.2. ant.lect.cap.1. quibus si opponas, vix tunc posse omnes, æquâ parte, ad mensam pertingere: tam facile respondent, quam verè, decubuisse primum conuiuam ad caput lecti, cuius tibiæ porrigebantur penes dorsum secundi; qui caput obuertens ad primi illius pectus, puluillo interiecto, tibias ad tergum tertij porrigebat: cui se quartus similiter habebat: & isti quintus: & deinde cæteri. Vltimum hoc, minus probo: visus quippe Lypsius voluisse, etiam apud lautiorum conuiuia, in vno eodémque thoro, plures simul discubuisse, quam tres: cum raro id eueniret: sordidum quippe habebatur, si plures quam tres, vel quatuor, eundem lectum Rosin. premerent: quod ex Hebraico probat Rosinus lib.5. ant.Rom.cap.28. addo apertum locum Cice- Tull. rônis, in Pisonem: vbi de sordibus conuiuij illius: *Græci stipati, qui ni in lectulo, sæpe plures.* Deinde, quî quæso, si omnes recta serie, à summo, ad infimum protendebantur, iocosis conuiuantium salibus, nedum mutuo aspectu frui possent: cum hoc iis tantum duobus, qui contigui, ex situ, à Lypsio, inducto concederetur? posset Lypsius (quod non fecit) ad sigmata confugere, quæ incurua, rotundæ mensæ correspondentia, & vt plurimum conuiuas octo capientia, (vt probat Martial. lib. 14. Martial. epig. 87.) mutuas confabulationes, & aspectus non impedirent. Sed sigmata ista, (de quibus in Cant. plura dixi) id est lecti in modum Hemicicli constructi, esto demus non fuisse nouellam Imperatorum inuentionem, quod est satis probabile: non erant ita frequentia, vt in omnibus conuiuiis adhiberentur: vnde adhuc tota in lectis rectis, manet difficultas. Sed redeo ad situm discumbentium. Cerda visus non sinistrum, sed cubitum dex- Cerda. trum reclinationi assignasse: ad illud enim Virg. Æneid. 1.

——Aulæis iam se Regina superbis,
Aurea composuit sponda, mediámque locauit.

Vbi ita. *Imum lectum, aut inferiorem tenebant amica, aut qui erant in delitiis: hic enim locus commodior, vt qui ad sinistram: vt amica iacerent in sinu.* Si enim in sinistram recumberetur, quomodo libera, ad amicas, relinqueretur? probat ex Artemidoro Artemid. lib.1.cap.2. *Sinistra manus ad vxorem, matrem, amicam, filiam, sororem.* Itaque ex mente Cerdæ, hoc ordine discumbebant tres illi conuiuæ: Æneas in summo loco, dextræ leuiter incumbens: adhærebat illi Dido media, dextrâ hospiti, medio puluillo correspondens: sinistrâ vero Ascanium, deliciolas iam suas, refouens gremio: vt esset Ascanius Didoni, quod Æneæ Dido.

Ego tamen media viâ tutius videor incessurus: 3. puto pro diuerso lectorum situ diuersos discumbentium lectorum situs colligendos. Rotundæ igitur siue quadratæ mensæ capiti, (hoc est parti illi, quæ secretiores ædes respiciebat, vt apud nos fit, ex aduerso ostij) lectus excellentiorum respondens, mihi creditur: hos vero discubuisse tenore Lypsiaco, sinistro scilicet cubito incumbentes: sic enim liberior dextra ad epulas, ad pocula, ad quæuis. Iam vero illi, qui sinistro lecto discumbebant, (ne frontem auerterent, vel peruerso ordine ab ima parte lecti procederent) necessario dextræ erant incubituri: qui minus commodè paululum se se erigere tenebantur, vsuri dextrâ ad cibos: illi autem qui dextro lecto discumbebant, commodius sicut priores, in sinistram reclinabantur. Moueor in primis, quia ratio Triclinij, id visa postulare: hinc Isidorus lib.15.cap.3. *Triclinium, est* Isid. *cœnaculum à tribus lectis discumbentium, dictum: apud veteres enim in loco vbi conuiuij apparatus exponebatur, tres lectuli erant, in quibus discumbentes epulabantur: κλίνη enim Græcè, lectus vel accubitus dicitur: ex quo confectum, vt triclinium diceretur.* Nec opponas, mille illas mensas Principum, de quibus passim scriptores: licet enim mille sternerentur, tamen in longissimâ serie, hic triclinaris ordo obseruaretur. Hac ratione, omnes se mutuo respiciebant: & licet plurimi, colloquio & aspectu inuicem fruebantur. Tandem sub hac figura, typos tricliniorum expressos si quis excudat, decentiores iudicabit, quàm quos alij depinxerunt: in quibus vt omnes sinistro recumbentes apponerentur, minus decenter cernuntur collocati. Paululum variat à typis quos excogito, Mercurialis lib. 1. cap. 11. quamuis in exemplaribus, quæ excudenda curauit:

curauit : aut omnino , aut non parum à me differat. Obiter explicabis locum ex cap.8. Cant. v.2. Cant.1.v.2. *Apprehendam te & ducam in domum matris meæ : ibi me docebis : & dabo tibi poculum ex vino condito : & mustum malorum granatorum meorum : læua eius sub capite meo , & dextera illius amplexabitur me.* In illorum enim sententiâ qui conuiuium hic excogitant , & sponsam in sinu dilecti reclinant : (ego aliter in meis commentariis exposui) optimè ex dictis locus explicatur. Apparatur quippe conuiuium , & sponsa cum dilecto suauissimo cœnaturiens , inter pocula iucundissima describitur : cum ergo ille , vtpote Princeps conuiuij , in sinistram reclinaretur : sponsam, delitias suas, in sinu iacentem , liberâ dextrâ amplectebatur : & sinistram, (quam facile capiti proprio submoueret :) capiti, puellæ discumbentis , & mariti pectori acclinatæ, admonebat. Idem de Ioanne , purissimis Christi deliciis , ad pectus magistri piissimi reclinato, explicaueris.

4. Talem discumbentium situm in hoc epulo Pharisaico contemplor : vnde faciliùs , quæ initio dixi de Mariâ intelliguntur. At in quo lecto , & in quo lecti loco Christus ? quid certum respondeam , nescio : coniecto tamen in dignioris lecti , loco digniore , collocatum : hoc enim tanto hospiti , non de eiusdem affectatione , sed de inuitantis obsequio debebatur. Nisi fortè rusticissimus Pharisæus , qui ius osculi solenne , & morem lauandi pedes præteriuit , etiam in officio debiti discubitus , defecisse præsumatur. Iam vero lectus dignior , absque controuersia is erat , qui ad caput mensæ : in hoc autem lecto , quis locus dignior , ambigitur. Cerda citatus contendit mordicus , locum medium fuisse digniorem ; in eoque Didonem Reginam collocatam : sed planè rustica hospes , quæ Æneam inuitatum & Regem , Deâque natum , in primo ordinis , id est dignitatis secundo , collocauerat : ego puto dignius Æneam discubuisse. Sed quidquid sit de profanis , in sacris litteris , primum ordinis locum , etiam dignitatis primum arbitror. Certè Syri (è quibus orta Dido) Regem conuiuij, qui dignius discumbebat, vocant *Rissemaka* : id est caput, seu principium accubitus : (de quo Delr. ad cap.1. Cant.v.12.) quasi is esset locus dignior. Sic apud Hebræos vicinos,
1.Reg.9. v.22. colligo ex lib.1.Reg.cap.9. ver.22. vbi Samuel modis omnibus honorans Saulem vt nosti , locum discubitus sic assignat. *Assumens itaque Samuel, Saulem , & puerum eius , introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati.* Dices tempore Samuelis fortassè non fuisse in vsu discumbere ad mensam, sed sedere : in sedibus autem potuit esse prima dignior , non sic in lectis. Sed esto id daremus , nec triclinium , in propriâ significatione assumamus : tempore Christi , vbi Hebræorum discubitus euidentes, certè primus in
Luc.14. v.5. lecto locus dignior erat : vt habes Luc.14. v.5. & 20. v.46. Mat.12. v.39. solúmque proteruè primos hos Euangelicos discubitus ad dignitatem reduces , non ad ordinem.

5. Venio iam ad Mariæ officiosissimam charitatem , effectum piissimum. Putant quidam reprehensum , & in corde despectum fuisse Christum à Pharisæo impio, non solum quod à peccatrice, sed etiam quod absolutè à fœmina , se tangi , lauari, vngi , & abstergi pateretur : nam quanuis modestissima foret, semper id contra decentiam, & præter vsum factum, Pharisæo videndum existimant. Sed hi omnino , à veritatis scopo aberrarunt : & sub quodam phantastico decentiæ velo , gentis suæ , motisque patrij ignorantiam , ignari Pharisæo obtrudunt : è contra stant quique politius doctiores : è quibus ita Delrius ad illud Cant.1.v.12.
Dum esset Rex in accubitu suo , nardus mea dedit odorem suum : merito scripsit. *Solebant apud Orientales, maximè Iudæos , mulieres conuiuales corollas , & vnguenta parare : & etiam conuiuas præcipuos perfundere : vnde non reprehendit Pharisæus mulierem officio illo fungentem, neque Christum, quod mulierem id agere permitteret : sed duntaxat, quod à peccatrice, id sibi officij exhiberi pateretur. De Orientalium vnguentis, res notissima : de muliebri hoc munere , testis prædictio Samuelis , Regem Iudæorum , filias ipsorum vnguentarias facturum. Ideo hic sponsæ tribuitur hoc officium.* Delr. Verissimè hæc scripta : pace tamen tanti viri, quem ad miraculum eruditum , suspexi semper : testimonia quæ affert , pro Magdalenæ gesto, minus apta, certè omnino curta , etiam mediocriter docto videbuntur. Neque enim contendimus an fœminæ corollas & vnguenta pararent , iisque discumbentes eminus respergerent , quod ab sponsa, & Samuelis vnguentariis comprobatur : similes enim partes, hodie apud nos modestissimè fœminis tribuuntur : & quanuis Maria foret peccatrix : & vnguentum afferret Christo respergendo , si tamen cominus non attrectaret vngens , abluens, & crinibus sacros pedes abstergens , nihil videbatur indecens reprehendendum. Sed hoc opus, hic labor est : an apud priscos fœminæ ad hoc officium , decenter lauare , vngere , & abstergere viros existimentur ; nec tam intima attrectatio , in modestiæ subeat suspicionem. Videor ergo facturus operæpretium si rem declaro : Lectorem præmonens , pro temporis, & regionum diuersitate, diuersos mores decentiam sortiri , quos hic & nunc indecentes crederemos.

Homerus Odys.lib.3. Regis filiæ iuniori , virgini & modestissimæ has partes tribuit , tanquam 6.
suo æuo vsitatissimas : hæc Telemachi Regij adolescentis , non solum pedes & manus , sed etiam corpus attrectat, lauat, vngit, pectus intellige, brachia, atque crura : ergo parato sacrificali epulo, sic subiungitur. Homer.

Τόφρα Τηλέμαχον λῦσεν καλλὴ πολυκάστη
Νέσορ⊕ ὁπλοτάτη θυγάτηρ νηληιάδαο.
Αὐτὰρ ἐπεὶ λῦσεντε , καὶ ἔχρισεν λιπ' ἐλαίῳ
Ἀμφὶ δ' μὶν φάρ⊕ καλὸν βάλεν , ἠδὲ χιτῶνα.
Ἐκ ῥ' ἀσαμίνθου βῆ , δέμας ἀθανάτοισιν ὁμοῖ⊕.
Tunc Telemachum lauit pulchra Polycasta,
Nestoris Neleidis , postrema natu filia :
Quem postquam lauit , vnxit pingui oleo :
Et induit illum indusio pulchro , ac tunica.
E lauacbro autem exiit ille , corpore Diis similis.

Eodem tenore lib. 4. ipse Telemachus , & Pystratus nestoris filius , in domo Menelai , à puellis lauantur, vnguntur , vestiuntur. Vbi etiam ipsa Regina Helena testatur , se aliquando lauisse , & vnxisse Vlyssem. Et iterum lib. 8. apud Alcinoum ipse Vlysses lauatur & vngitur à puellis. Idem. Idem.

Hunc postquam famulæ lauerunt, & vnxerunt,
Induerunt illum pulchrâ chlana & tunicâ.

Hinc Athenæus lib.1.cap.4. refert ex Zenobio, Cocali viri nobilis filias & virgines , & pudicas , insidiaturas Minoi Regi sibi infensissimo : ab hoc vulgari more ansam arripuisse : hospitem enim Regem lauaturæ , picem ardentem attulerunt : verba Zenobij. Athen. Μίνωι τῷ κρητῶν βασιλεῖ Κωκάλου θυγατέρες ἐπέχεαν ζέουσαν πίσσαν. *Minoi Cretensium Regi , æstuantem picem , filiæ Cocali infuderunt.* Zenob. Addit

Athen. dit autem Athen. ibidem. *Inducit Homerus & puellas & fœminas, hospites, lauantes, tanquam nec ardorem, nec intemperantiam patiantur, qui benè vixerunt: easque temperanter attingentes, antiqua hæc est consuetudo.*

7. Apud Hebræos, balneatrices has virorum fœminas, inquiro adhuc: fœminas tamen lauantes (intellige & subsequenter vngentes) hospitum pedes, quis negauerit? adsis ô Abigail, quæ ad Dauidem dixti 1.Reg.25.vers.41. *Ecce famula tua fit in ancillam, quæ lauet pedes seruorum Domini mei.* Quasi dicat: puellæ nobiles & decoræ, tuos: ego ancilla, seruorum tuorum pedes lauatura. Adeste viduæ pijssimæ, inde ab Apostolo commendatæ: *Si hospitio recepit, si Sanctorum pedes lauit.* 1 ad Timoth.5. v.10. Sic apud gentes, vsus lauandorum pedum à fœminis, priori illo frequentior. Ideo Penelope iubens puellam lauare pedes incogniti adhuc mariti, audit ab illo apud Homer.

1 Reg.25. v.41.

1.Timo 5. v.10.

Homer.

——Οὐδὲ γυνὴ ποδὸς ἅψεται ἡμετέροιο, &c.

Εἰ μή τις γρηῦς ἐστι παλαιή.

——*Neque fœmina tangat pedes meos*

Nisi aliqua vetula antiqua.

Non quod non esset ex vsu, vt puellæ decoræ id officij præstarent: sed quia volebat, à vetula illa, quam nosti, de cicatrice pedis recognosci. Patet id ex eodem lib.19.Vdys. Antiphanes in Zacyntho apud Athen. lib.12. c.30.

Antiph.

Amator haud sum fœminarum, rectè ego
Omnes amicas suauiter sed inde habeo,
Hic & primo quod in facis, pati: pedes,
Manibus fricari mollibus, pulcherrimis.

Athen. Et lib.13. cap. 17. vbi de Diphilo Comico: *Cum igitur ex theatro aliquando cum inter certandum effraui contigisset, quia multo minus decorè egisset, quàm conueniebat: ad Gnathenam nihilominus accessit: cum Diphilus Gnathenam lauare sibi pedes iussisset: quid enim, hæc respondit, nonne elatus accedis?* Si sapis, capies scomma, ego enim tantummodo morem lauandorum pedum amici, à fœminâ, hic inculco. Lege Heliod.lib.2.hist. Æthiop. Hæc satis vt constet, non reprehendisse Pharisæum quod Christus à fœmina, sed quod à peccatrice vngeretur hoc enim vtplurimum grauiores viri auersabantur. Athen.lib.5.cap.3. *Socrates vero à tibicinis, & puero eo qui citharam pulsabat, ac tripudiabat, abstinuit: fœminaque parum decorè in caput saltantis vnguentum abstinuit.* Sed aliud longè tibicinas meretrices & lasciuam saltatricem auersari, harúmque vnguentaria respuere blandimenta: aliud peccatricem plorantem, pœnitentem, & tactu Christi sanandam admisisse, quod quia infœlix Pharisæus noluit intelligere, desipiens reprehendit.

Heliod.

Athen.

8. Noui ego virum non omnino ineruditum, qui quamuis fateretur vsum lauandi pedes fœminis olim commissum, & aliunde nosceret, quàm auidè prisci olim vnguentis indulgerent pro capite, pro pectore fouendo: negabat tamen legi vsquam, pedes alicuius vnguento delibutos: indéque mirificè puritatem, Mariani huius affectus & effectus commendabat. Adducebat huc Maldonatum ibi, qui ex ore Christi, sic ad Pharisæum: *Tu mihi caput non vnxisti, quod vngi solet: hæc non solum caput, sed pedes vnxit, qui vngi non solent.* Sic sunt frequentes illorum lapsus, qui absque humanioris litteraturæ subsidio sacram aggrediuntur explicandam. Frustra vero è Maldonato præsidium capiebat, quis enim nisi temerè, præsumat ignorasse virum omniscium, quod pueris manifestum?

Maldon.

non negat itaque vsum magnus Maldonatus, sed frequentiam & vulgaritatem: neque enim tam crebrò pedibus, quàm capitibus adhibitum vnguentum. Cæterum de hoc vsu apud Lautiores, scatent scriptorum testimonia. Vide Athen.lib.12. cap.30.& lib.15.cap.15. & quæ plura coniecit Petrus Ciaconius in appendice ad Tricl. ex quibus probabile putat Pineda noster, pedes illos butyro lotos Iob 29.v.6.hinc posse explicari. Addè antiquum Auctorem Cephisodorum apud Athen. qui ita μύρῳ νυνὶ ἀλείψαι τοὺς πόδας Καλλιστράτου: *vnguento modo vnxit pedes Callistrati.* Antiquissimus etiam Aristophanes rurus pro Mariæ gesto in vespis, apud quem Pater de honesta filiola, ita (dedit Cerda Adu.c.185.)

Athen.

Ciaco n.

Pined a.

Iob. 29. v 6.

Cephisod.

Aristoph.

——Ἡ θυγάτηρ με

Ἀπονίζῃ καὶ τὼ πόδ' ἀλείφῃ, καὶ προσκύψασα φιλήσῃ.

——*Filia me*

Lauat, & pedes vngit, & inclinata osculatur.

Hoc de Asiaticis: ad Romanos serior videtur vsus accessisse: ideo Plinius lib.14.cap.3. de vnguentorum luxu: *Vidimus etiam vestigia pedum tingi: quod M. Othonem monstrasse Neroni Principi ferebant, quæso vt qualiter sentiretur, iuuarétque, ab ea parte corporis.* Nisi forte non tam pedes, quàm vestigia, & inferiores plantas pedum vnctas, miretur Plinius. Nihil itaque nouum excogitauit Maria in vngendis Christi pedibus, licet pijssimum pœnitentiæ genus innouaret.

Plin.

Illud sanè rarum, imo nouum est, & quantum ego meminisse potui, haud visum alibi, vt fœmina lotos pedes, crinibus pro linteamine abstergeret. afferam coniectutas aliquas, vnde fortè mysterio nostro aliquid alluceat. Cum viri olim (sic & hodie nostrates, pudet scribere) Cæsariem longam gestarent quandoque madidas manus, crinibus suis vel suorum, abstergendas admouebant: cum ergo siccandis manibus crines quandoque admouerentur: voluit Maria diuinis pedibus siccandis, suos adhibere. Petronius Arbit. in sat.de lautissimo Trimalcione, semper cirratorum turba constipato: *Aquam poposcit ad manus: digitosque paululum aspersos, in capite pueri tersit.* Aliquid etiam in idem augurot ex Lampridio de Cōmodo Imperatore omen sibi mortis faciente. *Cum in gladiatoris occisi vulnus, manum misisset, ad caput sibi detersit.* Vbi Lypsius satur.2 .cap.22. *Illud prodigio habitum, non quod manum cruentasset, ex more enim, sed quod capiti suo admouisset: quasi precatus sibi, suóque capiti, eadem.* Adde, illud etiam prodigio tribui, quod qui aqua & vnguento curatas manus, coma abstergebat: eidem tunc cruentas admoueret: puto enim, non abluturum cruentas crinibus: nisi ibidem, aliunde madidas solerer. 9.

Petr. Arb.

Lamprid.

Lypsius.

Sed est gratior alia, & ad rem in qua sumus commodior coniectura: totáque mutatis Magdalenæ amoribus enarra. Summi blandimenti loco, amantium lachrymas, crinibus detergi solitas, & si fortasse nouum, habe verissimum. Rogabat Psyche nescio quod reuelandum secretum à viro suo: iste obduruerat: queritur illa: & post importuna blandimenta & lachrymas: addit Apulæius lib.5. *His verbis, & amplexibus mollibus decantatus Maritus, lachrymásque eius, suis crinibus detergens, factum spopondit.* Venustum est ad hanc rem epigramma illud Asclepiadis, habetur in florilegio Græco lib.7. 10.

Apulæius.

Asclep.

Αὐτοῦ μοι στέφανοι παρὰ δικλίσι ταῖσδε κρεμαστοὶ
Μίμνετε, μὴ προπετῶς φύλλα τινασσόμενοι:

Οὐ᾽ δακρύοις κατέβρεια [κατομβρεχὰρ ὄμματα ἐρώντων.]
Α᾽λλ᾽ ὅτ᾽ ἀνοιγομένης αὐτὸν ἴδητε θύρης :
Σάξατ᾽ ὑπὲρ κεφαλῆς, ἐμὸν ὑετὸν, ὡς ἄμεινον,
Η᾽ ξανθὰ γὲ κόμη, τὰ μὰ δάκρυα πίῃ.

Hic mihi corona, ad portas has, pensiles
Manete : nec breui, folia excutiatis,
Quas lachrymis rigaui : (imbriferi enim sunt oculi amantium)
Vt cum aperta ianua ipsum videritis :
Instillatis super caput eius meam pluuiam, vt melius
Flaua coma, meas lachrymas bibat.

Cupiebat miser amator hoc blandimenti genus experiri, vt amoris sui crinibus lachrymas detergeret : nec voti compos, aucupatur dolo, quod affectu nequiuerat. Amantium etiam Hebræorum lachrymas hoc sudariolo abrasas (cum naturales affectus iidem, apud omnes) satis hinc discis : sed
Paraphr. Chald. cape adhuc expressum ferè locum Chaldæi Paraphrastis, qui gentis suæ mores & amores optimè callueratad quorum gustum explicat illud Cant.5. vers. 12. *Quia caput meum, plenum est rore : & cincinni mei guttis noctium.* Sic scribens. *Quoniam capilli capitis mei, pleni sunt lachrymis tuis : sicut vir cuius capilli tinguntur rore cœli : & cincinnus casariei meæ, repletus est guttis oculorum, sicut vir cuius cincinnus cæsariei suæ, plenus est guttis pluuiæ, quæ descendunt de nocte* Satis hoc. Putarem igitur solitam Magdalenam, amantium suorum lachrymas crinibus abstergere : aut fictas profani cordis sui lachrymulas, amantium olim crinibus adnectere. Vnde diuinitus mutata, has lachrymas licet suas, de amoris tamen melioris vena fluentes, & Christo datas, crinibus (vsitato recurrens linteamini) abstergebat.

11. Tandem aduerte, propriissimè dixisse Lucam, *Phari æus qui vocauerat eum :* id est, qui ad epulum inuitauit. Sic in Græco : *ὁ καλέσας αὐτὸν : vocans*
Luc 14. v.9. *ipsum.* Sic Luc. 14. vers.9. de inuitato ad nuptias:
qui vocauit te. Et sæpissime in eodem cap. Ioan. 2.
Ioan.2. v.2. v.2. de epulo nuptiali in Cana : *Vocatus est autem*
Prou.9. v.15. *&* I E S V S. Idem habes Prouerb.9.& 15.& passim alibi. Est enim hoc verbum solemne, in re conuiuij. Sacra vbiuis incurres. Profana ad rem suam dederunt alij, inculco tantum legenda apud illos.
Remizer. Martialis lib.1.epigram.50.adducit ibi Ramirezius eundem, eodem lib.epig.44 & lib.2.epig.37.lib.5. epig.49.& 52.Horat.lib.2. Oda vlt.Senecam de benef. lib.3.cap.26. Inde famuli, qui inuitabant, dicti *vocatores* : Mart. lib.7.epig.85.Sueton.in Calig. cap. 39. Senec. lib.3. de ira, cap.37. Plin. lib. 35. cap. 10. & inuitatio dicitur *vocatio* apud Catul. epig.48.

CAPVT X.

Puerorum balbuties, & terriculamenta.

PERIOCHA.

1. *Explicatur locus Ieremiæ c.1.v.6.*
2. *Balbutientium puerorum voces. bu. Mamia. maman. pappa. bryn. & similes.*
3. *Infantium virtus λαλά & nania.*
4. *Explicatur locus Isaiæ c.8.v 3.*
5. *Terriculamenta puerorum apud antiquos. Mania. Lamia. Pectines solis. Gorgones. Manducus. Et similia multa.*

IVBET in hoc loco, paululum infantire : abite Ronchi : pueriliras, cum pueritiâ, relinquenda : noscenda tamen viris, tantummodo fastidiosis sciolis denegabitur. Dicam quæ de hac re, occasione Ieremiæ apud melioris notæ Auctores obseruaui. Igitur Ieremias puer à Deo vocatus & in Prophetam destinatus : respondet trepidus 1.
A, a, a, Domine Deus ! ecce nescio loqui, quia puer ego Ierem.1.
sum. cap.1.v.6. Lxx. Interpretes de hoc nihil, quia, v.6.
vt obseruat Sanchez, aut nullo, aut è diuerso exemplari, longè alio modo putarunt interpretandum in Hebræo, sic habetur. אהה *ahah.* Vna est tantummodo dictio, quam ferè omnes interiectionem dolentis, aut trepidantis putant, quamque paulo infra vulgatus vertit *heu*: sic etiam Iosue c.7. Iosue 7.v.7.
v.7. *heu Deus ne Deus*, &c. in Hebræo est אהה vt in hoc loco. Alij duplicis significationis voculam putant, imo duplicis insinuationis, & in hoc loco balbutientis inarticulatam vocem proferri existimarunt. His adhæreo : vide quæ illi : ego, hinc denuo rem confirmo. In dubiis, vulgari versioni standum, supra fide sanctum probaui. Atqui vulgaris, cum alibi per interiectionem *heu* explicet : in hoc loco longe aliter putauit interpretandum : ergo videtur in loco non esse interiectionem. Dices illud a, a, a, etiam Ioelis 1.cap.v.15. interiectiuè po- Ioel 1.
ni. Fateor. Sed in hoc loco, aliter videtur capi : pen- v.15.
de enim illud *ecce*, demonstratiuum enim est, quasi prolatâ prius inarticulatâ balbutientis pueri voce, eam in testimonium infantiæ adducat. Et si coniectare licet, crederem infantes Hebræos sic proferre solitos, & pro אב, אב *ab ab* id est, *Pater, Pater* : dixisse a, a, a, vltimam litteram minus ferientes : hoc enim nomen paternum, primum alumnos suos docent nutrices : & sicut nos cum Romanis pro patre *pa* & *ma* pro matre balbutimus : sic illos, vltimam labialem litteram ademisse. Vel aliter : quandoquidem bis ponitur in Hebræo illud . . : cum *ab* sonet *patrem*, & *am* אם *matrem* : pueri suasi dicere (vt apud nos fit) *ab, am* Pater, mater : dicebant *ab ab* : vnde hanc vocem Hebræi sumpserint ad explicandam balbutiem infantilem. Vt ergo Latinus puer qui se excusaret, prudenter responderet : parce Domine Deus, ne mihi id oneris imponas, qui infantio adhuc quodammodo, pene pro Patre totam, & pro Matre mammam dicturus : sic Ieremias se excusat : quasi dicat : is sum, qui adhuc infantum more, videar *aa ab* pro patre, matréque pronuntiare.

Videamus iam, quid de balbutientibus puerorum vocibus, apud alias nationes, scripserint Au- 2.
ctores. Simillimum est dictis, illud Noni verbo Non.
imbuere, vbi ita. *Imbutum : quod rei cuiusque succum bibit : vnde infantibus an velint bibere, bu, syllaba contenti sumus.* Quia nimirum nec infantes, poterant plures syllabas exprimere. Idem Lusitanis infantibus in vsu, quibus, hinc absque dubio *bua* aqua est. Græci pueri, Matrem, vocabant *Mammiam* : Aristophanes in Lysistrata, apud quem qui- Aristoph. dem.
dam prouocat infantulum lactentem.

Υ᾽πάκουσον ὗτος, ἐκαλεῖς τὴν μάμμιαν ;
Heus tu puer, non vocabis mammiam?

Id est *μητέρα* matrem. Et statim puer, addit.

Μάμμη, μάμμια, μάμμια

O Mam

O mammia, mammia, mammia.

Idem. Et iterum mater ad pusillum.

Ὦ γλυκύτατον σὺ τεκνίδιον κακοῦ πατρὸς
φέρε σε φιλήσω, γλυκύτατον τῇ μαμμίᾳ
O puelle dulcissime, improbi proles patris,
Da basiem te, qui suauissimus mammia.

Sic Latini pueri matres *mammas* vocabant notum
Mart. illud Mart. lib.1.epig.101.de superadulta fœmina, quæ vsurparis infantilibus verbis, puellam se venditabat.

Mammas atque tatas habet Affra, &c.

Infantes Hispani similiter, matres *mammas* patres *taitas* vocant. Vocabant infantes Græci ἄρτον seu
Ioan. Tzetz. panem *mamman* Tzetzes chil.4.hist.3.

Ἅπαντας βλιτομαμμάντας, πρὶν τοὺς μωροὺς ἐκάλουν
Ἐκ τοῦ βλίτου ἀτελοῦς λαχάνου πεφυκότος,
Καὶ τοῦ μάμμαν· τὸν ἄρτον δὲ ὑποφασὶ τὰ βρέφη
Omnes stultos olim, vocabant blitomammantes,
Deducto vocabulo à blito, quod est vile olus.
Et à mamman: panem sic dicunt infantes.

Aliunde etiam edulia *pappam*, & edere, *pappare* di-
Nonus. cehant. Nonus Dion.20. de quodam εἰσέτι παππάζοντι: *adhuc puerorum more pappa dicenti*. Athen.lib.8. cap.6.ex Philemone παππᾶ *pappa* dixit. Sic Latini.
Athen. Pers. Persius sat.3.

Et similis regum pueris, pappare minutum
Poscis.

Eodem ferè modo Hispani & Lusitani. Plura col-
Aristoph. legit Aristoph.in nub. vbi sic pater ad filium.

Καὶ πῶς δικαίως, ὅστις σ' ὦ 'ναίσχυντέ σ' ἐξέθρεψα
Αἰσθανόμενός σου πάντα τραυλίζοντος ὅ τι νοοίης:
Εἰ μὲν γε βρῦν εἴποις, ἐγὼ γνοὺς ἄν, πιεῖν ἐπέσχον:
Μαμμᾶν δ' ἂν αἰτήσαντος ἧκόν σοι φέρων ἄρτον:
Κακκᾶν δ' ἂν οὐκ ἔφθης φράσας, κἀγὼ λαβὼν θύραζε
Ἐξέφερον ἄν, καὶ προὐσχόμην σε, σὺ δέ με νῦν ἀπάγχων.
Quia hoc iniustitia, qui te impudens olim educaui
Cum tu olim balbutires, quidnam velles videbam:
Si enim, bryn, diceres: ego intelligens, potum dabam:
Si mammam posceres, ego panem protinus efferebam:
Vix dixeras cacan, ego te ad portas
Efferebam, & ante me tenebam: tu verò modò me
perdis.

Hoc vltimum, vsitatissimum etiam nostratibus.

Cantiuncula illa, quæ pueris dormituris insusurratur, *lallus* Latinè dicitur: credo, quia inarticulatè, ad infantium balbutientium tenorem ca-
Pers. nebatur: Pers. sat.3. citata,

——— Pappare minutum
Poscis, & iratus mammæ, lalare recusas.

Septal. Sic apud Græcos. Septal. ad Arist. sect.19. Prob.38. λάλα, παιδικὸν ἐπίφθεγμα. *La la puerilis sonus.* Certè hodie Lusitanæ nutrices, nihil aliud pueris insusurrant. Vocabatur etiam Græcis καταβαυκαλήσεις, vel καταβαυκαλήματα. Magis ad vsum nostrum νίννιον, vel
Scaliger. νιννίον: ninnios: notat Scaliger lect.ans.2.c.11. hinc priscis Latinis, & hodie Italis: has Odas consopientes vocari *ninnas*. Hinc puto Lusitani infantes, cunam, vel somnum, vocant, *ninna* & *ninnar*, illis dormire est. Hispani, retento duplici n, Græco infantem vocant, *niño*. Tandem *nania* Latinè hinc orta visa: est autem nænia consopitorium carmen puerorum, apud veteres Interpretes Horatij.

4\. Hinc illud Isaiæ 8. v.3. *Voca nomen eius, accelera spolia detrahere, festina prædari. quia antequam sciat vocare patrem suum, & matrem suam: auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram Rege Assyriorum.* In Hebræo est: *antequam sciat puer vocare: pater mi, mater mea*, &c. אבי ואמי. Id est dum adhuc balbutit: vnde apta Sanchez nostri paraphrasis ibi. *Ante quàm ad ætatem venerit, vt parentes agnoscat,*

Pinto P.Ramirez S.Script.Selecta.

vocéque blæsâ, & informi voce, Tatam, & mammam, &c. illud tamen in præsens minus probo, quod noluit ista litteraliter de Puero IESV, sed de Isaiæ filiolo intelligenda. Locum ergo cum communiori sententia de Christo capio: cui & si nouam, non tamen malignam lucem, puto afferemus. Ni ergo fallor, hac paraphrasi, mens Prophetæ enucleabitur. Nomen pueri erit, animatio quædam, vt detrahat spolia, vt festinet prædari: idque aptè: quoniam licet paruulus, & membris infantilibus coarctetur: non tamen infantium more μορμολυκείοις, siue terriculamentis & laruis, territabitur, quin potius ita animo fortis & robustus, vt etiam in ætate balbutiente, eius virtute, bella cientur, hostes expugnentur. Balbutiet foris paruulus ad mysterium: sed intus impauido corde arma tractabit. Hæc fortassè loci huius mens germana, ne Christus, quàm foris fragilis apparebat, talis intus putaretur: & balbuties blæsæ linguæ, & pauor trepidantis mentis paruulos designet: illam Christus concessit mysterio; hunc, imperfectionis indicem capere non potuit æterna fortitudo, & sapientia verbi, licet infans. Horrent cæteri pueri, ferè ad triennium cristatas militum galeas strictos enses, situorum strepitu pauescunt: (hinc è contrario Auctores celebrant Herculem suum, & regios alios pueros, his de præclara indole arridentes fabulantur:) Christus vero spiritualia arma omnipotens, & omniscius, verè intrepido spiritu, tunc tractabat: ergo sub metaphorâ intrepidi pueri, illius serenitas & virtus declaratur. Irridendi ergo Hebræi, qui hæc, in sensu proprio volunt explicanda, adhuc suspiratum & somniatum Messiam sperantes, qui infans arma tractet, percellat hostes. Lepidè Tertull. lib. aduersus Iud. cap.9. adhunc locum. *Virtutem Damasci, & spolia Samariæ aduersus Regem Assyriorum, sic accipiunt, quasi bellatorem portendant Christum: non animaduertentes quid scriptura præmittat: quoniam antequam cognoscat Puer vocare Patrem, &c. ante est enim inspicias ætatis demonstrationem, an virum iam Christum exhibere ista ætas possit, ne dum Imperatorem. Scilicet vagitu ad arma esset conuocaturus infans, & signum belli non tuba, sed crepitacillo daturus: nec ex equo, vel de muro, sed ex nutricis, & gerulæ suæ dorso, siue collo hostem designaturus: atque ita Damascum, & Samariam, pro mammis subacturus. Aliud est, si penes vos, infantes in prolium erumpunt, credo ad solem prius vncti, dehinc pannis armati, & butyro stipendiati: qui ante norint lanceare, quam lancinare. Enimvero si nusquam hoc natura concedit ante militare, quam virum facere: ante virtutem Damasci sumere, quam Patrem nosse: sequitur vt figuratè pronuntiatum videatur.* Tertull.

Videamus iam pauca de pauido puerorum ingenio, & quibus terriculamentis, olim, vt hodie apud nos commouerentur. D.Chrys.in com. Epist. ad Ephes. *Pueri dum a nutricibus baiulantur: in ignem quidem, & lucernam ardentem, temerè & cum audacia, manus immittunt: virum verò, qui sacco indutus sit, exhorrent.* Arnobius (ex correct. Salmasij ad lib.de Pal.Tert.) lib.5. *Vsque adeo ne mortales sæculi illius, ac temporis corde fuerunt vacui, rationis, sensúsque nullius, vt ab actionibus improbis, tanquam parui pusiones, personarum monstrosissima toruitate, sannis etiam constringerentur, & Maniis?* Sunt enim, auctore Festo, *Maniæ* vmbratilia phantasmata, & terriculamenta, quæ nutrices compescendis pusionibus minitantur: sicut laruæ, & sannæ, ridiculæque (sed illis horrendæ) 5. Ioan. Chrysost. Arnob. Salmas.

Theocr. vultus distortiones. Apud Theocritum Idyl. 15. mater obstrepentem sibi pusionem terrens, subdit: *μορμὼ, δάκνει ἵππος. Larua adest, mordet equus.* Strab. Strabo lib. 1. plura coniunxit: *ἥ τε γὰρ λάμια μῦθός ἐστι, καὶ ἡ γοργὼ, καὶ ὁ ἐφιάλτης, καὶ ἡ μορμολύκη. Lamia enim, fabula est, sicut & Gorgo, & Ephialtes* Tertull. *seu incubus*, (nos pesadilla) *& larua.* Tertull. aduersus Valent. cap. 3. irridens illorum mysteria & interminatas Deorum genealogias: *Nonne tale aliquid dabitur, te in infantia inter somni difficultates, à nutricula audisse, lamia turres, & Pectines solis?* non tam aniles fabulas ad voluptatem, quam ad terrorem, querulis pensionibus, & somnum differentibus, dictas capio, vt & nos; *sino duermes vendra el Coco.* Ad quem sensum, qui sint *pectines solis* inquiro adhuc. His adde Manducum, seu Manduco- Pompon. nem, de quo Pomponius in Atellana.

Magnus Manducus, camelus cantherius.

Scalig. Erat (vt probat Scaliger ad var. lib. 6. de linguâ Latinâ) Manducus iste, laruatus homo qui in ludis & pompis atellanis, inter ridiculas alias personas emittebatur, malis ingentibus, & dentibus deformis, latè dehiscens: totus denique in puerorum terrorem conformatus, sicut apud nos *Tarasca*: sic Iuuenal. vult Scaliger explicandum illud Iuuenalis.

——Tandem rediit ad pulpita notum.
Exodium: cum persona pallentis hiatum
In gremio Matris formidet rusticus infans.

Hiatum enim ingentem, enormes dentes, & belluinam voracitatem tribuebant his nocturnis terriculamentis, pueris vt minabantur pappandis, id est deuorandis: vnde & hodie, ferè apud Hispanos, vocantur minaces hæ laruæ *Papones.* Addit Scali-Pompon. ger ex Pomponio *Pythonem Gorgonium*: & illud ex Lucill. Lucill. lib. 30. *lamia, & Pytho Oxiodentes* id est acu- Dio. tis dentibus formidabiles. Lege apud Dionem Chrysost. Chrysost. *τὰς σκύλλας, καὶ τοὺς κύκλωπας Scyllas & Cyclopes* in hanc rem: addit enim: *ὥσπερ αἱ τίτθαι τὰ παιδία, διηγούμεναι τὴν λάμιαν*: de quodam qui fabulis delusit alios: *Sicut nutrices, pusiones suos, dum narrant lamiam.* dedit hunc cum plusculis aliis Cerda. Cerda ad Tertull. Apol. cap. 7. addo ex eodem Cer-Tertull. da Callimachum sed corrigendum:

Callimach.

Ἀλλ᾽ ὅτε κουράων τις ἀπειθέα μητέρι τεύχοι,
Μήτηρ μὲν κύκλωπας ἑῇ ἐπὶ παιδὶ καλιστρεῖ:
Ἄργην ἢ στερόπην, ὁ δὲ δώματος ἐκ μυχάτοιο
Ἔρχεται Ἑρμείας σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ:
Αὐτίκα τὴν κούρην μορμύσσεται. ἡ δὲ τεκούσης
Δύνει ἔσω κόλπους, θεμένη ἐπὶ φάεσι χεῖρας.

Aptè cætera vertit meus Cerda, vltima, tanti viri pace, non aduertit: sic enim ille de puella territa:

——Illa vero ad genitricis
Confugit sinus, ponens manus in illius oculis.

In Græco, vt vides, tantum legitur: *θεμένη ἐπὶ φάεσι χεῖρας. Ponens in oculis manus.* Quod frustra, præter verba, & contra morem, de maternis oculis explicauit Cerda: cum clarè, de ipsiusmet puellæ oculis sit interpretandum. Sic passim videmus, territos visâ laruâ pusiones, festinas manus oculis suis admouere, ne id cogantur cernere, vnde pauescunt. Callimachum ergo fideliter, sic verto.

Sed quando puellarum quæuis, proteruum
Aliquid in matrem commiserit:
Mater Cyclopas, contra suam puellam inuocat:
Argem, vel Steropem: ex cubiculo autem interiori
Mercurius erumpit fuligine tinctus atra;
Subito ille puellam territat: hæc vero, parentis
Confugit in sinus: ponens manus in oculis.

Scilicet, suis, vt dixi. Satis cum pueris lusimus, ad ætatem virilem redeamus.

CAPVT XI.

Miscellaneorum instar, plura coaceruo.

PERIOCHA.

1. *Cor ferreum, lapideum, roboreum: de duro. Locus Ezech. c. 11. v. 19. & c. 36. v. 26.*
2. *Filij, Parentũ visceru appellãtur. Sic Paulus ad Philem. cupite vno v. 10. & v. 20.*
3. *Πυρφόρος ignifer. Πυροφόρος Frumentarius. Asseritur auctoritas D. Hieronymi in Caput vnicum Abdia v. 18. Frumentarij apud priscos, nuntij, vel veredarij.*
4. *Lapidescere dicitur stupidus, & mœrẽs: sic Nabal. 1. Reg. 25. v. 37 lapides clamãt: vsus Christus hac parœmia Luc 19 v. 40*
5. *Victis graue iugũ est desertâ propriâ, alienâ victoris lingua vti. Explicatur Isaias c. 19. v. 18. & alius locus ex lib. 4. Reg. 18. v. 26. homoglossi, homothymi esse solent.*
6. *Cornu in vtraque schola, vim, potentiam, & regnum passim designat. Obfirmare faciem, vnde dictum.*
7. *Iob cap 7. v. 4 leuiter illustratus: nocturnus labor vnde durior*
8. *Filij à Patre potius, quam à Matre soliti appellari: non sic sacro Regum volumine; Filij Saruiæ: neque Romanis annalibus, Alexander Mammeæ.*
9. *Equa cur dictæ mulieres lasciuæ Hinnire, libidinosum verbum.*
10. *Indui confusione, pudore, vel impudentiâ, ex vtraque pagina. Indui terra, est, sepeliri. Iob c. 1. v. 21. fortasse illustratus.*
11. *Mercenariorum non genus, sed industria quærenda: apud Tobiam 5. c v. 17.*
12. *Eiusdem pallij vsaru, inexplicabilem concordiam significat. Coniectatur de Pallio Heliæ lib. 3. Reg. 19. v. 19. & de Pallio Abiæ 3. Reg. 11. v. 30.*
13. *Apud Ægyptios Rei puniendi, ceruices fune ligatas, & frænata ora gerebant: & quare, allusit fortassè Dauid Psal. 31. v. 9. & Ezech. 19. v. 4.*
14. *Fulmen, de celeri, & robusto. Bonnerges Mar. 3. v. 17.*
15. *Manus super caput ponere, dolentis est: sic Thamar 2. Reg. 13. v. 19. Caput in dolore conuerberare, frequentissimus vsus apud Græcos, rarior apud Latinos.*
16. *Male vinctis, & de iniusto titulo colligatis, ad libertatem decoram, non tam soluebantur vincula, quam rumpebantur. Id fortasse voluit Ieremias cap. 3. v. 8. Nahum cap. 1. v. 13.*
17. *Seruus nequaquam pistrino, instar iumenti damnatus. Hercules an apud*

amicam

amicam moleret. Ancillarum opus, mola: idque in vtraque pagina. Pistrinum, pro carcere seruorum. Molere, de Venere exercitâ, apud sacros, & profanos Auctores. Explicantur obiter Exodus c. 11. v. 5. Isaias c. 47. v. 2. Iudices 16 v. 21.

18. *Ductile candelabrum Exodi 25. v. 31. tubæ ductiles num. 8. v. 4. & 10. v 2. & Psalm. 97. v. 6. similiaque in sacro textu, latinissima. Parergum de Indis barbaris, è tibia hostis occisi, buccinam condentibus.*

19. *Aqua, fluxus, humor, de lasciuiâ, & voluptatibus. Humida vita. Sirenum tropologia. In sacris, de humore lasciuiæ passim: sic Genes. 49. v. 4. Iob. 40. v. 15.*

20. *In portis, apud Hebræos, olim tribunalia Prou. 31. v. 23. sic apud Erithræos Tyrannos.*

21. *Quadriga Ezechielis mira, eiusque rotæ, & spiritus, euoluuntur breuiter, & ventilantur. Quadriga exquisita Commodi Imperatoris. Quadriclinares aliæ ex Luciano.*

22. *Parœmia,* non est discipulus super Magistrum. *Luc. 6. vers. 40. Mercurius vtriusque gymnasij Præses. Apodyterium in Agonibus, in Balneis, in Templis.*

23. *Pax vt Aqua, facile parabilis. Isaiæ. cap. 48. v. 18.*

24. *Cum homines proteruè obsurdescunt, insensibilia alloquimur. Sic Isai. 1. v. 2. & 3. Reg. 13. v. 2.*

25. *Emptoris techna, immò & ars, desideratas merces deprimentis, vt fugatis coemptoribus emat vilius. Sic Prou. 20. v 14.*

26. *Epistola manu propriâ scripta, aut de negotij pondere, aut de amoris vrbanitate preciosior. Sin minus, paucis lineis autographis subscripta. Paulus eodem modo multis locis.*

SPICILEGIVM, vt plurimum spicas legit, raro colligatos manipulos: soluta vero grana, non infrequenter. Dabo ergo in hoc capite nonnulla ad illorum gustum, quos τυροσίζειν in sacris delectauerit: aduersaria ferè nostra, à fæliciori calamo polienda.

1. Obstinata Cordis durities, indoléſque obrigescens, per ferrum, lapidem, truncum, solet explicari. Ouid. in Epist. vbi Ariadna ad Theseum. (Ouid.)

Non equidem miror, si stat victoria tecum
Stratáque Cretaam bellua strauit humum.
Non poterant figi præcordia ferrea cornu,
Vt te non tegeres, pectore tutus eras.
Illuc tu silices, illuc adamanta tulisti?
Illic qui silices, Thesea, vincat, habes.

Quasi propterea Minotaurus illum non læderet, nec posset, quamuis nudum inuaderet: quasi innato ferro & silice pectus armaret Theseus. Cydippe Acontio, apud eundem. (Idem.)

Durius & ferro cum sit tibi pectus, Aconte,
Tu veniam, nostris vocibus, ipse petas.

P. Pinto Ramirez S. Script. Selecta.

Idem 9. Metam. (Idem.)

Nec rigidos silices, solidúmve in pectore ferrum
Aut adamata geris.

Tibulus lib. 1. eleg. 1. (Tibull.)

Flebis, non duro, tua sunt præcordia, ferro
Vincta, nec in tenero, stat tibi corde silex.

Horat. lib. 1. Oda 7. (Horat.)

Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem, truci
Commisit pelago ratem
Primus.

Virgil. 8. Æneid. (Virgil.)

Génsque virum truncis, & duro robore nata.

Æschilus in Prometheo. (Æschil.)

Σιδηρόφρων τε, κἀκ πέτρας εἰργασμένος.
Ferreo corde, & ex lapide compactus.

Sic Ezechiel cap. 11. v. 19. *& auferam cor lapideum de carne eorum: & dabo eis cor carneum.* Et cap. 36. v. 26. *Et auferam cor lapideum de carne vestra,* &c. addenda hæc Delrio nostro Adagio sacro 903. (Ezech 11. v. 19 & 36. v. 26.)

2. Tenerrime D. Paulus epist. ad Philemon. cap. 1. vers. 10. & deinceps, Onesimum, quem in vinculis Christo genuerat, & parturierat, sua viscera appellauit. *Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo: qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi, & tibi vtilis: tu autem illum, vt mea viscera suscipe* Sic eundem capio ibidem v. 20. *refice viscera mea in domino.* Id est, filium meum spiritualem in Christo. Obseruo enim ab vtriusque paginæ auctoribus, filios, Parentum *viscera* appellari. D. Bernard. ep. 1. ad Robertum, quem Christo, genuerat: *Non possum obliuisci viscera mea.* Allusit epist. 108. ad finem. *Ego enim haud secus fero, fateor, auersionem tuã, quam euisceratienem meam: quoniam charissimus factus mihi, & paterno te amplector affectu.* D. Petr. Damian. adhuc tenerius lib. 5. epist. 7. *Vos autem dilectissima membra mea, viscera animæ meæ.* Iosephum suum, quem putabat immaniter à bestiis laceratum, dulcissimè plorat Iacob apud Philonem, lib. 1. & inter multa, sic ad rem nostram. Ἀνθθάνεις, καὶ σαρκοβόροις θηρσὶν, εὐωχία καὶ θοίνη γέγονας: γευσάμενοι καὶ ἑστιαθέντες, τῶν ἐμῶν σπλάγχνων. *Ferocibus & carniuoris bestiis, epulum factus es: quæ te, viscera mea, non solum degustarunt, sed absumpserunt.* Talis est Ouidianus affectus in epist. Canacis ad Macarium, vbi puella queritur, quod filiolus nuper editus feris exponeretur deuorandus. (2. 1. ad Philemon. v. 10. — Et v. 20. — D. Bern. — Idem. — D P. Dam. — Philo Iud. — Ouid.)

Cum mea me coram, siluas inimicus in altas
Viscera montanis ferret edenda lupis, &c.
Nate parum fausti, miserabile pignus, amoris,
Hei mihi natali dilacerate tuo, &c.
Non super incubij, non oscula frigida carpsi,
Diripiunt auida, viscera nostra, feræ.

Ideo lib. 8. metam. dum mater, fatale germen cui vita filij inhæserat, combureret: subdit. (Idem.)

— Rogus iste cremet mea viscera, dixit.

Et lib. 6. de Tereo inscio, & membra filij deuorante. (Idem.)

Vescitur, inque suum, sua viscera congerit, aluum.

Ideo minus absurda iam explicatio Pharnabij, qui ad illud Senecæ in Thyeste act. vltimo (vbi miser Pater, postquam nouerat, se in subdolo impióque epulo, filios comedisse, dolens queritur.) (Pharnab. — Senec.)

Voluuntur intus viscera, & clausum nefas
Sine exitu luctatur, & quærit viam.

Sic scribit: *viscera, id est filij.* Sed fortassè aliò tendit Senec. Redeo. Grauiter Darius ab Alexandro iam spoliatus, sic ad suos, apud Q. Curtium lib. 3. *Matrem meam, duas filias, Ochum in spem huius imperij genitum, illos Principes, illam sobolem Regiæ stirpis,* (Curt.)

pis, Duces vestros Regum instar, habet vinctos: nisi quod in vobis est, ego maiore parte captiuus sum. Eripite viscera mea ex vinculis, restituite mihi pignora, pro
Quintill. *quibus ipse mori non recuso.* Quintilianus lib. 6. recens à funere filij, quem rogo imposuerat, satis patheticè. *Tunc igitur optimum fuit, infaustum opus, & quidquid hoc est in me infalicium litterarum, super immaturum funus, consumpturis viscera mea flammis iniicere, neque hanc impiam vinacitatem, nouis insuper curis fatigare.* Tan-
Ouid. dem iterum Ouid. lib. 10. de Patre filiam constuprante.

Accipit obscœne genitor, sua viscera lecto,
Virgineosque metus leuat.

Sueton. Et sæpe alibi. Vnde explicatur Suetonius in Augusto c. 94. de prodigiis quæ eius imperium nunciarunt. *Eadem Accia prius quam pareret, somniauit, intestina sua, ferri ad sidera: explicarique, per omne terrarum, & cœli ambitum.* Quod proinde coniectores de nasciturі pueri potentia explicarunt: nec imprudenter, cum filij, viscera, seu intestina, sint parentum.

3. Abdias cap. vnico vers. 18. postquam latè de-
Abdias. 1. v. 18. scribit stragem & euersionem Esau, sic concludit: *& non erunt reliquiæ domus Esau.* Lxx. vt in Regiis, & correctioribus cæteris habetur exemplaribus: legunt: ϗ ὐκ ἔςαι πυροφόρος, &c. D.Hie-
Lxx. Interpret. D.Hieron. ronymus, hæc Lxx. Interpretum verba, sic transtulit: *Et non erit frumentarius domui Esau.* Quæ versio, vt par est, approbatur, & præfertur in Sixtianis pariter, & Regiis. Mirum est autem, quàm hinc apud aliquos, opinio Doctoris maximi vacillet, eo præcipuè quod addat in com-
Idem. mentariis idem Hieronymus. *Hoc quod Lxx. transtulerunt πυροφόρον, quem nos, in frumentarium vertimus, iuxta antiqui sermonis eloquium; eos enim, quos nunc agentes in rebus, vel veredarios, appellant: antiqui frumentarios appellabant*, &c. πυροφόρος iste siue Pyrophorus quem scitissime, magnus Hieronymus ex prisco vsu vocauit frumentarium, sic recentiora sciolorum torsit ingenia: vt Hieronymum, quem tot titulis colit orbis Catholicus, parum abfuerit, quin (nefas) aut ignorantiæ, aut mendacij insimularent.
Delr. Nostri modestiores: Pater Delrius postquam adagio 984. latè egit de pyrphoris bellicis, aut illis aliis lampada tradentibus: de his nostris quos frumentarios vocauit Hieronymus, eosdem ex prisco vsu cum veredariis confundens, hæsitat trepidus, & nihil pro sancto Doctore audet asse-
Ribera. rere. Cautior meus Ribera, qui postquam latè Idumæam stragem describit: addit. *Et hoc est quod Lxx. obscurè transtulerunt: & non erit πυροφόρος, id est, ignifer domui Esau. Vt enim rectè explicat Theodoretus, quia potentiam & fortitudinem Iudaeorum nomine ignis, & flamma expresserat cum dicit non habituram domum Esau igniferum: significat nullam vim, aut fortitudinem Idumeis relinqui. Quam explicationem, si Theodoreti Latinus interpres animaduertisset, nequaquam contra auctoris sui sensum, pro πυροφόρος, vertisset, Frumentarius. Sed ad rem.* vera hæc contra Interpretem Theodoreti, qui πυρφόρος legerat. Non contra Hieronymum qui πυροφόρος.

Aduerte ergo mi Lector πῦρ ignem vt nosti, significare, à quo πυρφόρος *Pyrphorus*, est *ignifer*, aliunde vero non *pyr*, sed *pyros*, πυρὸς est frumentum, à quo non *pyrphorus*, sed *pyrophorus*, est *frugifer*, seu *frumentarius*. Ergo in hoc loco ventilato vt vidisti, Lxx. non *pyrphorum* habent, sed *pyrophorum*: quid ergo, ni erraret, verteret omniscius Hieronymus, nisi *Frumentarius*? Scio aliqua exemplaria Lxx. Interpretum minus correcta habere πυρφόρος *pyrphorus*: vnde benè Schòlia Sixtiana *aliqui* Sixtiana.
libri πυρφόρος, qui gestare possit igniculum. Et in hos absque dubio incidit Theodoretus, quem propterea merito, tanquam exemplari minus correcto vtentem, non probo; hæc Græcè scienti luce planiora. Iam vero quod homines in rebus agentes, vel veredarij, olim *frumentarij* dicerentur, (in qoo vno, hæsit profundior aqua Doctoribus recentioribus) mihi plusquam satis foret authoritas D.Hieronymi, mauellémque me, meósque omnes ignorantiæ, quam lumen Ecclesiæ mendacij leuissimi coarguere. Sed ecce testimonia, quæ D. Doctorem vindicent à calumnia. Iulius Capitoli- Iulius Capitol.
nus in Macrino. *Cum quidam milites ancilla hospitis pudorem deprauasse suspecti essent, atque per quendam frumentarium ille didicisset, adduci eos iussit.* Tu recogita quis nam posset esse frumentarius iste, nisi nuntius aliquis Cæsaris, aut veredarius. Spartian. in Spart.
Adriano. *Erat curiosus, non solum domus sua, sed etiam amicorum, vt per Frumentarios, occulta omnia exploraret: nec aduerterent amici, sciri ab Imperatore suam vitam, priusquam ipse hoc Imperator ostenderet. vnde non iniucundum est, rem inserere, ex quo constet, eum de amicis multa didicisse. Nam cum ad quendam scripsisset vxor sua, quod voluptatibus detentus, & lauacris, ad se redire nollet: atque hoc Adrianus per Frumentarios cognouisset: petente ille commeatum: Adrianus ei lauacra & voluptates exprobrauit: cui ille: num & tibi vxor mea, quod & mihi, scripsit.* Laborant humanioris litteraturæ professores in explicandis his Capitolini, & Spartiani Frumentariis. Ego hos ex Hieronymo, & ex illis Hieronymum illustro: erant occulti nuntij & perspicaces qui callidè secretis se ingerebant, illorum instar quos Persæ, *aures Regis* vocabant, quia occultè omnia delaturi ad Regem aucupabantur, & tanquam veredarij, nuntia ferebant. Quid vero sibi velint Lxx. minus Hieronymus curauit explicare, & meritò, qui Hebræo textui fidelius adhæsit: nec ego curo, qui tantum versionem, & dicta Hieronymi, pro meâ in maximum Doctorem pietate, laboro asserenda. Prudẽtissimus ergo noster Sanch. (qui doctissimus Sanct.
vbique, & modestissimus:) cui cum non suppeteret fortassè, vnde Hieronymum tueretur, placuit hanc quæstionem, penitus supprimere: tanquam minus necessariam vulgatæ & canonicæ versioni explicandæ. Cur autem hos nuntios Pyrophoros vel frumentarios appellarent: (ne logodædalis ius suum, imponendi ad libitum significationes vocibus, videar inuidere:) prætereo scrutari. Male perditi otij foret, ibi hærere.

Lapidescere, ille dicitur, qui immobilis reddi- 4.
tur, & obmutescit. Illustrat rem ex vtroque fonte Delrius noster adag. 82. mutuor ab illo illud Pa- Delr. Pacuu.
cuuij.

——*Me*
Terit fames, pauore fama concutit,
Lapis cor cura, & ærumna corpus conficit.

Aptè enim hinc explicatur illud Nabal: *Et emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis.* 1. Reg. 25. v. 37. pauore enim obriguit, & vt insolentiâ 1. Reg. 25. v. 37.
Pacuuianâ vtar, curis lapiuit. Id est in lapidem versus est. Sic Exod. 15. vers. 16. *fiant immobiles quasi* Exod. 15. v. 16.
lapis. Timore scilicet, & anxietate stupidi. Tale est illud Ariadnæ in Epist. apud Ouid. Ouid.

Aut mare prospiciens, in saxo frigida sedi,
Quámque lapis sedes, tam lapis, ipsa fui?

Catul. Catullus de eadem: *Saxea, vt effigies.* Nihil enim saxo stupidius: & ipse Battus, totus quotus erat, stupor: dum tandem lapidescens fingitur, creditur stupidior. Hinc per hyperbolem, quod à nullo, vel etiam stupidissimo tacendum volumus; vel etiam ab ipso lapide dicendum, prouerbiali iam formâ attestamur. Vsus hac parœmia Christus Luc. 19. v.40. [Luc. 19. v.40.] *Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.* Qua ferè Itali, Galli, Hispani vtuntur omnes. Familiarem etiam Græcis, noto ex Ioanno Tzetze Chil.8. hist.209. [Ioan. Tzetz.]

Παροιμία ἡ λέγουσα, καὶ λίθοι βοήσουσιν.
Ἐπὶ τῶν ἄγαν σαφεστάτων, φασὶ τὴν παροιμίαν.
Ὑπερβολὴ δὲ ποιητῶν, καὶ ῥήτορσι καλεῖται.
Λίθοι γὰρ, ξύλα, μέταλλα, καὶ τὰ ἐκ τῶν ἀψύχων:
φύσιν οὐκ ἔχει φθέγγεσθαι, καὶ λαλεῖν προσφωνεῖν.
Parœmia quæ dicit, etiam lapides clamabunt.
In re nimis apertâ, vtimur hoc adagio.
Hyperbole autem Poëtis, rhetoribusque dicitur:
Lapides enim, ligna, metalla, & omnia inanimata,
Naturam non habent loquendi, aut mittendi vocem.

Hic auctor sæpè in dicendo frigidus, & penè saxeus: legendus tamen, quia quandoque fert aliqua, quæ aliunde nesciremus.

5. [Isai 19. v.18.] Describit Isaias cap.19. victores & triumphantes Hebræos, debellatos vero, & prostratos Ægyptios: deinde de quinque vrbibus Ægypti primatibus sic subdit: *In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti loquentes lingua Chanaam, & iurantes per Dominum exercituum* c.19.v.18. Ego cum Sanchez & aliis hoc non litteraliter de Hebræis, sed mysticè, de victoriis Christi, intelligendum credo. Adhuc tamen laborandum, vnde hinc victoriæ metaphora desumatur. Ad familiaritatem, & communionem religionis, cum Hebræis: communionem hanc linguæ reducit Sanchez [Sanch.], proptereáque deserto Ægyptio idiomate, Chananæo, id est Hebræo, vsuram iam Ægyptum. Probabile hoc, maius aliquid intendo, & ad præsentem metaphoram longè aptius. Cupiunt victores, & quoad possunt imperant, & exequuntur, vt prostratæ sibi gentes, deserto proprio idiomate, in victricis reip. transeant idioma: imo nullum grauius iugum victi sentiunt, quam in id cogi. Est ergo mens Prophetæ, sic prostrandos Ægyptios, cō pauore concutiendos, vt non audeant in hoc negotio imperium detrectare, deserturosque proprium idioma, & pro illo, Hebraicè locuturos. Sunt pulchra in hanc rem verba Quintiliani [Quintil.] declam. 3. vbi de bello Cimbrico. *Non de prolatando tibi imperio res est, nec marinas vt nuper prouincias petimus: de Italia possessione certatur: pro aris, focisque constitimus: an hæc omnia igne ferroque vastentur: an nobis barbarus hostis caput excidat: an Cimbricè sit loquendum.* Quasi hæc esset extrema miseria, & vltra capitis iacturam formidabilis, si victi Romani Cimbricè loqui cogerentur. Vnde è contra victorias Romanas hinc celebrat Plinius [Plin.] lib. 3. cap. 5. vbi de Italiæ laudibus. *Terra omnium terrarum alumna eadem & parens, numine Deorum electa, quæ cælum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret: & tot populorum discordes ferasque linguas sermonis commercio, contraheret ad colloquia: & humanitatem homini daret: breuitérque, vna cunctarum gentium in toto orbe patria foret.* Certè vix tunc erat populus vllus celebris, vbi saltem nobiliores & dynastæ, rebus suis apud Romanos dominos gerendis, victricem linguam perdiscere non curarent. An hodie, Deo sint laudes, vernaculæ nostræ Hispanicæ id obuenerit, ipsi, qui notam dissimulant, exteri fatebuntur. ad rem. Hinc erat vt Romani pertinaciores Græcos qui Latinè loqui detrectabant, non nisi adhibitis Latinis interpretibus audirent. Valer. Max. lib.2.cap.2. [Val. Max.] postquam ostendit Romanos magistratus, nonnullis Latinè Græcis respondisse, subdit. *Quin etiam ipsa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, excussâ, per interpretem loqui cogebant: non in vrbe tantum nostrâ, sed etiam in Græcia, & Asia: quo scilicet Latinæ vocis honos, per omnes gentes venerabilior diffunderetur.*

Ex dictis etiam capio illud Sacerdotum, ad infensissimum hostem Rabsacem, qui cum illis Hebraicè loquebatur, cum Syrus foret: *Precamur vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè, siquidem intelligimus hac linguâ, & non loquaris nobis Iudaicè, audiente populo qui est super murum* 4.Reg.18.v.26. [4 Reg.18. v.26.] callido enim stratagemate voluit obiter seducere Hebræum populum, quasi diceret: tantum abest, vt vobis superatis, linguam nostram imponam, vt etiam vestram colam, quâ & vtor: idque cautè cauebant Sacerdotes, ne sciret populus, iam deinceps iugum leuius reputaturus. Nihilominus germanior hic videtur explicatio Nazianzeni orat. 1. contra Iul. [D.Greg. Nazianz.] quem illustrandum transcribo. *Cum ille Hierosolymam circumsessam teneret, vrbémque infesta obsidione cingeret, nec vi atque armis eam expugnari posse, nec sibi quidquam rerum vrbicarum per proditores patere vidisset: lenibus verbis eadémque lingua pronuntiatis, Oppidanos pellicere, atque ad se trahere conabatur. Quod cum Oppidani intellexissent, hoc primum deprecati esse dicuntur; iubentes enim Syriacâ linguâ, non Hebraicâ, ad se verba facere, ne fortè orationis suauitate, in seruitutem furtim inducerentur.* Gerit enim secum linguæ communio, amoris & familiaritatis stimulum non vulgarem. Imo & ideo victores, de quibus supra, id victis imperabant, vt vsu colloquij victores adamarent, minúsque de rebellione suspecti redderentur. Vnde Seneca [Seneca.] in Oedip. miratur bella illa inter conlingues Cadmi milites:

——Ante non linguas
Alias, & arma vocis ignota,
Clamore primum hostico experti.

Dio [Dio.] lib. 42. de ciuilibus bellis Romanorum. *Cum tubas eundem vtrinque sonitum edere, suósque vtrinque clamore & lingua inter se conuenire audissent, eo magis se eiusdem gentis, generisque esse cognoscerent. Itaque lachrymæ, luctusque eos occupauere.* Belluinum quippe, linguâ consonos inuicem decertare: nec homoglossos, homothymos reperire.

Quàm passim in sacris litteris, sumptâ à tauro 6.
vel Rinocerote metaphorâ *Cornu* pro vi, potentia, superbia, vel regno, assumatur, norunt pueri: putidum locos congerere, quos pagina vix caperet. Minus tritum illud, quod benè notauit Maldonatus [Maldon. Luc. 9. v.51.] ad Lucam cap.9.v.51. *obfirmare faciem* etiam ad huius metaphoræ gustum dici: tauri enim cornupetituri faciem obfirmant, quod nos dicimus *encarar.* Tale est illud Leuit. 17. v.10. [Leuit.17. v.10.] *obfirmabo faciem meam, contra animam illius.* Et Ezechielis 4.v.3. [Ezech 4. v 3.] *Et obfirmabis faciem tuam, ad eam.* Et sæpe alibi. Exempla è profano penu, æquè obuia, & adducta ab interpretibus. Ego in hæc minus rancida incidi. Horat.lib.1. ser.sat.5. [Horat.]

——O tuo cornu
Ni foret exsecto frons, inquit, quid faceres, cum sic mutilus minitaris.

Ouid. Ouid.lib.3.Amot.eleg.10.

Vicimus, & domitum pedibus calcamus amorem,
Venerunt capiti, cornua sera, meo.

Æschil. Æschilus in Perſ. de proſtrata ducum ſuperbia.

Νικώμβυοι κυέλατεν ἰσχυρὰ χθόνα
Victi cornu petierunt fortem terram.

Amian. Marcel. Claret hinc Amianus Marcel.lib.20.vbi ita. *Mittere igitur ad has loca ad rationes componendas, Iupicinum placuit, ea tempeſtate Magiſtrum armorum, bellicoſum ſanè, & caſtrenſis rei peritum: ſed ſupercilia erigentem, vt cornua: & de tragico, quod aiunt, cothurno ſtrepentem: ſuper quo diu ambigebatur, auarus eſſet potius, an crudelis.* In fronte, & intet corrugata ſupercilia colloeat: neque enim, auctore Plinio, præruptius in homine inuenit præcipitium: benè ergo hinc ſupercilia,cornibus. (Superbiæ etiam ſymbolis) comparantur.

7. Iob 7.v.4. Pineda & Sanch. Horat. Illud lamentantis Iobi cap. 7. v.4. *Si dormiero, dicam, quando conſurgam: & rurſum expectabo veſperam: replebor doloribus vſque ad tenebras.* Aptè explicant Pineda, & Sanehez ibi. Adde ſimilem doloribus affectum ex Horatio Epod.17.

Vrget diem nox, & dies, noctem: neque eſt
Leuare tenta ſpiritu præcordia.

Τὸ verò, *vſque ad tenebras*: id eſt, totam noctem, qua tenebræ durant, vſque ad crepuſculum. Obſeruo autem bis expreſſiſſe Iobum, labores nocturnos,primo cum dixit: *ſi dormiero*: quod,vt benè notant interpretes:non tam eſt,ſi ſomnum cepero, quam,ſi cubitum noctu iero:)& iterum cum addit: *replebor doloribus, vſque ad tenebras*: ſemel tantum diurnos conqueſtus. Scilicet hinc maximè affectus., quod, innato quietis tempore, torqueretur: nox enim ægris mortalibus in leuamen Virg. 4. Æneid.

Virg.

Nox erat,& placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſyluaque, & ſæua quierant
Æquora: cum medio voluuntur ſidera lapſu:
Cum tacet omnis ager,pecudes, pictaque volucres.

Tunc ergo fatigari impenſius, cum cætera quieſcunt dulcius, duriſſimum: tunc inſomnem magis, quam vigilem, aut vigilem ad dolores, cruciari, acerbiſſimum. Benè Seneca in Fur. act.4. ad ſomnum:

Senec.

——Túque ô domitor
Somne malorum, requies animi,
Pars humana melior vita, &c.
Pater rerum, portus vita,
Lucis requies, noctiſque comes,
Qui par Regi famulóque venis,
Placidus feſſum, leniſque foues.

Meritò proinde ſemel tantum diurnum laborem deprecatus, bis queritur de nocturno,quaſi intempeſtiuius veniente.

Quam infrequens in ſacris litteris, vt filij relicto Patris, à Matris ſuæ nomine appellitentur: tam etiam eſt frequens, vt Ioab, Abiſai, & Aſaël, à Matre, *filij Saruia*, cognoſcantur. Loca paſſim offendes. Cur id ita fierer, nondum inueni: coniecto, tamen, adulando Dauidi, id in horum familia vſitari: fuit quippe hæc Saruia Dauidis ſoror, filia Iſai, vt habes 1.Paral.2.v.16. quaſi adoleſcentes apud Regem auunculum, materno titulo promerituri amplius crederentur. Sic Virgilius Æneam ſuum paſſim *Dea natum* appellat, raro paternis titulis inſignitum. Aliunde vero eum non infrequenter audiamus Dauidem, borum Principum mores faſtiditum, tunc maximè tacito proprio nomine, illos *filios Saruia* nominaſſe, vt legis 2.Reg. cap.3. v.39. cap.16.v.10.cap.19.verſ.22.

1 Paral.2. v.16. 2 Reg 3.

ſatis apparet, illos materno ſtemmate ſuperbiiſſe; & conſanguinitatis iure, audacius apud Regem agere præſumpſiſſe. Fortè etiam fuit Saruia iſta impotens mulier, & fœminea indole, de fratre Rege ſuperbiens, imperioſa domui præſidebat, (id & hodie apud maritatas Potentiorum ſorores experitur orbis) vbi vix mariti nomen audiretur:vnde & filij, impenſius Matris imperia audientes, apud alios, *filij Saruia* audiebant. Inter Imperatores Romanos, vnum lego Alexandrum, qui à Matre Mammea appellatus, inde noſcitur. Lampridius in eius vita. *Eamdem diem natalem habet hic Mammea Alexander, qua magnus ille deceſſit à vita.* Vopiſcus in Caro. *Nullum poſt hac,prater Seueri diligentiam, vſque ad Alexandrum Mammea, ſenſit bonum.* Idem Vopiſcus iterum in Aureliano, adducto Rom. Imper. Catalogo, optimè gubernantium; *Ia optimi, ipſe Auguſtus, Veſpaſianus, Titus, Cocceius Nerua D. Traianus, D. Adrianus, Pius & Marcus Antonini, Alexander Mammea, D. Claudius, D. Aurelianus.* Ridiculum foret credere, addi huic Alexandro Matris nomen, vt æquiuocatio, cum Macedone alio Alexandro tolleretur: quis in catalogo Rom. Imperatorum, priſcum illum Macedonem ſomniaret? adde potuiſſe, ſi id intenderetur, Patrem Romani huius Alexandri, adduci, ſicut Græcus ille, vbiuis Auctorum, Alexander Philippi nominatur. Puto igitur,Romanum hunc à matre paſſim vulgo fuiſſe appellitatum, quia illa Reginarum id temporis optima & piiſſima, & fortè (quod multi dicunt) Chriſtiana. Fauet Lampridius in huius vita,licet ſanctiſſimam fœminam, auaritiæ notâ auſus reſpergere. *Cum puer ad imperium perueniſſet, fecit cuncta cum Matre: vt & illa videretur pariter imperare. Mulier ſancta, ſed auara, & auri atque argenti cupida.* Niſi dicas inſimulatum vulgo fuiſſe, quod à matre regeretur, matrem audiret. Quod ſimiliter de Saruiæ filiis aucupabamur. Vtcumque ſit, infrequens hoc, vt filij à Matre nominentur, viſus obſeruate Nonus Dionyſ. 14. vbi de duobus adoleſcentibus, & aliunde Vulcano Deo natis,addit:

v.39. & 16. v.10. & 19. v.22. Lampr. Vopiſc. Idem. Lamprid. Nonus.

Ὄνομα μητρὸς ἔχοντας ὁμήγυριν
Nomen Matris gerentes gentilitium.

Sic alios à famoſiori matre, inſignes legimus. Vide cap.22.n.17.infra.

9. Ælian. Equas, de fœminis libidinoſis dici, ignotum nemini. Ideo Ælianus lib.4. Anim. ait ſic vocari ſolitas fœminas deplotatæ pudicitiæ, ab iis, qui grauius illis vitium facere ſtudent: ideo modeſtiſſima illa Anna Bolena matris Pellex, Patris vxor, filiæ ſoror, fratris concubina: cum puella apud Pariſios paſſim proſtituta mereretur,à Gallis,Equa Anglica vocabatur. Sola enim Equa, & mulier, poſt conceptum, Venerem appetunt, & marem patiuntur, vt ſcribit Ariſtot. lib.7.cap.4. Addit citatus Ælianus, & confirmat Ariſtot. lib. 6. cap.8. *Equire* ab hoc vno animali tractum, prædictis fœminis accommodatum. Vide Delr.tom.2.adag. 200. hinc etiam, *hinnire*, eamdem hyppomaniam, & inſanam libidinem oſtendit. Ieremias cap. 5. verſ.8. *Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.* Quod benè explicat florilegium Græcum lib.7 ad puellam laſciuam.

Ariſtot. Ælian. Ariſtot. Delr. Ierem. 5. v 8. Antholog.

Κιχλίζεις, χρεμετισμὸν προσκαλέουσα γάμου:
Ἡσυχὰ μοὶ νεύεις.
Laſciue rides, hinnitum nuptiarum incitamentum emittens,
Blande mihi annuis, &c.

De hinnitu equorum emiſſariorum,vbiuis multa.

Cap.8.

10. Iob 8.v.22. Ps. 35.v.26. Lorinus. Cap. 8. Iobi v.22. habetur: *Qui oderunt te induentur confusione.* Sic Psalm.35. v.26. *Induantur confusione & reuerentia.* Vbi Interpretes rem sibi claram visam præteriere. Lorinus ad illud Ps.108. v. 18. *Induit maledictionem sicut vestimentum*, & iterum v. 29. Subdit, post multa è sacro penu: etiam apud profanos dici: *induere mores, iram, pauorem*, &c. Latinis sanè, hoc familiare: & Claudian. Homer. Claudianus ad Principis tutorem: *indue mente Patrem.* Idem apud Græcos, obseruo ex Homero, Iliad.1.vbi ad Agammemnonem:

Ὤ μοι ἀναιδείην ἐπιειμένε, κερδαλεόφρον.
O impudentiam indute, & auare.

Idem. Et iterum lib.9.

Αἰὲν ἀναιδείην ἐπιειμένος.
Semper impudentiam indutus.

Tu plura inueneris.

Insolentior longè videtur phrasis illa Græcorum, qua coopertos lapidibus homines, indutos *πετρήϊνον χιτῶνα*, *saxeâ tunicâ* dixerunt. Firmauit Cerda. Nonn. ex Nono, & Homero Cerda Aduers. cap. 185. num. 83. addit. *A quo non abludit idem Nonnus cap.20. vbi ait.*

Μεταχθονίῳ γυμνούμενα γυῖα χιτῶνος.
Terrestri tunicâ membra nudata.

Hæc Cerda. Dubitabat nuper vir amicus, quæ essent apud Nonum, hæc membra terrestri tunicâ nudata: respondi sic vocari membra nondum sepulta, vel è sepulchro eruta, quandoquidem terra, mortuorum vestis, soleat appellari. Antholog. Huius causâ, pluscula congero testimonia Anthol. lib.3.

Ζωὸς δ' ἐφθιμένοις πέλεται κλέος, ὅσσοι γυίοις,
Τλήμονες, ὀστεῖνον ἀμφιέσαντο κόνιν.
Vita autem mortuorum est laus, qui membris
Patientes, osseum induerunt puluerem.

Vocauit *osseum puluerem* quo teguntur ossa, & Ibidem. alibi ibidem.

Ἠμαθίην ὁ πρῶτος ἐς Ἄρεα βὰς Φίλιππος,
Αἰγαίην κεῖμαι βῶλον ἑφεσσάμενος.
Emathiam in pugnam, qui primus processi Philippus:
Iaceo, Ægæam indutus terram.

Ibidem. Et iterum.

Ἤδη καὶ κνάμαι ἐκ σοροῦ αὐγάζονται,
Ἡμετέρης: τί πλέον γῆν ἐπιεννύμεθα.
Iam ossa, ex sepulchro apparent
Nostro, quid amplius terram induimus.

Ibidem. Tandem Anacreontis Epitaphium ibidem.

Πολλάκι μὲν τόδ' ἄεισα, καὶ ἐκ τύμβου δὲ βοήσω:
Πίνετε, πρὶν ταύτην ἀμφιβάλησθε κόνιν.
Sæpè quidem hoc cecini, & ex sepulchro clamabo:
Bibite, priusquam hac induamini terrâ.

Pyndarus. Pyndarus in Nem. oda 11. de hominis mortali conditione, ita.

Θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη:
Καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος.
Mortalibus meminerit, se amictum membris:
Et postremam omnium terram, se induturum.

Tullius. Ideò Cicero lib.2.de legibus. *Redditur terra corpus, & ita locatum, ac situm, quasi operimento matris* Iob 1.v.21. *obducitur*, an fortè quando Iob dixit: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* cap.1.v.21. hoc voluit? ac si dicat. In vtero materno, maternæ carnis telis induebar: vnde nudus egressus, noua indumenta quæsiui, quibus ereptis, id solaminis restat, vt nudus maternis terræ visceribus abscondar, iterum saltem puluere induendus. cogitemus.

11. Ab illis quos tibi mercenarios cupis, quorumque conducis operam & laborem: frustra requiris genus, cum ars potius, & industria prærequirenda; hoc est, illud Bionis Philosophi, apud Stob. serm.84. qui ab Antigono rege, noto illo Homeri carmine, quæreretur. Stobæus.

Τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες.

Quod vulgò vertitur:

Ede tuum nomen, patriam, genus, atque parentes.

Aptissimè fertur respondisse. *Ἀλλ' οὕτως ἔχει, ὦ βασιλεῦ, ὅταν τοξοτῶν χρείαν ἔχῃς, οὐκ ἐρωτᾷς τὸ γένος: ἀλλὰ θεὶς τὸν σκοπὸν, τοὺς ἀρίστους τοξότας παραλαμβάνεις. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν φίλων ἐξέταζε, οὐ πόθεν εἰσὶν, ἀλλὰ τίνες.* *Bene est, ô Rex: certè quando sagittariis opus habes, genus ab illis non requiris: sed constituto scopo, quos videris dexterius transfigentes, eligis. Sic tibi de amicis examen esto, non vnde, sed quales sint.* Hinc ex prudentium quæsito vsu, requisitus Raphaël, (sub habitu mercenarij delitescens,) de genere, de domo, de familia: respondit: *Genus quæris mercenarij, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat?* Tobiæ 5.v.17. neque regia stirps, Tobiæ 5. v 17. auita nobilitas, ægris, si fortè, ad viam pedibus opem ferret: neque robustus & expeditus viator, seruili infectus semine claudicaret.

Institurus Elias Elisæum suum in Prophetam, 12. sic subdit sacer textus: *Cúmque venisset Elias ad eum, posuit pallium suum super illum* lib. 3. Reg. 3. Reg. 19. v 19. cap.19.v.item 19. hunc locum, nemo aptius explicauit, quam meus Sanchez, ad veterem Hebræo- Sanchez. rum consuetudinem id reducens, apud quos eiusdem pallij communicatio, eiusdem societatis, & vitæ communionem designabat, ideò enim viri ducturi vxorem, pallium suum super illam expandebant; vt probat ex lib.Ruth.cap.3.v.9 & ex Ruth 3. v.9. Ezechiele cap.16. v. 8. Fortassè aliquibus durum Ezech. 16. v.8. videatur, eâdem ceremoniâ discipulos, & vxores coaptari: adde hanc pallij obumbrationem erga vxores, præter loca citata, etiam in Cant.cap.2. Cant.2. (auctore ipso Sanchez,) videri expressam: nullibi verò, præterquam in hoc loco erga discipulos: vnde ritum ad illos deducere, mera sed probabilis manet coniectura. quando ergo coniecturis insistendum, paucis, quid ego existimem, aperiam. Nota igitur ex Hugone Card. & aliis Hug.Card. ad 4. Reg. 2. v. 13. hoc esse pallium idem, quod Elias iam raptus, ab aëre postea, discipulo emisit. Quo posito hallucinor, fortassè morem hunc, Hebræis communem fuisse cum Græcis: de his autem, ita Alexander Neapol. lib.1. Gen. cap.26. Alex.Neap. *Apud Græcos vsurpatum est, vt cum aliqui inexplicabili nexu copulantur, vno pallio inuicem se operiant: & morte obitâ, eodem tumulentur. Quo significabant, duo simul corpora concordibus animis, & vna mente teneri.* Non habui quo Alexandrum illustrarem: imò nec diligentissimus Tiraquellus adinuenit. Sed apud doctiores, satis per se authentica fides tanti Auctoris commendatur. Ergo Elias eiusdem pallij operimento, inexplicabilem nexum contrahit cum Elisæo. Si autem τὸ *eodem tumulentur* de pallio sumitur apud Alex. vt videtur, & non de tumulo: dicerem ideò Eliam ab aëre dimisisse pallium: vt quemadmodum ille sub eo, stationem placidam instar sepulchri viuacis, quæsitum ibat: sic eodem discipulus mortuus ad sepulchrum deferretur. Et quis scit an propterea Ahias Propheta, pallij potius, quam alterius rei scissuris diuisionem regni explicauerit? Sic enim habetur 3. Reg.11. v. 30. *Apprehendénsque Ahias pallium* 3 Reg.12. v 30. *suum nouum quo coopertus erat, scidit in duodecim partes, & ait ad Ieroboam: tolle tibi decem scissuras,*

hæc enim dicit Dominus Deus Iſraël: ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis & dabo tibi decem tribus. Quaſi indiuiſo pallio eodem, vteretur Iuda & Iſraël, dum concordes perſeuerabant: & pallij ſciſſione, vnanimis ille nexus rumperetur.

13. Pſ. 31. v. 9. Sto illis, qui verba illa Pſalm. 31. v. 9. *In camo, & fræno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te:* explicant de pœnis peccatoribus infligendis: de quibus ſtatim additur v. 10. *Multa flagella peccatoris.* Lorin. Vide Lorinum ibi. Eſt κημός, ſiue camus, funis ſiue capiſtrum quo religantur beſtiæ: de fræno, norunt pueri. Volunt ergo interpretes, ſumi metaphoram à beſtiis, quæ fune & fræno domitæ compeſcuntur. Ego conijcto, fortaſſe nullam hîc intercedere metaphoram, ſed reuera, hac phraſi inuolui vſum, quo puniendi Rei, prius ligato ceruicibus fune, & frænato ore, exponebantur. Fuit mos iſte proprius Ægyptiorum, à quibus vicini Hebræi, & apud illos olim commorantes, illum ebibere potuerunt. Alex. Neap. Alexander Neapol. lib. 3. cap. 5. *Ægyptiis fuit in more, vt hi de quibus ſumendum erat ſupplicium, ceruices fune innexas tenerent, & frænata ora: vt eo inſigni pœnas luituri tenerentur.* Hæc ſi vera ſunt, poſſet aliquis nec immeritò exiſtimare, dictum illud Dei Ezechiel. 29. v. 4. ad Pharaonem Regem Ægypti, *& ponam frænum in maxillis tuis,* &c. vbi miſer princeps ſupplicio extremo deſtinatur, huc alludere: quaſi ſic apud Deum, tegalis reus tractandus, quales apud illum noxij ſui Ægyptij tractabantur. Fateor tamen probabiliorem hîc eſſe Sanchez explicationem, frænum de hamo explicantis, ob rationes quas videris apud illum. Magis ad morem prædictum facit Gog puniendus apud eundem Ezechiel. cap. 38. v. 4. lege.

Ezech. 29. v. 4. — Sanchez. — Ezech. 38. v. 4.

14. Marc. 3. v. 17. Iacobum & Ioannem vocauit Chriſtus *Boanerges.* Marc. 3. v. 17. *& impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt, filij tonitrui.* id perinde eſt apud Hebræos, ac ſi *fulmina* appellaret, quæ quodammodo è tonitruis generantur. Quo titulo, Apoſtolos hos ſacro miniſterio aptiſſimos, & diuino obſequio celerrimos, inque negotio conficiendo robuſtiſſimos commendauit. Nullum ferè vulgarium idiomatum metaphoram hanc, non vſurpat. Eandem apud Græcos & Latinos, paſſim legis. Pauſan. Pauſanias lib. 1. ſcribit Ptolomæum quendam ex Ægyptiis, vocari κεραυνόν, id eſt, fulmen: & ſubdit: *Ex alacritate in rebus gerendis, & audacia.* Anaxipp. Anaxippus in κεραυνῷ, (apud Athen. Dipn. 10. cap. 1. ad finem,) ita. *Video ex amicorum palaſtra, accedentem ad me Domippum: hunc tu dicis petroſum: hunc amici appellant nunc ob robur, fulmen, meritò,* &c. Tullius. ex Latinis Cicero orat. pro Cor. Bal. *Imperij noſtri fulmina Cn. & P. Scipiones.* Vnde Virgil. 6. Æn. *Duo fulmina belli Scipiades.* rarius eſt illud Plutarch. Plutarchi lib. 2. de fortuna Alex. vbi de tyranno quodam ſcribitur: *Fulmen geſtauit, vnumque liberorum, Tonitrum appellauit.*

15. Obſcuriuſculus eſt affectus ille Thamar violatæ. *Impoſitiſque manibus ſuper caput ſuum ibat,* &c. 2. Reg. 13. v. 19. Sanch. 2. Reg. 13. v. 19. meus Sanchez, qui difficultates non diſſimulat, ſed ſuperat, rem putat deducendam ad naturale ſignum, quo hi etiam qui in ætate ſunt tenella, quando dolent, aut lugent cernuntur manus ſuper caput geſtare, quaſi id à natura magis inſitum, quam à conſilio & ratione. inde ergo etiam ad Thamar iam adultam, affectum doloris voluit tranſlatum. illuſtro id optimo loco Euripidis in Helena, in Sanchez gratiam. Eurip.

Βόαν βόαν δ' ἰλιὰς,
Κελάδησεν κανοτότυξεν,
Ἐπὶ δὲ κρατὶ χέρας ἔθηκεν,
Ὄνυχι ἀπαλόχροα γένυν,
Ἔδευσε φονίαισι πλαγαῖς.
Vocem quidem, vocem Græcia,
Reſonantem edidit vlulans,
Et ſuper caput manus poſuit:
Vnguibúſque teneras genas,
Cruentauit mortalibus plagis.

Video tamen LXX. vertiſſe: καὶ ἔθηκε τὰς χεῖρας αὐτῆς, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, *& poſuit manus in caput ſuum.* LXX. Interpr. Sic enim verto, (quamuis aptè *in capite ſuo*, vel *ſuper caput ſuum* vertere poſſem:) quoniam præpoſitio illa ἐπὶ cum datiuo, vt etiam fecit Euripides, optimè quietem ſignat: cum accuſatiuo autem, motum & impetum, frequentius, ſicque vt vides habent LXX. fortè ergo percuſſit caput ſuum Thamar: aut ſi id reſpuas; nihil tamen obfuerit, quo minus hunc in dolore morem, quem minus à doctioribus video illuſtratum, illuſtrem.

Igitur vt paſſim legis in dolore, poſt ſciſſas veſtes, crines laniatos, genas percuſſas, pectora, vbera, lacertos: ſic etiam priuatis ictibus percuſſum caput noto. Euripides idem in Oreſte, de fœmina. Eurip.

Ἁ δ' ἴακχεν ὤ μοι μοι,
Λευκὸν ἐμβαλοῦσα πῆχυν στέρνοις,
Κτύπησε κρᾶτα μέλεον πλαγᾷ.
Illa verò vociferata heu mihi, mihi,
Immittens candidum cubitum pectori,
Percuſſit caput triſti plaga.

In Phœniſſis. Idem.

Ἀνάγετ' ἀνάγετε κωκυτὸν,
Ἐπὶ κρᾶτα τε λευκοπήχεις κρότους χεροῖν.
Extollite, extollite eiulatum,
Et candidarum manuum ictus, in caput.

In Troiade. Idem.

Ἔ, ἓ ἄρασσε κρᾶτα κούριμον,
Ἕλκ' ὀνύχεσσι δίπτυχον παρειάν.
Heu heu tunde caput raſum,
Lacera vnguibus vtramque genam.

Et paulo pòſt. Idem.

——— Τί πάθω; τί δ' ἐγὼ,
Δύσμορε δράσω; τάδε σοὶ δίδομεν,
Πλήγματα κρατὸς, στέρνων τε κτύπους.
——— *Quid faciam? quid tibi ego,*
O infelix agam? has tibi damus,
Capitis plagas, & planctus pectoris.

Adhuc iterum ibidem. Idem.

Ἄρασσ' ἄρασσε χειρὶ κρᾶτα, πίτυλον,
Διδοῦσα χειρός. ἰὼ μοὶ μοί.
Tunde, tunde manu caput, planctus
Edens manu, hei mihi, mihi.

Æſchylus ſept. ad Theb. Æſchil.

Ἐρέσσετ' ἀμφὶ κρατὶ πόμπιμον χεροῖν
Πίτυλον.
Moues circa caput, miſſum manuum.
Pugnum.

Sophocles in Aiace flagell. Sophocl.

Καὶ πλῆρες ἄτης, ὡς διοπτεύει στέγος,
Παίσας κάρα, θώϋξεν.
Et vbi cædis plenum vidit domum,
Pulſans caput exclamauit.

Hoc ego ex penu Græco, ex Latino, vnus adduci ſolet Sueton. in Nerone cap. 42. *Poſtquam etiam deinde Galbam & Hiſpanias deſciuiſſe cognouit, colloſſus,* Sueton.

collapsus, animóque malè fracto, diu & sine voce & propè intermortuus iacuit: vt resipuit, veste discissa, capite converberato, actum de se pronuntiauit.
Nouarin. Hunc etiam solummodo dedit Nouarinus nupertimè editus 3. Sched. cap.9. sed minus fideli citatione: non enim Suet. caput est 48. sed vt dixi
Alex.Neap. 42. aliquid tale habet Alexand. Neapol. de mulieribus & seruis in regis obitu caput converberantibus, apud Lacedæmonas: Sed hi Græci.

16. Idem. Alexander Neapol.lib.3.Gen. cap.20. hæc scribit. *Est obseruatum, vt si quem ex seruis, Dominus de ergastulo & vinculis relaxaret, cathenas à manibus pedibúsque, quibus vinctus fuerat, quandoque incideret, vt vinculorum pars, in corpore maneret. quo argumento signabant, seruum minus iustè vinctum fuisse, nullúmque ius Patroni, Domino competiisse, illúmque pristinæ libertati, ac si nunquam vinctus fuisset, restitutum.* Hanc obseruationem, vnde eruerit doctissimus & verissimus scriptor, non facilè obseruaueris, cum recondita & occulta,
Tiraq. Ioseph. lyncæos etiam Tiraquelli oculos subterfugiat. Ego crederem ab vno solummodo Iosepho depromptam: Hic enim lib. 5. de bell. Iud. cap.12. ad finem, postquam egregiè mentitur, se veracem Prophetam exitu Cæsareæ fœlicitatis demonstrasse: hæc, vt puto verissima, de sua liberatione subiungit, iam Vespasiano Imperatore. *Túmque inhonestum esse ait, vt qui sibi augurasset imperium, vocísque Dei minister, ac nuntius extitisset, adhuc captiui loco haberetur, fortunámque sustineret aduersam: vocatúmque ad se Iosephum, solui iussit, &c. Titus verò, qui cum Patre aderat: iustum est, inquit, Pater, vna cum ferro, etiam probro Iosephum solui, erit enim, tanquam non iniustè vinctus sit, si non dissoluerimus, sed inciderimus cathenas: námque id agi solet in his, qui non rectè fuerint vincti. Eadem Vespasiano placebant: & quidam interueniens securi cathenas abrupit.* Fateor, post non mediocrem adhibitam diligentiam, nihil aliud potuisse inuenire, vnde abstruso mori, manifestam lucem afferre potuerim. Fauere tamen videtur ali-
Propert. quid illud Propert.lib.4.eleg.11.

Criminaque, ignaui capitis, mihi turpia fingis,
Quod nequeam, fracto rumpere vincla iugo.

Passerat. Verius tamen, quod ibi Passerat. *Fracto, plusquam excusso, quia iugum amoris hæret tenacius.* Magis ad
Ouid. rem Ouid.lib.5.Trist.eleg 2.

Subtrahis & fracto tu quoque colla iugo.

Sed hic versus etiam ad gustum Propertij, capit
Idem. Passeratius. Alludit tamen clarior Ouidius lib.3. Amor. eleg.10.

Scilicet asserui iam me, fregique cathenas.

Quasi perfecta libertatis assertio, non tam solutione, quam fractione cathenarum constaret. Scio Concionatores nostrates ex loco Iosephi aliquid aucupari, bono mortis commendando: Sícque Dauidis vincula Psalm.115. non soluta, sed rupta interpretantur: Sic Paulum mortis auidum explicant, futurum cum Christo, vt vitæ vincula non decore rumpenda, sed vtcumque soluenda præoptaret: Sed isti iure suo, formandis magis moribus, quam litteræ firmandæ assueti: gratiosiora quandoque eligunt, quam solida. Alius est prædictorum locorum germanus sensus. Si ergo mos iste de quo agimus Iudæis communis credatur, possit ex illo explicari locus Ieremiæ, vbi mysticè redemptio nostra per Christum cele-
Ierem. 30. v.8. bratur: *Et erit in die illa ait Dominus exercituum, conteram iugum eius de collo tuo: & vincula eius disrumpam.* Cap.30.v.8. & ille alius Nahum cap.1.
v.13. *Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua disrumpam.* Nahum 1. v.13. Cum enim non rectè, sed per fraudes, & imposturas dæmonis, vincti fuerimus: pulchrè vincula non tam soluenda dicuntur, quam perfringenda, vt in integrum restituti, non solum ferrum, sed & probrum pariter exuamus, quos, nulla decolor pristinæ seruitutis macula, vltra iam fœdet.

Serui nequam, ordinaria & vilissima pœna, 17.
sed acerbissima, pistrinum: ibi cogebatur molere instar bestiæ. Plautus in Pænulo. *Ego iam te detrudam ad molas, inde porrò ad puteum.* Plaut. Et in Mostel. Idem. *Sanè credo, Tranio, quod te in pistrinum scis, ac tutum tradier.* Terentius in Phorm. Terent. *Meditata sunt mihi omnia mea incommoda, Herus si redierit: molendum vsque in pistrino, vapulandum, habenda compedes.* Et in Andr. *Præcipitem in pistrinum dabit.* Idem. Quid plura? vt nulla Plauti, Terentiique comœdia absque seruo, sic ferè nulla, vbi seruus pistrino non damnetur. Vide Ælian. lib.4. var. hist. Ælian. c.18. Plutarchus in Connub præcep.42. Plutarch. nescio de quo. *Fugitiuum seruum quidam persequens, eum, vt in pistrinum proripuisse conspexit: Vbi nam te, inquit, alibi, inuenire maluissem?* Quasi dicat: aptissimus mihi eò fugisti, vbi sic ad manum est pœna, cui te destino: actutum moles. Erant hæ partes propriæ iumentorum: ideò ἀνθολ. α. de Antholog. equo multarum palmarum, & in certaminibus sæpè victore, tandem ad pistrinum detruso, ita.

Καρπὸν ἐλᾷ Δηοῦς ὀκρυόεντι λίθῳ:
Ἴσην μοῖραν ἔχων Ἡρακλεῖ: κ᾽ γὰρ ἐκεῖνος,
Τόσσ᾽ ἀνύσας, δούλιον ζεῦγλαν ἐφορμάζετο.
Fructum agitat Cereris rigido lapide,
Parem sortem habens cum Hercule, ille enim,
Post tot facinora, seruile iugum induit.

Nunquid Hercules etiam in pistrino? fortassè: qui enim puellæ amasiæ pensa duxit, crepidâ verberatus, vt legimus: quidni etiam ancillæ instar molas verteret: erat enim etiam hoc munus ancillarum: constat id Exodi cap.11.v.5. *Ancilla, quæ est ad molam.* Exod.11. v.5. Sic apud Isai.cap.47.v.2. ingenuæ Virgini, seruituti destinatæ, dicitur: *Tolle molam, & mole farinam.* Isai. 47. v.2. Quod illustro ex Nono Dion.20. Nonn. de puella captiua.

Καρπὸν ἀλετρεύουσα μύλης, τροχοειδέι πέτρῃ.
Fructum terens mola, circulari petra.

Sed quidquid sit de Ethnico Hercule: certè Iudæus Hercules Sanson, (à quo gentes suum illum fuere fabulati,) has pœnas amori suo pendere coactus: *Eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum cathenis, & clausum in carcere, molere fecerunt.* Iud 16. v.21. Iud. 16. v.21. hic mihi semper visus germanior sensus: quam ille alius, quo molere, venerio exercitio deputatur. Ideò vbi nos legimus, *in carcere*, Chaldæus Paraphrastes habet, Chald. Par. *in pistrino.* Imò & apud Græcos ζωγρεῖον, id est, pistrinum, sæpè pro seruorum carcere vsurpatur, quod in pistrino asseruati, cathenas pariter, & molam paterentur. Quia tamen hæc, & similia vtriusque testamenti testimonia, graues expositores, neque absque versionum, Patrúmque suffragio aliter explicarunt, & verbum *molere* obscœnè dictum contendunt: ideo ad illorum mentem, locutum Theocritum Idilio 4. vbi ita. Theocrit.

Εἰπέ μοι ὦ Κορύδων, τὸ γερόντιον ἦρ᾽ ἔτι μύλλει.
Τήνας αἱ τὰν κυανόφρυν ἐρωτίδα.
Dic mihi, age Corydon, ille vetulus adhuc ne molit.

Illam

Illam amicam, nigris superciliis insignem?

De rebus Sansonis, apud Patres, alibi plura congero, sed ad mores: ad litteram plura infra, neque vt dicta rancida, fortè addidimus.

18\. Exod. 25. v. 31. Num. 8. v. 24. Ps. 97. v. 6. *Ductile candelabrum.* Exodi 25. v. 31. & Num. 8. v. 24. *Tuba etiam ductiles* quas babes Psalm 97. v. 6. & similia sæpè in Scripturâ: Latinissimè dicuntur, metalla enim malleorum tunsionibus ducuntur, & producuntur in effigiem. Apulæius. Apulæius lib. 1. flor. de effigie Alexandri: *Solus enim Polycletus ære duceret, solus Apelles coloribus delinearet.* Cerda. Tertull. Dedit hunc Cerda ad Tert. Apol. cap. 6. vbi Afer cultissimus ita. *Video enim & centenarias cœnas, à centenis iam sestertiis dicendas, &c. & in lances, & argentaria metalla producta.* Plura idem ad Virgil. 6. Æneid. obseruátque, & meritò, ideò laminas malleo productas, apud Græcos vocari ἐλάσματα: Latinè diceres ductiones. Multa ad hanc rem Interpretes Horat. & passim alij. Opus itaque *ductile* in sacro textu, ab opere fusorio condistinguitur, hoc, ignem; illud, malleum babet ad ministrum. Richard. Numer. 10. v. 2. Benè ergo Richardus apud Tilm. ad illud. Numer. 10. v. 2. *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles.* Sic scribit. *Ductile, feriendo producitur: & tubas ductiles facere iubemur, quia en audientium auribus, melius proferimus, in quibus ipsi perfectè compuncti sumus.* Vide horum verborum gnomem, in Cant. nostro tropol. num. marg. 744. dedi hæc pauca de his ductilibus, quia interpretes tacuerunt, Barbarus ergo, qui barbariei vulgatum nostrum insimulatit: LXX. Interpr. Sic enim L X X. Interpretes, Hebræo textui verbum ἐλάω addiderunt. Libuit paululum risisse, dum de his tubis Interpretes consulerem, incidi enim in vernaculum quendam, qui vt mortis memoriam altius imprimeret, addebat tubas olim ex humanis cadauerum ossibus fieri solitas, quo homines audito sono compungerentur: sicque iurabat explicandum carmen illud Propert. Propert.

Et struxit querulas rauca per ossa tubas.

Et tu ride: imò & doleamus immensam horum librorum farraginem, illudendo vulgo, in lucem editam: quid sibi velit Propert. lactentes adhuc Grammatici satis norunt.

Pro illo tamen vsu quem inscius protulit, sed non ad eundem finem inuento, dabo παρέργον Ferunt id liberiora aduersaria. Pater Prouincialis Prou. Chil. Prouinciæ nostræ Chilensis in epistola, quam hoc Christi anno 1638. implorans Operarios, misit Reuerendo Patri nostro Mutio Vitelleschi Societatis IESV Præposit. Generali, tanquam oculatus testis, de illorum Indorum barbarie sæuissima, hæc inter innumera alia scribit. *Captum hostem è Principibus, truncant capite: & subitò infausti hominis tibiam amputantes, pulpâ nudant, vacuant medullas, foraminibus terebrant, & condunt in buccinam: cuius sonitu, quàm quouis alio bilariores, saltant, potant, idque occisi craneo in poculum conformato.* Hæc verissima, inculcanda curiosis æstimaui, & fideliter ab Hispano idiomate versa.

19\. Genes. 49. v. 4. Iob 40. v. 15. Illud Iacob ad Ruben, impium olim Patris corriualem, *effusus es sicut aqua.* Genes. 49. v. 4. & illud Iob de bestia cubante, *in locis humentibus.* cap. 40. v. 15. innumeráque, è sacris, similia testimonia: de lasciuiâ, & vitâ luxu omni dissolutâ, concors sanctorum Patrum calamus explicauit: quod nemo nescit. Id ergo quo iure fiat: & quam crebrò libido, voluptas, & luxus, humorem, fluxum, & aqueam naturam importare videatur: paucis illustrasse, non pigebit. Clemens Alex. Clemens Alexand. lib. 3. Pæd. cap. 1. ἐκχέονται τὰ πάθη, ἐκκλύονται αἱ ἡδοναί. *effunduntur instar aquæ, affectus: & ad modum Cataclysmi, voluptates.* Et cap. 2. de fœminâ lasciuâ, vocat illam ἐκρρέουσαν, καὶ εἰς τρυφὴν ἐκκεχυμένην: *diffluentem, & in voluptates, instar aquæ effusam.* Idem. Arnob. lib. 6. de Baccho: *Liber membris mollibus, & liquoris fœminei dissolutissimus laxitate.* Arnob. D. Ambros. serm. 1. de Euangelico Sinapi: *Sinapis iniquos humores decoquit; fides, libidinum fluenta consumit.* D. Ambr. Apud Chrysologum serm. 158. vocantur peccatores: *Vitiis sauciati, vanitate ebrij, madefacti luxu.* D. Petrus Chrysol. Notum est apud Ciceronem, & Terent. *Diffluere lasciuiâ, luxu, mollitia.* Tullius. Hinc Tibul. lib. 2. eleg. 3. Tibull.

Vt mea, luxuriâ, Nemesis fluat vsque per vrbem,
Incedat donis conspicienda meis.

Spartianus in Vero. *Huius voluptates, ab his qui vitam eius scripserunt, multa feruntur; equidem non infames, sed diffluentes.* Spartian. Capitolinus in Marco: *Mores matronarum composuit diffluentes.* Capitol. Athen. Dipn. 6. cap. 6. longissimè Iuuenis Cyprij deliciis enarratis, Athenæus. sic concludit. *Non errauerit fortassè quispiam, si adolescentis huius, humidam vitam appellarit.* Noua phrasis, sed ad rem in qua sumus, aptissima: pro qua citat Alexim in Pyrauno, vbi ita. Alexis.

Expertus esse optaui minus humidum,
Quæ vita dicta est, omnibus simul viris:
Atque in Ceramico dies tres ambulans,
Vita magistros huius, ipse reperi
Ab officina vna, triginta circiter.

Citat etiam Crobylum, in deficiente, dicentem: Crobylus.

——— Vita tua
Me nutrit humor, nunc tuam lasciuiam,
Quidam vocant humorem,

Ego quidem semper putaui, non solum ad flaccidum, eneruе, & insulsum genus Poëseos, sed etiam ad lasciuum, & Venereum, recurrisse Persium, cum Sat 1. dixit. Persius.

Hoc fieret, si testiculi vena vlla paterni,
Viueret in nobis? summa de lumbe saliua,
Hoc natat in labris: & in vdo est Mænas, & Atys.

Cur autem diffluentes dicantur voluptates, mythologus pariter & Tropologus, conatur aperire Tzetzés chil. 1. hist. 14. vbi de Sirenibus fluuij filiabus. Ioan. Tzet.

Καὶ Ἀχελώου πῖδαμου, καὶ πτερωτὰς ἃς λέγω,
Ὡς ῥευστῶν τῶν ἡδονῶν, ἀστατούντων πορνῶν δὲ,
Καὶ τῆς ἐκείνων τέρψεως συντόμως ἐπταμένης.
Et Acheloi fluuij filias, & volatiles dico:
Illud, tanquam fluentibus voluptatibus: hoc tanquam instabilibus meretricibus,
Et earum delectatione breuiter volante.

Itaque voluptatibus, fluxum è fluuio: meretricibus, è volatu assignat instabilitatem, Venereæ delectationis caduco interim denotato. Quæ de Veneris lasciuo numine, ab aqua orto, passim scribitur, tute legeris, maximè apud Tiraquel. Tiraq. in leg. Con. 9. glossæ primæ, part. 9. vbi etiam philosophicè tractat, humiditatem, petulantiæ lasciuæ, causam esse: húcque, ni fallor, auctores, quos adduxi, respexerunt.

Apud Hebræos in more fuit Iudicum tribunalia, ad portas vrbis constituere, est hoc illud 20. Prouerb, cap. 31. v. 23. *Nobilis in portis vir eius cum sederit cum Senatoribus terræ.* Prou. 31. v. 23. Idem colligitur ex cap. 4. Ruth. v. 1. & 2. ex 2. lib. Reg. cap. 15. v. 2. Ruth. 1. v. 2. 2. Reg. 15. v. 2. causam credo, vt qui ex vicinis pagis ad litem confluebant, minus per vrbem obstreperent volitantes: iurgiáque, & rixæ, vt vsuuenit, litigantium, minus quietem vrbanicam inquietarent.

Tale

Athen. Tale aliquid, licet diuersum ob finem, legi apud Athen. Dipn. 6. cap. 6. de Erithræis tyrannis: vbi ita. *Legibus soluti, ipsi res administrabant ciuitatis, nullum popularem virum, intra ciuitatem capientes: at extra tribunal ante portas consistentes, iudicabant.* Romanos etiam quandoque in Templis extra vrbem positis, legatos externos excepisse, illorumque negotia tractasse: alicubi legisse memini, & obseruaui.

Obscurissima sunt illa, de rotis mysticis: *Et vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum, & opera, quasi sit rota, in medio rota.* Ezechiel.
Ezechiel 1. v. 16. cap. 1. v. 16. quæ est hæc rota in medio rotæ? an in medio præcipuarum quatuor rotarum, minores aliæ quatuor vt volunt aliqui insertæ? an quatuor illæ præcipuæ, sic inter se, licet diuersis orbibus, perplexæ, vt altera, alterius medium penetraret? alterum, vel vtrumque verum, & fortassè neutrum. Sed nec minus difficile quod additur, v. 20.
Ez. v. 20. *Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur.* Ego sic capio: erant quatuor rotæ, (vt & quatuor animalia,) quatuor orbis partes intuentes, & regiis siue præcipuis quatuor ventis respondentes: sicque, vndecumque afflaret spiritus, id est, ventus, eò ibat rota pariter, & animalia. Erat ergo quadrata hæc quadriga: & ideò obuiis, vna tantummodo rota cernebatur: quam quatuor animalia spirantem ventum aucupantia ducerent potius, quam traherent, cum etiam vigor vitæ esset in rotis: ideò ni fallor dicitur v. 15. *Cúmque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram, iuxta animalia, habens quatuor facies.* Obuius enim Propheta vnam solummodo rotam videt, sed quatuor animalia: quia vna tantummodo sibi aduersa, quam animalia quatuor impellerent. Mutabantur ergo quatuor animalia simul, pro diuerso venti respiramine: & illi rotæ ducendæ omnia iungebantur, quæ vento respiranti responderent. Hæc licet non certa, obscurissimo tamen loco, quid difficultatis videntur adimere. Nec mireris si non capimus diuini Imperatoris quadrigam, cum vix humani Imperatoris currum capiamus: qui nescio quomodo, & in rotis perplexis, & in vento quæsito,
Capitol. fabricæ nostræ visus assimilari. Ergo Capitolinus in Pertin. annumeratis Commodi Imperatoris deliciis. *Nec non vehicula, arte fabrica, noua, perplexisque diuersis rotarum orbibus, & exquisitis sedilibus, nunc ad solem declinandum: nunc ad spiritus opportunitatem per vertiginem, & alia intermetientia, horásque monstrantia, & cætera vitiis eius conuenientia.* Vide etiam si fortè ad quadrigam hanc nostram, vt suspicor, quadratam, faciant aliquid
Lucian. quadrigæ illæ Luciani dial. de Amic. quas commendat *quatuor loculis insignes*: ἁμάξας τετρακλίνους: vno verbo, *quadriclinares.*

22. Prouerbiali formâ dicitur, *Non est discipulus*
Luc. 6. v. 40. *super magistrum*: Hac vsus Christus Luc. 6. cap. v. 40. *Non est discipulus super magistrum, perfectus autem erit, si sit sicut magister eius.* Facit huc lepi-
Antholog. dum epigramma Græcum ex ἀνθολ.

Τὸν πτηνὸν Ἑρμείην, τὸν θεῶν ὑπηρέτην,
Τὸν Ἀρκάδων ἄνακτα τὸν βοηλάτην,
Ἑστῶτα τῶνδε γυμνασίων ἐπίσκοπον:
Ὁ νυκτὸς κλέπτης Αὖλος, οὕτω βαστάσας:
Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.
Volucrem Mercurium Deorum ministrum,
Arcadum regem, boum curatorem,
Stantem horum gymnasiorum præsulem:
Nocturnus fur Aulus dum portaret, dixit.
Multi sunt discipuli, meliores magistris.

Cape iocum. Mercurius furum Deus est, & furum Magister: qui tamen furto ablatus cessit discipulo. Nota obiter, hoc epigramma Græcum adduci à Nouarino lib. 7. Sched. cap. 23. ad rem Nouarin. longè diuersam: Scilicet vt probet Mercurium, Scholarum esse inspectorem: potest & gymnasium enim, vt propriè luctatorum Palæstram significat, sic metaphoricè passim ad ludos litterarios traducitur, & Scholas. Cum tamen ignoret nemo, (vide Fabrum Agon. 1. cap. 16.) Mercurium, vt Petr. Fab. litterarum, sic etiam certaminum, & agonum Præsidem fuisse, eiúsque statuas ibi collocari: posses putare gymnasium, in hoc loco, non metaphoricè, sed propriè explicandum.

Illud certè duriusculum magis, quod de gymnasio litterario habet ibi Nouarinus: *Quædam* Nouarin. *olim gymnasij pars erat in qua vestes deponebantur. Plato in Euthydem ita loquitur.* Deinde verba Pla- Plato. tonis hæc subiungit. *Obtigit vt sederem in Apodyterio, id est, in ea parte gymnasij vbi vestimenta exuuntur, solus.* Visus vir doctus hunc locum non legisse, apud Platonem, sed ab alio adductum, & insuper glossemate confarcinatum huc transtulisse, glossemáque inditum, pro mero Platonis textu reputauit. Nullus sanè est Euthydes apud Platonem, sed dialogus qui inscribitur Euthyme- Idem. dos: Εὐθύδημος, ἢ ἐριστικός. ibi ergo Socrates ad Critonem ita. Κατὰ θεὸν γάρ τινα ἔτυχον καθήμενος, ἐνταῦθα, οὗπερ σύ με εἶδες, ἐν τῷ ἀποδυτηρίῳ μόνος, *Apud Deum quendam fortè sedebam, ibi, vbi tu me vidisti in apodyterio, solus.* Cum autem ille quisquis fuerit, apodyterio explicationem adhiberet, putauit Nouarinus, textum id esse. ad rem. Ego in scholis apodyterium, id est, nudatorium, seu spoliatorium vbi nudentur vestes, nunquam legisse memini, (nisi fortè dicas omnes scholares, nonnisi præparatos ad verbera Magistrum adiisse: nugæ,) nec eius vsum aucupor necessarium. in gymnasiis verò agonisticis, notissimum apodyterium: nudabantur enim Athletæ decertaturi; vt nosti. Denique non solum in agonisticis gymnasiis, sed etiam in Balneis, frequenter apodyteria legis, vbi lauandi vestes deponebant. In templis etiam, (in templi autem apodyterio erat Socrates, lege si vacat,) apodyterium est pars illa, vbi profanæ & vsuales vestes deponunt Sacerdotes, sacris induendis: vel vbi sacræ, peracto sacrificio seruabatur: Nos *sacristia*, trita hæc, & apud Profanos passim obuia. Sic apud Hebræos apodyterium erat vbi Sacerdotes vestem sacram, qua se spoliabant, recondebant, Leuit cap. 6. v. 11. Hæc Leuit. 6. v. 11. non mihi eo animo scripta, vt eruditus aliàs Nouarinus traducatur: sed vt videat nonnulla minus accuratè effudisse, quo iam cohibeat iuueniles illos ardores, quibus grauissimos Societatis nostræ Scriptores, è quibus plura didicit, passim absumit, quasi cupiat in cinerem redigendos, impar congressibus adolescens.

23. Illud Isaiæ cap. 48. v. 18. *Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen, pax tua.* Ad Isai. 48. v. 18. abundantem, & non deficientem pacem, deferunt Interpretes: Satis id aptè, potest tamen ni fallor deferri ad vilitatem: quasi dicat Propheta: Pax, quæ aliàs, tot bellorum impendio parari solet, tibi vilissimo compararetur: & quam facilè aquam, pacem inuenires, nec abludunt, quæ deinceps sequuntur: vide. Vtcumque sit, eadem similitudine vsus Telechides in Am- Teleclid. phict. apud Athenæum Dipnos. 6. cap. 2. vbi de

aureo

aureo sæculo: & ni fallor, magis pro mea explicatione:

Dicam igitur vitam, quam prius mortalibus præbui.

Pax erat ante omnia, velut aqua in manibus.

Id est, obuia, & facilè parabilis.

Cum auditorum duritiam increpamus, ad insensibilia, sermonem solemus conuertere: vt illos insensibilibus, dirius surdiores denotemus, tale est illud Isaiæ: *Audite cœli, & auribus percipe*
Isai. 1. v. 2. *terra.* cap. 1. v. 2. & illud: *Altare, Altare, hæc dicit*
3. Reg. 13. v. 2. *Dominus*, &c. 3. Reg. 13. v. 2. & innumera alia, quæ à Patribus alibi ponderata congero. Tale est
Stratonic. illud prisci Græci, Stratonici quod dedit Athenæus lib. 8. cap. 7. vbi multa falsè piperatéque dicta compilat. *Cum Mylasam peragrasset, multa qui templa & paucos homines reperisset: in medio foro consistens dixit: audite templa.* Hoc ergo, non tam per risum, quam per indignationem, voluit Isaias, quasi nullus ferè esset in terrâ, qui aures audiendi vt loquitur Scriptura posset adhibere. Hoc & ille alius Propheta, quasi Ieroboam, eiúsque Sacerdotes, & satellites non adessent, surdos altaris lapides allocutus.

25. In Prouerbiis, ad rem virtutis aditu difficilis, exitu iucundæ, & similia multa, quæ vide apud Interpretes, hæc emptoris similitudo aptissimè vsurpatur. *Malum est, malum est, dicit omnis em-*
Prou. 20. v. 14. *ptor: & cum recesserit, tunc gloriabitur.* cap. 20. v. 14. Quo, quid sibi velit, non aliunde clarius patefiet, quam adducto loco Athenæi lib. 7. cap. 3. qui
Athenæus. de piscium emptoribus sic scribit. *Lynceus Samius, in Arte obsonatoris, quam ad quendam sociorum scripsit, inquit. Neque sanè inutile est, intente intuentibus, ac pretio non dimittentibus pisces præsentes vitu-*
Archestrat. *perare ac dicere, quod Archestratus, &c.*

Mormylus, est piscis malus: hic haud est bonus vnquam:

Sume Amiam autumno: nunc at, sunt tempora Veris:

Sub primum frigus, mugiles sumentur amæni:

At nunc est æstas.

Multáque his similia. Sic enim multos, ex adstantibus emptoribus profugabis. Quod si ita feceris cogetur is; (venditor scilicet,) *quicquid tibi visum fuerit, concedere.* Dum enim emptor callidè vituperatis mercibus, aut tanquam absolutè malis, aut tanquam intempestiuis, emptores alios auertit: iam solus, & quod velit, & quo precio velit comparabit. Nota, etiam huiusce rei artem, olim conscriptam.

Semper fuit pretiosa epistola ad amicos, non adhibito amanuensi, sed manu propriâ, scripta.
Galat. 6. v. 12. Sic Paulus ad Galatas quos parturiebat: *Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu.* c. 6. v. 12. & ad
Philem. 1. v. 19. Philem. de Onesimo suo, quem maximè cupiebat commendatum: *Ego Paulus scripsi mea manu.* cap. vno, v. 19. Quod si id fieri non poterat, saltem, (vt & hodie assolet,) paucas lineas ad finem
Coloss. 4. v. 18. subscribebant. Est hoc illud ad Coloss. cap. 4. v. 18. *Salutatio, mea manu Pauli.* Item 2. ad Thessal. cap. 3.
2. Thess. 3. v. 17. v. 17. *Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola. ita scribo:* Facilius enim à falsariis vnum sigillum, quam duæ vel tres lineæ interpolarentur. Sed vt dixi etiam paucæ lineæ, manu propriâ scriptæ, pondus negotij, aut amoris vr-
Capitol. banitatem referebant. Capitolinus in Albino, hanc Comodi citat epistolam. *Imperator Comodus, Clodio Albino. alias ad te publicè, de successore atque honore tuo, misi: sed hanc familiarem, & domesticam omnem, vt vides manu mea scriptam epistolam dirigo.* Trebelius Pol. in trig. Tyr. in ingenuo, vbi Trebel.
asperrimam citat epistolam Galieni, sic ad calcem. *Lacera, occide, concide: animum meum intelligere potes: mea mente irascere; quia hæc manu mea conscripsi.* Dedi granula, apparent spicæ nouæ, colligamus: vbi iterum desint, nec granula spernemus.

CAPVT XII.

Digitorum vsus, & abusus.

PERIOCHA.

1. *Explicatur digitus ille minimus 3. Reg. 12. v. 10. veteres elato minimo, alios per despectum prouocabant.*
2. *Idem apud Romanos in vsu & cur.*
3. *Digitus extensus apud Isaiam c. 58. v. 9. digitus vindex, & oculos suffodiens.*
4. *Digitorum robur mirum, in aliquibus.*
5. *Medicus digitus infamis, molles denotabat: aliquid in illo lustrale, contra fascinum, cæteri digiti etiam in lasciuam speciem conformati.*
6. *Monstrari digito, non solum ad decus, sed etiam ad infamiam pertinebat.*
7. *Quid sit digito loqui Prou. 6. cap. v. 13. crepantium digitorum sonus, monendis seruis, & discipulis.*
8. *Crepantes digitorum articuli, inter irascendum.*
9. *Fastus, & arrogantia est, non tam expressis oris verbis, quem mutis digitorum nutibus adstantes alloqui.*
10. *Prædictus iterum Prou. locus ventilatur: & oculus annuens, pes terens, digitus loquax, Chironomia fortè defertur*
11. *Chironomorum pedes volatiles, saltatores oculi, digiti eloquentes, eleganter describuntur: illorum nutus loquax, manus sermocinans, digitus vocalis: Sonans muta vocis imago, silentium colloquens, & nutu, intellectualem rythmum componens.*
12. *Idem extra hyperbolem, à melioris notæ Auctoribus comprobatur. Modesta Chironomiæ commendatio. Oratoribus Catholicis qui vsurpanda.*
13. *Chironomia lasciua, inter turpissimas saltationes numeratur. Olim & nunc libidinis commotrix. Hanc visam ibi taxari à Salomone, & homini perditissimo assignari.*
14. *Iterum ad digitum extensum Isaiæ: cui minus aptè Chironomia venit applicanda, coniectatur tamen de LXX Interpretum lectione, an vbi* Χειρονομία, *scribenda sit* Χειρο-πία.

mia. Susurrus Chironomiæ attributus.

15. *Oratores olim initio dicendi, quâ formâ digitos componerent: ab expertis Auctoribus ostenditur.*

16. *Cum rem vilipendimus, admouentes medium digitum pollici, sonamus. Sic & olim in sepulchro Sardanapali, statua collatis digitis sonum emissuris, quid significet. Crepitus digitorum in saltationibus.*

17. *Apud nos, non tam fami, quam scitissimæ, sapidioris ferculi conditioni tribuitur, cum dicimus;* post ferculum, etiam digitos comedendos: *Apud priscos, vtrumque hac phrasi notabatur.*

18. *De numerantibus digitis, pleni Auctores, do vnum aut alterum verbum, notatu dignum.*

19. *Numerariis digitis, supputatorios calculos coniungo. Sconima in auaros, quod digitos distortos habeant, huc reducitur.* συλλογισμός, *quid signet in hac materia.*

20. *Supputatorij digiti Astrologorum, de verbis Tertull. dubitatur. digitos aptare numeris, quasi à natura insitum, ex Aristotele.*

DABO in hoc capite, exquisitiores aliquos digitorum vsus, & abusus: partim ab ipsa antiquitatis fodina denuò erutos, partim aptiori ordine digestos: atque vt plurimum, sacris explicandis mysteriis necessa-
Nouarin. rios, dedit nuper de digitis nonnulla Nouarinus lib. 4. Sched. cap. 21. Sed nec verbum ab illo delibabo.

1. Rogatus fastuosissimus pariter, & imprudentissimus Roboamus, vt intolerabile tributorum onus à Salomone populis impositum, paululum releuaret, sic respondit. *Minimus digi-*
3. Reg. 12. *tus meus, grossior est dorso Patris mei.* 3. Reg. 12.
v. 10. v. 10. Sensus clarissimè patet ex Interpretibus,
Sanch. maximè ex Sanchez nostro, ibi. Prouerbia-
Delr. lem formam aperuit Delrio tomo 1. adag. 202. tu lege. Ego aliter rem puto capiendam. Credo igitur, ex adulescentum collusorum consilio, delusum Principem, non solum verbis, sed etiam nutibus, (licèt id non exprimatur,) populos exasperasse. Solebant veteres elato minimo digito, alios per contumeliam prouo-
Alex. Neap. care. Alexand. Neapol. genial. 4. cap. 26. *Si quem dimicationi, vel pugnæ, veteres lacessebant, minimo prouocabant.* Quasi diceret malè instructus adolescens, idque protenso digitulo: hoc vos prouoco irridendos, & conterendos, quos nihili facio: cum in illo plus mihi roboris sit, quam inerat paterno dorso: Si ergo Pater, vos intrepidus aggrauauit, quos pluris fecerat: quid vilipensi, à me robustiori non timeatis? & forsasse, ideò in Hebræo, vt nosti, non exprimitur digitus, sed tantum ponitur: *paruus meus, grossior*, &c. קטני Vnde tot diuersæ versiones; quas *P. Pinto Ramirez S. Script. Selecta*,

omnes vulgatus doctior superauit,) quia ipsius digituli lacessentis ostensione, satis expressio vocis supplebatur.

2. Sic & apud Romanos, in eadem materiâ, tanquam re notissima, protensus minimus, quin
Horat. exprimatur digitus, id notabat. Horat. lib. 1. Sat. 4. initio.

——— *Ecce*
Crispinus, minimo me prouocat: accipe, si vis,
Accipe iam tabulas, detur nobis locus, hora,
Custodes: videamus, vter plus scribere possit.
Di benè fecerunt, &c.

vbi prisci, & in hac re principes Interpretes
Acron. Acron, & Porphyr. aduertunt, solere minimo
Porphyr. digito prouocare illos, qui plus digitulo suo, quam roti prouocatorum corpori tribuebant. ergo quemadmodum medio digito, de quo infra, molles fœmineóque luxu diffluentes denotabant: sic etiam minimo prætenso, timidos & ignauos crederem denotatos. Vulgato ergo nostro Interpreti præter dicta, fauet Græcum
Sixtian. & optimum Scholium, quod in Sixtian. ita habet. τοῦτο ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσε. τὸ σμικρότατόν μου μέλος. τῶν δὲ παραλειπομένων ἡ βίβλος, σαφέστερον τοῦτο δεδήλωκε: ὁ βραχύτατός μου, φησί, δάκτυλος, παχύτερος τῆς ὀσφύος, τοῦ πατρός μου ἐστί. οὕτω δέ, καὶ ὁ Σύρος ἡρμήνευσε, καὶ Ἰώσηπος. *hoc, Symmachus ita interpretatur: minimum meum membrum. Liber autem Paralipomenon, manifestius rem declarat; ait enim: minimus digitus meus, crassior est, lumbis Patris mei, quam interpretationem, etiam Syrus amplectitur, & Iosephus.* Habetur autem
Ioseph. locus Iosephi lib. 8. Ant. cap. item 8. ad principium. Vide infra num. 4.

§.

3. LOngè difficilius est illud Isaiæ cap. 58. v. 9.
Isa. 58. v. 9. *Si abstuleris de medio tui cathenam: & desieris extendere digitum, & loqui, quod non prodest.* Hic digitus extentus, mille iam Interpretum digitis demonstratus: latet adhuc recuruus in semetipsum. Duplex interpretatio celebrior: prima, notari digitos minaces, & efferatos, & quasi suffodiendis æmulorum oculis insultantes. Illustro hanc, imò vestio, quæ nuda circumfertur.
Lamprid. Lampridius in Alexandro Seuero. *Referebat Encolpius, quo ille familiarissimo vsus est, illum si vnquam furem iudicem vidisset, paratum habuisse digitum, vt illi oculum erueret. Tantum odium eum tenebat eorum, de quibus apud se probatum esset, quod fures fuissent.* Et erat iustissima pœna, vt illis digiti oculos eruerent, qui olim cœcis oculis videndo iuri, digitis tantum ad cumulandas rapinas vtebantur: imò qui in oculis auidissimis, digitos & vngues habere videbantur. Est hæc digitorum vindex protensio, penè à natura, sed corrupta. Suetonius in Ca-
Sueton. ligula cap. 25. de eius filiola, pessimi, pessima. *Infantem autem Iuliam Drusillam appellatam, per omnium Deorum templa circumferens, Mineruæ gremio imposuit, alendámque & instituendam commendauit. Nec vllo firmiori indicio sui seminis esse credebat, quam feritatis: quæ illi quoque tanta iam tunc erat, vt infestis digitis, ora & oculos simul ludentium infantium incesseret.* Si tamen non abutamur his armis, aptissima sunt, & quandoque à naturâ robustissimè propterea conformata.

3. Subdo obiter de digitorum robore nonnulla, eò

cò libentiùs, quod inde etiam magis elaret, cur digito, tantùm Roboamus roboris, arrogaret: curque extensus hîc digitus tantopere caueatur. Treb.Pol. Trebelius Pol. de Trig. Tyr. in Mario. *Nullius manus vel ad impellendum, vel ad feriendum fortiores fuisse, cum in digitis neruos videretur habuisse, non venas: nam & carra venientia, digito salutari impulisse dicitur: & fortissimos quoque, vno digito sic afflixisse: vt quasi ligni, vel ferri obtasioris ictu percussi dolerent: multa duorum digitorum allisione contriuit.* Idem. Idem in Claudio. *Staturâ procerus, oculis ardentibus, lato & pleno vultu: digitis vsque adeò fortibus, vt sapè equis & mulis, ictu pugni, dentes excusserit.* Magis mirum est, quod de pollice Maximini, Capitol. habet Capitolinus, vnde & totius manus vires augurarur, ergo in eius vita, sic scribit. *Erat, vt refert Cordus, magnitudine tantâ, vt octo pedes, digito videretur egressus: pollice ita vasto, vt vxoris dextrocherio, vteretur pro anulo. iam illa propè in vulgi ore sam posita, quod hamaxas manibus attraheret, rhedam onustam solus moueret, equo, si pugnum dedisset, dentes solaeret, lapides tophicios friaret, arbores teneriores scinderet*, quid non iactaret Roboamus, si similes his digitos sortiretur?

5. Secunda explicatio extensi digiti apud Isaiam est illorum qui putant, prohiberi medij digiti ostensionem, quo per ludibrium molles & impudici denotabantur. ad rem sunt quæ hîc affert noster Sanchez: & Delr. tom. 1. adag. 801. vide etiam de turpitudine huius medij digiti protensi Alexand. Neap. lib. 4 cap. 26. & passim plures. Addo ad rem præsentem nouam Persij explicatiunculam, quam alibi me fusius memini prosecutum: ait ille Sat. 2. Solere infantes fascino auertendo lustralibus saliuis vngi, idque *infami digito*: id est, medio & impudico, vt notant omnes. Sed quid inquis lustralibus saliuis, cum hoc digito potius, quam cum aliis? Ego puto hunc digitum auertendo fascino credi aptiorem. nemo nescit inter puerorum amuleta, & propulsandi fascini auertuncamenta, membri virilis effigiem, ab Ethnicis vsurpati, vt fœditate obiecti, vrentes oculi retardarentur. quid ni ergo, quando lustrales saliuas admouebant, eo digito vterentur, quem ad ludibrium, pro ipsa parte obscœna ostentabant? Sed non solum medium digitum hunc infamem, sed etiam alios lasciuè conformatos, ex Suida, capit hic Sanchez: & meritò, omnibus enim digitis, turpitudinis notas exprimebant. Lamprid. Lampridius in Heliogabalo, de obscœnissima hac bellua locutus. *Neque vnquam verbis pepercit infamibus: cum & digitis impudicitiam ostentaret.* Erat autem Heliogabalus apud Phœnices ortus, Hebræis finitimos. Sed apud quas hodie gentes, similis turpitudo per digitos non exprimitur? Latinius quam par erat id explicauit nonnullus apud Martialem, & alibi.

(Margin, beside the above: Sanchez. Delr. Alex Neap. — Pers. — Sanch.)

Addidi quod sancti Patres olim, & recentiores Interpretes, de loco Isaiæ verius tenuerunt. Subdo, quod etiam denuò probabile hîc existimo. Dempto omni obscœno signo, & amotâ quauis notâ turpitudinis, dupliciter monstrantes digitos extendebant veteres, & nos extendimus: vel ad honorem, vel ad infamiam. primum notius est. Pers. Pers. Sat. 1.

At pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est.

Statius. Statius in Epicedio Patris.

——— *Et natis, te monstrauere parentes.*

Martial. Mart. lib. 9.

Rumpitur inuidiâ, quod turbâ semper in omni

Monstramur digito.

Demosthenes fertur lætari immodicè solitus, quod à quouis etiam vulgarissimo, digito monstraretur. Sed huius moris exempla passim obuia. Notauit Cruceus ad Statium Dignum Latinè dici, Cruceus. à Græco δείκνυμι, id est, *ostendo*: quasi ideò dignus & nobilis habeatur aliquis, quod ostendatur. Non ita tritum est illud secundum, sed æquè verum, quod aliquis monstretur ad infamiam. Tertullianus lib. de Pallio, pungens indecentiam Tertull. vestis, cap. 4. *Tales igitur habitus, qui de naturâ & modestiâ transferunt, & acie figere, & digito destinare, & nutu tradere, meritò sit.* Plura ibi Cerda, illud Ouidij magis ad rem. Cerda. Ouid.

——— *En digitis designor adultera Virgo.*

Addo Apulæium lib. 2. Apulæius. *At dum directis digitis, & detortis nutibus præsentium denotor: dum risus ebullit: inter pedes circumstantium, frigido sudore perfluens, euado.* Et lib. 3. *Sic omnium oculis, nutibus, ac denique manibus denotatus, impos animi stupebam.* Natus locus, verbis Tertulliani citatis explicandis. Fortè ergo, hos digitos ad infamiam demonstrantes, & alieno vel lapsui, vel miseriæ insultantes, prohibet Isaias. alias explicationes pariter Propheta, quas obiter inculcabo, in loco Prouerb. quem iam euoluo.

§.

PRoteruum hominem sic describit Sapiens: 7.
Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruersa, annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Prouerb. cap. 6. v. 12. & 13. Prouerb. 6. v. 12. loquax iste digitus, nullius interpretis silentio prætermittitur. Noster Salazar. Salazar hic pulcherrimam eruditionis segetem congessit, colligò tantum quas spreuit spicas, vir doctissimus. putat ergo eum multis, inter alia, alludi ad vsum, quo crepantibus digitis, loco linguæ, vtebantur veteres: probat ex Martiali bis: & iterum ex Tibullo: idque arroganter factum, firmat ex D. Hieronymo, vtrumque verissimum, adhuc cumulo. Mart. iterum lib. 6, Martial. epigr. 89.

Cum peteret seram, mediâ iam nocte matellam.

Argato madidus pollice Panaretus.

Petronius Arbitr. in Sat. Petr.Arb. *Trimalcio lautissimus homo digitos concrepuit, ad quod signum, matellam spado ludenti supposuit.* Neque solum pro matella petendâ, (quod passim habet Mart.) sed pro re quauis, hoc signum vsitatum. Velius Longus lib. de Orthographia: Velius Long. *Nam & digitorum sono, pueros ad respondendum ciemus.* Clemens Alexand lib. 2. Pædagogi, cap. 7. Clemens Alex. de domesticâ in conuiuio seruanda. *Poppysmata autem, & Sibili, & digitis expressi soni quibus accersuntur famuli: cum sint rationis expertes significationes, ratione præditis hominibus sunt vitanda.*

8. Sed quid si dicamus, *digito loqui* apud Salomonem, non solum superbi & fastuosi esse, sed etiam viri subirati & commoti, dum articulos distendit in crepitum, & ipsis digitorum sonis, itam videtur loqui, & exprimere? fortasse ita est, cum his crepitibus emittendis, etiam digitos extentos contorqueamus, non erit omnino improbabile, huc etiam Isaiam respexisse. Seneca lib. 1. Senec. de ira. *Horrent ac surriguntur capilli, spiritus coactus ac stridens, articulorum se ipsos torquentium sonus.* Et lib. 3. Idem. *Adiicit articulorum crepitum, cum se ipsa manus frangunt.* Dedit hæc Douza explicans illud Petronij Arbitri in Satyr. Petr.Arb. *Retexit*

superbum

superbum pallio caput, & manibus inter se, vsque ad articulorum crepitum, strictis: quanam est inquit, hec audacia? Certè hi tales ira perciti, prius digito tum sono, quam oris sermone videntur loqui.

9. Puto nihilominus absque vllo sono, superbientium digitos, in vtroque sacro loco, posse dici loquaces: dum per summam arrogantiam spernuntur illi, quibus cum loqueris, quos non tam verbis, quam nutibus dignaris. Sic olim
Martial. explicabam, illud Martialis in Domitiani spectaculis:

Lex erat, ad digitum positis concurrere palmis.

Quasi superbus Imperator, gladiatores, non voce dignaretur ad certamen, sed solius digiti nutu leuissimo. Cur enim Imperatori fastuosissimo non detur, quod Imperatoris minus arrogantis liber-
Corn. Tac. tus, præsumptum lego? Cornelius Tacitus lib. 13. ad initium, de Pallante Claudij liberto. *Pallas tristi arrogantia modum liberti egressus, tædium sui mouere.* Tunc ad medium libri, hanc arrogantiam sic describit. *Eius accusationis auctor extitit Patus quidam, exercendis apud ærarium sectionibus famosus, & tunc vanitatis manifestus. nec tam grata Pallantis innocentia, quam grauis superbia fuit: quippe nominatis libertis eius, quos conscios haberet, respondit: nihil vnquam se domi, nisi nutu ac manu significasse: vel si plura demonstranda essent, scripto vsum, ne vocem consociaret.* Quo vsque altius arcuaretur supercilium? hinc explicandum dictum
Sueton. illud Suetonij in Augustu. *Viden vt cynædus orbem digito temperet?* id est, leui nutu omnia moderetur.

10. Nescio quo gustu impellor, vt pro vtriusque loci explicatione, aliquid magis paralogisticum hîc subuectam. quod si coniecturas nostras spreueris pro locis sacris: fortè quæ de Chironomiâ minus trita congessi, in re alias notâ, æstima-
Petr. Arb. Interpr. ueris. Petronius Arbitr. in Sat. de gesticulatore puero saltante, ita, *Manu puer loquaci.* Vbi Interpres post alia subdit: *vt apud Salom. Prouerb. 6. digito loquitur.* Puerum istum apud Petronium, purum putum Chironomum fuisse, norunt pueri: an ergo voluit Interpres Chironomum à Salomone denotari? nescio: fortasse enim solummodo comparata phrasi, loquacem manum, digito composuit loquaci. Illud scio, videri non inuitam huc trahi Chironomicam saltationem. Quid? illud *innuit oculis* in Græco, *innuit*: totum Chironomicum est: *terit pede*: non coactum saltationi accommodatur: sic passim Latini, *pul-*
Tigurin. *sare terram pedibus*, de saltantibus: vnde hic Tigurina: *indecorè pedes suos succutit.* Quo satis decorè, lasciuæ saltationis dedecus explicatur. Videamus ergo quid Auctores de pedibus, manibus, & oculis Chironomorum ferant: & an id Salomoni explicando faciat, tutè iudicaueris.

11. Leontius ἀνθολ. δ. de saltatrice, sic scribit.
Leont. Ὄμματά σοι, καὶ ταρσὰ ποδῶν λαίλαπι, καὶ σοφὰ χειρῶν δάκτυλα.

Oculi tibi & pedes, instar venti: & sapientes manuum digiti,

Quia Chironomo, velociores adhuc oculorum nutus, quam pedum motus, digitis interim sapien-
Nonus. ter loquentibus. Nonus lib. 7. Dionys.

Ὀρχηστὴρ πολύκυκλος ἑλίσσετο λαίλαπι ταρσῶν,
Νεύματα μῦθον ἔχων, παλάμην στόμα, δάκτυλα φωνήν.

Saltator multos circulos faciens voluebatur turbine plantarum:
Nutus, pro sermone habens: pro ore, manum: pro voce digitos.

Et lib. 5. vbi de musarum choræis. Idem.

Καὶ παλάμας ἐλέλιζε Πολύμνια μαῖα χορείης·
Μιμηλὴν δ' ἐχάραξεν ἀναύδου εἰκόνα φωνῆς·
Φθεγγομένη παλάμῃσι σοφὸν τύπον ἔμφρονι σιγῇ
Ὄμματα δινεύουσα.

Et manus mouebat Polymnia mater choreæ,
Expressámque imaginem signabat muta vocis,
Exhibens manuum sermone, ingeniosam figuram sapienti silentio:
Oculos conuoluens.

Tumultuaria nostra latinitas, Græcæ obstrepit elegantiæ. parco ergo deinde Græcis, ne Latina comparata desipiant. lib. igitur 19. sic addit Nonus. Idem.

Manus volubilis, & agilitas, & nutus frontis,
Mobiliter agitati: & loquax silentium,
Digitos voluens, & saltatores oculos.

Et paulo pòst, de Marone Chironomo. Idem.

Silentium verò loquax, muta manu signans:
Oculos verò vibrauit vagos, instar verborum:
Nutu artificiali, intellectualem rythmum texens, &c.
Tota Maro signabat versatiles digitos vibrans.

Et quæ alia passim in toto opere.

Nec istam putes Poëticam hyperbolem. Deme- 12.
trius apud Lucianum, in salt. videns Chironomum Lucian.
mirâ arte fabulam Veneris & Martis digitis exprimentem, dicitur exclamasse: Ἀκούω, ἄνθρωπε, ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρῶ μόνον. ἀλλά μοι δοκεῖς, ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν. *Non tam video, quæ facis, ô homo, quam audio: ipsis enim manibus mihi loquens videris.* Plura ibi Lucianus, lege si vacat. Cassiodorus lib. 1. Cassiod.
var. epist. 20. de Pantomymo Chironomo. *Hanc partem musicæ disciplinæ, mutam nominauere maiores, scilicet quæ ore clauso, manibus loquitur: & quibusdam gesticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut Scripturæ textu possit intelligi.* Pulchra sunt verba Quintiliani lib. 1. cap. 11. ad finem. Quintil.
Et certè quod facere oporteat, non indignandum est discere: cum præsertim hæc Chironomia, quæ est, (vt nomine ipso declaratur,) lex gestus: & ab illis heroicis temporibus orta sit, & à summis Græciæ viris, & ab ipso etiam Socrate probata, à Platone quoque, in parte ciuilium posita virtutum: & à Chrysippo, in præceptis de liberorum educatione compositis, non omissa. Tunc autem à tam grauibus auctoribus commendatur, quando modum seruat, & sic gesticulantibus manibus, digitisque numerosis leges tradit: vt postea Oratoribus venustam concinnámque manuum pronuntiationem possit ingerere. Idem Quintilianus paulo pòst, de hac arte. *Nec* Quintil.
vltra pueriles annos retinebitur, nec in his ipsis, diu: neque enim gestum Oratoris, componi ad similitudinem saltationis volo: Sed subesse aliquid ex hac exercitatione puerili: vnde nos non id agentes, furtim decor ille discentibus traditus prosequatur. Audiant hoc Catholici concionatores: indecorum quippè est, si pro suggestu, truncis: turpius, si histrionibus compatentur.

Cæterum vt decoræ & honestæ aliæ Princi- 13.
pum saltationes, à Mimis, & Mimorum imitatoribus fœdè exercebantur: Sic Chironomica saltatio, iuuenibus ingenuis non indecora, tam turpiter in theatro, & familiis malè moratis, ad obscœnas repræsentationes traducta est: (sic & hodie proh dulor,) vt totam excitaret Venerem & rigidos Catones emolliret. Vnde meritò Alexander Alex. Neap.
Neapol. Genial. 6. cap. 19. illam inter mollissima saltationum genera numerauit. *Postea verò Gaditani modi, & mollissimæ saltationes, cum essent*

minus nota, inuenta fuerunt, in plures diuisa species: in Chironomiam, qua manuum gestu: Halma, qua pedum: lactisina, qua calcibus ad humerum iactis, saltabantur. est hoc illud Claudiani in Paneg. Mal. Claudian.

Qui lætus risum salibus, mouisse facetus,
Qui nutu, manibúsque loquax.

Iuuenal. Tritum, sed necessarium hic illud Iuuenalis, de Chironomo totam libidinem prouocante, spectantésque matronas, in lasciuiam commouente.

Chironomon ledam, molli saltante Batillo:
Tuscia vesicæ non imperat: Apula gannit,
Sicut in amplexu.

Sed de huius Chiromica turpitudine, vbiuis auctorum iusto plura inuenies. Hæc ego de loco Salomonis coniectabam: & Chironomiam turpi illi viro affricatam, existimabam.

14. Ad locum Isaiæ de digito extenso, magis inuitatrahentur, quæ de Chironomia dissersi: attamen illud, *Si desieris digitum extendere & loqui* LXX. Interpr. *quod non prodest*: Sic vertunt LXX. χειροτονίαν, καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ. *si desieris Chirotoniam, & verba susurri*, norunt docti, quam malè olim sanctos Patres Græcos, & hodiè Latinos Interpretes vexet vox illa *Chirotonia*, cum longè aliud, quàm prout ad rem, significare videatur: & quam facilè locum explicaremus, si Chirotoniam, recuderes in Chironomiam: quid enim similius quam χειροτονία, & χειρονομία? multa hodie in exemplaribus Græcis corrupta legimus: vulgata nostra solummodo, vt norma veritatis, sic correctissima. Leuit. 2. v. 16. legitur ab aliquibus τρόλεξον: vbi absque dubio τρώξιμον legendum. Incidi ego in exemplaria Græca vetustissima, vbi Cant. 7. *Choros castrorum* pro χόρυς, legebatur χόρτυς. Sed neque abest ab hac mente, quod addunt LXX. de verbis susurrantibus: Susurratio enim lasciuæ Chironomiæ coniuncta: vt & hodie lasciuæ saltantes, gannitus & semihulca verba edere dicuntur. Mart. Martial. lib. 3 epig. 64. de Chironomis.

Cantica qui Nili, qui Gaditana susurrat,
Qui mouet in varios, brachia vulsa, modos.

Hos puto, vocare etiam potuit, *latos sales* adductus supra Claudianus. Vbi nota obiter Nili mimos, id est, Ægyptios, passim apud auctores hac peste infamari: & quam facilè inde ad vicinos Hebræos, contagio permearet? Nihilominus quo ad Isaiam pertinet, nihil de Chironomia, nisi meram diuinationem attulisse fateor: dummodo aliquid saltem minus improbabile pro Salomone adductum fatearis.

§.

15. Liberius iam extra sacrum locum, non tamen chorum digitorum, quem proposui, subnecto pauca. Oratorios digitos furtim modestæ Chironomiæ responsuros, vidisti ex Quintil. quomodo autem orationis initio digitos componerent Ora- Apulæius. tores, aperit Apulæius lib. 2. Asini. *Et in star oratorum conformat articulum, duobúsque infimis conclusis digitis, ceteros eminus porrigens, & infesto pollice clementer subrigens, infit Telephron.* Nos hodie hanc digitorum formam rideremus. Scilicet, non magis mutantur tempora, quàm totus Rhetoricæ Fulg. Plac. apparatus commutatur. paulo aliter Fulgentius Placiades, quem dedit Passeratius ad Prop. lib. 4. eleg. 7. qui ita. *Itaque compositus in dicendi modum, erectis in rotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verba exorsus est.* Supponir duos infimos conclusos: sed medium & indicem, quos eminus porrigit Apulæius, hic paululum visus incuruare: & pollicem, quem ille clementer subrigit, iste comprimit. Sed fortè idem atque Fulgentius, mollioti dicendi genere voluit Apulæius. Sed quid est illud Quintil. declam. 12. *Non sustineo iudices, in tanto animi motu, argumenta conquirere, nec impetus iræ mea in digitos descendit.* Quint. Si coniunctim explices, erit, argumentorum capita digitis computare. Si diuisim, erit, præ vehementi animi motu, oratoriam pronuntiationis repræsentationem, & venustos digitorum motus, non curare.

Nonnullas dicendi formulas hodie vsurpamus, 16. digitorum interim crepitu adhibito quas eodem tenore, à priscis obseruatas animaduerto. Crepitum illum, quem medio digito ad pollicem impacto edimus, vocamus *castaneta*: hoc vtimur, cum rem vilipendimus, addentes: *totum hoc, non huius pendo.* Sic veteres. Athenæus lib. 12 cap. 12. Athenæus. post descriptas Sardanapali delicias. *Cum fruitiones per totum æuum complexus esset, cuiusmodi risu, res omnes hominum dignas fint, demonstrauit, digitis in eius monumento positis: quod neque digitorum quidem sonitu digna sint: quem formauit, duos digitos bis coniunctos fing.ns.* Et fortassè ideò hoc crepitu, Domini seruos, & Magistri discipulos, vt supra dixi, admonebant, quasi ad ostentationem, quod etiam viliori crepitu mnuerent reuerentiam. Fusius tamen, sed etiam more nostro, hos crepantes Sardanapali digitos, explicat apud citatum Athen. antiquissimus Aristobolus, his Aristob. verbis. *Cum Alexander in Persas proficisceretur, castra metatus est non longè à Sardanapali monumento: super quo lapidea erat imago, quæ dextra manus digitos contulerat, veluti sonitum emissures. Scriptum erat: Daxaris filius Anchialam, Tarsum qui condidit vna die. Ede, bibe, lude: cætera enim, neque sonitu isto digna vt dicantur, apparent.* Totum Sardanapulum exprimebant impij illi quos describit Salomon toto 2. cap. Sap. nota obiter: Sicut hodie quando crotala desunt, sub his digitorum crepitibus saltatur, sic olim fieri, docet idem Athen. lib. 1. cap 8. vbi de saltatoribus Homericis. Athen. *Saltabant autem per partem, hoc est enim frequenter permutari, aliis flantibus & pulsantibus digitis mediis, quod plaudere dicit.* Mediis credo ad pollices adactis.

Non tam hominis voracitatem, quam scitissimam edulij conditionem, solemus exprimere, 17. cum dicimus: *post ferculum, etiam digitos comedebat.* Eadem loquendi formulâ vsos veteres disco ex Aristophane, Pherecrate, & Alexi, quos habes Dipnos. lib. 4. cap. 19. lib. 7. cap. 31. lib. 12. cap. 4. do verba prædicto ordini reducenda. Ari- Aristoph. stophanes ergo. *Perutiles ponantur illis, piscis aut caro: nisi digitos edant, volo suspendi decies.* Phe- Pherecrat. recrates, ad famem etiam detulit, quod nobis minus vsitatum. *Vbi famem patientur, sues ipsorum digitos, velut polypedes, sóent comedere.* magis ad rem Alexis, de Candaulo, raro & scitissimo id Alexis. temporis edulio.

——— Candaulon, haud vnquam edi ego,
Nec audiui dici prius, per Deos.
Mirabile inuentum meum est: si multum ego
Ponam tibi: certè digitos momorderis.
Incundus ipsi.

Hæc, & his similia, licèt absque laude sciantur: non tamen ignorantur, absque virio: vnde nec partem otij illis impendisse, perdidisse est.

Digitis

18. Digitis olim numerasse, tam certum est, quam notum apud veteres, de forma digitorum in numerando,& quibus numeris singuli responderent, plenos libellos alij ediderunt. inde (maximè ex
Beda. Marianus Vict. Tiraq. Cerda. Plutarch. Beda,) multa libauit Marianus Victorius ad Hieronym. vide etiam Tiraquell. ad Alexand. lib. 1. cap. 14. minus obuia sunt, quæ denuò dedit Cerda lib. 2. Tertull. num. 582. & Aduers. cap. 52. num. 6. nihil ab his delibo. in hos alios ego incidi. Plutarchus in Apophthegm. *Orontes Regis Artaxerxis gener, cum ob iram inhonoratus, & condemnatus foret; vt computatorum inquit digiti, nunc decem millia, nunc vnum significant: ita Regum quoque amici; interim totum, interim minimum possunt.* Est satis pulchra gnome. Aduertunt omnes, vsque ad nonaginta nouem, manu sinistra supputari; vbi autem centum exprimenda, dextræ vsus erat. Propterea acuminata magis, quam solida pie-
D.P. Chrys. tate D. Petrus Chrysologus quærens cur tantopere bonus Pastor relictis 99. ouibus, illam vnam exquireret errantem: Sic respondet serm. 168. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit ex eis vnam, &c. Quare non quinquaginta, quare non ducentos, sed centum? quare non quatuor, quare non quinque: sed vnam? vt ostenderet, non ex damno fuisse, sed ex numero plus dolorem, namque amissio vnius totum dissipauerat centenarium numerum, & totum de dextra, redegerat ad sinistram, vt dispendio vnius, & sinistra clauderet omnes, & dextera nil haberet, nonagesimus nouus numerus in sinistrâ latet clausus, constrictus haret, tenetur oppressus: qui tamen vbi vnius perceperit, & senserit augmentum, mox dextera transit ad palmam, mox centenarij numeri transit ad coronam. Et, si non habuisse centenarium numerum doloris est, cuius doloris est perdidisse. Videtis quia per vnius ouis amissionem, Pastor iste totum gregem cecidisse de dextera, & totum, in sinistram doluerat recidisse? Ideò relictis nonaginta nouem, vnam sequitur, vnam quærit: vt inueniret in vna omnes, redintegraret omnes in vna.* Quasi velit tanquam hædos & reprobos ad sinistram interim stare, dum illa computabantur: donec separato centenario numero in dextera computarentur, verè electæ oues ad dexteram coronandæ. Hinc si minus Euangelica littera firmatur: optimè tamen suo iure tropologia ab acutissimo Patre conformatur: quam alibi relinquo exponendam.

19. Minus obuium est, sed æquè verum, solitos numeratios hos digitos supputatoriis calculis coniungi: vsitatóque scommate, de digitis distortis, pungi auaros: quasi de continua supputatione manci insimularentur, dabo de hoc pluscula, in quæ incidi, quia à nemine quem viderim adno-
Antholog. tantur. Florilegium Græcum lib. 1.

Τέρπε δανειζόμενος τὴν σὴν φρένα, τοῖς δὲ δανεισταῖς
Κάλλιπε τὰς ψήφους δακτυλοκαμψοδύνας.
Oblecta mutuans mentem tuam: & fœneratoribus
Relinque calculum, digitis dolore flexis.

Ibidem. Et lib. 2. in auarum.

Τέθνηκεν αὐθὺς ἐν ῥοπῆς καιροῦ βραχεῖ
Ἐν δακτύλοισι τοὺς τόκους σφίγγων ἔτι.
Obiit statim breuissimo temporis momento,
In digitis vsuras stringens adhuc.

Ibidem. Et iterum contra eundem.

Δακτυλικὴν ψῆφον τις ἔχων περὶ δάκτυλα χειρῶν,
ψήφῳ τῇ θανάτου προὔλαβεν εἰς ἀΐδην.
Ζῇ δ' ἡ ψῆφος ἑῶν, τοῦ ψηφίζοντος ἑταίρη,
ψυχῆς ἁρπαγίμης ἔνθεν ἐλαυνομένης.
Qui digitalem calculum habebat in digitis,
P. Pinto Ramirez S. Script. Selecta.
Calculo mortis, abiit in infernum.
Viuit verò nunc calculus, calculantis socius,
Rapaci animâ, inde propulsâ.

Lucianus in Tim. δεῖ τοῦτο ὠχρὸς ἡμῖν ἀνεφαίνου, καὶ φροντίδος ἀνάπλεως, συνεσπακὼς τοὺς δακτύλους, πρὸς τὸ ἔθος τῶν συλλογισμῶν. Verba sunt Iouis, ad Lucian.
Plutum diuitiarum Deum: quæ Erasmus sic vertit. Erasm.
eóque pallidus nobis occurrebas, & curis confectus digitis etiam ex assiduo colligendi, coaceruandique vsu, contractis distortisque. Puto non assequitur: συλλογισμὸς enim ibi, non tam collectio, & coaceruatio est, quam supputationis prædictæ ratiocinatio. Verto igitur, non tam eleganter, quam ad mentem fideliter. *Ideò pallidus nobis cernebaris, & curis plenus, distortis digitis ex vsu computationis.*
Eodem verbo etiam ad rem meam vsus idem Lu- Lucian.
cianus in Cataplo, auarum notans. Καὶ μάλιστα μεμνημένος ὡς ὠχρὸς ἀεὶ, καὶ αὐχμηρὸς ἦν· φροντίδος τὸ μέτωπον ἀνάπλεως· καὶ μόνοις τοῖς δακτύλοις πλουτῶν, οἷς τάλαντα, καὶ μυριάδας ἐλογίζετο. *Et maximè cum recordor, quam pallidus semper incederet, & squalidus, mente curis confecta: ac solummodo digitis ditescens, quibus talenta & myriadas supputabat.* Quod hic λογίζω: id supra est συλλογίζω absque dubio.

In Astrologis etiam, hos supputatorios digitos, 20.
insignes obseruo. Florig. citatum lib. 2. Anthol.

Ὃς δὲ λαβὼν ψηφῖδας, ὑπὲρ πίνακος πτυχάζων
Δάκτυλα κάμπτων φθέγξατο.
Hic sumens calculos, super tabulam composuit,
Digitósque flectens, dixit.

Plinius iunior lib. 2. epist. 20. de Astrologo gene- Plin.
thliaco. *Qua horâ, nata esset interrogant: vbi audiuit, componit vultum, intendit oculos, mouet labia, agitat digitos, computat diu.* Dant Interpretes hunc
locum Plinij ad illud Tertull. lib. de idololatria Tertull.
cap. 9. vbi ad finem, ita. *Nil scis mathematicè, si nesciebas te futurum Christianum: sim sciebas, hoc quoque scire debueras, nihil tibi futurum, cum ista professione: ipsa te periculo suo instrueret, qua aliorum climacterica præcauit. Non est tibi pars, neque sors, in ista ratione, non potest regna cælorum sperare, cuius digitus aut radius abutitur cælo.* Sed fortassè Tertull. non tam supputantem digitum hic intelligit, quam lineantem: id est, lineas in puluere describentem, vtimur enim etiam in id, digito, si absit radius: ideò non coniunctim, digitum, & radium dixit: sed digitum aut radium: quasi alter pro altero assumatur. Tandem pro his,
quæ de supputatorio digito dixi, audiendus Aristot.
Aristoteles, qui sect. 15. Prob. 3. quærens cur omnes homines, tam barbari, quam Græci in decem numerent, & inde duplicare incipiant: adductis aliis causis, & hanc inculcat: ἢ ὅτι πάντες ὑπῆρξαν ἄνθρωποι ἔχοντες δέκα δακτύλους: & cætera, in hunc sensum: *An quod homines ab initio habuerint decem digitos: itaque sui numeri calculos, quasi adipiscentes: hac eadem multiplicitate, cætera quoque numerant?* vt meritò postea Arithmetica, omnes suos numeros, in digitos redegisse videatur, quia ab illis tota numerandi ratio orta fuerit.

CAPVT XIII.

De floribus nonnulla.

PERIOCHA.

1. *Flores caduci, ex vtraque pagina, ideò fortaßè tumulis immißi.*
2. *Noua causa, de tumulis spontè virentibus.*
3. *Heroes ramis & floribus excepti. Sic Christus Matth. 21. v. 8 & quare.*
4. *Noua causa, de tactu producente flores.*
5. *Mos solearum insculpentium flores, an ratus, & vnde. Calcei floridi.*
6. *Flores in poculo. Coronas bibere.*
7. *Flos de luce, de purpura, & purpura inuicem de flore.*
8. *Florere de gemmis dicitur.*

1. VIx de floribus quantumuis recentibus, aliquid iam non marcidum apud Auctores: Sic vngue auido, omnes ferè à priscis veredariis decerpti, lèguntur passim: amœniori calamos tractu inuitante. Causæ tantum supersunt vestigandæ, cur flores certis quibusdam vsibus deputentur. Fragilem hominum conditionem, caducam formam, bona volatilia, vtraque pagina floribus Iob 14 v. 2. comparauit. Sic Iob c. 14. v. 2. *Qui quasi flos egreditur, & conteritur,* Pſ. 102 v. 15. Dauid Pſ. 102. v. 15. *Tanquam flos agri, sic efflorebit.* Iſai. 40. v. 6. Isaias cap. 40. v. 6. *Omnis gloria eius, quasi flos agri,* profanis colligendis charta non sufficit, cum vix vllus scriptorum passim non ita: Plinius. Satis vnus Plinius lib. 21. cap. 1. *Flores odorésque in diem gignit natura: magnâ, vt palam est, admonitione hominum: quæ spectatissimè floreant, celerrimè marcescere.* Ex hoc ergo caduco florum ingenio, colligunt critici nostri causam, cur passim sparsi sepulchris flores legantur apud priscos: vt scilicet fragilis mortuorum conditio notaretur. His si stes, (ego enim infra, aliunde deductum morem arbitror,) iam prudens auguraberis, cur quà possent, rosas præcipuè defunctis admouerunt: quos enim flores mauellent, signandæ breuitati nostræ, Auson. quam breuissimos? notum illud Ausonij.

Quam longa vna dies, ætas tam longa rosarum,
Quas pubescentes, iuncta senecta premit.

Plinius. Plinius lib. citato, cap. 11. ait, *rosam esse nouissimam florum, primámque deficere.* Quod autem huic ministerio, aut solummodo, aut præcipuè rosas com- Propert. parent: patet ex Propert. lib. 1.

Illa meo charos donasset funere crines,
Molliter & tenerâ, poneret ossa rosâ.

Anacreon. Anacreon lepidulo illo carmine de rosa.

Defendit hæc sepultos,
Hæc tempori resistit.

Virgil. Vnde flores illi purpurei, apud Virgil. lib. 6. de rosis explicandi.

——— *Manibus date lilia plenis,*
Purpureos spargam flores, animámque nepotis,
His saltem accumulem donis.

D. Hieron. Nec obstat quod D. Hieronym epist. ad Pammach. videatur purpureos flores, à rosis condistinguere, dicens: *Cæteri Mariti super tumulos coniugum spargunt violas, rosas, lilia, floresque purpureos.* Nam vbi res non condistinguitur, vt apud Virgil. Flos purpureus κατ' ἐξοχὴν rosam notat: vt alibi ostendam. Obscurior est Statius in Epicedio Glauciæ: Statius.

Quod tibi purpureo tristis creuit aggere thorus.

Voluit credo feralem thorum defuncti pueri, intumuisse, & creuisse rosis: sic enim alij tomento, vel papyro, puluinar feretri turgidum ridebant: vnde Mart. lib. 10. Martialis.

Dum leuis arsurâ struitur Libityna papyro.

Latius in hæc excurri, quam putaueram.

Ego in floribus, aliam causam, comendi eisdem tumulos, subodoror. Putabant veteres fortunatissimos esse illorum Manes, in quorum tumulis, flores spontè nascerentur: Deorúmque fauorem denotari, si inde natiui flores pullularent: hoc certè erat ironicum Iuuenalis Iuuen. notum: 2.

Dij, Maiorum vmbris, tenuem & sine pondere terram,
Spirantésque crocos, & in vrnâ perpetuum ver.

Nec edentulo risu Persius Sat. 1. Persius.

——— *Nonne cinis ille Poeta.*
Fœlix? non leuior cyppus nunc imprimit ossa?
Laudant conuiuæ, nunc non è Manibus illis,
Nunc non è tumulo, fortunatáque fauill.
Nascentur violæ?

Quod autem Casaubonus ad hunc Persij locum, Casaub. non credat à Christo, vera in re simili miraculo, sacros Sanctorum cineres decoratura, fieri: piósque scriptores rideat, qui à cineribus aliquorum Sanctorum, obortos flores tradunt: sed merum commentum esse, ab his Ethnicorum magis deriuatum: Ego non miror: neque enim à tam fideli pectore Casauboni, (nosti vile mancipium Lutheri, & Caluini seruitium despectissimum,) fidem, nisi impietati, temerè prodituram speratem. redeo. Puto igitur flores suppositios, tumulis adhiberi solitos: qui vltro nascentium defectum supplerent. quasi dicerent: Is erat defunctus noster, cuius tumulo, ni obstaret Deorum inuidia, flores adnascerentur: ergo dum isti tardant, nos saltem collatios congerimus. Firmatur coniectura non vana, ex illorum vsu, qui non solum collectos alibi flores, eò deferebant: sed etiam ad tumulos plantabant viridaria. Plinius lib. 21. cap. 11. de Putho. *Duo genera huius: vnum cui flos hyacinthi est: alterum candidius: quod ferè nascitur in tumulis, quoniam fortius durat.* Plin. Caue credas spontè ibi nasci hos flores, quorum aliàs ager ferax non esset: sed ab amicis defuncti, ad tumulos plantari, voluit Plinius, quia generis diuturnioris, ideò Theophrastus lib. 6. de eodem Theophr. flore. *Quo vtuntur circa tumulos, quod & fortius durat.* Non tamen negarem, aliquando, permittente Deo, à dæmone factum Ethnicis illudendis, vt inspetati & prodigiosi flores, ad aliquorum tumulos orirentur. Obiter aduerte, minus hinc probabilem reddi causam illam, quam supra, in aliorum gratiam, illustraui: non enim aptè quærerent flores breuitati denotandæ: qui & illos plantabant in tumulis, vt perpetuò virerent: idque ex genere diuturniori, ad hunc vsum festiuissimè allusit noster Remoodus de liliis tumulo Phar- Remond. nesij insculptis.

Lilia quæ memori cernis florere sepulchro,
Illa tulit Domino fertilis vrna suo.
Forsitan humorem clauso de corpore traxit,
A Domino didicit forsitan esse ferax.
An non perpetuos Princeps florebit in annos,
Si potuit duros lilia ferre lapis?

Hac Musa, nulli Priscorum cedit.

De

3. De Christo Domino, triumphali pompâ, exce-
Matth. 21. pto, ita Matth. cap. 21. v. 8. *cadebant ramos de arbori-*
v. 8. *bus, & sternebant in via.* Meminit eiusdem moris
Philo Iud. apud eosdem Hebræos alicubi Philo Iud. apud
ethnicos res notior, non solum enim ramos, sed &
Athen. poma prostrabant. Athenæus lib. 3. ex correctione
Causaub. *Multa mala cydonia ad currum Regis pro-*
iecerunt, myrthi folia multa. Vt plurimum tamen
floribus id intermixtis fieri solebat: aut solutis, aut
in coronas, & serta ligatis. De his Titus Liuius
Liuius. lib. 33. *Omnes tendere ad Imperatorem Romanum:*
vt mente turbâ in vnum adire, contingere dextram cu-
pientium, coronas, lemniscosque iacientium: haud pro-
cul periculo fuerit. Statius huc allusit lib. 5. Sil. 1. de
Statius. Priscilla defuncta.

——Iubet ire faces Proserpina lætas,
Egressásque suis Veteres Heroidas antris,
Lumine purpureo tristes aperire tenebras:
Sertáque, & Elysios Animæ prosternere flores.

Idem. Eodem modo ibid. sil. 4. de Patris anima.

Illustrémque Animam lethæis spargite sertis.

De floribus solutis res est planior, quam ex Oui-
dio, Lucretio Nazianzeno, Cornelio, Pauli-
Cerda. no, probat Cerda ad illud Virgil. Ecl. 5. *spargite hu-*
Pausan. *mum foliis.* Addo Pausaniam in Messen. *Aristome-*
nem Ardaniam reuersum, acceperunt Matronæ gra-
tulabundæ, tænias in eum quacumque incederet, & vt
anni ferebat tempestiuitas, flores & fructus iaciebant.
Huius moris causam, nemo, quem viderim, cura-
uit inuestigandam. Posses recurrere ad illam de
breuitate florum: vt quemadmodum in triumphis,
vilis seruus triumphatorem dicitur monuisse de
naturæ fragilitate, ne de gloriâ insolesceret: sic
breui siccandos ramos, & flores subito corrum-
pendos offerebant: quibus gloriæ fragilitatem di-
Quint. sceret. Cape pulcherrima verba Quintil. decl. 13.
vbi de floribus. *Cuius rei inueniri potest breuior ætas?*
primque dum immaturos exterior alligat cortex: non-
dum dixeris florem: paulatim deinde viuidiore succo
tumescit vterus, & albentes accipit rimas, nec dum ta-
men flos est. At cum se ruptis iam tunicis, in patu-
lum capita fuderunt, & veluti fissa in orbem: iámque
eorum videtur maturitas: & ignotus occasus est, etiam
sine ventis quoque solutâ naturâ, labitur gratia: nec
quisquam est flos, nisi nouus.

4. Nihilominus huius moris causam apud ethni-
cos, simillimam puto, illi, quæ è nostro penu, prio-
ri mori data. Alicuius fœlicitatem, & gloriam ex-
pressuri Veteres, dicebant eum esse, cuius tactui &
calcatui, flores adnascerentur, rami virescerent:
vnde Poëtæ non solum verbo sed & facto, rem
euenisse prædicant. Ideo Poëtico iure D. Gregor.
D. Greg. Nazianzen. in carmine Nicob. Ποσσὶν ἄνθεα καλὰ
Nazianz. φύοιτο: *pedibus flores adnascantur.* In re tam obuia
apud Græcos Latinósque frustra immorarer: tan-
tummodo aperiam fontes, vnde, si libeat, haurias
Pers. innumera. Vide interpretes Persij ad illud sat. 2.

Hunc optent generum Rex & Regina: puellæ
Hunc rapiant quidquid calcauerit, hic rosa fiat.

Claudia. Plura alij ad illud Claudiani de laudibus Serenæ.

——Quocumque per herbam
Reptares, fluxere rosæ, candentia nasci
Lilia.

Virgil. Sexcenta adducit Cerda ad illud Ecl. 7.

Phyllidis aduentu nostræ, nemus omne virebit.

Idem. Et ad illud Ecl. 4.

Ipsa tibi blandos, fundent cunabula flores.

Ad rem. Sternebant ergo ramos virentes, & flores
iis, quos gloriosius volebant exceptos: quasi blan-
dè terram increpantes, quod ingratè tarda tantis
gressibus virentes herbas, & odoratos flores dene-
garet. Rideat nunc, si potest, apud inferos Casau-
bonus: ego fidelissimas veneror historias illas,
quæ narrant Sanctorum quorumdam attactu, ba-
culos fronduisse, in arbores germinasse, & in me-
dia hieme ad reliquias D. Benedicti, rigentem aliàs
siluam vernasse subito.

Ad hunc vsum sibi blandientes respexisse credo 5.
illos, qui (vt fertur in soleis clauiculos quosdam
sic disponebant, vt imprimentes vestigia, in pulue-
re, formam aliquam florum exprimerent: quasi
dum verum non possent, saltem effigiatum emit-
terent. Sic noster Sanchez ad cap. 7. Cant. putat, Sanch.
fortassè explicandum illud Persij adducti, *quid-quid*
calcauerit, hic rosa fiat. Sed frustra: planius enim,
locus, vt dixi, explicatur. Aptior locus Clementis Clemens
Alexandrini Pædagog. 2. cap. 11. quem adduxit de Alexand.
formis amatoriis impressi. *Multæ fœminarum, soleis*
quoque amatorias salutationes imprimunt, vt vel ter-
ram numerosè incedentes, meretricios spiritus, in incessu
insculpant. Ego enim hîc si diuinare libet, rosas di-
catas Veneri, & amoribus insculptas augurarer.
Fortassè id voluit Nonus Dionys. lib. 42. vbi de Nonus.
quodam deperditè amante.

Καὶ κύσε μειδιόωσα φιλήμασι λάθριος ἴχνος
Χῶρον ὅπῃ πόδα θῆκε, καὶ ἣν ἐπάτησε κονίην
Παρθενικὴ ῥοδόεντι καταυγάζουσα πεδίλῳ
Et osculatus est innumeris osculis, occultè repens
Locum vbi pedem poneret, & quem calcauit pul-
uerem,
Virguncula, roseo splendens calciamento.

Roseo fortè, qui rosas exprimebat, quas ille aui-
dus, quasi tantæ plantæ fructus ore venerabundo
decerpebat. Nihil pro hoc vsu exprimendi flores
vestigio, alibi legisse memini: illum tamen, si cum
Sanchez ratum habeas, ex causa quam adduxi
aptissimè explicaueris. Scio tamen in calceis pro
diuersitate materiæ flores contextos, aut acu pi-
ctos, aut assutos. Cephisodorus Comicus, de puella Ceph.
sortem suam lamentante.

——Σανδάλια δὲ τῶν λεπτοσχιδῶν
Ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα
Νῦν δ' ὥσπερ θεράπαινα ἔχω περιβαρίδας.
——Sandalia vero minutim incisa
In quibus aurei flores insunt:
Nunc instar famulæ habeo peribarides.

Sed iam alia.

Conuiuales flores adducere, in tanta rei noti-
titiâ, putidissimum. Illud vulgo minus notum, non
solum coronari crateres solitos, sed etiam in ipsa
pocula, natantes flores iniici, hosque maxime è
coronis, quas gerebant aut collo, aut capite. Quod
etiam fastidituris doctis non obtruderem: nisi cul-
tissimum Tertullianum, quem adducunt, adhuc Tertull.
indigentem luce, viderem. Ergo eruditissimus
Afer lib. de Cor. mil. cap. 5. ita. *Coronam, si fortè fa-*
scem existimas florum, per seriem comprehensorum, vt
plures semel portes, vt omnibus pariter vtaris. Iam vero
& in sinum conde, si tanta munditia est: & in lectulum
sparge, si tanta mollitia est: & in poculum crede, si
tanta innocentia est. Tot modis fruere, quot & sentis. Cur
flores credendi, id est iniiciendi poculo, de inno-
centia commendentur, quærunt interpretes: & tan-
dem venenatos naturâ flores, hinc amaodatos
volunt. Non assentio. Quasi vero, aut ligandis in
coronam, aut spargendis floribus in mensam, nul-
la adhiberetur cura eligendi: & naturâ venenati,
cum ingenti periculo, illuc asportarentur. Alludit
ergo ad morem *bibendi coronas*, quem vocabant:
è coronis enim flores quandoque, in poculo
iaciebant.

iaciebant. Et vt erat eruditus, nouit quandoque hos flores arte venenatos. Quasi dicat: bibite cotonarum vestr.rum flores, si tam innoxios creditis: nec aliquas à conuiuis insidias pertime-
Plinius. sciris. Claret hoc ex Plinio lib. 21. cap. 3. vbi de coronis, adducta Cleopatræ historiolâ ita. *In potu & hilaritate, præcipue odorum vi surrepente, fallacitor scelerata Cleopatra solertia. Námque apparatu belli Actiaci, gratificationem ipsius Reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente: fertur pauore eius lusisse, extremis coronæ floribus veneno illitis, ipsâque capiti impositâ. Mox procedente hilaritate inuitauit Antonium, vt coronas biberent. Quis ita timeret insidias? Ergo concerpta in scipbum: incipienti haurire, appositâ manu: en ego sum, inquit, illa chare Antoni, quam tu nouâ prægustantium diligentiâ caues: adeo mihi, si possem sine te viuere, occasio aut ratio deesset. Vnde eductum custodiâ iussit bibere, illico ex-*
Tertull. *pirante.* De hoc vsu idem Tertull. lib. de Resurrect. Car. *Calix benè conscius, & de diligentiâ ministrò commendatus de coronis quoque potatoris sui inorabitur: aut aspergine florum honorabitur.* Id est: aut ipsâ potatoris coronâ, circumcingentur ora poculi, (quod passim legis) id vocat, inorare sciphum, quod alij, redimire; coronare: aut flori-
Propert. bus inde decerptis cumulabitur. Propert. lib. 2. eleg. 11.

Aut veluti folia arentes liquere corollas,
Quæ passim calathis strata natare vides.

Ego tamen licet sciam, calathos, de vinariis dici posse: non tamen adhuc hunc morem ibi inculcatum, satis probo. Magis fortassè illud eiusdem lib. eleg. 33.

Idem. *Cum tua propendent, dimissa, in pocula, serta.*

Sed neque id, vsque planum. Frigidius tamen aliqui vtrumque locum, ad pocula circum circa coronata deferunt: quasi vero deessent sexcenta alia, quibus probarent.

7. Florum pulchritudo mira, id effecit, vt quidquid pulchrum est, florere dicatur. Floret lux, purpura floret, florent & gemmæ. Priora duo breui concludo lineâ, quia longâ ab aliis. De gemmis in Tertulliani gratiam, nondum satis illustrati
Tertull. plura congeram. Ergo de luce Tertull. lib. de Patient. cap. 2. de Deo. *Qui florem lucis huius super in-*
Cerda. *stos & iniustos aqualiter spargit.* Multa Cerda. Adde
D. Synes. D. Synesium hym. 3.

Ὁ θεὸς αἰνύμενος vnde decerpens
Ἐπὶ σὰς ὕμνους in tua laudes
Ἄνθεα φωτὸς, Flores lucis.

Tertull. Sic & alij. De purpurâ idem Tertull. de Idololat. cap. 18. *Quales purpura, de humeris eius floreret.* Vide
Lucian. quæ Cerda. Adde alium locum Luciani in Carap.
Greg Nyss. *ἡ πορφύρας τὸ ἄνθος ὁρῶν: purpura florem ridens.* D. Gregor. Nyssen. orat. de mortuis describit vestem, aureo filo contextam, & *ἄνθος πορφυροειδές. & admodum floridâ purpurâ.* Aduerte autem, vt in
Tertull. hoc loco florem de purpurâ dixit Tertull. sic in carmine de iudicio, floribus purpuram tribuisse.

Floret in pratis fragrant, & purpura campis,
Omnia prærutila miscet non tumida luce.

Statius. Sic Statius in lachrymis Hetrusci.

Aut vbi verna nouis expirat purpura pratis.

Claudian. Claud. in nupt. Honorij.

——Mauortia signa rubescunt
Floribus, & subitis, animantur frondibus hasta.

Idem. Et iterum.

Nec miles pluuia floree dispergere ritu
Cessat, purpureoque ducem perfundere nimbo.

Apulæus. Apulæius de coniugio Psychis. *Hora rosis & floribus, purpurabant omnia.* Lucianus in balneo Hip-
Lucian. piæ, de domo: *instar purpuræ, floribus & venustate renitet.* Ideo Virgil. Ecl. 9.
Virgil.

Hic ver purpureum, varias hic flumina circum
Fundit humus flores.

Posses ludere meritò ver, tanquam principem & augustam anni partem, florida sua purpura insigniri. De purpura ad rosas, nemo nescit.

Venio ad gemmas, de quibus ita Tertull. de 8.
hab. mul. cap. 6. *Solum hunc mulierum stuporem adifi-* Tertull.
care nouerunt: quia tardè teruntur, vt niteant: subdolè substruuntur, vt floreant: & anxiè forantur, vt pendeant: & auro lenocinium mutuum præstant. Quid est illud, *substruuntur subdole, vt floreant*? explicant interpretes, quia auro variis coloribus affecto insertantur: vel sic disponuntur diuersicolores lapilli, vt mutuam lucem inuicem suffurentur, quo pulchrius floreant. Ego hanc subdolam substructionem, semper facilius, & fortassè verius putaui explicandam, scilicet, de fuco illo doloso artificum, qui in palla bracteolam viridem supponunt smaragdo, argenteam Adamanti, Topazio pallidulam, rubentem pyropo, quo viuidius è fundo radios iaculentur. Vtcunque sit, gemmarum splendorem
florere, aptè dicitur. Philostratus lib. 3. cap. 2. de Philostr.
vitâ. Apoll. gemmas è fronte Draconum erutas vocat: *τὸ μὲν εἶδος ἀνθηράς: aspectu quidem*
floridas. D. Gregor. Nyssen. orat. de mort. *Quid enim* D Greg. Nyssen.
vtilitatis confert ad rationem nutrimenti, vas argenteum, auro lapillisque floridum. In Græco: *ἐπανθιζόμενος.* Apud Simocattam lib. 4. cap. 3. tiara Hor- Simocatt.
mildæ describitur, *splendore carbunculorum rutilans,*
& vnionibus florens. Græco codice careo. D. Chry- D. Ioan. Chrysost.
sost. hom. 59. in Matth. ita. *Hæc autem rursus viridem, omni viriditate gratiorem: alia sanguinis floridum ruborem exprimit: alia magis cærulea, alia purpura coruscantior. Alios multos flores, & solis colores, quispiam inueniet.* loquitur S. Doctor de margaritis, quibus hos omnes colores, non à natura, sed à vario respectu solis tribuit. Hos Græcos pro illustrando Tertulliano, inueni. Latinum auctorem pro eadem phrasi, non facilè memoria suggessit.

CAPVT XIV.

Mortales sideream naturam affectantes.

PERIOCHA.

1. *Idololatria, circa sidera, origo vnde.*
2. *Formulæ variæ, quibus ascensum ad sidera declarabant.*
3. *Animas olim creatas, sideribus infixas credebant: eoque, exutis corporibus, postea commeaturas.*
4. *Fati, & ineuitabilis siderum influxus occasio, hinc falsò orta. Astra fracta, temperata inuicem.*
5. *Animæ nobiliores, in ipsissima sidera conuersæ credebantur.*
6. *Circulus lacteus, Animarum, siue stellarum coeuntium turba, putabatur.*
7. *Animabus illustribus, effrenatior adhuc*

optio

optio dabatur, sedem eligendi: quâ vellent parte, lucendi: & similium.

8. *Videntes quandoque in Principum obitu, noua sidera, siue Cometas prodiisse: impiam credulitatem roborabant.*

9. *Adhuc viuentes, videri sidera, sub siderum figurâ affectabant.*

10. *Et appellari sidera, pro summo blandimento capiebant.*

11. *Aliquorum Sarcasmus, & risus, quo siderea conditionis huius fallacia notabatur.*

12. *Sacri textus testimonia, ex Sap. Sophon. Amos. Act. Apost. Dan. quæ ex dictis facilius explicantur.*

SVo iure, post terræ sydera, id est flores: Cœli flores, id est sidera, nos vocant. Dabo plurcula, non tam naturam præscrutans tanti splendoris: quam furentis mortalium ambitionis indolem deplorans, qui siderum & nominibus, & radiis inhiarunt.

1. Iacobus Bolduc. Contendit Iacobus Bolduc lib. 2. de Ecclesia ante leg. c. 11. & 12. viros illustres olim vitâ functos, absque errore sideribus comparatos, atque siderum nomine vocatos, non idololatriæ, sed pietatis obsequio, à populo cultos: deinde increbescente hominum cæcitate, ipsosmet tanquam veras stellas, & Deos, à gentibus deinceps adoratos. Ego huius viri, reconditam eruditionem semper veneror sed non raro (maximè in lib. de Eccl. post leg.) inuita ab illo sacra testimonia trahi obtorto collo, animaduerto. Doleo tamen vltra meritum sugillari ab aliquibus, qui dum suspecta mordent, commendabilia cætera non suspiciunt. Ergo Bolduc ibi, hæc habet ex Beroso lib. 3. post multa de Noë. (Beros.) *Cum iuisset ad regendum Ketim, quam nunc Italiam appellant, desiderium sui reliquit Arunenis: ac ideo post mortem, illum arbitrati sunt, in animam cælestium corporum translatum.* Et iterum. *Ob quæ illum existimarunt diuinæ naturæ esse participem: ac propterea ipsum Olybama, & Arsa, id est cælum, & solem, cognominauerunt.* Addit ex Eusebio lib. 1. cap. 7. (Euseb.) *Itaque Saturnus Rex regionis, quem Phœnices Israelem vocant, postea quam hominem exuit, ad Saturni stellam adductus.* Et ex Georgio Monacho, (Georg. Monach.) hæc de Nembrot, culto apud Persas. Οἱ δὲ τὸν Νεμβρὼδ λέγοντες ἀποθεωθῆναι, καὶ γενόμενον ἐν ἄστροις τοῦ οὐρανοῦ, καλοῦσιν Ὠρίωνα. *Nembrot dicunt, Deum factum fuisse, & additum stellis cæli Orionem vocant.* Hæc ex docto viro transcripsisse non piguit, tu lege plurcula alia quæ congessit. Ego spicas in quas incidi, deinceps colligabo.

2. Ergo variis formulis Veteres, hunc ad stellas ascensum significabant. *Ire ad astra: astra petere: astra mereri: ire polo: calcare sidera:* & similibus.

Virg. Virgil. lib. 9.

Macte nouâ virtute puer, sic itur ad astra.

Senec. Seneca in Fur.

Non est ad astra, mollis è terris via.

Lucan. Lucan. lib. 1. *Tu cum statione peracta, astra petes.* Seneca. Seneca in Oet. *Quis astra gratus laudibus meruit suis.*

Idem. Et iterum, ibidem.

Si post feras, post bella, post stygium canem
Nondum astra merui.

Statius. Statius lib. 1. Silua 2.

——Ire polo, nitidósque errare per axes
Visus.

Propert. lib. 1. Propert.

Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis.

Virgil. Ecl. 5. Virgil.

Sub pedibúsque videt nubes, & sidera Daphnis.

Seneca in Octauia, amplecti astra dixit. Seneca.

Hac summa virtus, petitur hac cœlum via.
Sic ille Patriæ primus Augustus parens
Complexus astra, colitur & Templis Deus.

Libaui tantum capita: exempla, pro his & similibus formulis, passim obuia offendes.

His formulis, duo designata arbitror, insipidum alterum, alterum insipidissimum. Primum, ab impiâ Philosophorum opinione ortum, qui animas & ideas rerum, longè ante corpora creatas volebant, & stellis infixas, tanquam in vehiculis omnia perlustrasse: & inde huc delatas: tandémque post mortem exuto corpore, se ad easdem sedes contulisse. Secundum, palpatione immodica, & vulgari superstitione effrenatius. Volebant enim animas illas, quas magnas, & illustrissimas vocabant, in sidera fore conuertendas, aut fuisse conuersas. De vtroque seorsim plura congero: & de primo prius. Plato in Timæo, de Deo locutus. Plato. *Denique cum vniuersum constituisset, astris parem numerum distribuit animarum, singulis singulas adhibens: eísque tanquam vehiculo impositis, monstrauit vniuersi naturam, & leges fatales edixit.* Vbi multa. Quintil. Quintill. declam. 10. laudat sapientes illos, qui dixerunt. *Animam flammei vigoris impetum, perennitatémque, non ex nostro igne sumentem, sed quo sidera volant, & quo sacri torquentur axes: vnde venire, vnde rerum auctorem, parentémque spiritum ducimus: nec interire, nec solui, nec vllo mortalitatis affici fato: sed quoties humani pectoris carcerem effugerit, & exonerata membris mortalibus, leui se igne lustrauerit: petere sedes inter astra: donec in alia fata sæculo pugnante transmigret.* Hoc vero quod addit de igne lustratorio, clarius habet Maphæus in supplemento Virg. qui Iouem Veneri immortalitatem filio Æneæ postulanti, sic respondentem inducit. Maphæus.

——Tu quidquid in ipso
Mortale est, adime: atque astris ingentibus adde.

Non tamen per ignem, sed per aquam lustralem, id Venus exequitur: legendi dicit enim ex Ouid. 4. Ouid. Metam.

Litus adit, Laurens vbi tectus arundine serpit
In freta flumineis vicinus Numicius vndis:
Hunc iubet Ænea quæcunque obnoxia morti
Abluere, & tacito deferre sub æquora cursu.

Sic Tibullus lib. 2. sed de igne Seneca in Oet. vbi Tibull. Hercules Matrem. Senec.

—— Quidquid in nobis tui
Mortale fuerat, ignis inuictus tulit:
Paterna cælo pars data est, flammis tua.

Quasi pyra, qua incensus, pro illo alio lustratorio igne deseruiret. Hinc lux Statio lib 1. Sil. 2. Statius. vbi Venus ita ad Cupidines suos, de Violantilla.

Et si flammiferas potuisset scandere sedes,
Hasque intrare domos: ipsi erraretis Amores.

Id est, si in cœlo hoc nostro iam esse posset: abire vos iussissem cum sagittis vestris: illius enim pulchritudine, pro sagitta vterer, & Cupidine: vel, erraretis, aspectu scilicet delusi, quia inter meam, illiusque formam, nullum discrimen cerneretis. Ad rem. Sed cur non poterat Violantilla flammiferas sedes scandere? quia adhuc in corpore, nec dum de præuia lustratione, astris decens.

4. Nota obite, hinc otta delyria illa de fato, & influxu stellarum, quæ tot paginas, & innumeras vulgares mentes impleuerunt. Cum enim astris coniunctas creari animas, eóque remeaturas crederent: omnia hominum ab astris etiam pendentia, crediderunt. Quint. Quintil. decl. 4. *Omnes, sicut apud sacra artis antistites satis constat, animæ proprietates, & futuras mentium, corporumque formas, ex illorum siderum qualitate, quibus in ortu suo coniuncta gignuntur, accipiunt. Aliquis vagi numinis errore præstrictus est: vitam transiget ille discursibus. Placida conceptum stella signauit: erit modestâ lenitate conspicuus. Ardens nascentis horam sidus accendit: viribus pariter, moribusque flagrabit. Languidi, etiam vergentis in procliue mundi: hebescentibus tardior membris, similis senecta iuuenta pigrescit. Si cui principalium Deorum fulgor illuxerit. In populis consurget Imperium. Credo, me hercle, in illum natalem meum monstri diem, iratorum numinum conspirasse violentiam, sedemque prodigiosi spiritus, collato pariter igne pressisse.* Hanc *sedem* prodigiosi spiritus, licet de corpore posses explicare: aptius tamen de stella illa, quæ ab initio, spiritus fuerat vehiculum vsurpabis: cui maligna cætera, infestando pariter ortui, confluxerunt. Sic e contra malignioris astri influxum, benignioris concursu, fractum putabant, aut temperatum. Horat. Pers. Horat. *Natale Deus, qui temperat astrum* Persius. *Saturnum qui grauem, Ioue nostro frangimus.* Et vt nullum sit delyrium, quod apud Hæreticos non ponat domicilium: dum arbitrij tollunt hodie libertatem, tacito nomine, fatum, & stellarum influxum prædicant irreparabilem. Hæredes scilicet, vt vitæ, sic & doctrinæ priscorum Priscilianistarum, de quibus D. Greg. Magnus. D. Gregor. homil. 10. de stella Magos ducente. *Sed inter hac sciendum est, quod Priscilianistæ Heretici, nasci vnumquenque hominem sub constitutionibus stellarum putant: & hoc in adiutorium sui erroris assumunt, quod noua stella exiit, cum Dominus in carne apparuit: cuius fuisse fatum, eandem, quæ apparuit, stellam putant.* Vbi deinceps venustâ grauitate, errorem confutat.

5. Venio ad illorum effrontem impudentiam, qui suos, in pura puta sidera conuersos effutiebant. In qua re, an noua aliqua proferam: & trita nouo saltem ordinis splendore collustrem, tu iudicaueris. Ouid. Ouid. lib. 5. Metam. post multa de Iulio Cæsare occiso.

Constitit alma Venus, nulli cernenda, suique
Cæsaris eripuit membris, nec in aera solui
Passa recentem animam, cœlestibus intulit astris,
Dumque tulit, numen capere atque ignescere sensit,
Emisitque simul, simul altius euolat illa:
Flammiferumque trahens spatioso limite crimen
Stella micat.

Senec. Huc lepidè allusit Seneca in ludo, apud quem Diespiter, sic in Deorum concilio, de Imperatore Claudio, nuper defuncto. *Censeo vt D. Claudius, ex hac die Deus fiat: ita, vt ante eum quis optimo iure factus sit: eámque rem ad metamorphoses Ouidij adiiciendam.* q. d. cum Deus, non tam fieri possit ab aliis, quàm è se fit: nouum hoc numen fiat, quo iure cætera similia: id est vano, & fabuloso. Dicatur in sidus, Claudius mutatus, & instar Iulij, Statius. fabulamentis Ouidij, adiiciatur. Statius passim, quot nobiliores animas, & in astra missas credit, tot in astra conuersas prædicat: lib. 1. Sil. 1. fingens ad colosseam statuam Domitiani, consanguineos eius defunctos, noctu aduenturos, subdit.

Ibit in amplexus natus, fraterque, paterque,
Et soror: vna locum ceruix dabit omnibus astris.

Quasi omnes illi defuncti, iam Astra forent. Vnde iterum lib. 5. Sil. 1. de templo, quod augustissimum Genti suæ, Flauiæ scilicet familiæ ipse Domitianus dedicauit, ita. Idem.

——Æterna modo qui sacraria genti
Condidit, inque alio posuit sua sidera cœlo.

Quasi non minus decenter, in hoc alio templi cœlo, quam in illo æthereo, huiuscemodi sidera sacrarentur. Vnde palpator optimus Martialis Martialis. lib. 9. epig. 104. de gestis Domitiani.

Templa Deis, mores populis, dedit otia ferro
Astra suis, cœlo sidera, serta Ioui.

Quia eo ipso, quod animæ illæ astris indantur, adduntur cœlo sidera: nec aliud Poëta voluit, quidquid velint alij.

Dices, videri hæc, contra commune veterum 6.
dogma decertare, putantium illustres animas, in circulo lacteo collocari: de quo multa Cicero in somnio Scipionis, subdens: Tull. *Omnibus qui Patriã conseruarint, adiuuerint, auxerint, certũ esse in cœlo diffinitum locum, vbi beati sempiterno æuo fruantur.* Hoc spatium, lacteus erat circulus, vt ibidem leges. Allusit Manilius lib. 1. Manil. reddens rationem, cur circulus ille clarior splendeat.

An fortes animæ, dignataque nomina cœlo
Corporibus resolutæ suis, terraque remissæ,
Huc migrant ex orbe, suumque habitantia cœlum,
Ætherios viuunt annos.

Et Ausonius Gallus huc alludens. Auson.

Pande viam quæ me, post vincula corporis ægri,
In sublime feram, puri qua lactea cœli
Semita, ventosæ superat vaga lumina Lunæ.
Qua proceres abiere pij.

Vnde salsus ille visus D. Hieronymi epistol. 24. D. Hieron. *Nescio de quo ethnico defuncto. Nunc desolatus & nudus, non in lacteo cœli palatio, vt vxor mentitur infelix, sed in sordentibus tenebris continetur.* Respondeo tamen facile, putasse ex opinione Democrati, Democr. lacteum circulum, nihil esse aliud, quam innumeras stellas in vnum coëuntes: imo idem visus sentire Cicero citatus, qui de hoc lacteo circulo ita: Tullius. *Excelso, & pleno stellarum illustri, & claro quodam loco.* Hæ ergo circuli lactei stellæ, nihil aliud, quam lucentes suorum animæ putarentur. Has tamen animas in ipsa celebritate vulgares, vt ita dicam, illorum opinione, conglobatas puto: nam quas preciosiores habebant, vt illustriori lumine fulgurantes, sic distinctâ, & nobiliori sede collocabant.

Sed parum erat mortalibus, stellas induturos 7.
prædicari, & nobiliori à vulgaribus stellulis sede collocari: abruptior processit, aut Principum ambitio, aut adulatorum palpatio monstrosa: optio etiam illis dabatur, vt quam vellent sedem, eligerent, quibus libuerit astris, adhærerent: quam optarent mundi partem, superno inde lumine gubernarent: imo & totam cœli plagam, aut percurrerent, aut implerent. Vsurpabant nimirum sibi temerario, quod optimo iure Christus: qui Matth. 28. vers. 18. Matt. 28. v. 18. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Claud. in 3. Consul. Honorij, Claudian. adhuc gentilico ritu de Poëseos iure, licet & Imperator certè, & ipse Poëta fortè esset, Christianus.

Machina

Machina laxatur cœli, rutilaque patescunt
Sponte fores: arctoa parat conuexa Bootes:
Australes reserat portas succinctus Orion
Inuitántque nouum sidus, pendéntque vicissim
Quas partes velit ille sequi, quibus esse sodalis
Dignetur stellis, aut qua regione moueri.

Lucan. Loquitur de Theodosio defuncto. Lucanus lib. 1. ad Neronem, à quo postea condigna, ingentis mendacij, præmia tulit, mortem.

——Te cum statione peracta
Astra petes serus, prælati Regia cœli
Excipiet gaudente polo: seu sceptra tenere:
Seu te flammiferos Phœbi transcendere currus,
Tellurémque nihil, mutato sole, timentem,
Igne vago lustrare iuuat. tibi numine ab omni
Cedetur, iuréque tuo natura relinquet,
Quis Deus esse velis vbi regnum ponere mundi.

Statius. Statius 1. Theb. ad Domit.

——Túque, ô Latiæ Decus addite famæ,
Quem noua maturi subeuntem exorsa Parentis,
Æternum sibi Roma cupit, licet arctior omnes
Limes agat stellas, & te plaga lucida cœli
Pleiadum Boreæque, & hiulci fulminis expers,
Sollicitet.

Val. Flac. Tandem Valerius Flaccus lib. 1. Argon. ad Vespasianum.

Ille tibi cultúsque Deum, delubráque genti
Instituet, cum iam genitor lucebit ab omni
Parte Poli. neque enim Tyrias Cynosura carinas
Certior, aut Graiis Helice seruanda magistris:
Seu tu signa dabis, seu te Duce Græcia mittet,
Et Sidon, Nilusque rates.

Virgil. Qui omnes adhæsere Virgilio, qui l. Georg. post innumeras Diuinitatis optiones factas Augusto, de siderea ad rem nostram ita.

An ne nouum, tardis sidus, te mensibus addas
Qua locus Erigonem inter, cheláfque sequentes
Panditur, ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli iusta plus parte relinquit.

De hoc fortasse plura, tute inueneris.

8\. Contulit non parum impiæ credulitati, nugacémque superstitionem auxit vehementer: quod aliquando in aliquorum, maximè Principum, obitu, iubente Deo, (aut machinatori dæmoni, permittente,) oriretur Cometa, vt solet in signum: quem delusus populus deinde, abutens rebus, defuncti animam, in sidus iam transformatam credebat, & adorabat. Suetonius cap. 88. de Iulio Cæsare. *In Deorum numerum relatus est, non ore modo decernentium, sed & persuasione vulgi: siquidem ludis, quos primo consecratos ei hæres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos effulsit, exoriens circa vndecimam horam; creditumque est animam esse Cæsaris, in cælum recepti. Et hac de causa, simulacro eius in vertice, additur stella.* Hinc obiter explicabis Valerium Max. lib. 1. cap. 1. ad Tiberium: ergo in Prologo ita. *Cetera diuinitas opinione colligitur: tua, præsenti fide, paterno, auitóque sideri par videtur: quorum eximio fulgore, multum ceremoniis nostris, inclyta claritatis accessit. Deos enim reliquos accepimus Cæsares dedimus.* Intelligit Iulium, & Augustum quos per adoptionem, Auum & Patrem respiciebat Tiberius. Atqui inquis, nihil de paterno sidere, hoc est Augusto, in astrum verso, legimus: quid ergo? nimirum quia Augustus, consecratus est, & Deus habitus, vt nosti: vult palpator Valerius, necessario in sidus, fuisse commutatum. Sed redeo ad apparentem Cometam. Sacrauit Adrianus, & condignum Deorum suorum albo, adscripsit Antinoum, turpissimum Cinædum, masculum prostibulum: vtque diuinitatis credulitas inolesceret, nihil habuit prius, quam fingere apparuisse sibi nouam stellam, & illam absque dubio esse, in quam Antinous fuerat transformatus.

Sueton.

Val. Max.

Dio Cassius ibi, in eius vitâ, de Antinoi Apotheosi. *Quo loco is appetiit, vrbem conditam ab eo denominauit. Eius statuas, per vniuersum orbem terrarum, atque etiam effigies erexit. Stellam denique à se visam aiebat, qua Antinoi foret: eosque perlibenter audiebat, qui familiarius secum viuebant, quoties talia fabularentur, ex Antinoi spiritu, verè stellam natam, qua tunc primum apparuisset.* Propterea Claudianus, Cometam Honorij tempore prodeuntem, auidus arripit, & hinc interpretatur. Igitur in 4. Cons. ita. Dio Cass. Claudian.

Visa etiam medio, populis mirantibus audax
Stella die, dubitanda nitet, nec crine retuso
Languida, sed quantus numeratur nocte Bootes;
Emicuitque plagis, alieni temporis hospes
Ignis: & agnosci potuit, cum Luna lateret.
Siue Parens Augusta fuit, seu forte reluxit
Diuus Auus.

Loquitur, vt iam notaui, iure suo Poëta, apud Christianos Imperatores, ritu gentilico.

Ex hoc affectu, quo sibi astrorum conditionem Principes appetebant, ortum puto, vt viuentes adhuc, aut videri, aut saltem appellari sidera gestient. Chrysolog. serm. 120. de Regibus Persarum. *Varias velut siderum sumunt species, vt hominis perdant figuram, & nihil supernæ claritatis acquirant.* Dedi nonnulla quæ huc faciant cap. 1. supra. Augustus certè ad minus, vt sideream iactaret consanguinitatem, Iulij sui sidus in vertice gestabat. Virgil. 8. Æneid. 9. D.P.Chrys.

Virgil.

——Geminas cui tempora flammas
Læta vomunt, patrium aperitur vertice sidus.

Vbi Seruius post multa ad hanc rem. *Augustus omnibus statuis, quas ob diuinitatem Cæsari statuit, hanc stellam adiecit, ipse vero Augustus, in honorem Patris, stellam in galea cœpit habere depictam.* Vide ibi Cerdam, vbi multa de radiato Capite Imperatorum: & Dempsterum in Parap. ad lib. 2. c. 28. Ros. omnia enim illa possum explicare, non solum de diuinitate, vtcunque: sed magis de siderea quam pono conditione. Do tantum illud Flori lib. 4. cap. 2. de Iulio adhuc in viuis. *Itaque non ingratis ciuibus, omnes in vnum Principem: circa templa imagines, in theatro distincta radiis corona, suggestus in curia, fastigium in domo, mensis in cœlo.* Id inde coniecto, quia in apotheosi, qua Imperatores mortuos, Deorum albo adnumerabant, radiatæ coronæ (quam vt alij notant instar numinum, illis apponebant, de quo multa Dempsterus citatus ad lib. 1. c. 13. licet non semper ad rem) stellas etiam additas obseruo. Lucanus de Pompeio sacrando lib. 8. Seru. Cerda. Dempst. Flor. Dempst. Lucan.

Fulminibus Manes radiis, ornabit & astris.

Extat numus apud Rader. ad Mart. lib. 4. epig. 3. in quo puer Domitiani filius, cœlesti globo insidens, & stellis cinctus cernitur. Quo scilicet, aliquid sideream mortuis necessario attribuitur: quod viuentes adhuc vt dixi, simili apparatu affectabant. Rader.

Dixi, appellari etiam sidera cupiisse: non fallo. Ouid. 2. Trist. ad Augustum. 10. Ouid.

Vt faciántque tui, sidus iuuenile, nepotes,
Per tua, pérque tui facta parentis, eant.

Sic etiam Seneca in Octauia extinctum Britannicum, sidus orbis, dum viueret, appellauit. Senec.

Tu

——Tu quoque extinctus iacet
Deflende nobis semper, infœlix puer,
Modo sidus orbis, culmen augusta domus
Britanice.

Sueton. Pulchrè Sueton. cap. 13. de Caligula Romam ingrediente. *Inter altaria, & victimas, ardentésque tadas, densissimo & latissimo obuiorum agmine incessit: super fausta omnia, sidus, & pullum: & puppum, & alumnum appellantium.* Hinc etiam possunt explicari illa, quibus, de his talibus sidereum aliquid commendatur: vt non solum pulchritudinis,
Claudian. sed etiam diuinitatis palpatio misceatur. Claud. in Epithal. Honot. *siderea proles Sereno.* Et de laudibus eiusdem Serenæ: *sidereas vlnas.* Quod passim apud Auctores adnotabis.

11. Ad calcem noto, quandoque hanc, si fas est dicere, siderationem, ab ipsis palpatoribus irrideri. Sarcasmus est, & ingens rugati nasi suspensio, id
Statius. quod de Claudio sacrato dixit Statius, in lachrymis Hetrusci,

Non tum stelligerum senior demissus in axem,
Claudius.

Nam quem astris insertum, siue ad astra missum, si serio loqueretur, dicturus erat, hunc *demissum* dixit: quo deridens ad inferos detrusum significa-
Iuuenal. ret. Quem imitatus Iuuenalis, de eodem Claudio dixit: *Cælum descendere iussus*: cum eius Apotheosim celebraret. Totus, quotus est, libellus ille Senecæ venustissimus, qui ludus de morte Claudij inscribitur, huc collimat. Vnde non audiendus
Cruc. Cruc. qui ab Statio amouet iocum, & sarcasmum: serióque ab Statio dici Claudium, demissum in axem stelligerum, quia ad Elyseos campos fælix descendisse prædicatur: de Elysiis autem dixit Virgil. *Suumque solem, sua sidera norunt.* Æneid. 6. posset & de his Eliseis sideribus adducere Claud. 2. de rap. & alios. Sed frustra, neque audiendus vt dixi: licet enim Eliseis sua vtcunque sidera darentur: tamen nec pueris ignotum est, Apotheoses, non inferis Elyseis, sed superis astris, animas destinasse. Idque falsè in Claudio ridet Poëta. Sed neque solum Poëta, quin ipse sacraror Cæsar Ne-
Plin. ro, id irrisit. Plinius in Paneg. ad Traianum. *Dicauit cælo Tiberius Augustum, sed vt maiestatis numen induceret: Claudium Nero, sed vt irrideret: Vespasianum Titus, Domitianum Titum, sed ille vt Dei filius, hic vt frater videretur.* perperam enim aliqui legunt, *Claudium Nero, vt inuideret.* Ipse se explicat Plinius, qui addit. *Tu sideribus Patrem intulisti, non ad metum ciuium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, sed quia Deum credis.* Vbi suo ordine respondet tribus prioribus, metum ciuium Tiberio attribuens: Deorum contumeliam Neroni: honorem affectatum, Tito, & Domitiano; quæ autem alia numinum contumelia, quam quæ per irrisionem, illis nouum & ridiculum numen obtrudebat?

12. Ex quibus omnibus explicabis vberius illud
Sap. 13 v. 2. Sap. 13. vers. 2. vbi inter varios gentium errores di-
Soph 1. v. 5. citur: *Aut gyrum stellarum, &c. adorabant.* Sic Sophonias 1. v. 5. *qui adorant super tecta, militiam Cæli.*
Amos 5. v. 26. Amos cap. 5. v. 26. *Et portastis tabernaculum Moloch vestro: & imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei*
Act. 7. v. 43. *vestri, quæ fecistis vobis.* Cui loco alluditur Act. 7. v. 43. *Et suscepistis Tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rempham: figuras quas fecistis, adorare eas.*
D. P. Chrys. Allusit ad hoc impietatis genus Chrysol. serm. 5. ad illa verba Prodigi Luc. 15. *Pater peccaui in cælum & coram te.* Vbi ita de populo gentili. *Peccauit in cælum, dum in cælo Solem, Lunam, sidera, Deos esse blasphemat.* Et iterum sermone 146. ad illud de
Magis Matth. 2. vers. 3. *Vidimus stellam eius in Oriente, &c.* Sic scribit. *Scilicet ab Oriente, in Orientem veniunt Magi, vt susciperet venientes ipse, qui iusserat, vt venirent, &c. quando vnum Deum, sine Deo, Chaldæus adoraret in terra: qui in cælo Diis totidem, quot sideribus seruiebat.* Passim de eadem re apud SS. Patres, plura leges. Et fortassè huc allusit Daniel cap. 12. vers. 3. *Qui autem docti fuerint,* Dan. 12. v. 3.
fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella, in perpetuas æternitates. Quasi dicat Deus. Quid falsâ opinione delusi, sidereæ conditioni anhelant impij? quid sibi splendentem naturam, detrudendi ad inferos, mentiuntur? Iusti solummodo mei verè, si minus ignobiliori siderum naturâ, illorum tamen splendore donabuntur. Isaias cap. 14. vbi Baltasar, *lucifer* irridetur: ad quem locum totum Politicorum Isai. 14.
nostrorum opus, destinamus, breuissimè si Deo placet absoluendum.

CAPVT XV.

Cornua, quibus in insigne.

PERIOCHA.

1. *Discutitur locus Dan. c. 8. v. 20.*
2. *Loci prædicti difficultas.*
3. *Reges Persarum Cornibus, & arietino capite insigniti.*
4. *Cornu, Regiæ potestatis insigne.*
5. *Persæ, à Scythis, Bacchum forte colentes. Aurea Bacchi cornua Mythra taurum torquet.*
6. *Alexander lasciuus, ideo Hircus: Bicornis aries dictus, & quare.*
7. *Ptolomæus Philadelphus, cur Alexandro cornu aureum consecrarit.*
8. *De cornuta Moysis facie, vt habetur Exod. 34 v. 29.*
9. *Hieronymi, & vulgatæ editionis auctoritas propugnatur.*
10. *Cornua, de radiis optimè explicantur.*
11. *Infælicis meriti, de vxore mæchante, cornua, an Latinis, vel Græcis dicerentur.*

GERIT se ipsemet Angelus, interpretem, 1.
cornuti illius arietis, & Hirci, insigne cornu inter oculos gerentis: quos vidit Daniel cap. 8. Dan. 8.
dum ait: *Aries quem vidisti habere cornua, Rex Medorum est, atque Persarum: Porro Hircus caprarum, Rex Græcorum est: & cornu grande, quod erat inter oculos eius, ipse est Rex primus* v. 20. & 21. Et tamen ipse v. 20.
Diuinus Interpres, humanos adhuc interpretes desiderat, & hos sedulos. Exhausit pene omnia, quæ Veteres de hoc loco, quæque recentiores alij, noster Antonius Fernandez ibi, visione 25. à sect. 2. Anton.
post quem etiam noster Sanchez nonnulla attigit. Fernand.
Nihil ab vtroque transcribo: solummodo cum pluribus, & maximè cum Sanchez, non solum Sanchez.
Darium Persam, & Græcum Alexandrum, in Ariete & Hirco designatos: sed etiam eorumdem imperia,
&

& Monarchias, ex parte effigiaras: hic suppono. Nunc, quid noui, fortassè non improbabile con-
2. iectauerim, explicabo.

Cur ex bicornibus animalibus, Aries potius, quam Taurus, & similes aliæ bestiæ, quadrupedes, Dario, eiúsque regno exprimendis vsurperur, pulchrè ab aliis disce explicatum. Non tamen puto caret sacramento, quod non multicorne aliquod animal, (vt infrà de Hirco, cui quatuor accrescunt cornua & de bestia Apocalypseos, cui decem ingeruntur) sed bicorne, solummodo huc afferatur. Nec effugies si dicas, Persicum, Medicumque regnum, solummodo voluisse Prophetam denotare: cæteris regnis siue Prouinciis, vtpote minoribus, silentio prætermissis: cur enim non istæ, minoribus adiunctis cornibus signarentur? certè in sacro textu, Regibus aut regnis, potentiâ & magnitudine disparibus significandis, vni bestiæ, multa & disparia cornua dari solent: vt patet ex
Ibid. c.7.v.8. hoc cap. vers. 9. & ex cap. 7. v. 8. immo & ipse noster aries supra, alterum, altero cornu gerit excelsius, & grandius, vt discrimen Persiæ, a Media exprimeret. Non ergo abs te, minora quædam cornua gereret: nisi in bicorni figura aliquid significantius exprimeretur: vnde aptius Persarum Princeps, eiusque Monarchia, nobis veniret intelligenda. Et quid illud inquis? nimirum Persæ Monarchæ, aurea duo gemmatáque cornua ad caput, in supremæ dignitatis insigne gestare solebant: immo & quandoque, pretiosum arietini capitis figmentum, in gloriæ pom-
2. pam, capiti imponebant. Vnde ergo aptius, quam per bicornem bestiam, & maximè per arietem, exprimerentur? hoc si verum, nónne germane locum dixeris explicatum? ac est verissimum.

3. Huc allusit D. Petrus Chrysologus serm. 120.
D.P.Chrys. *Persarum Reges*, &c. *nunc radiato capite, ne sint homines, Solis resident in figurâ; nunc impositis sibi cornibus, quasi viros se esse doleant effeminantur in Lunam.* Scommatica, ni fallor est, S. Doctoris interpretatio, fortè enim illis cornibus, non tam Lunam exprimere, quàm potestatis suæ insigne solitum, ostentare Persæ Principes intendebant: quia tamen bicornium animalium frontes, Lunatas dicimus; meritò hæc cornua, ad effæminationem Lunæ detorquens, irridet Chrysologus. Amianus Marcel. lib. 19. de Persarum Re-
Amian. Marcel. ge. *Cúmque aurora surgeret, vniuersa qua videri poterant, armis stellantibus corruscabant: at ferrens equitatus campos opplebat, & colles. Insidens autem equo ante alios celsior ipse praeibat agminibus cunctis. Aureum capitis arietini figmentum, interstinctum lapillis, pro diademate gestans.* Quomodo igitur ænigmate prophetico, aptius hic Monarcha exprimeretur: quam dum *cornutus aries* appellatur? certè vt Iere-
Ierem.25. v.38. mias cap. 25. vers. 38. Columbam, pro Rege, & Assyriorum populo, posuit: quia columba, horum insigne erat, vt nosti: *a facie ira co-*
C.50. v.16. *lumba*: & cap. 50. vers. 16. *à facie gladij columba*: vt plures volunt Interpretes: non video, cur aries Persarum stemma, pro principe, eiúsque populo, non ponatur. Sic hodie, *Hispanus leo* dicitur ab eâdem causa: Catholico Regi, & populo designando.

4. Cur autem Persæ Principes, in maiestatis Regiæ insigne, cornua gererent: non difficile inuestigare: cum in vtraque pagina, Cornu passim pro regno vsurpetur, vt nosti. In re admodum tritâ, minus vulgo obsolescit locus ille D. Basilij Seleuci orat. contra Iudæos, D.Basil.
de aduentu Christi, in Ierusalem. Τόπον τινὰ Seleuc.
ἐκτὸς ὄντα τῆς περιτειχίσματος, ὃν ἐκάλουν κρανίου τόπον: ἐν ᾧ ἔτεκέ τις γυνὴ, παιδίον ἔχον κέρατα. Ἀφ' οὗ συμβόλου ἔφασάν τινες, βασιλικὸν οἶκον, ἐκεῖ ποτε ἔσεσθαι: ὅπερ καὶ ἐξέβη. *Locum quendam extra pomerium fuisse, qui caluaria locus appellabatur: in quo quadam mulier peperit puerum cornua habentem. Ex quo symbolo quidam coniectantes dixerunt, quandoque in illo loco, regiam domum erigendam: quod & euenit.* Vbi plura de Christo Domino Regum Rege ibi crucifixo: & in cuius honorem, postea templum ibi erectum fuit. Affert ibi Interpres, illud è Roma- Claud.
na historia, quo enim tempore natus fuit Al- noster.
binus Claudius, editus dicitur à vaccâ albus vitulus, *purpureis cornibus* insignis: idque puero, imperatoriam maiestatem portendisse, vates asseruerunt. Neque solum Persæ, sed & alij Principes, cornua, pro Regio insigni vsurparunt. Plutarchus de Pyrrho Epirotarum Re- Plutarch.
ge. *Pyrrhus stabat detracta casside, ac rursus eam capiti imponebat: vt insigne hircinorum cornuum nosceretur.* Quem cum aliis, dedit Alexander Alex Neap.
Neapol. lib. 1. cap. 20. & iterum eodem lib.
cap. 28. de Ægyptiis regibus ita. *Ægyptiis au-* Idem.
tem regibus, nunc Leonis, nunc Tauri, nunc Draconis effictâ imaginem: ignem arboremque effictam, supra caput gerere: principatus, & Regij dominatus, insignia fuere. Vbi inter cætera, etiam cornutum Taurum legis. Vide ibi Ti- Tiraq.
taquell.

Sed possunt Persæ cornua vsurpantes, de priua- 5.
tis aliis coniectutis, aliter explicari. Persas Parthósque (quos eosdem esse, mille locis Auctorum comprobari, norunt omnes; videndus Serarius Serar.
in Machab. Cui adde Trebell. Pol. in Valeriano: Treb.Pol.
& Petrum Damian. lib. 7. epistol. 5.) è Scythis D.P.Dam.
ortos esse scimus. Ideo Tertull. lib. de Pol. cap. 2. Tibull.
Scytha exuberant Persas. Id est, Persæ è Scythis prouenerunt; & lib. de Anima. *Gloriosi quique* Idem.
occupant terras, vt Scytha, Parthicas. Quis autem nesciat, Scythas vinosos, & Baccho deditos? Dedit multa Athenæus lib. 10. cap. 8. nec minus, Athen.
ab his ortos Persas, vino deditos legimus passim. Fortassè ergo & Bacchum præcipuè adorabant, cum autem Bacchus (de quo supra paginam impleui) cornuta facie coleretur: potuere Persarum Reges, Dei sui insignia sibi vsurpare: nam & Bacchi cornua, aurea etiam, & formosa fuisse, disco ex Statio lib. 3. Sil. 3. vbi de Hermo Statius. Idem.
fluuio aurum stagnante.

——*Quò Lydius intrat*
Bacchus, & aurato reficit sua cornua limo. Horat.
Horat. lib. 2. Oda 19.
Te vidit insons Cerberus, aureo
Cornu decorum.

Neque obstat si dixeris, Persas, vnum solem solitos adorare: nam & sol, ipsissimus erat Liber pater, siue Bacchus. Vide Virgil. Interpretes ad Virgil.
illud 1. Georg.

——*Vos ô clarissima mundi*
Lumina, labentem cælo qua ducitis annum:
Liber, & alma Ceres.

 E Hos

——Tu quoque extinctus iaces
Destinde nobis semper, infœlix puer,
Modo sidus orbis, culmen augusta domus
Britanice.

[Syeton.] Pulchrè Sueton. cap. 13. de Caligula Romam ingrediente. *Inter altaria, & victimas, ardentésque tædas, densissimo & latissimo obuiorum agmine incessit: super fausta omnia, sidus, & pullum: & puppum, & alumnum appellantium.* Hinc etiam possunt explicari illa, quibus, de his talibus sidereum aliquid commendatur: vt non solum pulchritudinis, [Claudian.] sed etiam diuinitatis palpario misceatur. Claud. in Epithal. Honor. *siderea proles Serena.* Et de laudibus eiusdem Serenæ: *sidereas vlnas.* Quod passim apud Auctores adnotabis.

11. Ad calcem noto, quandoque hanc, si fas est dicere, siderationem, ab ipsis palparoribus irrideri. Sarcasmus est, & ingens rugari nasi suspensio, id [Statius.] quod de Claudio sacrato dixit Statius, in lachrymis Hetrusci,

Non-ium stelligerum senior demissus in axem,
Claudius.

Nam quem astris insertum, siue ad astra missum, si serio loqueretur, dicturus erat, hunc *demissum* dixit: quo deridens ad inferos detrusum significa- [Iuuenal.] ret. Quem imitatus Iuuenalis, de eodem Claudio dixit: *Cœlum descendere iussus*: cum eius Apotheosim celebraret. Totus, quotus est, libellus ille Senecæ venustissimus, qui ludus de morte Claudij inscribitur, huc collimat. Vnde non audiendus [Cruc.] Cruc. qui ab Statio amouet iocum, & sarcasmum: serióque ab Statio dici Claudium, demissum in axem stelligerum, quia ad Elyseos campos fælix descendisse prædicatur: de Elysiis autem dixit Virgil. *Suumque solem, sua sidera norunt.* Æneid. 6. posset & de his Eliseis sideribus adducere Claud. 2. de rap. & alios. Sed frustra, neque audiendus vt dixi: licet enim Eliseis sua vtcunque sidera darentur: tamen nec pueris ignotum est, Apotheoses, non inferis Elyseis, sed superis astris, animas destinasse. Idque falsè in Claudio ridet Poëta. Sed neque solum Poëta, quin ipse sacrator Cæsar Ne- [Plin.] ro, id irrisit. Plinius in Paneg. ad Traianum. *Dicauit cœlo Tiberius Augustum, sed vt maiestatis numen induceret: Claudium Nero, sed vt irrideret: Vespasianum Titus, Domitianum Titum, sed ille vt Dei filius, hic vt frater videretur.* perperam enim aliqui legunt, *Claudium Nero, vt inuideret.* Ipse se explicat Plinius, qui addit. *Tu sideribus Patrem intulisti, non ad metum ciuium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, sed quia Deum credis.* Vbi suo ordine respondet tribus prioribus, metum ciuium Tiberio attribuens: Deorum contumeliam Neroni: honorem affectatum, Tito, & Domitiano; quæ autem alia numinum contumelia, quam quæ per irrisionem, illis nouum & ridiculum numen obtrudebar?

12. Ex quibus omnibus explicabis vberius illud [Sap. 13 v. 2.] Sap. 13. vers. 2. vbi inter varios gentium errores di- [Soph 1. v. 5.] citur: *Aut gyrum stellarum, &c. adorabant.* Sic Sophonias 1. v. 5. *qui adorant super tecta, militiam Cœli.* [Amos 5. v. 26.] Amos cap. 5. v. 26. *Et portastis tabernaculum Moloch vestro: & imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei* [Act. 7. v. 43.] *vestri, quæ fecistis vobis.* Cui loco alluditur Act. 7. v. 43. *Et suscepistis Tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rempham: figuras quas fecistis, adorare eas.* [D. P. Chrys.] Allusit ad hoc impietatis genus Chrysol. serm. 5. ad illa verba Prodigi Luc. 15. *Pater peccaui in cœlum & coram te.* Vbi ita de populo gentili. *Peccauit in cœlum, dum in cœlo Solem, Lunam, sidera, Deos esse blasphemat.* Et iterum sermone 146. ad illud de [Idem.] Magis Matth. 2. vers. 3. *Vidimus stellam eius in Oriente, &c.* Sic scribit. *Scilicet ab Oriente, in Orientem veniunt Magi, vt susciperet venientes ipse, qui iusserat, vt venirent, &c. quando vnum Deum, sine Deo, Chaldæus adoraret in terra: qui in cœlo Dis totidem, quot sideribus seruiebat.* Passim de eadem re apud SS. Patres, plura leges. Et fortassè huc al- [Dan. 12. v. 3.] lusit Daniel cap. 12. vers. 3. *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella, in perpetuas æternitates.* Quasi dicat Deus. Quid falsâ opinione delusi, sidereæ conditioni anhelant impij? quid sibi splendentem naturam, detrudendi ad inferos, mentiuntur? Iusti solummodo mei verè, si minus ignobiliori siderum naturâ, illorum tamen splen- [Isai. 14.] dore donabuntur. Isaias cap. 14. vbi Baltasar, *lucifer* irridetur: ad quem locum totum Politicorum nostrorum opus, destinamus, breuissimè si Deo placer absoluendum.

CAPVT XV.

Cornua, quibus in insigne.

PERIOCHA.

1. *Discutitur locus Dan. c. 8. v. 20.*
2. *Loci prædicti difficultas.*
3. *Reges Persarum Cornibus, & arietino capite insigniti.*
4. *Cornu, Regia potestatis insigne.*
5. *Persæ, à Scythis, Bacchum forte colentes. Aurea Bacchi cornua. Mythra taurum torquet.*
6. *Alexander lascivus, ideo Hircus: Bicornis aries dictus, & quare.*
7. *Ptolomæus Philadelphus, cur Alexandro cornu aureum consecrarit.*
8. *De cornuta Moysis facie, vt habetur Exod. 34 v. 29.*
9. *Hieronymi, & vulgatæ editionis auctoritas propugnatur.*
10. *Cornua, de radiis optimè explicantur.*
11. *Infœlicis meriti, de vxore mœchante, cornua, an Latinis, vel Græcis dicerentur.*

GERIT se ipsemet Angelus, interpretem, 1. cornuti illius arietis, & Hirci, insigne cornu inter oculos gerentis: quos vidit Daniel cap. 8. [Dan. 8. v. 20.] dum ait: *Aries quem vidisti habere cornua, Rex Medorum est, atque Persarum: Porro Hircus caprarum, Rex Græcorum est: & cornu grande, quod erat inter oculos eius, ipse est Rex primus* v. 20. & 21. Et tamen ipse Diuinus Interpres, humanos adhuc interpretes desiderat, & hos sedulos. Exhausit pene omnia, quæ Veteres de hoc loco, quæque recentiores alij, no- [Anton. Fernand.] ster Antonius Fernandez ibi, visione 25. à sect. 2. post quem etiam noster Sanchez nonnulla attigit. Nihil ab vtroque transcribo: solummodo cum [Sanchez.] pluribus, & maximè cum Sanchez, non solum Darium Persam, & Græcum Alexandrum, in Ariete & Hirco designatos: sed etiam eorumdem imperia,

&

& Monarchias, ex parte effigiatas: hic suppono. Nunc, quid noui, fortasse non improbabile coniectanenm, explicabo.

2. Cur ex bicornibus animalibus, Aries potius, quam Taurus,& similes aliæ bestiæ, quadrupedes, Dario, eiusque regno exprimendis vsurpetur, pulchrè ab aliis disce explicatum. Non tamen puto caret sacramento, quod non multicorne aliquod animal, (vt infrà de Hirco,cui quatuor accrescunt cornua & de bestia Apocalypseos, cui decem ingeruntur) sed bicorne, solummodo huc afferatur. Nec effugies si dicas, Persicum, Medicumque regnum, solummodo voluisse Prophetam denotare: cæteris regnis siue Prouinciis, vtpote minoribus, silentio prætermissis: cur enim non istæ, minoribus adiunctis cornibus signarentur? certè in sacro textu, Regibus aut regnis, potentiâ & magnitudine disparibus significandis, vni bestiæ, multa & disparia cornua dari solent: vt patet ex

Ibid. c.7.v.8. hoc cap.vers.9. & ex cap.7. v.8. immo & ipse noster aries supra, alterum, altero cornu gerit excelsius,& grandius, vt discrimen Persæ, a Media exprimeret. Non ergo abs re, minora quædam cornua gereret: nisi in bicorni figura aliquid significantius exprimeretur: vnde aptius Persarum Principes, eiusque Monarchia, nobis veniret intelligenda. Et quid illud inquis? nimirum Persæ Monarchæ, aurea duo gemmaráque cornua ad caput, in supremæ dignitatis insigne gestare solebant: immo & quandoque, pretiosum arietini capitis figmentum, in gloriæ pompam, capiti imponebant. Vnde ergo aptius, quam per bicornem bestiam, & maximè per arietem, exprimerentur? hoc si verum, nónne germane locum dixeris explicatum? at est verissimum.

3. Huc allusit D. Petrus Chrysologus serm. 120.
D.P.Chrys. *Persarum Reges*, &c. *nunc radiate capite, ne sint homines, Solis resident in figurâ; nunc impositis sibi cornibus, quasi viros se esse doleant effæminantur in Lunam.* Scommatica, ni fallor est, S. Doctoris interpretatio, fortè enim illis cornibus, non tam Lunam exprimere,quàm potestatis suæ insigne solitum, ostentare Persæ Principes intendebant: quia tamen bicornium animalium frootes, Lunatas dicimus; meritò hæc cornua, ad effæminationem Lunæ detorquens, irridet Chrysologus. Amianus Marcel. lib. 19. de Persarum Re-

Amian. Marcel. ge. *Cumque aurora surgeret, vainersa qua videri poterant, armis stellantibus coruscabant: at ferreus equitatus campos opplebat, & colles. Insidens autem equo ante alios celsior ipse præibat agminibus cunctis. Aureum capitis arietini figmentum, interstinctum lapillis, pro diademate gestans.* Quomodo igitur ænigmate propherico, aptius hic Monarcha exprimeretur: quam dum *cornutus aries* appellatur? certè vt Iere-
Ierem.25. v.38. mias cap. 25. vers. 38. Columbam, pro Rege, & Assyriorum populo, posuit: quia columba, horum insigne erat, vt nosti: *a facie ira co-*
C.50.v.16. *lamba*: & cap. 50. vers. 16. *à facie gladij columba*: vt plures volunt Interpretes: non video, cur aries Persarum stemma, pro principe, eiusque populo, non ponatur. Sic hodie, *Hispanus leo* dicitur ab eâdem causâ: Catholico Regi, & populo designando.

4. Cur autem Persæ Principes, in maiestatis Regiæ insigne, cornua gererent: non difficile inuestigare: cum in vtraque pagina, Cor-

nu passim pro regno vsupetur, vt nosti. In re admodum tritâ, minus vulgo obsoleuit locus ille D. Basilij Seleuci orat. contra Iudæos, D.Basil.
de aduentu Christi, in Ierusalem. Τόπον τινὰ Seleuc.
ἐκτὸς ὄντα τοῦ περιτειχίσματος, ὃν ἐκάλουν κρανίου τόπον: ἐν ᾧ ἔτεκέ τις γυνὴ, παιδίον ἔχον κέρατα. Ἀφ' οὗ συμβόλου ἔφασάν τινες, βασιλικὸν οἶκον, ἐν τῷ τόπῳ ἔσεσθαι: ὅπερ καὶ ἐγένετο. *Locum quendam extra pomærium fuisse, qui caluaria locus appellabatur: in quo quadam mulier peperit puerum cornua habentem. Ex quo symbolo quidam coniectantes dixerunt, quandoque in illo loco, regiam domum erigendam: quod & euenit.* Vbi pluta de Christo Domino Regum Rege ibi crucifixo: & in cuius honorem, postea templum ibi erectum fuit. Affert ibi Interpres, illud è Roma- Claud.
na historia, quo enim tempore natus fuit Al- nostet.
binus Claudius, editus dicitur à vaccâ albus vitulus, *purpureis cornibus* insignis: idque pueto, imperatoriam maiestatem portendisse, vates asseruerunt. Neque solum Persæ, sed & alij Principes, cornua, pro Regio insigni vsurparunt. Plutarchus de Pyrrho Epirotarum Re- Plutarch.
ge. *Pyrrhus stabat detracta casside, ac rursus eam capiti imponebat: vt insigne hircinorum cornuum nosceretur.* Quem cum aliis, dedit Alexander Alex Neap.
Neapol. lib. 1. cap. 20. & iterum eodem lib. cap. 28. de Ægyptiis regibus ita. *Ægyptiis au-* Idem.
tem regibus, nunc Leonis, nunc Tauri, aunc Draconis effictî imaginem: igaem arboréinque effictam, supra caput gerere: principatus, & Regij dominatus, insignia fuere. Vbi inter cætera, etiam cornutum Taurum legis. Vide ibi Ti- Tiraq.
raquell.

Sed possunt Persæ cornua vsurpantes, de priuatis aliis coniecturis, aliter explicari. Persas Par- 5.
thósque (quos eosdem esse, mille locis Auctorum comprobari, norunt omnes: videndus Setarius Serar.
in Machab. Cui adde Trebell. Pol. in Valeriano: Treb.Pol.
& Petrum Damian. lib. 7. epistol. 5.) è Scythis D.P Dam.
ortos esse scimus. Ideo Tertull. lib. de Pol. cap.2. Tibull.
Scytha exuberant Persas. Id est, Persæ è Scythis prouenerunt: & lib. de Anima. *Gloriosi quique* Idem.
occupant terras, vt Scytha, Parthicas. Quis autem nesciat, Scythas vinosos, & Baccho deditos? Dedit multa Athenæus lib. 10. cap.8. nec minus, Athen.
ab his ortos Persas, vino deditos legimus passim. Fortasse ergo & Bacchum præcipuè adorabant, cum autem Bacchus (de quo supra paginam impleui) cornuta facie coleretur: potuere Persarum Reges, Dei sui insignia sibi vsupare: nam & Bacchi cornua, aurea etiam, & formosa fuisse, disco ex Statio lib. 3. Sil. 3. vbi de Hermo Statius.
fluuio aurum stagnante. Idem.

——Quò Lydius iatrat
Bacchus, & aurato reficit sua cornua limo.
Horat.lib.2.Oda 19. Horat.
Te vidit insons Cerberus, aureo
Cornu decorum.

Neque obstat si dixeris, Persas, vnum solem solitos adorare: nam & sol, ipsissimus erat Liber pater, siue Bacchus. Vide Virgil. Interpretes ad Virgil.
illud 1. Georg.

——Vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo qua ducitis annum:
Liber, & alma Ceres.

 E Hæc

——Tu quoque extinctus iaces
Deflende nobis semper, infælix puer,
Modo sidus orbis, culmen augusta domus
Britanice.

Sueton. Pulchrè Sueton. cap. 13. de Caligula Romam ingrediente. *Inter altaria, & victimas, ardentésque tædas, densissimo & latissimo obuiorum agmine incessit: super fausta omnia, sidus, & pullum: & puppum, & alumnum appellantium.* Hinc etiam possunt explicari illa, quibus, de his ralibus sidereum aliquid commendatur: vt non solum pulchritudinis,
Claudian. sed etiam diuinitatis palpatio misceatur. Claud. in Epithal. Honor. *siderea proles Serena.* Et de laudibus eiusdem Serenæ: *sidereas vlnas.* Quod passim apud Auctores adnotabis.

11. Ad calcem noto, quandoque hanc, si fas est dicere, siderationem, ab ipsis palpatoribus irrideri. Sarcasmus est, & ingens rugati nasi suspensio, id
Statius. quod de Claudio sacrato dixit Statius, in lachrymis Hetrusci,

Nondum stelligerum senior demissus in axem,
Claudius.

Nam quem astris insertum, siue ad astra missum, si serio loqueretur, dicturus erat, hunc *demissum* dixit: quo deridens ad inferos detrusum significa-
Iuuenal. ret. Quem imitatus Iuuenalis, de eodem Claudio dixit: *Cælum descendere iussus*: cum eius Apotheosim celebraret. Totus, quotus est, libellus ille Senecæ venustissimus, qui ludus de morte Claudij inscribitur, huc collimat. Vnde non audiendus
Cruc. Cruc. qui ab Statio amouet iocum, & sarcasmum: serióque ab Statio dici Claudium, demissum in axem stelligerum, quia ad Elyseos campos fælix descendisse prædicatur: de Elysiis autem dixit Virgil. *Suumque solem, sua sidera norunt.* Æneid. 6. posset & de his Eliseis sideribus adducere Claud. 2. de rap. & alios. Sed frustra, neque audiendus vt dixi: licet enim Eliseis sua vtcunque sidera darentur: tamen nec pueris ignotum est, Apotheoses, non inferis Elyseis, sed superis astris, animas destinasse. Idque salsè in Claudio ridet Poëta. Sed neque solum Poëta, quin ipse saetator Cæsar Ne-
Plin. ro, id irrisit. Plinius in Paneg. ad Traianum. *Dicauit cælo Tiberius Augustum, sed vt maiestatis numen induceret: Claudium Nero, sed vt irrideret: Vespasianum Titus, Domitianum Titum, sed ille vt Dei filius, hic vt frater videretur.* perperam enim aliqui legunt, *Claudium Nero, vt inuideret.* Ipse se explicat Plinius, qui addit. *Tu sideribus Patrem intulisti, non ad metum ciuium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, sed quia Deum credis.* Vbi suo ordine respondet tribus prioribus, metum ciuium Tiberio atrribuens: Deorum contumeliam Neroni: honorem affectatum, Tito, & Domitiano; quæ autem alia numinum contumelia, quam quæ per irrisionem, illis nouum & ridiculum numen obtrudebat?

12. Ex quibus omnibus explicabis vberius illud
Sap. 13. v. 2. Sap. 13. vers. 2. vbi inter varios gentium errores di-
Soph. 1. v. 5. citur: *Aut gyrum stellarum, &c. adorabant.* Sic Sophonias 1. v. 5. *qui adorant super tecta, militiam Cæli.*
Amos 5. v. 26. Amos cap. 5. v. 26. *Et portastis tabernaculum Moloch vestro: & imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei*
Act. 7. v. 43. *vestri, quæ fecistis vobis.* Cui loco alluditur Act. 7. v. 43. *Et suscepistis Tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rempham: figuras quas fecistis, adorare eas.*
D. P. Chrys. Allusit ad hoc impietatis genus Chrysol. serm. 5. ad illa verba Prodigi Luc. 15. *Pater peccaui in cælum & coram te.* Vbi ita de populo gentili. *Peccauit in cælum, dum in cælo Solem, Lunam, sidera, Deos esse blasphemat.* Et iterum sermone 146. ad illud de Magis Matth. 2. vers. 3. *Vidimus stellam eius in Oriente, &c.* Sic scribit. *Scilicet ab Oriente, in Orientem veniunt Magi, vt susciperet venientes ipse, qui iusserat, vt venirent, &c. quando vnum Deum, sine Deo, Chaldæus adoraret in terra: qui in cælo Dijs totidem, quot sideribus seruiebat.* Passim de eadem re apud SS. Patres, plura leges. Et fortassè huc al- Idem.
lusit Daniel cap. 12. vers. 3. *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ, in perpetuas æternitates.* Quasi dicat Deus. Quid falsâ opinione Dan. 12. v. 3.
delusi, sidereæ conditioni anhelant impij? quid sibi splendentem naturam, detrudendi ad inferos, mentiuntur? Iusti solummodo mei verè, si minus ignobiliori siderum naturâ, illorum tamen splendore donabuntur. Isaias cap. 14. vbi Baltasar, *lucifer* irridetur: ad quem locum totum Politicorum Isai. 14.
nostrorum opus, destinamus, breuissimè si Deo placet absoluendum.

CAPVT XV.

Cornua, quibus in insigne.

PERIOCHA.

1. *Discutitur locus Dan. c. 8. v. 20.*
2. *Loci prædicti difficultas.*
3. *Reges Persarum Cornibus, & arietino capite insigniti.*
4. *Cornu, Regiæ potestatis insigne.*
5. *Persæ, à Scythis, Bacchum forte colentes. Aurea Bacchi cornua Mythra taurum torquet.*
6. *Alexander lasciuus, ideo Hircus: Bicornis aries dictus, & quare.*
7. *Ptolomæus Philadelphus, cur Alexandro cornu aureum consecrarit.*
8. *De cornuta Moysis facie, vt habetur Exod. 34 v. 29.*
9. *Hieronymi, & vulgatæ editionis auctoritas propugnatur.*
10. *Cornua, de radiis optimè explicantur.*
11. *Infælicis meriti, de vxore mœchante, cornua, an Latinis, vel Græcis dicerentur.*

GERIT se ipsemet Angelus, interpretem, 1.
cornuti illius arietis, & Hirci, insigne cornu inter oculos gerentis: quos vidit Daniel cap. 8. Dan. 8.
dum ait: *Aries quem vidisti habere cornua, Rex Me-* v. 20.
dorum est, atque Persarum: Porro Hircus caprarum, Rex Græcorum est: & cornu grande, quod erat inter oculos eius, ipse est Rex primus v. 20. & 21. Et tamen ipse Diuinus Interpres, humanos adhuc interpretes desiderat, & hos sedulos. Exhausit pene omnia, quæ Veteres de hoc loco, quæque recentiores alij, no-
ster Antonius Fernandez ibi, visione 25. à sect. 2. Anton.
post quem etiam noster Sanchez nonnulla attigit. Fernand.
Nihil ab vtroque transcribo: solummodo cum
pluribus, & maximè cum Sanchez, non solum Sanchez.
Darium Persam, & Græcum Alexandrum, in Ariete & Hirco designatos: sed etiam eorumdem imperia,
&

& Monarchias, ex parte effigiatas: hic suppono. Nunc, quid noui, fortasse non improbabile coniectauerim,
2. explicabo.

Cur ex bicornibus animalibus, Aries potius, quam Taurus, & similes aliæ bestiæ, quadrupedes, Dario, eiúsque regno exprimendis vsurpetur, pulchrè ab aliis discè explicatum. Non tamen puto caret sacramento, quod non multicorne aliquod animal, (vt infrà de Hirco, cui quatuor accrescunt cornua & de bestia Apocalypseos, cui decem ingeruntur) sed bicorne, solummodo huc afferatur. Nec effugies si dicas, Persicum, Medicumque regnum, solummodo voluisse Propheram denotare: cæteris regnis siue Prouinciis, vtpote minoribus, silentio prætermissis: cur enim non istæ, minoribus adiunctis cornibus signarentur? certè in sacro textu, Regibus aut regnis, potentiâ & magnitudine disparibus significandis, vni bestiæ, multa & disparia cornua dari solent: vt patet ex
Ibid. c.7.v.8. hoc cap. vers. 9. & ex cap. 7. v. 8. immo & ipse noster aries supra, alterum, altero cornu gerit excelsius, & grandius, vt discrimen Persiæ, a Media exprimeret. Non ergo abs re, minora quædam cornua gereret: nisi in bicorni figura aliquid significantius exprimeretur: vnde aptius Persarum Princeps, eiúsque Monarchia, nobis veniret intelligenda. Et quid illud inquis? nimirum Persæ Monarchæ, aurea duo gemmatáque cornua ad caput, in supremæ dignitatis insigne gestare solebant: immo & quandoque, pretiosum arietini capitis figmentum, io gloriæ pom-
2. pam, capiti imponebant. Vnde ergo aptius, quam per bicornem bestiam, & maximè per arietem, exprimerentur? hoc si verum, nónne germane locum dixeris explicatum? at est verissimum.

3. Huc allusit D. Petrus Chrysologus serm. 120.
D.P.Chrys. *Persarum Reges, &c. nunc radiato capite, ne sint homines, Solis resident in figurâ; nunc impositis sibi cornibus, quasi viros se esse doleant effæminantur in Lunam.* Scommatica, ni fallor est, S. Doctoris interpretatio, fortè enim illis cornibus, non tam Lunam exprimere, quàm potestatis suæ insigne solitum, ostentare Persæ Principes intendebant: quia tamen bicornium animalium frontes, Lunatas dicimus; meritò hæc cornua, ad effæminatiooem Lunæ detorquens, irridet Chrysologus. Amianus Marcel. lib. 19. de Persarum Re-
Amian. Marcel. ge. *Cúmque aurora surgeret, vniuersa quæ videri poterant, armis stellantibus coruscabant: at ferreus equitatus campos opplebat, & colles. Insidens autem equo ante alios celsior ipse præibat agminibus cunctis. Aureum capitis arietini figmentum, interstinctum lapillis, pro diademate gestans.* Quomodo igitur ænigmate prophetico, aptius hic Monarcha exprimeretur: quam dum *cornutus aries* appellatur? certè vt Iere-
Ierem.25. v.38. mias cap. 25. vers. 38. Columbam, pro Rege, & Assyriorum populo, posuit: quia columba, horum insigne erat, vt nosti: *a facie iræ co-*
C.50.v.16. *lumbæ:* & cap. 50. vers. 16. *à facie gladij columbæ:* vt plures volunt Interpretes: non video, cur aries Persarum stemma, pro principe, eiúsque populo, non ponatur. Sic hodie, *Hispanus leo* dicitur ab eadem causa: Catholico Regi, & populo designando.

4. Cur autem Persæ Principes, in maiestatis Regiæ insigne, cornua gererent: non difficile inoestigare: cum in vtraque pagina, Cor-

nu passim pro regno vsupetur, vt nosti. In re admodum tritâ, minus vulgo obsolescit locus ille D. Basilij Seleuci orat. contra Iudæos, D.Basil.
de aduentu Christi, in Ierusalem. Τόπον τινὰ Seleuc. ἐκτὸς ὄντα τοῦ περιτειχίσματος, ὃν ἐκάλουν κρανίου τόπον: ἐν ᾧ ἔτεκέ τις γυνὴ, παιδίον ἔχον κέρατα. Ἀφ' οὗ συμβόλου ἔφασάν τινες, βασιλικὸν οἶκον, ἐν τῷ τόπῳ ἐγείρεσθαι: ὅπερ καὶ ἐγένετο. *Locum quendam extra pomarium fuisse, qui caluaria locus appellabatur: In quo quadam mulier peperit puerum cornua habentem. Ex quo symbolo quidam coniectantes dixerunt, quandoque in illo loco, regiam domum erigendam: quod & euenit.* Vbi plura de Christo Domino Regum Rege ibi crucifixo: & in cuius honorem, postea templum ibi erectum fuit. Affert ibi Interpres, illud è Roma- Claud.
na historia, quo enim tempore natus fuit Al- Cæsar.
binus Claudius, editus dicitur à vaccâ albus vitulus, *purpureis cornibus* insignis: idque puero, imperatoriam maiestatem portendisse, vates asseruerunt. Neque solum Persæ, sed & alij Principes, cornua, pro Regio insigni vsurparunt. Plutarchus de Pyrrho Epirotarum Re- Plutarch.
ge. *Pyrrhus stabat detracta casside, ac rursus eam capiti imponebat: vt insigne hircinorum cornuum nosceretur.* Quem cum aliis, dedit Alexander Alex Neap.
Neapol. lib. 1. cap. 20. & iterum eodem lib. cap. 28. de Ægyptiis regibus ita. *Ægyptiis au-* Idem.
tem regibus, nunc Leonis, nunc Tauri, nunc Draconis effictam imaginem: ignem arborémque effictam, supra caput gerere: principatus, & Regij dominatus, insignia fuere. Vbi inter cætera, etiam cornutum Taurum legis. Vide ibi Ti- Tiraq.
raquell.

Sed possunt Persæ cornua vsurpantes, de priua- 5.
tis aliis coniecturis, aliter explicari. Persas Parthósque (quos eosdem esse, mille locis Auctorum comprobari, norunt omnes: videndus Serarius Serar.
in Machab. Cui adde Trebell. Pol. in Valeriano: Treb.Pol.
& Petrum Damian. lib. 7. epistol. 5.) è Scythis D.P.Dam.
ortos esse scimus. Ideo Tertull. lib. de Pol. cap. 2. Tibull.
Scythæ exuberant Persas. Id est, Persæ è Scythis prouenerunt: & lib. de Anima. *Gloriosi quique* Idem.
occupant terras, vt Scythæ, Parthi etc. Quis autem nesciat, Scythas vinosos, & Baccho deditos? Dedit multa Athenæus lib. 10. cap. 8. nec minus, Athen.
ab his ortos Persas, vino deditos legimus passim. Fortasse ergo & Bacchum præcipuè adorabant, cum autem Bacchus (de quo supra paginam impleui) cornuta facie coleretur: potuere Persarum Reges, Dei sui insignia sibi vsupare: nam & Bacchi cornua, aurea etiam, & formosa fuisse, disco ex Statio lib. 3. Sil. 3. vbi de Hermo Statius.
fluuio aurum stagnante. Idem.

——*Quo Lydius intrat*
Bacchus, & aurato reficit sua cornua limo.
Horat. lib. 2. Oda 19. Horat.
Te vidit insons Cerberus, aureo
Cornu decorum.

Neque obstat si dixeris, Persas, vnum solem solitos adorare: nam & sol, ipsissimus erat Liber pater, siue Bacchus. Vide Virgil. Interpretes ad Virgil.
illud 1. Georg.

——*Vos ô clarissima mundi*
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum:
Liber, & alma Ceres.

E Hæc

——Tu quoque extinctus iacet
Deflende nobis semper, infælix puer,
Modo sidus orbis, culmen augusta domus
Britanice.

Sueton. Pulchrè Sueton. cap. 13. de Caligula Romam ingrediente. *Inter altaria, & victimas, ardentésque tædas, densissimo & latissimo obuiorum agmine incessit: super fausta omnia, sidus, & pullum: & puppum, & alumnum appellantium.* Hinc etiam possunt explicari illa, quibus, de his talibus sidereum aliquid commendatur: vt non solum pulchritudinis,
Claudian. sed etiam diuinitatis palpatio misceatur. Claud. in Epithal. Honor. *siderea proles Sereno.* Et de laudibus eiusdem Serenæ: *sidereas vlnas.* Quod passim apud Auctores adnotabis.

11. Ad calcem noto, quandoque hanc, si fas est dicere, siderationem, ab ipsis palpatoribus irrideri. Sarcasmus est, & ingens rugari nasi suspensio, id
Statius. quod de Claudio sacrato dixit Statius, in lachrymis Hetrusci,

Nondum stelligerum senior demissus in axem,
Claudius.

Nam quem astris insertum, siue ad astra missum, si serio loqueretur, dicturus erat, hunc *demissum* dixit: quo deridens ad inferos detrusum significa-
Iuuenal. ret. Quem imitatus Iuuenalis, de eodem Claudio dixit: *Cælum descendere iussus*: cum eius Apotheosim celebraret. Totus, quotus est, libellus ille Senecæ venustissimus, qui ludus de morte Claudij inscribitur, huc collimat. Vnde non audiendus
Cruc. Cruc. qui ab Statio amouet iocum, & sarcasmum: serióque ab Statio dici Claudium, demissum in axem stelligerum, quia ad Elyseos campos fælix descendisse prædicatur: de Elysiis autem dixit Virgil. *Suumque solem, sua sidera norunt.* Æneid. 6. posset & de his Eliseis sideribus adducere Claud. 2. de rap. & alios. Sed frustra, neque audiendus vt dixi: licet enim Eliseis sua vtcunque sidera darentur: tamen nec pueris ignotum est, Apotheoses, non inferis Elyseis, sed superis astris, animas destinasse. Idque falsè in Claudio ridet Poëta. Sed neque solum Poëta, quin ipse sacrator Cæsar Ne-
Plin. ro, id irrisit. Plinius in Paneg. ad Traianum. *Dicauit cælo Tiberius Augustum, sed vt maiestatis numen induceret: Claudium Nero, sed vt irrideret: Vespasianum Titus, Domitianum Titum, sed ille vt Dei filius, hic vt frater videretur.* perperam enim aliqui legunt, *Claudium Nero, vt inuideret.* Ipse se explicat Plinius, qui addit. *Tu sideribus Patrem intulisti, non ad metum ciuium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, sed quia Deum credis.* Vbi suo ordine respondet tribus prioribus, metum ciuium Tiberio attribuens: Deorum contumeliam Neroni: honorem affectarum, Tito, & Domitiano; quæ autem alia numinum contumelia, quam quæ per irrisionem, illis nouum & ridiculum numen obtrudebat?

12. Ex quibus omnibus explicabis vberius illud
Sap. 13. v. 2. Sap. 13. vers. 2. vbi inter varios gentium errores di-
Soph. 1. v. 5. citur: *Aut gyrum stellarum, &c. adorabant.* Sic Sophonias 1. v. 5. *qui adorant super tecta, militiam Cæli.*
Amos 5. v. 26. Amos cap. 5. v. 26. *Et portastis tabernaculum Moloch vestro: & imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei*
Act. 7. v. 43. *vestri, quæ fecistis vobis.* Cui loco alluditur Act. 7. v. 43. *Et suscepistis Tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rempham: figuras quas fecistis, adorare eas.*
D.P.Chrys. Allusit ad hoc impietatis genus Chrysol. serm. 5. ad illa verba Prodigi Luc. 15. *Pater peccaui in cælum & coram te.* Vbi ita de populo gentili. *Peccauit in cælum, dum in cælo Solem, Lunam, sidera, Deos esse blasphemat.* Et iterum sermone 146. ad illud de
Magis Matth. 2. vers. 3. *Vidimus stellam eius in Oriente, &c.* Sic scribit. *Scilicet ab Oriente, in Orientem veniunt Magi, vt susciperet venientes ipse, qui iusserat, vt venirent, &c. quando vnum Deum, sine Deo, Chaldæus adoraret in terra: qui in cælo Deus totidem, quot sideribus seruiebat.* Passim de eadem re apud SS. Patres, plura leges. Et fortassè huc al-
lusit Daniel cap. 12. vers. 3. *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ, in perpetuas æternitates.* Quasi dicat Deus. Quid falsâ opinione delusi, sidereæ conditioni anhelant impij? quid sibi splendentem naturam, detrudendi ad inferos, mentiuntur? Iusti solummodo mei verè, si minus ignobiliori siderum naturâ, illorum tamen splen-
dore donabuntur. Isaias cap. 14. vbi Baltasar, *lucifer* irridetur: ad quem locum totum Politicorum nostrorum opus, destinamus, breuissimè si Deo placet absoluendum.

Idem. Dan. 12. v. 3. Isai. 14.

CAPVT XV.

Cornua, quibus in insigne.

PERIOCHA.

1. *Discutitur locus Dan. c. 8. v. 20.*
2. *Loci prædicti difficultas.*
3. *Reges Persarum Cornibus, & arietino capite insigniti.*
4. *Cornu, Regiæ potestatis insigne.*
5. *Persæ, à Scythis, Bacchum forte colentes. Aurea Bacchi cornua Mythra taurum torquet.*
6. *Alexander lasciuus, ideo Hircus: Bicornis aries dictus, & quare.*
7. *Ptolomæus Philadelphus, cur Alexandro cornu aureum consecrarit.*
8. *De cornuta Moysis facie, vt habetur Exod. 34. v. 29.*
9. *Hieronymi, & vulgatæ editionis auctoritas propugnatur.*
10. *Cornua, de radiis optimè explicantur.*
11. *Infælicis mariti, de vxore mœchante, cornua, an Latinis, vel Græcis dicerentur.*

GERIT se ipsemet Angelus, interpretem, 1.
cornuti illius arietis, & Hirci, insigne cornu inter oculos gerentis: quos vidit Daniel cap. 8. Dan. 8.
dum ait: *Aries quem vidisti habere cornua, Rex Me-* v. 20.
dorum est, atque Persarum: Porro Hircus caprarum, Rex Græcorum est: & cornu grande, quod erat inter oculos eius, ipse est Rex primus v. 20. & 21. Et tamen ipse Diuinus Interpres, humanos adhuc interpretes desiderat, & hos sedulos. Exhausit pene omnia, quæ Veteres de hoc loco, quæque recentiores alij, no-
ster Antonius Fernandez ibi, visione 25. à sect. 2. Anton.
post quem etiam noster Sanchez nonnulla attigit. Fernand.
Nihil ab vtroque transcribo: solummodo cum
pluribus, & maximè cum Sanchez, non solum Sanchez.
Darium Persam, & Græcum Alexandrum, in Ariete & Hirco designatos: sed etiam eorumdem imperia,

&

& Monarchias, ex parte effigiatas: hic suppono. Nunc, quid noui, fortasse non improbabile coniectauerim, explicabo.

2. Cur ex bicornibus animalibus, Aries potius, quam Taurus, & similes aliæ bestiæ, quadrupedes, Dario, eiúsque regno exprimendis vsurpetur, pulchrè ab aliis disce explicatum. Non tamen puto caret sacramento, quod non multicorne aliquod animal, (vt infrà de Hirco, cui quatuor accrescunt cornua & de bestia Apocalypseos, cui decem ingeruntur) sed bicorne, solummodo huc afferatur. Nec effugies si dicas, Persicum, Medicumque regnum, solummodo voluisse Prophetam denotare: cæteris regnis siue Prouinciis, vtpote minoribus, silentio prætermissis: cur enim non istæ, minoribus adiunctis cornibus signarentur? certè in sacro textu, Regibus aut regnis, potentiâ & magnitudine disparibus significandis, vni bestiæ, multa & disparia cornua dari solent: vt patet ex

Ibid. c.7 v.8.

hoc cap. vers. 9. & ex cap. 7. v. 8. immo & ipse noster aries supra, alterum, altero cornu gerit excelsius, & grandius, vt discrimen Persiæ, a Media exprimeret. Non ergo abs re, minora quædam cornua gereret: nisi in bicorni figura aliquid significantius exprimeretur: vnde aptius Persarum Princeps, eiúsque Monarchia, nobis veniret intelligenda. Et quid illud inquis? nimirum Persæ Monarchæ, aurea duo gemmatáque cornua ad caput, in supremæ dignitatis insigne gestare solebant: immo & quandoque, pretiosum arietini capitis figmentum, in gloriæ pompam, capiti imponebant. Vnde ergo aptius, quam per bicornem bestiam, & maximè per arietem, exprimerentur? hoc si verum, nónne germane locum dixeris explicatum? at est verissimum.

3. Huc allusit D. Petrus Chrysologus serm. 120.

D.P.Chrys.

Persarum Reges, &c. *nunc radiato capite, ne sint homines, Solis resident in figurâ; nunc impositis sibi cornibus, quasi viros se esse doleant effæminantur in Lunam.* Scommatica, ni fallor est, S. Doctoris interpretatio, fortè enim illis cornibus, non tam Lunam exprimere, quàm potestatis suæ insigne solitum, ostentare Persæ Principes intendebant: quia tamen bicornium animalium frontes, Lunatas dicimus; meritò hæc cornua, ad effæminationem Lunæ detorquens, irridet Chrysologus. Amianus Marcel. lib. 19. de Persarum Rege.

Amian. Marcel.

Cúmque aurora surgeret, vniuersa quæ videri poterant, armis stellantibus coruscabant: at ferreus equitatus campos opplebat, & colles. Insidens autem equo ante alios celsior ipse præibat agminibus cunctis. Aureum capitis arietini figmentum, interstinctum lapillis, pro diademate gestans. Quomodo igitur ænigmate prophetico, aptius hic Monarcha exprimeretur: quam dum *cornutus aries* appellatur? certè vt Ieremias cap. 25. vers. 38. Columbam, pro Rege, & Assyriorum populo, posuit: quia columba, horum insigne erat, vt nosti: *a facie iræ columbæ*: & cap. 50. vers. 16. *à facie gladij columbæ*: vt plures volunt Interpretes: non video, cur aries Persarum stemma, pro principe, eiúsque populo, non ponatur. Sic hodie, *Hispanus leo* dicitur ab eàdem causa: Catholico Regi, & populo designando.

Ierem. 25. v. 38.

C. 50. v. 16.

4. Cur autem Persæ Principes, in maiestatis Regiæ insigne, cornua gererent: non difficile inuestigare: cum in vtraque pagina, Cornu passim pro regno vsurpetur, vt nosti. In re admodum tritâ, minus vulgo obsolescit locus ille D. Basilij Seleuci orat. contra Iudæos, de aduentu Christi, in Ierusalem. Τόπον τινὰ ἐκτὸς ὄντα τ̃ προαστείου, ὃν ἐκάλουν κρανίου τόπον: ἐν ᾧ ἔτεκέ τις γυνὴ, παιδίον ἔχον κέρατα. Ἀφ' οὗ συμβόλου ἔφασάν τινες, βασιλικὸν οἶκον, ἐν τῷ τόπῳ ἔσεσθαι: ὅπερ καὶ ἐγένετο. *Locum quendam extra pomerium fuisse, qui caluariæ locus appellabatur: in quo quædam mulier peperit puerum cornua habentem. Ex quo symbolo quidam coniectantes dixerunt, quandoque in illo loco, regiam domum erigendam: quod & euenit.* Vbi plura de Christo Domino Regum Rege ibi crucifixo: & in cuius honorem, postea templum ibi erectum fuit. Affert ibi Interpres, illud è Romana historia, quo enim tempore natus fuit Albinus Claudius, editus dicitur à vaccâ albus vitulus, *purpureis cornibus* insignis: idque puero, imperatoriam maiestatem portendisse, vates asseruerunt. Neque solum Persæ, sed & alij Principes, cornua, pro Regio insigni vsurparunt. Plutarchus de Pyrrho Epirotarum Rege. *Pyrrhus stabat detracta casside, ac rursus eam capiti imponebat: vt insigne hircinorum cornuum nosceretur.* Quem cum aliis, dedit Alexander Neapol. lib. 1. cap. 20. & iterum eodem lib. cap. 28. de Ægyptiis regibus ita. *Ægyptiis autem regibus, nunc Leonis, nunc Tauri, nunc Draconis effictis imaginem: ignem arboremque effictam, supra caput gerere: principatus, & Regij dominatus, insignia fuere.* Vbi inter cætera, etiam cornutum Taurum legis. Vide ibi Tiraquell.

D.Basil. Seleuc.

Claud. noster.

Plutarch.

Alex Neap.

Idem.

Tiraq.

Sed possunt Persæ cornua vsurpantes, de priuatis aliis coniecturis, aliter explicari. Persas Parthósque (quos eosdem esse, mille locis Auctorum comprobari, norunt omnes: videndus Serarius in Machab. Cui adde Trebell. Pol. in Valeriano: & Petrum Damian. lib. 7. epistol. 5.) è Scythis ortos esse scimus. Ideo Tertull. lib. de Pol. cap. 2. *Scythæ exuberant Persas.* Id est, Persæ è Scythis prouenerunt: & lib. de Anima. *Gloriosi quoque occupant terras, vt Scythæ, Parthicas.* Quis autem nesciat, Scythas vinosos, & Baccho deditos? Dedit multa Athenæus lib. 10. cap. 8. nec minus, ab his ortos Persas, vino deditos legimus passim. Fortasse ergo & Bacchum præcipuè adorabant, cum autem Bacchus (de quo supra paginam impleui) cornuta facie coleretur: potuere Persarum Reges, Dei sui insignia sibi vsupare: nam & Bacchi cornua, aurea etiam, & formosa fuisse, disco ex Statio lib. 3. Sil. 3. vbi de Hermo fluuio aurum stagnante. 5.

Serar. Treb. Pol. D.P Dam. Tibull.

Idem.

Athen.

Statius. Idem.

——Quò Lydius intrat
Bacchus, & aurato reficit sua cornua limo.

Horat. lib. 2. Oda 19.

Horat.

Te vidit insons Cerberus, aureo
Cornu decorum.

Neque obstat si dixeris, Persas, vnum solem solitos adorare: nam & sol, ipsissimus erat Liber pater, siue Bacchus. Vide Virgil. Interpretes ad illud 1. Georg.

Virgil.

——Vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum:
Liber, & alma Ceres.

——*Tu quoque extinctus iaces*
Deflende nobis semper, infœlix puer,
Modo sidus orbis, culmen augusta domus
Britanicæ.

Sueton. Pulchrè Sueton. cap. 13. de Caligula Romam ingrediente. *Inter altaria, & victimas, ardentésque tædas, densissimo & lætissimo obuiorum agmine incessit: super fausta omnia, sidus, & pullum: & puppum, & alumnum appellantium.* Hinc etiam possunt explicari illa, quibus, de his talibus sidereum aliquid commendatur: vt non solum pulchritudinis, Claudian. sed etiam diuinitatis palpario misceatur. Claud. in Epithal. Honor. *siderea proles Serena.* Et de laudibus eiusdem Serenæ: *sidereas vlnas.* Quod passim apud Auctores adnotabis.

11. Ad calcem noto, quandoque hanc, si fas est dicere, siderationem, ab ipsis palparoribus irrideri. Sarcasmus est, & ingens rugati nasi suspensio, id Statius. quod de Claudio sacrato dixit Statius, in lachrymis Hetrusci,

Non tum stelligerum senior demissus in axem,
Claudius.

Nam quem astris insertum, siue ad astra missum, si serio loqueretur, dicturus erat, hunc *demissum* dixit: quo deridens ad inferos detrusum significa- Iuuenal. ret. Quem imitatus Iuuenalis, de eodem Claudio dixit: *Cœlum descendere iussus*: cum eius Apotheosim celebraret. Totus, quotus est, libellus ille Senecæ venustissimus, qui ludus de morte Claudij inscribitur, huc collineat. Vnde non audiendus Cruc. Cruc. qui ab Statio amouet iocum, & sarcasmum: serióque ab Statio dici Claudium, demissum in axem stelligerum, quia ad Elyseos campos fœlix descendisse prædicatur: de Elysiis autem dixit Virgil. *Suúmque solem, sua sidera norunt.* Æneid. 6. posset & de his Eliseis sideribus adducere Claud. 2. de rap. & alios. Sed frustra, neque audiendus vt dixi: licet enim Eliseis sua vtcunque sidera darentur: tamen nec pueris ignorum est, Apotheoses, non inferis Elyseis, sed superis astris, animas destinasse. Idque falsè in Claudio ridet Poëta. Sed neque solum Poëta, quin ipse sacrator Cæsar Ne- Plin. ro, id irrisit. Plinius in Paneg. ad Traianum. *Dicauit cœlo Tiberius Augustum, sed vt maiestatis numen induceret: Claudium Nero, sed vt irrideret: Vespasianum Titus, Domitianum Titum, sed ille vt Dei filius, hic vt frater videretur.* perperam enim aliqui legunt, *Claudium Nero, vt inuideret.* Ipse se explicat Plinius, qui addit. *Tu sideribus Patrem intulisti, non ad metum ciuium, non in contumeliam numinum, non in honorem tuum, sed quia Deum credis.* Vbi suo ordine respondet tribus prioribus, metum ciuium Tiberio attribuens: Deorum contumeliam Neroni: honorem affectatum, Tito, & Domitiano; quæ autem alia numinum contumelia, quam quæ per irrisionem, illis nouum & ridiculum numen obtrudebat?

12. Ex quibus omnibus explicabis vberius illud Sap.13 v.2. Sap.13.vers.2.vbi inter varios gentium errores di- Soph.1.v.5 citur: *Aut gyrum stellarum, &c. adorabant.* Sic Sophonias 1.v.5. *qui adorant super tecta, militiam Cœli.* Amos 5. v.26. Amos cap.5.v.26. *Et portastis tabernaculum Moloch vestro: & imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei* Act.7.v.43. *vestri, quæ fecistis vobis.* Cui loco alluditur Act.7. v.43. *Et suscepistis Tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rempham: figuras quas fecistis, adorare eas.* D.P.Chrys. Allusit ad hoc impietatis genus Chrysol. serm. 5. ad illa verba Prodigi Luc. 15. *Pater peccaui in cœlum & coram te.* Vbi ista de populo gentili. *Peccaui, in cœlum, dum in cœlo Solem, Lunam, sidera, Deos esse blasphemat.* Et iterum sermone 146. ad illud de Magis Matth.2.vers.3. *Vidimus stellam eius in Oriente*, &c. Sic scribit. *Scilicet ab Oriente, in Orientem veniunt Magi, vt susciperent venientes ipse, qui* Idem. *iusserat, vt venirent*, &c. *quando vnum Deum, sine Deo, Chaldæus adoraret in terra: qui in cœlo Diis totidem, quot sideribus seruiebat.* Passim de eadem re apud SS. Patres, plura leges. Et fortassè huc allusit Daniel cap.12. vers.3. *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ, in perpetuas æternitates.* Dan.12. v.3. Quasi dicat Deus. Quid falsâ opinione delusi, sidereæ conditioni anhelant impij? quid sibi splendentem naturam, detrudendi ad inferos, mentiuntur? Iusti solummodo mei verè, si minus ignobiliori siderum naturâ, illorum tamen splendore donabuntur. Isaias cap.14.vbi Baltasar, *lucifer* irridetur: ad quem locum totum Politicorum Isai.14. nostrorum opus, destinamus, breuissimè si Deo placet absoluendum.

CAPVT XV.

Cornua, quibus in insigne.

PERIOCHA.

1. *Discutitur locus Dan. c.8. v. 20.*
2. *Loci prædicti difficultas.*
3. *Reges Persarum Cornibus, & arietino capite insigniti.*
4. *Cornu, Regiæ potestatis insigne.*
5. *Persæ, à Scythis, Bacchum forte colentes. Aurea Bacchi cornua Mythra taurum torquet.*
6. *Alexander lasciuus, ideo Hircus: Bicornis aries dictus, & quare.*
7. *Ptolomæus Philadelphus, cur Alexandro cornu aureum consecrarit.*
8. *De cornuta Moysis facie, vt habetur Exod.34.v.29.*
9. *Hieronymi, & vulgatæ editionis auctoritas propugnatur.*
10. *Cornua, de radiis optimè explicantur.*
11. *Infælicis meriti, de vxore mœchante, cornua, an Latinis, vel Græcis dicerentur.*

ERIT se ipsemet Angelus, interpretem, 1. ebrnuti illius arietis, & Hirci, insigne cornu inter oculos gerentis: quos vidit Daniel cap.8. Dan.8. dum ait: *Aries quem vidisti habere cornua, Rex Me-* v.20. *dorum est, atque Persarum: Porro Hircus caprarum, Rex Græcorum est. & cornu grande, quod erat inter oculos eius, ipse est Rex primus* v.20.& 21. Et tamen ipse Diuinus Interpres, humanos adhuc interpretes desiderat, & hos sedulos. Exhausit pene omnia, quæ Veteres de hoc loco, quæque recentiores alij, noster Antonius Fernandez ibi, visione 25. à sect.2. Anton. Fernand. post quem etiam noster Sanchez nonnulla attigit. Nihil ab vtroque transcribo: solummodo cum pluribus, & maximè cum Sanchez, non solum Sanchez. Darium Persam, & Græcum Alexandrum, in Ariete & Hirco designatos: sed etiam eorumdem impetia,

&

& Monarchias, ex parte effigiatas: hic suppono. Nunc, quid noui, fortasse non improbabile coniectauerim, explicabo.

2. Cur ex bicornibus animalibus, Aries potius, quam Taurus, & similes aliæ bestiæ, quadrupedes, Dario, eiúsque regno exprimendis vsurpetur, pulchrè ab aliis disce explicatum. Non tamen puto caret sacramento, quod non multicorne aliquod animal, (vt infrà de Hirco, cui quatuor accrescunt cornua & de bestia Apocalypseos, cui decem ingeruntur) sed bicorne, solummodo huc afferatur. Nec effugies si dicas, Persicum, Medicumque regnum, solummodo voluisse Prophetam denotare: cæteris regnis siue Prouinciis, vtpote minoribus, silentio prætermissis: cur enim non istæ, minoribus adiunctis cornibus signarentur? certè in sacro textu, Regibus aut regnis, potentiâ & magnitudine disparibus significandis, vni bestiæ, multa & disparia cornua dari solent: vt patet ex hoc cap. vers. 9. & ex cap. 7. v. 8. immo & ipse noster aries supra, alterum, altero cornu gerit excelsius, & grandius, vt discrimen Persiæ, a Media exprimeret. Non ergo abs re, minora quædam cornua gereret: nisi in bicorni figura aliquid significantius exprimeretur: vnde aptius Persarum Princeps, eiúsque Monarchia, nobis veniret intelligenda. Et quid illud inquis? nimirum Persæ Monarchæ, aurea duo gemmatáque cornua ad caput, in supremæ dignitatis insigne gestare solebant: immo & quandoque, pretiosum arietini capitis figmentum, in gloriæ pompam, capiti imponebant. Vnde ergo aptius, quam per bicornem bestiam, & maximè per arietem, exprimerentur? hoc si verum, nónne germane locum dixeris explicatum? at est verissimum.

Ibid. c. 7. v. 8.

3. D.P.Chrys. Huc allusit D. Petrus Chrysologus serm. 120. *Persarum Reges, &c. nunc radiato capite, ne sint homines, Solis resident in figurâ; nunc impositis sibi cornibus, quasi viros se esse doleant effæminantur in Lunam.* Scommatica, ni fallor est, S. Doctoris interpretatio, fortè enim illis cornibus, non tam Lunam exprimere, quàm potestatis suæ insigne solitum, ostentare Persæ Principes intendebant: quia tamen bicornium animalium frontes, Lunatas dicimus; meritò hæc cornua, ad effæminationem Lunæ detorquens, irridet Chrysologus. Amianus Marcel. lib. 19. de Persarum Rege. *Cúmque aurora surgeret, vniuersa quæ videri poterant, armis stellantibus coruscabant: at ferrens equitatus campos opplebat, & colles. Insidens autem equo ante alios celsior ipse præibat agminibus cunctis. Aureum capitis arietini figmentum, interstinctum lapillis, pro diademate gestans.* Quomodo igitur ænigmate prophetico, aptius hic Monarcha exprimeretur: quam dum *cornutus aries* appellatur? certè vt Ieremias cap. 25. vers. 38. Columbam, pro Rege, & Assyriorum populo, posuit: quia columba, horum insigne erat, vt nosti: *a facie iræ columbæ*: & cap. 50. vers. 16. *à facie gladij columbæ*: vt plures volunt Interpretes: non video, cur aries Persarum stemma, pro principe, eiúsque populo, non ponatur. Sic hodie, *Hispanus leo* dicitur ab eàdem causa: Catholico Regi, & populo designando.

Amian. Marcel.

Ierem. 25. v. 38.

C. 50. v. 16.

4. Cur autem Persæ Principes, in maiestatis Regiæ insigne, cornua gererent: non difficile inuestigare: cum in vtraque pagina, Cornu passim pro regno vsurpetur, vt nosti. In re admodum tritâ, minus vulgo obsolescit locus ille D. Basilij Seleuci orat. contra Iudæos, de aduentu Christi, in Ierusalem. Τόπον τινὰ ἐκτὸς ὄντα τοῦ περιτειχίσματος, ὃν ἐκάλουν κρανίου τόπον: ἐν ᾧ ἔτεκέ τις γυνὴ, παιδίον ἔχον κέρατα. Ἀφ' οὗ συμβόλου ἔφασάν τινες, βασιλικὸν οἶκον, ἐν τῷ τόπῳ ἔσεσθαι: ὅπερ καὶ ἐγένετο. *Locum quendam extra pomerium fuisse, qui caluariæ locus appellabatur: in quo quadam mulier peperit puerum cornua habentem. Ex quo symbolo quidam coniectantes dixerunt, quandoque in illo loco, regiam domum erigendam: quod & euenit.* Vbi plura de Christo Domino Regum Rege ibi crucifixo: & in cuius honorem, postea templum ibi erectum fuit. Affert ibi Interpres, illud è Romana historia, quo enim tempore natus fuit Albinus Claudius, editus dicitur à vaccâ albus vitulus, *purpureis cornibus* insignis: idque puero, imperatoriam maiestatem portendisse, vates asseruerunt. Neque solum Persæ, sed & alij Principes, cornua, pro Regio insigni vsurparunt. Plutarchus de Pyrrho Epirotarum Rege. *Pyrrhus stabat detracta casside, ac rursus eam capiti imponebat: vt insigne hircinorum cornuum nosceretur.* Quem cum aliis, dedit Alexander Neapol. lib. 1. cap. 20. & iterum eodem lib. cap. 28. de Ægyptiis regibus ita. *Ægyptiis autem regibus, nunc Leonis, nunc Tauri, nunc Draconis effictì imaginem: ignem arborémque effictam, supra caput gerere: principatus, & Regij dominatus, insignia fuere.* Vbi inter cætera, etiam cornutum Taurum legis. Vide ibi Tiraquell.

D.Basil. Seleuc.

Claud. noster.

Plutarch.

Alex Neap.

Idem.

Tiraq.

Sed possunt Persæ cornua vsurpantes, de priuatis aliis coniecturis, aliter explicari. Persas Parthósque (quos eosdem esse, mille locis Auctorum comprobari, norunt omnes: videndus Serarius in Machab. Cui adde Trebell. Pol. in Valeriano: & Petrum Damian. lib. 7. epistol. 5.) è Scythis ortos esse scimus. Ideo Tertull. lib. de Pol. cap. 2. *Scythæ exuberant Persas.* Id est, Persæ è Scythis prouenerunt: & lib. de Anima. *Gloriosi quique occupant terras, vt Scythæ, Parthicas.* Quis autem nesciat, Scythas vinosos, & Baccho deditos? Dedit multa Athenæus lib. 10. cap. 8. nec minus, ab his ortos Persas, vino deditos legimus passim. Fortassè ergo & Bacchum præcipuè adorabant, cum autem Bacchus (de quo supra paginam impleui) cornuta facie coleretur: potuere Persarum Reges, Dei sui insignia sibi vsupare: nam & Bacchi cornua, aurea etiam, & formosa fuisse, disco ex Statio lib. 3. Sil. 3. vbi de Hermo fluuio aurum stagnante. 5.

Serar.

Treb. Pol.

D.P Dam.

Tibull.

Idem.

Athen.

Statius.

Idem.

——*Quò Lydius intrat*
Bacchus, & aurato reficit sua cornua limo.

Horat. lib. 2. Oda 19. Horat.

Te vidit insons Cerberus, aureo
Cornu decorum.

Neque obstat si dixeris, Persas, vnum solem solitos adorare: nam & sol, ipsissimus erat Liber pater, siue Bacchus. Vide Virgil. Interpretes ad illud 1. Georg. Virgil.

——*Vos ô clarissima mundi*
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum:
Liber, & alma Ceres.

Hæc ni placeant, dicerem, Monarchas Persicos, qui in habitu solis Dei sui residebant, vt ex Chrysologo vidisti, his aureis gemmatisque cornibus, Solis radios denotasse: nam cornua, de lucis radiis dici, infra de Moysis cornibus ostendam. Addam aliquid magis paradoxicum. Persæ ignem, vel solem suum Mithræ nomine colebant, quem sic pingebant, quasi recalcitrantis Tauri cornua contorqueret, vnde Statius lib. 1.

Statius.

Indignata sequi torquentem cornua Mitrham.

Quod aliqui ad solem in Zodiaco Taurum ingressum deferunt. Cur ergo hæc cornua, tanquam victoris Dei spolia sibi non assumerent? Appianus in Syriacis Auctor est, Seleucum, quod taurum prostrasset, statuæ suæ victrici, cornua indidisse. Idem suo modo hic excogitare posses: si non semper Persæ arietina his, sed etiam bouina cornua simularent. Sed de Dario Persa, eiusque regno apud Danielem, ista satis.

Appian.

6. Sanchez.

Venio ad Alexandrum, eiusque monarchiam, in Hirco figuratum. Ergo io Hirco vult Sanchez, Græcorum lasciuiam denotari, qui infames hoc vitio passim audiunt. Addo & ipsum Alexandrum posse intelligi, qui licet magis ebrius, non tamen parum turpis. Dices, à Curtio laudari, quod Venerem, *intra naturam* contineret. Egregios laudator, qui postquam, de Vagao, prostibulo illo masculo, & Eunucho Regi charo dixit, quem etiam *amicam* Alexandri vocatum memorat: ad finem operis, illam intra naturam continentiam commendauit: quasi mera bestialitas, & non præpostera Venus, naturæ terminos crederur violare. Ergo laudatur Alexander, si Deo placet, quod bestiarum non fuerit maritus, aut scortator. Ad rem. De Hircorum lasciuia Authores passim: illud Tzetzes Chil. 2. histor. 34. nondum adductum ab aliis vidi, quod tamen in rem præsentem venit aptissimum.

Ioan. Tzetz.

Ὦτα δὲ Τραϊανὸν λέγουσιν ἔχειν τράγου
Ἢ τῷ ἐκ μόνης ἀκοῆς ἐρᾶν τινῶν εὐθέως
Ὀχευτικὸς γὰρ ὁ ἀνὴρ, δίκην αὐτῶν τῶν τράγων.
Auriculas autem dicunt Traianum habuisse, hirci:
Vel quia ex solo auditu amaret quosdam statim,
Petulans enim erat homo, non secus atque ipsi hirci.

Illud autem obscurius, cur vno tantum cornu, hic Hircus insigniatur, cum aliunde sciamus, *Arietem duorum cornuum* vocari solitum Alexandrum: certè Albategnius, annos ab Alexandri computatos imperio, propterea vocat, *eram alcarnaim*: & clarius Alphagranus, & alij Sarraceni *Dilcarnaim*: id est, duorum cornuum. Sanchez putat hos errasse, dum Alexandrum Dilcarnaim, seu bicornem appellabant. Legi alios, qui putant ita dictum, vel quia vtrunque Orientis, Occidentisque imperium teneret vel quod, arietem illum cornutum, Darium scilicet, superasset. Ego aliunde rem puto deducendam: affectauit Alexander Iouis Amonis filius credi, & appellari, vt ex mille Auctoribus constat: cum autem Iupiter iste, sub cornuti arietis forma, vt ipsi referunt, coleretur: potuit ab intruso parente, ipse Alexander, etiam cornutus Aries vocari: eo vel maxime quod statuas suas, iussit hircinis cornibus insigniri. Luculentus mihi testis Clemens Alexand. in Protrep. *Volebat Alexander quoque videri filius esse Amonis, & cornutus effingi, à statuariis: pulchrum hominis vultum, corna studens ignominiâ probróque afficere.* Neque solum statuas suas, sed & se ipsum, his arietinis cornibus insigniuit. Athenæus lib. 12. cap. 18. *Asserit Ephippus, Alexandrum, sacras etiam vestes in cœnis gestare solitum: aliquando purpuram Hamonis, circuncisas vestes, cornuaque velut Deus.* Maneat igitur ratum, pace mei Sanchez, merito ab Alphragano, Hassu, & Albategnio, Alexandrum, *Dilcarnaim*, seu bicornem appellari. Sed tunc robustior, proposita insurgit dubitatio: cur nimirum vno tantum cornu à Daniele, imo à Deo ostendente, hic insigniatur? Cur Deus ab insigni bicorni Alexandrum, sicut Darium, non descripserit, ego non diuino, sed veneror: coniecto tamen hac specie, qua cornu, non in fronte hirci, sed inter oculos protenditur: eius potentiam & arrogantiam, oculorum concupiscentia circundatam significasse: nihil enim vidit Alexander, quod non inuaderet: immo & fleuit adolescens, vt nosti, victoriis paternis inuidens, quasi nihil sibi debellandum relinqueretur: incusatâ insuper natura, quod vnum tantum mundum produxisset, vtpote plures cupiens, quos deuinceret. Alia Doctiores inuestigent.

Albateg. Alphagr. Sanct.

Clemens Alexand.

Athen.

Nolo hinc abire, quin aliud de Alexandro addam, & ad rem nostram. Notant Interpretes ex Iosepho, Hanc Danielis prophetiam, ab Alexandro auditam apud Iudæos proptereaque, summa in eos vsum beneficentiâ. Addo & aliud testimonium Ioannis Monachi, diserti Alexandriniarum rerum scriptoris, vbi ad finem ita. *Humane excipiens Pontificem, cum eo in vrbem, & deinceps in templum intrauit: vbi Pontifice praeunte sacrum fecit: inspectóque Danielis libro, in eo inscriptum reperit, Græcum quendam Persarum imperio finem allaturum: propterea gaudio affectus, quæcunque ab se petebantur, Iudæis liberaliter concessit.* Latius ista cap. vltim. lib. 11. apud Iosephum. Quæ si vera sunt, possemus existimare, propterea Ptolomæum Philadelphum, qui secundus ab Alexandro regnauit in Ægypto, eidem aureum cornu dedicasse. Cum enim Ptolomæus iste Lxx. interpretum operâ, sacra volumina, iam Græca sortiretur, fortasse lecto Daniele, admonitus hunc vnicornem hircum, Alexandrum suum esse: eâque de causâ, tam beneficum Iudæis se olim gessisse: cornu illud grande, auro curauit exprimere: & in Alexandri sui honorem consecrare: & mihi quidem satis verisimile est, Hebræos Interpretes, conciliando Principis fauori, hunc illi fore locum suggesturos. Fortè, somnia nostra sunt, vt & alia quæ denuo scribo: nil tamen oberit cornibus, quæ ventilamus, audisse Athenæum lib. 5. cap. 5. de pompa illa celeberrima Ptolomæi prædicti. *Post res eiusmodi, Iouis aliorumque Deorum complurium, pompa ducebatur: atque in primis Alexandri, qui in curru verorum elephantorum, aureus vehebatur: habens ex vtraque parte victoriam, & Palladem: processerunt in pompam, multi throni, ex auro facti & ebore: quorum in vno, aurea corona iacebat: in alio Cornu totum ex auro.* Sed pro Danielis loco nunc ista satis: pauca de Moysis cornibus subiungamus. 7.

Ioan. Monach.

Ioseph.

Athen.

8.

Exod. 34. v. 29. Sic legitur de Moyse: *& ignorabat quod*

Exod. 34. v. 29.

quod cornuta esset facies sua, ex consortio sermonis Domini. Et v. 35. Et iterum vers. 35. *Videbant faciem egredientis Moysis esse cornutam.* Liberrimus est, & meo quidem indicio, acriori censurâ dignus, ad Aug Eug. hunc locum, Augustinus Eugubinus Chiami Episcopus: qui (vir aliàs piissimus, & eruditissimus, suque defendendo D. Hieronymo, vulgarique nostra, diligentissimus) non solum manus dedit aduersariis: sed etiam Doctorum alpha Hieronymum, erroris & inconsiderationis, si Deo placet, visus insimulare. *Vox* inquit, *ambigua, fecit in editione errorem.* Et infra. *Et mirum quod Hieronymus, non consideratâ veritate Hebraica, non animaduerterit, quid Lxx. transtulissent.* Rapuit sanè, imo præcipitauit feruor, verum Catholicum: errauit ille etiam ante Concilium Tridentin. neque considerauit, causam Hieronymi in hoc negotio, cum Ecclesiæ causâ coniunctam: errorisque & inconsiderationis hodie Concilium Tridentinum denotaretur, vbi vulgaris versio vt iacet, authentica & canonica comprobatur. Neque enim hic error, illorum est qui de Amanuensium, aut typorum incuria, in vulgarem nostram editionem, quandoque licet raro obrepere potuerunt: (qualis est v. g. ille in Psalm. *ad Deum fortem viuum*: vbi multi, *fontem viuum*, diu legerunt:) sed si semel statuatur, facies Moysis *cornuta* praue dicta: pessum ear Auctoritas Concilij, necesse est. Vnde & debitum stomachum desidero in Sixto Senensi, qui lib. 5. bib. cap. 105. Sixt. Senēs. latè hanc Eugubini sententiam iniecit, nec vt potuit, quâ erat doctus, leui animaduersiunculâ reiecit.

9. Eugub. Sed videamus iam, & deturbemus si possumus, futilia Eugubini argumenta. *Vox ambigua fecit in editione errorem: quamuis etiam sit discrimen, inter nomen cornu, & id quod significat radians: nam cornu vocatur* קרן *Keren. per duplex segol. at radians* קרן *Karan, igitur non habetur in co textu Hebraico, faciem Moysis fuisse cornutam, sed radiantem.* O planè robustam machinam, Hieronymi & Ecclesiæ fidei conuellendæ! quasi vero Hieronymus punctis illis Massoretarum & segolibus astringeretur, quæ hodie plerique Doctorum etiam irrident: & vt plurimum, merito: quod non est huius loci vlterius comprobare. Sed esto, bene habeant puncta illa, (solumque in rebus ad Messiam spectantibus, textum sacrum, corrupisse Massoretas, vtpote Christi hostes, fateamur:) vnde quæso nouit Eugubinus non eiusdem significationis esse קרן siue per segol duplex, siue per camets, & patach enuntietur? non dicet, quæ discere nequiuit. At, inquis, sit vox ambigua: sed ideo errauit Hieronymus, quia vt *radiantem* deberet, *cornutam* faciem posuit. bene, quasi vero, *cornua* & *radij* pro eodem non sumantur, vt infra dicam. Nec sanè ipsi Hebræi, id negare ausi, etiam post Rab. Sal. mortales cum Ecclesiâ inimicitias. Rabbi Salomon ad hunc locum apud Sanct. Pagn. de Moyse sic. Rabbi. *Lucem emittebat instar cornu.* Rabbini illi, quos doctissimos, (sed quandoque maleuolos) sibi in magistros adoptauit Caietanus: semper locum sic vertunt כי קרנעור *quod cornificauit cutis.* Nunquid his omnibus doctior Eugubinus? Eugub. sed pergat arguens. *Ex hoc potest emendari praua vulgi consuetudo, qui duobus cornibus pingunt Moysem,* &c. *rident itaque nos, & execrantur Hebræi, quoties Moysem in nostris templis, cornuta facie depictum aspiciunt: quasi nos eum diabolum quendam, vt ipsi stultè interpretantur, esse putemus.* Ridebunt sanè Iudæi ignorantes, non Rabbini, scientes, quò pictores nostri, velint alludere. Nec propterea commendo has indoctas picturas: sed id rideo, quod errores vulgaris & desurmis picturæ, erroribus vulgaris & canonicæ editionis tribuantur. Adhuc robustior insurgit Eugubinus ex Lxx. Interpretibu. Idem. *Mirum quod Hieronymus non considerata veritate Hebraica non animaduerterit etiam quid septuaginta transtulissent: qui bene hunc locum verterunt:* ὅτι δεδόξασται ἡ ὄψις, *quod glorificatus esset aspectus.* En tibi bono Hæreticorum omine, Græca editio, præponitur vulgari: & hanc ab illâ dirigendum vult Eugubinus: cum tamen iam contra futurum: fides doceat, quæ omnium editionum normam & canonem constituit in vulgari. Respondeo ergo Lxx. Interpretes, non tam verba quam mentem secutos, sic vertisse: quod sæpe faciunt, vt mediocriter docti passim obseruamus: imo quandoque sacras Hebræis phrases, Græcorum ritibus & vsibus accommodant: de quo non inutiles fortasè paginas, dabo alibi. Nihil ergo Lxx. Interpreres derogant Hieronymo, cum idem diuersis verbis dicant: & quando diuersa sententia reperitur: plenis buccis ego clamarem errasse illos: nec leuissimum editioni nostræ næuum adhibendum."

Addo, quamuis vox Hebræa, Cornu non importaret, potuisse Hieronymum, non tam verba, quam mentem secutum, splendores per cornua significare: cum *cornuta facies*, pro facie splendenti apud Latinos optimè sumatur. 10.
Ideo Pierius Valerius lib. 41. titul. *Cornua*, sic habet. Pier. Val. *Conueniunt similitudine inter se, cornu, radius, & corona: vnde Moysis cornuta pingitur facies, quæ radiata esse deberet.* Sunt aptissima in hanc rem verba Alexandri Neapolit. Alex. Neap. lib. 4. cap. 12. *Romanis præter alios Deos fuit Veiouis simulachrum, quem dixere Apollinem: tuius caput ornatur cornibus, sagittásque manu tenet.* Sumpsit ex Aulo Gel. lib. 5. Aul. Gel. Apollo igitur sine sol, Cornua pro radiis, fronte gerit. Et fortasè ideo Bacchus, qui sol creditur, aureis ad caput cornibus insignitur, de quo supra, num. 5. huius Capitis. Pan, quod nemo nescit, cornutus pingebatur. Sil. Italic. lib. 13. Sil. Ital.

Cingit acuta comas, & opacat tempora pinus
Ac parua erumpunt rubicundâ cornua fronte.

De hoc ergo Seruius, optimus, ceremoniarum Seru. Deorum suorum Interpres ad Ecl. 3. Virgil. *Pan Deus rusticus, in natura similitudinem formatus: vnde Pan, omne πᾶν Habet enim cornua, ad similitudinem Solis radiorum: & Lunæ cornuum. Rubet vius facies, ad atheris imitationem. In pectore habet nebrida stellarum, vt stellas imitetur.* Sed clarissime Manilius lib. 2. ad Lunam. Manil.

Tu quoque fraternis sic reddis cornibus ora,
Atque iterum ex eiusdem repetis, quantumque relinquit,
Aut dedit ille, refers: & fidus, sidere constat.

Vbi solares radios, fraterna cornua appellasse, sole clarius. Aptissimè ergo omnia, magnus noster Hieronymus. Ego, vt (id obiter aduerte,) ab Hebræo קרן, Græcum κέρας alij

deducunt: sic propter fulgorem & κεραττὸν, putarem deducendum. Hæc satis pro Eugubini sententiâ reiiciendâ: quam omnino vir Catholicissimus damnaret si Concilij Trident. decreta peruidisset, longe post eius obitum prodeuntia. Edidit enim hoc opus vt fertur anno 1542. meritò olim in Italia, & nuper expurgatorio Hispano emendatum.

11. Delr. Noster Delrius tom. 1. Adag. 91. pauca de his Cornibus Moysis disputaturus, sic incepit. *Dissimile est idioma sacrum, profano: vt hominum cogitationes, à diuinis, plerumque diuersissime, sæpe contraria. Quid ignominiosius hodie, quam tribuere alicui faciem cornutam? de curucis capiunt, & Hircis assimulant. Sed diuinus sermo S. Moysi adscribit ex Dei colloquio, faciem cornutam.* Excitarunt mihi hæc curiositatem, vt ad calcem seriæ paginæ, tantisper luderem, illud indagans, an vt hodie vulgo, per totam Europam, infælices mariti, qui mœchas patiuntur vxores, infami cornuum titulo insigniuntur: sic apud priscos notarentur. De Latinis, nihil memoria suggerit in hanc rem. Apud Græcos clariora dehonestantis phrasis vestigia cernuntur. Tiraq. Tiraquellus comment. *l. Bonet, §. hoc sermone:* Artemid. ad rem aliam adducit verba Artimidori lib. 2. ὀνειροκριτικῶν, quæ tota quæsito nostro faciunt. Vtor, eius versione, quia Græco codice nunc careo. *Cum quispiam sibi puellam desponsasset, ac in somniis sibi visus fuisset, sedere super arietem: at ex ipso in anteriorem partem decidere: quidam somniorum interpres: vxor tua, inquit, scortabitur, (& vt dici solet, cornua tibi faciet.) quamobrem is, recusanit diutius matrimonium perficere: sed vix tandem amicorum suasu, sponsam illam suam, duxit in vxorem, eámque obseruanter, & anxiè obseruabat: & illa quidem sine vllâ impudicitiæ macula, anno exactè decessit. Verùm ille existimans, somnij illius præsagium consumptum: aliam vxorem duxit, quæ fœminas omnes impudicitiâ prætergressa est; atque ita somnij fatum impleuit.* Sic ego olim Anthol. explicabam illud Anthol. libro secundo cap. 48. num. 36.

> Ὅστις ἔσω πυρὸς καταλαμβάνει, οὐκ ἀγοράζων:
> Κείνῳ ἀμαλθείας, ἡ γυνή ἐστι κέρας.
> *Quisquis triticum domi accipit, non emens:*
> *Huic, ipsa vxor, Amalthea est cornu.*

Scomma esse contra mariros oriosos, qui de vxorum aut labore, aut mœchiâ edunt, non est dubium. Non absque mordaciori sale & pipere, allatum huc videtur amaltheæ Cornu, seu Cornucopiæ. Certè hodie dicaciores Hispani, in eandem rem, hos ipsos versiculos exprimere videntur. Vnde fortassè, non solum sophismara, sed & Sarcasmo condita, illa Chrysip. Chrysippi. Εἴ τι οὐκ ἀπέβαλες, τοῦτ' ἔχεις: κέρατα δ' οὐκ ἀπέβαλες: κέρατα ἄρα ἔχεις. *Quidquid non reiecisti, habes: sed cornua non reiecisti: ergo cornua habes.* Dixi nihil apud Latinos inuenisse: nisi fortè suspicer, cum gustu ad phrasim dictam, dixisse nugacissimum fabulatorem Iul. Firm. Iulium Firmicum Astron. lib. 5. cap. 3. *Dabit Saturnus in Ariete positus, viduam aut alio ab stupratam.* Arietem enim, in re matrimonij, etiam periculosum iudicauit Artimidorus. Ergo qui hodie Latinos libros edunt, & hac vtuntur formulâ, Latina fortè scribunt, sed certè non Latinè. Sed de his satis, quæ saltem vt barbariem vitemus, scripsisse profuerit: nihil enim est, quod scitu sit indignum nec maxima satis noueris, minima præterieris.

CAPVT XVI.

Ænigmata sacro-profana.

PERIOCHA.

1. *Locus Apocal. 13. v. 18. non præter legem ænigmatis defenditur.*
2. *Ænigma etiam de rebus solummodo proponenti cognitis, dari solitum. Explicatur locus Iud. 14. v. item. 14. & Cant. 8. vers. 2.*
3. *Ænigmata Regibus allata, olim qualia. Locus ex lib. 3. Reg. cap. 10. v. 1. & 2. declaratur.*
4. *Sic etiam vulgo, prædictum ænigmatum genus in vsu erat.*
5. *Per litteras non solum ænigmata, sed etiam sortes, & oracula captabantur.*
6. *Ænigmata per litteras, quatenus sunt notæ arithmeticæ, in vsu apud Græcos forte apud Hebræos.*

IOANNES Apocal. cap. 13. vers. 18. post- I.
quam latè de bestiâ illâ mysticâ disputauit, Apoc. 13. v. 18.
sic subiungit. *Hic sapientia est: qui habet intellectum, computet numerum bestiæ, numerus enim nominis est, & numerus eius sexcenti, sexaginta sex.* Non est mihi animus, vnde nec conatus, ænigma tantum dissoluere: otium pacatius quærit Sphynx sacra, Oedypodes sublimiores. Non denotari in loco Antichristi nomen, Græcis litteris (quæ illis, notæ sunt arithmeticæ) efformatum: contendit hic Alcasar. Alcasar. an vero ille bonos supputet calculos, dum superbiam vitæ, ænigmaticè expressam voluit, (quippe Græcis notis, quibus vsus Ioannes, ἡ ἀλαζονεία βίου, hunc explicet numerum) alius viderit. Vnum scio, inefficacax esse meo iudicio argumentum, quo Alcasar vsus, deturbandæ inueteratæ tot sæculorum, tot Auctorum sententiæ, de Antichristi nomine, hic occultaro. Fortè non exprimitur Antichristus, esto: ratio tamen qua mouetur Alcasar, facile commouetur. Ergo vir doctissimus ad hunc locum, post alias rationes, hanc sibi esse perspicuam profitetur. Idem. *Ænigmata quæ eruditis ingeniis negotium facessunt, non eo fine sunt condita, vt per ipsa constares de iis, quæ prius erant ignota: sed vt ænigmatis inuolucris delitescant, quæ nota prius erant illis ipsis, quibus ænigma proponitur enodandum. Hæc mihi veritas adeo perspicua est, vt non satis admirer eos, qui opinantur hunc numerum 666. fuisse oppositum, ad eius nominis significationem, quod antea latebat Ecclesiam.* Sed ego magis demiror, perspicacissimum aliàs virum his inhæsisse. Duo igitur in hoc capite præstabo. In primis sole ipso clarius ostendam, proponi

solita

ſolita apud eruditos viros ænigmata, quæ nunquam aliunde agnita iis, quibus proponuntur, ſed vni tantummodo proponenti manifeſta: id enim ænigmatis leges non abhorent. Deinde dabo nonnulla ænigmata litteris, & iis, quæ notæ ſunt arithmeticæ, expreſſa, vnde certè non clarum, ſed planè minus obſcurum, vtpote de vſu exhibitum, ænigma noſtrum propheticum apparebit, eò libentius his immoratus, quod interpretes de primo nihil; de ſecundo, breuiſſimè diſſeruerunt.

2. Adſit huc in primis Sanſon, facem illaturus pariter, & relaturus. Inter conuiuandum, ænigma ſiue problema ſuum propoſuit, vt colligitur ex cap. 14. Iudic. idque ex vſu priſco. [Iud. 14. Athen.] Athen. lib. 10. cap. vltim. vbi multa ad finem ita. *Subibant autem pœnam quandam, qui propoſitum ænigma non poterant ſoluere: ſiquidem phialam miſtam bibere cogebantur, vt Clearchus aſſerit in termino. Et libro Prouerbiorum primo ita ſcribit. Non aliena eſt prorſus à Philoſophia ænigmatum interpretatio: ſiquidem antiqui, ſapientiam per huiuſmodi demonſtrationes declarabant: nam & inter pocula, quæſtiones proponebant.* audis inter pocula, id eſt, in conuio ænigmata poſita: & impoſitam pœnam non diuinantibus? ſic prædicto cap. Sanſon, in epulo credo nuptiali, & adhibitâ pœnâ Sindonum, vt noſti. Vnde qui cap. 8. Cantic. verſ. 2. [Cant. 8. v. 2.] nuptiale conuiuium explicant: hinc poſſent explicare verba ſponſæ, *ibi me docebis*: quaſi ænigmatibus ab ſponſo de vſu proponendis, aut præmonenda, aut edocenda. Ad rem. Problema illud Sanſonis: *de comedente, exiuit cibus & de forti, egreſſa eſt dulcedo.* verſ. 14. [Iud. 14. v. 14.] quod nobilibus, & vt ferebat ætas, eruditis viris propoſuit; illis ne aliunde notum, aut de re obuiâ, ſed inuolucris tecta? abſit. Vni erat proponenti nota materia, quam vt ſcis, neque etiam ipſis parentibus reuelarat: & tamen tranſgreſſor ænigmaticæ legis, non incuſatur: talia quippe problemata proponi ſolita, quæ ni fallor, tunc ſolui credebantur, quando aliquid quæſito aptiſſimum, iudicibus approbantibus reſpondetur. Raro enim, & ſatis fortuito caſu, mens illa occulta, & ſoli proponenti nota attingeretur. Sed quidquid ſit, de hoc: certè de re, nunquam prius conuiuis nota, Sanſon ænigmatizat. Apud Ariſtophanem in veſpis, dum quidam mirum [Ariſtoph.] quoddam ſomnium narraret amico, reſpondet iſte.

Πῶς δὴ σε: σιρεῖπς, πῶσι συμπόταις λόγων,
Ο᾽, τὶ ταυτὸ θηρίον ἐν γῇ ... ἐν οὐρανῷ
Κἀν τῇ θαλάττῃ γ᾽ ἀπέβαλε τ᾽ ἀσπίδα.

Ad ſenſum aptiſſimè vulgo ſic vertitur.

Nam quæſtio iſta, digna conuiuis erit:
Vnam eandémque belluam eſſe, quæ mari,
Cælóque, terráque abiecit ſcutum fugax.

Nihil magis ignotum cæteris, vtpote ſomnianti vni patens, quam ſomni ludibrium: & tamen, pro conuiuali ænigmatè proponendum commendatur.

3. Talia certè erant ænigmata, quæ Reges olim inuicem miſſitabant, ſub pœnâ exigendi tributi, ni ſoluerentur: de quibus lib. 3. Reg. [3. Reg. 10. v. 1.] cap. 10. verſ. 1. vbi de Regina Saba ad Salomonem: *Venit tentare eum in ænigmatibus.* Vide Interpretes, qui tamen illud minus aduertunt, additur verſ. 2. *& locuta eſt ei vniuerſa, quæ habebat* [Et v. 2.] *in corde ſuo.* Id eſt ni fallor: propoſuit non ordinaria ænigmata, quæ aliunde nota, inuolucris tantum obſcuris tegerentur: ſed quæ ſibi tantum proponenti, ſub corde intimo delitebant. Inde enim Reginæ ſtupor grandis, quod non ſolum ad rem, ſed etiam rem ipſam declararet Salomon: quod infuſæ ſapientiæ, nondum effrenati Principis tribuendum: aut, ſi tunc ſpiritu Prophetico caruiſſe dicamus, non omnia, vt in corde Reginæ habebantur, attigit: ſed nonnulla propoſita, quo prudentiſſimæ coniecturæ, virorum ſapientiſſimum deducebant: cætera vero ſic probaliter explicuit, vt apud homines ſibi relictos, melius fieri non poſſet: hócque, noſtro modo loquendi ſatis erat, vt nihil illum, de ænigmatibus Rginæ latuiſſe, dicat ſcriptura. Hæc regibus adducta ænigmata, (præter alios quos dedit Sanchez, ad hanc Rep. locum) memorat Athenæus lib. 8. cap. 2. his verbis. *Nam Philarchum de magnis piſcibus dixiſſe,* [Athen.] *ac de viridibus ficubus, cum illis miſſis: quos Patroclus Ptolomæi Dux, Antigono Regi per ænigma miſit: (ſicut Schyta Dario, in eorum regionem accedenti: miſerunt enim vt ait Herodotus Dario, auem, ſagittam, & ranam:) ſed cum Patroclus prædictos ficus, ac piſces miſiſſet: fortè accidit, vt Rex portaret: admirantibúſque omnibus eiuſmodi dona: ſubridens Antigonus dixit ad amicos, ſe quid dona ſignificent, cognouiſſe: vel maris ait Patroclus, oportere nos eſſe domines, vel ficus comedere.* Non immorot in interpretandâ Antigoni interpretatione: quia præſenti negotio, id neutiquam neceſſarium.

Pergo in addendis aliis ænigmatibus huiuſcemodi, etiam apud priuatos. De de re ſibi vnicè 4.
notâ, fuit illud Simunidis ænigma, [Simon.]

Piſcis, & falx, & laſciuus pater hœdi,
Firmarunt propius capita, atra pignora noctis,
Sumentes cilic, Dionyſij paſcere ſeruum
Nolentes, Regis ac Buphoni.

Quod ita eſſe vt dixi, firmant citatus Athen. [Athen.] lib. 10. cap. vltim. *Sunt qui bouem mactatum Dionyſio, ſecuri percuſſum fuiſſe in Iulide dicant, ab adoleſcente quodam: atque ſecurim ipſam, cum feſtum propinquum foret, datam fuiſſe, in quandam fabri ferrarij officinam: ac Simonidem, cum Iuuenis eſſet adhuc, ad fabrum ipſum acceſſiſſe, vt ſecurim acciperet: qui cum artificem dormientem vidiſſet: vtrem & cancrum inordinatè iacentes, viciſſimque priora tenentes: hoc problema familiaribus propoſuit, cum ad eos eſſet profectus: atque patrem hœdi vtrem eſſe aſſeruit: cancrum, piſcem infalicem: noctis filium, ſomnium: ſeruum Dionyſij, ac Buphoni, ſecurim.* En tibi, de ſingulari caſu, quem ipſe tantum nouerat, aliis penitus ignoto, inſtar Sanſonis, problema contexit Simonides. Tale eſt illud aliud, quod ab Auctoribus Homero propoſitum ſcribitur. quæſiuit Homerus aliquando à piſcato- [Homer.] ribus.

Ἄνδρες ἀπ᾽ ἀρκαδίης ἁλιήτορες ἦ ῥ᾽ ἔχομέν τι;
Viri ab Arcadia piſcatores, habemus aliquid?

Homerus de piſcibus quærebat: at illi ænigma contexentes, reſpondent.

Ὅσ᾽ ἕλομεν λιπόμεσθ᾽, ὅσ᾽ οὐχ ἕλομεν, φερόμεσθα:
Quæcunque cepimus, reliquimus: quæ autem non cepimus, portamus.

Quam hoc ænigma cruciaret Homerum, nemo neſcit: ſatis illud Florileg. 3. [Anthol.]

Ἡρώων τ᾽ ἀοιδὸν Ἴῳ ἔνι παῖδες Ὁμήρον

Ἤκαχεν, ἐκ μουσῶν γρῖφον ὑφηνάμενοι
Heroum cantorem Homerum, pueri in Io
Dolore vexarunt, musarum ænigma texentes.

Et quidni non solum dormitaret, sed etiam cæcutiret in hoc ænigmate bonus Homerus: si piscatoribus tantum, nota materia: dum enim ad littus fortè sedentes, morsicantes pediculos inquirerent, captos abiecere: quos non inuenerunt, secum deferebant. Historiola est, nota tonsoribus. Virgil. Ænigma illud Virgil. Ecl. 3. de cœlo tres vlnas patente, vbi ille se crucem affixisse grammaticis dictitabat: quidquid velint Interpretes: ego semper de re tantum Virgilio nota, existimaui. Tandem huc etiam Laert. facit illud Laërtij lib. 9. de Heraclito, humani commercij fastidio ad montes secedente, herbis tantum & oleribus victitante: *Ob eam causam morbo aquæ intercutis arreptus, ad vrbem descendit, medicósque per ænigmata sci citabatur, an possent ex imbri siccitatem facere: illis non intelligentibus*, &c. Vnde enim intelligerent, quod ipse tantum nouerat, nec saltem pulsu, aut quouis alio signo præsentato. Maneat ergo, quidquid velit meus Alcasar, potuisse Ioannem ænigma suum proponere, de nomine, quod ipse vnus sciret, nec dum in hominum notitiam deuenisset.

5. Propero ad secundum, de ænigmate litteris obuelato: iisque litteris, quatenus arithmeticas notas (quod magis ad locum nostrum pertinet) important: de vtroque seorsim pauca necto. Ergo nominis litteras ænigmatice prolatas, siue per litteratum figuras nomen expressum, sic protulit Eurip. Euripides.

Est circulus torno velut factus bene,
Signúmque habent in ventre, quod clare patet.
Binas secunda forma lineas tenet.
Dispecit has medio incidens mox altera.
Cincinnus inde retortus ipsa tertia.
Subit figura quarta, recta linea,
Tres incidentes diuidunt hanc lineæ.
Quintam minus promptum sit, ipsam dicere,
Sunt differentes lineæ inter se duæ,
Quæ conueniunt omnes simul in vnam basim.
Extrema differt nihil, figurâ à tertia.

Thesæus denotatur; qui Græcè sic scribitur ΘΗΣΕΥΣ Eodem fere modo Theseum denotauit Theodectes, & Agathon tragicus: nisi quod ille Θ *ocellum* vocauit, hic, *circulum mesoncephalum*. Tertiam & sextam litteram vocauit Agathon, *arcum Scyþarum* quia sic etiam scribitur Σ. Vterque tertiam litteram Ε vocauit *tridentem*. Obscurius est illud aliud in re simili, ænigma: quod cum prædictis dedit Athen. infra citandus.

In vtero fero, ô fœmina, sed pudere grate,
In litteris, nomen dicam infantis.
Recta longa littera est, ex hac media
Parua, aslans vtrinque supine:
Postea circulus, pedes habens breues duos.

Athen. Laref. Tu si vacat, diuinaueris. Plura Athenæus lib. 10. cap. vltim. qui ita ex Laresio. *Ænigma est quæstio iocosa, qua imperat cogitatione inuenire rem, honoris gratia: vel dictum, supplicij vitandi causâ. Clearchus in lib. enigm. septem ænigmatum species esse affirmat. In littera quidem, vt cum dicimus, ab A. nomen esse piscis, aut plantæ. Similiter vero, si aliquam litteram habere iusserit*, &c. Nota obiter illud Plutarchi in apo- Plutarch. phth. de Syracusanis. *Dionysius, (cum magistratus per litteras sorte crearentur: & ipsi contigisset littera. M.) dicenti cuidam per iocum: morio es, Dionysi: imo, inquit, Monarcha ero: & adeptus magistratum, protinus, Imperator electus est, à Syracusanis.* Sed non solum sortes, sed etiam oracula à litteris sumpta alibi legimus.

Totum, ad rem in qua sumus, est id, quod prosequor, solita proponi ænigmata per litteras, quatenus notæ arithmeticæ sunt. His vsa Sibylla nomini Christi Domini proferendo: dedit huius Latinos versus, noster Viegas hic: & Viegas. Græcos noster Caussinus Paralip. lib. 4. cap. 37. Caussin. Vide apud illos, & plura apud Sixtum Senens. Sixt. Senens. lib. 2. Bibl. verbo *Sibylla*. Do tantum pauca, in quæ vnus incidi illibata. Pseudomantes ille Alexander, de quo fusè scripsit Lucianus, Lucian. credo vt spiritu Sibyllico afflatus videretur: sic per summam imposturam, oraculum fudit ænigmaticè. 6.

Εὐξείνῳ πόντοιο παρ' ἠϊόσ' ἄγχι Σινώπης
Ἔσσεταί τις κατὰ Τύρσιν ὑπ' Αὐσονίοισι προφήτης:
Ἐκ πρώτης δεικνὺς μονάδος, τριακοσιοδεκάδων τε,
Πέντ' ἑτέρας μονάδας, καὶ εἰκοσάδα τρισάριθμον:
Ἀνδρὸς ἀλεξητῆρος ὁμωνυμίην τετράκυκλον.
Ad maris Euxini littus, iuxtàque Sinopan
Tyrside erit quidam Ausonia de gente Sacerdos
Qui prima ex monade, tribus ac decadis referabit,
Quinque alias monades, vicenáque ter repetita,
Quod orbem numerum, referentem nomina Diui,
Qui veniet laturus opem mortalibus ægris.

Ænigmaticum fuit Epitaphium illud lib. 3. An- Anthol. thol. c. 12. n. 19. vbi solummodo duplex littera hoc modo. Φ Φ. scribebatur: quod Alcæus sic examinat.

Δίζημαι κατὰ θυμὸν ὅτευ χάριν αἱ παροδῖτις
Δισσάκι φῖ μοῦνον γράμμα λελόγχε λίθος,
Λαοτύποις σμίλαις κεκολαμμένον; ἦρα γυναικὶ
Τᾷ χθονὶ κευθομένᾳ χιλιὰς, ἦν ὄνομα;
Τοῦτο γὰρ ἀγγέλλει κορυφούμενος εἰς ἓν ἀριθμὸς, &c.

Et quæ sequuntur: vbi aliam apponit interpretationem, magis pro eius palatio, quàm pro re nostra. Præmissa, nobis aptissima, quæ Latinè sonat.

Inquiro animo, cur via adiacens,
Duplex Φ solam litteram, habet lapis,
Calanti ferro insculptam? an forte Mulieri
Ibi sepultæ, Chilias erat nomen?
Id enim nuntiat, collectus in vnum numerus.

Græci, vt nosti, per litteram. Φ. quingentos explicant: ergo hæc duplicata, si minus supputatorio, saltem ænigmatico tenore, fonat mille. Cum ergo apud eosdem Græcos *Chilias*, id est mille, aliunde sit etiam nomen proprium: aptè coniectat Al- Alcæus. cæus, an fortè sub arithmeticis notis pulchra æquiuocatione occultum nomen sepultæ fœminæ notaretur. Fœliciora esse illa nomina, quorum litteræ arithmeticè supputatæ, maiorem numerum augent: credebant Veteres. Sed non est huius loci, congerere testimonia vide citatum Caussinum. Hebræi, visi etiam per litteras, (quibus Caussin. instar Græcorum pro notis arithmeticis vtuntur) ænigmata protulisse. Cornelius Agrippa lib. 3. Cornel. Agrippa. cap. 29. putat Iudæ, propterea Machabæi, cognomen addi, quia quatuor litteræ quibus componitur, formant numerum 72.

מ	40.
כ	20.
ב	2
י	10.

Tacitéque ibi significari septuaginta duo nomina, quibus Deus insignitur. Quod quamuis cabalisticum, rabbinicum, id est, falsum sit omnino:

omnino: probat tamen solitos illos, per litterales numeros ænigmata contexere. Absolui pensum: Ioannis verò ænigma explicare, altioris acuminis est negotium: pennâ tantum è Seraphicis alis depromptâ, elucidatio illa fuerit scribenda, idque in extensâ cœlorum pelle, diuini agni cruore miniato: Mortalium emporetica charta, fumosa penna, & tetra sepia, ausui tanto succumbat necesse est: colimus quod non capimus: & solum dum superari gaudemus, superamus. Sed quamuis quæ hucusque dixi nulla forent, adhuc tamen frustra contenderetur: non posse Ioannem, imò Spiritum sanctum, ordinarias ænigmatum leges spreuisse, & nouam suis legem apposuisse.

CAPVT XVII.

In D. Zenonem Veronensem, Crisis.

PERIOCHA.

1. *Elogium. Assula. Lymphaticus. Fidicula.*
2. *Spectaculum resultans. Sensualitas, pro sensatione. Vmbilicus pro centro. Messis capillamenti. Cranium litteratum. Vermiculatim. Croceus imber.*
3. *Genealogia prodigus. Catabolicus. Extispicium in victimis humanis.*
4. *D. Zeno variis locis, criticè correctus.*

I. DABO in hoc capite, Criticas in D. Zenonem Veron. animaduersiunculas, quas currente calamo, dum sanctum Doctorem percurrerem, subnotaui. Scio hoc Criseos studium, plerisque fastidiosum: nec certè mihi ad gustum: Sed omnino necessarium, non ibis inficias: & vt trahit sua quemque voluptas, scio aliquorum palato, solam crisim sapere. tibi si fortè desipit, mi Lector, non multum impono oneris, hoc si spreto capite, vertas folia: & ad subsequens, ni fortè etiam displiceat, conuolaueris. Præmitto breuiculam, in obscurum sermonem, de Morte Isaiæ, explicationem, in amicorum gratiam, qui id rogarunt: textu præposito, vt clarior procedat. Ergo ita Zeno de Isaiæ martyrio.

§.

Isaias cum Christum prædiceret, vel cum futuræ damnationis elogium Israëlitico populo nuntiasset: atroci feritate, blasphemantium commota barbaries, sectum à capite, duabus eum, violento supplicio, quasi offulis biffidauit: iussitque à capite per aures, vsque ad scapulas, secari ceruicem. quasi parum fuerit, si immanitate lymphaticâ, Martyrem Dei, acuto ense transfoderet: aut ipsa lamina, insontis viri per iugerum, fidiculæ frementis per costas stridente ictu fulcaret: nisi in vnum corpus, duas offulas, gemini penè cadaueris, scissæ carnis rupturâ, truculentus appereret, & duas de æqualitate iuncturæ quasi formulas exsecaret.

§.

NOTÆ.

PRoponitur tanta illa sanctissimi Vatis culpa, (quam hodie, necessariam & gloriosissimam pœnam cauentes, Prædicatores, vt plurimum Principibus blandientes, non incurrimus:) Scilicet veritatis amor, & debitum syncerræ prædicationis officium. Deinde pœnæ immanitas, omni præmio Prophetæ dulcior, declaratur.

Elogium.] In malam partem sæpè sumitur, & fortassè frequentius, quam in bonam: pro reorum crimine, passim à Tertulliano ponitur: Tertull.
Ideò Apol. cap. 15. turpissima Iouis crimina, vocat *elogia*, & alibi, *irreligiositatis elogium.* In hoc loco sumitur à Zenone, non tam pro crimine, quam damnationis publicatione: quæ olim voce præconis edebatur. Amianus lib. 14. *Antiochiæ ordinis verendi, Duces, sub vno elogio iussit occidi.* Amian.
Et iterum lib. 15. eodem modo. Adde Vulcat. Suet Vulcat.
& alios, quos dant Interpretes Tertull. lib. de Sueton.
idolol. cap. 1. *Si quid ad elogij ambitionem facit.* Tertull.
Sed non aliunde aptius, quam ex hoc Zenonis loco ipsum Tertullianum explicarent. Et benè prius dicitur Propheta prædixisse Christum, deinde damnationem elogizasse: vt quem gratiæ prædicatorem spreuerant, tandem pœnæ præconem paterentur.

Duabus offulis.] Patres Græci, (legi plures de hac re, maximè auctores illarum Orationum de Cruce, quas dedit noster Gretherus tom. 2.) dum Grethser.
formam vulnerati Isaiæ Cruci comparant: videntur supponere, non in duas, sed in quatuor offulas scissum Prophetam: repetitósque per decussationem ictus, serrâ impactos, crucem efformasse: id an magis pium, quam verum, non examino: Zeno aliò, & planior pergit, & nos pergamus: quin immoremur illis, satis hic salebrarum offendemus. Neque vulgaris illa, quæ se statim obiicit: quid enim, *Offula*? fortassè secti capitis partes vocauit offulas, quasi fero populo, tanquam voraci Cani obiiciendas. Nihilominus legendum puto, *duabus assulis*: vt alij iam viderunt: quos inter Cerda ad Tert. lib. 8. cap. 16. Cerda.
not. t. est autem *assula* diminutiua ab assere: quam non solum de sectis lignis, sed etiam de marmoribus dici, probat Barthius Aduers. lib. 6. cap. 7. Barthius.
cum autem asseres, propriè à Serra proueniant aptè Serratum caput, in assulas describitur diuisum. ergo sub duriuscula constructione, sic sensum eruo: Prophetam à capite, in duas partes diuisit, duabus inde quasi assulis efformatis. *Biffidandi* verbum, clarius quam vsitatius, prô, fecit biffidum.

Immanitate Lymphatica.] Id est, furenti. Sic passim apud Auctores, Lymphatici pro furiosis assumuntur. Ferunt deduci vocem à Lympha, siue aqua, quæ morbum solet gignere, quo homines huc ac illuc currunt, & agitantur. Vult Cerda Cerda.
Aduers. c. 117. n. 4. Lymphaticos esse, quos Græci vocant ὑδροφόβους, id est, *aquam fugientes*, id non

 semper

ſempet probo: ὑδροφόβοι enim ſunt, qui rabidi canis morſu vitiati aquam fugiunt: notiſſimus apud medicos hic morbus ὑδροφοβία, id eſt, *aqua fuga.* Fortaſsè tamen hos etiam antiphraſticè vocabant Lymphaticos: vnde quia hi dolore & rabie furiunt: furioſos omnes, Lymphaticos appellarunt. alias Lymphaticorum etymologias alij inuenerunt.

Iugerum.] vox in ſingulari minus vſitata, metaphora ſumitur ab agro, cuius iugera aratro ſulcantur. ergo ſulcare per iugerum laminâ, aut fidiculæ ictu, per coſtas ſulcare, eſt ſulcos in corpore, vel in coſtis ducere. ego putabam legendum, *inſontis viri per iugulum.* ad rem. vult Zeno leuiorem pœnam futuram, ſi iugulum ſecaretur, aut corporis coſtæ ſulcante ferro, ſicut iugera protererentur. De hac pœna, etiam in ſacro textu celebri, alibi integrum caput dabo.

D. Ioan. Chryſoſt. Eadem metaphorâ vſus D. Chryſoſt. hom.43. de Martyribus: loquitur Tyrannus. κατέξαινα τὰς πλευρὰς· καὶ βαθείας αὐτῇ μὲν αὔλακας, καὶ καταῤῥόους ῥύακας αἱμάτων. *radebam latera, & profundos in eis ſulcos proſcindebam, atque ſanguinis riuos deducebam.*

D. Iſidor. *Fidicula ſæuientis.*] De fidicula D. Iſidorus lib.5. Orig. *Vngula dicta, quod effodiant: hæ & fidiculæ, quia iis Rei in equuleo torquentur, vt fides inueniatur.* Cerda. De quo multa Cerda Adu. 71. num. 9. qui fidiculam, quaſi fundiculam vult appellari, quod homines fodicaret: aptius diceret, funderet. apta huic Prudent. loco illa quæ affert Prudentij.

——— Vertat ictum carnifex,
In os loquentis, inque maxillas manum;
Sulcóſque acutos, aut fidiculas transferat.

Vbi ſulcos audis à fidiculis. nihilominus quod Cerda. vult Cerda fidiculam ſemper pro vngulis ferreis ſumi, ſolúmque apud Sueton. aliud tormenti genus denotare: non ita probo: tum quia in hoc loco, eâdem laminâ, & ſtridente fidiculâ vult Zeno potuiſſe iugerum, (vel iugulum,) & coſtas proſcindi, quâ à capite per aures Propheta ſectus eſt: Iſaias autem, vt infra patet, Serræ dentibus fuit laceratus: ergo fidicula, Serræ hic coincidit. Quintil. tum etiam quia Quintil. declam.7. fidiculam, pro verberatorio inſtrumento, viſus vſurpare: ita enim ibi. *Cum flammis vruntur nudauit alia, nox illa occurrat: cum membra fidicula flagella laxauerint: rurſus ante oculos ſit, morientis vnici vultus.* Idem. Et iterum infrà. *Si me fortè fidicula flagella mutauerint.* Cum ergo alij, aliis etiam modis fidiculas explicent, & Auctores adducant: varia fidicularum genera fuiſſe non addubito: imò generale fuiſſe nomen, inſtrumentis torquentibus ſignificandis. Satis autem oſtendit his verbis non aſſentire illis, qui Iſaiam putarunt, alio modo Serræ ſubiacuiſſe.

Duas offulas.] corrige vt ſupra, *aſſulas.* Satis ſe explicat non decuſſata vulnera tuliſſe, vt voluere Patres Græci, quos citaui. do tantum Macarium Macar. Chryſoc. Chryſocephalum Epiſc. Philadelph. ibi. Ἀλλ' ἅδε καὶ οἷς ἔπαθεν, τὸ Χριστοῦ προδιέγραψε πάθος· διχῆ γὰρ διῃρημένος ξυλίνῳ πρίονι, τὸ σταυρικὸν ἐσχημάτιζε τύπον. *Sed & iis, quæ pertulit, Chriſti paſſionem præſignificauit, bifariam enim Serra lignea diſſectus, Crucis figuram effigiauit.* Vbi etiam, non ferream, quod vult Zeno, ſed ligneam Serram audis, quod plerique alij veterum voluere, vno verbo: ferrea Serra capiti impacta dicitur: (non qua parte illinc in occiput, hinc in naſum deſcenderet, ſed quâ in aures & tempora, indéque in vtramque ſcapulam deueniret, ac deinde in pectus penetraret:) idque ſemel, quo binæ corporis aſſulæ ſeu formulæ, geminato quodammodo cadauere remanerent. Videamus iam quæ addat longè obſcuriora.

§.

2. Sed in tanto cœleſtis paleſtræ miraculo, nullus, vt arbitror, ſpectaculo reſultãti, ita videre eum poterit, qui geſta numerare pertentet. iccirco ſolicitis viſibus, veteris diſciplinæ nouam de paſſionibus celebritatem aduertite: qualíſque illic fuerit martyrij nobilitas, quam præclara, quam fortis: Cum in capite, hoc eſt, collectæ ſenſualitatis vmbilico, Serra viam faceret, & ſtridore reciproco ſulcos dentium duceret. Labebatur, credo, lamina dum dentes infigit: & per meſſem capillamenti, craſsúmque tegminis velamentum, vel calloſæ glutinum cutis, Hebræas capitis litteras, textum verticis merſit. Mox vt ſe ad cubile cordis concinnamenti niſu ſector ſollicitus defixiſſet: fontis fluenta purpurei: laxatis venarum lapſibus, ne venas vermiculatim pullice profanus intenderet: croceus ſe affatim imber infudit: vt tectâ, gurgite ſanguinis venarum, picturâ, non tremeret, nec miraretur, quale eſſet illud, vnde victus erubeſcere cogeretur: patuerunt quippè internorum viſcerum laqueata commercia, ſonus buccinæ furientis, profunda viuacitas, & ſicca ieiunia voluptatum.

§.

N O T Æ.

EXplicemus ſingula deinde facilius totius orationis ſenſum eruemus. In primis, τὸ *concinnamenti niſu*: lege, *concitamenti iuſſu*, quia concitatus & vehemens rumpere conabatur illud, *buccina furientis*, corrige, *ferientis* clangor enim tubarum, & buccinarum ſonitus, paſſim ferire aures dicitur: furorem hîc, tantummodo furens legerit.

Spectaculo reſultanti.] Id eſt, quodammodo reſiliente, & oculos euitante: tam enim ibi multa, vt nullatenus obtutu vno poſſint percipi, & numerari: vnde ſtatim ſollicitos & attentiores requirit obtutus: hæc videtur Zenonis mens germana. poteſt etiam dici, reſultare: id eſt, reſilire ſpectaculum, quaſi oculos à ſe amoueat: quia funeſtum, & lugubre, de immeritâ tanti Vatis pœnâ, piorum aſpectus auertit neceſſariò. affectus in re ſimili paſſim excitatus. Satis illud Valer. Val. Max. Max. lib.2. cap.7. vbi Poſthumius Dictator, filium violatæ diſciplinæ militaris reum, iubens occidi, ſic deſcribitur. *Ad hoc peragendum imperium paternæ vocis miniſterio ſufficere valuiſti: nam oculos tuos, certum ſcio, clariſſimâ in luce tenebris offuſos,* ingens

ingens animi opus intueri nequiuisse. Meritò autem mirabilius hoc spectaculum, inde prædicat Zeno, quod *veteris disciplina, noua celebritate*, perageretur. quasi dicat: quis non miretur in veteri lege, nouam tanti Martyrij celebritatem: nouæ legis primitias: & Isaiam, ante Christum, quodammodo Christianum? aucupantur frequenter hanc laudem, agentes de Machabæis Martyribus. SS. DD. res trita terendo otio non inuitat.

Collecta sensualitatis vmbilico.] Audiui Concionatorem non vulgarem, qui sensualitatem in hoc loco, de libidine explicans: cum aliunde sciret, vmbilicum in sacris litteris, ex aliquorum Patrum interpretatione: lasciuiæ domicilium appellari: nescio quem lasciuum vmbilicum, ex hoc Zenonis loco piscabatur. Sed sibi habeat, neque populo vendat gerras insulsissimas. *Sensualitas* ibi, non vt vulgò sonat, sed meram sensationem significat: Sic *sensualia* dixit Apulæius pro sensibilibus. (Apulæius.) rem ergo vt capias, aduerte. Vmbilicus (ex humani corporis symetria,) apud Philosophos, & Anatomicos humani corporis centrum habetur, vt nosti: inde est, vt centrum alicuius rei vocetur vmbilicus. D. Eucherius, (D. Eucher.) (apud Cerdam Adu. 115. cap. num. 95.) quærens cur Deus à Dauide dicatur *operatus salutem in medio terra:* sic respondet. *Iudæam dixit, in qua Christus liberauit per Crucem mundum: quam aliqui vmbilicum terra appellandum arbitrantur*, id est, centrum: quia vt passim legis apud Patres, & Cosmògraphos pios, Iudæa, & in câ mons caluariæ, totius terrenæ circunferentiæ, centrum medium existimatur. Id ergo voluit Zeno, in capite tanquam in proprio centro, & loco à naturâ destinato collectam sensationem reperiri: quia in cæteris membris, vnus tactus viget: in capite omnes quinque sensus colliguntur: & vt è centro lineæ, sic è capite sensationes emittuntur. Apertè hoc capitis encomium, quod obscuriuscule protulit S. Doctor, dant Auctores innumeri, subdo aliquos. (D. Ambr.) D. Ambros. Hexam. 6. cap. 9. post multa de capite. *Absoluimus velut quandam humani corporis regiam, in qua licet quadam quantitas portionis, forma tamen* (Idem.) *vniuersitatis est.* Et lib. de Incarnat. Dom. Sacram. vbi de Ioanne. *Id enim addidit vt legeres, quod in Christi pectore recumbebat: & intelligeres quod eius caput, in quo principale omnium sensuum est, arcano* (D Greg. Nazianz.) *quodam sapientia replebatur.* D. Gregor. Nazianz. orat. in sanctum Baptisma. *Præclare item se res habitura est, si caput perpurgantes, vt pars illa, qua sensuum domicilium, & officina est, purgari solet.* (Lyran.) Lyranus ad illud Gen. 2. *Inspirauit in faciem eius spiraculum vita:* sic scribit. *Quia sensus magis apparent in facie, quam in aliis partibus, sicut apparet in visu, auditu, olfactu, & gustu: tactus autem* (D. Zeno Veron.) *per totum corpus diffusus est.* Idem D. Zeno serm. de Præcepto. *Attende tibi* sibi correspondens. *Nam idcirco etiam caput in summo culmine totius humana fabrica situm est: & in ipso, quod præclarius est in homine, sensus isti corporei instituti sunt, id est, visus auditus, gustus, & odoratus, qui omnes vicini, & penè sibi mutuò coharentes, breuibus tamen diremptis spatiis: in nullo, suis vsibus inuicem, officiisque,* (Tertull.) *præpediunt vel obsistunt.* Tertull. lib. de Resur. Car. cap. 15. de Cerebro, vel fronte: *Vbi principalitas sensuum consecrata est.* Profanos de hac re frequentissimus incurres.

Potest etiam caput, *sensualitatis vmbilicus*, seu centrum appellari, non solum propter materiales sensus, sed etiam propter intellectuales functiones, quibus organa in capite Deus disposuit. nam sensum pro intellectu, & consilio poni, in Scriptura, in Patribus, in profanis optimæ latinitatis Auctoribus, passim legimus. Vide Barth. Adu. lib. 3. cap. 16. & 23. & lib. 21. (Barthius.) cap. 3. & lib. 32. cap. 5. adde Claud. apud quem Christus vocatur. (Claudian.)

——— *Redeuntis conditor æui,*
Vox magni, sensúsque Dei, quem fudit ab alta
Mente Pater.

Magis ad rem Prudentius in Agone Romani Martyris, (Prudent.) de Deo humanas mentes habitante:

Ædem sibi in mente hominis condidit,
Viuam, serenam, sensualem, flabilem,
Solui incapacem posse.

Vbi *sensualis* ponitur pro intellectiuâ.

Messem capillamenti.] Quia Hebræi, etiam extra Nazareatum, prolixiori capillaturâ vtebantur: dixi multa in Cant. commentariis, metaphora messis, apta in hanc rem floribus etiam & racemis comparari, ibidem probaui ad cap. 5. v. 11. sed pro Zenonis messe facit Philostratus in (Philostr.) Memnonis descriptione: ὅσος δ' ὁ τῆς κορυφῆς ἄσταχυς. *quanta capillorum spica.* Obscurius est, quod additur: *Crassúmque tegminis velamentum.* Ridiculum est, pileum, vel petasum caput velantem, hîc intelligere: nam quamuis daremus, his Hebræos vsos, scindendo tamen capiti, carnifex operimentum amoueret: neque Zeno præpostero ordine, post capillos, tunc tegminis velantis meminisset. Capio igitur de ipso naturalis capitis corio, quod statim, *callosa cutis glutinum* appellauit: ideò posuit *τὸ vel:* quasi dicat: *crassum tegminis velamentum:* vel si mauis, callosæ cutis glutinum, appella. Est enim, pars illa glutinosa, vt quotidie in capitibus animalium, quæ edimus, experimur. Neque *callosa* dicitur propriè, de callis obductis, sed quia pars illa compactior & solidior tegendo capiti, quam cæterorum membrorum cutis, reperitur.

Hebraas capitis litteras, textum verticis.] Commissuras illas capitis, quibus cranium connectitur, aptissimè *textum verticis* appellauit: nam in superiori parte & inde, illis contexi videtur. Si autem caluariam nudam aspicias, videbitur tibi litteras obiicere. Ideò Græci anotomici, si minus ipsis commissurarum minutioribus lineis, saltem totis commissuris, litteralia nomina affingunt, sic λαμβδοειδῆ vocant, & similia. Nihilominus singulæ illæ lineolæ, videntur characteres nescio quomodo Hebræos illos, & rudes repræsentare. id, ni fallor, voluit sanctus Doctor, ideò textum, seu commissura verticis, *Hebraas capitis litteras* appellauit, eàsque Serræ ictu, post crines & cutem, mersas, & oblitteratas. Certè, quantum memoria suggerit, legi aliquando, Cabalisticos Rabbinos, seriò affirmare, illas commissuras, putas putas litteras Hebræas priscas esse, vnde nugacissimè, diuinationes aucupantur: quæsiui postea locum, quâ potui maximâ diligentiâ, nec inueni. Si fortè offenderis, locum hunc absque dubio, germanè & apertissimè explicaueris.

Ad cubile cordis.] Statius vocauit, *vita secreta.* (Statius.) Virgil. lib. 10. (Virgil.)

Tum latebras anima, pectus, mucrone recludit.

Vbi multa Cerda.

Laxatis venarum lapsibus.] Id est, meatibus, quibus & labitur, & fluit sanguis: ideò prius, *purpurei fontis fluenta:* dixit: Labentes autem

fluuios,

fluuios, & similia, in tanta rei notitia, putidum exornare.

Cerda. *Vermiculatim.*] Cerda Adu. cap. 144. n. 26. Vbi nonnulla Zenonis explicat, hæc habet. *Sermone de morte Esaia*, vermicularim, *id est, rubicunde.* Crocus imber, *sanguis ibidem.* Mathemarici catabolì, *à consulendo.* Sacra ieiunia voluptatum, *pro continentiá.* Hæc Cerda breuiter; & breuius quam par erat. Sed quid est: *Laxatis Venarum lapsibus, ne venas vermiculatim pullice profanus intenderet, croceus se affatim imber infudit.* Quid hoc? Locus absque dubio deprauatus. ego aliquando pro *pullice* legebam, *pollice.* Sed neque sic claret. omnino refingendum puto, & fortasse verè. *Ne venas vermiculatas, publicè profanus ostenderet, affatim*, &c. Id est, suo superfusæ, & vermiculatæ sanguine venæ prohibuere tyrannum, ne illas spectandas publicè exhiberet. Hinc statim additur, *vt tectá gurgite sanguinis venarum picturá: non tremeret*, &c. porrò *vermiculatus color*, est purpureus,

Cerda. vnde nos fortasse, *vermeio.* Ipse Cerda cap. 102. num. 5. voluit ita dici, à verme cuius sanguine

D. Hieron. purpura tingitur: hincque explicat illud. D. Hier. ad Lætam: *in quibus non auri & pellis babylonica vermiculata picturá.* Imò sic putat, explicandum illud Cant. 1. de murenulis aureis, *vermiculatis* argento: Sed frustra: aliter Deltius, & Sanchez, ad quos ego in commentariis nostris. Lectorem remisi. non vidit meus Cerda, non benè argentum purpurá fucari, auro insuper fucando. Imò quod ipse cum aliis, voluit de verme, mihi non ita planum, qui pisciculos & conchilia, quibus purpura tingebatur, non ita propriè vermibus, vocinini adnumerari.

Croceus imber.] Croceus color, passim cum purpureo confunditur: res nota; cum autem corde fæcatioris sanguinis sit principium, (vnde paulo antè, *cubile cordis* vocauit, *fontis purpurei fluenta*,) meritò, non sanguinem vtcumque, sed sanguinis imbrem, è lacero iam pectore manan-

Plinius. tem dixit. Plinius lib. 11. cap. 37. de Cerebro locutus. *Hanc habet sensus arcem, huc venarum omnis à corde vis tendit, huc desinit.* quia à corde initia venarum præcipua: non solum in cerebrum, sed in totum corpus: Licèt, quod voluit Plinius, formandis purioribus spiritibus, exquisitius in cerebrum deferantur. ergo tot venis ad cor disru-

Statius. ptis, quid imbrem non sperares? Sic Statius in re simili lib. 5. Theb.

——— Non ora loco, non pectora restant.
Rapta cutis, tenera ossa patent, nexúsque madentes,
Sanguinis imbre noui.

Vt tectá picturá.] Id est, collatione illâ naturali, & quodammodò affabre depictâ descriptáque viscerum compositione, omnino iam obscuratâ: quam postea, *Laqueata viscerum commercia appellat:* itaque non est venarum pictura, sed viscerum: & hæc venarum sanguineo tecta gurgite.

Non tremeret, &c.] Sensus est. Impius persecutor, Manasses impius in scindendo Isaia id curabat, vt videret qualia essent viscera illa, vnde vox illa intrepida, & profunde viuax instar sonantis buccinæ erumpebat, qua asperè à sanctissimo Vate reprehendebatur: qualia intestina, quæ in tantam voluptatum abstinentiam perduxarunt: Venæ tamen piæ, dum reuelata viscera nudarentur, sanguinis profluuio, illa occultare & tegere conabantur, non inuidæ sed beniuolæ, ne scilicet amplius tremeret, & miraretur, cernens illa confusionis suæ instrumenta, vnde victus erubescere cogeretur. Non tamen profuit solicita venarum pietas, vt postea dicit: de quo infra. Sunt autem, *laqueata viscerum commercia*, mirus ille intestinorum ordo commeans, & ordinatus discursus, quo inter se connectuntur, & quodammodo laqueati operis picturam, & artificium ostentant. *Sicca*, (Cerda legit *sacra*; non placet,) *ieiunia voluptatum.* Ipsa viscera, ieiunio arida & exsiccata, & inde in cæteras voluptates coërcendas aptiora: intellexisse puto. cur autem sanctus Doctor appellet Isaiam, *castidicum iuuenem*, cum tamen ex meliori computo, ferè centenarius occubuit non video: nisi fortè non ad ætatis, sed ad virtutis vigorem respexisset. Concluditur tandem sermo. Cerda.

§.

Sed Belial, filius Ezechiæ. Vir cruen- 3.
tus, & prodigus genealogiæ; Mathematicus, Catabolicorum, fatidicorum, & pythonicorum Antistes: intra Loricam sacri pectoris, fidei comitium, prædicationis politicæ, litterarum curiam perquirebat. & licèt, iam esset membratim corporis diuisa possessio, interna proderet, abdita reuelaret, obscura porrigeret, & quale esset illud, vnde victus erubescere cogeretur: vt persecutor infamis, hominem Dei, dentibus discerperet alienis: Propheta tamen egregius & illustris, inter resupinatos sectores & pendulos, tandiu immobili, inconcussi corporis, perdurauit statu: quandiu duo esse inciperent: qui figuras gentium, cum suo persecutore damnarent.

§.

N O T Æ.

SEnsus ex superioribus constat: curarant Venæ, viscera profuso sanguine velare, ne miser princeps denuò confunderetur: Sed homo, vt non solum cruentus erat, sed etiam omni magicarum artium instructus disciplinâ: non destitit, donec quod inquirebat inueniret. quæ sequuntur clariora sunt. De singulis pauca subdo.

Prodigus.] Fortasse legendum: *Prodigiosus genealogia Mathematicus.* quasi vocet genethliacum Mathematicum: sic amicus putabat: sed genealogiam, pro horoscopo, & natali hora, nescio an absque violentiâ vsurpetur. Nihil ergo muto: Vocatur enim Manasses cruentus de feritate, prodigus genealogiæ, quasi sanctissimi Patris, & sanctorum Patriarcharum lineæ iniuriosus, & nobilioris familiæ splendorem non curans, sed prodigens, & vitiis obscurans: vt Mathematicus, nonè sacro oraculo responsa, sed ab astris perscrutans diuinationes. Nec solum vtcumque fatidicus, pythonicus, & catabolicus, sed horum omnium antistes, princeps & coriphæus fatidicos, & pythonicos, pueri norunt: catabolici, verò sunt spiritus nequam, qui per arreptitios futura

Tertull. futura prædicabant. Vide quæ alij ad Tertull. de Anima, cap. 28. *Scimus enim Magiam elicere explorandis occultis, Catabolicos, & Paredros, & Pythonicos spiritus.* Hæc Manassis Magia legitur in lib. Paralip.

Intra loricam, &c.] Pectoris costæ, à naturâ sic constitutæ sunt, vt adhibito pleurate, cor muniant, & quodammodo loricent. pulchrè autem vocantur cor & viscera S. Prophetæ *fidei comitium:* quasi ibi suffragia fidei, infidelibus & idololatris condemnandis redderentur: deinde *prædicationis politica, & litterarum curia*; quasi ibi prædicationis sententias Reip. sanctissimè gubernandæ: & docta consilia reconderet Isaias; quibus Regem & populum instituebat.

Perquireb.is.] Attende Lectór. Non frustra paulo antè Manassem Ezechiæ filium, Magum tot cumulatis titulis denotauit Zeno: Sed vt inde, credo, probaret, ideò tam auidè viscera scrutari, quòd id, quà magus, agere solebat: Aruspices enim & venefici per extispicium, etiam in visceribus spirantibus adhuc diuinabant. de Animalium brutorum extis, res passim obuia. do tantum eundem Zenonem serm. 38. de Niniuitis,

D. Zeno Veron lib. 2. *Statim actus veteris vitæ damnantes, pro salute redimendâ, non solito more ad stupida simulachra concurrunt: non aris fœtentibus funestos excitant ignes, non thura cremant: non merum profundunt: nec pecudum inexpectatâ morte, rapti iecoris spirantes consulunt fibras: nec per varios auium volatus coniecturis inanibus, statum plumeæ salutis inquirunt.* Nihil apud exteros legisti elegantius. Insolentius est, sed æquè verum: humanorum viscerum scrutamen,

Senec. cui hîc alludit Zeno. Seneca in Thyeste: de Atreo immanissimè, nepotes suos à fratre, occidente.

Erepta viuis exta pectoribus tremunt,
Spirántque vena, córque adhuc pauidum
Salit:
At ille fibras tractat, & fata inspicit,
Et adhuc calentes viscerum venas notat,
Postquam hostia placuere, &c.

Lamprid. Lampridius in Heliogabalo. *Cædit & humanas hostias, lectis ad hoc pueris nobilibus, & decoris per omnem Italiam, patrimis, & matrimis: Credo vt maior esset vtroque parenti dolor. Omne denique Magorum genus aderat illi: operabatúrque quotidie hortante illo, & gratias Diis agente, quod amicos eorum inuenisset. cum inspiceret exta puerilia, & excuteret hostias, ad ritum gentilem suum*, &c. Ego in tota hac explicatiuncula vt vides, non tam examino gesta Manassis, & cædem Isaiæ, quam verba & mentem explicò Zenonis. Scio, (cum de Nece Prophetæ nihil Scriptura dicat.) Hæc Zenonis, & alia à plerisque Patribus & Rabbinis, adhuc mirabiliora: ab Isaiæ intrepretibus in dubium vocari: Sed ipsi ventilent: non mihi ad rem præsentis, id oneris imposuerim. pergo.

Propheta tamen illustris, &c.] Tandem scrutatus est viscera Manasses, vidítque confusionis suæ, & veteris, & nouæ instrumenta, compos iam voti, quo fuerat incitatus, vt quem mauellet propriis, alienis saltem Serræ dentibus conscinderet. Propheta tamen interim, inter carnifices, (nunc pendulos, nec resupinatos, provt inuicem Serram deducebant,) immotus perstitit, donec penitus in duas assulas gemini penè cadaueris, sectus fuit: vt, cum in ore duorum, vel trium sit omne verbum: qui vnus dum viuebat, mortuus iam duplex, robustior & efficacior, idolorum gentilium figuras, quas colebat Manasses, & ipsum Manassem pariter condemnaret. Si adhuc nouitio Lectori aliquid restat scrupuli, adhibita paraphrasi, rem aperio.

PARAPHRASIS.

Isaias cùm venturi Christi gesta prænuntiaret, atque rebelli populo Israëlitico prædiceret: cúmque agnita eiusdem populi infidelitate, imminentes illi pœnas elata voce proferret, vt quem gratiæ prædicatorem respuit, deinceps pœnæ præconem sortiretur: sic blasphemantem gentem, & commotam atroci feritate barbariem exasperauit: vt à summo capite, vsque ad imum corpus, illum secaret, horribilíque supplicij genere, bifidum, in duos quodammodo asseres, Serrâ condiuideret: ídque transuerso ictu, vt per vtramque aurem, ceruix vsque ad scapulas finderetur: parum scilicet reputans, si furenti immanitate, Prophetam acuto ense transfoderet, aut saltem, (si adhibenda Serra,) eius laminâ innocentis viri caput, per iugulum secaret, aut per eius costas, sæuiente fidicula sulcos duceret: nisi in vnum corpus sæuiens truculenter, scissæ carnis laceratione, duas partes, geminato penè cadauere, separaret: & de æqualitate iuncturæ, terga à pectore diuidens, duas eiusdem corporis formulas exhiberet.

Sed nullus erit, vt arbitror, qui in tanto cœlestis certaminis miraculo, sic attentè Prophetam valeat intueri, vt singula, quæ ibi splendent gesta, valeat numerare: siue, quòd spectaculum ipsum, licèt re vnum, varietate tamen multiplex, quodammodo resilit, & oculos, variis lucis reflexibus eludit: siue, quòd ipsi oculi pietate commoti, obortis lachrymarum tenebris, spectaculi immanitati cernendæ, non sufficiunt. iccirco, sollicitè & diligenter date operam, vt figatis obtutus: & adhuc sub lege veteri, nouam, quasi legis gratiæ, Martyrij celebritatem aduertite: qualísque fuerit illic passionis nobilitas, quàm excellēs, quàm constans, contemplamini. Cùm igitur in capite, (in quo scilicet sensuum omnium collecta multitudo centrum inuenit, collocat domicilium,) viam sibi faceret Serra, & reciprocantium carnificum impulsu strideret, sulcósque impactis dentibus duceret: labebatur puto eius lamina, dum dentes adigit, donec per capillos, messis instar succrescentes, & per naturale capitis velamen. Cutem scilicet duriorem,

&

& glutinosam, ad cranium peruenit, vbi commissuras illas, quibus è vertice, cranium quodammodo texitur, & copulatur, eásque ad instar Hebræarum litterarum efformatas, mersit omnino, & scissas obliterauit. Deinde vbi concitato & impetuoso nisu, ad cordis penetralia, purpurei scilicet sanguinis fluenta, carnifex sollicitus se contulit, mox apertis venarum ductibus, sanguinis imber copiosus erupit, ne venas illas iam vermiculatas & sanguine offusas, profanus Princeps publicè ostenderet: vtque gurgite sanguinis, è venis ruptis prouenientе, obuelatâ naturali viscerum collocatione, miro naturæ quasi depingentis artificio laboratâ: non tremens, ac stupens miraretur, qualia essent illa viscera, vnde minax reprehensio, doctrina solida eruperat, quibus, vt olim, modo etiam victus, ad pudoris confusionem cogeretur: patuerunt quippè post sectionem, internorum viscerum casti Prophetæ, natiua dispositio, nexus commeantes: organa illa vocis, quæ instar buccinæ, perfidorum aures feriebant: viuacis illius spiritus instrumenta, ieiunio tantisper arida, quo facilius cæteras voluptates debellarunt.

Sed licèt ruptæ venæ, piè magis quam inuidè, offuso sanguine, patentia iam viscera obuelarent, vt dixi, ne nouo pudore Manasses afficeretur. ille tamen vt erat effracto legis iugo Belial verus, & licèt sanctissimi Ezechiæ filius, vir cruentus, non curator, sed prodigus splendoris, quem è lineâ, & genealogiâ tantorum Patriarcharum, & proximius piissimi parentis, contraxerat: vt potè non solum Mathematicus astrorum cultor, & magus: sed etiam magorum omnium, qui spiritu eatabolico, fatidico, & pythonico agitantur, princeps, & coriphæus: peruicax & obstinatus, deterso sanguine viscera reuelans, in septa sacri pectoris, quod natura quodammodo costis loricauerat, penetrans: adhuc magicè, per extispicium viscera tractans: loca secreti cordis scrutabatur: vbi fidei suffragia contra infideles olim edebantur: vbi prædicationis sententiæ, ad instituendam remp. & totius litteraturæ secreta condebantur. Verumtamen, licèt iam penè corpus in duas partes membratim esset diuisum, & interna proderet, occulta reuelaret, & viscerum obscura ederet in lucem: ostenderétque, qualia essent illa instrumenta, quibus olim victus erubescere cogeretur: quæ fuerunt in caussa, vt rex impius & persecutor infamis, Prophetam Dei, quem suis mallet dentibus, alienis Serræ dentibus discerperet: nihilominus ipse Propheta egregius & illustris, inter sectores, (nunc resupinatos dum ad se trahunt, nunc pendulos, dum Serram impellentes in contrarium, trahuntur,) tandiu immobili, inconcussi corporis statu perdurauit: donec plenè in duos diuisus, duplex quodammodo fieret testis aerior, & in ore duorum, irrefragabilius staret verbum, quo ipse Manasses persecutor, & idolorum gentilium figuræ, quas colebat, condemnarentur. Sic qui per impiam immanitatem, tam diro supplicio vnum euitare testem contendebat, indidem contra se duos suscitauit.

Nunc iam alios sermones obiter percurramus, 4.
& amanuensium, vel typorum incuriâ illapsos errores, in gratiam Concionatorum, (qui hoc sancto Doctore frequentius vtuntur,) corrigamus: gratior demptis næuis, lucebit è suggestu.

Serm. 1. de Abraham.

Ad initium ita. *Abraham Patriarcha noster exploratus à Deo, in senectute suscepit vnicum filium, nihil tamen solicitum Patri: cuius ætas, in annis vergentibus, in occasus sui terminum, versabatur: & educationis tempus angustum: & senectuti exitus iam vicinus.*

Repugnat sententia verbis: cur enim non solicitus Patri filius, id est, curas & solicitudinem non ingerens, maximè sub illis conditionibus? interiice ergo: *Nihilominus solitum Patri.* Fauent apertè quæ sequuntur, vbi addit Zeno. *Ecce prima deuotio, libenter excipere, quod serò datur: & in tristissimâ senectute, susceptâ solicitudinis mole gaudere.* Porrò constructio Zenonica est, & aliis minus vsitata.

Serm. 2. de eodem.

Hic sermo acephalus videtur: ad cuius tamen ingressum ita. *Filium quidem Isaach habuit: simplex quidem vocabulum, sed multiplex pronuntiatio. Hic namque, charissimi, desperatus parentibus, sed Deo promittente susceptus, in transacta ætatis, & generantis genitalis flore consumitur: non tam ex parentibus, quam diuinâ perceptione meruit procreari: atque ex intimis vitæ curriculis, Saræ vterum filius aperto primo vocabulo, cui iam Auræ reuerentiam, senectus verecunda detulerat.*

Corrige: *Et generantis genitalis flore consumpto.* Tunc sensus planus nisi dicas scripsisse S. Doctorem: *Fluore consumpto*: maximè propter Saram: cui iam desierant fieri muliebria, id est, fluere menstrua. τὸ *filius aperto primo vocabulo*: lege, *aperuit*. Ergo Isaac filius, licèt vnus, & simplici vocabulo prolatus: multipliciter tamen valet pronuntiari: vt potè filius desperatus, filius promissus, filius non tam ex marcidis iam parentibus, quam ex diuina perceptione procreatus: filius denique ex sacrificio postea tenasciturus.

Intima

Intima vitæ curricula, id est, extrema: quando ætas iam, non in ingressu, & quasi extimo limine annorum, sed in penetralibus intimis decurrebat. Tunc igitur Isaac, *uterum Sara aperuit primo vocabulo*: per ordinem ad genitores, primum vocabulum, est filius: secundum, nepos: tertium, pronepos, & sic de aliis. id ergo miratur Zeno, sub tanta senectute, redditam matrem Saram, quam ad minus posses Auiam existimare: Subque primo vocabulo Isaac adesse filium, quem respectu Saræ, nepotem sub secundo, existimares.

Ibidem ad medium, postquam intrepidam Abrahami securitatem commendauit: sic addit de Isaac. *Consimilis quoque filij, ex diuina voluntate securitas: qui cum hostiam prouidet, cuius loco electus fuerat, requirebat: sed traduntur tenera adhuc vinculis manus, & ne quid minus ab hostiâ videretur, pedem ligatura distringit*, &c.

Caligans locus, vide an ita possit allucere: *qui cum hostiam prouidet, cuius loco electus fuerat, requirebat se, traduntur tenera adhuc*, &c. Quasi diceret: mira in iuuene securitas, qui à Patre requirens, vbi nam esset victima immolanda, illámque prouidens: cum aliàs ipse, Deo iubente, obediente Patre, victimæ loco aris destinaretur: certè se ipsum in victimâ, requirebat. aliter etiam, & fortè fœlicius, locum emendabis hoc modo. *Consimilis quoque filij, ex diuina voluntate securitas, cum hostiam prouidè, cuius loco electus fuerat, requirebat: sed traduntur*, &c. Neque ista transitionis ratio insolens Zenoni, qui multa supprimit, & acuto Lectori remittit supplenda. Tandem qui manus vinculis traditas dixit, cur *pedem*, per enallagem scriberet? rescribe: *Pedes ligatura distringit.*

Serm. 3. de eodem.

Ad medium ita. *Igitur Isaac vnicus filius, spes populorum, & gentium origo, tot rerum chari genitori amplexibus inhærebat.* Interpunctione tantum deprauatâ, laborat locus: facilè restitues, sic interpungens: *igitur Isaac vnicus filius: spes populorum, & gentium: origo tot rerum: chari*, &c.

Ibidem, paulo antè finem. *Deuotus sic stricto vultu, puerum ducit ad aram: reprimit gladium medium, pectus fidei militabat. non pallescit vultus, non contremuit manus.*

Quid est hoc, *reprimit gladium medium*? non hoc Abrahami est, quem tam acrem describit Zeno supra, & in hoc ipso sermone Angeli dices, ictum suspendentis: nugæ: non adhuc eò descendit Zeno, vt ex contextu, si legas, sic sole clarius. Amicus non obæsus, legendum monuit: *reprimit gladius metum.* id est: intrepidus, neque nutans, aut pauidus, procedit gladius. non displicet. Ego lubentius legerem: *reprimit gaudium, metum.* id est, à paterno pectore, præ gaudio, metus exulat. Sic idem Zeno serm. 1. dixerat: *In tantis*

D.Zeno Veron. *filij casibus versatur, & gaudet.* & Chrysolog.

D.P.Chrys. serm. 10. apud quem tanto discrimine Abraham: *Sanctificabat mentem suam: lætificabat fidem suam.*

D. Zeno Veron. & iterum Zeno illo serm. 1. *Et cum gaudio vnici pignoris alligat manus.* & sæpè alibi.

Subsequitur dictis immediatè. *Quærit puer vbi sit victima: qua, mox ita ne percuteret, teneræ ætas ostendit, quod nec pater ferire posset, quia nec Dominus, humanum sanguinem postularet*, &c.

P. Pinto Ramirez S. Script. Selecta.

Correctiores codices habent, *quem mox ita ne feriret*, &c. Longè aptius. Aduerte ferè omnes sanctos Patres ad hunc locum, credo vt pietatem commoueant, de Isaac, tanquam de puerulo locutos, qui tamen adolescens erat, & ex opinione Iosephi vigesimum quintum annum attingebat: ad minus robustus iam erat iuuenis, qui lignorum congeriem tanto sacrificio portarat. Sensus ergo Zenonis est. dum puerulus simplex victimam requirit, nec de se aliquid suspicatur: mox ipsa ætatis innocentis teneritudo ostendit, quòd illum non esset Pater percussurus, quia Deus humanum sanguinem non quærebat. Ego tamen legerem: *quem mors ita ne feriret.* quasi dicat: etiam sibi relictum, & extra sacrificium, mors naturalis tenerum florem non detruncaret: ne dum in sacrificio Pater, quia nec Deus sanguinem postulabat. Chrysologus citatus: *Non quærebatur mors filij, sed Patris charitas probabatur.* clarius adhuc legeres in hanc mentem: *quem mors ipsa*, &c. Sed hoc audacius.

Serm. 10. in Exodum.

In hoc sermone ita Zeno de fidelibus, per comparationem ad Iudæos. *Illis irrorata est esurientibus man: nos autem esurire non possumus sempiternam: qui cœlestis panis nobiscum portamus annonam.*

Dispuncta interpunctione, facilè locus restitui videtur hoc modo. *Nos autem esurire non possumus: sempiternam qui cœlestis panis nobiscum portamus annonam*, id est, Eucharistiam. Nihilominus puto seruatâ priscâ interpunctione, sic locum corrigendum: *Nos autem esurire non possumus super terram, qui cœlestis panis nobiscum portamus annonam.* Acutè quæsita antithesi, inter terrenam habitationem, & cœlestem panem, quem edimus fœliciores.

Serm. ad verba: Attende tibi.

Hic sermo, à quouis facilè corrigi potest, nullo enim lethali vulnere confectus. *Meliorem tui partem.* lege. *meliorem.* & paulo pòst. *Vasa diuersa, aurea & argentea, vel ligna & fictilia.* lege: *vel lignea.* iterum. *Propitius est languor totius otiosa, & desidis animæ.* lege. *proprius est langor.* Similia errata in aliis sermonibus passim inuenies, quæ tutè facilè emendabis: vnde quæ huius generis sunt deinceps prætereo.

Serm. in Psalm. 49.

Ibi ita. *Hic quærite Christiani, sacrificium vestrum, an possit esse acceptum, qui vicinarum possessionum, omnes glebulas, lapillos, & surculos nostis: quæ, (si vera dicenda sunt,) dissimulando, subtiliter custoditis: probatio longè non est, ius templorum, ne quis vobis eripiat, quotidie litigatis.*

Locus, quia non capitur, morbosus ab aliquibus infamatur iniustè: sed Criseos est, non solum ægra, si potest, saluti restituere, sed etiam sana, à medicinæ labore excusare. Ergo inuehitur in Christianos illos, minus pios: qui auaritiâ ducti, in prædiis suis, idolorum templa, sacrificiis Ethnicorum fumantia permittebant: & qui, (vt fert auara indoles,) in aliorum possessionibus, vel etiam minima curiosis oculis peruestigarant, in

in prædiis proptiis, ſola fumantia templa, turpiori lucri fumo obcæcati, conniuentes & diſſimulantes, non vidiſſe fingebant: hos deinde incuſat, excuſari non poſſe: cum paſſim contra inuaſores, de templorum illorum iure retinendo litigarent. Quid ergo ſic valens periodus malagmata non recuſet?

Ægrotat ſanè alia quæ ſubſequitur. *Non hi ſolum qui tales ſunt, diſplicent Deo: Sed & illi qui per ſepulchra diſcurrunt, qui fœtè roſis, prandiis, cadaueribus ſacrificant mortuorum: qui amore luxuriandi atque bibendi infamibus locis, lagenis atque calicibus, ſubitò ſibi Martyres pepererunt: qui dies obſeruant: qui Ægyptia corde, candidis faciunt: qui auguria captant.*

Inuehitur in primis contra Chriſtianos illos, qui non de ſuffragij pietate, ſed de gentilizante adhuc ſuperſtitione, ſuper mortuorum tumulos, dapes ferebant, quaſi mortui eiſdem eſſent vſuri: contra quos etiam D. Auguſt. Chryſol. & alij ſcripſerunt. D. Auguſt. Chryſol. Deinde eos arguit, qui prætextu celebrandorum Martyrum, genio & luxui indulgebant: imo & nulla adhibita probatione Martyres ſomniatos quoſdam colebant: de quo in Sanctorum actis, non pauca legimus: & quandoque latrones, pro Martyribus cultos, effreni vulgi licentia audimus, donec Sanctorum Epiſcoporum curâ arcerentur. vnde meritiſſimo Pontifices tot adhibitis diligentiis in Sanctorum procedunt canonizatione. Tandem illos corrigit, qui dies obſeruabant, hos fauſtos, illos infauſtos negotiis arbitrantes: eóſque qui adhuc inanibus auguriis mouebantur. illud ergo leuiter deprauatum: *Qui Ægyptia corde, candidis faciunt.* Legendum abſque dubio: *Qui Ægyptia corda*, &c. vel, *qui Ægyptio corde*, &c. quod vt facilè corrigis, non facilè explicaueris. quid eſt, *Ægyptia corda candidis faciunt*? Amicus doctus τὸ *candidis* dandi caſui referebat: quaſi dicat Zeno: Diſplicent etiam Deo, qui ſimplicibus per ſcandalum corda dura & penè Pharaonica ingenerant. apta explicatio, niſi in his omnibus, videatur Deus ex mente Zenonis, ſuperſtitionis magis, quam alterius generis vitia denotare. ergo in auferendi caſu locum conſtruo, hoc modo. diſplicent qui candidis ipſis veſtibus, quas feſtiuo more, ſuperſtitioſè celebritatibus ſuis agitandis induunt, nigra & tenebricoſa corda ſibi reddunt: Tertull. *candidas* abſolutè, pro candidis veſtibus ſumptas, notum ex Tertull. & aliis; háſque in ſacris celebritatibus vſurpatas, adhuc notius. niſi fortè dicas affectaſſe hos aliquid ſuperſtitioſum ex Ægypti ſacris, ſcimus enim Ægyptiæ Iſidis Sacerdotes, lineis candidis indutos. Si legas: *Qui Ægyptio corde candidis faciunt.* cape τὸ *faciunt* Latiniſſimè poſitum, pro *ſacrificant.* quaſi dicat: diſplicent etiam Deo, qui corde vitiis obſcuro & denigrato, candidis, ſuperſtitioſè ſacrificatores, induuntur: candore veſtium, cordis atredinem obuelantes. Tenebræ autem illæ Ægyptiæ apud Exodum, ſimiles Patribus locutiones indidere.

Serm. in Pſalm. 126.

Loquitur de ciuitate myſtica ſiue Eccleſiâ, cui Deus ab initio vigilauerit: deinde ſic ſubdit. *Cuius ciuitatis iam diu Dominus, vigil cuſtos eſt: cum Abraham peregrinum tuetur: cum immolandum Iſaac reſeruat: cum Iacob ſeruientem dicat: cum Ægypto, Ioſeph venditum præfert.* Ecquæ iſta, ſub Labani ſeruitute dicatio? neſcio. breui litterulæ mutatiunculâ, locus credo reſtituitur. *Cum Iacob ſeruientem ditat.* res planiſſima, & certiſſima, correctionem tuetur. Ibidem, ad medium, pro τὸ *virorum*: lege. *vitiorum.*

Serm. in Pſalm. 128.

Loquitur de peccatoribus, quibus dæmon vtitur vt inſtrumentis. *In his deteſtandi officij interceſſio fœda, miſeranda eſt: quod ſint vaſa diaboli, Satanæ miniſterium, & latrocinantium tela, & alienæ militia ac nequitiæ paritores.* Reſtitue loco pulchrum ſuum leporem, & lege. *Apparitores*, id eſt: miniſtros & ſatellites. apud profanos res plana: ex ſacris, ſatis vnus Ambroſ. epiſt. ad Marcellinam 33. lib. 5. D. Amb. *Palatina officia, hoc eſt, memoriales, agentes in rebus, apparitores diuerſorum Comitum: temperare à proceſſu iubentur,* &c. & iterum eodem lib. epiſt. 35. Idem. *Apparitor præfecturæ, qui propter operas Portuenſes offenſam contraxerat, iam in portu nauigat.*

Ibidem: *Exprobrari autem ſemper contumacibus legis meminimus, quod dura ceruice ſint, cum ceruicoſum populum eſſe Moyſes ad Dominum arcuit* lege: *arguit.* Iterum ibidem ſic habet. *Plus metit conſci nua, quam geſta.* Qui argutias magis, quam quæ ſolida aucupantur, mirum eſt, quàm hæc verba in varios ſenſus diſtorſerint: ſed nullo ſenſu. Lege contextum, & corriges facilè: *plus metit conſcientia, quam geſta.* quia plus animi intentio apud Deum, quam geſtorum exhibitio mera attenditur.

Serm. 1. in Pſalm. 130.

Ad finem ibi. *Se oſtendit anima.* lege. *Sed oſtendit anima.* & paulo pòſt: *de ſe laudat.* corrige. *Deo ſe laudat.* alios ibidem leuiores obices tu amouebis.

Serm. 1. de Dan. & Tribus Pueris.

Ibi ita habet. *Martyri quodammodo pars eſt, fratres dilectiſſimi, Martyres non horruiſſe ſupplicium: quantum enim multiformis crudelitas, lugubris contemplatio retrahit à coronâ: tantum perfecta ac generoſa fides, quique illi fuerit cruciatus, ſua complicat vota.* Pulchra gnome, ſed multipliciter fœdata: quam ſic emendo. *Martyrij quodammodo pars eſt, fratres dilectiſſimi, Martyris non horruiſſe ſupplicium: quantum enim multiformis crudelitatis lugubris contemplatio retrahit à coronâ: tantum,* &c. q. d. etiam quodammodo martyrio decoratur, qui valenti ſpiritu, Martyris certamina, non horrens contemplatur. nam quemadmodum tyrannicæ crudelitatis aſpectus lugubris, & proinde meticuloſus & horrens, retrahit à coronâ: Sic fides generoſa Martyris, & tormentorum hilaris patientia, (ſi non horridis oculis aſpiciantur,) vota aſpicientis auget, vt ſcilicet ad ſimilia animetur. Sic ſerm. 2. D. Zeno Veron. *Trium puerorum Martyrium, qui credit interritus, poteſt etiam & ipſe adipiſci Martyrium.*

Serm. 8. de iiſdem.

Sex intermedij ſermones, vt plurimum prauâ interpunctione laborant, quam facilè corriges, leuiuſculis interim erroribus ſublatis. In hoc autem octauo eſt aurea ſententia, ſed obſcuriuſcula, & fortè interpolata: Sic ergo Zeno de Pueris. *In caminum miſſi, vt ſubmerſi ſunt flammis, ſtatim inuiſibili rore incendia temperantur: mors refugiens mutat officium: incenſores cremantur: incenſis hymnum canentibus, flamma blanditur: Deus à creaturâ benedicitur*

benedicitur vniuersâ : in tribus vna mens, vna virtus, vnus triumphus exultat. Rex non inuideret pueris, si non eos præcepisset ardere. Hæc vltima verba negotium ingerunt Lectori sensus videtur esse. Rex nisi pueros ignibus tradere iussisset : non satis caussæ haberet, vnde illis inuideret. postquam autem missi sunt in caminum, visis tot gloriæ triumphis, potuit inuidere. Fateor quidem potuisse, sed cum sciamus, non solum non inuidisse, sed plausisse : frigida sententiola denotatur. Longè ergo clarius, & acutius iutarem scripsisse Zenonem hoc modo. *Rex enim inuiderat pueris, si non eos præcepisset ardere.* Quia scilicet fores quodammodo inuidia, tantam illis propalandæ gloriæ occasionem denegare. Scatent profani Auctores simili acumine vt nosti. Ideò idem

D. Zeno Veron. Zeno de his serm.2. *Nam à barbaro rege, nimiâ, crudelitate, tribus pueris consulente : fornacis vltra quam solet, septennario pabulo ignis armatus est.* Tantum enim abfuit vt per nimiam crudelitatem Rex pueris noceret, vt potius illorum gloriæ videretur consulere; nam quò ignis æstuantior, eo fulgentior gloria triumphatrix. Iterum cla-

Idem. rius serm. 7. *Tres Hebræi venerabiles, numeri sacramento muniti, ætate teneri, sed fidei soliditate robusti, supplicio suffragante gloriosi.* Inuidia ergo foret, hoc illis supplicij suffragium supprimere.

Serm. de Lazaro resuscitato.

Hic sermo sæpè intetpolatus, obscurus semper. ibi igitur ita. *Lazarus mortuus est : Deo hic familiaris teste Euangelio apud Ioannem, cum quadragenaria voluntatis gestu carnis detrimenta pensasset: nam sub occasu iam propero quod terrenis artubus debebatur, hoc est, ipsi humo, magis quam homini, vt nobis ipsis iuxta librum Genesis optimus luti liquor in causa est : longè alibi Christo consore, dum Iudææ finibus salutaria fœneraret, sepultus est, & humatus: hoc est, vt inciperet esse quod fuerat lutum scilicet, dum desinit esse quod fuerat lutum, vel fabula.* Ni OEdypodem aliquem accersas, frustra te torqueas: visa constare Latinitas, sed modo sine sensu, modo sub durissimâ transitione. Quis enim est ille *quadragenaria voluntatis gestus*? aut cur *optimus luti liquor* appelletur? Tandem si per mortem incipiebat esse *lutum* : cur per eandem desinebat esse quod fuerat lutum? Fateor nihil occurrit, quod satisfaciat : nisi quod vltima verba, sic nec insulsè videntur corrigenda. *Dum desinit esse quod fuerat, ludus vel fabula.* q. d. Sepultus & humatus, dum in suum puluerem vertitur, incipit esse quod fuerat lutum, antequam formaretur : & desinit esse quod fuerat, vitæ tempore: nihil enim dum viueret, erat, nisi ludus vel fabula. Sic quidquid est in vitâ nostrâ, laruam, mimum, scenam, fabulam, ludum, vocant passim vtriusque litteraturæ Auctores. de cæteris tu coniectaueris : mihi, huius loci morbum, & ignorantiam meam detexisse sit satis. tantum moneo, viro in his versato litteris visum, primam periodum sic refingendam : *cum quadragenariæ voluntatis gesta, carnis detrimento pensasset.* Quasi non triginta annos impleisset Lazarus

D Epiph. cum obiit : (quod cum aliis voluit Epiphanius,) sed ex mente Zenonis, quadraginta : carnisque in mortem lapsæ detrimento, quadragenariæ voluntatis gesta pensasset. monebar etiam, an fortè, *optimus luti liquor* siue limus; aut ironicè sit legendus, aut pro optimo, *opimus*, id est, fertilis naturæ nostræ parens sit legendus. tu videris.

Ibidem de fœtore Lazari non mirando. *Heu quando non poteras cadauer quatuor diebus, & quatuor noctibus, per totum oris, fellis, & flegmatis flumina sentinarum : corruptis artubus, fœtentia pulmonis spiramenta conflare? cum ipsa etiam rosa pudoris & venustatis fragranti folio, in suo sibimet parato balsamo, (vt ita dixerim,) pretiosior : contra si fuerit de rosario falce pollicis vellicata, marcenti morte tristis albescat : ita vt colore floris careat, & odore.* Prima illa sententia fortè sic corrigenda: *per tota oris fellis, & flegmatis flumina sentinatum*, &c. Tunc sensus apertus : licèt enim *sentinare* non ita in vsu apud Latinos, tamen non pauca verba Zeno innouauit, vt passim est obseruare. Vel aliter fortasse verius. *Heu quando non poteras cadauer, quatuor diebus, & quatuor noctibus pertusum, oris, fellis, & flegmatis flumine: Sentinarum corruptis artibus, fœtentia pulmonis spiramenta conflare?* quasi cadauer esset vas, siue dolium humorum, sed pertusum. porrò humorum flumine Latinissimè dicitur pertundi corpus, vel cadauer : sicut guttis pertundi saxa, vel dolia, & contignationes dicimus. denique si *pertusum* retineas, facilius retentis cæteris, noua tantum interpunctione locum emendabis si cogitas. Amœnissimam rosæ comparationem, sic interpunges & corriges, vt respiret. *Cum ipsa etiam rosa, pudoris & venustatis fragranti folio, in suo sibimet prato, balsamo, vt ita dixerim, pretiosior : contra si fuerit.* iam ita constat sensus. nescio tamen quo gustu feror, vt credam rescribendum. *In suo si viret prato.* vel, *in suo si manet prato.* quod cum sequentibus optimè cohæret. reliqua minutiora ipse corriges.

Serm de Circuncisione Abraham.

Deficit aliquid in hac sententiâ. *Denique nihil illi contulit, quia Deo ante, non postea quam circuncisus est, placuit : præmiumque non circuncisionis, sed in hac robusta merita repromissionis accepit.* pende τὸ *in hac* : in qua quæso, cum nihil supra? Fortasse supplendum : *Sed in hac fide robustâ, merita repromissionis accepit.* aut quid simile. dices : mentem Zenonis videri : non tulisse Abraham præmium Circuncisionis, sed tamen in eadem, licèt non ex vi illius, merita robusta repromissionis accepisse. non probo : quia Abrahæ merita multa, circuncisionem, vt constat, præcesserunt. deinde nisi dicas fidem robustam, robusta merita durius proferentur.

Ibidem. *Adde quod circuncisio ista, non tam salutem pollicetur, quam locum capútque criminis monstrat. Adam enim cum hoc membro illicitum pomum decerpit, sic in genus humanum ius mortis induxit, necessario ergo luxurioso populo, Deus hoc signum dedit : vt locum matricalis culpæ cum denotat, etiam alia crimina fugienda cognoscat.* Multos vidi de hoc loco, (quem sanum putant,) non pauca philosophantes. mihi adhuc ibidem aqua hæret. Cur enim huic membro, vetiti pomi decerptio tribuatur? Num quia vt illi inseruiret, Euæ morigeratus est Adam? Sed quis id credat de homine in statu adhuc integro : cum potius peccati pœna fuerit, impudicæ partis rebellio? nemo, si rectè memini, Patrum fuit, qui Adamo ante esum libidinem tribuere auderet, licet mollem teneritu-

dinem,& affectum illi attribuant vxotium. Putabam ergo, melius locum habiturum, si legerem: *Adam enim, cum hoc membro, (illicitum pomum decerpens,) sic in genus humanum ius mortis induxit*, q. d. postquam decerptum à fœmina pomum gustauit, hoc instrumento, lasciuo iam, & effreni, sub culpa traduce, mortis sententiam in filios deriuauit. Hoc est, quod omnes Pattes clamant, dum immediatum principium culpæ traducis, lasciuam & effrenem parentum voluptatem videntur designare: indéque Mariæ partum probant, à doloribus originali lapsui addictis, liberum, quia non poterat cum dolote parere, quæ sine voluptate conceperar, id si placet, adhuc *τὸ sic*, verterem in, *sua*, id est, *in sua mortis ius*, &c. iam verò quod particula *cum* addatur instrumento, etiam apud Latiniores, in vsu est.

Serm. de spe, fide, & charitate.

Leuiores ibi lapsus facilè corriges, ille periculosior videtur, vbi de Amote lasciuo ita. *Hic Susannam, conatus est, duorum seniorum aut prodigiosis ignibus subiicere, aut parricidali gladio iugulare. Hic Ioseph mulieri flagitat esse violentum: quem etiam dum denudat, esse non inuenit impudicum.* Amot turpis flagitat Iosephum mulieri esse violentum? Ego non capio: nam si violentiam hîc propriè sumas, quantumuis amot lasciuus flagitans sollicitaret Iosephum, & licèt non superaret, conaretur tamen impellere ad adulterium: tamen non tam inuitæ violentia: quam roganti fœminæ mos gerendus proponebatur. Si autem violentiam impropriè, & vix Latinè capias pro casta modesti iuuenis resistentiâ, & sancta in euitandis nexibus rebellione: hæc non tam ab amore turpi, quam à Dei charitate promanabat. Verba igitur sic videntur refingenda. *Hic Iosepho mulierem flagitat esse violentam.* Sensu planissimo. Verum tamen, cum in priori sententiâ, amoris turpis actio, licèt inualida, in Susannam pudicam potius, quàm in lasciuos senes directè feratur: videtur eodem characteris assumpti tenore, in hoc loco, potius in castum Iosephum, quam in mulierem impudicam deducendam: vnde forsitan, licèt duriusculè, sic scripsit Zeno. *Hic, Ioseph, mulieri flagitat esse violentum*, id est, à muliere, vel in mulieris gratiam, & concupiscentiam. ibidem. *tu melior*. lege. *tu mater*.

Serm. 5. ad Neophytos.

Allegorizat duodecim signa cœlestia, ad recens natorum Horoscopum in baptismo: & post multa de sagittario, quem vult esse diabolum, de subsequenti Astro, ita. *Is enim*, (scilicet diabolus,) *in fœlicibus nonnunquam immittit Capricornum, vultu deformem, & per cornu exilioris labra liuentia, spumantibus venis ebulliens, palpitanto ruini captiui, tota miserabiliter per membra desaeuit.* Ventilauit iam plusculos hic Capricornus. Planum videtur à Zenone describi tentationem aliquam dæmonis administram: cuius postea damna latè ibi prosequitur. lege. verba tamen, impexa, deprauata, & alicubi non Latina. quæ enim sunt labra ista liuentia exilioris cornu? Fortè dicitur Capricornus iste, seu dæmonis minister, respectu ipsius principis dæmonis, cornu exilius: cuius veneno despumantibus venis, dæmon ebulliat: id est, in hominum visceribus exferueat: túncque de cornu, nō tam qua cuspidatum pungit, quàm qua effundit cauum: loquitur S. Doctor. Vltima verba sic ferè corrigenda. *Palpitantis ruinâ captiui, tota miserabiliter per membra desaeuit.*

Ibidem post varias & fallaces artes, quibus Capricornus ille nocere dicitur: addit. *Sed has omnes, salutari profluens omne, non magnopere noster Aquarius delere consueuit.* lege. *Salutari profluens amne.* Quasi Aquarius facilè, cœlesti vnda illas deleat & suffocet.

Serm. de Patientiâ.

Facilè est illud corrigere, quod habet longè à principio, de hominis mutabilitate. *Nec intelligerem dementiæ esse, consimilem in eodem statu non mare.* Scribendum est enim: *non manere.* Ibidem de Adamo peccante. *Vltiméque sudore turbatus, posteros hereditatem indigesta mortis, qua homicidium mox peperit dereliquit.* Nihil muto: indigestam hanc mortem, qui mente non digerit, non intelligit. Sic vocatur reatus ab esu pomi vetiti contractus, & in filios transfusus. Sic D. Leontius apud Phiol. cod. 272. dixit, *incoctum peccati cibum.* D.Leont.

Ibidem, in conglobatione exemplorum de viris fortiter patientibus. *Iacob per patientiam, & benedictionem lucratus est fratrem: dat iracundia locum, securus vt redeat domum, Patri commendat, sensim mitisque discedit: vt probet se & meruisse, & non ambisse quod meruit.* Vir non amusus, sic primam sententiolam recudebat. *Iacob per patientiam, & benedictionem lucratus est fratris.* q. d. Iacob patiens, etiam benedictionem fratris lucratus, quam perderet acceptam, nisi daret iracundiæ locum abiens in Mesopotamiam, vt postea securus rediret. non displicet acumen. amouenda est tamen critica prurigo: & dum locus vt iacet germano aliquo sensu constiterit, non alius licet acutior obtrudendus. Certè constat optimè illa sententia, vt vulgò legitur: Iacob enim per patientiam humilis, & per benedictionem, (sic enim vocauit oblatum munus Gen. 33. v. 11. *Suscipe benedictionem, quam attuli:*) obsequiosus, fratris odium mitigauit. Gen 33. v. 11. quæ sequuntur, mihi magis dubia. quid est enim illud, *Patri commendat*, imò licèt ita construas: *domum Patri commendat.* Siue id antè discessum, siue post reditum accipias: nunquam germanè explicaueris. Fortasse sic correctus clarebit locus: *Patris commendat sensum, mitisque discedit, vt probet se & meruisse, & non ambisse quod meruit.* Quod dupliciter potest explicari: vel quia Iacob, allegato affectu sensúque paterno paruulorum suorum, Esaü se socium inuitantem, prudenter euitauit, vt habes citato cap. v. 13. vel, si Patrem referas ad Isaac quasi Iacob hac patiētia clarè probaret prudentissimo sensu, id est, iudicio, Isaac benedictiones illi confirmasse, spreto Esaü: tam enim miris mansuetudo, probabat benedictiones illi de merito, non de ambitione obuenisse. Et v. 13. Tandem vide, an ita recusus locus magis placeat. *Patrem commendat: sensim, mitisque discedit, vt probet*, &c. id est, commendat Isaac Patrem, vt paulo antè explicaui, dum, sensim, hoc est paulatim, idque mitis discedit: quasi illud sit v. 14. *Et ego sequar paulatim vestigia eius.* Et v. 14.

Ibidem de dæmone patientem Iobum torquente. *Ipsum postreme, quem diuitiis spoliauerat magnis, magnus vestit vlceribus: quibus vermes immittit edaces: vt in tormenta morientis, cum homine aduentitium vulnus, inquilino vulnere finiretur.* Visus Zeno appellasse *aduentitium vulnus*, vermes illos immissos, & morsicationibus deinuò ferientes: *inquilinū* verò *vulnus*, plagas & pustulas corpori fixas,

&

& inhærentes. Sed quomodo quæso cum homine aduentitium hoc vulnus, inquilino vulnere finitur, idque in tormenta morientis? Si dicas per mortem, etiam vermes illos in plagis cum Iobo consumendos: nihil frigidius est, quam putare, ideò dæmonem vermes immisisse, vt pariter cum Iobo morerentur: cum potius in morientis tormenta, & vt sæuè lancinarent, mitterentur. Ego licet trepidus, sic putabam locum refingi posse, *Vt in tormenta morientis iam hominis, aduentitium vulnus, inquilino vulnere funeretur.* Tormentum enim non leue, dum inter mortis angustias, vermes plagato corpore fruebantur: id est, corrodentes, vulneribus pascebantur. Poterat etiam tota prisca lectio retineri, dummodo τὸ *finiretur*, mutes in, *funeretur.* Quasi vt Iob in tumulo, sic vermes in vulneribus funetarentur, id est, sepelirentur: sed non video, quantum id, tormenti exaggeret. quid enim tunc si cum Iobo sepeliantur vermes: cum ibi penè omnes mortales vermibus corrodantur? si autem, quod aptè potes, *aduentitium vulnus* explicas de plagis à dæmone immissis, quæ corpori Iobi aduenerunt: è contra verò, *vulnus inquilinum*, de vermibus ibi incolatum quodammodo habentibus, & immorantibus: sic locum corrige: *vt in tormenta morientis iam hominis aduentitium vulnus, inquilino vulnere feriretur.* Quasi totum corpus, vnum iam esset vulnus, nec vermes aliquid sanum, sed sola ipsa vulnera iterato ferire possent. qui affectus, in re simili, passim ab aliis excitatur: déque eo alibi plura cumulabo.

Serm. de Pudicitia.

De hac ita. *Hac in vtroque sexu conspicua, in omni ætate miranda, in quauis conditione non dubia, soli sibi deuota, semper benè conscia, prorsus nulli rei subiecta: vnum tantummodo metuens, ne sit amplius, quam vocatur.* Finalis sententiola obscura est, fortè sic explicanda: id tantum metuit pudicitia, ne in ampliores honores euehatur, & sit in mundo illustrior decore alio, quam illo, quo pudicitia vocatur. Crede nihilominus deesse aliquid Orationi, sic supplendum. *Vnum tantummodo metuens, ne non sit amplius, quam vocatur.* Id est, si non sit re ipsâ maior, quam vocabulo. Tandem sic puto scriptum à Zenone. *Ne non sit amplius, quam vocetur.* Id est, mauult re ipsâ constare, quam titulo: metuítque, ne fortè non sit talis, sed vocetur. quod passim SS. PP. dicunt de pudicitia illa, quæ interno carnis consensu violatur, vacuo tantum pudicitiæ vocabulo contenta.

Ibidem de eadem. *Vultis scire quanta dignitatis sit? Si te amet, qui habet, diligit: & qui non habet, diligit.* Iterum alia negatio vt supra, videtur interiicienda hoc modo. *Si te amet, qui habet, diligit: & qui non hoc habet, non diligit.* Hæc enim est summa dignitas Pudicitiæ, vt sit quodammodo regula charitatis germanæ dignoscendæ: & amoris puri, à turpi, condistinguendi. Vnde si te amauerit pudicus, illam veram reputa dilectionem: impudici verò amorem, non tam dilectionem habeas, quam furorem. Impudici enim amatores, non tam complacentes diligunt, quam furiunt appetentes, hic germanus Zenonis sensus, quem latè prosequitur serm. de charitate.

P. Pinto Ramirez S. Script. Stlecta.

Serm. de Iustitia.

Ad initium ita. *Incunctanter optarent stulti indicare se insti, quam sapientes iniusti.* Loquebatur S. Doctor, de iis, qui ignorant, in quo vera ratio iustitiæ sita sit: & in quo vera sanctitas resplendeat: quam, inquit, si cognoscerent, viderent, propterea simulatæ stultitiæ velamine adopertam incedere, vt res magna, magnis laboribus quæreretur, etiam prætensæ stultitiæ pretio comparanda. quæ postquam dixit, sententiolam nostram apponit: vnde sic illam puto restituendam. *Incunctanter optarent stulti indicari, sed iusti: quàm sapientes, iniusti.* Ni placent, tu meliora.

Ibidem de eadem iustitia, sub qua, omnium virtutum cumulum intelligit. *In pauperes miserósque, suâ necessitate neglectâ, pietatis largitur: furtim spargit semina, nec rogari se permittit: nec vicariâ laudis remunerari mercede.* Primum mendum facilè tolles: aut enim leges, *pietatis largitrix* aut, *pietatem largitur.* In vltimis verbis, eo periculosior morbus, quo occultior. quæ enim est illa merces vicaria laudis, quam euitant iusti, dum furtim & in abscondito, ex diuino præscripto faciunt eleemosynas, & pietatis semina iactant? quantumuis te torqueas, nihil aptum proferes. cum è contra iusti ideò dissimulent, & occultent pietatis opera, ne videantur & laudentur: laudémque, caducam hic æternæ mercedis, vicariam aucupentur. è contra ostentatores ideò in Euangelio dicuntur recepisse mercedem suam: quia vt nosti, receperunt quam captabant, laudem scilicet. Sic ergo omnino videtur rescribendum: *Nec rogari se permittit: nec vicariâ laude remunerari mercedis.* Nolunt enim laudem, beatæ mercedis miseram vicariam, quia ipsammet mercedem beatam vnicè suspirant.

Ibidem ad finem, disputat Zeno contra eos, qui prætextu relinquendorum filiorum, negant eleemosynas: quos exemplis Patriarcharum, & Scripturæ testimoniis probat illusos: cum ad solum Deum pertineat relictos filios curare: imò & teneatur quodammodo, misericordis viri sobolem alere: tunc sic concludit. *Excusationisque vana depone fallaciam: ingratis auaritiam peccato condis: solius Dei potestas est, futurorum commodis prouidere.* Corrige. *Ingratus auaritiam peccato condis: Solius, &c.* Ingratus enim qui tam benefico & prouido largitori non respondet: quin potius auaritiam suam, nouo peccato *condit*, id est, dissimulat & abscondit: est autem nouum peccatum, vel diffidere Deo curatori: vel, quod mauolo, creatam suam prouidentiam, diuinæ præponere: cum solius Dei sit futurorum commodis prouidere. Potest etiam locus ita legi. *Gratis auaritiam peccato condis.* id est, frustra, liberè, absque fructu, absque iure, & tunc prædictus sensus aptissimus.

Serm. de Timore.

Ibi de iusto. *Ad omnia genera virtutum intrepidus corrigit.* Corrigendum τὸ *corrigit*: & reponendum, *currit.*

Serm. 1. de Auaritia.

De huius effectibus, ita Zeno. *Maria, plus prædonibus sæua sunt, quam naturâ. Obserata gladiis viæ, humano cruore pinguescunt. Testamenta Hæredes incognitos, ex se se recitari mirantur.*

Amicâ sub fallaciâ manus, innoxias animas securè conficit ebibita veneni tempestas. Sepelitur nouâ ody rabie, antequam nascatur, (matris iam in vtero, sed sepulchro,) incognitum pecus: quod legitimam, nec mortem potest sentire, nec vitam. Prædictâ interpuoctione constat locus, qui aliàs in codicibus, quos legi, confunditur: Solum τὸ *amicâ* vertendum puto: *amica sub fallaciâ manus*, &c. Longè clariori sensu. Primâ itaque periodo pyratas derestatur, Maria infestantes: deinde latrones vias obsidentes, & humano cruore terram impinguantes: quo gustu dixit Horatius campum Romano sanguine pinguiorem. Deinde hæredipetas pulchrè arguit, verbáque de duplici horum genere capi possunt. vel enim illos arguit, qui testamenta corrumpebant, (vt apud profanos corruptam testamenti ceram passim legimus,) & legitimi hæredis nomine expuncto, nouum suum nefariè obtrudebant: vel illos, qui captiosè se ingerebant, obrepebant subdolè, blandè decipiebant, vt desipiens testator, donis & blandimentis inescatus, suis prætermissis, alienos eligeret in hæredes: & vtrobique pulchrè ait Testamenta ipsa incognitos hæredes è se recitatos, demirata. Sic Horatius lib. 2, inter alia auaritiæ monumenta, id mordet: vnde

——— *Neque Attali*
Ignotus hæres regiam occupaui.

Inuehitur deinde in illos, qui amicitiæ pallio venena miscent. Tandem aborsum procurantes damnat. Interceptum autem in vtero fœtum, meritò vocat *incognitum pecus*: quia aut embrionem intelligas, aut iam hominem: instar bruti, omni rationis vsu carens delitescit. In hoc autem loco, non aborsum à matre affectatum intelligo, (in hoc enim, è longè nimis, ratio aliqua auaritiæ potest excogitari,) sed aborsum ab illo procuratum, qui, ni prodeat puer, bonis successurus.

Ibidem de eadem. *Huic, non iura, non leges, non honor vllus obsistit: quia quidquid aut emitur, aut distrahitur, liberum non est: non nobilitas, quia per hanc credit, hanc extolit, per hanc hoc sibi nomen inuenit.* Pulcher tractus, sed partim obscurus, partim corruptus. Ergo τὸ *emitur aut distrahitur*: Potentialiter, vt loquuntur grammatici, puto interpretandum: quasi dicat. contra auaritiam, nec leges valent, nec iura: quia quidquid aut emi, aut distrahi à iusto potest, (quam autem emi, & distrahi à iusto, iura queant: dolet orbis, & probat experientia,) securum non est, neque liberum ab hac peste. Lege contentum, & necessariò assenties huic menti. quod sequitur: *Non nobilitas, quia per hanc credit*: Credo omnino corruptum. Fortassè scripsit, *quia per hanc creditur*: id est, talis existimatur, & reputatur: nisi enim auaritia nobilitati pecunias & opes congereret, hæc certè nulla foret. Vel ita aptius: *quia per hanc crescit*. Si retineas *credit*: hoc est, fœnori dat, quod nobilibus turpe.

Ibidem. *Hinc vnus pecuniam suam, tanquam humum proponit, vt facultates ad se trahat alienas: quam peregrinantem, ferali supputatione nutrire non desinit, vt summam quærat, non quam commodatio dedit, sed quam ei pepererint armati numero dies, menses, & digiti.* Virtute refertissimam metaphoram castrat, qui putat, voluisse Zenonem, aut illorum auaritiam taxare, qui pecunias sub humo incarcerant, & opes strangulant: aut humo sternunt, vt instar Caligulæ, ibidem voluntentur. Ipsi viderint, quomodo has argutias sequentibus connectant. Ergo in tota periodo, fœneratores pungit & describit: vnius ergo litterulæ mutatione res claret: *Hinc vnus pecuniam suam, tanquam hamum proponit: vt*, &c. Scilicet vt alienas pecunias insipientium instar piscium extrahat. Nec minus pulchrè pecuniam fœneratoris, peregrinantem dixit, interim supputationibus enutritam: pulchrius armatos numero dies, & menses dixit: tanquam milites sibi pugnantes, & miseros debitores, expugnantes: quia impleto instituti temporis termino, infamem vsurarum victoriam reportant. De fœneratorum digitis computatoriis, abundè dixi suprà cap. 12. num. 19. repete si vacat.

Ibidem: Contra vsum fœminarum, immodicè muliebri mundo deditarum ita. *Ancilla Christi falsum idolum respuis: mihi crede, in te colis, cuius ornatum, cuius imaginem non deponis. ad Ecclesiam Dei, opere vario totum inaurata corpus, execrabili metallo procedis: vbique delicata, sub mollibus fortis.* qui *mollia* hîc, de fericis, & byssinis explicarunt, laborant nimis in detegendo, vnde fœmina sub his *mollibus* fortis dicatur: ego id non curo: tu si sapis latentem quamuis morbum, agnosces facilè: duplicata littera, simplicem & germanum corrupit sensum: restitues ergo ita. *Vbique delicata, sub molibus fortis.* Vocat autem latinissimè moles, ingens illud auri pondus, nunc in veste squalens, nunc monilibus rigens, denique singulis membris incumbens: sub quo fæmellam alias semper delicatam, tanquam sub ingenti mole, fortem durare miratur. Firmat crisim postram, id quod statim sublungit. *Denique ipse cultus rigore in oratione non flecteris, non manus tendis, tumidum monilibus pectus prosternere dedignaris: Sanè cernitcem curuas non religione, sed pondere.* Sic Ambtos. lib. de Nabuthe, cap. 4. *Delectantur & compedibus mulieres, dummodo auro ligentur: non putant onera esse, si pretiosa sint: non putant vincula esse, si in his thesauri coruscent*, &c. *Habent & gemmæ pondera sua*, &c. Et plura lib. 1. de Virg. Clemens Alexand. 2. Pæd. cap. 12. postquam de his multa, subdit. Τὰς δ' ἐς θαυμάζειν ἔπεισι μοι, ὡς ἄρα οὐ ἀποκναίονται, τοσοῦτον ἄχθος βαστάζουσαι. *Mihi autem accidit mirari, qui non premantur, tantum onus portantes.* Sed quis Patrum, & Profanorum, non ita? Do tantum D. Cyptianum de bono Pudicitiæ, cui absque dubio in hoc loco insistit Zeno. *Mirum negotium, mulieres ad omnia delicata, ad vitiorum sarcinas fortiores sunt viris.* Congerit sexcentos Cerda ad illud Tertullian. de hab. mul. cap. 9. *Tantarum vsurarum substantiam, vno & muliebri corpusculo baiulare.*

Margin notes: Hiem. (beside "Neque Attali"); D. Zeno.; D. Ambr.; Clemens Alex.; D. Cypr.; Cerda. Tertull.

Serm. vlt. de Resurrectione.

Ibi penè ad medium, vbi de viduâ. *Terrâque illuuie totum suum desormans cultum, cadauer amplectitur.* Puto legendum. *Terrenáque illuuie*, id est, conspersò cinere: vt re doloris, in more erat.

Ibidem, inter plusçula exempla, quibus resurrectionem probat, lunæ adducit comparationem, sed interpunctione distortâ, quàm facilè sic restitues. *Luna quoque, quæ verè rationis humanæ, omnia in se lineamenta depingit: nata, sanguinea teneritudinis: dubio cornu primo, quasi de cunis apparet: paulatimque crescendo,* iam

iam puella, iam virgo, pro quotidianæ ætatis incremento progrediens, lascivi cursus ambagibus, carpit pensa mundana. At vbi matura aureo igne, flagrantis luci sui auriga, par laboribus fratris, angustis circulis argenteum compleuerit globum: paulatim denergit in senium: donec vltimâ senectute consumpta, suâ morte reuiuiscens, menstrualis ignis solemni germine accenso, sumat rursus de fine, principium. Adhuc tamen non dubio calamo, prima illa sententiola reparanda. *Luna quoque, quæ verè rationis humanæ,* &c. cæcus enim videat legendum: *Luna quoque, quæ generationis humanæ.* Deinde τὸ *angustis circulis*: aptius longe mutabis in *angustiis circulis.*

Ibidem, addocto exemplo grani, in terra sepulti, resurgentis, ita. *Præterea granum vniuscuiusque frumenti conditum terra, interit: & tamen in eo, id quod intus est, reuiuiscit: nec mortem medullitus capit: sed suum sibi genitale in germen, expirans: vetusti corporis superficie deletâ, imo in melioris naturæ iura, transmissa: fælix caput omnis virentibus redimitum, quasi ab inferis emensum, in superna sustollit: perennitatis gloriam fructu populoso tenturum.* Pulcherrimam descriptionem, finalis næuus deuenustat: audacter corrige: *Fælix caput cennis virentibus redimitum, quasi ab inferis emersum,* &c. Quemadmodum enim connus, galeam victoriosi militis adornat, vnde cristæ suauiter lasciuiunt: sic spicæ caput, aristarum cuspidibus exornatum, quasi connis virentibus triumphat redimitum, tanquam ab inferis, & tumulo emergens. Plenas de hac re paginas dedere Patres ad locum Pauli 1.Corinth.15. [1.Cor 15.]

Ibidem, paulo post. *Omnis caro, quando flagitiosis illecebris huius mundi, ac tenebris feralibus agitatur, profecto pecunia est, ac misero, fragili, detestabilique versatur in iure.* Nemo quantumuis auarus, hanc pecuniam non abiiciet: lege quæ sequuntur, & iurabis rescribendum: *profecto pecuina est*: id est, bestialis.

Tandem ad finem ita de oleastro oliuæ fæliciter inserto. *Totus in acceptum translatus; in honore nouæ frondis, promotione ramis resurgentibus ornatus.* Corrige, & interpunge meeum necessario. *Totus in acceptum translatus honorem, nouæ frondis promotione, ramis resurgentibus ornatus.* Res clara.

Hæc satis pro Zenone meo: reliquos sermones facile emendabis. Si quos vero grauiter adhuc laborantes præteriui: consulto id factum scias: quia non Zenonis nostri legitimos, sed spurios & suppositios, cum Doctioribus agnosco: quibus fortasse alibi limam diligentiorem admouebo.

CAPVT XVIII.

Charitatis vincula. Alapa libertatis.

PERIOCHA.

1. *Oseas cap. 11. v. 4. explicatus.*
2. *Charitatis vincula, infulæ sunt.*
3. *Textus Græcus Oseæ, Latino cohærens.*
4. *Interpretum ius, in phrasibus variandis.*
5. *Seruis manumittendis inflicta alapa, an etiam in vsu apud Græcos.*
6. *An Christi meritum ab alapæ querela: an à silentio foret speciosius.*
7. *Ἀτιμία alaparum contumelia: Paulus explicatus 2. Cor. 11. v. 20. & 21. & item 1. Corinth. 4. vers. 11. & iterum 2. Corinth. 12. v. 7.*

1. OSEAS cap. 11. vers. 4. ita de Deo erga populum suum. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugum, super maxillas eorum.* [Oseas c.11. v 4.] Multa hic Interpretes, (maximè Sanchez noster) quos tu videris: ego tantummodo quæ denuo, haud improbabilia suspicor, indicabo. [Sanch.] Puto igitur significari occultum illum, & suauissimum tenorem, quo Deus suos affligens, ipsam afflictionem (quod minus putant ipsi) in eorundem remedium conuertit. Sic quos durissimos funes credebant, vincula charitatis esse probat: & iugum sub quo grauari condolebant: non in oppressionem datum ostendit, sed in remedium, quod inde probat, quod illud sic exaltabat, vt vix ceruices attingeret, (quod Sanchez ad rem aliam ex parte firmat, numero suo marg. 29.) [Idem.] vt iam sit iugum suaue, & onus leue, quæ mens vulgari nostro satis commoda, magis adhuc ex Lxx. Interpretum versione aliunde obscurissimâ, patebit infra. [Lxx. Interp.] Hoc ergo Dei ingenium, sub apparenti morbo dissimulans medicinam, ad rem morum alibi latissimè ex Patribus confirmaui. Hic satis aurea sententia Plinij panegyristæ. [Plinius.] *Habet has vices conditio mortalium, vt aduersa ex secundis, ex aduersis secunda nascantur: occultat vtrorunque semina Deus: & plerunque bonorum, malorumque causa, sub diuersâ specie latent.*

2. Quot attinet ad modum loquendi, quo charitati vincula tribuuntur, res est notior: vincula enim Amoris, sicut & voluptatis passim legimus. Ego tamen in hoc loco, vincula non tam ligantia, quam ornantia, suspicor intelligenda: q. d. quos tu putabas funes alligantes, ego vittas, tænias, & infulas adornantes apparabam. Est hoc, quod à contrario sensu volunt Patres, dum comptiores iusto fœminas taxant, illarumque monilia, dextraiola, torques, & periscelides aureas, vocant vincula. Ambros. lib. de Nab. c. 4. [D. Amb.] *Delectantur & compedibus mulieres, dummodo auro ligentur: non onera esse, si pretiosa sint, non putant vincula esse,* &c. Vide Tertull. vtroque libro & de Cul. fœm. vbi multa interpretes. Cum gustu ad sacram nostram phrasim locutus D. Ambros. lib. de Ioseph. cap. 5. vbi ita de Adam. [Tertull.] *Intellexit se nudum, quia infulas diuinæ protectionis amiserat.* Quasi amabilis Dei protectio, sic vellet, præceptum ab Adamo retinendum, vt illud non tam vincula, quam infulas reputaret. Sed fortasse D. Ambrosius planius & aliter explicandus. [D. Amb.] Facit pro phrasis nostræ explicatione clarior Valer. Max. lib. 4. cap. 8. contra inuidos. [Val. Max.] *At quo secessu quosdam fugeris, aut quibus infulis misericordiæ permiseris, non cohibebis: ne alienis malis, perinde ac bonis suis lætentur, & gestiant.* Quasi nexus illi quos misericors obæratis suis iniicit, infulæ potius, quam vincula appellentur. Ergo dum Deus non absolutè vinculis, sed vinculis charitatis suos trahere dicitur, molle aliquid, & suaue visus inculcasse. Sed & hæc obiter de vinculis, amœnius quam seuerius examinaui.

3. Venio ad illud cuius causâ hunc locum sumpsi

interpretandum. Secundum ergo membrum prædictæ sententiæ sic vertunt Lxx. Καὶ ἔσομαι αὐτοῖς, ὡς ῥαπίζων ἄνθρωπος ἐπὶ τὰς σιαγόνας αὐτοῦ. *Et ero illis tanquam homo percutiens alapâ, maxillas eius.* (L X X. Interpr.) Laborant nonnulli impensè in hac sententia cum vulgari nostrâ, concordanda: quid illi putent, legeris apud eosdem: quid ego coniectem, idque trepidè, iam aperio. Suppono τὸ αὐτοῦ *eius*: enallagem esse numeri, pro *eorum* vt ex toto contextu Græco patet: vel *eius*, id est, populi mei, quos enim prius diuisim, nunc coniunctim commemorat. Puto ergo tenorem illum Dei occultum in benefaciendo, apertissimè ad eandem mentem, licet diuersa formulâ, à Latinâ, & Græca versione significari. Latinam dedi supra: Græcam sic expono. Quemadmodum qui videret seruum alapa solenni verberatum, moris inscius, putaret seruum dedecorari: cum tamen alapa illa fælicem illi afferat libertatem. Sic ego inquit Deus, dum alapas meis infligo, fælicem illis impotto libertatem: & quęadmodum seruus quanuis dolet de ictu, de lucro gaudet: sic meos volo in dolore gaudentes, quasi agnoscant sub pœna fauores meos delitescere. Vt ergo vulgatus noster, sub iugo Christi leui & suauissimo, durissimum dæmonis iugum fractum intelligit: sic Græcus sub diuinâ alapâ liberante, contumeliosas colaphizantis dæmonis alapas à nobis amotas testatur: & licet variâ formulâ, eadem nobis libertas annuntiatur. Neque enim post charitatis vincula sub eodem tenore, aliquid nisi expetibile, licet arcanum adduci poterat.

4. Rem vt explicem, duo necessario declaranda. Primum an iure potuerint Græci interpretes, Hebræam phrasim, (quam noster vsurpat) diuersissimâ illâ formulâ variare. Secundum, an apud Græcos, sicut apud Latinos, inflictâ alapâ serui manumitterentur, & fælici hac iniuriâ libertatem compararent. De vtroque seorsim iam dico. Optimi Interpretis est, quæ transfert peregrina, auribus & consuetudini gentis, cui transfert illa accommodare: nec tam verba, quam mentem Auctoris, notâ genti suæ formulâ explicare. Id passim vulgatus

Cant. 7. noster obseruauit. Nunc satis illud Cantic. 7. vbi *odor oris* commendatur: cum in Hebræo *sit odor nasi*: quamtamen phrasim, tanquam Latinis auribus insolentem Hieronymus prudentissimè præteriuit, & familiariori formulâ explicauit nobis, qui bonum viscerum halitum, non à naso, sed ab ore, commendamus. Sed audiendus idem Hieron. Apol. 1.

D. Hieron. in Ruff. de illo Psalm. *Apprehendite disciplinam.* Quod ille ex Hebræo vertit: *adorate filium.* Vbi ita. נשקו, *vt verbum de verbo interpreter*, καταφιλήσατε, *id est, deosculamini dicitur: quod ego nolens transferre putidè, sensum magis secutus sum, vt dicerem, adorate. Quia enim qui adorant, solent deosculari manum, & capita submittere*, &c. *& Hebræi iuxta linguæ suæ proprietatem, deosculationem pro veneratione ponunt: id*

D. Euch. *transtuli, quod ipsi intelligunt*, &c. D. Eucherius de

Cerda. verbis Iob quæst. 46. (habes has quæstiones apud Cerd. Adu. cap. 115.) ita ad rem nostram. *Quid sibi vult, quod Auctorum sæcularium consuetudine, dicidimus Pleiades, Oriona, & Arcturum? non quod his apud Hebræos nominibus censeantur: sed vt apud nos horum siderum significantia possit esse manifestior, ita hac translator appellare voluit, vt vsus gentilitatis inuenerat.* Similia Patrum testimonia tute inueneris:, in re enim clarissimâ, dicta satis. Vnde capies

Esther 15. v. 61. quid sit illud, quod Esther timida dixit ad Assuerum. *Vidi te Domine, quasi Angelum Dei.* cap. 15. vers. 16. quid enim? Nunquid Imperatori Barbaro agniti Angeli, vt ita locutam prudenter Estherem crediderimus? Logi. An ethnico ritu Esther, Iridem quandam Iouis, aut Deorum nuntium Mercurium, significauit? nemo id de piissimâ fœmina credidetit. Puto igitur phrasi Persicâ denotasse virum mirabilis formæ, speciei pulcherrimæ, splendoris eximij, seueræ majestatis: hunc autem, & similes tales, Hebræi (vt ex scripturâ patet, & notat hîc Serarius) familiari formulâ, Angelorum Dei nomine, solent explicare. Ergo Hebræus scriptor, qui hanc historiam genti suæ intelligendam proponebar, prætermissâ phrasi Persicâ, quâ Estherusa, vulgarem & suis notam aliam, sed eiusdem sensus, vsurpauit. Tandem, quam soleant Lxx. Interpretes Hebræas phrases, Græcorum vsui & gustui accommodare, quiuis passim vel mediocriter doctus obseruabit. Obseruant passim hanc regulam Doctores: vide præ aliis Delr. tom. 1. Delr.
Adag. 1. & Adag. 112. Si ergo, quod initio dicebam, & ex totius capitis contextu patet, Hebræâ & vulgatâ nostrâ phrasi, per diuini iugi leue pondus, & suaue onus, beatæ seruitutis libertas, & diabolicæ seruitutis ablegatio commendatur: cur idem phrasi Græcâ Lxx. non enuntiaretur? certè pulcherrimus ænigmatis prophetici lepos vtrobique repetitur: nec minus mysticè per leue Dei iugum, quam per votiuam alapam, arcana nostra, & delitescens libertas enuntiatur.

Sed hoc opus, hic labor est, an etiam apud Græcos vetustiores, sicut apud Latinos, solennis alapa, manomittendis seruis infligeretur? de Latinis, vide plura apud Interprete, Claud. ad illud in 4. Consf. Hon. 5. Claudian.

——Famulusque iugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat securior ictu.
Tristis conditio, pulsatâ fronte recedit
In ciuem, rubuere genæ, tergoque remouit
Verbera: promissi felix iniuria voti.

Institit Claudiano, vt solet D. Sidonius Apollin. ad Anthemium secundò Consulem, & vt nosti, initio consulatus, solenni ritu seruos manumissurum, vbi ita. D. Sidon. Apol.

——Donabis quos libertate Quirites,
Quorum gaudentes expectant verbera malæ.

Quod attinet ad Græcos vetustiores, illius æui, quo Interpretes Græci, operam suam nauabant Ptolomæo, non ita facile huius ceremoniæ occurrunt testimonia: Cum tamen Græci recentiores ferè à Christi tempore, sæpe de illa loquantur, tanquam suis inolita & familiari, haud temerè coniecto, à prisco Græcorum imperio deriuatam, & iam Ptolomæi tempore obseruatam. Simeon huc Simeon.
alludens, hanc libertatis alapam vocat: τὴν τελευταίαν τῶν δούλων πληγήν. *Vltimam seruorum plagam.* Vide integrum locum apud Cerd. c. 143. Adu. n. 3. Cerda.
ego in hos incidi. Libanius Sophista orat. ad Iulianum. Νέμε τῆς ἐλευθερίας πᾶσι τοῖς χρηστοῖς καὶ βελτίστοις οἰκέταις, &c. *Da libertatem morigeris & optimis domesticis tuis*: Quos statim explicat ex vsu: τῶν ἐπ' ἐλευθερίαν πάντων ῥαπισθέντων: *illorum, qui ad libertatem alapa caduntur.* Græcus scripsit D. D. Ephr.
Ephrem Edessenus, cuius codice careo) is tamen Ddissen.
sic vulgo vertitur apud Lipom. in hist. sanct. locutus contra Impium, qui Christum alapâ percussit, *Cuius rei gratia, Dominum alapis cadis? serui quidem omnes, cum liberi efficiuntur, accipiunt alapam, vt mortali libertate potiantur: at ipse, ô infelix, cum sit omnium liberator, iniustè alapa caditur.* Suauior adhuc hanc Christi alapam, pro more quem fimo, explicauit

Theodot. Ancyr. explicauit Theodotus, Epiſcopus Græcus Ancyranus orat. de natiu. Chriſti, quæ Latina habetur Concil.tom.1. in Ephеſ. *Noli derogare paſſionibus, per quas impaſsibilitas generatur: noli detrahere abiectioni, qua tyrannis diabolica eſt deſtructa: noli exprobare, quia caſus eſt palmis, per quas à peccatis hominem liberauit.* Quaſi palma, ſeu alapa inflicta Chriſto, tanquam Capiti noſtro, ſuo iure membra myſtica, à peccati ſeruitute liberaret.

Habes in hoc Capite non tam ſtudia noſtra, quam inſomnia: nolui tamen præterire: ſi fortè à Doctioribus, pro difficilis loci explicatione foueantur. Sed iam euigilo: & occaſione huius alapæ Chriſti nos liberantis: ſubdo lectori legendam diſſertatiunculam de huius alapæ merito: (ſpicilegium ſcilicet, vndique ſuo more concinnatur:) diuerſi ſtili tenorem, non otio, ſed materiæ attribuas: & Auditorum apud quos olim dicta, grauitati.

Meritum Chriſti, ab alapa querelâ: an à ſilentio foret ſpecioſius?

Alapa inflicta Deo latu grauis, & grauita Sacramento, ploranda ſemper, nunc etiam ventilanda: famulentur oculi auribus, dum ſuſpendunt obſequium: taceant pupillæ auditui blanditurx: ſolent quippe lachrymæ dum perſtrepunt, præſtandum ab auribus officium aut impedire penè, aut penitus retardare: ni fortè & aures lugubri ictus ſono (cui concametatum ſiderum lacunar reſonante reſpondit gemitu) repercuſſæ, ſuo magis ſtupore, quàm pupillarum vagitibus hebetentur. Cæditur Deus colapho, quæ mens conſiſtat? Vultus, cuius nutu Empyreum mouetur, liueſcit alapâ, durus ſi imperem auditoribus, attendant. At durato animis, impotentes ſui, affectus palpatis, dum ſuſpenditis: impendentur maiori fœnore pietati, dum iuſtis pietatis cauſis indulgent agnoſcendis, non adimitur dolor, dum additur, quo doloris meditullium ſæuius lancinetur: quis ſibi negatum queritur, quod de ipsâ detentione vberius perſoluendum.

Imperio ſuperbiens, vndarum ſceptro exultans, regnat fluuius, campis dominatur: nunc rupices, nunc floridos riparum fines mordens prætervehitur, nunc exaſperatus in vortices turgeſcit, nunc lenis in ſpeculum componitur: nihil illi ad faſtum humidum, nihil ad cæruleam pompam deeſſe arbitreris. Sic Ganges Indicus, ſi Marannon Americus, ſic Babylonicus Euphrates, ſic Germanus Rhenus, ſic Italicus Tybris, ſic Hiſpanus Betis: ſic vtcumque, is qui ſubiacet oculis, Tormes noſter. At nullum dabis fluuium ſic ſemel de aquarum opulentiâ ſatiatum, quem nouæ accretiones non cumulent: iniectâ pluuiâ creſcit; exuberat torrentibus admiſſis, feruеſcit liquatis niuibus: vt iam à regno in tyrannidem declinet, vltra repagula. Vnus eſt Oceanus ſic à naturâ diues, ſic ſe ipſo abundans, vt ſi aduentitiis tributis creſcere præſumeret, imminutam potentiam faſtidiret. Oceanus dum incrementa neſcit, colitur abundantior: admirationem mouet, dum non cupit augmenta: idem aut oblatis fluminibus, aut ablatis: idem ſumus, quia ſemper idem. Quidni, ſi quidquid recipit effuderat? non augetur excipiens, qui mittens non decreuerat.

En vobis Chriſti, En iuſtorum vtcumque ſimulachrum. Horum nullus, nec etiam Diuarum Diua, ſic excellens, quem fælices inundationes gratiæ, tempeſtates ſpiritus pretioſæ, & liquatæ quodammodo ſtillantis, & ſtellati axis niues non adaugeant. O fluuij, quibus quantumuis hauſtum, ſemper aliquid ſuperet, quo creuerint, hauriendum! O Lunæ in ipsâ plenitudine corniculatæ! O curſores in ipsâ metâ penè ad carceres! Vnus eſt Chriſtus Oceanus ſemper diues, Sol ſolus, ad ipſos carceres, in metâ non vltra collocabili conſtitutus: quem creſcendi incapacitas fælix, reddit capaciſſimum. Hinc ortum vt in illis promerendi conditio pro dignitatis conditione varietur: in hoc, ad immenſæ vbique perſonæ excellentiam, eadem meriti ratio fixa perſeueret: huius vel minimus nutus, ſi valorem ſpectes, totum redemptionis negotium pluſquam cumulatiſſimè perageret.

At licet quod vis opus, quouis modo perageretur, perinde foret; humanum tamen iudicium de caligante imbecillitate, diuina ſuis, & cæleſtia terreſtribus conturbinans, alia maiora aliis, hoc, vel illo modo exercita pluris fore, fide mixum non tam credit ad rem, quam fingit ad ſplendorem: non tanti putare viſum ad calumniam verba, quam verbera ad tormentum: verbera minuit ſpinis comparata: hebetes iam dixerit ſpinas, dum clauorum acumina dilectum penetrantia perhorreſcit: Quidni ſi ad Crucem ipſe iudex diuinus theta nobis præfixum abrogauit, & infauſtum aduerſus nos Chirographum deleuit? Vnde etiam ſplendidius putat, quod Chriſtus recens è ſudore ſanguineo vltro ipſe ſe offerat tortoribus, quàm ſi ipſos ligandus ſpectaret: ſicut myſticum epulum amabilius, quod illâ nocte, quàm quouis alio tempore conderetur.

Ex his breuis quæſtiunculæ noſtræ ſtatus manifeſtior: perinde eſſet ad meriti excellentiam, ſiue Redemptor alapam (heu duram! licet orbi votiuam, & humanæ libertati ſuſpitatam) profunditate ſilentij, ſiue querelæ, quod euenit exciperet myſterio. Sed age dum: vnde iam humanis oculis hoc meritum ſplendidius radiaret? à ſilentio? Certè clamat pro ſe ſilentium, nec auctoritatis decore, nec rationis pondere deſtitutum. Ducebatur piacularis noſtra victima, ſed fauſtiſſima, ad Crucis aram funeſtiùs immolanda: quis vnquam fauſtum, piaculari ſacro ſic coniunxit? Sed quid hic non miteris peculiare? vbi tamen illud de fauſtiori victima? Prudent.

Hic taurus ingens fronte tornâ, & hiſpidâ]
Sertis reuinctus aut per armos floreis,
Aut impeditus cornibus deducitur:
Nec non & auro frons coruſcat hoſtiæ,
Setaſque fulgor bractealis inficit.

Agnus noſter florida ſerta ſpinis commutauit: non auro bracteatus, ſed pugnis liuidus: nuſquam purpureis infulis redimitus; ſed tamen proprio ſanguine purpuratus. Heu nefas! Candidum vellus hinc puluere nigricans, illinc lacerum carnificis ad faſtidium. Noſtis cæleſtem Agnum Iſaiæ? Quid præſentem deſideras? ipſiſſimus eſt; & tamen adhuc acies titubat: mens vacillat: at vbi penè per nebulas diſcernit. Legiſtis quid ſummoperè in tanto dolorum apparatu commendarit: ſcilicet; quod nec leui gemitu exhalando ſuſpirio os aperiat: remouet victima noſtra non recalcitrans; verum nec etiam balans, ſuccidaneam. O dum precaris mortem, quid alapam deprecaris? Si comit taciturnitas patientiam, dum grauius, quorſum dum leuius pateris, querela? Si mortem

ad meriti splendorem silentio obsignas, iam resignato silentio, de nobis minus benemerita alapa reputabitur.

Adeste deinde mente iuueni illi Prophetico, archetypo iuxta virtutum, & exemplari laborum: illi, qui honorem de honore, torquem fabrefecit de iogo: qui dum solitudini assidet, aduolat celsitudini: at quantum subditur ænigma? *Ponet*, inquit, *in puluere os suum, si fortè sit spes*: imo, si fortè spem abiiciat, putares addendum: os appetens addictum pulueri: in puluerem spes redactas, vento ludibria testari visum: clarius ex Græco: *Dabit in sepulturam os suum* elatas dixeris spes funebri pompâ: è busto, si quid vltra cineres spetes, desperabis. Quid ergo? planè sepulto ore spes plantatur: quidni si *dabit percutienti se maxillam*, epulum sibi ab opprobriis opiparum paraturus: ab inflictis palmis palmam meditatur, & illam de apice patientiæ lemniscatam: iure proinde os sepelit, ne quid naturæ concedens, præmio obstreperet: ne vel gemitu doloris vi extorto vulneret patientiam. Dum marcidam coronam pertimet suspiriis, querelis discerpendam profitetur: admouet sepulchrum labiis pulchrum, beatas blattas, & in hoc tumulo faustissimus spei thalamus erigitur: quia de silentij merito eò palma sublimior, quò fuerit profundior patientia. O silentium contestandæ sibi liti adiudicando præmio eloquentissimum!

At querela ipso gesto Christi munita, vel tacens se tueretur; sed causam dicat, ne de silentio spreuisse silentium videatur. In iniuriis, apud aliquos, proteruiæ specimen præbet perpetua taciturnitas: quandoque furor iniicit fræna linguæ, non tam verbis donandis, quàm obstinandis affectibus: latet sub silentij velo impatientia: indignatus animus, quem nequit perdere, colloquio dedignatur: manus violenter cohibitus, contumax verba cohibet, & dum illas inermes dolet exoptatæ vindictæ, hæc armare de affectatâ superbiâ, putar fœmineum: male sancta verba comprimis, qui praua interim opera meditaris: humilis aliquando questus serenos pectoris motus manifestat: facilius tacet, quàm loquitur modestè, animus conturbatus. Patientia reiteratis questibus despectui; suspectui, si nullum promeret, haberetur. Christi querela modestissima, pacatissimi animi index singularis. Optimè ibi Glossa, impiorum obiectione obiter amotâ: *Obiicitur, cur non fecerit, quod docuit, debuit non sic respondere; sed alteram maxillam præbere. Sed veraciter, & mansuetè, & iustè respondit: & non modo maxillam; sed totum corpus ferienti parauit. Et hinc potius ostendit præcepta patientiæ, non ostentatione corporis; sed corporis præparatione facienda: potest enim quis maxillam visibiliter præbere, iratus. Melius ergo respondeat verè placatus, & ad ferenda grauiora tranquillo animo paratus.* Benè ergo victimam immolationis tempore de non edito balatu commendat Isaias: quæ tamen pari mentis concordiâ, oris affectu dispari, balat ad alapam: ne repetitus gemitus probaret impatientem, vt serenum responsio modestissima exhiberet. Sepeliat os iuuenis Propheticus: nouit se fragilem; facilius putauit silenter degere, quàm modestè tunc loqui: tutius non mutire, quàm temperare querelam: maluit suspectæ contumaciæ calumniis, quàm violatæ modestiæ periculo se exponere. Securus calumniæ deinceps, patitur Christus silens, qui initio patientiam, responsionis modestiâ asseruerat.

Gloss. Ord.

Adhuc clariores Christi meriti radios disco ex Lyrano addente: *aliquando expedit iniuriantibus respondere, ad ipsorum, & aliorum instructionem.* Si ille magnus, qui simul facit, & docet, maximè hinc splendebit Christi meritum, dum facit patiens, dum respondens docet. O quid non doces querela, vindex patientiæ! carnem aut de vmbrâ phantasticam, aut de Cœlo impassibilem, somniarunt, Christo, hæretici: alibi blasphemia: doluit qui queritur: sentit qui doluit: vmbra non verberatur ad tactum: Cœlum non tangitur ad dolorem. Dolor alapæ, colaphi sensus, flagellorum, spinarum, crucis pretium vindicar: mortem non iam vmbratilem probat alapa, alapam querela: veræ, non apparentis Redemptionis gloria hinc apparet. Impressa maxillæ manus, indice horologium affecit, patientiæ punctis designandis: passibilitatis notitiæ, tintinabulum adhibuit querela: minùs deberem alapæ, si taceret: liberauit impacta capiti, captiua membra, & professa dolorem pluris nostram docuit habendam libertatem. Lyran.

Inserui dissertatiunculam, fastidio, si fortè, Lectoris releuando: ad nostra redeo. Est adhuc alapa alia libertatis, actiuæ scilicet magis, quâ passiuæ: id est libera magis, quam liberans: & de percurientis impunitate, ad percussi contumeliam longè grauior. Huius causâ, discutiendus breuiter locus Pauli 2. Corinth. 11. vers. 20. & 21. vbi ita: *Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, &c. Si quis in faciem vos cadit. Secundum ignobilitatem dico.* Suppono probabilius ex vers. 20. & prima ista clausulâ vers. 21. plenum sententiæ sensum constare. Assero deinde cum omnibus Patribus Græcis & Latinis, (à quibus proinde, nullus recentiorum Interpretum, vt par est, ausus discedere) non tam alapas re ipsa inflictas, quam in comparationem adductas, inculcare. q. d. sustinetis si quis vos iniuriis lacessat, & contumeliosa exprobret in faciem, quod est quodammodo alapas ori vestro infligere: quæ est ignobilitas ingens, grande dedecus. Hæc mens Pauli, comparatiuè explicandi, à qua de conspirantium Patrum calculo, nefas discedere. Iam, qui mecum, illud, *secundum ignobilitatem dico* superioribus annectunt, adhuc subdiuiduntur: alij enim ad omnes connumeratas iniurias rem deducunt: alij ad solam faciem cæsam, volunt deducendam. His lubens subscribo: & quid denuo addiderim scribo paucis. 7. 2. Cor. 11. v. 20.

Græca quæ ad rem nostram pertinent, ita habent. *Εἴ τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει: κ' ἀτιμίαν λέγω. Si quis vos in vultum verberat, secundum atimiam dico.* Est autem Græcis ἀτιμία, ignobilitas illa, dedecus, & ignominia, qua aliquis infamiâ notatus, sic vilescit, vt extra iuris & legum positus patrocinium, impunè à quouis possit non solum percuti, sed occidi. De quo multa Libanius: Suidas verbo ἄτιμος. Et Budæus: qui τοὺς ἀτίμους Græcos, iis comparat, quos Latini *intestabiles* & *sacros* appellabant, eadem de causâ. q. d. Apostolus: non vtcunque opprobria instar alaparum sustinetis: sed illarum alaparum instar, quæ τοῖς ἀτίμοις & publicâ infamiâ notatis, impunè, & extra pœnæ timorem infliguntur. De bis Athen. lib. 4. dipn. cap. 20. ita. *Diogenes Babylonicus in Libris de nobilitate. Phocum, inquit, Phocionis filium, nullus est ex Atheniensibus, qui non oderit: cui, quisquis obuius fiebat, ò deturpans antiquorum tuorum nobilitatem, dicebat. Omnia siquidem bona paterna intemperanter absumpserat, & postea ei adulabatur, qui esset calebs: quamobrem, alapis, ab omnibus cædebatur.* Sed quamuis prædicta verba

Liban. Suid. Bud.

Athen.

ba Pauli germane per comparationem explicentur: nunquam tamen illis potui assentire, qui simili tenore volunt explicanda illa, ex 1. Cor. 4. vers. 11. *Nudi sumus, & colaphis cædimur.* Puros enim, & puros colaphos, & impactos pugnos intelligo, Apostolis, & piissimis aliis Christianis quandoque inflictos: non solum instar Christi, in iudicio, (de quo multa passim legimus) sed etiam extra. Quasi inter cætera ludibriorum genera, irriderent etiam Ethnici dominicum præceptum, de reddendâ alterâ maxillâ; de quo ipsimet Christiani

Tertull. gloriabantur. Ideo Tertull. lib. de Spectac. c. 23. de Mimorum alapis ita. *Placebit & ille, qui vultus suos nouacula mutat, infidelis erga faciem suam: quam non contentus, Saturno, & Isidi, & libero proximam facere: insuper contumeliis alaparum sic obiicit, quasi de præcepto domini ludat? docet scilicet & diabolus, verberandam maxillam patienter offerre.* Quasi id per ludibrium ederet dæmon, quod fidelibus, per summam humilitatem in vsu erat. Habeo & aliam coniecturam, qua ducor, vt credam patientissimos initio Ecclesiæ fideles ab ethnicis quandoque, hoc iniuriæ perpessos. Philosophi ethnici, vt iniuriarum, & iniuriantium, per summam iactantiam spretores crederentur: gaudebant: maxillas percutientibus, & vellenti-

Horat. bus barbam offerre. Vide Interpretes Horat. ad illud lib. 1. Sat. 3.

—— Sapiens operis sic optimus omnis,
Est opifex solus, sic Rex. Vellunt tibi barbam
Lasciui pueri: quos tu nisi fuste coërces,
Vrgeris turbâ circumstante.

Persius. Et Scholiastes Persij ad illud Sat. 3.

—— Multum ridere paratus
Si Cynico barbam petulans nonaria vellat.

Ergo cum Christianos viderent verè omnibus renunciantes, & germanâ melioris philosophiæ patientiâ instructos: similibus iniuriis, philosophorum suorum instar lacessebant. Ideo multa Patres, de Philosophia Christianâ, in tolerandis iniuriis, longè ethnicæ præponenda. Restabat aliquid addendum, de summa apud omnes nationes alaparum iniuria: sed exhausit penè omnia ad rem suam

Cerda. Cerda ad locum citatum Tertull. nota marg. 352. & 446. & ad lib. de Par. nota 50. nil delibo. Addo

Spart. tantum, locum Spartiani in Adriano. *Cum quodam tempore seruum suum inter duos senatores è conspectu ambulare vidisset: misit, qui ei colaphum daret, & diceret: noli inter eos ambulare, quorum esse adhuc potes seruus.* Obseruo item sumi ab hac iniuriâ, loquendi formulam, qua graues aliæ pœnæ, si ignominiosæ, per colaphos explicentur. Athenæus lib. 5. cap. 13. de iis qui importuna rogant: *Eos enim, qui talia a Deo expetunt, par esset, vt Deus alapis percuteret.*

Athen. Rarior adhuc, & insolentior lib. 14. c. 14. de machinis bellicis, quibus ciuitas impetebatur, Archimedis industriâ cassis, & explosis, ita idem Athen.

Idem. *Marcellus Archimedis artibus impeditus in Syracusorum obsidione dictitabat: Archimedem nauibus, ipsius, vti pro poculis ex mari: Sambucas vero quasi ex potu, cum verecundiâ, alapis percussas excidisse.* Vnde tan-

2. Cor. 12. v. 7. dem capies illud eiusdem Apostoli 2. Corinth. 12. v. 7. *Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus satana, qui me colaphizet.* Non enim solum pœna erat: sed & illa pudenda, & ignominiosa.

CAPVT XIX.

Funis demittens, & amorum minister.

PERIOCHA.

1. *Obsessi per funem demissi: ad locum Actor. 9. v. 24.*
2. *Furtiui amantes vsi hoc ministerio. Locus Iosue c. 2 v. 15.*
3. *Eiusdem c. locus v. 6. de amatoribus, quos paleæ, & vimina occultant.*

1. BREVITER in hoc capite non tam explico obscurum morem sacrum, quam manifestum, profanis exemplis adhibitis, accumulo. In rebus afflictis, & quando aut vrbis, aut priuatæ domus portæ sedulo custodiuntur: furtiuè demittendi fune vtebantur. Tale est illud Pauli Act. 9. v. 24. Act. 9. v. 24. *Custodiebant autem portas die ac nocte vt eum interficerent: accipientes autem eum discipuli nocte, per murum demiserunt eum submittentes in sporta.* Vide in re simili, lugubre spectaculum apud Plutarchum in Plutarch. vita Antonij, ad finem. Athenæus lib. 5. cap. 11. de Athenionis tyrannide. *Custodes ad portas constituit: ita vt multi Athenienses, futurum erat prouidentes, séque nocte per funes ex muris demittentes aufugerunt.* Helena de se apud Euripidem in Troiade. Euripid.

Πύργων πυλωροὶ κἀπὶ τειχέων σκοποὶ
Οἳ πολλάκις μ' ἐφηῦρον ἐξ ἐπάλξεων
Πλεκταῖσιν εἰς γῆν σῶμα κλέπτουσαν τόδε.

Turrium custodes & murorum vigiles
Qui me sæpe deprehenderunt ex propugnaculis
Funibus ad terram, clam demittentem hoc corpus.

Exempla similia facile legenti occurrent.

2. In hanc mentem explicant multi illud Rahab, Hebræos exploratores saluantis: *demisit ergo eos per* Iosu. 2. v. 15. *funem de fenestra, domus enim eius hærebat muro.* Iosue 2. v. 15. audiendus tamen hîc Lyranus, *Hebræi* Lyran. *qui dicunt Rahab fuisse meretricem, dicunt quod solita fuerit per funem illum, recipere fornicarios, & emittere: vt sicut fuerat instrumentum peccati, & transgressionis, sic ei fieret instrumentum saluationis.* Ego quæstionem illam an Rahab foret meritrix, necne, examinare prætereo: illud scio, si talis fortè fuerit, non fuisse peruium & vulgare prostibulum, vagæque omnino victimam libidinis, quantum ex hoc gesto valet coniectari: alias non fune indigeret, non scalâ: hæc enim, pudoris adhuc non penitus prostituti, signa sunt: certè adhuc affectat videri pudica, quæ furtiuis his vtitur instrumentis. Athenæus lib. 13. cap. 9. de illis qui fœminas, si minus modestas, non tamen effrontes adhuc aggrediuntur cum facillimè possent adire paratissimas Athen. meretrices; ita ex Xenarcho. Xenarch.

Non opus est
Clam subire scalam, vt expetiueris;
Subire tectum per foramen, haud opus.

Quæ scilicet ad minus viliores amores, sub ingenti periculo requiruntur. Propertius eleg. 7. lib. 4. Propert.

Iam tibi exciderunt vigilantis furta suburræ,
Et mea nocturnis, trita fenestra dolis.
Per quam demisso quoties tibi fune pependi.
Alterna veniens in tua colla manu.

Vtinam

Vtinam & hodie hic vsus experientiâ non pateret: quo in cuoulandis pluribus testumooiis laborarem,

3. Aperiam nouam, de rebus prædictæ fœminæ, coniecturam. Vbi excepit exploratores, addit textus ibidem vers. 6. *operuitque eos stipula lini.* Nunquid has paleas, paratas aliunde habebat Rahab, vt amatores suos occultaret domi, quibus deinde vsa sacro ministerio? Si prima illa Hebræorum coniectura valet, non video, cur hæc alia spernenda: scimus enim paleis, cistis, viminibus, similis farinæ amatores contegi solitos: Xenarchus [Xenarch.] proximè citatus, de facilitate adeundi peruias meretrices.

Nec cum paleis fit, vt ferare intro, hic opus.

Quasi ad alias minus vulgares, in canistris & sportis, subrecti leuiusculis paleis, occultandi amatores ingrederentur. Iuuenalis Sat. 6. non longè à principio. [Iuuen.]

Quid fieri non posse putas, si iungitur vlla
Vrsidio? si mœchorum notissimus olim
Stulta maritali iam porrigit ora capistro,
Quem toties texit perituri cista Latini?

[Apulæius.] De quo ibi Interpretes. Tale est illud Apulæi lib. 9. de mœcha adulterum suum obtegente. *Ergo nostrâ repentè turbata præsentiâ, subitario ducta consilio, eundem illum subiectum contegit vimineâ caueâ quæ fustium flexu, in rectum aggregata cumulum, lascinias circumdatas suffusa candido fumo sulphuris dealbabat.* Hæc coniecturæ meræ souendæ, non videntur inepta. Iam ad alia.

CAPVT XX.

Nili mysteria

PERIOCHA.

1. *Locus Genes. 41. v. 45. explicatur.*
2. Σωτὴρ: *Saluator: qui titulus apud veteres.*
3. *Nilus Saluator Ægypti credebatur. Locus ex eodem c. 41. v. 18.*
4. *Locus Deut. cap. 11. v. 10. explicatus, de nili inundatione.*
5. *Nilus apud Ægyptios, cælum & Deus habebatur olim, imo & modo.*
6. *Nec omnibus annis, nec sub quouis anni tempore inundat Nilus.*
7. *Cubiti illi, quibus inundantem nilum, metiebantur Ægyptij, quales, & vbi sacrati.*
8. *Hirundinum labor, in restagnante Nilo compescendo: etiam inter Ægyptiaca mysteria ponebatur.*
9. *Crescentis Nili causâ, occulta: fons occultior: de inuento nisi fonte, captata Imperatoribus blandimenta. Explicatur obiter locus Psalmistæ Ps. 77. v. 44.*

1. OCCASIONE nonnullorum locorum sacrorum, paululum Nili fluenta nauigabo, nonnulla tanti fluminis mysteria expiscaturus. Diuinum somniorum suorum coniectorem Iosephum, decorauit Pharao, & addit textus: *Vertitque nomen eius, & vocauit eum linguâ Ægyptiacâ, Saluatorem mundi.* Genes. 41. In Græco est ψονθομφανήχ. [Genes. 41. v. 45.] Quod Hebraicè vt notat D. Hieronymus [D. Hieron.] sonat, *occultorum repertorem* Nihilominus, quia ab Ægyptio Rege ponitur hoc nomen, eiusdem linguæ ratio habenda est: fateturque idem S. Doctor, *Psonton phanech* vel *zaphanath Phaaneca* in *Saluatorem mundi* esse interpretandum. Iam vero, quo mysterio, eademmet verba, diuersis linguis, tam consonè Iosephum denotarent: puto explicaui in tomo nostro de Conceptione. Ad rem.

2. Noto ergo tritum fuisse apud Veteres, vt Deos suos σωτῆρας, id est, Saluatores appellarent. Vnde *ara Solis Saluatoris* ἡλίου σωτῆρος apud Pausaniam. [Pausan.] Ælianus [Ælian.] lib. 1. var. hist. cap. 30. vocat Castores σωτῆρας Saluatores. Iuppiter, à Pausaniâ, Iul. Pol. [Iul. Pol.] Sophocle, Æschile, [Æschil.] & aliis multis, σωτὴρ dicitur, siue Saluator. Quos vide apud Dempsterum [Dempst.] lib. 5. cap. 30. ad Ros. [Rosin.] de quo ego etiam multa citato opere de Concept. Hinc ergo erat, vt viri magni, ob maxima quæuis beneficia; de aliquo populo benemeriti, etiam Saluatores dicerentur. Dabo de hac re alibi multa: hic pauca libo. Heliodorus [Heliodor.] lib. 2. Histor. Æthiop. σωτῆρα, &c. *Saluatorem te mihi, & Diis æqualem reputabo.* Vnde hæc vox in arcubus, in monumentis, in statuis, celebris. Satis vnus Cicero, [Tull.] ver. 7. *Itaque eum non solum patronum istius insulæ, sed etiam σωτῆρα inscriptum vidi Syracusis.* Vertit Cicero postea: *ille qui salutem tulit.* Vnde Ciceroniani, vocem *Saluatoris*; à Cicerone suo prætermissam, assumere nefas ducunt: ò ridiculi! & magis irridendi scioli, qui semper in locis supra citatis σωτῆρα, *seruatorem*, aut *sospitatorem* vertunt iurarem hos tales, IESV suauissimum nomen, nunquam per Saluatorem explicuisse: quia hæc vox dulcissima, grammatico suo palato minus Latina redeo. Cum igitur Saluatores, benemeriti de populo dicerentur: meritissimo iure, Ioseph non vnius aut alterius vrbis, sed tot prouinciarum altor, totius orbis Saluator grata hyperbolo nuntiatur.

3. Nihilominus est adhuc ratio alia, signatior pro hac re. Ægyptij, quod fœcundâ Nili vndâ segetibus suis, vice cælestis pluuiæ vtantur: Nilum ipsum instar numinis colunt, Saluatorem suum solebant appellare: sic illum appellauit Heliodorus [Heliod.] lib. 9. σωτῆρα τῆς αἰγύπτου. *Saluatorem Ægypti.* Cum ergo septennio illo sterilitatis, Nilus solitam inuodationis fœcunditatem denegaret: vnde D. Augustin. [D. Aug.] tom. 4. lib. 1. in Genes. q. 106. *Cum fames esset frumentorum, quæ solent Nili fluminis inundatione prouenire,* &c. Quidni prouido adolescenti, qui Nili sterilitatem sic suppleuit non solum Ægypti, sed aliarum prouinciarum reparans inopiam, Saluatoris mundi nobilissimum inderent cognomen? lege Plinium [Plinius.] Panegyristam (cuius pauca infra delibo) de Traiano suo, similem eiusdem Nili iacturam reparante, & videbis Imperatori pene, vniuersalis Saluatoris nomen attributum. Et fortassè ideo Pharaoni Genes. 41. vers. 18. [Gen. 41. v. 18.] visæ vaccæ de amne coascendere, nunc pingues, deinde macilentæ: quod idem de spicis v. 22. [V. 22.] est intelligendum: (videbatur enim sibi Rex stare super fluminis ripam v. 17. [Et 17.] vnde cũ ibi has imagines intueretur, absque dubio prope flumen spicæ oriebantur:) quia scilicet sterilitas aut feracitas Prouinciæ illius ab amne sumebatur: quasi velles Deus, de familiari rerum vsu, somnia temperare: à Niloque exundante pingues boues & spicas plenas: sicut ab

ab arescente, has tenues, illas ieiunas exhibere: quod postea, vt ex Augustino colligis, euenit. Quod licet à sacro textu non exprimatur, nec Ioseph inde interpretationem sumpsisse dicatur: potest tamen aptissimè coniectari. Sed hæc omnia, ex iis, quæ subiungo reddentur clariora.

4. Deut. 11. v. 10. Moyses Deuter. 11. v. 10. ita ad suos. *Terra enim ad quam ingrederis possidendam, non est sicut terra AEgypti, de qua existi: vbi iacto semine in hortorum morem, aqua ducuntur irrigua: sed montuosa est, & campestris, de cælo expectans pluuias.* Lyran. Hebræi apud Lyranum, noluit commendari hoc loco Ægypti fælicitatem, sed potius labores condemnari: cum enim, inquiunt, Promissionis terra paulo ante, melle, & lacte fluens describatur, & deinde illius encomia connectantur: frustra hîc commendatâ Ægypto, Iudæa de non habito Nilo alio notaretur: sic ergo explicant: Terra, inquiunt, quo pergis, non est sicut terra Ægypti, sed longè facilior fructu, longè fœtu fælicior: Ægypto enim non sufficit pluuia de cœlo descendens, nec ros stillans: sed cum magno labore Agricolarum, aquæ è Nilo, alueis, & machinis, tanquam in hortos deducuntur. Hæc illi, quibus non assentio: frustra enim labor ingeritur Ægypto, quæ suauissimè restagnante Nilo irrigatur: & facilibus ductibus, quouis aquas conuehit. Senec. Seneca lib. 4. de Nat. cap. 2. *Circa Memphim, demum Liber, & per campestria vagus, in plura scinditur flumina: manuque canalibus factis vt sit medius in deriuantium potestate, per totam discurrit AEgyptum. Initio deducitur, deinde continuatis aquis, in faciem lati ac turbidi maris stagnat. Cursum illi, violentiamque eripit, latitudo regionum in quas extenditur: dextrâ, læuâque totàm amplexus AEgyptum.* Ideo Statius Statius. lib. 5. Sil. 2.

Vnde paludosi fœcunda licentia Nili.

Virgil. Et Virg. 4. Georg. *Stagnantē flumine Nilū.* Vbi multa Interpretes. Sēsus est ergo alius ab hoc, quem excogitarunt Hebræi, licet non in tantum Ægypti opprobrium: tamen in Palæstinæ promissæ laudē cedat. Quasi dicat Moyses: Fateor promissionis terram non ita irrigari, sicut Ægyptus quam deseris: hæc enim vtpote plana, facile ab stagnante fluuio superatur: nostra autem, licet pro parte campestris, vt plurimum tamen montosa est, ideo stagnantes fluuios non posset suscipere, etsi forent. Ne tamen inde tristeris: si enim Ægyptij Nilum suum, Deo cœloque componunt, & ab huius inundatione fælices reputantur: Tu ô Israël, longè fælicior: qui cœlum ipsum semper habebis facile, quippe qui Deum, ac Dominum Cœli, habebis Deut. 11. v. 11. amicissimum. Ideo subditur statim v. 11. de terrâ promissionis. *Quam Deus tuus semper inuisit: & oculi eius in eâ sunt, à principio anni, vsque ad finem eius.* Parebit res clarissime ni fallor, & antithesis fælicis Nili, ad fælicius cœlum, Deumque facilem: si ostendamus Ægyptiam superbiam, de domestico hoc suo cœlo, familiarique numine, Nilo scilicet: quámque iustius Israëlitæ, de vero cœlorum numine sibi parato, sanctâ quadam humilitate poterant exultare.

5. Claudian. De Ægyptiis ergo, venuste Claudianus Epig. de Nilo.

Felix qui pharias proscindis vomere terras,
Nubila non speras, tenebris condentia cælum,
Nec grauiter flantes, pluuiali sidere, Coros
Inuocat, aut arcum variatâ luce rubentem:
AEgyptus sine nube ferax, imbrésque serenus
Sola tenet, secura poli, non indiga venti.

Securam poli dixit, id est, quam nulla cœli cura sollicitabat: vtpote priuato suo Cœlo, siue Nilo, fœcundissima. Plinius in Paneg. Plinius. *AEgyptus alendis, augendisque seminibus, ita gloriata est, vt nihil imbribus, cæloque deberet: siquidem proprio semper amne perfusa: nec alio genere aquarum solita pinguescere, quàm quas ipse deuexerat.* Ideo Heliodor. lib. 9. Nilum vocauit, Heliodor. *ἀνθημῶν οὐρανὸν: Cœli æmulum.* Et Appollonius Appoll. 4. Argum. postquam pulchra eius fluenta celebrat, concludit. *Διόθεν μὲν ὕοντι ἐδὲν: è Cœlo autem, nunquam rigat.* Sed parum hoc: erat ipse Nilus Ægypto Deus, & Iuppiter ipsissimus. Athen. Athenæus lib. 5. cap. 5. post enarratam pompam Ptolomæi. *Quodnam Imperium ô conuiuæ, sic vnquam fuit auri opulentum? non Persarum profectò regnum; vel Babylonia, quæ metalla effodit, aut numos imprimit, habénsque Pactolum, qui auream arenam producat: solus siquidem auro pluens verè appellatur Nilus: qui cum fructus vberrimos ferat, tum aurum etiam purum gignit, sine periculo laboratum, vt omnibus hominibus, instar Triptolemi sufficiat, quippe qui etiam per vniuersum orbem mittatur: quare & Bizantius Poëta, Parmeno cognominatus, ad ipsum: AEgyptie Iuppiter, inquit Nile.* Vbi obiter aduerte, ex eo quod Nilus fructibus suis aliquas Asiæ & Europæ prouincias, vt passim legis, soleret nutrire: per vniuersum orbem missum prædicari: vt iam minus hyperbolica appareat locutio Pharaonis, qui Iosephum Nili damna resarcientem, *mundi Saluatorem* appellauit. Redeo. Tibul. lib. 1. eleg. 7. Tibul.

Nile Pater, quânam possim te dicere causâ,
Aut quibus in terris occuluisse caput?
Te propter nullos, tua terra postulat imbres,
Arida nec pluuio supplicat herba Ioui:
Te canit, &c.

Suum scilicet Iouem domesticum inuocatura. Rarius est, quod habet Alexander Neapol. lib. 4. c. 17. Alex. Neap. nescio vnde depromptum, in hæc verba: *AEgyptij, tanti Nili aquam fecere, vt cum hydria ad templum, humeris ferebatur, omnes procumberent: & sublatis manibus, Diis gratias agerent.* Quid? durat adhuc colendi Nili superstitio. Anno quo hæc scribo 1628. edidit Pater Manuel de Vega Lusitanus autenticum & vernaculum libellum de nostris apud Æthiopes commorantibus vbi lib. 1. cap. 20. fideliter versus sic scribit. *Ethnici multi qui ad fontes Nili habitant, quibus is est, præcipuus Pagode.* Est autem per Orientem *Pagode* commune vocabulum, quo Deus imo Dei Templum significatur. Suspicórque ideo apud Lusitanos, immoderata conuiuia vulgari phrasi *pagodes* appellari, quia Indi ad numina, seu Pagodes suos, ebrietates soliti exercere. Ad rem. Hoc ergo voluit Moyses: ne suspicias, inquit, ô Israël, cœlum illud, & numen falsum, Ægyptiis reputatum, Nilum scilicet: habes enim Cœlum, & numen firmius, præstantius & benignius.

Id autem duplici ex causâ probare videtur citatis verbis: quod Deus, *semper* id est omnibus annis, (ni peccati pœna instet:) Nilus non ita. Deinde quod Nilus, verno tantum solstitio aquis exuberet: Deus sub quauis anni statione, imbres opportunos emittat. 6. De hoc Heliodorus lib. 9. citato, vbi ait, solitos Ægyptios, solenne festum in honorem sui Nili celebrare, *ad solstitium æstiuum* quando fluuius sponte incipit exundare. Heliod. Multa de hoc Auctores: do tantum Claudian. citatum. Claudian.

Nec vero similes causa crescentibus vndis,
Vt tempus meruit, glacie non ille solutâ,
Nec circumfuso scopulis exuberat imbre;

Nam cum tristis hyems, alias produxerit vndas,
Tunc Nilum retinent ripa: cum languida cessant
Flumina, tunc Nilus mutato iure tumescit.

De illo vero quod dixi, quandoque etiam ad æstiuum solstitium, cessasse Nilum, & auidas fefellisse spes Agricolarum: præter id, quod ex historia Iosephi notant Patres: profanæ etiam historiæ similes euentus protulere. Plinius. Nunc satis illud Plinij in paneg. de tempore Trajani, post alia de Ægypti sterilitate. *Quia piger Nilus cunctanter aluo se so, ac languide extulerat, ingentibus quoque, tunc quidem ille fluminibus conferendus. Hinc pars magna terrarum, mergi palanti amne consueta, alto puluere incanduit. Frustra tunc Ægyptus, nubila optauit, cælumque respexit.* Hæc satis pro loco Deuteron. nonnulla alia de Nilo connectamus, vnde illius venerationem superstitiosam augebant Veteres, quæ etiam iis non inepta, quæ pro vtroque loco sacro hucusque diximus.

7. Imaginem quandam Nili pulcherrimam, à principe artifice effigiatam, pulchrius adhuc describit Philostr. Philostratus, ab illis verbis. Περὶ τὸ νεῖλον, οἱ πήχεις ἀθύρμα, παιδία ξύμμετρα τῷ ὀνόματι, &c. parco Græcis, quia multa, do tantum Latinam versionem nostri Caussini. *Cubiti circa Nilum ludunt, pueri corporis modulo cognomines, quibus Nilus summopere delectatur: cum ob alia, tum vel maximè, quia ipsum quantum profusus Ægyptiis sit, enuntiant. Procedunt igitur, & velut ex ipsâ aquâ, molles ac ridentes progrediuntur infantes: participet autem esse, & sermonis existimo. Hi quidem ipsius humeris insident, hi à cincinnis eius suspenduntur, nonnulli in vlnis dormiunt, alij in pectore petulanter saliunt. Ipse vero tam ex sinu, quam ex vlnis flores affert pusionibus vt ex ipsis corollas contexant, & super floribus dormiant, sacri prorsus, & sacris odoribus perfusi.* Ad D. Greg. Nazianz. hos cubitos respexit D. Gregorius Nazianzenus orat. in sacra lumina. *Neque omnes ij honores, quibus Nilum redecorant, illum inquam frugum parentem, vt ipsi prædicant, spicisque copiosum, & locupletem, atque vbertatem cubitis metientem.* Quod Nicet. ibi sic explicat Nicetas. *Gradus quidam lapides scite exculpti, circa Nili ostia erant, qui πήχεις, id est, cubiti nominantur. Hos obseruabant Ægyptij, quo tempore flumius exundabat: atque, siquidem ad hunc, aut illum gradum, aqua promota fuisset, pro ascensus ratione, vbertatis frugum coniecturam faciebant; itaque prouentus fælicitatem, cubitis metiri, hoc est definire & æstimare videbantur. Sunt qui dicant, non gradus esse, verum columnam, in qua hoc tempore cubitos metiuntur Ægyptij: aquâ ad hunc, aut illum cubitum excrescente.* Sed quod rem nostram propius attingit, cur scilicet Philostratus, pueros illos, qui, cubitos Nilum metientes, repræsentabant, *sacros* appellaret, quasi inter Nili mysteria computandos: Ruffin. Ruffin. scribit lib. 2. c. 30. vbi ita *Quoniam moris erat in Ægypto vt mensura ascendentis Nili fluminis ad templum Serapis deferretur, velut ad incrementi aquarum & inundationis auctorem.* Et post alia de statua, de templóque Serapis euerso: addit. *Sed vt ostenderet Deus, non Serapim qui multo erat Nilo posterior, sed se esse, qui aquas fluminis, temporibus suis iuberet excrescere: tanta ex eo, & deinceps fuit inundatio, quantam fuisse prius ætas nulla meminerat. Et ideo vlna ipsa id est, aquæ mensura, quam πήχεις vocant ad aquarum Dominum, in Ecclesiam cœpta deferri.*

8. Plutarch. De Hirundinibus Nili superfluam inundationem retardantibus, obuia cuiuis illa Plutarchi lib. de fluuiis: vbi post multa de Nilo addit. *Reperiuntur & illic alij lapides, Collotes dicti, quos hirundines, aduersus Nili illuuionem colligunt, vt ex iis, murum, quem chelidonium vocant, ædificent: ad cohibendos aquarum impetus, & vt Regio, perpetuo diluuio non corrumpatur, aut deuastetur: vt docet Thrasillus in Ægyptiacis.* Immensum hoc opus tam leuium operarum, describit Plinius lib. 10. cap. 33. vbi de Hirundinibus. Plin. *Heracleotico ostio molem continuatione Nidorum, vaganti Nilo inexpugnabilem opponunt, stadij fere vnius spatio, quod humano opere perfici non posset. In eadem Ægypto, iuxta oppidum Copton, insula est sacra Isidi, quam ne laceret amnis, eadem muniunt opere, incipientibus vernis diebus, palea & stramento, ostium eius firmantes, continuatis per triduum noctibus: tanto labore, vt multas in opere emori constet. Eaque militia, illis cum anno, redit semper:* In hoc ergo muro, & hirundinum labore, aliquid mysticum & sacrum augurabantur Ægyptij: Neque vulgari prouidentia, & naturæ instinctu factum, sed attento supremi numinis consilio, existimabant: vt auiculæ tenues, in tantum durarent operis, & laboris: ne scilicet Nilus suus, aliàs sic beneficus, aliquid obiter vastamenti, importare videretur. Apud Apulæium Apulæius. lib. 11. sic quidam Ægyptium orat Sacerdotem. *Miserere per sidera cælestia: & arcana memphitica: sistra phariaca: aggesta coptica: & incrementa Nilotica.* Id est, murum illum, & aggesta lutea, quæ, vt vidisti ex Plinio, ad Copton oppidum hirundines formabant. Quasi ibi etiam aliquid arcanæ diuinitatis intercederet, vnde tanta industria auiculis adderetur. Vocauit Sta- Statius. tius supra citatus, hoc opus, *Cecropium lutum:* immixtâ scilicet fabulâ, qua ferebant, Cecropiam, seu Atheniensem Prognem primam in Hirundinem, fuisse conuersam: vnde Hirundines, Cecropiæ appellantur. Nunc iam vide, quot inter mysteria Ægyptiaca, id commemoret: loquitur ad Deam Isidem, arcana quæuis illius Prouinciæ, Metio adolescenti egregio mon- Idem. straturam.

Ipsa, manu placidâ, per limina festa, sacrósque
Duc portus, vrbesque tuas [illegible] prasi le n[illegible]at,
Vnde paludosi fœcunda licentia Nili?
Cur vada desidant, & ripa coërceat vndas,
Cecropio stagnata luto? cur inuida Memphis?
Curve Theraphnai lasciniat ora Canopi?
Cur seruet Pharias lethaus Ianitor aras?
Vilia, cur magnos æquent animalia Diuos?

Et quæ sequuntur multa in hanc rem, quæ omnia, apud Ægyptum mysteriis plena credebantur.

Arcanæ magis, & occultæ sunt causæ vnde 9.
Nilus æstiuo tempore increscat. Has ego nec euoluo, nec curo: plenos de hac re libros alij ediderunt, quos passim legas. Illud etiam arcanum arcanorum credebatur, vbi fons Nili erumperet, quæ prima tanti fluminis origo? de quo totidem, apud Auctores vbiuis legas: & quam auidè multi Regum his fontibus scrutandis, frustrato semper labore inhiarent. Certè inter ἀδύνατα, & impossibilia, prouerbialiter iactabatur: *fontes Nili inuenire.* Fluit ille nimirum, vt dicitur è Paradiso, de quo multa sacri Interpretes in Genesim. Nobiliores eruptiones huius amnis, quas vulgus fontes Nili appellat, in Congensi regno, à Lusitanis inuentas, memorant PP. Conimbricenses nostri. Pater Vega supracitatus, & alij in Æthiopia & regno Prete-Ioannis, vt vocant, nobiliores

alias

alias inuentas ferunt: viſus enim ſæpe hic fluuius occultis meatibus longiſſimo terræ tractu mergi: deinde emergentem iterum, incolæ ibi deprædicant exortum. Quàm paſſim tamen Poetæ, de inuentis, vel inueniendis Nili fontibus, Imperatores ſuos ſoleant palpare, Lector etiam tiro, non
Lucan. ignorat. Nihilominus veriſſimum eſt illud Lucani lib. 10.

Arcanum natura caput, non prodidit vlli,
Nec licuit populis, paruum, te Nile, videre:
Amouitque ſinus, & gentes maluit ortus,
Mirari, quam noſſe tuos.

Tandem dubites quid ſit illud Pſalmiſtæ de Ægy-
Pſ.77.v.44. ptiis plagatis. *Et conuertit in ſanguinem flumina eorum, & imbres eorum, ne biberent.* Qui imbres iſti, cum vt ex dictis conſtat, pluuias ignoret Ægyptus? Pſalm. 77. v. 44. explico, de canalibus illis & ductibus, per quos Nilus in agros deriuatur, imbrium inſtar terram fœcundantes: quos ſupra vocauit
Vatabl. Claudianus, *imbres ſerenos.* Ideo Vatabl. vertit ex Hebræo. *Et riuos eorum ne bibant.*

CAPVT XXI.

Nuptiæ ſacro prætextu fœdatæ.

PERIOCHA.

1. *Dij mortalibus fœminis, aut viris Deæ commixtæ, ſemideos edebant. Explicatur Ioannes cap. 18. v. 37. & cap. 19. v. 7. 8.*
2. *Mariti ſtupratas à Diis vxores, non ſolum patienter, ſed etiam libenter excipiebant. Fax Leuitico c. 19. v. 19.*
3. *Donariis inſuper cæleſtes hos adulteros mercabantur. Explicatur Locus Ezechielis c. 23. à v. 40.*
4. *Alexandri, Auguſti, Armentarij, & Scipionis Matres, doloſe ab adulteriis ſub draconis ſpecie, conſtupratæ: aliæ aliter.*
5. *Dearum nuptias affectabant nonnulli: Pallas vt plurimum auidius expetita.*
6. *Summi blandimenti loco habebant formoſuli, ſi diuinis nuptiis digni haberentur.*
7. *Diuinitas mortalibus participata credebatur, ſi diuinis aut epulo aut thalamo fruerentur: euoluuntur in hanc rem pluſcula, quæ fortè huc vſque minus claræ delituerant.*
8. *De eodem plura.*

1. EX illo loco Geneſeos cap. 6. v. 2. (qui etiam nonnullos Eccleſiaſticos Doctores, praue intellectus deluſit) vbi filij Dei, cum filiabus hominum, comiſcuiſſe nuptias dicuntur: ortus, ni fallor, eſt error ille, apud ethnicos inueteratus, quo Deos ſuos humanis fœminis, & viros Deabus commixtos prædicabant. Hinc innumeræ Heroum, & Semideorum fabulæ, quos ex hac impia mixturâ ortos putabant. Hinc Hercules & Bacchus, à Ioue: ex Alcumena & Semele conſtupratis: Hinc Æneas ab Anchiſe, Venerem polluente, & Achilles à Peleo, Thetidem deflorante, & quotquot huius farinæ progenies norunt pueri. Vnde benè præ aliis Simon de Caſſia, eruditus, pro tem- Simon de Caſſia.
poris illius conditione, Auctor: ad illud Ioan. 18. verſ. 37. *Ego in hoc natus ſum, & in hoc veni in mundum,* &c. ſic ſcribit lib. 13. cap. 80. *Idololatra erat Pi-* Ioan. 18. v. 37.
latus, & fortè ipſam crediderit quandam cælicolam creaturam, aut vnum de numero Deorum effigiatum in hominem: ſicut ipſe Romanorum errore deluſus, Deos colendo credebat, aut quendam inſignem virum ex antiquis, inter numina raptum: prout Romulum credidit hactenus populus Romanorum, nunc vero, neſcio qua de causâ, in illis inferioribus deuolutum. Haſitabat in homine iſto Pilatus, & quare in hunc mundum venerat, exigebat: admirans, ſi numen à ſe creditum erat, cur in humana effigie apparebat? ſi homo ſublatus ad ſupera cur ad ima regreſſus, &c. *Erat enim omnium, quædam indocta cognitio apud vrbem Romam, qua Pilatus exierat: & Deus ſummus, & Dij, & ſubſtantia lucida oriebantur.* Attigit penè rem, ſed non penitus. Audi quid Ioannes cap. 19. v. 7. & 8. *Reſponderunt ei,* Ioan. 19. v. 7.
Iudæi, nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit: cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem magis timuit. Vbi iterum idem Simon de Caſſia.
Auctor cap. 88. ex ore Pilati. *Si de infimis aut de terra es, cur Dei Filium diceris te feciſſe? ſi de ſupernis: eſt ne verum, vt ſis filius Dei? & cuius? ſummi Iouis, ſiue Saturni, atque ſimilium Deorum, quos colebat indocta, & cæca ſuperſtitio Romanorum?* Melius rem exponeret, ſi Pilati mentem aliò deduceret: non obſtabat quidem ethnicæ opinioni, ſi Chriſtus de infimis, aut de terra eſſet, id eſt, à mortali fœmina, & tamen Deum aliquem Patrem ſortiretur: imo hæc fuerit præcipua concepti timoris cauſa: quia virum, de quo tot mirabilia iam audierat: eum modo Dei filium dictum audit, à Deo fortè, Hebrææ puellæ ſe commiſcente, ortum: ethnicus homo, his nugis credendis aſſuetus, ſuſpicabatur. Quidni, ſi Romulum ſuum à Marte, & puella Latinâ genitum, vt noſti, adorabat? & quod proximus erat, vt infra dicam, ipſe Auguſtus Cæſar, qui paulo ante obierat: Romanæ Matronæ, & Appollinis filius credebatur.

2. Ex hac impiâ, & ſtulta ethnicorum ſententia (quæ inde præcipuè fota, quod quandoque incubos & ſuccubos dæmones paterentur, qui arrepto aliunde humano ſemine, probabile eſt poſſe generare) putant Catholici aliqui, cautum in Le-
uitico, & diuino præcepto inſtitutum: *ne proſtituas filiam tuam: ne contaminetur terra, & impleatur piaculo.* cap. 19. verſ. 29. id eſt, ne Diis, vel Leuit. 19. & 29.
dæmonibus incubis traderentur puellæ: néve hoc, quaſi ſacro prætextu, Sacerdotes, illas in templo, noctu vigilaturas includerent: quas deinde ſimulato Deorum titulo conſtuprarent: aut amicis exponerent conſtuprandas. Vide ibi Lorinum Lorinus.
noſtrum: è quo nihil delibo, è noſtro agello ſpiculas collecturus. Ergo quot ſtupra, quot adulteria, ſub hoc ſacrarum nuptiarum prætextu, à Sacerdotibus & aliis exercerentur: teſtantur hiſtoriæ priſcæ, quarum nonnulla exempla iam appono, eò vberius dolenda, quod miſeri parentes, & deluſi mariti ſic proſtitutarum fœminarum, id minus dolebant: immo in ſummo beneficiorum loco collocabant. Hiſtoriam illam vulgarem ex Ioſepho innuit ibi Lorinus: adduco ſolum verba quæ mihi faciunt ex lib. 18. Ant. cap. 7. ergo poſtquam latè amor Iuuenis pereuntis deſcribitur,

& corruptorum Sacerdotum fallaciæ, Paulinam matronam Romanam decipientes: sic pergit Iosephus. *Præsertim autem ipse Maximus Sacerdotum, vt Paulinam conueniret, & suis verbis impelleret possidetur. Finxit itaque se ex Ægypto venisse destinatum ab Anubi, quod is grandi circa Paulinam amore teneretur: eumque Deum sibi iussisse, vt Romam veniret, mulierique præcepta numinis apportaret. Libenter illa, & exoptabiliter suscipit, atque ad amicas gloriando denuntiat, quod ab Anubi, tali merito digna iudicetur. Hoc etiam indicat & marito: quod ab eâ thorum & cœnam Anubis concupiscat: illo autem grate concessit, pudicitiam coniugis non ignorans. Illa igitur pergit ad templum, & cum cœnasset, tempúsque quiescendi venisset*, &c. Quasi vero nihil honori suo, nihil vxoriæ pudicitiæ foret derogandum, si fœmina constupratori Deo prostitueretur. Similis est omnino historia alia apud Ruffinum, nisi quod in eâ Sacerdos, adulterum potius exercet, quam lenonem Ruffinus ergo lib. 2.
Ruffin. hist. cap. 25. ita. *Sacerdos erat apud eos, Saturni, Tyrannus nomine. Hic, quasi ex responso numinis, adorantibus in templo nobilibus quibusque, & primariis viris, quorum sibi matronæ ad libidinem placuissent, dicebat Saturnum præcepisse, vt vxor sua pernoctaret in templo. Tum is qui audierat, gaudens quod vxor sua dignatione numinis vocaretur: exornatam comptius, & donariis onustam, ne vacua scilicet repudiaretur, coniugem mittebat ad templum. In conspectu omnium conclusa intrinsecus matrona, Tyrannus clausis ianuis, & traditis clauibus discedebat: deinde facto silentio per occultos & subterraneos aditus, intra ipsum Saturni Simulachrum patulis erepebat cauernis: erat autem simulachrum illud à tergo exesum, & parieti diligenter annexum: ardentibusque intra ædem luminibus, intentæ supplicantique mulieri, vocem subito, per simulachrum æris concaui proferebat: ita vt pauore & gaudio infelix mulier trepidaret, quod dignam se tanti numinis putaret alloquio. Postea quam vero, quæ libitum fuerat, vel ad consternationem maiorem, vel ad libidinis incitamentum, disseruisset numen impurum: arte quadam linteolis obductis, repentè lumina extinguebantur vniuersa. Tunc descendens, obstupefactæ, & consternatæ mulierculæ, adulterij fucum profanis commendationibus inferebat. Hæc cum per omnes miserorum matronas, multo iam tempore gereretur: accidit*, &c. Vbi audis maritos sic delusos, vt etiam donariis adhibitis, constupratores Deos vxoribus suis optarent admouere.

3. Ego qui cum ex prædictis historiis, notem fœminas comptius ornatas, cœnam & thorum Diis adulteriis apparantes, & insuper donaria, quasi sacri stupri mercedem offerentes: cogitabam, si fortè ex similibus euentibus: metaphoram mysticis suis meretricibus denotandis, sumeret Ezechiel: certè Oollam illam & Oolibam, me-
Ezech. 23. retricantes describit Propheta toto cap. 23. id est Ierusalem & Samariam idololatriæ seruientes: ita tamen describit, vt noptiales ritus immiscere vi-
Sanct. deatur, quod optimè notauit Sanchez ibi, à numero suo marg. 79. tantumque dolet, ne fortè de nouitate, probabili satis opinione derogetur: cum nullus, vt putat, interpretum, id attingeret: sed mirum, non legisse nostrum Prado, & Villalpandum: qui multo prius ibi sic scripserant, post
Parad. Vill. multa. *Enim vero illud non expedit obliuisci, per amasios nos cum Propheta intellexisse idola, quorum cultui splendidum illud conuiuium dicatum erat: nam, eâ ceremoniâ, meretrices se ipsas profitebantur fidelissimas, & amantissimas sponsas Deorum: quippe eorum amore, corollis, deliciis nimirum suis, se ipsas spoliabant: in ipsorumque cultum libenter consecrabant.* Sed, non omnia vidimus omnes, & sæpe quod nouum putamus, ab aliis iam diu præoccupatum postea inuenimus. Puto igitur, non vtcunque noptiales ritus ab Ezechiele inculcatos, sed hos tales, quibus fœminæ, aut dæmonibus incubis, aut subdolis eorum nomine ministris, fœdissimè prostabant. Vt enim nulla meretricatio sacratior, & secretior, Deorumque ministerio addictior: sic nulla exprimendæ idololatriæ, videtur accommodatior. Ibi ergo à vers. 40. ita. *Quibus te lauisti, & circumlinisti stibio oculos tuos: & ornata es mundo muliebri: sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te*, &c. *posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosas in capitibus eorum.* Quibus prædictæ vt vides, historiæ, satis congruunt. Ezech. 23. v. 40.

Redeo, & plura huiusce moris connecto, vnde prædicta ex Leuitico & Ezechiele amplius illustrentur, quò enim plures ex ethnicis huius commercij turpis viderimus cupidiores, eò attentius Leuitici præceptum poni coniectabimus: & quò crebrior hæc turpitudo exercita, eò faciliorem Ezechieli præbuisse similitudinem augurabimur. Magnus quidam, vt fert verior historia, erat adulter ille, qui Olympiam Philippi vxorem, Alexandri Matrem passim constuprabat! & tamen Iouem se ille mentiebatur: cui miscellus maritus etiam sacrificia offerebat. Plutarchus in Alexand. 4.
Quondam iuxta dormientis corpus Olympiadis, Draco accubuisse conspectus est. Quæ res amorem, charitatemque Philippi, vehementer extinxisse dicitur: adeo, vt illius sæpe concubitus euitarit: siue aliquas magias, & veneficia reformidans, siue illius consuetudinem & contubernium cuiquam Deo, ex quauis religione permittens, &c. *Philippus autem, cum postea, illâ de causâ, Charonem Megapolitanum, Delphos misisset: hoc à Deo relatum est oraculum: iubere eum Hammoni rem diuinam facere, & hunc in primis Deum venerari: ipsum ex oculis alterum amissurum, quo Draconis formâ, concubentem Deum Olympiadi, per ianuæ rimam aspexerat.* Inde Alexandrum Iouis Hammonij filium vbiuis legis celebratum. Tale quid passa Accia Augusti Mater de qua Suetonius ibi cap. 94. *In Asclepiadis Menderis Theologumenon Libris lego, Acciam, cum ad solenne Apollinis sacrum mediâ nocte venisset, positâ in templo lecticâ, dum ceteræ matronæ dormirent, obdormisse: Draconem repentè irrepsisse ad eam, pauloque post, egressum: illam expergefactam, quasi à concubitu mariti, purificasse se: & statim in corpore eius extitisse maculam, velut depicti draconis, nec potuisse vnquam eximi, adeo vt mox publicis balneis perpetuo abstinuerit: Augustum natum mense decimo: & ob hoc Apollinis filium existimatum.* Hîc, (ni incubus aliquis intercessit) magnum aliquem existima constupratorem. Hoc tam insigne meretricalis commercij priuilegium, Matri etiam suæ Galerius Armentarius Imp. tribuere conabatur: vt ipse Dei alicuius filius crederetur: Aurelius Victor in eius vitâ. *Is insolenter affirmare ausus est, Matrem, more Olympiadis Alexandri magni Creatricis, compressum Dracone, semet concepisse.* Aulus Gel. lib. 7. cap. 1. *Quod de Olympiade Philippi Regis vxore, Alexandri matre in historia Græcâ scriptum est, idem de P. Scipionis quoque matre, qui prior Africanus appellatus est, memoria datum est.* Deinde citat Auctores, qui ferunt: *In cubiculo atque in lecto, cum absente marito cubans sola obdormisset, visum repentè iuxta eam cubare ingentem Anguem.* Quæ perinde

Plutarch. — Suetoo. — Aurelius Victor — Aul Gel. — Idem.

cum

cum cæteris explicaueris. Subtilior fuit illa fallacia, quâ Demarati Mater ab adultero compressa fuit, & illo præstigiatore, vt habes apud
Herodot. Herodorum in Erato, seu lib. 6. ergo dolens iste Lacedæmoniorum Rex, quod vulgo spurius haberetur, neque Aristonis filius: matrem rogauit anxiè, vt sibi, quid hoc rei foret, reuelaret: ad quem tunc illa, pia & verax, vt ex historiâ colligitur, mulier: sic subiungit. *Fili quoniam precibus mecum agis, vt dicam veritatem, omne tibi verum exponetur. Vt me domum Ariston duxit, tertia quam me duxerat nocte, simulachrum tanquam Aristonis ad me venit, quod postea quàm mecum incubuit, coronâ quam gestabat, me circumdedit, atque abiit. De hinc Ariston aduenit, qui cernens me coronas habentem, sciscitabatur, quisnam me illis donasset: ego ipsum dedisse respondi; eòque abnuento, iuraui: asserens, non benè illum facere, qui negaret, quippe qui paulo ante ingressus vbi mecum coisset, coronis me donasset. Ariston cernens me iurantem, intellexit eam rem diuinam fuisse: compertumque est eas coronas fuisse sumptas ex Heroico conditorio, quod est iuxta ianuam aulæ extructum, quod vocant Astrobaci: & Vates, esse hunc eundem Heroëm, responderunt. Habes igitur fili, ita vt volebas audire, aut enim ex hac Heroë genitus es, paterque tibi est Astrabacus Heros: aut ex Aristone: nam ea te nocte concepi?* Quid plura? frequentissimi, sub hoc prætextu, doli Ouidium impulere, vt dice-
Ouid. ret 3. Metam.

——Multæ
Nomine Diuorum thalamos iniere pudicos.

Infandorúmque stuprorum, non solum sibi decoram, sed & maritis honorificam excusationem habebant mulierculæ, si quouis fuco redderent probabile, se cum Diis congressas, & inde concepisse. Ideo Helena ad Paridem suum, adductâ Lædæ matris historiâ, quæ se à Ioue adulteratam
Ouid. iactabat: ita in epistol.

Illa benè errauit, vitiumque Auctore redemit:
Fælix in culpâ, quo Ioue dicar ego?

Ex bis etiam factum, vt superbiores aliqui mortales, immortalium Dearum nuptias affectarent. Athenienses quidem, vt Demetrium palparent, illi Palladis suæ effigiem desponsandam tradide-
Clemens Alexand. re. Ridet id Clemens Alexand. in Protrept. *Vbique ara, & nuptiæ, Mineruæ parabantur ab Atheniensibus. Ille autem, Deam quidem despiciebat, cum vxorem ducere non posset imaginem: habens autem Lamiam meretricem, ascendit in arcem: & in Mineruæ thalamo volutabatur: Veteri Virgini, meretriciæ iuuenis figuram, gestúsque & habitum ostendens* Notum est carmen illud Græcum, quod in superbos procos iactari solebat.

Καὶ ϖ ἰὰν ὀλίγ☉, μνᾶται δ᾽ ἀπὸχλω Ἀθάνλω.
Et quamuis vilis, procatur pulchram Mineruam.

Nescias, quo infausto sidere orta Pallas, quam vt plurimum mortales, ad nuptias sollicitarent: nisi fortè, quod vna tantummodo Pallas siue Minerua, inter beatissimas illas Deas Virgo coleretur, (nam Diana, quâ Luna est, & Proserpina, satis constuprata, sub habitu virgineo delitebat) neque dignuso putarent pudici ethnici, tantam virgini-
Athen. tatem obsolescere. Ergo de hac Athenæus lib. 12. cap. 14. *Cotys cœnam parauit, veluti sibi Pallas nupsisset, thalamumque parabat, ac ebrius Deam expectabat. Verum cum non amplius mentis compos esset, quendam ex satellitibus misit, qui videret an Deam inuenisset in thalamum: cum reuersus is esset, nullumque esse in thalamo retulisset: hunc sagittâ Rex percutiens interfecit: aliumque rursus eodem modo. Donec tertius re cognitâ accessit & dixit, Deam, eum iam dudum in thalamo expectasse.* Obscura sunt & deprauata carmina illa Menandri ibidem adducta lib. 6. cap. 5. quæ tamen Menand.
vtcunque huic facere videntur.

Mecherapkon distraxit astutissimus
Mensis secundo, post vigesimum diem,
Qui nuptias sacras paratas se peue,
Prædicit adfore: interim quarto die
Aliena quo cœnet: Dea benè omnia
Se habere.

Deæ puto alicui, cui sacras illa nuptias apparabat. Vide infra totum caput 23.

Adde propterea summi blandimenti loco habe- 6.
ri, cum iuuenibus, aut puellis dicebatur, eos esse, quibus cœlestes nuptiæ deberentur. Cum enim Dij, Deæque formosulis amasiis inhiare crederentur: vnde Athenæus lib. 13. cap. 7. *Ast Deæ quos rapue-* Athen.
runt, nónne pulcherrimos: quibus cum & versantur? Aurora, cum Cephalo, Clito, & Tithone. Ceres, cum Iasone: Venus, cum Anchise, & Adonide. Perinde erat aliquos cœlestibus nuptiis dignos augurari: quam eosdem pulcherrimos & fælicissimos commendare. Sic explicabam illud Anaxandridis in Vlysse, (habetur ibidem lib. 6. c. 5.) de dicteriis, qui-
bus Athenienses se inuicem impetebant. Anaxandr.

Vos inuicem deluditis, non bene.
Nam si quis decorus, hunc sacras vocant
Hinc nuptias. Si paruus, hunc homunculum,
Aut stolagmum. Si videtur splendidus quis,
Hunc vocatis eiulatum. Pinguis at
Dum Demecles deambulat, ius dicitur.
Qui squalidus, vel sordidus sit, puluis hunc
Monstrauit. Adulator secutus pone quem,
Mox dicitur lembus.

Cætera tu explicaueris: quod autem *decorus* per sacras nuptias exprimerent: fastum puto eius mordebant, quasi præsumentis se dignum, cui Dea nuberet. Scitè & venustè rem expressit Statius lib. 1.
Sil. 2. vbi ita Venus de violantilla puellâ pulchrâ. Statius.

Hanc si Thessalicos vidisset Phœbe per agros
Erraret Daphne: secura in littore Naxi
Thesaum iuxta foret hac conspecta cubile:
Gnosida desertam, profugus liquisset & Euan.
Quod nisi me longis placasset Iuno querelis,
Falsus huic pennas, & cornua sumeret æthræ
Rector, in hanc vero cecidisset Iupiter auro.

Et iterum in Coma Eurioi, ad illum:

Te cærula Nais
Mallet, & apprehensâ traxisset fortius vrnâ.

Scatent vbique Poëtæ hoc blandimento.

Ad calcem huius capitis explico Virgilij carmina, quæ à nemine quem viderim, video satis clara. Ecl. 4. ad finem ita.

Incipe parue puer risu cognoscere matrem,
Matri longa decem tulerunt fastidia menses:
Incipe parue puer: cui non risere parentes,
Nec Deus hunc mensâ: nec Dea dignata cubili est.

Primis carminibus, per risum pueri, ad parentes, fælicitatē iooui, multis firmat meus Cerd. post alios, Cerda.
qui idem tenuerunt: omninoque vltimum carmeo de Genio Deo mensæ, & Iunone cubilis Dea volunt explicandum. Ego longè aliter: in vltimo enim carmine, prædictæ fælicitatis apicem designatum intelligo: quasi dicat Poëta: pueruli, qui hoc fælicitatis specimen, risum scilicet, ad parentes, non dederunt: nunquam postea, ad summum fælicitatis cumulum deuenient: qualis est, aut Iouis epulo frui: aut Deæ alicuius thalamo

potiri. Certè ab his summam quandam fælicitatem, & diuinæ quodammodo naturæ conditionem, participatam sibi mortales aucupabantur. Ezech. Ideo Propheta Ezechiel, à meretricibus suis, non solum affectatas nuptias, sed & stratum epulum describit, quasi Deos, habere conuiuas exoptarent. Ioseph. Ideo prædicta Paulina apud Iosephum exultans indicat marito, *quod ab ea cœnam, & thorum Anubis concupiscat.* Apul. Ideo Psyches apud Apulæium Deo desponsata, insuper in *sinu mariti*, Deorum epulo admouetur. Propert. Ideo Propert. lib. 2. eleg. 3. ad puellam.

Gloria Romanis, vna es tu nata puellis :
Romana accumbes prima puella Ioui.

Lege poëma,& videbis cum hoc accubitu ad mensam etiam in thoro concubitum insinuari. Ideo Catul. tandem Catullus in Nupt. Pel. ad Iuuenem, qui Deam duxerat, multa de fælicitate scribit, quam inde & ex Deorum conuiuio fuerat assecutus.

8. Sed de fælicitate in thalami participatione,hucusque plura dixi : subdo pauca de epulo,quæ non aliena visa Prophetæ explicando:inuicémque ipsi, quos adduco, Poëtæ intelligentur. Statius lib. 3. Statius. Silu.1. Templum laudans, subdit.

Quo Pater æthereus,mensisque accita Deorum
Turba, & ab excelso veniat soror hospita templo.

Quasi hac maximè notâ, cœlestis turba computaretur,quod Deorum mensæ interesset. Æolus ad Virgil. Iunonem lib.1. Æn. apud Virg.

Tu mihi quodcunque hoc regni, tu sceptra Iouémque.
Concilias : tu das epulis accumbere Diuum.

Horat. Horat.lib.3.de virtutum præmiis

Hac arte Pollux, & vagus Hercules
Innixus, arces attigit igneas :
Quos inter Augustus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.

Idem. Quasi non aliunde melius bearetur.Sic eodem lib. de Romulo : loquitur Iuno.

——Illum ego lucidas
Inire sedes, ducere nectaris
Succos, & adscribi quietis
Ordinibus patiar Deorum.

Idem. Et lib. 4.

Dignum laude, musa vetat mori
Cælo musa beat : sic Iouis interest.
Optatis epulis, impiger Hercules.

Vbi obiter causa assignatur, quod scilicet potato nectare æternabant.Scatent exemplis Auctores:do Statius. vnum Statium, qui Domitianum palpat, dum eius epulo interesset lib. 4. Sil.2.

——Medius videor discumbere in astris
Cum Ioue, & iliaca porrectum sumere dextrâ
Immortale merum.

Quo scilicet immortalitas comparari credebatur. Et fortassè ideo illi (de quibus plenissimum dedi totum caput primum) qui arrogantet diuinos sibi habitus assumebant : quandoque hos maxime inter epulas affectabant : quasi non solum Deorum vestes, sed & illorum epulas quibus beantur maxi-Sil.Ital. mè exprimere conarentur. Sil.Ital.lib.10.de superbia Annibalis, & epulo, quo apud Capuanos exceptus.

Instituunt de more epulas,festámque per vrbem,
Regifice extructis celebrat conuiuia mensis.
Ipse Deum cultu,& sacro dignatus honore
Præcipuus, multóque procul splendentibus ostro,
Excipitur sublimé thoris.

Sueton. Legendus Suet.in Aug.c.20.de cœna quam Imperator,sibi & amicis,sub diuino habitu fecit.

CAPVT XXII.

Varia, vt se se offerunt, coaceruo.

PERIOCHA.

1. *Ethnici iam morituri largius se inuitabant,& quasi non amplius apud inferos cænaturi, ferali sibi metipsis epulo parentabant. Locus Sapientiæ c.2. a.v.3. & 1.Cor.15.v.32.*
2. *Mariti, etiam propria vxoris vsu, adulterantes.*
3. *Sol fucandis criminibus adhibitus.*
4. *Æternus Pater, respectu Verbi Diuini, an à sacris Doctoribus, & sub qua metaphorâ,* matris *vocabulo potuerit appellari.*
5. *Verbum Diuinum, quam cautè, & vnde,* vox *à Patribus appelletur.*
6. *Locus Matth cap.27. v.28. de chlamyde coccineâ. Chlamys an etiam pacis habitus ad delicias.* Coloratus, *quid.*
7. *Trabea purpurea apud Romanos, cuius forma. An semper eadem.*
8. *Angustus, & latus clauus, quæ vestes: an à se, an à clauorum angustiâ, vel latitudine, sic dicta. Forma clauorum : & coniectura, cur assumerentur.*
9. *Iouis fulmen, an tantummodo mite, an etiam terribile, & euertens crederetur. Trifidum, cur dicatur.*
10 *Nox silens, ex vtrâque paginâ. Lucorum silentium religiosum. Animæ silentes, & clamantes. Poetarum ethnicorum confusio in hac re. Vox sonora, aut murmurans stridor, vnde dæmoni affectatus. Locus ex lib. Iob c.4.v.12.& 16.*
11. *Animam in manibus gestare : quid significet in scripturâ : & vnde metaphoræ ratio. Varij loci sacri tumultuariè explicantur.*
12. Quid, *vel* aliquid : *pro magno & pretioso, tam Græcè, quam Latinè poni solet. Sic Matthæus c.20.v.20.*
13. Ἐν τῇ ἀφέδρῳ : *fœminæ sedentes, apud Hebræos pro menstruatis. Interpretes Lxx. explicantur, & corriguntur.* Ἀποκαθημένη. Ἄφεδρος. Ἀφεδρεῦν.
14. *Vita humana, cur militia, seu lucta comparetur. Iob cap.7.v.1.*
15. *Vestes humanæ Diis sacratæ. Cur fœminæ duriori partu morientes, vestes suas, Dianæ dicandas relinquerent, conjectatur.*
16. *Officiosa obsequia, & dignitatis insignia Principibus impensa, in Deos transfero*

transferebantur publicè. Varia & ridenda in his priuatorum superstitio. Fasces & lictores, quomodo Diis assignati. Puluinaria & lectisternia, etiam sub diuerso sedendi & discumbendi habitu. Locus ex lib.1. Paral. cap.20. v.1.

17. *Apud Lycios, filij à Matre, non à Patre, nobilitatem, & gentilitia nomina suscipiunt.*

18. *Nonnulli Persarum mores ex Herodoto, pro Estheris historiâ non inepti. Pennati Cursores, apud Spartianum.*

19. *Semen illud iactum, quod centesimo fructu Matth.13. v.8. respondit: non de hyperbolico sermone, sed naturali prouentu explicandum.*

20. *Monilia nuptialia apud Isai. cap.61. v.10.*

21. *Iuuenis ille Euangelicus perditissimus, an meritò à sacris Doctoribus* Prodigus *appelletur.* ἀσωτία. *luxuria.* ἐν γύναι θεῶν *obiter explicatur. Locus Lucæ.c.15. v.13.& 30. item ex epist.1.Petri cap.4. v.4.*

22. *An apud Ezechielem Prophetam cap.16. v.13. per similam, mel, & oleum, intelligatur Manna.*

23. *Mitra olim, fœminarum comptus, aut effœminatorum. Venus mitrata, mitratus Bacchus, vnde. Mitra apud Isai. cap 3. v.19. & Iudith cap. 10. v.3. conectatur de mitrarum figurâ. Mitra pro mera vittâ passim vsurpatur.*

24. *Prisco more Virgines nobiles aquam hauritum ibant. Sic Genes.24. v.16.& 1. Reg.9.v.11.*

CETERVM, sicut cap.11. supra: in hoc capite τυρινίζω: grana coaceruo diuersa, & soluta: dum spicæ, ne dum manipuli non subeunt colligendi. Adde ipsam eiusdem capitis varietatem, quandoque voluptatis aucupio deseruire, & morosi etiam Lectoris fastidium releuare.

I. Tertull. Tertullianus lib. de Pat. cap.3. ita de Christo. *Taceo quod figitur, in hoc enim venerat: nunquid tamen subeunda morti, etiam contumeliis opus erat? Sed saginari voluptate patiendi discessurus volebat. despuitur, verberatur, deridetur, fœdis vestitur, fœdioribus coronatur.* Nullus Cerdâ aptius locum explicauit: vult enim ductam metaphoram à victima, quæ gratior sacrificio futura saginabatur. Ego alibi aliter, de vsu scilicet Athletarum, (quos idem Tertull. homines altiles & sagina refertos appellauit,) quasi hoc initiarium epulo, diuinus noster athleta, dæmoni, peccato, morti, sæuis antagonistis, superandis in cruce, disponeretur. alludunt ad hanc palæstram passim sancti Doctores: sicut ad immensam saginam Athletarum aliquorum, auctores Prophani: quos tute legeris. adhuc aliam, fortasse explicationem aptiorem, ibi innuebam, quam hîc firmabo. Ethnici, cum casu aliquo se morti destinabant, paulò antè se cibis ingurgitabant auidius: qui enim tantum viuebant, vt ederent, properante morte, quasi non amplius cœnaturi, quàm poterant splendidè epulabantur. Christus igitur, qui tantum patiendo venerat, & saturandus opprobriis viuere videbatur, laboribus, bono nostro, auidissimè indulgens: videns post mortem gratissimum sibi epulum desiturum: voluit *discessurus*, suauissima hac laborum voluptate saginari. hanc esse germanam cultissimi Afri mentem: cum aliquando è suggestu exponerem, amici non amusi, probabiliter consenserunt. Exempla, in quæ incidi, iam multa suggero.

Cerda.

Ipse Tertull. in Apolog. cap.38. *De nobis scilicet Diogenis dictum est: Megarenses obsonant, quasi crastinâ die morituri: ædificant verò, quasi nunquam morituri.* Quod scilicet largissimè epularentur: & sumptuosissimè ædificarent. in eandem mentem Plato de Acragantinis, apud Ælianum de var. hist. lib.12. cap.29. Οἱ Ἀκραγαντῖνοι οἰκοδομοῦσι μὲν, ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι: δειπνοῦσι, ὡς ἀεὶ τεθνηξόμενοι. *Acragantini quidem quasi semper vitâ fruituri ædificant: Cœnant verò, quasi semper morituri.* Allusit Leonidas Spartanus, contra Persas, milites suos animaturus: apud Valer. Max. lib.3. *Ideòque tam alacri animo, suos ad prælium, qua perituri erant, cohortatus est, vt diceret: Sic prandete commilitones mei, tanquam apud inferos cœnaturi.* Apud inferos enim nulla cœna: vnde animosè præuio se epulo monebat ingurgitare. Sic Horat. lib. 1. Oda 4. de instante morte ad crebras compotationes inuitat. Tertull. Ælian. Val.Max. Horat.

Iam te premet nox, fabulæque manes,
Et domus exilis Plutonia: quo simul meâris,
Nec regna vini sortiere Talis, &c.

Alludens ad talos seu tesseras, quibus sortitò teges conuiuij designabantur. Et lib.2. Oda 3. Idem.

—— Moriture Deli,
Huc vina, & vnguenta, & nimium breues,
Flores amœna iube ferre rosæ:
Dum res, & ætas, & sororum
Fila trium patiuntur atra.

Quasi eo impelleretur, quia moriturus. Plutarchus in Antonio, de eodem ad incitas iam redacto. *Itaque in cœnâ, vt ferunt, cibum, & potum promptissimè sumere: nam incertum esse, an postridie id facturi sint.* Er ibidem de Cleopatrâ, præmeditatâ iam morte, & paulo pòst sibi aspides applicaturâ: *Hæc cum illa congesta esset, coronato tumulo, & diu amplexata, iussit sibi balneum parari, post lauacrum assurgens, magnificè prandit.* Iulius Florus lib.2. cap.18. de Numantinis se iam iam occisuris. *Cum Scipio veram vellet, & sine exceptione victoriam: eo necessitatum compulsi, primum vt destinatâ morte in prælium ruerent, cum se se prius epulis quasi inferiis impleuissent*, &c. nimirum hoc epulo, quasi ferali sacro, sibi parentabant. idem Florus lib.4. cap.2. *Tuba cum se recepisset in Regiam, magnificè epulatus cum Petreia, fuga comite: Super mensas & pocula, interficiendum se ei præbuit. ille & Regi sufficit, & sibi. interim semesi in media conuiuij, & parentalia fercula regio simul, Romanoque sanguine madebant.* Huc facit Seneca epist.12. de quodam sic quotidie epulone, quasi vltimum morituro sibi epulum appararet. *Pacuuius, qui Syriam vsu, suam fecit, cum vino, & illis funereis epulis se sepeliret, quasi sibi parentaret: sic in cubiculum ferebatur à cœna, vt inter plausus exoletorum, hoc ad sympho-* Plutarch. Idem. Iul. Flor. Idem. Senec.

niam caneretur : βεβίωκε, βεβίωκε. nullo non se die extulit. Quasi vt ex Græco constat, iam vixisse diceretur, & nullo non die ab epulo, quasi ad Corn Tac. tumulum efferretur. Cornelius Tacitus lib. 2. Annal. de Libone. *Cingebatur interim milite domus, strepebántque etiam in vestibulo, vt audiri, vt aspici possent: cum Libo ipsis suis, quas in nouissimam voluptatem, adhibuerat, epulis excruciatus, vocare percussorem, apprehendere seruorum dextras, inserere gladium: atque illis dum trepidant, dum refugiunt, euertentibus adpositum mensa lumen, feralibus iam sibi tenebris, duos ictus in viscera direxit.* Rem Statius. etiam ad auiculam visus detulisse Statius in Psittaco Mel.

Hesternas miserande dapes moriturus inisti
Nobiscum.

Quasi auicula festiuius solito indulgens, sibi parentaret: quod ex contextu colliges. De vsu circumferendi mortis imaginem in conuiuio, vt auidius epularentur: videndus noster Raderus ad Martial. Mart. lib. 2. ep. 43.

Frange toros, pete vina, rosas cape, tingere nardo:
Ipse iubet mortis, nos meminisse Deus.

Vide ibi plura, quæ quamuis rei nostræ faciant, non transcribo. Habes ex dictis apparatum ex-
2. Sap v. 3. plicando capiti secundo Sapient. Salomon. à v. 3. vbi impij, ex eo quod se einterem & puluerem agnoscant', impensius voluptatibus indulgent.
1. Cor. 15. v. 32. Huc absque dubio allusit Paulus 1. Cor. 15. v. 32. vbi post multa quæ ob spem pertulit, concludit. *Quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* Quod
Isaias 22. v. 13. sumpsit ab Isaia cap. 22. v. 13. quæ omnia licèt verè, ieiunè tamen ab Interpretibus video explicata.

2. Tertull. Tertullianus in Apolog. cap 14. sic Iouem describit, post alia. *Nunc fœdè subantem in sororem, sub commemoratione, non ita dilectarum iam pridem*
Cerda. *amicarum.* Sunt obscura verba: Vnde Cerda ibi. *Quis ferat Iouem fœdè lasciuientem in sororem, commemorantem Danaë, Semele, & reliquo agmine amicarum, quas iam pridem, neque vt tunc Iunonem amauerat?* mihi quidem hac explicatione non satisfa-
Idem. cit, fortasse nec sibi: vnde notâ 473. sic locum recudit. *Potest & sic scribi, & distingui. Nunc fœdè subantem in sororem: sub commemoratione, non ita, dil. t. p. amicarum. quod est, non ita lasciuisse Iouem, in sororem, quando deperibat amicas.* Sensus est non ineptus, sed adhuc textui durus. Aduerte tiro: commemorationem, non solum esse quando aliquid narras, idque aliis reuocas in memoriam: sed etiam, quando tu meripse, rerum tibi tuarum refricas memoriam: quod ex probatissimis auctoribus, probasse, putidum. Sensus ergo Tertull. germanus sic eruendus videtur, quasi reprehendat in Ioue, deplorandum illum mœchantium coniugum vsum, (quem contra Theologi morales passim decertant,) qui etiam in reddendo sibi debito fornicantur, animo adulterantes: coniugum scilicet corpore, & amantium memoria detenti. Vnde benè dicuntur, *non ita dilecta amica:* quia has sub vxoris & sororis memoriâ, non inibat Iupiter: sicut Iuno, quasi fastidita, sub illarum memoria inibatur. Et fortasse in eundem sensum scripsit Tertull. pro, *non ita* aliquid aliud: videlicet: *sub commemoratione nota:* id est, familiari. vel, *notha,* id est, adulterina. vel, *nuntia:* id est, expressiua, repræsentatiua amicarum. Sed nihil muto, eum optimè, retentâ priscâ lectione, sensus prædictus constet. Allusit ad peruersum hunc morem Theocritus in Encomio Theocrit. Ptolomæi.

Ἄστοργοι δὲ γυναικὸς, ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰεὶ,
Ῥηΐδιοι δὲ γοναὶ, τέκνα δ' οὔποτε ἐοικότα Πατρί.
Eius vxoris quæ maritum non amat, mens in alieno
viro semper est:
Faciles habet fœtus, nec vnquam similes Patri.

Quia licèt à marito sint, cum tamen conceptionis tempore, lasciua fœmina, amasium adulterum præoptans cogitaret: vi phantasmatum, (de quibus multa Philosophi,) non tam ad paternam, quam ad alienam imaginem filij formabantur. Aliud est, quod habet Seneca lib. de Const. cap. 7. Seneca. vbi ita. *Potest aliquis nocens fieri, quamuis non nocuerit. Si quis cum vxore, tanquam cum aliena concumbat, adulter erit, quamuis illa adultera non sit.* Sed etiam in hoc, eadem culpa cum prædicto.

Adhuc locum alium subdo ex Tertulliano lib. 3.
de cultu fœm. cap. 6. vbi post alia de fœminis co- Tertull.
mam fucantibus, addit. *Atqui & detrimentum crinibus medicaminum vis inurit: & crebrò perniciem, etiam cuiuslibet synceri humoris assiduitas referuat: tum solis animando simul, & siccando capillo exoptabilis ardor.* Solem hic fucantem crines vident Interpretes, nihil tamen firmando Tertulliano, aut valuere adducere, aut voluere. Sed sit testis huius moris, vrbs Genuensis, vbi mense Ianuario videas innumerum vulgus plebeiarum fœminarum ad littus sedentium, quæ solutis crinibus, & ad tergum demissis aduersos solis radios admouent: si quæsieris ignarus caussam, ab obuio quouis prædictam discessi monente, à matronis etiam, & virginibus nobilissimis, idem modestius & secretius, pro fenestra vel priuato solario sedentibus factitatum, plebeiæ, quas videas, nent, vel acu pingunt, vel quid similis instituti perficiunt, quia ibi à meridie, ferè ad occasum persistere de more dicuntur. Ex priscis, do Lucia- Lucian.
num tomo 4. vbi de hoc fœminatum studio. Αἱ μὲν γὰρ φαρμάκοις ἐρυθραίνειν δυναμένοις, πρὸς ἥλιον μεσημβρίας τοὺς πλοκάμους, ὥσπερ τῶν ἐρίων χροιὰς, ξανθῷ μεταβάπτουσιν ἄνθει, τὴν ἰδίαν κατακρίνουσαι φύσιν. *Nonnulla medicamentis rubefaciendi vim habentibus, ad solis meridiem, capillos, (sicut in colorandis lanis vsu venit,) flauo inficiunt nitore: quasi propriam damnantes naturam.* Ouid. 1 t. Metam. Ouid.
fortè etiam huc respexit vbi de quadam.

Iniectos humeris siccantem sole capillos.

Noster Didacus Ruiz opere de Trinitate, 4.
disp. 4. sect. 5. examinans, mirâ illâ qua solet eru- Didacus
ditione, an Pater in diuinis, possit aliquo modo, Ruiz.
respectu verbi æterni *Mater* appellari: omnino tale loquendi genus improbat, vt potè periculosum: eo vel maximè, quòd nullus sanctorum Patrum, ita vnquam locutus comprobetur. Non est partium, imò nec virium nostrarum, quæstionem sic arduam ventilare: tantummodo aduerto, id quod additur, nullum sanctorum Patrum sic locutum: non ita certum videri: plusculi enim sunt, qui eum verissimè fateantur primam Trinitatis personam, *Patrem* esse, & à quo omnis paternitas in cœlo, & in terrâ, tamen sub aliquo Metaphoræ gustu, nec tam ad rem, quam ad similitudinem, *matris* vocem vsurpant in diuinis. Et vt experientiâ constet, multa sæpè viros magnos effugere, quæ ad illorum humiliationem paruulis reuelantur: audi quos ad hanc rem adducar Simon Ramos, vulgatâ & celebri Sim. Ram.
illâ Antipologiâ, vbi Pozzæ doctrina propugnatur. ergo ille ita de voce *Matris* re-

spectu

ſpectu verbi, æterno Patri, Metaphoricè adſcriptâ.

D. Syneſius hymno 2. ita: *tu Pater tu mater, tu mas, tu fœmina.* & alibi hymno 3. *Radix, & ſummus ramus: fœmina, & mas: ineſt quod parit, ineſt quod paritur.* & D. Auguſtinus 7. de ciuit. Dei, Matrem ſimul, & Patrem, nominat Deum, & Richardus Pſalm. 25. ait. *Sis Pater, aut mater: aut vtrumque ſimul, Pater & Mater.* Si hoc ergo de ipſo Deo dicatur, &c. Hucuſque ille, ni fortè alius doctior, alieno nomine deliteſcens. Addo vnde hi Patres induci viſi.

Pſalm. 109. Videtur facere huc illud Pſalm. 109. *Ex vtero ante luciferam genui te.* in Hebræo legitur: *ex vuluâ, ex matrice:* vbi apertiſſimâ metaphorâ, ad maternitatem fit alluſio: & tamen ſunt ſexcenti Patres, qui hunc locum, de generatione æternâ interpretantur: aptum huc, illud Trimegiſti, quod ibi affert Lotinus. (Trimeg.) *ὁ Θεὸς ἀῤῥενόθηλυς ὤν. ἀπεκύησε τὸν λόγον. Deus Maris, & fœminæ vim habens, peperit Verbum.* Sed audiendus D. Hieron. (D. Hieron.) ad illa verba Iſaiæ cap. 46. v. 3. (Iſai. 46. v. 3.) vbi Deus ad iuſtos. *Qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua.* De quibus ita Maximus Doctor. *Docet eos inſtar Patrorum atque lactentium, ita à Deo quaſi matris vtero & vulua pregnatos ex Ægypto eſſe portatos.* Et poſt pauca, vbi rem docet metaphoricè accipiendam, concludit. (Idem.) *Quo nos affectum Dei, per noſtra verba diſcamus, alioqui & Pſalm. 190. ex perſona Dei hoc idem canitur: in eo enim vbi L X X. tranſtulerunt, ex vtero: ex Hebræo eſt.* מרחם *quod interpretatur de vulua.* Quaſi etiam in hoc Pſalmo, qui æternæ generationi competit, metaphora maternitatis deſumatur. Noſti illud Iſaiæ 66. v. 9. (Iſai. 66. v. 9.) *Nunquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariam?* (Vbi aliquod maternitatis veſtigium agnoſcas, neceſſe eſt,) ab Auguſtino, D. Thoma, Ruperto, Dionyſio, & aliis, de æterna generatione explicari. Vide etiam Prouerb. 8. v. 25. (Prouerb. 8. v. 25.) vbi æterno verbo tribuitur parturitio. Hæc ſunt quæ prædictos Patres, in illam metaphoram videntur impuliſſe: qua nihil aliud voluere ſignificatum, quam diſcrimen veriſſimi & æterni Patris ab aliis Patribus: hi enim, filios extra ſe generant: Deus, in ipſo pectore, & diuinitatis viſceribus, verbum productum retinet: quo metaphoricè, materna quædam proprietas declaratur. Ideò Salmeron (Salmer.) nobiliſſimus Theologus tom. 2. tract. 12. ait. *Vt mens verbum internum, intra ſe gignit: & de B. Virgine dixit Angelus, quod enim in eâ natum, de Spiritu ſancto eſt: ita Pater fudit verbum penitiſſimum.* An verò adhuc, etiam ſic explicata, locutio illa Patrum, ſit admittenda: (quando in materia Auguſtiſſimæ Trinitatis, non ſolùm de re perperam tractata, ſed etiam de vocabulis nouiter inductis, errores damnabiles ſoleant pullulare:) puriſſimo ſcholaſticæ Theologiæ conflatorio remittatur. illud audeo aſſerere, è ſuggeſtu, nec per vmbram, id inculcandum.

5. Doctiſſimus idem noſter Ruiz (Didacus Ruiz.) citatus, diſp. 55. ſect. 1. inter cætera vocabula, quibus, à Patribus, verbum diuinum appellatur: nonnullos affert, qui illud, *vocem Dei* appellarunt: monétque prudentiſſimè, nonniſi ſub magnâ cautelâ, hoc titulo nobis vtendum, ne ſcilicet, aliquid accidentale, ſubſtantialiſſimo verbo, adſcribere videamur. Addo tantum, Theophilum Antiochen. (Theophil. Antioch.) lib. 2. ad Autolychum, qui eadem phraſi vſus eſt. *Sermo eius per quem omnia creauit, exiſtens potentia, & ſapientia Patris: aſſumit perſonam Patris, & Domini vniuerſorum. is venit in paradiſum, ſub perſona Dei, & colloquebatur cum Adamo: Siquidem Scriptura ſacra disertè ponit, Adamum dixiſſe: vocem tuam audiui. At vocem, quod aliud dixeris, quam ſermonem Dei, qui eius filius eſt? Sed intellige hoc loco enarrari ſermonem perpetuo exiſtentem, & inſitum in corde Patris Dei.* Habetur apud Iodocum (Iodoc.) in theſ. Cathol. lib. 1. viſa ſumpta anſa Patribus ſic loquentibus, quod quandoque in ſacro textu, mens & intellectus diuinus *os* dicatur: vnde Eccleſ. 24. v. 5. (Eccleſ. 24. v. 5.) de verbo diuino & increato Sapientia dicitur: *Ego ex ore altiſſimi prodiui.* Ab ore autem, Verbum editur & vox exprimitur.

6. Inter alia ludibria, quibus in Chriſtum Dominum inſultauit impietas, locum tenet nec poſtremum illud de quo Matthæus cap. 27. v. 28. (Matth. 27. v. 28.) vbi de militibus Romanis. *Congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem, & exuentes eum, chlamydem coccineam, circumdederunt ei.* An Chriſtus ſub hoc habitu, militaris, an pacificus Princeps illuderetur: nemo ſatis, ſi rectè memini, diſputauit. Et quidem ſi *chlamys*, (in Græco expreſsè *χλαμύδα κοκκίνην*) ſolummodo apud Principes, militaris, vt ferè vtriuſque litteraturæ doctiores atteſtantur: abſque dubio videtur concedendum, aliquid militaris ludibrij interceſſiſſe. nihilominus, reliquus, veriſſimi noſtri Regis, fictus apparatus, corona, ſceptrum, adoratio: pacifici potius, quam militaris Principis, notas gerit. Vnde probabilius hic puto dicendum, chlamydem etiam pacis fuiſſe ornamentum: neque temerè, aut alterius purpureæ veſtis defectu, ſed ex vſu, à militibus Chriſto circundatam.

Facit in primis pro chlamyde pacificâ Alexand. (Alex Neap.) Neapol. lib. 5. cap. 18. qui Philo: Sophis hoc genus genus veſtis tribuit: deferendúſque ibi magnus Tiraquellus, (Tiraq.) qui rem vt nouam miratur: quippè qui ſolam chlamydem agnouerat militarem. ea tamen adduxere teſtimonia, quæ rem ſole ipſo oſtendant clariorem. Pacifica extra controuerſiam erat ſtatua illa Domitiani, quæ dextrâ vetabat pugnas, (ſiue quod pacificantem manum protenderet, quod aliqui volunt, ex Quintiliano: (Quintil.) ſiue quod oliuæ ramum gereret, vt voluit Geuartius, (Geuart.)) & tamen de illâ ſic Statius (Statius.) lib. 5. Silua 1.

It tergo demiſſa chlamys, latus enſe quieto
Securum.

Chlamys iſta, non belli, ſed luxus erat. Tale quid habet Cicero (Tullius.) orat. pro Rab. ad finem: vbi de ſtatua Syllæ. *Chlamydatum Lucium Syllam Imperatorem: L. verò Scipionis, qui bellum in Aſiâ geſſit, Antiochúmque deuicit, non ſolum cum chlamyde, ſed etiam cum crepidis in Capitolio videtis.* Niſi irridendus contendas, crepidatam Scipionis ſtatuam, fuiſſe bellicam. Lege Auctoris contextum, & videbis eo maximè tendere, vt luxus pacificæ chlamydis excuſetur. etiam apud Græcos idem in vſu. Maximus Tyr. (Max. Tyr.) diſ. 22. deſcribit Apollinem, qui cernitur: *Adoleſcens, qui è chlamyde oſtendit nudum latus, cum ſagittis deductis.* Lucianus (Lucian.) in Amor. de puero ingenuò Scholas ad ituro. *Manè ſurgens è lecto haud quaquam coniugali, poſtquam reſiduum in oculis ſomnum aqua ſimplici abſterſit, chlamyde humeralibus fibulis aſtricta, &c.* Quid? Auſonius (Auſon.) iuuenem comptiſſimum, & ad nuptias prodeuntem, in Virgil. centone, ſic componit.

Ora puer, primâ ſignans, intonſa iuuentâ:
Pictus acu clamydem auratā, quam plurima circum
Purpura

Purpura meandro duplici, Melibaa tucurrit.

Virgil
Corn Tac.

Prætereo etiam fœminas, hoc habitu, non ad bellum, sed ad cultum insignitas: vt Didonem apud Maron.lib.4.Æn.& Agripinam apud Cornel. Tacit. lib.12.

Senec.

Hæc satis ad tem nostram: quæ obiter ansam prabent, vt antequam lectionem Senecæ, quam critica prurigo malè vexat, denuò afferam: ergo ille lib.de vitâ beatâ, cap.2. ita. *Quaramus quid optime factum sit, non quid vsitatissimum: quid nos in possessione aterna fœlicitatis constituat, non quod vulgo, veritatis pessimo interpreti, probatum sit. Vulgus autem tam chlamydatos, quam coronatos voco. non enim colorem vestium, quibus pratexta corpora sunt, aspicio: oculis de homino, non credo.* q. d. quæramus, in quo vera sit fœlicitas, idque non ex vulgi opinione: vulgus autem intelligo, non in qua frequenter acceptione vsurpatur. Sed illos vulgus voco, qoi molles & delicati in rosa viuunt, chlamydibus induti, & perpetuis conuiuiorum coronis lascioientes. Sed contra stat

Lypsius.

Lypsius elect.1.cap.3.qui eruditè ostendens *candidum* colorem, lautioribus in vsu, *pullum* tenuioribus: adducto hoc Senecæ loco, sic subiungit. *Appello fatidicè! qui isti chlamydati, aut coronati? impunè dixerim, eximiè emendauimus:* Vulgus autem tam eandidatos, quam colotatos voco. *Diserta enim Seneca allusio ad hunc vestium colerem, vel ipso teste qui subiungit:* non enim eolorem vestium aspicio. *Coloratos vocat pullatos: vt alibi voluptatem, pallidam describit: virtutem puluerulentam & coloratam, id est, fuscam. Vulgarem lectionem, nunquam erie vt explicent, omnes quindecim viri fatalium librorum.* Hæc Lypsius adolesceus scripsit, quæ certè vt alia multa illius ætatis, (vnde passim vapulat,) iam vir, & eruditissimus, debuerat corrigere. Explicationem, quam adhiboi Senecæ, vel etiam ipse Lypsius, ineptam non probabit. Nec obstat quod additur à Seneca: *Non enim colorem vestium aspicio.* idem enim valet, ac si dicat: non ego vt vulgus agnoscam, colorem vestium attendo: Sed mihi vulgus iners, illi sunt, qui licèt purpureâ chlamyde induantur, nihilominus curandæ cuticulæ, & conuiualibus cotonis, solum vacant: ideò addit: *oculis de homine non credo.* hoc est: mente tantum, de moribus iudicandum: mores autem lasciuos & cotruptos, satis indicant chlamydes & cotonæ. Hæc mihi probabilia certè videntur, qui in cotrigendis veteribus lectionibus parcissimus haberi velim: & tantum nouam inducam lectionem, cum nullatenus prisca defendi possit.

Sed firmat rem suam Lypsius ex eodem Seneca ibidem cap.25. vbi ita. *Malo quid animi, mihi sit ostendere, pratextatus, & candidatus, quam in nudis scapulis, & fœtentibus.* Sed esto, hic candidatum scribat Seneca: an ideò non potuit prioti loco,

Muretus.

(quod & Cicero fecit,) scribere chlamydatum? at certè cultissimus Mutetus, rectè hic probat, legendum: *pratextatus, & Canusiatus.* De optimo lanæ genere, quæ Canusina dicitur, locum explicans. Quod autem vult Lypsius *coloratos* necessario de pullatis accipiendum vbique: liberum est: nam locus eiusdem libri qui affertur: *Virtutem reperies, puluerulentam coloratam, callosas habentem manus, quasi sole deformatam*, &c. Longè melius explicatur, non de fuscedine omnino pullata: sed de fuscedine illa suauiori, quam puluis & sol inducit: de quo ego multa ad Cant. cap.1. v.6.

Cant. 1. v.6.

Tull.

certè quando Cicero 2. orat. dixit, *Vt cum sole ambulem, etiamsi ob aliam caussam ambulem, fieri naturâ tamen vt colorer.* Quis credat, ob deambolationem, non tam paululum fuscum ruborem, quam pullatam omnino conttahi nigtedinem? Claudianus etiam Iridi ttibuit *velatum coloratum:* quo credo non tam nigtedinem, quam variegatum cœlestis arcus colorem denotauit. Sicut Tertull.lib.de spect. cap.25. *coloratus vt leno:* quia Leno versicolore veste indutus, vt alij obseruant. Insuper videat Lypsius an quando Tacitus in Agricola Britanis dat, *coloratos vultus, & tortos crines:* aptè, fuscedo illis tribuatur. Tandem Lucanus lib.3.de Indorum delitiis.

Claudian.
Tertull.
Corn. Tac.
Lucan.

Fluxa coloratis astringunt carbasa gemmis.

Vbi fuscas hic gemmas Lypsius diuinauerit? maneat ergo locus Senecæ intactus, neque chlamydi nostræ pacificæ denegetur: Sic enim etiam Sidon. Apollin. epist. vbi de Imperatorio epulo: *Paulum a conspectu Imperatoris processeramus, atque etiam tunc chlamydibus induebamur: cum*, &c. Sed pro loco Matthæi, hæc iam satis: Christo enim Domino chlamydem aliquam iam lacetam & protritam, quæ olim Principi alicui, non ad bellum, sed ad luxum & delicias seruierat pacis, circundatam agnosco.

D.Sidon. Apoll.

Post chlamydem purpuream aliqnid, de pur- 7.
putea trabeâ, iam connecto. Lypsius ad illud Taciti Anal.3. *Atrata plebs, trabeati equites:* Multis contendit, trabeam, solummodo equitum Romanorum fuisse insigne: ridétque grammaticorum eommenta, qui Trabeam Diis, Regibus, & Auguribus etiam tribuunt. Miror sanè profundam hominis memoriam & eruditionem, his non assentire, quando innumera sint, quæ rem clarè euincunt: vt contra illum ostendit Cerda ad illud Æn.7.

Lypsius.
Corn. Tac.
Cerda.

Ipse quirinali trabea, cinctúque gabino,
Insignis reserat stridentia limina Consul.

Lypsio stat etiam noster Raderus ad illud Mart. lib.5.

Rader.

Theatra loqueris, & gradus, & edicta,
Trabeásque, & idus, fibulásque, censúsque.

Mirúmque ex Baifio, & aliis quos citat, non vidisse, ttabeam, vestem palmatam, & togam pictam, ferè pro eodem vsurpari. hoc ergo ex Cerda ratum esto. tantum de formâ Trabeæ, differendum. Putat Cerda initio rerum apud Romanos, Trabeam tantummodo fuisse, trabem quandam panni purpurei, illarum instar, quas Salmanticensia, & alia Hispanica collegia, vocant *Becas:* distinctam scilicet à reliquis vestibus, & separatim medio sui conuoluto, torquis more pectus adornantem: deinde ex vtroque humero, post tergum longè demissam. Nititur Cerda triplici fundamento, sed illo, ni fallot, minus solido. *Primò: Si trabs fuisset picta in togâ: non trabea diceretur, sed trabeata: sicut palmata dicitur, in quâ palma.* Nugæ: Logodædalos impugnet: certè ex illis, non nisi merum libitum exigendum. cur enim togam, qoæ latos clauos purpuræ intextos habet, potius *latum clauum*, quam *laticlauatam* dici voluerunt? cur si à prætextâ, à trabeâ, prætextati & trabeati dicuntur gestatores: etiam à latoclauo, non tam laticlauati, quam laticlauij appellantur? possem retorquere innumeta, quorum nulla, præter meram voluntatem imponentis, ratio reddi potest. Secunda coniectura est: *Deinde me docet hodiernus vsus schola Europa clarissima Salmanticensis & Complutensis, qua collegia*

Cerda.
Cerda.

suas

suos distinguunt pario, purpureo, aut prassino, aut violaceo, alijsque coloribus, (Hispani becam nominant,) quod insigne, mera est trabs: cur ergo non ad hunc modum, potuerunt initio ipsi? Imbelle telum inueteratæ sententiæ debellandæ. Veteres prætexta & lunatis calceis, tanquam nobilitatis indice vtebantur: ergo & nostri vti potuerunt. Quid tunc? vti potuerunt, fateor: sed non vsi sunt, vt constat. Romani igitur, panni purpurei trabe à vestibus distinctâ, vti potuerunt: sed non vsos, colligitur ex communi consensu antiquorum: apud quos de hoc nec leuissimum cernitur vestigium. Pergit Cerda. *Tertiò allucet locus Tertull. de Idololatria, vbi ita. §. Igitur purpura illa, & aurum ceruicis ornamentum: eodem modo apud Ægyptios, & Babylonios, insignia erant dignitate, quo more nunc Prætexta, vel trab. ta. §. Vbi prætextam integrum indumentum, videtur opponere vesti purpureæ, integro quoque indumento: & trabeam auro ceruicis.* Sed ipsa verba Tertullapertè improbant eius coniecturam: nam propositioni illi copulatiuæ, *purpura illa, & aurum ceruicis:* non apponit Tertullianus, (vt pro illo ferdu debuerat,) aliam copulatiuam, *nunc prætexta & trabea:* Sed disiunctiuam vt vides: *Nunc prætexta vel trabea.* Sed audi integra verba Tertull.quæ enim dedit Cerda, non satis expenduntur. Cap. 18. ita. *Igitur purpura illa, & aurum ceruicis ornamentum, eodem modo apud Ægyptios & Babylonios insignia erant dignitatis: quo more nunc, prætexta, vel trabea, vel palmata, & corona aurea Sacerdotum prouincialium: sed non eodem modo.* Vide quam aptè barbaræ purpuræ & auro ceruicis, Principum purpurâ, & aureas coronas Sacerdotum opposuit: nisi quod, vt erat eruditus, hanc Romanam purpuram, per prætextam, vel trabeam, vel palmatam, variauit: quia triplex hoc genus vestis purpureæ illis in vsu. Deinde opponitur Cerda, i is quæ supra dixerat: Fatetur enim Imperatorum tempore, Trabeam, cum palmatâ confundi; tantúmque initio illius gentis meram trabem fuisse. Cur ergo Tertullianum huc adducat, qui de suo æuo loquitur, à Romanis illis rudimentis, tam disiuncto? Dicendum ergo semper trabeam eandem fuisse, vestem scilicet, trabibus fortasse purpureis adornatam. Sicut enim nostrates ad pectus purpuream Crucem gestant: Sic illi per totos vestium sinus, aut acu pictas, aut consutas purpureas fortasse trabes ostentabant. Fortassè,(sæpè id repeto, quia mera est coniectura,) vt ostenderent, hos Dynastas columina esse Reip. Sicque illam humeris sustinere, vt trabibus ædificium sustentatur. Scripsi hæc in Amici gratiam, qui illud D.Fulgentij serm.de S.Steph. *Heri Rex noster trabeâ carnis indutus, de aula vteri virginalis egrediens visitare dignatus est mundum.* Longè aliter, quam par erat, putabat explicandum.

Idem. Tertull. — Tertull. — D.Fulg.

8\. Adhuc in re vestiariâ, pauli sper immoror. In veste illa seu tunica, quam apud Romanos *latum clauum* diximus appellari: ad differentiam alterius tunicæ, quæ *angustus clauus* dicebatur: dubitandum occurrit, vnde ratio nominis desumatur: cætera enim huius vestis ex Auctoribus patent: (Vide Turn.lib.1.Adu.cap.2. Lyps. elect.2. cap.14. Pontan.ad Ouid.lib.4.Trist. Aldum Man.in epist. de Togâ Rom. Lypsum iterum ad lib. 13. Anal. Casaub. in Suet. cap.38. in vitâ Aug. & Rader. ad lib.5. Mart. cum aliis, quos ipsi citant,) hoc vnum non satis expressè Auctores pertractatunt. Videtur in primis, ita dictas has tunicas, quod altera esset latior & sinuosior: altera verò strictior & angustior, licèt purpurei illi claui, aut assuti, aut acu picti, vtrobique eiusdem essent magnitudinis, & tenoris. ita videntur sentire prædicti Auctores. his addo non ineptam coniecturam, quia in omnibus vestibus apud Romanos, vt plerumque apud alias non barbaras nationes, laxitudo aut strictio, maiorem, aut minorem dignitatem denotabat. Horat. in lib. 1. epist. 18. de viro tenuiori.

Turneb. Lypsius. Pontan. Aldus Man. Lypsius. Casaub. Rader.

Stultitiam patiuntur opes: tibi paruula res est,
Arcta decet sanum comitem toga.

Horat.

E contra verò, lib. Epod. Oda 4. arrogantiam liberti ex Togæ laxitate obiurgat.

Vides ne sacram metiente te viam,
Cum bis ter vlnarum togâ,
Vt ora vertat huc & huc euntium
Liberrima indignatio?

Idem.

Ideò Suetonius cap.73. modestiam Augusti commendans. *Veste non temerè alia, quam domestica vsus est: à sorore, & vxore, & filia, neptibúsque confecta. togis neque restrictis neque fusis.* Hoc in prædictis nostris tunicis satis erat, vt altera latus, altera angustus clauus diceretur.

Sueton.

Nihilominus probabilius coniecto has tunicas, non solum ex propria laxitate, aut angustia sic appellari, sed etiam quod clauos illos intextos, aut assutos, (vtrolibet enim, an vtroque modo fieret, non satis constat,) maiores aut minores ostentarent. Facit huc Festus Pomp. lib.4. verbo *Picta*: vbi scribit palmatam tunicam, *a latitudine clauorum* dictam. ergo latiores claui ibi, quam in non pictâ, neque palmata tunicâ effulgebant. quid, quod in eadem tunica diuersitas hæc clauorum cernere erat? Varro sæpè citatus. *Si quis tunicam in vsum ita consuit, vt altera plaga sit angustis clauis, altera latis: vtraque pars in suo genere caret analogia.* Qui locus satis ostendit, non solum in tunicis, sed etiam in ipsis clauis, diuersam latitudinem.

Festus Pomp. — Varro.

Sed quænam tandem horum clauorum forma? dicunt, nodos quosdam purpureos esse, instar capitum clauorum, ferè rotundos. fortè tales erant. Nihil tamen video obstare, quo minus dicamus, fuisse integros clauos: quemadmodum Trabea, longiusculis trabibus purpureis insigniebatur. Coniectaui paulo antè de ratione cur trabes assumerent, coniecto & de clauis. Fortuna ad firmitatem potentiæ suæ in mediis mutationibus ostendendam: anteambulatricem gestare necessitatem dicebatur, hánceque clauis trabalibus munitam: Horat.lib.1.Od.35.de fortuna.

Horat.

Te semper anteit sæua necessitas,
Clauos trabales, & cuneos manu
Gestans ahena.

Vnde omnia immobiliter, & fixâ necessitate, fortunæ subiecta credebantur: erant itaque claui symbolum firmitudinis & constantiæ. Potuerunt ergo nobiliores Romani, in eandem arrogantiæ ostentationem, purpureos clauos assumere: vel quasi contra fortunam potentioris, illius rotæ, vt vulgò dicimus clauos stabilitatis affixuri. Sic alibi coniectaui: ideò in calceis lunam gestare solitos, vt lunæ mutabilitatem, armati prudentiâ contemnere viderentur. Sed in his omnibus, mera est diuinatio. Erant etiam alij claui aurei & argentei in ornatum de quibus Tiraquellus ad l.3. connub. glossa 1. part 3. vide etiam Interpretes Mart.de mappâ alijsque vtensilibus magnatorum, purpureis his clauis, insignitis. Disputaui hæc familia

Tiraq.

Tertull. familiarium monitu, qui ab interpretibus Tertulliani lib. de Idolol. cap.18. non satis capiebant quid esset illud: *Cum propterea ipsis etiam idolis induantur prætexta, & trabea, & lati claui*: & an latitudo hæc vestibus, an intextis clauis assignanda. Nihil enim Spicilegio sacro, profanum congero, quod aut Scripturæ, aut Patribus non ministret.

9\. Diis aliis, præterqoam Ioui, fulmina tribuebant Veteres: Iunoni scilicet, Palladi, Vulcano, Marti. imò ex Hetruscorum sententiâ, vt refert
Plin. Plinius cap.52. lib.2. nouem Diis hæc tela conceduntur.
Delr. Lege Delr. in nouis commentariis Senecæ in æt. aliud est, quod in dubium verto, de diuersâ
Dalecamp. horum fulminum conditione. Dalecampius ad
Cerda. locum Plinij citatum, & ex illo noster Cerda ad lib.1. Æn. hoc discrimen inter fulmina constituunt, ex veteri Hetruscorum iudicio: vt Iouis fulmina, mitissima sint: Martis cremantia: Saturni verò sæuissima. Sunto hæc vera, in aliis: in Ioue tamen, falsa puto, nisi aliquid necessarium superaddas. ergo præter illa fulmina mitissima, quæ à quibusdam *monitoria* dicuntur, qoæ-
Senec. que Seneca vocauit, *tela lenia*: Ouidius, *tela*
Ouid. Claudian. *facilia*: Claudianus, *pacificas alas*: alia Ioui conceduntur, cæteris omnibus longè terribiliora, & sæuiora: quibus, (postquam prioribus illis, quasi velitans monuit, atque terruit,) rebelles & obstinatos animos, aut quiduis aliud, penitus euertat, & infringat. Hinc erat vt nihil illis magis
Tertull. timendum, quam Iouis fulmen. Tertull. in Apolog. cap.2. *Vani erunt homines, nisi certi sunt, à primordio & pluuias de cælo ruisse, & sidera radiasse, & lumina floruisse, & tonitrua mugisse: & ipsum Iouem, quæ in manu eius imponitis fulmina, timuisse*, id est, hominem olim fuisse, qui fulminum violentiam timeret: & tamen hæc violenta & sæua, idololatricè vt vides, delusa gentilitas, illi tribuebat. Verissima planè est, de fallaci Ethnicorum iudicio, sententia Tertulliani: vix enim charta sufficiat capiendis huius rei testimoniis: Subdo
Pers. pauca. Persius Sat.1. de Ioue.

Ignouisse putas, quia cum tonat, ocyus ilex,
Sulphure discutitur sacro, quam túque, domúsque.

Si homo, domúsque sacro sulphure, id est, culmine Iouis, perire potuit: non erat illud quidem admodum leue. Quid? ipsa Pallas, quæ vt nosti manubiis nigris formidabilis apparet: quando sæuiores pœnas ex Aiace repetere voluisse fingitur: à Ioue sua
Virgil. fulmina vt potè duriora, mutuatur. Virg.1. Æn.

Ipsa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,
Deiecitque rates, euertitque æquora ventis,
Illum expirantem transfixo pectore flammas,
Turbine corripuit, scopulóque infixit acuto.

Eurip. Ipsa, apud Eurip. in Troiad. vt sternat classem hostilem, ita de Ioue.

Ἐμοὶ δ᾽ ἔδωκεν ... πῦρ κεραύνιον,
Βάλλειν ἀχαιοὺς, ναῦς τε πιμπράναι πυρί.
Dicit se daturum mihi ignem fulmineum,
Vt prosternam Græcos, & naues incendam.

Senec. Adhæsit huic Seneca in Agam. de eadem.

Ecce alia clades, fulmine irati Iouis,
Irata Pallas: quidquid aut hasta minax,
Aut Ægide, aut furore Gorgonio potest,
Aut igne patrio, tentat.

Virgil. Lege Virg. lib. 6. de horribili fulmine, quo Salmoneus percutitur. & Claud.2. de raptu, vbi ipsi
Claudian. Dij, si fortè Iouis fulmine percutiendi, ea dicuntur passuri, vt in mortali se forte natos condolerent.

Fulmen trisulcum, trifidum passim ab Auctoribus appellatur: Statius etiam lib.1. Sil.1. *Iouis* Statius.
ignem tergeminum dixit. Caussam vidit Cerda ad Cerda.
lib. 8. Æn. ducendam, ex celerrimo ruentis fulminis lapsu, quippè ita crispatur, vt trisulcum appareat, & trifidum videatur: vnde etiam linguam serpentium mobilem, & euibratam, trisulcam appellamus. Vide quæ ille. inde fit vt quidquid rapidum fertur, *fulmineum* appelletur: *ful-*
mineum Pardum, id est, Tygridem, dixit Claudia- Claudian.
nus: & *Leonem fulmineum*. Seneca in Agam. vbi Seneca.
multa Delr. vtrumque lege: & cumulabis eruditionem nostri Pinedæ, ad cap. Iob 26. v.14. vbi ful- Pineda.
men dicitur *coluber tortuosus*. Iob 26. v.14.

Noctis horror, vmbrarum congeries, & somni quies: silentium orbi videtur importare. Vnde 10.
passim hoc epithetum, sacris profanisque litteris,
nocti tribuitur. 3. Reg. 3. v. 20. *Intempesta noctis* 3. Reg. 3.
silentio. Sap.18. v.14. *Silentium & nox in medio cursu* v.20.
coniungitur. Vide & Esdram lib.4. cap.6. v.39. Sap.18. v.14.
Profana sunt innumera. Virgil. lib.4. Stat lib.1. Esdræ 4. cap.6.
Sil.1. Ouid. in epist Hyps. Claud in 6. consul. Hon.
& passim alij sæpè repetunt *Sub nocte silenti*, alibi Virgil.
etiam Virgil. dixit, *amica silentia noctis*, & Statius Statius.
1\. Theb. *Tranquilla silentia noctis*. Ouid. Claudian.
De silentio lucorum venerabili & religioso, Virg.
puto dixi supra. adde Statium lib.1. Sil.3. Statius.

——— *Venerabile dicam*
Lucorum senium? te, quæ vada fluminis infra
Cernis: an ad syluas, quæ respicis aula, tacentes?

Quia licèt gratiores dum auris perstrepunt: religiosiores tamen de silentio. Virg.1. Georg. Virgil.

Vox quoque per lucos vulgò exaudita silentes.

Et 7. Æn. *Siluas tacentes* dixit: cui alij adhæ- Idem.
serunt.

Nota ista & leuiuscula; scitu digniora sunt, quæ de infernæ noctis silentio fusius dissero. Silentem Plutonem, silens eius regnum, silentes apud illum animas, canit omnis antiquitas. Statius Statius.
in lachrymis Hetrusci: *Horrendúmque silentis accedat Domini solium*. Virgil.6. Æn. *Vmbras silentes* Virgil.
dixit: & iterum, *silentum Concilium*. Ouid. Fast.5. Ouid.
Animas silentum. iterum ibidem. *Manes tacitos*, Et lib. 13. Metam. *Silentes* absolutè posuit, pro illis. Propert. lib.3. *Domos silentes*. Vnde explica- Propert.
bis Aristidem, in laude Etheonæi. ὦ συμφορᾶς Aristid.
κοινῆς λογίων, καὶ χθονίων θεῶν. *O communem calamitatem, loquentium, & infernorum Deorum*. Quasi terrenis & infernis Diis, cœlestes oppositurus: de loquela hos innueret, quia illi silentes. Valer. Val.Max.
Max. lib.1. cap.3. *Tacent mutæ vmbræ, fati necessitate constrictæ*. Ex quibus, aliqui putant, conuiuium in mortuorum exequiis, dici *Silicernium*, quod silentibus vmbris exhiberetur. Caussam si quæras: eò confugiunt omnes: quòd animabus illis, non tam vox concessa, quam leuis, quidam sonus, & inanis stridor: neque tam verba, quam loquendi conatus, tribui crederentur. probant ex illo Virg. lib.6. Virgil.

——— *Pars tollere vocem.*
Exiguam, inceptus clamor frustratur hiantes.

Quasi organorum defectu, vltra procedere non possent. Sed cur qoæso, ab eodem Virgilio, inducuntur Palinurus, Deiphobus, & Anchises, plusquam mille Picæ garrientes? cur passim ab eisdem Auctoribus, qui mira huius silentij scribunt: totidem postea de animarum longis confabulationibus ediderunt? vidit, contradicentium inuicem nugarum, difficultatem, vnus Cerda: & ita pro suo Cerda.
Virgilio respondet ibi, nota 1. *Obiicies contra*

meam explicationem: qui loquitur Palinurus, Deiphobus, & Anchises? certè explicatio, quam adhibuit, veritatis est: voces istorum necessitatis. nam qui res posset intelligi, nisi Æneas cum illis, & illi cum Ænea loquerentur? vnde nescias cur Homerus de mortuis 11. Odyss. ingenti clamore, &c. Mihi nunquam Catholici Interpretes in eo placuerunt, quod mordicus Poëtarum suorum delytia, & perturbata mysteria conentur defensare: cum passim teneantur, similes nodos non tam soluere, quam disrumpere. ridiculum fuerit candorem veritatis obtenebrare, ut Ethnicorum tenebræ confusæ agnoscantur. Si mutas putauit animas Virgilius: nulla necessitate eisdem potuit colloquia adhibere. Sic celebertimè similis farinæ auctores, aut sui immemores, aut sibi contradicentes, exponendi
Homer. & irridendi. Deinde cur arguendus Homerus quod clamorem mortuis dedisset? Audi ipsum
Virgil. Virg. ibid. post multa, de vmbris in tartaro.

Hic exaudiri gemitus, & sæua sonare
Verbera.

Nam, quid rogo, gemitus vocis elatione emissus à clamore distinguitur? posses contendere, gemitum etiam magnum, non esse vocem dearticulatam: nec
Idem. sic effugies. idem Virgilius post aliqua.

——— Phlegiásque miserrimus omnes
Admonet, & magna testatur voce per vmbras:
Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos.

Dico igitur tam Virgilium, quam reliquos Poëtas, solum de inconstantiâ constantes: & delyria siue mysteria sua sæpè immisceri; sæpius perturbari. Hoc vel mediocriter doctus passim aduertet.

Hoc posito: Laudo rationem illam, quæ assignatur de animarum silentio: quod scilicet non tam vsitato, vt plurimum modo loqui, quam sonos tenuissimos edere crederentur. Ouid. in epist. Did. vbi
Ouid. de marito mortuo: *Ipse sono tenui dixit.* Et lib. 5. Fast. de vmbra Remi. *Exiguo murmure verba loqui.*
Theocrit. Theocritus. *Tenuis vox.* Videndus Cassiodorus
Cassiod. lib. 4. ep. 22. quos dedit noster Cerda ad lib 4. Æn.
Cerda. v. 460. n. 13. quibus addo Homer. Iliad. 23.
Virg.
Homer. *Anima enim sub terrâ tanquam fumus*
Abiit murmure stridens.

Horat. Horat. Sat. 8.

Vmbra cum sagâ, resonarent triste, & acutum.

Statius. Statius 7. Thebaid. ita habet.

——— Stridunt animæ, currúmque sequuntur.

Et iterum lib. 9. eodem modo.

——— Flebilis vmbra
Stridebit vestres Tydeus inhumatus ad ignes.

Parco aliis.

Sed adhuc, (non vt defendam Poëtas, quos erga, meum animum, iam exhibui: sed vt ab illis antiquitatis notitiam hauriamus,) in re præsenti, facillimo negotio eos excusabimus, qui nunc clamantes, nunc silentes, id est, leni sono murmurantes inducunt: quod scilicet diuerso tenore has animas, imò dæmones sub illarum effigie, sic audirent. Dæmon certè apud Ethnicos id impensè curabat, vt se veri Dei simiam exhiberet: quod autem quandoque Deus, Angelorum suorum ministerio clamoribus, & sonoris verbis loqui scribatur: quandoque etiam tenuissima murmuris venâ, & auræ: ideò Dæmon animas illas aut beatas, aut purgantes simulans: quandoque validis verbis, quandoque silenti murmure vtebatur. vt aut sua, vera: aut diuina, quando legerentur, ficta viderentur. Et ideò Ethnici scriptores, Manibus his, quos sacros credebant, nunc sonoras voces, nunc silentium murmurans attribuunt. de diuina voce sonorâ, passim scriptura: de murmure & stridore, est illud Iob 4 v. 12. *Porro ad me dictum est* Iob 4. v. 12.
verbum absconditum: & quasi furtiuè suscepit auris mea, venas susurri eius, & iterum v. 16. *Stetit quidam,* Et v. 16.
cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi auræ lenis audiui.

Vsitata phrasis est in sacris, animam in mani- II.
bus ponere, vel gestare: qua nihil aliud significatur, quam manifesti periculi magnitudo: quod cuiuis imminet: vt rectè vidit & probauit Delrius Delr.
tom. 1. Adag. 158. lege. Non placet itaque Roa, Roa.
lib. 1. singul. cap. 18. qui putat, non solum periculum denotari: sed etiam curam & sollicitudinem, quâ quis periclitantem animam quodammodo in manibus, & ob oculos semper positam tuetur: certè non id euincunt tria illa carmina Xenarchi, quæ adducit: immo communiorem sen- Xenarch.
tentiam confirmant: do plura ex prisco illo Poëta Græco, vnde res apertissimè cognoscatur; habetur apud Athenæum dipnos. 13. cap. 9. Loquitur de Athen.
securâ facilitate qua adeuntur scorta, & vulgares puellæ per contrapositionem ad ingentia pericula, quibus exponuntur, qui matronarum pudori insidiantur. Tunc sic.

——— Non opus est Xenarch.
Clam subire scalam, vt expetineris:
Subire tectum, per foramen, haud opus:
Nec cum paleis sit, vt ferare intus hic opus.
Ipsa coëgerunt, trahunt: hæ supplices,
Senes vogarunt, pluribus illecebris,
Patercule. At Iuuenibus, ô, dicunt, here.
Tuto licet quas, singulis, frugaliter,
Habere per totum diem quouis modo.

Tunc subduntur tria illa carmina, quæ Roa Roa.
dedit.

Quas nec licet videre, nec videntibus Xenarch.
Palam videri: semper at trementibus,
Pauentibus, in manuque animam gestantibus.

Quibus planè nihil, nisi periculi magnitudo, opposita meretricij amoris securitati declaratur.

Difficilius est, metaphoræ huius, toties in sacro textu repetitæ, rationem inuenire. Vide Del- Delr.
rium loco citato semel ex Caietano, sed remoto Caietan.
& duriusculo sensu, & iterum ex aliis aptius, causas similitudinis afferentem. Quid ego coniectem breuiter aperio. In scriptura, non semper hæc metaphora ab eadem ratione videtur interpretanda: semper quidem periculum denotatur, sed non semper sub eadem formâ. Iob c. 13. v. 14. & Dauid Psal. Iob 13.
118. v. 109. expositam periculo vitam manifestant, v. 14.
quasi è manu, facilè aut cadat, aut à quouis hoste Psalm. 118.
perdi possit. At Iephte Iud. 12. v. 3. Dauid 1. Reg. 19. v. 109.
v. 5. Pythonissa ibidem c. 28. v. 21. vitam in manu Iudith 12.
gerunt periclitantem, vt non solum casu cadere, & v. 3.
eripi ab alio: sed ipsimet videantur illam offerre & 1. Reg. 19.
tradere, vt optatis perfruantur. Iephte se periculo v. 5. & c. 28.
v. 21.
exposuit animam in manu gestans quasi libenter tradendam pro consequenda libertate populi: Dauid pro celebri victoria contra Goliath obtinenda: Pythonissa, pro Regia voluntate adimplenda. Ergo in prioribus exemplis ratio communis valet, qua quiduis facilè è manu inuitâ tamen, aut labitur, aut extorquetur: in tribus verò posterioribus puto aliunde rem declarandam, ab vsu quo pretium rei optatæ, in manu gerimus tradendum libentissime, dum illam acquiramus. Vt tantum absim ab eo quod putat Roa de solicitudine in seruandâ animâ: vt potius affectatè vita & anima periculo exponatur è manibus iam iam tradenda, vt optata merces conquiratur.

Facit pro coniectura hac nostrâ, & obiter contra opinionem Roæ, locus Esther, qui phrasim variauit: loquitur ad Deum. *Periculum meum in* Esther 14. v.4. *manibus meis est*. cap. 14. v. 4. vnde vides aliorum *animam* in manibus, nihil aliud esse, quam *periculum*: idem enim cum illis voluit absque dubio Esther significarum. Sed audiendus, qui locum Iosephus Gorion. paraphrasat, Iosephus Gorionides Hebræus scriptor ibi. *Et nunc, ô Deus, ecce anima mea in palmis meis: Suscipe eam de manibus meis, si bonum videtur in oculis tuis: sin secus, libera quæso oues pascua tua, à leonibus istis, qui aduersus eas insurrexerunt*. Quasi ideò in tanto periculo, animam in manibus gestaret, vt illam libenter Domino concederet: mallens scilicet mori: quam populi cernere euersionem. Scio minus aptè sacro textui, Gorionidis explicationem conuenire: illam tamen in medium propterea adduxi: vt ex Hebræo scriptore constaret: phrasim hanc quam ventilamus, non solum non importare curam & sollicitudinem animæ conseruandæ: quin potius vltroneam perdendæ oblationem præ se ferat. Posset Roa noster, pro se aliquem ex Patribus adducere, quod non fecit: tamen quæ ad illius mentem vidi, tropologicè magis, quam litteraliter procedunt.

12. Virgil. Amaryllis apud Virgil. Ecloga 8. ad finem, quam ingentem è bono omine, & faustis prodigiis spem conciperet, sic expressit.

Aspice, corripuit tremulis altaria flammis,
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit:
Nescio quid *certè est: & hylax in limine latrat.*

Pende τὸ *quid*, significat enim ingens, & magni faciundum, (vt optimè ibi notauit Nonius miscel. 1.) Nonius. aliquid: quod summopere optabat. Lege quæ Nonius citatus. addit Cerda ibi, optimum locum Cerda. Vlpiani, Demosthenem exponentis: quem prius quam adducam, libuit præmittere verba ipsius Demosth. Demosthenis, ex orat 1. Olynth. Suadet Orator sedulus, vt caueant ne Philippus vlterius progrediatur: subditque: μή τι σφήλῃ, καὶ παρασπάσηται τι τῶν ὅλων: *ne aliquid Reip. præuertat, & distrahat*. quod *Vlpian. Vlpianus sic explicat. τὸ δὲ τι, ἐν ταῦθα; ἀντὶ τοῦ τι μέγα κεῖται. ὥσπερ τὸ: δυνάμεις τινὰ κεκτημένος: τὸ τινὰ, γὰρ: ἀντὶ τῆς μεγάλης. *Particula*, aliquid, *in hoc loco, ponitur pro magno. Sicut in illa sententia:* Vim aliquam possidentes: *vbi particula*, aliquam, Claudius Dausq. *sonat magnam*. Patet Claudius Dausq. in notis ad D. Basil. Seleuciæ, adducit etiam Plautum qui Plaut. in Epidico dixit, *captiuorum quid*; pro multis & Terent. eximiis captiuis. Et Terentium in ἑαυτ. qui pro Liuius. multo vino, *quid vini* dixit. & Liuium lib. 41. qui de Istris, (quos præmiserat, multo cibo vinóque corpora onerantes,) subdidit: *Quid vini vbique absumptum*. Vnde obiter explicat illud de Zebedæi vxore, quæ Christum adiuit: προσκυνοῦσα, καὶ αἰτοῦσα τι, παρ' αὐτοῦ: *Adorans*, Math. 20. v. 20. *& petens aliquid ab eo*. Matth. cap. 20. v. 20. cum tamen supremas regni sedes peteret ambitiosula.

13. Cerda. Vix capias quid sibi velit noster Cerda Aduers. cap. 130. num. 11. vbi ita. *In abscessu; quid* Balsamon. *sit: istis aperit Balsamon in Can. 2. Dionysij Alexandrini*. αἱ Ἑβραΐδες γυναῖκες, ὅτε ἐγίνονται αὐταῖς, ἡ τῶν ἐμμηνίων ῥύσις: ἐν τόπῳ μεμονωμένῳ καθήμεναι παρῆγον, ἕως ἂν ἡμέραι ἑπτὰ παρέλθωσι, καὶ ἡ τῶν ἐμμηνίων ῥύσις καθαρισθῇ. ἔθος εἰλήφεισαν, ἐν ἀφέδρῳ: ἤτοι τὸ κεχωρίσθαι αὐτάς: ἀπὸ τῆς τῶν λοιπῶν ἕδρας, ὡς ἀκαθάρτους. *Hebraica mulieres, quando fuerit eis profluuium menstruum, in loco solitario sedentes quiescunt, donec septem dies præterierint, & menstruorum dies perpurgatus steterit: vnde acceptum est illud: in abscessu: pro eo, quod est separatas esse ipsas, à reliquorum sede, vt immundas*. Rem vt capias, aduerte τὸ *in abscessu*: Græcè: ἐν ἀφέδρῳ: desumptum esse ex Leuitico Leuit. 15. v. 19. cap. 15. vbi L X X. v. 19. pro eo quod nos legimus de fœmina menstruata: *Septem diebus sepa-* Lxx. Interp. *rabitur*: vertunt illi. ἑπτὰ ἡμέρας ἔσται ἐν τῇ ἀφέδρῳ. *septem diebus erit in aphedro*. Et v. 20. vbi nos: v. 20. *separationis suæ*: illi eodem modo ἄφεδρον vsurpant. in Regiis Græca lectio ad sensum vertitur: In Regia. Sixt. *in menstruo suo*: in Sixtianis: *in purgatione sua*. Ergo hic *abscessus* non vtcumque, (ex Græcâ etymologiâ,) à Balsamone explicatur: sed ille *abscessus* quo fœmina sedebat, extra sedes & conuentum aliarum quæ immundæ non erant. Hinc explicabis aliam lectionem L X X. quæ minus ab Lxx. Interp. eruditis obseruatur Sedisse menstruatas Hebræas, nemo ignorat ex prædicto capite, & ex Rachel sedente Gen 31. v. 34. vnde apud Hebræos, pri- Genes. 31. v. 34. uata phrasi, idem est *fœmina sedens*, quam fœmina menstruata. Ergo illud Isaiæ 64 v. 6. *Pannus men-* Isai. 64. v. 6. *struata*: L X X. vertunt: ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης. Quod omnes, quos viderim, vertunt: *vt pannus sedentis*. cum tamen ibi vt nosti, non iam sit simplex κάθημαι *sedeo*: quam compositum ἀποκάθημαι: quasi dicas, *absedeo*: non solum enim sedebat, sed à sedibus communibus aliarum secedens, sedebat separatim, videbatúrque illa sessio sic legitima, vt non timeret Rachel, ne fortè à violento etiam Patre suscitaretur: idque si ante legem: quid postea religionis non obtineret? Vnde obiter corriges in Regiis versum 33. prædicti capitis 15. Leuit. In Regia. vbi legitur μετὰ ἀποκαθηρμένης *cum menstruata*: absque dubio legendum dempto ρ, ἀποκαθημένης. Iam verò cur L X X. hunc menstruatæ secessum, Lxx Interp. vocent ἄφεδρον: cum potius viderentur dicturi ἀφεδρῶνα: (scientibus loquor,) non curo examinare: illud scio ex etymologia Balsamonis, tam aptè explicari ἄφεδρον: quàm in suo lexico Sui- Suidas. das, eandem applicauit τῷ ἀφεδρῶνι. Adde apud eundem Suidam ibi, hanc vocem putari barbaram, quam fortasse propterea reiecerunt L X X. & illam aliam sumpserunt: quæ frequentius aliud significat.

Sunt pulchra verba illa Plutarchi, quibus 14. Plutarch. sic inducit sapientissimum Solonem, cum Cræso Lydorum rege expostulantem. Ὦ βασιλεῦ Λυδῶν πρὸς τ' ἄλλα, μετρίως ἔχειν ὁ Θεὸς ἔδωκε, καὶ σοφίας τινὸς ἐν θαρσοῦς ὡς ἔοικεν, καὶ δημοτικῆς: οὐ βασιλικῆς οὐδὲ λαμπρᾶς, ἀπὸ μετριότητος ἡμῖν μέτεστιν: ἣ τύχαις ὁρῶσα παντοδαπαῖς χρώμενον ἀεὶ τὸν βίον, οὐκ ἐᾷ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς μέγα φρονεῖν, οὐδὲ θαυμάζειν ἀνδρὸς εὐτυχίαν, μεταβολῆς χρόνον ἔχουσαν. ἔπεισι γὰρ ἑκάστῳ ποικίλον ἐξ ἀδήλου, τὸ μέλλον, ᾧ δ' εἰς τέλος, ὁ Δαίμων ἔθετο τὴν εὐπραξίαν τοῦτον εὐδαίμονα νομίζομεν. ὁ δὲ ζῶντος ἔτι, καὶ κινδυνεύοντος ἐν τῷ βίῳ μακαρισμὸς, ὥσπερ ἀγωνιζομένου κήρυγμα, καὶ στέφανος, ἐστὶν ἀβέβαιος, καὶ ἄκυρος. *O Rex Lydorum, vt in cæteris mediocritatem, sic sapientiam, vulgarem illam, sed confidentem, & liberam, licèt non regiam & splendidam, nobis concessit Deus. Hæc ergo sapientia, cum variis fortunæ euentibus, vitam nostram obnoxiam intueatur, non sinit de præsentibus nos bonis superbire, neque viri fœlicitatem suspicere, quæ adhuc temporis vicissitudini subiaceat: imminet quippè occulta futurorum varietas vnicuique. Cui verò Deus, ad vltimum vsque finem, fœlicitia disposuerit, hunc talem verè beatum reputamus. Illius verò*

fœlicitatem,

fœlicitatem, qui quod viuit adhuc, adhuc periclitatur: neque firmam, neque ratam arbitreris: quemadmodum præconium & corona, in agonibus decertantis, interim sub pericolosissima alea versatur. Libuit hæc pauca verrere, quia licèt elegantius, minus tamen clarè vulgò circunferuntur. Fortasè simile aliquid voluit Iob proferens: *Militia est vita hominis super terram.* cap. 7. v. 1. nec dissonat Euripides in Suppl.

Iob 7 v. 1.
Euripid.

Ἀλλ' ὦ μάταιοι γνῶτε τ' ἀνθρώπων κακά:
Παλαίσματ' ἡμῶν ὁ βίος.
Sed, ô vani, agnoscite hominum mala:
Lucta est enim vita nostra.

Similia passim multa leges.

15. De vsu humanarum vestium, quæ idolis sacrabantur: explicando Ezechieli, dedi supra totum caput secundum: addo pauca quæ illuc faciant, scitu non indigna. Alexander Neapol. lib. 3. cap. 18. de sacris Proserpinæ. *In quibus maximè cognitum, vt quam quis induit vestem initiatus, eam ne amplius exueret, donec lacera, & protrita foret. In aliis mysteriis traditur mos, vt vestem in qua quispiam initiatur, templis & numinibus dicarent.* Desumpta hæc, vt notat ibi Interpres, ex Plutarcho in Demet. idem Alex. lib. 1. c. 13. *Seruius Tullius. Paruæ Fortunæ ædem consecrauit primus, in qua æde signum sua prætexta ornatum dedicasse, & longo tempore mansisse incorruptum, Auctores tradunt.* Vide Plutarchum Prob. 74. audis Fortunæ idolum ipsamet Tullij prætextà indutum. alia est, (ne fallatur tiro,) mens Tertull. lib. de idolol. cap. 18. vbi ita. *Cæterum purpura, vel cætera insignia dignitatum, & potestatum, inserta dignitati, & potestatibus idololatriæ ab initio dicata, habent profanationis suæ maculam: cum propterea ipsis etiam idolis induantur prætexta, & trabea, & laticlaui: fasces quoque & virgæ præferantur: & meritò: nam dæmonia magistratus sunt sæculi huius: vnius collegij insignia, fasces & purpuras gestant* Neque enim vestes istæ purpureæ, ab hominibus quorum vsui inseruirent prius, detractæ hic dicuntur à Tertulliano: sed solum contendit, ad magistratuum formam etiam idola vestita. imò hæ erant purpuræ, quas a Diis subitarij Imperatores mutuabantur quandoque, de quo cap. 1. plura dixi. redeo. Rarior est apud Auctores ille vsus dedicandarum vestium suarum Diis, de quo Euripides: loquitur de Iphigenia in Templo Dianæ in Tauris sepeliendà.

Alex. Neap.
Tiraq.
Plutarch.
Alexand. Neap.
Plutarch.
Tertull.
Eurip.

Οὗ καὶ τεθάψῃ κατθανοῦσα, καὶ πέπλων
Ἄγαλμά σοι θήσουσιν εὐπήνους ὑφάς,
Ἃς ἂν γυναῖκες ἐν τόκοις ψυχορραγεῖς,
Λίπωσ' ἐν οἴκοις.
Vbi etiam sepelieris mortua, & vestium
Monumenta tibi ponent, texta serica,
Quæ, mulieres in partu animam efflantes,
Reliquerint in ædibus.

Huius dicationis ab his fœminis, caussam inquiro adhuc: nisi fortè Dianæ, (quæ partus numen,) eiúsque Sacerdoti, ideò partu emortuæ vestes sacrarent: ne numini subiratæ crederentur: & saltem haberent propitiam, quâ Proserpinam, quam duriorem Lucinam expertæ fuerant.

16. Sed latet adhuc Tertullianus proximè adductus, neque enim solummodo humanas vestes idolis attribuit, sed illas, vt vides dignitatis, & magistratus significatrices, (quod aptè adductis exemplis probant Interpretes: Licèt cur id ita fiat, non aduertant:) rarius est quod addit: *Vnius collegij insignia, fasces & purpuras gestant.* Dignus locus, cui meus Cerda eruditionem suam impenderet: illum tamen tacitus prætériit: quod cur faceret, non diuino. Vidit, nec dissimulauit doctissimus Pamelius, difficultatem, cúmque non adduceret, vnde *fasces* consulares, (de quibus eruditè egerat in D. Cyprianum epist. 16. nota 10.) Idolis tribuerentur: prudenter coniectauit, fortè legendum, *fascias & purpuras:* quo nihil clarius. Laborabo in prisca lectione retinendâ: Si quomodo, ex clarioribus aliis, Tertulliani caligo reueletur. Solebant Ethnici Diis suis in pietatis obsequium, id officiorum præstare: quod Dominis, & magnatibus suis præstare soliti: & honores, quos putabant maximos, officiáque obsequentissima, ab hominibus, in Deos transferebant. Cum ergo Principes & magistratus suos trabeis & laticlauis exornarent: non vtcumque purpuris pretiosis Deos comebant, sed illis, in magistratus speciem figuratis: (vt si quis hodie piè rusticus, ignoranter pius, putaret sacræ imaginis obsequium, si illam non vtcumque serico pallio, sed & hoc in togam formato, *garnacha* dicimus, operiret,) quo illorum potentiam denotarent. Sic in fascibus coniecto: cum enim, in Consulis & aliorum magistratuum decus, fasces gestaret lictor: videtur indicare Tertullianus, solitos etiam fasces aliquos comptiores, idolis dicare, vt illorum imperium denotarent.

Tertull.
Cerda.
Pamel.
D. Cypri.

Fouet mihi hanc coniecturam, celebre illud Senecæ fragmentum, quod habet D. Augustinus lib. 6. de Ciuitat cap. 10. apud quem ita magnus ille Philosophus, irridens sui temporis superstitiones. *In Capitolium perueni, pudebit publicatæ dementiæ, quod sibi vanus furor attribuit officij. alius numina Deo subiicit: alius horas Ioui nuntiat: alius lictor est: alius vnctor, qui, vano brachiorum motu, imitatur vngentem. Sunt, quæ Iunoni ac Mineruæ capillos disponant, longè à templo, non tantum à simulacro stantes, digitos mouent ornantium modo: sunt quæ speculum teneant. Sunt quæ ad vadimonia sua, Deos aduocent: Sunt qui libellos offerant: & illos caussam suam doceant. Doctus Archimimus, senex iam decrepitus, quotidie in Capitolio Mimum agebat, quasi libenter Dij spectarent, quem homines desierant. Omne illic artificum genus operantium Diis immortalibus desidet, &c. Hi tamen etiam si superuacuum vsum, non turpem, nec infamem Deo promittunt: Sedent quædam in Capitolio, quæ se à Ioue, amari putant: nec Iunonis quidem, si credere Poetis velis, iracundissimæ respectu terrentur.* Pendis tot officiorum genera, & omnia artificum ministeria, Diis impensa? Vides à Dynastis & Matronis, ad Deos, Deásque traducta? illustrauit egregiè hoc fragmentum Lypsius lib. 2. elect. cap. 18. qui fœlici correctione, τὸ *alius numina Deo subiecit:* emendat: *alius nomina Deo subiecit.* Quasi adstarent etiam Diis aliqui, qui nomenclatorum vice fungerentur: quæ ambitiosa ostentatio, Romanis Principibus in vsu passim legitur. Videbantur hæc satis, vt crederemus probabile, etiam *fasces* notissimum honoris insigne Diis dicatos: sed adhuc id apertius, ex ipso Senecæ aucupor fragmento. Nota τὸ *alius lictor est:* quod minus faustè citatus Lypsius, non tam corrigit, quam deprauat scribens: *alius fictor est.* Ego lictorem retineo, & hoc maximè explico

Senec.
D. August.
Lypsius.

Tertullia

Pinto Ramirez S. Script. Selecta.

Tertullianum, imò & Tertulliano inuicem Senecam. cum enim videret Deos suos, superstitiosus iste cultor, purpuris Magistratuum vestitos, & fasces illis, e tholo aut pariete suspensos, aut alio modo dicatos: nihil sibi religiosius fieri existimabat, quam si Deorum suorum lictorem, id est, fascium gestatorem publicaret. Iouis certè regium sceptrum, quis ignorat.

Tandem ex alio ritu, non tam priuatæ, quam publicæ superstitionis rem illustro. Conuiuio lautissima apparabant Romani inuicem Amicis, aut in rebus lætis de quo passim: aut in reconciliatione animorum, quæ vocabant *charistia:* res ignota nemini. at nonne etiam, cum de prospero euentu Diis agebant gratias, aut cum placatos volebant, parata illis similia epula, puluinaria, & lectisternia legimus frequentissimè? do

T. Liuius. pauca T. Liuius lib. 5 Dec 1. *Libri Sybillini, ex Senatusconf. aditi sunt: Duumuiri sacris faciendis, lectisternio, tunc primum in vrbe Romana facto, per dies octo, Apollinem Latonámque & Dianam, Herculem, & Mercurium, atque Neptunum tribus quam amplissimè tunc parari lectis poterant, placauere:*

Horat. Horat. Oda 37. lib. 1.

—— Nunc Saliaribus,
Ornare puluinar Deorum,
Tempus erat dapibus sodales.

Statius. Statius lib 3. Syl. 1. Herculem inuitans.

Hic tibi Sidonio celsum puluinar achanto,
Texitur & signis crescit torus asper eburnis.
Pacatus, mitisque veni.

Plinius. De Iouis puluinari, Plinius in Panegyr. sed quis scriptorum non ita? nimirum, cum de munditia lectorum, & mensarum apparatu, hospitum suorum dignitatem commendarent: indidem decorandos Deos existimabant. Signatior in

Val Max. hanc rem Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. de prisco ritu. *Fœmina, cum viris cubantibus, sedentes cœnitabant. quæ consuetudo, ex hominum conuictu, ad diuina penetrauit: nam Iouis epulo, ipse in lectulum, Iuno & Minerua in Sellas, ad cœnam inuitantur.* Sic ad suos & mores, & honores: Deorum & honores, & mores componebant. id itaque non temerè, de fascibus dicatis præsumamus. Ex dictis loca pluscula sacra explicabis, vbi idola non solum humano comptu, sed etiam humanæ dignitatis insignibus instruuntur? Tale est illud

1. Paral. 20. v. 2. ex 1. Paralip. 20. v. 2. *Tulit autem Dauid coronam Melchon, de capite eius*, &c. Instar enim regis, idolum colentes, quod ipso nomine insinuatur, magnificè auro & gemmis, de Regum suo-

Baruch 6. v. 13. rum vsu, coronabant. Vide omnino Baruch cap. 6. v. 13.

17. Dixi supra cap. 11. num. 8. non ita obuium esse, vt Ioab & fratres eius, non tam à Patre, quam à Matre Saruiâ, in sacris litteris passim nominentur. ita est: vnde contrarium tenorem

Herod. miratur Herodotus in Clio, de Lyciis locutus. *Hoc, præter cæteros homines, pro lege habent peculiare, quod à matribus nomina sibi ipsis indunt: & si quis obuius percunctetur, quisnam sit, quáve familiâ ortus? à matribus quisque, proximus genus suum repetet. & si quæ ingenua, seruo nupserit, liberi qui ex his suscipiuntur, ingenui atque nobiles existimantur: Si autem vir, vel inter ciues primarius, vxorem duxerit externam, aut pallacam, suscepti ex his liberi, putantur non ingenui.* Sic in sacris litteris quidam, sed non multi.

18. Dum hæc pauca transcriberem ex Herodoto, subiit pluscula quæ ex illo olim decerpseram, huc adducere: quibus Estheris libro, lucis forsitan aliquid adhibebitur. Licèt fœminæ Persides vt plurimum seorsim à maritis conuiuia sua instituerent: tamen ad festiuius epulum, quandoque aduocabantur, vini feruorem, aspectus pulchritudine adaucturæ. Est hoc illud cap. 1. v. 10. *Itaque cum Rex esset hilarior, & post* Esther 1. v. 10. *nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Mauman, & Bazatha, & Harbona*, &c. *vt introducerent Reginam Vasthi coram rege*, &c. Vnde seuerior, illi renuenti pœna imposita, quod legitimum imperium detrectaret. Firmat Herodotus Herod. in Terpsich. de Persis Principibus apud Macedonem Amyntham, discumbentibus. *Persæ postquam à cœna ad potum peruenere: Hospes, inquiunt, Macedo, nobis Persis consuetudo est, quoties magnam exhibuimus cœnam: tunc etiam concubinas, & adolescentulas vxores ad assidendum introducere: proinde tu nunc, quoniam libenter excepisti nos, & liberali hospitio prosecutus es, Regique Dario terram das, & aquam: sectare consuetudinem nostram. Ad hæc Amynthas: Nobis, inquit, O Persæ, ista consuetudo non est: Sed viros, a fœminis semouendi: verum, quandoquidem nos exigitis, qui Domini estis: hoc quoque nobis præstabitur. hactenus locutus Amynthas, fœminas accersit*, &c.

Illud cap. 2. v. 12. *Cum autem venisset tempus* Esther 2. *singularum per ordinem puellarum vt intrarent ad* v. 12. *regem*, &c. & iterum v. 15. *Euoluto autem tempore* v. 15. *per ordinem*, &c. hic autem præfixus ordo, solum expresso Regis imperio, vt ibi constat, poterat perturbari. Si autem quæras, quis iste ordo? Visus respondere Herodotus in Thalia: de Persarum Herod. Monarchis locutus. *Vxores Persarum, per vices in orbem, ad illos pergunt.*

Idem in Calliope, de vxore Xerxis, difficillimum quid à marito postulaturâ, scilicet vt princeps quoddam caput truncaretur: ita habet. *Ob-* Idem. *seruato itaque tempore, quo vir suus Xerxes, regalem instrueret cœnam; quæ cœna semel quotannis, eo die quo Rex creatus est instruebatur: cœna nomen Persicè; Tycta, Græcè τέλειον, id est, perfecta: in qua Rex solum caput ornatur. Persásque stronis donat. hoc die obseruato, Amestris à Xerxe petiit, vt*, &c. & paulo pòst de Xerxe: *Tandem huius precibus euictus, & instituto, quo nefas est, regiâ cœnâ propositâ, orantem non exorare: inuitus admodum annuit; tradénsque mori, ac iubens facere quod liberet.* non fuisse Tyctam, conuiuium illud, quod Esther Assuero parauerat cap. 5. v. 4. certissimum Esther 5. est, cum repetitum hoc bidui conuiuium, non v. 4. tam solemne, quàm priuatum apertissimè describatur: nihilominus videtur innui, etiam in quouis alio epulo, licèt non pari iure, solitos Persas Reges petita non negare: ideóque Estherem mortem Aman in epulo petendam destinasse. cap. 7. v. 3. Cap. 7. v. 3.

De epistolis illis, quæ pro populi libertate missæ sunt: sic habetur cap. 8. v. 10. *Missæ per* Esther 8. *veredarios, qui per omnes prouincias discurrentes,* v. 10. *veteres litteras, nouis nuntiis præuenirent.* & v. 14. Et v. 14. *Egressique sunt veredarij celeres nuntia perferentes.* Sic currentes, vt dicimus, *por la posta:* priores damnationis epistolas, præuenire potuerunt. Sed adhuc locus difficilis, nam & damnatoriæ epistolæ pari tenore, directæ videntur: vnde cap. 3. versu 13. *Et litteræ* Cap. 3. *signata ipsius annulo, Missæ sunt per cursores* v. 13. *Regis ad vniuersas prouincias.* Et versu 15. Et v. 15.

Festina

*Festinabant cursores, qui missi erant, Regis imperium
explere.* Possem respondere in his nuntiis alios
aliis fuisse instituti celerioris: aut de viarum com-
pendio, aut de muratorij equi frequentiori vicissi-
tudine: Sed facilius dices, hanc præuentionem epi-
stolarum, non tam de aduentu earum, quàm de
executione imperij capiendam. v. g. priores epi-
stolæ id ferebant vt 13. die Adar Hebræi occide-
Cap 9. v. 1. rentur, vt habes cap. 9. v. 1. peruenerunt autem
pro varietate prouinciarum, plus minus aliquot
dies ante executionem: Satis erat vt absolutoriæ,
ante diem illam decimam tertiam peruenirent, vt
priores illas præuenisse dicantur, non tam tem-
pore, quam effectu. de his Persarum Nuntiis, ita
Herod. Herudotus in Vrania. *Hu nuntiis, nihil pernicius
transcurrit in rebus humanis: quod negotium, hunc
in modum est à Persis excogitatum. Quod ex diebus
totu viu constat, totidem equos ac viros ferunt esse
distinctos, ad singulorum dierum iter faciendum: quos
neque vis nimbium, neque imber, neque æstus, ne-
que nox distinet, quin propositum sibi cursum, ce-
lerrimè conficiant. quorum cursorum primus, man-
data tradit secundo: secundus item, & tertio: & ita
deinceps, in alium atque alium pertransfeunt.* Facit
Spartian. huc illud Spartiani, in Ælio Vero. *Cursoribus suis,
exemplo Cupidinum, alas frequenter apposuit eosque
ventorum nominibus, sæpè vocitauit: Boream alium,
alium notum, & item Aquilonem aut Circium, ca-
terisque nominibus appellans: & indefessè atque in-
humanè faciens cursitare.* Sed de rebus Esther alibi
latius.

19. Adhuc ex Herodoto plusscula, sacræ supelle-
Herod. ctili nostræ exornandæ. Sic ergo priscus histo-
riographus in Clio, de Babyloniæ locutus fera-
citate. *Hac regio omnium, quas nos vidimus longè
optima est, dumtaxat ferendo frumento: nam in ar-
boribus ferendis, ficu, vite, oleu, nequaquam de
principatu contendit: Cereris autem fructu pro-
creando, adeò ferax est, vt nunquam ferè, non du-
centa reddat: & vbi præstans bonitate se vincit,
etiam ad tricena. quaternorum ferè digitorum latitu-
dine, triticeis atque ordeaceis foliis: milij verò, vel
sesami proceritatem, instar arborum, etsi mihi com-
pertam, tamen memorare supersedeo, probè sciens,
his qui nunquam Babylonicam regionem adierunt, qua
de frugiferis dicta sunt, penè incredibilia visum iri.*
Idem. Idem in Melp. de Cinype, Africæ prouinciâ. *In
eo tractu Africa pluit, & ex prouentibus fructuum
terra, totidem mensura illic, quot è Babylonica tel-
lure percipiuntur. bonum solum & illud est quod &
Eubesperitæ colunt: nam quoties id eximia se ipsum
vbertate superat; centuplum reddit. at solum Ciny-
pum, circiter trecentu.* Quid? Bæticam Hispaniæ
nostræ prouinciam, quandoque centuplum red-
dere, audiui. Non est ergo hyperbolica locutio,
Matth. 13. v. 8. sed litteralis illa Christi Domini Matth. 13. v. 8.
*Ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum,
aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trige-
simum*, &c. Ad oculum enim, in feracissimæ Pa-
lestinæ segetibus, id notarent auditores. de quo
iam alij plura.

20. Signatè Isaias cap. 61. v. 10. præcipuum sponsæ
Isaias 61. v. 10. cultum, à monilibus desumpsit: *Quasi sponsam
ornatam monilibus suis.* Obseruo enim apud ali-
quos, monilia maximè nuptialibus donis annu-
Cant. 1. merari. Sic Cant. 1. *Murenulas aureas* ab sponso
oblatas, de monilibus explicant Interpretes.
Virgil. Virgil. Æneid. 1. Monile ab Ænea Didoni obla-
tum scribit.

Colloque monile

*Baccatum, & duplicem gemmis, auróque co-
ronam:*

Credo quasi iam eius nuptias affectaret. Ausonius Auson.
in Cent. nupt. *monile* affert, ab sponso missum
puellæ. Claud. in nuptiis Honor. allata sponsæ Claudian.
munera describens, ita.

Certatimque nouis onerant connubia donis,
Cingula Cymothoë, rarum Galatea monile,
Ex granibus Spathele baccis diadema ferebat.

Statius lib. 1. Sil. 2. de cultu Violantillæ despon- Statius.
sandæ: *huic Inda monilia.* Sunt hæc apud vtriusque
scholæ auctores, *vincula pretiosa* de quo alibi: &
ideò fortasse nuptiali muneri electa, quasi spon-
sam marito sic vinctura.

Miser ille adolescens euangelicus, qui relicto 21.
Patre, abiit in longinquum, bona dissipaturus,
tam sæpè ab Ecclesiasticis Doctoribus prodigali-
tatis arguitur, vt iam antonomasticè, *Prodigus*
agnoscatur. Dubitabat quidam, cur non potius
antonomasia, ad denotandam libidinem assume-
retur, cum hæc bis apud Lucam exprimatur cap. 15. Luc 15.
v. 13. & v. 30. videbatúrque conuenientius, vt à de- v. 13 & 30.
stinato sibi turpissimo scopo denotaretur: ille
enim non ideò scortatus est, vt prodigeret; sed
ideò prodegit, vt scortaretur. Respondi aptissimè
SS. Doctores locutos: in ipsóque Euangelio ado-
lescentem istum disertissimè *prodigum* significari:
Licèt enim frater. Senior v. 30. illi meretrices
obiiceret expressius, non tamen negauit, aliis vi-
tiorum generibus, bona etiam illi fuisse dissipata;
scilicet compotationibus, ludis, donis inordinatis,
& superuacaneis, in voluptatem omnimodam,
impensis: quæ pura, puta, & germanissima prodi-
galitas est: fœdius itaque impendium cum me-
retricibus obiecit: cætera subintellexit, & quia
minus pungerent, subticuit. Aliunde verò, di-
cebam, hanc mentem tam Græcè, quàm Latinè
apertissimè expressisse Lucam, dum v. 13. dixit:
ζῶν ἀσώτως: *viuendo luxuriosè.* Fallitur ergo vulgus,
dum putat hîc, solam immoderatam venerem
denotari: quibusuis enim voluptatibus malè lo-
cata pecunia impendatur, Græcissimè, & Lati-
nissimè *luxuria*, & ἀσωτία vsurpatur. incipiamus
à Græcis.

Ergo Cicero lib. 2. de finib. *Nollem enim mihi* Tull.
*fingere asotos ἀσώτους, vt soletis, qui in mensam
vomant, & qui de conuiuiis auferantur.* Vbi vides
ἀσωτίαν, non tam Veneri, quam impensiori pa-
lato deferri. Aristot. lib. 4. Ethic. ἄσωτος γὰρ ὁ δι' Aristot.
αὐτὸν ἀπολλύμενος. δοκεῖ δ' ἀπώλειά τις αὐτοῦ εἶναι,
καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορά: ὡς τοῦ ζῆν διὰ τούτων ὄντος.
*asotus est, qui à semetipso, perditur: videtur nam-
que interitus illius esse, ipsa facultatum profusio, di-
uitiarúmque quodammodo interitus: quòd ex eis vita
sustentetur.* Penè vt rem declararem, in paraphra-
sim declinaui: quouis igitur modo frustra ex-
pendantur bona, (quæ est ipsissima prodigalitas,)
incurritur asotia. his adnectit noster Claudius Claudius
Dausq. historiolam Diogenis apud Laërt. Dausq.
ἄσωτον ὄντα μνᾶν: πυθομένου δὲ διὰ τί τοὺς ἄλλους
ὀβολὸν ζητεῖ, αὐτὸν δὲ μνᾶν: ὅτι παρὰ μὲν τῶν
ἄλλων, πάλιν ἐλπίζω λαβεῖν. παρὰ δὲ σοῦ, θεῶν ἐν
γωνίας κεῖται, εἰ πάλιν λήψομαι. priusquam inter-
preter, tollo mendum; corrigenda enim illa
verba θεῶν ἐν γωνίας, quæ neque ad sensum, neque
Græca: lege θεῶν ἐν γούνασι. id est, *in Deorum geni-
bus:* formula est Græca, qua exprimunt, rem dubij
finis, & incerti exitus esse. Vtitur illa passim
Homer. satis illud Odyss. α. Homer.

Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.

Phrasis rationem indagare, non est huius loci. redeo: & historiolam reddo. *Diogenes ab asoto quodam, totam mnam postulabat: interroganti verò, cur qui ab aliis vilem obolum captabat, à se vno mnam peteret: respondit: quoniam ab illis spero iterum accipere, à te autem, Dij norunt, an iterum sim accepturus.* Quia sub potestate prodigi, nullæ diuitiæ sunt securæ, & qui hodie totam mnam daret, cras fortè nec etiam sibi obolum retineret, & tamen is *asotus* appellatur. Eusthat. ideò Eusthatius Odyss. μ. *εἰς τινα πολυδάπανον ἀσωτίαν, ἡ Χαρύβδις ἀλληγορεῖται. Charybdis allegoricè significat, profusissimam quandam asotiam*: hoc est, prodigalitatem, quæ omnia deuorat & consumit. Dedi huc Claudius Dausq. vsque Latina & correcta, quæ prius noster Claudius Græca dederat in comment. D.Basil. Seleuc. orat. de Lazaro.

In eandem mentem, post tot relata vitia vt 1. Petri 4. v.4. nosti, concludit D.Petrus epist. 1. cap.4. v.4. *In eandem luxuriæ confusionem blasphemantes.* Vbi luxuria, absolutissima est in omni vitiorum genere perditio, prodigiosáque non solum pecuniarum, sed etiam morum prodigalitas: atqui in Græco est etiam asotia: *τῆς ἀσωτίας.* Vbi non- Lorinus. nulla ad mentem meam congerit noster Lorinus. Vide.

Clarius est apud Latinos, luxuriam non solum Venerem, sed omnimodum luxum & voluptatem, immodicis impensis emptam significare. Interpr. Horat. benè vetus Interpres Horat. ad lib.1. Sat. 1. *Vt inter herniosum & spadonem, medius est, qui omnia sua membra sana habet, & integra: sic inter sordidum, & luxuriosum est liberalis.* Vel etiam pueri grammatici non dubitant, quid hîc sordes, & luxuria importet: certè liberalitas, auaritiæ & Claudian. prodigalitati intersistit. Claudianus libro, si memini contra Ruf. *Luxuries nocitura*: cibis & voluptatibus omnimodis parandis, destina- Statius. tur. Statius lib. 5. Sil. 2. de suo modestissimo Crispino.

At tibi Pieria tenero sub pectore cura,
Et pudor, & docti legem sibi dicere mores:
Tunc hilaris probitas, & frons tranquilla, nitórque
Luxuria confine tenens.

Calderin. Martial. Vbi aptè Calderinus: *Id est, splendor vitæ, citra fines luxuriæ: arte luxúque carentes diuitiæ.* Martialis lib.9. epigr. 84.

Nam tu dum metuis, ne quid post fata relinquas
Hausisti patrias luxuriosus opes.

Sed quis classicorum auctorum luxuriam prædicto modo accepit? certè de vna venere effrenatâ tantum, rarius apud Classicos: apud proletaneos Sap.2.v.8. sæpius reperitur. Vnde illud Sap 2. v.8. post tot diuersi generis numeratas delicias: *Nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra: nemo vestrum exsors sit luxuria nostra*, &c. Nullus nisi puer, in solius veneris abusum detorquebit. Si ergo nihil aliud est Prodigalitas, quam profusa diuitiarum dissipatio, moribus per omnia vitia corrumpendis, ídque per luxuriam, & *ἀσωτίαν* explicatur. quid aptius quam *prodigum*, euangelicum adolescentem dicant SS. DD. quem statim initio historiæ, *luxuriosè* siue *ἀσώτως* vixisse, Lucas contestatur?

22. Non perperam fortassè illud Ezechielis 16. Ezech.16. v.13. v.13. *Similam & mel, & oleum comedisti*, de Manna explicabis, si panem mellitum, & oleatum referebat. Apud profanos hæc etiam figura vsitatissi- Virgil. ma. Virgil. 2. Georg. *pateris libamus & auro*: id est, aureis pateris. & rectum: *molémque, & montes insuper altos*: id est, molem montium. Sic olim explicabam illud Statij lib. 1. Sil. 2. Statius.

Exultat visu, tectisque, potentis alumna,
Non secus alma Venus, quam si Paphon æquore ab alto,
Idaliásque domos, Ericináque templa subiret.

Adhuc in limine erat Venus, vt paulo antè dicitur, non itaque in cubili & gynecæo commorantem viderat alumnam: itaque *τὸ visu tectisque*: idem est, atque, visis tectis. quod ergo attinet ad figuratiuam locutionem, aptè se res habet. Manna enim visum referre panè mellitum, & oleatum Exod 16. v.31. *Simile cum melle.* In Hebr, *Lagana cum melle*: quod frixuram in oleo inuoluit. Vide Oleastrum. At certè Manna, in ollis ad ignem, reductum apud proteruos, tantummodo oleatum panem referebat, vt habes Numer. cap.11. v.8. cœlesti verò priuile- Numer.11. v.8. gio apud pios, non solum mel & oleum, sed omnigena saporis suauitas videbatur, vt habes Sap.16. Sap. 16. v.20. v. 20. qui ergo cum Chaldæo Paraphraste hic *Manna* intelligunt, non solum prædictam figuram *ἓν διὰ δυοῖν* debent agnoscere: sed insuper in melle, omne delectamentum, & saporis suauitatem explicare. Nisi apud Ezechielem, de Manna sibi relicto & antè ollarum abusum sermo sit: quod vt ex Hebræo vult citatus Oleaster, laganum, id est, frixam oleo & melle similam referebat.

Mitras, fœminis tantummodo comptis, aut vitis 23. effœminatis olim assignatas: multis adductis testimoniis firmat Cerda ad illud Virgil. vbi Numanus Cerda. obiicit Troianis: *& habent redimicula mitræ.* Adde Virgil. Prudentium in cert. de lux. & sobr. Prudent.

Vt mitra Cæsariem cohibens aurata virilem,
Combibat infusam croceo religamine nardum.

Deianira apud Ouid. Herculi iam fracto obiicit. Ouid.

Ausus & hirsutos mitra redimire capillos.

Cui institit Seneca in Fur. Seneca.

Mitra ferocem barbara frontem premens.

Probat hanc mentem celebre illud Epitheton, quo Venus *mitrata* dicitur: quod licet aliqui referant, ad zonam illam, quæ puellis deuirginandis soluebatur, aut parturientibus: falluntur credo: hæc enim parturientium zona Dianæ obstetrici, id est, Lucinæ, dicabatur: de quo Pier. Val. lib. 50. dici- Pierius Valer. tur ergo *mitrata* Venus, propter capitis mitram, quæ inter celebriora fœminei cultus, & luxus instrumenta, pulchritudinis Deam decorabat. Hinc etiam Baccho Deorum mollissimo, & Deabus molliori, mitram passim legis assignatam. Statius Statius. de illo lib. 1. Achil. *Serta comis, mitrámque leuat.* Seneca in OEdip. *te caput tyriâ cohibere mitrâ.* Seneca. Propert. lib. 4. vt quis Bacchus videatur, ait. Propert. *cinge caput mitrâ.* Momus apud Lucian. in Conc. Lucian. Deorum Baccho obiicit, *μίτραν*, quem propterea statim effœminatum vocat & mollem. Vnde minus placent, qui adhærentes Eusebio lib. 2. cap 2. Euseb. Cæsar. de Præp. Euang. ideò solummodo, tributam Baccho mitram putant, *vt cohibeat vini vapores, caput petentes.* inlusit enim Eusebius & meritò, vinoso numini: at verò Ethnici, aliò vt dixi intendebant, quod Bacchus pulcellus, & mollis, & aliquando sub habitu puellæ delitescens coleretur: vnde & postea, penè fœmineo cultu incedebat, memorat id latè Seneca citatus, & concludit. Senec.

Vnde tam molles placuere cultus,
Et sinus laxi, fluidúmque syrma.

Sic in sacris, inter fœminarum cultus, mitra profertur. Iudith c.10 v.3. *imposuit mitram super caput* Iudith 10. v.3. *suum.* & Isaias cap. 3. v.19. post innumera alia ornamenta, affert *armillas, & mitras.* Isai. 3. v.19.

An

An mitræ istæ essent eiusdem formæ, cum illis, quas hodie Ecclesiastici nostri Pontifices gerunt: vix planum fieri posse puto, nostræ enim immittunt ad tergum fascias: illæ, nescio quæ tedimicula habebant, quod multis probat Cerda citatus. Immo & Prudentius supra *croceum religamen* illis tribuit. Probabilius est, nostras, medias quasdam esse, inter barbaricas illas & incuruas, & Romanas alias, quæ non adeo lunatæ erant. De quo iam alij. (Cerda.)

Priscas illas mitras, pro meris vittis & infulis quandoque sumi, probat adductis testimoniis Bernart. ad lib. 5. Tebaid. adde Plutarchum in Paulo Æmilio. *Ducebantur post hos centum viginti boues armentales, auratis cornibus, quibus mitræ & corona.* Μιτραὶ, &c. nosti enim vittas & infulas, floridaque serta, quibus passim apud Auctores, immolandæ victimæ comebantur. Adde & Propert. (quidquid velit Delr. in Oedip. comment.) de nupta loquentem. (Bernart. Plutarch. Propert.)

Cinxit & acceptas altera mitra comas.

Respicit enim ad vsum, quo nuptæ duabus, Virgo, vna tantum vittâ comas nectebat. Ego in Cant. aliquid singularius de mitrâ pectorali, id est, fascia, iam notaui: nam pro vitta capitis, plura loca iam alij adduxerunt, licet non semper iuratæ veritatis.

24. Rebecca Virgo decota nimis, & apud suos nobilissima, ad hauriendam aquam, *habens hydriam in scapula sua* describitur Genes. 24. v. 16. & ex contextu capitis infertur, moris id erat, apud omnes illius Regionis, Virgines nobiliores. Fortasse non erant vulgares, puellæ illæ, quæ *ad hauriendam aquam* prodeuntes, Sauli de Samuele nuntiarunt: 1. Reg. 9. vers. 11. cur ita id in vsu, nescio: maxime cum iam Abrahami æuo, nedum Saulis, seruorum, ancillarumque conditio increbesceret. Sed diuersi, pro diuersis temporibus instituti rationem, quis scrutetur? certè apud Græcos, hoc interim permissum, dum non admissi serui. Collige ex Herodoto in Erato: loquitur de Atheniensibus Pelasgos eiicientibus. *Vt Athenienses aiunt, iure eiecti. Quippe cum essent sub Hymesso habitantes, illinc prodire solitos hanc iniuriam attulisse. Quoties filij ac filiæ Atheniensium ad nouem fontes aquatum pergerent, (nulla enim dum eis, aut vllis Græcis, per id tempus mancipia erant) Pelasgos eis, per contumeliam, & contemptum, vim intulisse.* Prætereo alias, quæ pastrices gregem adaquabant, de quo Genes. 29. vers. 9. & Exod. 2. vers. 16. sed iam vberius aliquid offeramus. (Genes. 24. v. 16. 1. Reg. 9. v. 11. Herod. Gen. 29. v. 9. Exod. 2. v. 16.)

CAPVT XXIII.

Mortales, ad immortales nuptias etiam dotati.

PERIOCHA.

1. *Fastuosi Principes, Deas nisi dotatas respuebant. Locus Macchab. lib. 2. cap. 2. v. 14.*
2. *Explicatur Ezechiel cap. 23. v. 42. arrha sponsalitia. Donaria Deorum manibus appensa.*
3. *Corona, Deorum insignia: & præcipua Apotheosis ceremonia. Locus ex Actor. Libro cap. 14. v. 12.*
4. *Marsyæ statua, libertatis index: à meretricibus coronata, vel turpi licentia, vel licentiosa lasciuia protestanda, ex coniecturis ostenditur.*

REDI supra totum caput vigesimum primum, de arroganti mortalium ambitione, qui immortales nuptias affectabant, causas, & negotij pericula exponens: quibus adde Senecam in fragmento, quem dedi proximo c. 22. & Suetonium cap. 22. de Caligula. *Noctibus quidem plenam fulgentemque Lunam, inuitabat assiduè in amplexus, atque concubitum.* Quo nihil execrandum magis, dici posse videbatur. Sed occasione loci Ezechielis, ibi obiter adnotati, & nunc altius ponderandi, horribiliora alia conjecto. Non solum Deas sibi in nuptias, mortales Principes affectabant, sed & illas, nisi ingenti dote opulentas, spernebant: Cum M. Antonius sibi Bacchi nomen vsurparet, Athenienses suam illi Mineruam (quod supra de Demetrio ostendi) desponsam voluere, quam tamen ille spreuit, nisi dotis nomine, ingentem pecuniarum summam illi penderent. Auctor est Xiphilinus in August. & Seneca 1. Suasor. Ex quibus Serarius noster explicat illud lib. 2. Machab. cap. 2. vers. 14. de Antiocho, qui Naneam Deam ducturus, venit in templum eius, *vt acciperet pecunias multas, dotis nomine.* Lege ibi citata illorum verba. Addo Virgil. 1. Georg. ad Augustum: qui non contentus Deam aliquam matrimonio Principi suo tradere, nisi probe dotatam sic scribit. 1. (Senec. Sueton. Xiphilin. Senec. 2. Mach. 2. v. 14. Virg.)

Teque sibi generum Thetys emat omnibus vndis.

Quasi fastidienda Thetydis filia, nisi maris imperio, mortalem sibi coëmeret maritum.

Hoc ergo insuper est, quod auguror in verbis Ezechielis de meretricibus illis, quæ, vt dixi, Deos sibi desponsabant: & subditur: *posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosas in capitibus eorum.* cap. 23. v. 42. quasi mordearut Iuda & Israël, & inde vehementius pungatur: quod apud gentes alias, nonnulli idololatricas has nuptias spernerent, nisi dona & pecunias acciperent: at Iudæa & Samaria, oblatis donis & arrhis idola prouocarent. Vel, quod te vera, Hebræorum aliqui idololatrantium, etiam eo delitij peruaderent, vt crederent matrimonia cum Diis sibi ineunda: vel quod etiam citra hanc opinionem, ipsamet idololatria cui subdebantur: meritò sub nuptiarum similitudine, vt voluere Sanchez & Prado, expliceturt. Est hoc, quod non iam sub matrimonij, sed sub meræ scortationis metaphorâ reprehendit idem Propheta cap. 16. v. 33. *Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt intrarent ad te vndique*, &c. summam fœminarum miseriam explicuit Euripides in Med. 2. (Ezech. 23. v. 42. Sanchez. Prado. Ezech. 16. v. 33. Euripid.)

Ἅς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ
Πόσιν πρίασθαι, δεσπότην δὲ σώματος λαβεῖν.

Quas oportet pecuniarum pondere
Maritos emere, & dominos corporis accipere.

Quid ergo esset dato pretio, coniuges sibi dæmones, & animarum dominos coëmere? aptissimè vero ad metaphoram quam sequimur: dum coronatæ, in habitu sponsali resident ad conuiuium hæ Propheticæ fœminæ, tunc armillas arrharum & dotis nomine, idolis tradunt: nam & hodie

in nuptiali contractu, id solet fieri, & olim ita factum, passim legimus: do in re tritâ locum illibatum Ioan. Tzer. chil.2. hist. 36. vbi post alios labores Herculi fabuloso imperatos, subdit. Ioan. Tzetz.

——— Ἐνδέκατον κελεύει
Ἐξ ἑσπερίδων ἀγαγεῖν ἐκ τῶν ὑπερβορέων
Ἥρας τὰ μῆλα τὰ χρυσᾶ, ζεὺς ἅπερ γαμῶν ἔσχε
Ἐπὶ τοῖς Ἥρας γαμικοῖς, κάλλιστον ἕδνον οἷα.
——— *Vndecimum iubet*
Ex Hesperidibus ferre hyperboreis
Iunonis poma aurea, Iupiter quæ in nuptiis habuit,
In Iunonis sponsalibus, pro dote pulcherrima.

Tandem armillas in manibus idolorum, capio, non solum signatè de illis, sed de omnibus donariis, quæ inde appendebantur. De quibus Val. Val.Max. Max.lib.1.cap.1.vbi de Dionysio. *Idem victorias aureas, pateras, & coronas, quæ simulachrorum porrectis manibus sustinebantur, tollebat: & eas se accipere, non auferre dicebat: perquam stultum esse, argumentando, à quibus bona precamur: ab his porrigentibus, nolle sumere.* Obiter ad alia ex loco Prophetico.

3. Quod attinet ad coronas, quas fœminæ istæ idolorum suorum capitibus imponebant, aut quasi nuptialia, aut quasi conuiualia munuscula, sciendum, nihil idololatris frequentius in vsu, quam Deorum statuas coronare: vixque Diis instituebantur sacrificia, quin pariter noua serta non adderentur. Ideo ille alius apud Plautum in Au- Plaut. lul. ita.

Hunc thusculum emi, & has coronas floreas
Hæ imponentur in foco nostro lari,
Vt fortunatas facias gnatæ nuptias.

Scatent testimoniis Græci, Latinique scriptores: quod inde factum puto, quia & olim Deos ipsos, Tertull. ab aliquo euentu coronatos processisse existimabant. Tertull. de Cor. mil. cap.7. *Si fuerit aliqua Pandora, quam primam fœminam memorat Hesiodus, hoc primum coronatum est à charitibus*, &c. *Saturnum Pherecides, ante omnes refert coronatum: Iouem Diodorus post deuictos Titanas, hoc munere à cæteris honoratum: dat & Priapo tænias idem: & Ariadnæ sertum ex auro & indicis gemmis, Vulcani opus, Liberi munus, & post sidus.* Vbi deinceps multa in hanc rem. Idem. Vnde & cap.10. visus sentire primam apotheoseos ceremoniam, à coronæ impositione auspicatam: sic enim ibi. *Quid enim tam indignum Deo, quàm quod dignum idolo? quid autem dignum idolo, quam quod & mortuo? nam & mortuorum est ita coronari: vel quoniam & ipsi idola statim fiunt, & habitu & cultu consecrationis: quæ apud nos secunda idololatria est.* Sensus est, (quidquid aut obscure, aut minus verè dixerint interpretes) ni ego fallor: ideo mortuos coronari, vt hoc habitu & cultu, iam incipiant esse Dij, iam post Deos tanquam idola secunda colantur: vt per omnia & idola insensibilia mortuis, & mortui idolis compararentur. Statuas consecrandas, distinctis radiorum fulgore co- Act. 14. v.12. ronis, quis non legit? Hinc explicabam illud Actor. cap.14.v.12. vbi de ethnicis, qui Apostolos Deorum instar colendos præsumebant: *Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros & coronas ante ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare.* Capio enim coronas, non tam sibi, aut populo inter sacrificandum, (quod quandoque eueniebat) imponendas: quàm Apostolis, quos numina colebant, consecrandas.

4. Concludo caput, ostendens non esse temere, sed verè prolatum, id quod explicationi suæ ad- Prado. didit noster Prado, ibi. *Neque singularis fuit ea superstitio, & sine exemplo: nam etiam apud gentes moris fuit meretricibus, statuas Deorum, diuersi generis corollis exornare.* Venerem à meretricibus coronatam alibi leges. Meretrices Romanæ, statuam Marsyæ pro foro stantem videntur coronasse: colligitur apertè è gesto Iuliæ fœminarum impudentissimæ: de quâ Plin.lib.21.cap.3. *Apud nos licentiæ huius non est aliud, quàm filia D. Augusti: cuius luxuriâ coronatum Marsyam, littera illius Dei gemunt.* Plinius. Seneca lib.6. de benef.cap.32. post multa. *Rostra, in* Senec. *quibus Pater legem de adulteriis tulerat, filia in stupra placuisse, quotidianum ad Marsyam concursum, cum ex adulterâ, in quæstuariam versa, ius omne licentiæ, sub ignoto indice peteret.* Concurrebant itaque meretriculæ nocturnæ, quæ sub fori fornicibus prostabant, Marsyæ coronando: neque id tanquam nouum obiicitur Iuliæ, sed tanquam mirum profertur, quod Regina, vulgarium prostibulorum turbæ immisceretur. Sed cur coronatus Marsyas à meretricibus? dicam quid suspicer. Nemo nescit ex Seruio, statuam Marsyæ, libertatis indicem Seru. protenta manu haberi, & ferè in omnibus liberis ciuitatibus collocatam: quod inde factum volunt quod hic Satyrus in tutelâ Bacchi: Bacchus autem, vtpote Liber Pater, Deus & libertatis numen habebatur: sicque eius Minister, libertatis monstrator est creditus. Lege Lil. Giral. dial. de Poët. Lil. Girald. hist.10. & Cæl. Rhodig. & passim alios. Fortè ergo Cæl. Rhod. præ aliis statuis quæ Romanum forum adornabant, vnum potius Marsyam coronant Meretrices, vt infamem turpis licentiæ testentur libertatem. Vel quod mauolo: quia Satyri omnes, Bacchi id est Priapi collusores, Salacissimi ab scriprotibus denotantur: vnde turpissimo semideo, & semicapro, càprinæ merito fœminæ lasciuiam suam referentes, eidem etiam coronas referebant quasi eius virtute tot Veneris certaminibus suffecissent.

CAPVT XXIV.

De Coronis nonnulla.

PERIOCHA.

1. *Tertullianus omnem coronarum vsum denegat Hebræis priscis.*
2. *Sed fallitur.*
3. *Hebræi publicæ lætitiæ coronas agnouerunt. Iudith.15.v.15.*
4. *Hebræis sponsales coronæ in vsu: ex sacro textu.*
5. *Coronas conuiuales in epulo assumebant. Sap.2.v.7. & apud Ezechielem cap.23. v.42.*
6. *De aureis, & gemmatis Hebræorum coronis obiter nonnulla.*
7. *In coronis insculpta gloriosa triumphantium gesta: immo & coronæ in varias formas, facinora exprimentes construebantur. Locus Ecclesiastici 45.v.14.*
8. *Caput, floreis coronis, ineptus locus. Coronæ collares.* ὑποθυμιάδες.
9. *Athletæ quomodo, aut raperent, aut acciperent coronas. Locus Pauli 1. Cor. 9. vers.24.*

vers. 24. & locus Apocalyps. cap. 3. v. 11.

10. *Coronæ & præmia, in certaminibus, quo in loco constituerentur.*

1. OCCASIONE illorum, quæ superiori capite libaui de Coronis, nonnulla de his, iterum disputabo, eo libentius, quod fidem meam, aliquot iam annos obligatam, libero: spopondi

1.Cant. v.11. Tertull. enim ad Cant. cap. 1. v. 11. asserendas mihi contra Tertull. festiuas, & conuiuales coronas Hebræorum. Ergo Tertullianus lib. de Cor. Mil. cap. 9. sic scribit. *Quis denique Patriarches, quis Prophetes, quis Leuites, aut Sacerdos, aut ἄρχων, quis vel postea Apostolus, aut Euangelizator, aut Episcopus, inuenitur coronatus? puto nec ipsum Dei templum, nec arca testamenti, nec tabernaculum martyrij, nec altare, nec candelabrum: quibus vtique, & in prima dedicationis sollemnitate, & in secunda restitutionis gratulatione, competisset coronari, si dignum Deo esset.* Et paulo post de Coronæ vsu, ita. *Quem populus Dei, nec publica vnquam lætitia, nec ingenita luxuria nomine admisit: facilius cum tympanis, & tibiis, & psalteriis reuertens de captiuitate Babylonia, quam cum coroniis & post cibum & potum exsurgens ad ludendum fine coronis. Nam neque lætitia descriptio, neque luxuria denotatio, de corona decore, aut dedecore tacuisset. Adeo & Isaias quando inquit, cum tympanis & tibiis, & psalteriis bibunt vinum, dictarus esset etiam, cum coronis, si vnquam hic vsus fuisset, & in Dei rebus.* In hæc verba (quasi vero non forent falsissima) sic iurant Interpretes quos viderim, quasi nihil non verissimum scribatur. Quod mihi quidem, fal-

Pamel. Cerda. Roa. tem apud Pamelium & Cerdam, oculatissimos aliàs scriptores, miti instar. Decepit etiam Roam Tertullianus. Qui singular. 3. cap. 1. ita. *Illud in primu certum mihi esse affirmaui, conuiuales coronas nihil ad Hebræos attinere, quoniam eius moris apud eos, nulla vestigia cernerentur. Nam cum sæpe à Prophetis, eorum in rebus aliis luxus notatus esset, nusquam apud eos, vlla de coronis mentio: facit à me bonus Auctor Tertull.* &c.

2. Equidem, mendacij iam nunc arguere Tertullianum, quem paulo post impudentissimum dolemus fidei desertorem, non nimis videretur scrupulosum mentiretur tamen, qui illum ignarú diceret, quem eruditione omni agnoscit refertissimum. Quid ergo in tam aperto hominis lapsu dixeris, cum & illum mendacem, nolis denotare mordax: nec queas nisi mendax, ignarum publicare? supinam illi quandam obliuionem, & ingentem memoriæ in hoc vno hebetudinem fuisse, fateâris, necesse est: vt ex his, quæ textum eius percurrentes notauerimus, constabit apertè. Incipiamus ab his quæ difficiliora.

3. Coronas inquit, Hebræis, nonquam *publica lætitia nomine* admissas. Adesto Lector. Illam læti-

Iudith. 15. v. 15. tiam publicam de Iudith victoria latè celebrat scriptura cap. 15. deinde v. 15. ita. *Et omnes populi gaudebant, cum mulieribus & virginibus, & Iuuenibus, in organis & citharis.* Tertullianus vulgatam hanc nostram versionem Hieronymi non agnouit: sed LXX. Interpretibus, aut Græco aliorum codici semper institit: videamus ergo, quid Græcus textus correctissimus in Regiis & Complurensibus cod. hic scribat. Καὶ ἔλαβε θύρσους ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς, καὶ ἔδωκε ταῖς γυναιξὶ, ταῖς μετ' αὐτῆς: καὶ ἐστεφανώσαντο τὴν ἐλαίαν αὐτὴ, καὶ αἱ μετ' αὐτῆς. *Et accepit Iudith Thyrsos in manibus suis, & dedit mulieribus etiam, quæ cum ea: & coronauerunt oliua ipsam, & eam quæ cum ipsa.* Videtur significari Abra, tanquam victoriæ socia, & gloriæ particeps. In aliis Codicibus, non solum Iudith & socia, sed & omnes fœminæ quæ ramos virides, id est, thyrsos gestabant, pariter coronatæ describuntur: sed parum refert: satis enim confutatur Tertull. si quanuis non omnes, saltem aliquas in publica lætitia, viderit coronatas. At dices librum Iudith, prioribus illis sæculis, apud aliquos, dubiæ fidei habitum fuisse: vnde fortassè illum Tertull. tanquam minus autenticum, nón legit. Velleot id Hæretici iuniores, vt saltem ex Auctore vetustissimo, sacro huic libro auctoritatem canonicam, vt faciunt, acrius impugnarent: non itaque effugies: legit, & probauit hunc codicem Tertullianus, cuius in lib. de Tertull.
Monogamia cap. 17. & vltimo facit celebrem mentionem: ibi. *Nec Iudith filia Merari, nec tot alia exempla Sanctorum*, &c. Vbi Pamelius. *Patet ha-* Pamel.
bitum fuisse ab auctore pro authentico eundem Librum.

Sed quid? an non publica lætitia, vniuscuiusuis familiæ, & plerunque totius ciuitatis, nuptiæ 4.
reputantur? vel cæcus videat. Vnde ergo in sacris, nuptiales & festiuas coronas neget Tertullianus, quæ toties afferuntur? hæret certè aqua, vnde in hanc mentem, cultissimus alius Afer impulsus fuerit. *Sponsum decoratum corona*, celebrat Isaias cap. 61. v. 10. Salomon *in die desponsationis suæ & in* Isa 61 v.10
die lætitia cordis eius, coronatur: Cant. 3. v. 11. sponsæ de Libano venturæ, *corona* apparatur Cantic. 4. Cant. 3.
v. 8. Dices, hæc à Tertulliano satis perspecta: sed v. 11 & 4. v. 8.
tamen non tam facta, quam per allegoriam, & similitudinem dicta intellexisse dices: vnde nihil propositioni suæ visa derogasse, existimauit. Lepidum effugium! quasi allegoria, & similitudo, non sumeretur ab Spiritu sancto à te, quæ apud illum populum frequens foret: aut populus intelligere posset quid esset promissum illud, de iusto instar sponsi coronando, nisi passim sponsos suos cernerent coronatos.

Adhuc tamen insipidius est quod ait, *nec ingenita luxuria nomine* Hebræis coronas admissas: id 5.
est non solum, iustæ lætitiæ tempore, respuisse Hebræos coronas, sed etiam quando innata luxuria lasciuiebant, nunquam ita effrenes processisse, vt se coronare auderent. Ohe, quam germanas gerras! sæpties, si rectè computaui, aduocat libris suis Tertullianus, sapientiæ Salomonis codicem, quasi & sibi familiarem, & de fide authenticum: & tamen nescias, cur ibi non legeret illod: vbi de Iudæis lasciuientibus, sed iam in Atheistas declinantibus, iamque futuro Christo insidias (vt ex toto capite patet) apparantibus: ita. *Vino pre-* Sap. 2. v. 7.
tioso & vnguento nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis ante quam marcescant: nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra. cap. 2. v. 7. & ne hæsites an fortè Græca lectio, qua vsus Tertull. aliter haberet: cape. Στεφανωσώμεθα ῥόδων κάλυξι. *Coronemur rosarum calyculis.* Vidit difficultatem Roa, loco citato, & sibi præ- Roa.
cauens, (bonum suum illum curans Tertullianum) sic habet in Appendice. *Quod addunt, coronemus nos rosis antequam marcescant, dubitationem affert, docuit enim Tertullianus supra laudatus, coronarum apud Hebræos nullum fuisse vsum. Dico igitur ideo notatum esse illorum luxum, quia præter morem etiam coronarentur: deinde coronandi verbum, aliter accipi posse, vt sit idem quod paulo ante dixerat, impleamus, siue cumulemus nos rosis, nempe fasciculos colligamus,* quot

quos naribus admoueamus, quibus thores sternamus ad conuiuandum. Ego quidem scio aut has, aut similes significationes habere verbum coronare: violenter tamen obtruduntur, quando ex contextu constat posse verbum in germana sua significatione vsurpari: cur autem in hoc loco non sit *coronare caput*, nisi quia Tertullianus id negauit Iudæis, aut quod locum non vidit, aut scripsit oblitus? & planè belle additur defendendo dogmati Tertullianico, ideo hîc taxatum hunc locum, *quia præter morem coronarentur*: quasi verò id etiam non negaret Tertull. qui *nec vnquam* etiam in abusu luxuriæ, coronara capita admittit apud Hebræos. Adde & pro luxurioso hoc more locum Ezechielis quem supra fusè ventilauimus, vbi mysticæ illæ Hebteæ merettices discumbentes ad epulum, Ezech. 23. v. 42. Amasiis blandiuntur, *& posuerunt coronas speciosas in capitibus eorum.* cap. 23. v. 42. credo, quas ipsæ prius gestauerant, aut his similes: liberè enim metaphoræ similitudo, à conuiuali coronatione sumeretur, nisi in vsu illa apud Hebtæos. Adde in textu Hebraico vt hodie legitur, non tam illos, quam ipsas meretrices dici coronaras. Neque video cur si Hebræi etiam pij, ab ethnicis conuiualem luxum sumentes, lectulorum discubitu, strato sigmate, vnguentorum effusione vtebantur, non etiam quandoque ab eisdem assumerent coronas. His adde Prou 4. v. 9. quæ noster Salazar ad Prou. cap. 4. v. 9. num. suo marg. 79. dedit, vbi saltem Hebræum Symposiarcham coronari probat. Licet id minus probem, quod cæteris conuiuis coronas inuideat: nescio vnde inductus: certè non à Tertulliano, cui si viso crederet, etiam Regij conuiuij, siue Symposiarchæ coronam denegaret.

6. Cætera Tertulliani cõmenta facilius expunges, si aduertas, non solum negare Hebræis floreas aut frondeas coronas, sed etiam aureas & gemmatas: id satis inculcat totus ille Liber, & expressè c. 13. vbi millies à Christiano amouet omnem coronam, præterquam Christi spineam, quod omnis Tertull. corona sit idololatrica: ideo signatè cap. 7. condemnat Ariadnæ coronam, *ex auro & Indicis gemmis*; qui ergo sub prætextu amouendi suspectas has omnes coronas à Christianis, populi prisci aduocat testimonium, ne rideretur, easdem Hebræis prædicat non vsitatas. At si ridenda argumenti consequentia, irridendæ tamen pueris præmissæ, quæ pro certis statuuntur, eum sint falsissimæ. Tu vide quam passim dignitaris coronas, & decoris celebret scriptura, & Dauidem coronâ Melchon otnatum: & si minus altare, saltem mensam & alia opera sacra coronis insignita. Faueret his omnibus, si legeret Roa: qui, vt est veridicus, fatetur ideo assentire Tertulliano, quia apud Prophetas coronarum conuiualium nulla mentio: nam factam mentionem, iam probaui. De Tertulliani sententiâ hæc dicta sunto: ne in loco illo Cantici, temerarius explicator denotarer.

7. Ioan. Tzetz. Addo nonnulla corollaria, de coronis. Ioannes Tzetzes chil. 13. histor. 461. vbi nonnulla de ritibus triumphalibus & triumphatore: post alia ita.

Καὶ στέφανος δὲ χρυσοῦν τῇ κεφαλῇ τιθεῖσιν
Ὅπου κατειργάσαντο, φέροντα τυπωθέντα.
Καὶ πάντας ἀριστεύσαντας στεφάνοις στεφανοῦσιν
Ἐξ ἀργυρᾶς δὲ ὕλης μὲν, γραπτοῖς τῆς ἀριστείας.
Coronam auream in capite ponunt,
Quæ habet expressa omnia, quæ gessit, &c.
Et omnes qui strenue decertarunt, coronant
Coronis argenteis, inscriptis egregiis facinoribus.

Alex. Neap. Alexand. Neapol. lib. 4. cap. 18. variatas affert Coronatum figuras, pro varietate, imo ad formam rerum, in quibus se virtus strenua ostentabat: *muralis*, inquit, *in pinarum similitudinem: naualis instar nauium rostri: quæ vere castrensis velut affixo valo figurabatur.* Ideo Sil. Ital. lib. 13. muralem coronam, Sil. Ital. vocat *turritam* quod ad modum turris & pinnarum effigiaretur. Vitgil. 8. Æneid. naualem, *rostratam* Virgil. immo *rostrantem* dum ab illâ, vocauit *rostrata tempora.* Vide Aul. Gel. lib. 6. cap. 5. de coronis ad mo- Aul. Gel. dum siderum ex Suet. in Calig. cap. 45. dixi alibi, summus Sacerdos Hebræus mitræ addebat laminam auream, vbi sanctitas Dei, & nomen ineffabile יהוה insculpebatur: quod ita celebrat Ecclesiasticus cap. 45. v. 14. Eccl. 45. v. 14. *Coronam autem super mitram eius, expressam signo sanctitatis: & gloria honoris, & opus virtutis.* Fortassè ideo lamina, quæ è mitrâ ad frontem pendebat, corona vocatur: quia vt alij, coronis suis gloriantur, vbi expressæ sunt eius victoriæ, gestorum gloria, & opera strenuitatis, siue virtutis: sic Sacerdos, solum Deum volebat pro corona: & eius insculptum nomen, omnibus aliorum insculptis titulis præponebat. Quidni si Sacerdos Mithræ, solum Deum suum volebat pro corona de quo fusè Ter- Tertull. tull. libro supra citato, c. 15.

Sunt grauiter festiua illa, quæ dedit Minutius 8. Fælix, de causâ cur Christiani floribus non coro- Minut. Fel. narentur. *Quis autem ille est, qui dubitet vernis indulgere nos floribus: cum capiamus & rosam Veris, & lilium: & quidquid aliud in floribus, blandi coloris, & odoris est? his enim & sparsis vtimur mollibus, & solutis: & sertis colla complectimur. Sanè, quod capita non coronamus, ignoscite: auram boni floris, naribus ducere, non occipitio, capillis ve solemus haurire.* Euitat disertissimus Pater illorum calumniam, qui putabant fidelibus, Dei creaturas in odio esse, cum coronas, vitatent: ostendit fidelibus etiam flores in vsu, nunc solutos, nunc ligatos: deinde festiuè capitis coronam (quæ religionis causa vitabatur) interim illis non admissam air, quod è capite, nullus vsus ad odorem: irridens ethnicos, quibus luxus inutilis in hac parte. Est hoc illud Luciani in Nigrino, vbi irridens eos qui volupta- Lucian. tibus addicti, germanum illarum vsum ignorabant, de his caput coronantibus, ita Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτοὺς ᾐτιᾶτο τοὺς στεφανουμένους, ὅτι μὴ ἴσασι τῶν στεφάνων τὸν τόπον: εἰ γὰρ τοι ἔφη, τῇ πνοῇ τῶν ἴων τι, καὶ ῥόδων χαίρουσιν: ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι, παρ᾽ αὐτὴν, ὡς οἷόν τε, τὴν ἀναπνοὴν, ἵν᾽ ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς. *Sic etiam & coronates istos incusabat, quasi qui legitimum coronæ locum ignorarent, si enim, dicebat ille, violarum, rosarum habitu delectantur: sub naribus oportuerat illos coronari captando respiramini, vnde quam maximè perciperent voluptatem.* Hinc ergo erat vt è collo ad pectus (quod indicat Minutius) coronas & serta flo- Minut. Fel. rida, aliqui suspenderent, vt inde facilius odor sentiretur. Athenæus dipnos. 15. cap. 2. multa de- Athen. dit de coronis: magis ad rem meam cap. 5. *Est autem rationi fortassè magis consentaneum, cum omnes sensus in capite reperiantur, illud iccirco præcipuè coronari. Vel quia iugi caput constrat, atque vinciri, sicut etiam frontem: iccirco tempora coronabantur, &c. coronabant vero & pectora, atque vnguento perungebant, quoniam ibi est cor. Vocarunt autem collares coronas, eas quibus collum vinciebant, vt testatur his Alcæus, sed circa colla implexas coronas collares imposuit. Anacreon. implexas coronas collares ex loto, circa pectora posuerunt.* Iam verò causam quam assignaui, vnde

vnde Auctor noster aptissimè explicatur, subdit idem Athen. cap. 14. *Verum enim vero, coronas eas quæ ponuntur circa pectus, Poëta hypothimiades vocarunt ex florum vaporatione: non autem quia animum, thymum appellarint sicut nonnulli arbitrantur.* Careo nunc Græco codice, vnde res apertius constaret. Apertè tamen vides non dici ἀπὸ τοῦ θυμοῦ, id est, animo, sed ἀπὸ τοῦ θυμιᾶν, id est, à vaporando. Nota ergo non vocari simpliciter thymiades θυμιάδες, id est, vaporantes: sed hypothimiades, ὑποθυμιάδες subuaporantes, quia nimirum è collo inferiore & pectore, superiorem nasum recreabant, possem ire per multa, sed explicando Minutio pio pariter & elegantissimo Patri, Vulc. hæc sufficiunt. Addo tantum Vulgatum in Auidio. *Nihil tam expedit, quam homo seuerior Græcanicis militibus: ille sanè omnes excaldationes, omnes flores de capite, collo, & sinu excutiet.* Solum aduertat Nouitius Lector non fauere Minutium Hæreticis. Aliud enim est, vti floribus, auertendæ suspicioni, qua creaturas Dei fidelibus abominabiles, garriebant ethnici: aliud flores non solum è capite religiosè, sed etiam à quauis parte mortificantes respuere: illud voluit Pater, hoc non negauit.

9. Faber. Doctissimos Faber, cui vniuersus cuiusuis litteraturæ Professor, plurimum debere fatetur: Agon. 2. cap. 27. probat moris fuisse, vt victores ipsi certaminum, coronas aliquo ex loco subliniore appensas, assumerent, manibusque præhenderent: à quo tamen dissentio, in eo quod subiungit: *Sed non aliter, quam interposito prius Hellanodicarum, ad quos Athletæ post certamen peractum accedebant, iudicio: concessaque ipsis huius rei (non sine aliqua solenni virtutis, & roboris commendatione) ab Hellanodicis istis facultate.* Ego potius existimarem, declaratum iam certaminis victorem & incursu, illum qui prior accedebat ad locum præmiorum recurrisse, ibi nullo sperato nutu, suspiratas coronas & palmas aliquando attrectasse ingenti hilaritatis feruore: quas ipsas deinde Præcones accipiebant, & Iudicum auctoritate solenniori ritu eisdem tradebant. Affert Faber pro se D. Chrysost. in cap. 7. epist. ad Rom. & Procopium in Isaiam: sed certè vterque rem non exprimit, nam verbum ἁρπάζω quo vtuntur, probat auide *raptas* coronas, non *acceptas* idque ferarum & vncorum instar, temerè prædam apprehendentium.

Idem. Chrysost. Procop.

At inquis, veniebant Athletæ ante iudices, vt coronam acciperent, quod probat Faber ex Æliano lib. 9. cap. 31. fateor, at Ælianus potius pro me, non enim vtitur verbo *rapiendi* ἁρπάζω, sed *accipiendi* λαμβάνω. Vnde explicandus est Ælianus, de secundà illà acceptione iam pacificà vt ita dicam, & post iudicum sententiam: non autem de illà prima, quæ temerè quodammodo, (datâ illis non tam licentiâ, quam veniâ) feruore suspitati præmij fiebat quandoque. Addocit Faber illud Parthenopæi anagonistam superante apud Stat. lib. 6. Thebaid.

Ælian. Statius.

Irrupit clamore fores, clamore recurrit
Ante ducem, pressaque leuat suspiria palmâ.

Ast in his versibus, quæ mentio, facta à iudice, vel à Duce facultatis? pende mihi carmina antecedentia, in quibus Puer iam secundo certamine victor, (quia de primo dubia res fuerat) sic describitur.

——Vix campus euntem
Sentit, & exilis plantis interuenit aër,
Raraque non fracto vestigia puluere pendent.
Irrupit clamore fores, &c.

Ergo Iuuenis vbi festiuus & hilaris recurrit ad Ducem, & locum palmæ, pressum attrectasse dicitur, id vero de iudicis facultate factum, non apparet, sed de sola veniâ quandoque euenisse interpretor.

Deinde nescio, quomodo inter se concordent illa, quæ paulo post medium subdit cultissimus Faber, de eo qui sine puluere ac pugna (quod scilicet antagonistæ cum illo, non ausi sint contendere) præmio potitur: de quo ita. *Quo solo casu* Petr. Faber. *victoria: si tamen hæc dici victoria potest, sine puluere atque aduersario adepta, coronam rapere, ius Athletæ fuit: alioqui ab Agonotheta tribui, ab ipso præcone imponi solitam.* Nescio inquam, quomodo inter se conueniant ista, cum iis, quæ initio capitis dixerat: *præmia aliquo ex loco eminentiore victores ipsos assumere*, Nam etiam sub his verbis, sermonem esse de iis victoribus, qui cum puluere & sudore superatis antagonistis victoriâ potiuntur: ex eo patet, quia inde explicat, & eàdem ratione intelligit locum Pauli 1. Corinth. 9. v. 24. *Nescitis quod* 1. Cor. 9. v. 24. *ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? sic currite, vt comprehendatis.* Apostolum autem in hoc loco sudatam victoriam innuere, luce clarius, prætetuolatos enim supponit antagonistas. Adde, neque hunc locum Pauli *raptis* coronis, visum deseruire, *acceptas* enim potius visus significare: neque enim in Græco, τὸ *comprehendatis* est à verbo καθαρπάζω, sed καταλάβατε. At beniuolos Fabri Lectores, vt admiratio eruditionis tenet, sic methodi desiderium distorquet: sumus quantumuis affecti, hunc magistri næuum obtegere, non valemus.

Vno verbo: scriptores priscos cum *raptam* palmam, coronámve scribunt: non indicasse Iudicum licentiam, nec ibi solennem aliquam virtutis laudatiunculam puto intercessisse: hæc omnia legitimæ coronarum *acceptioni*, non *raptui* feruidissimo seruabantur. Putóque non solum qui sine puluere, sed etiam alios (vt in Parthenopæo claret) qui sudando vicerant, (datâ auidissimo voti veniâ, non facultate) rapta præmia attrectasse quandoque quæ deinde è manibus relicta, legitimè accipiebant.

De hac legitima acceptione, capio locum Apocal. 3. v. 11. μηδεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σου. *Ne quis accipiat coronam tuam.* Obseruóque, quod vix alibi facilè reperies, prostratos & adorantes athletas, coronas has legitimè accepisse ab Agonotheta. Origenes in cap. 1. Iob. adductus à glossa: postquam multa de cœlesti hoc athleta, (sumptá ab Olympiacis metaphorâ) sic concludit. *Surrexit ad victoriæ perfectionem: prostrauit ad coronæ acceptionem. Nam ante Imperatores, qui victores exsiterunt, non stantes, sed deorsum adorantes coronam accipiunt.* Vide me ad locum Apocal. citatum cui præsens incumbo, breui si Deo placet finiendum.

Apoc 3. v. 11. Origen.

Nunc paucis videndum, vbi nam appensæ, vel 10.
appositæ palmæ & coronæ: ego vix certum aliquid auderem affirmare, legi historialem, ex qua clarè colligitur, coronas & præmia, ad vltimam metam fuisse, quæ victores, vbi peruenerant, rapiebant: & certè aliqua auctorum testimonia, huc non inuita, trahuntur. Aliunde tamen Statius conjecturam ingerit, ad carceres, vbi erant Dux & forte Iudices, fuisse coronam: eò enim recurrens Parthenopæus palmam rapuit. At Virgil. 5. Æneid. (quî hæc disquisitio potuit effugere magnum Cerdam, qui de hoc nihil?) vt benè notauit Faber lib.

Statius. Virgil. Cerda. Faber.

lib. illo citato cap. 26. in medio circo illas ponit his verbis.

Munera principio ante oculos, circoque locantur
In medio, sacri tripodes, viridésque coronæ
Et palmæ pretium victoribus.

Nonn. Adducit Faber Nonnum lib. 19. Dionys. mihi tantum versionem debes, & illam metricam:

Cæsarie Bacchus splendens condigna reponit
Dona, manu larga largus, quem dulce choream
Excitet emissam: vini cratera vetusti, &c.
Tunc medio ponit circo cratera minorem,
Argento splendente gravem, quam circulus ornat.

Idem. Et paulo post iterum de eodem idem repetit.
Tunc medio stadio Bacchus dum præmia ponit.
Quamuis enim Nonnus, de palmis & coronis non loquatur, satis est si medium locum præmiis attribuat, cum quibus Virgil. coronas & palmas coniunxit. Habet Cerda locum Chrysostomi, quo D. Ioan. Chrysost. probet illud Virgil. de præmiis *ante oculos*: quem etiam ad rem nostram aptissime adduces, concludit enim, vt ibi videre potes: *Dominus in medio stadio præmia locauit.*

CAPUT XXV.

Suauissima Eucharistiæ institutio.

PERIOCHA.

1. *Nonnnulla proposita materia supponuntur.*
2. *Canon Hebraici ritualis adducitur & probatur.*
3. *Mensa poculorum qualis & quando, apud Veteres. Explicatur Lucas cap. 26. v. 20. & Paulus 1. Cor. 11. v. 25. quibus cæteri Euangelista conciliantur.*
4. *Bibere in circulum: & poculum circumferre: quid sit.*
5. *Hoc poculum prægustabatur à præcipuo conuiua, deinde cæteri suo ordine hauriebant.*
6. *Non nisi lotis iam manibus illud accipiebant, fortè in superstitiosam reuerentiam.*
7. *Ex dictis, solennis Eucharistiæ institutio comprobatur. Explicatur Matthæus cap. 26. v. 27. Marc. 14. v. 23. Luc. 22. v. 17. Ioan. 13. v. 4.*
8. *Panis intinctus Iudæ porrectus non erat Eucharisticus. Locus Ioan 13. vers. 25. Matth. 26. vers. 23. Marc. cap. 14. v. 20.*
9. *Osculum, cum poculo, missum.*
10. *Frangere panem, quid sit.*
11. *Eucharistia panis, an communis an delicatus. Buccellatus vilis.*
12. *De eâdem Eucharistiæ materia. Buccellatus alius panis pretiosus. Dauid Psal. 147. v. 6. explicatus.*

1 SUPPONO tanquam longè probabilius ex sacris Doctoribus, tam Patribus, quam meliotis notæ interpretibus, peractâ iam omnino Paschali agni typici cœna, & in fine secundæ cœnæ vsualis, (si fortè fuit) augustissimum Eucharistiæ à Christo institutum Sacramentum: lege Iansenium, Maldonatum, & Barrad. Suppono deinde, celebrem illam pedum lotionem, de qua Ioannes, fuisse huic institutioni destinatam: siue enim, ad esum Agni prius lauarentur discipuli, siue non, certè celebris ista lotio peractâ iam cœnâ primâ, facta est: neque id extra morem, quia vt præ aliis, (licet ex aliis) notat Baronius tom. 1. anno Christi 34. In cœna Paschali bis lauabant pedes Hebræi, semel ante primam cœnam, & iterum ante secundam. Quod ex Hebræo rituali, ibidem adductò firmatur. In eo tamen paululum ab his dissentio, quod hanc lotionem Christi factam intelligam non initio sed fine secundæ cœnæ, id est, in vsualis cœnæ (si illa fuit) secundis quas vocant mensis: huc inclinant Euangelistarum verba, huc communis Patrum sententia, huc ipsa instituti ratio: si enim hanc lotionem sumpsit Christus denotandæ puritati, qua Eucharistia percipienda: hæc autem in secundis, secundæ cœnæ mensis sumpta est, aptius tunc pedes lauarentur. Ritualis verò adducti ceremonias, cùm non essent legales, sed ex recentiori vsu, sic voluit obseruare supremus Dominus, dum aptius mysterio suo deseruitent. Si autem hìc vsualis cœna nulla intercessit (quod fortè verius) tunc plenè rituale obseruatum est. Cornel. Iansf. Maldon. Barrad. Baron.

His ergo libatis, præmitto adhuc cæteris fusius dicendis, Canonem ex eodem rituali, prout à Baronio citato, Theophilo Reynaudo, & aliis correctissimè circumfertur.

Canon Hebræi Ritualis.

In Paschali conuiuio, posterior quæ esset mensâ, non vt in aliis dierum festorum secundis cænarum mensis, bellaria apponuntur: sed tantum à lege statutus cibus: nimirum primo loco embamma, ex intybis & lactucis agrestibus factum, aliísque rebus conditum: inque eum primum Paterfam. intingebat offam azymam, mox cæteri, sicque consumebatur. Deinde idem Paterfam. tortam azimam (seu vt alij textus habent, *dimidiam*) *sub mappa hactenus seruatam, in frusta frangebat, in tot particulas illam diuidens, quot essent in cœna discumbentes, sicque diuisam, singulis porrigebat. Quo facto, ipse poculum degustatum tradebat proximo, ille secundo, donec poculum per totum conuiuium circumferretur. Insuper quoniam secunda illa mensa Iudæorum erant ob accepta beneficia, ad gratias Deo agendas potissimum comparata: cum in cæteris secundis mensis esset vsitata quadam communis benedictionis formula: in Paschali autem secunda mensa, post illam benedictam, cum distribueretur torta azyma, hæc verba idem Paterfam. dicebat. Iste est panis ærumnæ, quem comederunt Patres nostri in terra Ægypti, quisquis esurit, accedat, & peragat Pascha. Post hæc idem accepto poculo, benedicebat his verbis. Benedictus es Domine, qui fructum vitis creasti*, &c. *Sicque delibatum, vt dictum est, poculum tradebat proximo, ille secundo, ille deinceps.* Hæc citati Auctores ex rituali Hebræo delibarunt. Ex quibus cum Eucharisticum epulum confirment, satis prædicta nostra probatur coniectura, in secundis secundæ cœnæ mensis, id est, ad illius finem, Eucharistiam institutam, ac proinde loco tortæ azymæ, & calicis circumlati: si ergo Pedum lotio ferè ex omnium Patrum mente, Eucharistiæ ministrabat, ad finem, non ad initium secundæ cœnæ, factam coniecte- Rituale Hebr.

mus.

Baron. mus. Tandem hæc subdit ibi Baronius. *Cæterum (quod est notatu dignissimum) non tantum apud Iudæos, vetus illa erat consuetudo, vt in secundis mensis sic libantes, Deo agerent: sed & gentiles ipsi in eisdem secundis mensis, merum libarent Diis, & alia sacra facerent, vt Athenæus lib. 1. cap. 9. tradit, & alij, sed in his non immoramur. Prædicta igitur ex rituali Veteri Hebræorum libro accepta, quantum conferant ad ipsam Euangelicam historiam, de cœna Domini intelligendam facile perspici potest, Dominus enim seruato ea ipse antiquo Iudæorum ritu, illud effecit, vt nouis benedictionibus additis, nouum institueret Sacramentum*: &c. Vtinam ritus illos gentilicos, Hebrææ consuetudini consonos, quos notatu dignissimos putauit eminentissimus Cardinalis, nobis ipse explicaret: sed quâ Historiographus erat, nec potuit, nec debuit his immorari: horum scilicet disquisitionem, interpretibus sacris, tanquam propriam suo iure relinquens: qui tamen, nescias quo fato, cum reliquos sacri conuiuij ritus eruditissimis profanæ eruditionis paginis adductis diligentissime explicarint: quidquid erat, quod rituali Hebræo faceret, prætermiserunt, cum tamen vt ex dicendis patebit, non malignam ex istis lucem & omnino necessariam percipiat res Eucharistica. Imo aliqui hunc Librum (nescio an difficultatem euitantes) recentiorem putant, & recentiores ceremonias exprimentem, quàm Christi tempus attingant: aut saltem, quando iam id temporis fuisse comprobetur, non tamen illis affirmant adhæsisse. Ego has huius ritualis ceremonias, non solum Christi æuo, sed etiam multis sæculis ante, cum Doctoribus viguisse existimo, cum certè multa è Regum tempore quæ in scriptura habentur, cum rituali hoc conuenire sciamus. Deinde illis non adhæsisse Christum semper, fateor libenter, quando aliud mysterij ratio postulabat, aut addititiæ traditionis superstitio varia ducebatur: in cæteris vero, quo ad hoc Paschale epulum attinet, au adhæserit, iam expono.

3\. Finitis primæ mensæ epulis, & secundæ etiam pomis, atque bellariis, solitos gentiles, *mensam poculorum* quam vocabant instituere, in tantâ rei notitiâ, supponendum est potius, quam probandum. Vide si vacat Triclinij scriptores, & Virgilij Interpretes ad lib. 1. Æneid. addo locum in hac re minus tritum ex Herodoto in τῇ δ. vbi de conuiuis Persis, apud Macedones ita. *Persæ postquam à cœna, ad potum peruenere*, &c. potum scilicet istum solennem, non illum, qui inter cœnandum miscebatur. Hoc ergo est quod Lucas ait: *similiter & calicem postquam cœnauit*, &c. cap. 22. vers. 20. & Paulus 1. Corinth. 11. vers. 25. finita enim vtrâque cœnâ, calix est consecratus: quo etiam tempore, panis consecratus, quanuis id propterea non tam expressè dictum videatur, quia priuatum erat Iudæis in mensâ hac poculi circumlati, panis etiam buccellas adhibere, (quod ex adducto rituali discimus) cum gentes, post cœnam solum poculum apponerent. Solenne ergo poculum apud omnes post cœnam expressit Euangelista, panem apud suos ibidem consecratum, de quo prius dixerat, suppositi intelligendum. Cæteri Euangelistæ, qui *cœnantibus illis* institutam Eucharistiam dicunt, in quanis opinione, sic

Virgil. Herod. Luc. 22. v. 20. 1. Cor. 11. v. 25.

concordantur: erat enim quodammodo cœna, gustatio illa calicis & panis apud Hebræos, nec diuersæ habebantur actiones in idem continuatæ: adhuc enim cœnare videbantur, qui statim à cœna Paschali & vsuali, ceremoniali epulo adhibebantur. Asseritur etiam hinc Patrum sententia, qui sub eodem tempore, panem & calicem consecratum significant, quod non aliunde melius, quam ex rituali comprobatur: absque quo Lucam & Paulum, qui tempora visi seiungere, vix posses interpretari.

4\. Hoc Poculum solenne, inquit Rituale, prægustabat Paterfamil. deinde tradebat proximo, hic secundo, & sic deinceps, donec per omnes conuiuas circumferretur. Nimirum Hebræi qui cætera conuiuij, (vt passim legis, & alibi probaui) à gentilibus didicerunt, etiam hoc desumpsisse certum iudico: nisi quod cum in cæteris meræ deliciæ essent, in poculo autem aliquid superstitiosum & idololatricum obseruarent gentiles: cautè ipsi Hebræi in poculi circunductione, mutatis ceremoniæ obiectis, vero Deo & pietati seruiebant. Relicto ergo libro & capite illo Athenæi, quem citauit Baronius, multa ex locis aliis eiusdem Auctoris, quæ huc faciant, ponderabo. lib. 11. cap. 20. de quodam. *Neque Iuuenem solum gen rum inuitans, verum etiam omnes eius amicos, puerâque dedit in circulum circumferret: quod, in circulum bibere esse dicebat: illud interim addncens ex Pellnthria Menandri: neque vnum omnino calicem vetula dimisit, sed bibit in circulum. Ac rursus illud, Numine afflata. Rursus statim dedit bibisse in circulum primum meri ipsius poculum.* Plautus in Persa. *Age circunfer mulsum bibere.* Et Varro lib. 4. de ling. Lat. vbi de Pateris. *Hisce etiam nunc, in publica conuiuia, antiquitatis retinendæ causâ, cum magistri fiunt, potio circumfertur.* Trebellius Pol. de Treg. Tyr. in Quieto: post multa de Patera, quâ in epulo quodam ad templum Herculis exhibito, Pontifici fuerat propinatum, addit. *Quem quidem, circumferri ad omnes iussit.* Synesius epistol. 32. meminit etiam, *circumlationis poculi in conuiuio*: τῆ τ̃ κυλίκων περιφορᾶς. Habes quid sit, circunferre poculum in conuiuio, vel bibere in circulum: scilicet vt omnes, ex vno & eodem degustarent. Sed hi omnes, & alij, quos prætereo, de circunductione poculi, etiam inter epulas explicari possunt, quæ quanuis in more, sed illo libero, nec semper vsitato, vtpote nec solenni, erat.

Athen. Plaut. Trebell. Pol. Synes.

5\. Venio, quod magis ad rem nostram est, ad solennem & religiosum vsum, quo post cœnam Poculum, à Symposiarcha, vel nobiliori conuiuij personâ, prægustatum, deinde suo ordine per omnes ferebatur. Dido apud Virgil. 1. regio illo epulo, quo Æneam excepit, acceptâ paterâ, Iouem hospitalem inuocat: deinde summo ore illam delibans, tradit Bitiæ; de quo subditur.

Virgil.

——Ille impiger hausit
Spumantem pateram, & pleno se proluit auro,
Post alij proceres.

Athen. lib. 11. cap. 12. μετ' ἀκρατῶν κύλικα; &c. *Calix post cœnam distribuitur, quando se abluunt, metanipt*rum *appellatur. Antiphanes in Lampade. Metanipt*rum *boni dæmonis comedere. Dephilus in Sapho. Antiloche sumas hanc metanipt*ridem *statim plenam Iouis seruantis, atque dæmonis boni.*

Athen. Antiph. Diphil.

I Sed

6. Sed certè non solum post cœnam, quando lauabantur, sed magis, quando iam loti erant, & postquam se absterserant, hoc metaniptrum sumebant. Id patet ex ipsa voce Græcâ, dicitur enim μετάνιπτρον, quasi *post lotionem*: μετὰ τὸ μετὰ
Athen. *post* καὶ τὸ νίπτειν, *lauare*. Vidit rem ipse. Athenæus, qui subdit. *Sunt qui potum intelligant post*
Callyas. *lotionem, velut Seleucus in linguis, Callyas in Cy-*
Philet. *clopibus. Cape hanc sanitatis metanipteridem. Philetærus in Æsculapio. Concussit magnam metanipteridam plenam, par pari cum addiderit, sensim sa-*
Philox. *nitatis nomen adiungens. Philoxenus dityramborum Poëta, in inscripta Cœna. Cum lotis manibus, poculo quempiam prouocasset, inquit; tu opimi roris bacchici, plenam metanipteridem sumito, priusquam cum Bromius lætitiam dederit, omnes in lætitiam in-*
Antiph. *ducat. Antiphanes in lampade. Conspersa phyllis*
Nicostr. *mensa, verum dæmonis boni metaniptrum. Nicostratus in contradicente. Infunde sanitatis ei metaniptrum.* Hucusque ex tot Auctoribus Athenæus, & ipse Auctor optimus. Videtur itaque ista lotio, non solum ordinaria, sed superstitiosa (quod clarius explicauit Philoxenus) vt poculum illud boni dæmonis, & Seruatoris Iouis, sanitatisque optatæ, acciperent reuerentius. Quod Hebræi secunda lotione, non solum manum, sed etiam pedum, in reuerentiam tortæ azymæ, & calicis circunferendi, quia vero Deo sacrabantur, fuere imitati. Imo & quandoque idololatrice etiam Hebræos, superstitiosa hæc pocula bona dæmoniis in suis epulis fuisse imi-
Isai 65. v. 11 tatos, scimus ex Isaia cap. 65. v. 11. vbi multa In-
Delr. terpretes, & plura Delrius tom. 1. Adag. 811. sed de hoc alibi. Ad rem.

7. Vide iam quid aliud sit illud Matth. cap. 26.
Matth c. 26 v. 27 v. 27. *Bibite ex hoc omnes*. Et Marc. cap. 14. *& biberunt ex illo omnes*. Et Luc. 22. vers. 17. *accipite*
Mar 14. Luc. 22. v. 17. *& diuidite inter vos*. (Si fortè de eodem calice Eucharistico loquitur Lucas, de quo paulo post expressius scribit.) Certè, vt volunt Patres & ratio sacrificij postulat: prægustauit se ipsum Christus in poculo, deinde, vt puto, dedit Petro & ex eodem circunlato, suo ordine omnes delibarunt, nunquamque fælicius in circulum biberunt. Sic ceremonias illas Hebræas, & si non legales, pias tamen sanctificauit, & verè præbito sanguinis sui poculo, non sanitatis vtcunque, sed salutis æternæ, non falsi Iouis delyriis, sed veri Dei diuitiis pleno: luce suâ, tenebrosa ethnicorum figmenta auerruncauit. Iam
Rituale Hebr. vero, quod addit Rituale, apud Baronium citatum, *solitos fuisse Iudæos in Paschali conuiuio iterum lauare pedes ac manus*, &c. Scilicet finita Agni cœnâ, antequam ad Azymam tortam, & calicem circunferendum veniretur, quæ erant quodammodo in prædicta cœna Agni, mensæ secundæ: id quidem vt initio dicebam, paululum variauit Christus: nisi post cœnam Agni, (vt est communis Interpretum sententia) vsualem cœnam admisit: ad cuius finem, lotionem secundam exercuit, & loco azymæ tortæ, & calicis prædicti, porrexit corpus suum, & sanguinem propinauit. Neque aliter explicari poterit
Ioan. 13. v. 4. Ioannes qui lotionem faciendam descripturus, præmittit: *surgit à cœna*, &c. c. 13. v. 4. à cœna inquam, vbi iam Agnum comederat.

8. Aliquid adhuc obscurius & scitu dignissimum apud Ioannem, ex prædicto rituali auguror explicandum, vnde hucusque prædicta confirmentur. Diximus peractâ cœnâ agni, & vsuali (si fortè aliqua tunc admissa) lauasse Christum pedes, & iterum cum discipulis recubuisse, vt apertè legitur apud Ioannem, & tunc Eucharistiam instituisse. quid ergo inquis est signum illud, quod agnoscendo proditori tradidit Christus: *ille est, cui intinctum panem porrexero*. Præ- Et v. 25.
dicto cap. 13. vers. 25. hunc panem non esse Eucharisticum, mihi saltem est certissimum, non solum ex illorum sententiâ, qui Iudam communicasse negant: sed etiam quia indecens videbatur, vt panis Eucharisticus alibi intingeretur, quam in sanguine Christi: & non potuit tunc esse sanguis Christi, quia vt ex cæteris Euangelistis constat, iam panem Eucharisticum sumpserant, & comederant Apostoli, cum Dominus bibendum calicem consecrauit: ergo panis iste est intinctus *in Paropside* de qua Matth. cap. 26.
vers. 23. siue *in catino*. De quo Mar. cap. 14. Matth. 26. v. 23.
vers. 20. omnes itaque hîc intingebant panem, Mar. 14. v. 20.
nisi quod insuper Iudæ, offa è manu Christi data est. Aliquid igitur, inquis, post lotionem, prætérquam Eucharistiam gustarunt Discipuli? ita est: & quid illud fores, non aliunde melius, quam ex prædicto rituali explicatur. Hebræi post
secundam lotionem, vt vidisti, *embamma ex en-* Rituale Hebr.
tybis & lactucis agrestibus factum intinctis offis absumebant, inque illud primus Paterfam. deinde cæteri panem intingebant. Hoc ergo est, quod narrant Euangelistæ: in hoc embammate intinxit Christus offulam, quam insuper Iudæ porrexit. Deinde sicut postea Paterfam. dimidiam tortam, quam sub mappa collocarat, & calicem circunferendum benedicebat: sic Christus sub eisdem speciebus se consecrauit. Absque dubio videbat hæc omnia magnus Baronius, (licet Historiographus non singulis immoraretur expendendis) dum ritualis ceremonias, dominicæ cœnæ explicandæ, plurimi faciendas protestatur.

Addo his pauca, leuiora illa quidem, sed 9.
scitu non indigna. Cur symposiarcha siue Paterfam. poculum prægustaret in conuiuio, deinde cæteris porrigeret hauriendum, illud erat in causa, vt beneuolentiæ indicio, simul cum vino, osculum mittere videretur. Notant id eru-
ditiores ex epistola Philostrati, vbi ille. *Labris* Philostr.
attingens imple poculum osculis, & prabe rogantibus. Ita est: prægustatum enim poculum, prægustantis oscula, cæteris ingerere videtur. Do paucos, in quos incidi de amatorio osculo, vnde ad officiosum nostrum osculum, fiat argumentum. Iu-
no (apud Lucianum in dial. ita ad Iouem mari- Lucian.
tum, nescio de quo adultero qui eius amores captabat. Καὶ ὁπότε πίοι παραδοὺς τῷ Γανυμήδει τὸ ἔκπωμα: ὁ δ' ᾔτει ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ πιεῖν, καὶ λαβὼν ἐφίλει μεταξύ: καὶ πρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς προσῆγε. *Et quando bibens, poculum pincernæ tradebam, petebat ille statim ibidem bibere, acceptumque poculum osculabatur, & oculis admouebat.* Clarius in
hanc rem Græcum Epigramma anthol. 7. Anthol.

Εἰμὶ μὲν οὐ φιλόοινος· ὅταν δ' ἐθέλῃς με μεθύσσαι,
Πρῶτα σὺ γευομένη πρόσφερε, καὶ δέχομαι.
Εἰ γὰρ ἐπιψαύσεις τοῖς χείλεσιν, οὐκέτι νήφειν
Εὐμαρὲς, οὐδὲ φυγεῖν τὸν γλυκὺν οἰνοχόον.
Πορθμεύσει γάρ ἔμοιγε κύλιξ παρὰ σοῦ τὸ φίλημα:
Καί μοι ἀπαγγέλλει, τὴν χάριν ἣν ἔλαβεν.

Non sum quidem vinosus, at si me vis inebriare
Prius degustans prabe, & accipio.
Si enim tangas labiis, non amplius sobrium esse
Facilè: nec euitare dulcem pincernam.

Transfretat

Transfretat enim mihi calyx à te osculum,
Et nuntiat mihi gratiam, quam accepit.

Allusit Iuuenal. Sat. 5.

Iuuen.

——Quando propinat
Virro tibi, sumitque tuis contacta labellis
Pocula.

Plura dedi, in Cantico, si memini, Dramatico. Sic ergo in officiosis beneuolentiæ osculis, Symposiatcha se habebat, & gratiam charitatis cum osculo, in poculo mittere videbatur. Vnde & Christus Dominus, pariter cum Eucharistico poculo, osculum & vltimum vale suis dedit: & si fortè Iudas ibi communicauit, tam pio osculo, proditorij impietatem osculi blandissimè increpabat.

10\. Notandum verbum illud, quo in Eucharistiæ diuisione vtuntur Euangelistæ: *Accepit* IESVS *panem, & benedixit, ac fregit*, &c. Matth. cap. 26. v. item 26. Marcus cap. 16. v. 22. *fregit*. Sic & Lucas cap. 22. vers. 19. *fregit*. Cui & institit Paulus. Vnde & Rituale Hebræum, vbi de tortâ azymâ: *in frusta frangebat*: itaque nullus scindendi, aut secandi verbum vsurpauit, sed *frangendi*: scilicet quia Iudæi sic tortas suas adhuc in massâ deductis lineis signabant, vt iam coctæ, non iam scindente cultello, quam frangente manu indigerent.

Matth. 26. v. 26. Luc. 22. v. 19. Rituale Hebr.

Notauit multa Sanchez ad illud Actor. 2. vers. 46. *Frangentes circa domos panem*. Et ad Isaiam c. 58. vers. 7. *frange esurienti panem*. An vero id ita fuerit religiosum apud Hebræos, vt nefas ducerent, panem secare potius, quam frangere: vix apparet. Certè apud Gentiles, etiam placentis, & tortis, similes lineas, & maximè in quadrum legimus deductas: quæ tamen postea, non tam fractæ, quam sectæ diuidebantur. Martialis lib. 4. *Nec secta quadra placenta*. Et lib. 9. *Secta plurima quadra de placenta*. Horatius alicubi. *Diuiduo findetur munere quadra*. Fortasse sic etiam Hebræi quandoque, licet frequentius fractione panis vterentur.

Sanchez. Act. 2. v. 46. Isai 58. v. 7. Martial. Horat.

11\. Hæc fractæ tortæ frusta, *buccellas* appellari, notauit Sanchez ad cap. 2. Ruth vers. 14. has vocauit *particulas*, Hebræum Rituale: sed Ioannes signatè dixit buccellas: vnde de Iuda, λαβὼν ἐν τὸ ψωμίον: *cum ergo accepisset ille buccellam*. cap. 13. vers. 30. & quanuis hæc non esset, vt supra dixi Eucharistica, tamen cum eandem dimidiam tortam (quod ex rituali coniectaui) Christus consecraret, *buccellas* suis dedisse, satis constat. Dubitabam igitur aliquando, an torta ista azyma Hebræorum, in buccellas frangenda, quam proinde Christus, in tanti Sacramenti mysterium vsurpauit, esset ex polline, & farinæ flore candidissimæ: an potius subnigrior: non vt in panem secundarium, quem vocat, transiret, cui non parum inest furfuris: sed quia exquisitissime, etiam tenuiores furfures non amoueret? Certè cum tortæ istæ azymæ inde ortum haberent, quod his olim Hebræi in exitu Ægypti vterentur, probabile satis apparet, eiusdem vtrobique fuisse rationis, quis autem credat in turbato & festinatissimo illi exitu, vbi nec etiam fermentum parari potuit, in omnes delicias farinam præpurgatam, & azymos panes fuisse candidissimos? immo vsuales panes credat aliquis, & ordinarios fuisse: vt nec essent secundarij seruorum, nec delicatissimi illi, qui quibus Principes vtuntur. & fortasse erant tortæ istæ, vnde buccellas diuidebant, illius panum generis, quod Romani *buccellatum* appellabant; quod genus panis vsuale erat, nec exquisiti candoris, nec atredinis seruilis. Spartianus in Pescenio. *Pistores sequi expeditionem prohibuit, buccellato iubens milites, & omnes esse contentos.* Vulcatius in Auidio. *Præter laridum, & buccellatum, atque acetum, militem in expeditione, portare prohibuit.* Hoc si probabile putes, in pane simili, institutam Eucharistiam, coniectabis.

Sanch. Ruth. 2. v. 14. Ioan. 13. v. 30. Spart. Vulc.

Nihilominus cum in Exodo, de celeritate tantummodo, defectus fermenti explicetur: nihil certum statuendum puto, de farinæ genere aut minus aut magis præpurgatæ: vna quæuis enim familia, prout haberet aut pollinem delicatissimum, aut abiectiorem farinam, azymos suos quoque candidiores redderet panes, aut subnigriores. Esto enim non esset tempus in tanta exitus angustia præpurgandæ denuo farinæ: cur tamen, quæ fortè iam prius præpurgata, azymis non seruiret? Sic puto subsequentes Hebræos, pro diuerso familiarum splendore & dignitate, minus magisve candidos & delicatos & azymos suos panes apparasse. Vnde non leui ducor coniecturâ, candidam & delicatam placentam Christum consecrasse, cum apud illum hospitem cœnaret, qui vt ex Euangelio colligitur, & ex SS. DD. probatur, splendide desideratissimum Pascha præparauit, quod addebam de *buccellato* illo Romano, leue est: nam & aliud erat Græcum, *buccellatum* & quidem delicatum. Athenæus lib. 3. cap. 15. *De buccellato, in Ganymede scribit Eubulus; buccellatosque calidos. Sunt autem buccellati, panes quidem apti deuciis.* Credo, quia candidissimi erant & ex farinæ flore. Et quidem ni fallor huc allusit Dauid Psalm. 147. vers. 6. *Mittit cristallum suum, sicut buccellas.* Non est dubium hic, apud Hebræos פת, non vtcunque frustum, sed frustum panis, seu buccellam significari. Volunt ergo nonnulli cum Genebrardo, inde sumi metaphoram, quia sicut buccella nutrit corpus, sic cristallum, id est, glacies, siue nix condensata, terram saginat. Addo, & candorem niuis, per ordinem ad buccellæ candorem commendari. Sic è contra Parodus apud Athen. lib. 4. c. 3. panis sui candorem, à niue commendauit.

12\.

Athen. Ps. 147. v. 6. Genebr. Parod.

Panis ibi mihi pulcher adest, magnúsque repertus,
Esu persimilisque amylo, niuibúsque colore.

Archestratus ibidem lib. 3. cap. 15. de optimis hordeis. Archestr.

Candidiora niue hiberna, mox Cymenis vber
Educat: & certè superi si forte farinis
Vescuntur: venit inde ferens Cyllenius heros.

Vbi plura ex aliis de panis candidioris commendatione.

CAPVT XXVI.

Nonnulla de Panibus expono.

PERIOCHA.

1. *Panis vilis, spurcè semper, sæpe violenter ingestus, cibus erat Carceris. Locus ex lib. 3. Reg. 22. v. 27.*
2. *Hordeaceus panis passim vilis: apud aliquos tamen pretiosus.*

3. *Subcinericius & hordeaceus panis Iud. c.7. v. 13. cur Gedeonicum gladium figuraret.* Ἐγκρύφιας.

4. *Panes Diis oblati, à Sacerdotibus parati. Malach. 1. v. 7. Panis adeps, Dauid Ps. 147. v. 3.*

5. *Panaria. Viminis aurei & argentei canistra. Locus Genes. cap. 40. vers. 16. Pistoris munditia. Panis niger, vmbra panis: noctem importat.*

6. *Hostes vt panem deuorare. Numer. c. 14. v. 9. Catelli edunt de micis: Matth. 15. vers. 27.*

POST sacratissimum panem Eucharisticum, nonnulla alia de panibus vulgaribus delibo, quæ nonnihil variis scripturæ sacræ locis rimandis, conducere existimaui.

1. 3. Reg. 22. v. 27. Impius de more Achab, Prophetica Micheæ reprehensione exasperatus, ita ad suos. *Mittite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis, & aqua angustiæ, donec reuertar in pace.* 3. Reg. 22. v. 27. volunt nonnulli, esse ferè prouerbialem formulam, quâ id victus genus denotatur, quo longa potius mors trahatur, quam vita sustentetur. Ita est: addo tamen, deductam illam à communi carcerum priscorum vsu, vbi vincti pane & aqua tantum, vitam tolerabant. Alexis. Alexis in Tarentinis, de philosophis Pythagoricis locutus, ita habet. *Tenuet, lab[o]ratique scalpro Pythagorismi: sermoné'que nutriunt illos, diebus singulis, hæc: poculum aquæ liquidæ, panis vnus purus: hanc dicas diætam carceris.* Habetur apud Athen. lib. 4. cap. 19. Aristoph. Aristophanes in Pace.

> Ληφθεὶς ὑπὸ λῃστῶν ἐσθίοι κριθὰς μόνας.
> *Captus à latronibus, edat solummodo panem hordeaceum.*

Sed nec videtur epitasi carere, τὸ *& sustentate illum.* Quasi præsumeret scelestissimus Rex, (vinctorum aliquorum instar, qui obstinato animo cibum recusantes, malunt vitam inediâ finire, quam imminens supplicium sperare:) sanctum Prophetam cibos auersurum: iuberétque, vt etiam inuitus, sed vilissimo edulio sustentaretur: credo vt comparatâ victoriâ, quam præsumebat, ad oculum, mendacij Prophetam coargueret, & ab illo sæuissimas tunc pœnas reposceret. Calp. Flac. Facit huc fragmentum Calp. Flac. declam. 4. vbi de carceris miseriis. *Quoties iacentes, ferrati postis stridor excitat, exanimantur: & alienum supplicium spectando, suum discunt. Sonant verbera, cibus recusantibus, spurcâ carnificis manu iniicitur.* Non tam violentiam, quam spurcitiam dolet Quintil. declam. 16. vbi de quodam, fœdissimo carceri addicto. *Accipit cibos, quos carnifex, quos tortor apponit.* In Pane itaque, & hoc vilissimo, semper à spurcâ, quandoque etiam à violenta manu ingesto, totus carceris cibus consistebat.

2. Anthol. Κριθὰς, id est hordea, seu hordeaceos panes, tanquam viliores vidisti paulo ante ex Aristophane: cohæret Græcum Florileg. lib. 1.

> Φεύγετ' ὑπ' ἐκκαλύβης σκότιοι μύες, οὔτι πενιχρὴ
> Μῦς ὑμῖν βίοτον σιπύη Λεωνίδεω:
> Αὐτάρκης ὁ πρέσβυς ἔχειν ἅλα, καὶ δύο κρῖμνα
> Ἐκ πατέρων ταύτην ᾐνέσαμεν βιοτήν.
> *Fugite tenebricosi mures, non paupercula*
> *Capsa Leonidæ, pascere nouit mures.*
> *Sibi sufficit senex si habeat salem, & duos panes crassiusculos.*
> *E maioribus hunc laudemus victum.*

Quos tamen crassiusculos pauperculi panes, Græcè κρῖμνα, plures, & merito, de panibus hordeaceis interpretantur. Certè apud Romanos, sicut hodie apud plerasque nationes, vilior habebatur panis hordeaceus: ideo in pœnam dempto triticeo, militibus dabatur. Sic milites ignauos affecit Marcellus apud Liuium, decl. 3. Sueton. in August. c. 24. Liuius. *Cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas, hordeo pauit.* Sueton. Polyb. de Castr. Rom. lib. 6. multatos milites scribit dum illis *hordeum pro tritico* assignatur. Polyb. Nihilominus apud Hebræos, (obseruat Sanctius noster ad c. 3. Ruth, suo num. marg. 22.) Sanct. panes hordeacei, maiori longè in precio habebantur, quam hodie apud omnes ferè Europæos. Sic Helisæo, non tanquam rusticus & insuauis cibus, sed honoris & sustentationis gratiâ hordeacei panes 4. Reg. 4. v. 42. dantur. 4 Reg. 4. v. 42. Sic Dauidi *frumentũ & hordeũ*. 2. Reg. 17. v. 28. 2 Reg. 17. v. 28. inter alia pretiosa edulia offeruntur, in populi sui alimentum. Sic Booz ibi non putauit degener & alienum donum, si hordeo Ruth suam condonaret. Vnde concludit Sanchez, nihil inusitatum fecisse Christi discipulos, dum in suum, Magistrique victum, non tanquam vilem, sed ordinarium cibum, panes hordeaceos parabant, Ioan. c. 6. Hæc obseruatio licet non euidenter rem confirmet, (possem enim respondere, Helisæum hordeum accepisse, non quod cibus suauis: sed quod cibus vilis & verè austeritatis Propheticæ eidem daretur inter alia, à viro pio, vt citato loco leges. Dauid inter tot alia, acceptum hordeum, non commensalibus suis, sed subsequenti plebi, imo & Equis impenderet. Ruthæ & socrui paupercul[i]s, paratius fortè hordeum, quidni tribueretur? Collegium Apostolicum, licet appositis & ordinariis cibis vteretur: negabit tamen nemo, pauperem quandoque ad spicas recurrisse: vnde potuit, & decuit, quandoque hordeaceis licet vilissimis sustentari,) licet inquam obseruatio prædicta, euidens non sit, satis tamen probabilis est, vt credamus, ferè sub eodem pretio hordeaceos panes, cum triticeis, apud Hebræos haberi. Quid enim hoc mirum, cum sciam apud alias gentes, tam ad sanitatem quam ad delitias, pluris fieri hordeum, quam triticum? Athenæus lib. 3. c. 18. *Diphilus Siphinius, in eo libro in quo de iis narrat, quibus ægrotantes & sani vescuntur, panes ordeaceos magis nutrire, meliusque digeri, ac meliores omnino esse commemorat.* Athen. Quo ad delicias attinet, eximius est locus Archestrati, eodem libro citati, c. 15. Archest.

> *Pulchricome primum Cereris charissime Mosche*
> *Bona recognoscam, tu pectore percipe cuncta:*
> *Optima perspicies, & purgatissima passim*
> *Hordea, quæ campis Lesbi nascuntur Eressi,*
> *Candidiora niue hiberna: mox Cymonis vber*
> *Educat. & certè superi si fortè farinis*
> *Vescuntur, venit inde ferens Cyllenius heros.*

Adde & ad fortitudinem & robur conciliandum, hordeaceos panes deseruire, vnde & Athletæ ædificando robori, & gladiatores augendis viribus. hordeaceo pane vtebantur: quod ex Plinio, & Tertulliano alij coniectarunt. Plin. Tertull.

Hinc minus iam mihi solidum illorum acumen, quibus ille *subcinericius panis ex hordeo*. Iud. 7. vers. 13. sub quo Gedeonis robur præfiguratur) sic expenditur, quasi ex industria abiectissimus panis, eligeretur, præstantissimo Duci innuendo: abiecta enim eligit Deus vt fortia confundat, 3. Iud. 7. v. 13.

confundat, & ſub vili pallio, pretioſiora quæuis ſolet obuelare: hoc enim tropologiam magis ſapit, quam litteram: immo crederem Madianitas milites, ex pane naturaliter forti & pretioſo, robur & pretium Gedeonici gladij fuiſſe auguratos. Et quidem neque cineres, ſubcinericij huius panis, prædictæ derogant coniecturæ: erant enim ſubcinericij & noti & pretioſi non ſolum apud Palæſtinos, ſed etiam apud alias nationes. Athen. Athenæus lib. 3. cap. 15. *Subcinericij panis mentionem facit Nicoſtratus, & ingenioſus obſonator Archeſtratus.* Curt. Diocles Cariſtius ibidem. *Magis tener eſt carbonarius, quam lagana, qui ſuper carbones fieri videtur, velut is qui apud Atticos fit ſubcinericius.* Archeſtr. Plures alios adducit in hanc rem, & tandem Archeſtratum, qui ita.

——Similagine natum
In Tegeis laudo. Pariter ſub tegmine coctus
Encryphias cineris, claris eſt panis Athenis,
Venales, quem dant mortalibus, optimus.

Neque caret myſterio ad rem præſentem, quod panis ſubcinericius apud Græcos vocetur *encryphias* dicitur enim ἐγκρυφίας, παρὰ τὸ ἐγκρυφιάζειν, *quod abſcondatur*, ſcilicet ſub cinere: vnde Philo Iud. Philo Iudæus lib. de Cher. & flam. glad. alludens ad ſubcinericios panes Abrahæ Geneſ. 18. verſ. 6. (Gen. 18. v. 6.) ita habet. *Scriptura ſubcinericiorum meminit, quos encryphias vocant, quia celari debet ſacer, ac myſticus ſermo.* Fortaſsè igitur ſubcinericius panis Gedeonis gladio denotando eligitur, vt panis quaſi abſconditus, abſconditum victoriæ genus, & latentes inſidias referret. Sed hoc eſt diuinare.

4. Malach. 1. v. 7. Malachias cap. 1. v. 7. ſic Deum contra ſuos inducit expoſtulantem. *Offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dicitis: in quo polluimus te: in eo quod dicitis menſa Domini deſpecta eſt.* D. Hier. Placet hic præ aliis opinio D. Hieronymi, quam etiam plures ſequuntur, qui *panes propoſitionis* hic intelligit: *Panes*, inquit, *videlicet propoſitionis, qui iuxta traditiones Hebraicas ipſi ſerere, ipſi demetere, ipſi molere, ipſi coquere debeatis, & nunc ſum tis quoſcunque de medio*, &c. Lubet paucula congerere, ne deinceps explicatio Doctoris maximi, nuda ab Interpretibus circumferatur. Pene omnes antiqui Patres, qui accuratius ſcripturam explicarunt, adnotant indulſiſſe Deum Iudæis ſacrificia animalium, vt illos ſuauius ab ethnicis ritibus ſubmoueret: & mutata mente, non merce, eiſdem rebus cœlum promererentur, quibus olim infernum promerebantur. Idem in offerendis panibus eueniſſe credo: nam & panes Diis ſacros lego, & ab eiſdemmet Sacerdotibus paratos: quod ex mente Hieronymi, Deum ſibi aſſumpſiſſe, & in melius mutaſſe, indicat hic Propheta. Diocles. Diocles Chariſtius apud Athen. Dipnoſ. 3. cap. 15. vbi de pane Carbonario, ita. *Quem Alexandrini Saturno ſacrificantes, in eiuſdem templo apponunt, omnibus comedere volentibus.* Deo etiam Pani, ruſtico numini, panes ſacratos, Cynulc. teſtatur ibidem Cynulcus, his verbis. *Panis Eunitas, lecieibitas nominatus eſt, vt teſtatur Eucrates, qui Panos panis dicitur.* Magn. Et iterum eodem libro cap. 16. ſic habet Magnus: *Sunt Thiagones panes, qui Ætolia Diis fiunt.* Vbi plura. Addo pauca de Sacerdotum miniſterio. Cynulc. Hanc partem firmat ibi Cynulcus citatus, prædicto cap. 15. qui hæc tradidit. *De pane Tabarita meminit Soſipater in Cnidia. At de Achaina Semus lib. 8. Deliad. Vbi à Cereris Sacerdotibus eum fieri dicit. Sunt panes eiuſmodi magni, vnde etiam feſtum megalartia vocatur: dicentibus his, qui Achainam ferunt, Achainam adipe plenum hircum.* Vbi notandum obiter, viſum vocari panem Achæinam, quòd magnus & poline medullatus, *nervum adipe plenum*: non diſſimili phraſi ab illâ, qua Dauid dixit Pſalm. 147. verſ. 3. *adipe frumenti ſatiat te.* Pſ. 147 v. 3. Quod autem ait Cynulcus hos panes in feſto ferri, firmat Pherectates in obliuioſo, vbi de pane oblia, ita. Pherect. *Ij dicebantur obeliaphori, qui panes ij ſot ſuper humeris, in pompis geſtare conſueuerunt.* Habes ſacros panes, & ab ipſis Sacerdotibus factos: quorum ritum amotâ impietate, ſibi etiam Deus ſanctificauit. Huc etiam facit quod Alexander Neapolit. (Alexand. Neap.) habet lib. 3. cap. 12. *Numa Pompilius Deos fruge coli, & mola ſalsâ ſupplicari inſtituit, quam molam ex farre, ſale, & aqua compoſuit: ſine qua nullum ſacrificium ratum fieri cenſuit: atque id far niſi toſtum eſſet, ad rem diuinam non eſſe purum ſtatuit: ideo fornacalia, religioſos dies, ac ferias, quibus far in fornacibus torrebant ſeruari iuſſit. Græci vero non far, ſed hordei primitias libumque & placentas ex horreo Diis offerri, oleúmque ſale inſperſum in primis ara infundi ſatius duxerunt.* Vbi plura: quæ omnia ex probatiſſimis Auctoribus, firmat ibi doctiſſimus Tiraq. Tiraq. tu vide quæ habentur in Leuitico de varia panum conſecratione, de polentis, farre, primitiis, ſimila, oleo, ſaléque, &c. & videbis id cauiſſe æternum numen, vt eiſdem ſaltem ſibi oblatis compeſcerentur Hebræi, ne viſis idololatrantium ſacris ineſcarentur.

5. Rader. Mart. Patet Raderus ad illud Mart. lib. 5. Epigr. 5.

Hic error tibi profuit Decembri
Tunc cum prandia miſit Imperator,
Cum panariolis tribus rediſti.

Vult in hoc loco paria, ſiue panariola, non tam de vaſis quibus panes portantur, quam de ipſiſmet panibus interpretanda. de Martiali adhuc hæſito. Statius. Statium in Kal. Decemb. vbi ait.

Hi panaria, candidáſque mappas
Subuectant, epulaſque lautiores,
Illi marcida vina largiuntur.

Ego olim audacter de vaſis explicabam: Martialémque eundum cum Statio epulum deſcripſiſſe à Domitiano, populis exhibitum, pluſquam, probabile eſt. Immo vtrunque viſus explicare Sueton. Suetonius in Domit. cap. 4. vbi ita. *Congiarium populo tercentorum numorum ter dedit, atque inter ſpectacula muneris largiſſimum epulum, ſeptimoniali ſacrorum quidem die, ſenatui Equitique panariis: Plebeis, ſportulis cum obſonio diſtributis.* Vbi apertè ſportulis ſeu vimineis vaſis, quæ plebi diſtribuerat, panaria, Id eſt, pretioſiora alia vaſa Senatui & Equitibus opponit diſtributa. Erant ergo panaria, non vtcunque ciſtæ reticulato opere conſtructæ panibus deferendis, (de quo Athenæi Interpres lib. 4. cap. 1.) (Athen. Interp.) ſed ciſtæ & caniſtra, & viminis & materiæ alicuius pretioſioris. Imo apud potentiores hæc panaria ſiue caniſtra è virgis pretioſioris metalli parabantur. Notauit Cerda ad illud Virgil. lib. 1. (Cerda.) vbi in epulo Regifici luxus: *Cereremque caniſtris expediunt.* Citátque Athen. lib. 6. cap. 3. (Athen.) qui dixit in re ſimili: *erant caniſtra omnia facta ex auro, & iuncis aureis compoſita.* Adde eundem lib. 4. cap. 1. (Idem.) *Ciſta præterea argentea, panibus Cappadocibus plena.* Hodie ſimilis luxus frequentiſſimus Hinc explicabam illud Geneſ. 40. verſ. 16. (Gen 40. v. 16.) vbi Princeps piſtorum ad Ioſephum. *Ego vidi ſomnium*

Pinto P. Ramirez S. Script. Selecta.

I 3 quod

quod tria canistra farina haberem super caput meum: & in vno canistro quod erat excelsius, portare me omnes cibos, qui fiunt arte pistoria. E re enim vsitata, imagines somnianti excitabantur: & qui in canistris (pretiosis & coniecto, Regio ministerio decentibus) pistorios cibos Regi apparauerat, similes inde somnio combibit figuras. Aduerte obiter, putasse aliquos, Pharaonici huius pistoris culpam, vnde in carcerem detruderetur, fuisse nescio quid incuriæ ministrorum eius, aliquid videlicet duriusculum è foliis farinæ quisquiliis in pane Regio inuentum: quod quanuis Rabbinicum, & proinde, vt solet, falsum existimem: satis tamen indicat qua cura olim delicatiorum pistores, officio suo impenderentur. Singulare est in hanc rem illud Athenæi lib. 12. cap. 25. vbi de Anaxarchi delitiis. *At panis artifex chirotecas habens, cumimque circa os, ne aut sudor decideret, aut in farinam subactam inspiraret, farinam subigebat.* Ea in pane parando munditia quærebatur. Vnde etiam non insulsi apud priscos ioci, panibus aut rusticis, aut subnigris denotandis. Do par horum, ex Athenæo, qui multa nobis in hoc capite ministrauit. lib. 6. cap. 5. ita de Cheræphonte parasito. *Cum nigros in mensa apponere esset solitus, ac nigrior etiam quidam illatus esset: non panem allatum esse dixit, sed vmbram panis.* Et iterum de Philoxeno. *Cum nigri panes essent appositi ab eo, qui illum ad cœnam conuocarat: ne multos, inquit, ne noctem inducas.* vterque festiuus satis.

Athen.

Idem.

Idem.

6. Parœmialem formam sapit illud Iosue & Caleb, animositatem & viriles spiritus exhibentium erga hostes: *Sicut panem, ita est possumus deuorare.* Num.14.v.9. vsus eadem paræmiâ priscus quidam: legitur enim oraculum Epimenidis Phestij ad Athenienses: quod ad verbum refert Ioannes Tzetzes 1.Chil.hist.18.

Iof.14.v.9.

Ioan. Tzetz.

Ἐς ἀθηναίους ἤδειεν, ὅσα ἡ μουνυχία
Εἰς βλάβην εισπλήσειε τῆς ἀθηναίων χώρας
Ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτὴν κατέφαγον ὡς ἄρτον.
Sic Athenienses scirent, quantum Munychia
In detrimentum conferat illorum regioni,
Dentibus ipsam deuorarent vt panem.

Matth.17. Illud etiam Syrophænissæ Matth.15. vers. 27. *Catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum:* non videtur fugere gustum parœmiæ ab ipso rerum vsu petitæ. Vlpianus de philosophis Cynicis locutus: apud Athen. lib. 3. cap. 10. *Satis ventri inseruiuimus, quare tempus est, vt aliquid dicamus, quod Cynicis subeo in primis, non parcè silentio iam saturatis: nisi velint maxillarum, capitumque ossa etiam comedere: quibus non erit fortassè parum conueniens tanquam canibus, illis etiam vesci, nam & sunt tales, & huiusmodi dici gloriantur. Euripides præterea, in more positum esse apud Cretenses scribit, vt reliquias canibus proiiciant.* Eodem libro cap. 16. ita de eisdem Cynicis, quidam alius. *Non permitteretis alios loqui quiescere non potestis, nisi vobis quispiam tanquam catulis, vel panis aliquid, vel ossium proiiciat.* Et fortassè pia fœmina, id etiam Christo, prudentissimè voluit inculcatum: q.d. Si ægrè fers clamores hos meos & latratus: proiice micas, catella, nisi accepto frustulo, quiescet.

Vlpian.

Athen.

Collegi hæc panum fragmenta ne perirent: studiosa ditioribus & doctioribus fateor: sed pauperibus siue tironibus fortè necessaria.

CAPVT XXVII.

Rem vestiariam euoluo.

PERIOCHA.

1. *Indumenta plumaria, quid apud Prudentium.*
2. *Natiua pluma vestibus inserta, non solum necessitatis, sed luxus ergo.*
3. *Opus plumarium in vtraque pagina, quale intelligendum.*
4. *Tunica Ioseph, polymita, talaris, manicata Gen. 37. v. 7. intextis hominum brutorúmque signis.*
5. *Similis tunica Thamar, 2. Reg. cap. 13. v. 18. quæ etiam* καρπωτὶς, *siue fructifera. vestis picta vnde.*
6. *Talaris, aut fluxior vestis, fœminis solemnior: viris quandoque data absque probro.*
7. *Comptus virilis, ad fœmineum quandoque accedens, vnde non indecorus. Apocal. 1. v. 13. & 15. v. 6.*
8. *Subtilia apud Ezechiel. 16. v. 10. Serica vestes olim quales.*
9. *Bracca, Sarabella, anaxyrides apud Daniel cap. 3. v. 21.*
10. *Vestis nuptialis. Christi vestimenta. Nudus qui dicatur. Sindones pretiosa. multa Scriptura loca elucidantur.*
11. *Psalm. 44. v. 9. Regia fœmina laborandis vestibus impensa, ex prisco more.*
12. *Vestes insertis pennis, herbis, floribus, odoris gratiâ feruntur: hic est odor agri pleni Gen. 27. v. 27.*

INTER alia quæ vulgò nota affert Turnebus lib. 11. cap. 25. de opere plumario: sic subiungit: *Aut cum acu pingendo plumæ auium referuntur: id indicat Prudentius in Hamartig.* 1.

Turneb. Prudent.

——Hunc videas lascinas prapete cursu
Venantem tunicas, auium quoque versicolorum
Indumenta nouis texentem plumea telis.

Hæc Turnebus. Ex quo postea ferè omnes sic, in verba magistri iurantes, Prudentium explicarunt. Nostri est in sacro hoc spicilegio, Poëtam nobilissimum, Christianum, de Ecclesia optimè meritum, & meritò proinde inter Patres computatum: germano, quem intendit sensu explicare. Sto enim illis, (licèt sint rari, veri tamen,) qui locum capiunt, de purâ puta plumâ vestibus intexta, imò de plumis variis in vestem consutis. pende igitur Prudentij versus; in mollissimos vestium captatores, euibratos.

Sed pudet esse viros, quærunt vanissima quæque
Queis niteant, genuina leues vt robora soluant:
Vellere

Vellere non ouium, sed Eoo ex orbe petitis
Ramorum spoliis, fluitantes sumere amictus
Gaudent: & durum scutulis perfundere corpus.
Additur ars, vt fila herbis saturata recoctis,
Illudant varias distincta stamine formas.
Vt quoque est lanugo ferè mollissima tactu
Pellitur. hunc videas lasciuas prapete cursu
Venantem tunicas, auium quoque versicolorum
Indumenta nouis texentem plumea telis.

Ex quibus versibus id denuò coniecto non vtcunque vestes plumeas significari, (quod nonnulli, quos paulo antè dixi, voluere,) sed illas delitiosas, & comptus caussa exquisitissima arte elaboratas: frustra enim inter serica, & pretiosæ alia, quæ primis versibus indicat: inter lasciuas pelliculas, quas paulo post venatu quæsitas memorat: etiam *indumenta plumea* numeraret: idque, non à quibusuis, sed ab auibus versicoloribus, nisi has plumeas vestes delicatas, & luxus ergo assumptas intelligeret. Puto igitur, eo modo, quo primi mortales, bestiarum pellibus, vtcunque tegendo corpori vtebantur: quas postea comptius exornantes, auro fucantes & gemmis, verterunt in delitias: sic nonnullos fuisse, qui vestes plumeas, olim apud aliquos necessitatis ergo quæsitas, in luxum verterent, & adhibito fuco, artisque conamine, nouis telis, ponerent in delitiis. De Pellibus pretiosis, multa Interpretes Virgil. ad lib. 2. Æn. & sæpè alibi: Lypsius ad Senecam epist. 90. & alij passim. De plumis verò ad necessitatem quæsitis, vix noua aliqua, sed dispersa apud varios Auctores, in vnum congessisse non pigebit, indéque non vanis inferam coniecturis potuisse in delitias commutari. Lypsius.

2. Seneca. Igitur Seneca vestium luxum taxans sic habet epist. 90. *Simplici curâ constant necessaria: ad delitias laboratur. non desiderabis artifices si sequaris naturam. illa noluit esse districtos; ad quacunque nos agebat, instruxit. Frigus intolerabile est corpori nudo? quid ergo: numquid non pelles ferarum, & aliorum animalium à frigore satis, abundéque defendere queunt? non corticibus arborum pleraque gentes tegunt corpora? non auium pluma, in vsum vestium conseruntur? non hodie magna Scytharum pars, tergis Vulpium induitur ac murium: qua tactu mollia, & impenetrabilia ventis sunt?* Attius apud Ciceronem, quem dat ibi Lypsius ita de Philoctete. Attius.

Configo tardas, celeres stans volatiles,
Pro veste, pennis membra textis contegens.

Scalig. Scaliger in Coniect. ad Varr. lib. 1. de ling. Lat. alium ex eodem Attio locum affert: alia item duo loca Græca, quorum tantummodo versionem Latinam mihi debeas: ergo G. Smyrnæus lib. 9. ita, de Philoctete. G. Smyrn.

——— Ἀμφὶ δ' αὐτῷ,
Οἰωνῶν πτερὰ πολλὰ περὶ λεχέεσσι τέτυκτο
Ἄλλα δ' συνέραπτο ποτὶ χροΐ, &c.
——— *Ipsi verò,*
Auium penna multa in lectore erant,
Alia verò, consuebantur corpori induendo.

Plutarch. Plutarchus de fort. Alexand. Indos describens. πτερωτοῖς ἀμπεχόνας χιτωνίσκοις, ἐπιχειροῦντες ὀρνίθων. *plumeis induuntur tunicis, ex auium aucupio.* Vide plura apud Interpretes Petronij, loco infrà citando. Quid ni ergo putem hæc necessitatis remedia, in luxum fuisse commutata? Audi Tertullianum lib. de vel. Virg. cap. 10. nescio de quibus: *Debebunt etiam & ipsi aliqua sibi insignia defendere, vt pennas Garamantum, aut crobylos barbarorum, aut cicadas Atheniensium.* Vbi Cerda existimat gestasse Garamantas varias auium pennas ad corporis ornatum, ad eum modum quo nunc cernuntur iconismi Indorum. Quod si verum est, (nec enim absonum, cum fortasse hos Garamantas intelligat Plutarchus,) nemo dubitabit has pennas non necessitatis, sed insignis ergo quæsitas, miro artificio, quale hodiem prædictis iconismis admiramur, fuisse contextas. Certè nostrates, qui apud Indos degunt, mira de plumeis his illorum ornamentis, & calamo, & penicillo nobis narrant. tritus est, sed nondum expensus locus ille Propertij, vbi de his locutus, nobis consentire videtur. Tertull. Propert.

Sed thia calamo, aut ericia terebintho,
Effultum plumâ versicolore caput.

Ineptè enim ad plumam recurritur, qua ceruical fartum, hæc enim potius blanda, mollisque, quam versicolor foret appellanda: non ergo farcientem intus plumam, sed foris picturantem seu stragulum seu ceruical intellexit: & ideò versicolorem appellauit, sicut & tunicis suis, vt potè pretiosis, versicolores aues delegit Prudentius. expendatur quæso Petron. Arbitr. in Sat. cap. 37. vbi ita. Petr. Arb.

Tuo palato clusus pauo pascitur,
Plumato amictus aureo Babylonico.

Cur enim plumatum aureum pauonis, Babylonicum appelletur, nisi quia Babylones plumandi arte nobiles, vt nosti, fortasse veras pennas pauoninæ picturæ instar, vestibus inserebant? Video aliunde posse facilè similitudinem explicari, sed certè hinc aptissimè.

Quæres an *Plumarium opus* de quo passim profani Auctores, hine veniat explicandum? Videntur id sentire Interpretes Petronij. Scaliger citatus, postquam de plumis Philoctem & Indos induentibus dixit, addit: *Inde plumarium opus.* Baptista Egnatius ad illud Vopisci in Carino, *Plumandi difficultate pernobiles.* Sic ex Nonio habet: *Opus plumatile Nonio, elauatum interpretatur, aut ex plumâ factum.* Cerda Aduers. cap. 51. n. 14. Vbi de plumariis, & textoribus, adductis nonnullis, inter quos Corippus lib. 2. 3. Scaliger. Baptista Egnat. Vopiscus. Nonius. Cerda. Coripp.

——— *Sedémque paternam*
Constructam plumis, &c.

Addit. *Sunt qui plumam, auem, (lege acum) interpretentur. non puto: imò interdum pluma auium vera erant, & natiua.* id probat ex vno tantum Seneca, quem supra dedi. At Seneca, non delicias expressit, vt vides, sed necessitatem. Sto tamen illius cogitationi, non fundamento: credóque, nonnulla ex innumeris propemodum locis, quibus Auctores, plumandi artem, Plumarios artifices, & plumarium opus celebrant, de plumis natiuis insertis posse explicari, & ad Prudentij expensi mentem componi. Alia verò, de mero phrygionico artificio sumenda, fortasse quia quandoque acu fictæ plumæ depingebantur. Sed quid, inquis, de *opere plumario* in sacro Exodi textu, nouies, si rectè computo, celebrato? D. Hieron. epist. ad Marcellam ita. *In Exodo caterisque locis. vbi describuntur vestes plumaria arte contexta: opus Cherubim; id est, varium atque depictum: factum esse describitur: ita vt Vau ו. litteram, Cherubim non habeat: quia vbicumque cum hac littera scribitur, animalia magis, quam opera significat.* Hoc, non tantum ex auctoritate summi Doctoris, sed etiam ex Hebræo fontè clarum videtur: vbi à radice ברם nihil quod pictas, ne dum natiuas plumas denotet, deducitur. Sed tantum merum D Hieron.

opus phrygionicum, & variè acu depictum. Nihilominus cortinas illas *variatas opere plumario*.
Exod.26. v.1. Vatabl. Exod.26. v.1. Vatablus sic exponit in notis: *Cherubim facies*, &c. *id est, imaginibus alatis*. Quasi saltem animalia alata; ibi picta, voluerir intelligenda.
D.Bruno. item D. Bruno ibidem apud Tilmanum, sic tem allegorizat, vt huc inclinet. *Fiunt hæ cortinæ opere plumario, quatenus & ipsæ volare valeans, & omnes inuentes volare doceant*, &c. Sed non obstat: standúmque Hieronymo, nullásque animalium imagines plumatas ibi fuisse, testatur
Iosephus. Iosephus Antiq. lib 3. cap.7. vbi de præstantiori cortina ita. *Cortina autem erat speciosa, quasi floribus vniuersis de terrâ germinantibus variata: alisque omnibus intexta, & quæcumque præter animalium formas, poterant exornare pictores*: imò & de velo,
Idem. quod optimè plumatum nosti, idem subiungit disertè testatus fuisse, *ex multis floribus & variis, exceptis animalium figuris, ornatum*. Nulla itaque ibi allata animalia. An verò alæ aliquæ, & plumæ depictæ, (in quibus nullum erat idololatriæ periculum,) ibi essent, cum ex Hebræo non constet, vt dixi: nihil nisi merè coniecturale statui posse puto. Vocauit ergo Interpres noster opera ista sacra, *plumaria* suo iure, quia vulgò quidquid phrygionicum acu laboratur, quamuis nihil intersit plumarum, plumarium dicitur: volunt enim nonnulli *plumam* pro acu vsurpari, indèque *plumare* esse acu pingere. Sed iam ad alia. Vide interim Vlyssem Aldrou. lib. 11. cap. 1. Ornithol.

4. In Genesi cap.37. v. 3. sic scribitur, de Iacob,
Gen.37. v.3. Vatabl. Iosephum suum vnicè diligente. *Fecitque ei tunicam polymitam*, id est, versicolorem, & variis filis intextam: id Græcis sonat πολύμιτος. Vatablus tamen in notis, explicat, *tunicam pictam, & figuratam*. Nec abs re, nam & figuratæ tunicæ, ad Polymitas & floridas pertinebant. Ecquæ figuræ inquis, in his tunicis? humanæ quandoque, Maiorum scilicet suorum, aut aliquorum virorum illustrium, quas in gentilitium stemma, aut in honoris insigne portabant veteres. Fortè ergo in tunica Ioseph, Abraham, aut Isaac depictus gestabatur, indéque sæuior fratres inuidia mor-
Virgil. debat. Hinc explicandus Virgil.lib.5.Æn.de chlamyde in præmium proposita.

Intextusque puer frondosa regius Ida,
Veloces iaculo ceruos, cursúque fatigat
Acer, anhelanti similis.

Puer enim & Regius & Troianus tanquã stemma
Athenæus. Troianorum vestem insignibat. Athen. dipnos. lib.5. cap.5. de pompa Ptolomæi: *Exposita verò pictura eximia, variáque saga auro intexta, & vestes pulcherrima: quarum alia regum imagines habebant intextas, alia fabulosas habebant dispositiones.* Et ibidem cap. 3. affert illud Homeri, vbi de Helena.

Hæc inuenta est domi percurrens pectine telam
Splendidam, Lucidam, huic inspersit prælia multa,
Quæ Troes gesserunt, quæ Achiui,
Quæque sui caussa fuerunt Marte vindice perpessi.

Treb.Pol. Trebellius Pol.de Triginta Tyran. in Guieto. *Videtur non mihi prætereundum de Marianorum familia, quæ hodie floret, id dicere, quod speciale semper habuerunt: Alexandrum Magnum Macedonem, viri in auro & argento, mulieres in reticulis, dextrocheriis, & in anulis, & in omni ornamentorum genere, exculptum semper habuerunt. eo vsque, vt tunicæ, & limbi & penulæ matronales in familia eius, hodiéque sunt, quæ Alexandri effigiem deliciis variantibus monstrent.* Catullus in Nupt Pel. Catull.

Hæc vestis priscis hominum variata figuris,
Heroum mirâ virtutes indicat arte.

Claudianus lib.2.de rap.sic de Proserpina. Claudian.

Collecta tereti nodantur iaspide vestes,
Pectinis ingenio nunquam fælicior arti
Contigit euentus, nulli sic consona tela
Fila, nec in tantum veri duxere figuram.
Hic Hyperionio solem de semine nasci
Fecerat, & pariter Lunam, sed dispare formâ,
Auroræ noctisque Duces, cunabula Thethys
Præbet, & infantes gremio solatur anhelos.

Quasi cognata sibi numina in veste intexta exhibens, superbiret. Alexander Neapolit. lib. 1. Alex.Neap.
cap.21. hæc ferè ex Plutarcho in vita Demetrij, Plutarch.
transcripsit. *Fuisse autem peplum, in quo, qui facinora gesserant, fortia singula egregiè gesta, atque acerrima prælia, & maxima effingere, illúdque pro immortali memoria exponere palam, & templis dicare assueuerant, scriptores produnt: in quo Diuorum imagines, sæpè clarissimorum virorum gesta effingebant. Quare Athenienses Antigoni & Demetrij imagines cum Ioue & Pallade effinxere in Peplo.* Est insignis in hanc rem locus ille Ausonij in grat. act. Auson.
ad Gratianum. *Nec satis habes vt largitionum ministri ex more fungantur, eligis ipse de multis, & cum elegeris munera tua, verborum honore prosequeris. palmatam inquis tibi misi in qua D.Constantius Pater noster intextus est. Me beatum! cuius insignibus talis cura præstetur. hæc planè, hæc est picta vt dicitur vestis, non magis auro suo, quam tuis verbis.* Et ite- Idem.
rum ibidem, de eadem veste consulari. *Sed multa plura sunt in eius ornatu, quæ per te instructus intelligo, geminum quippè in vno habitu radiat nomen Augusti: Constantius in argumento vestis intexitur, Gratianus in muneris honore sentitur.* Discutit diligenter hunc locum Iacobus Reb. lib. 2. coniect.
& plura congerit: quæ mutuatus Velazquez not. 1. Velazq.
mor. ad vers. 5. cap. 2. epist ad Philip. vult inde explicandum Paulum 1. Cor. 15. v. 49. de abolita Adami imagine, & alia illa Christi denuò portanda: quod quidem ad tropologiam non inelegans, ad litteram solidum, non probabo.

Possunt etiam polymitæ, huius vestis figuræ explicari, non tam de imaginibus humanis, quam de aliis formis animalium, quæ, vestibus his floridis, intexi consueuerant: quod quia obuium & tritum, tantum fontes, vnde pluscula
haurias indicabo. Legendus Dempsterus in suis Dempster.
Paral. ad lib. 10. Rosini cap.29. Cerda ad illud Cerda.
lib.5. citati supra ex Virgil. Interpretes Apul. ad Apulæius.
illud lib. 11. *Ex humero dependebat pone tergum, talorumtenus pretiosa chlamyda, quaqua tamen viseres, colore vario, circumnotatis insignita animalibus, hinc Dracones Indici, inde Gryphes hyperborei.* Vbi illud pende polymitam hanc vestem, *talorum tenus* fusam describi, quia vt plurimum talares
tunicæ, etiam pictæ & figuratæ. Ideò Aquila, Aquila.
polymitam hanc Iosephi ἀστραγάλειον vocauit, id est, *talarem*. Addò ex nostro penu pauca de his
intextis Animalibus. Athen.lib.5.cap.5. *Post hos,* Athenæus.
victoria aureas alas habentes collocabantur, ferebántque sex cubitorum thuribula aurea hederaciis columellis ornata: quæ vestibus, variis animalibus intextis, induta erant. Et lib. 12. cap. 16. de Philadelpho. Idem.
Chlamydas illius nigram coloris splendorem habebant, ac cœlum ibi, aureas habens stellas, duodecimque animalia, intexebatur, id est, duodecim Zodiaci

figuræ

figuræ idem ferè in Demetrio Polio certè taxat
Plutarch. Plutarchus, quem legeris.
D.Hieron. Symmachus tandem, (vt testatur D. Hieron. & habetur in scholiis Sixtianis,) hanc Iosephi polymitam, vertit *manicatam tunicam*. Aptè, paterna enim & tenera indulgentia Iacob, his delitiis paruulum suum confoueret: erat enim delicatorum nimium, hoc vestis genus, apud priscos.
Curtius. Q. Curtius lib.3. vbi de Persis. *Illi aureos torques, illi vestem auro distinctam habebant, manicatásque tunicas, gemmis etiam adornatas.* Vide quos ad
Virgil. rem suam afferunt Interpretes Virgil. ad illud lib.9.

Et tunica manicas, & habent redimicula mitra.

Itaque *talaris* tunica Aquilæ, & *manicata* Symmachi, & *polymita* vulgati, vnum idémque sonat in Iosepho, qui & versicolore, & ad talos demissa, & manicas habente tunica indutus ab indulgente
Tull. Patre. Sic Tullius orat.2. in Catil. molliores taxans adulescentes, eos describit, *pexo capillo nitidos, manicatis & talaribus, ac tritis tunicis, velis amictos, non togis.* Hæc de Iosephi tunica.

5. Non dissimilis prædictæ, tunica illa Thamaris,
2. Reg. 13. v. 18 de qua ita lib.2.Reg. cap.13.v.18. *Induta erat talari tunica: huiuscemodi enim filiæ Regis virgines vestibus vtebantur.* Erat *talaris* ista & nobilis, & delitiosa, vt paulo antè vidisti: ideò Veneri apud
Virgil. Virgil. lib.1. iam se Deam exhibenti, *vestis pedes defluxit ad imos.* in Sixtianis, scholium quoddam legit: *tunica manicata* de qua paulo etiam antè
Ioann. Tzetzes. dixi, addo pulchrum locum Ioannis Tzetzes chil.t. hist.29.

Τοιοῦτον τὸ ἱμάτιον ὑπῆρχεν Ἀντισθένους,
Ἦν Σούσιον, ἁλουργές, πεντεκαιδεκαπηχυαῖον,
Ἔχον μὲν ζῶα καὶ Περσικὰ καὶ Σοῦσα
Μαργάροις ἐγκειμένα τε, καὶ λίθοις τιμαλφέσι
Χειρίδι δὲ θατέρᾳ μὲν εἶχε τὸν Ἀντισθένην,
Ἐν δὲ θατέρᾳ Σύβαριν τὴν πολιτεύουσαν.
Tale vestimentum fuit Antisthenis.
Erat Susium, purpureum, quindecim cubitorum.
Habens animalia Persica & Susia,
In manicâ verò vnâ intextus erat ipse Antisthenes,
In alterâ, Sybaris vrbs illius.

Quod etiam ad plumarium opus pertinet, de
Theodor. quo initio fusè dicebam: ideò Theodoretus in schol. Sixt. ait hanc Thamaris tunicam, vocari πλουμαρικόν: *plumariam*, in idem recidit quod legit Aquila, καρπωτόν: id est, *tunicam fructiferam*, quam vulgò vocamus herbidam seu floridam: quia in illâ non solum flores, sed etiam varij fructus texebantur: vt ex Iosepho supra citato colli-
Claudian. gitur. Videndus Claud. de Consulatu Olybrij &
Martian. Capel. Prob. & Martian. Capel. lib.1. de Nupt. Philol. vbi floridam vestem, & herbidam pallam amœnè describit, parum hoc est; arbores, imò siluas & in his affabre interiectas venationes, in vestibus aut pingebant acu, aut pectine texebant. pulchrè id describit Virgil. lib.5. loco iam suprà citato. *Intentúsque puer*, &c. quem fusè leges. addo bina
D.Greg. Nyss. loca ex sanctis Doctoribus, primum Nysseni orat. de mortuis, quem sic verto. *Quorsum vestes aureis purpureisque filis intexta, & variâ elaborata picturâ? quorsum prælia & venationes in eiusmodi vestibus ar-*
D.Aster. *tifices depingunt?* Secundum D. Asterij homil. de diuite & Lazaro: cui ne quid addidisse videar, subdo Græca, vbi reprehendit nimiam artificij & inutilem industriam: Ἥτις τῇ πλοκῇ τοῦ στήμονος πρὸς τὴν κρόκην, τὴν γραφικὴν μιμεῖται δύναμιν, καὶ πάντων ζώων τοῖς πέπλοις τὰς μορφὰς ἐναπομάττεται, τὴν αἰθικὴν καὶ μυρίοις, εἰδώλοις πεποικιλμένην φιλοτεχνοῦντες ἐσθῆτα, ἑαυτοῖς τε, καὶ γυναιξὶ, καὶ παισίν. &c. ἐκεῖ λέοντες καὶ παρδάλεις, ἄρκτοι, καὶ ταῦροι, καὶ κύνες, ὗλαι, καὶ πέτραι, καὶ ἄνδρες θηρευταί, καὶ πᾶσα ἡ τῆς γραφικῆς ἐπιτήδευσις μιμουμένη τὴν φύσιν. *Quæ tegminis, & subtegminis recursu, picturæ industriam imitatur, & animalium omnium vestibus suis species repræsentat: floridam enim vestem mille variegatam figuris, sibi, vxoribus, & liberis affectant, &c. ibi Leones, Panthera, Vrsi, Tauri, Canes imò & Siluæ, rupes, virique venatores: denique, quidquid pictura naturæ mima exprimit, ibi subtexitur.* Ex quo loco, & illo alio Iosephi supra adducto colligis, ni fallor, cur passim apud Latinos hæc vestis *picta* dicatur: ab admiratione enim visum oriri vocabulum, quod pecten, & acus, eo veniret artis, vt penicillum æquare videatur: vnde non tam floridè texta, & variegata, quam *picta* vestis ista appellabatur: indéque *acu pingere* dicimus & in telis picturas celebrant auctores.

Quod dixi de veste *talari*, id est, ad talos vsque demissa, quæ Iosephum, & Thamarem decorabat, non eodem est modo accipiendum: licèt enim vtrobique deliciæ exprimantur: tamen hæ Virgini, solennes; puero autem magis insolentes. 6.
De tunicis virilibus Tertull. lib. de Pal. cap. t. Tertull.
Quod neque trans crura prodiga, nec intra genua inuerecunda. In illo itaque mensuræ temperamento, viriliis habitus decorè consistebat: ideò Clemens Clemens
Alexand. lib.2. Pædag. cap.10. τὸ δὲ σύρειν τὰς ἐσθῆτας ἐπ' ἄκρους καθιεὶς τοὺς πόδας, κομιδῇ ἀλαζονικόν *producere autem vestes ad summos vsque pedes, nimis superbum est.* Hinc Horat. in Epod. reprehendit Alex. Horat.
illum, *cum bis ter vlnarum toga.* & Tzetzes paulo Tzetzes.
antè citatus indumentum Antbistenis πεντεκαιδεκαπηχυαῖον *quindecim cubitorum*, has reprehendit
Amian. Marcel. lib.14. *Vt longioris fimbria tunica, perspicuè luceant varietate liciorum, effigiata in species animalium multiformes.* Vbi expressè scribit Amianus Marcel.
quæ sint polymitæ, id est, multorum liciorum tunicæ, & intextis animalibus pictæ, & fimbriæ longioris, id est, talares. Econtra fœmineæ vestes, saltem in nobilioribus, vbi hoc fimbriarum & fluitantis sinus deliciæ, vsitatæ; ideò passim Homerus vocat fœminas βαθυκόλπους, id est, *sinuosa* Homer.
vestimenta gerentes, & ἑλκεσιπέπλους, *longam vestem trahentes*, & τανυπέπλους quod perinde est. Has alicubi vocauit D. Ambros. *remissas & fluentes* vestes: D.Amb.
& sic passim alij, & Prudent. supra. *fluitantes fu-* Prudent.
mere amictus. Huc veniunt etiam candatæ, quas vocamus, vestes, de quibus Esther cap.15. v.7. Esther 15.
Altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans. Vide Tert. de v.7.
Pal cap.6. de veste humo protractâ. Tertull.

Sed cur, inquis, non datur vitio Iacobo, quod puerum, instar Virginis, talari veste cometet, & ornaret? Certè quia pater erat amans, tenerrimè, Ioseph autem puer imberbis adhuc, apud illas maximè regiones, vbi etiam viri delicariores, comptus ergo, aliquid videbantur fœmineum imitari, indicato potius luxu, quàm infamia inde comparatâ. mordebant Latini apud Virgil. manicas & mitras Troianorum, quas ra- 7.
men isti, etiam belli tempore, de more Asiæ suæ Virg.
mollissimo, gestare indecorum & meritò, non putabant, licèt ornatus iste penè fœmineus. Licèt reprehendatur, quia Macedo, non tamen indecorum putauit Alexander Asiâ superatâ, fœmineas fermè Asiaticæ vestis delitias vsurpare, hinc fortè excusandus, quod & vestis imitatione,
gentis

gentis illius amores sibi putabat conciliandos. Tertull. Acute Tertull.lib.de Pal.cap.4. post alia de libidinis incendio, sic deinde ad rem nostram, de vanæ gloriæ æstu. *Nec tepidior vis, vanæ quoque gloriæ vmtandæ indumiis, etiam viro saluo: calor est omnis affectus, verum cum in affectationem flabellatur, iam de incendio gloriæ ardor est. habes igitur ex isto fomite æstuantem magnum regem, sola gloria minorem: vicerat Medicam gentem, & victus est medica veste. triumphalem cataphractem amolitus, in captiua Sarabara decessit: pectus squamarum signaculis disculptum, textu pellucido tegendo nudauit; anhelum adhuc ab opere belli, & vt mollius ventilante serico extinxit. non erat satis animi tumens Macedo, nisi illum etiam vestis inflatior delectasset.* Si ergo id Alexander, & alienus, sibi indecorum non putauit: quid Iacob puero suo, patrio mori, paterno amori indulgens, adblandiri putaret inhonestum? Athen. Athen. lib.12.cap.12. de Phrygio quodam dynasta. *Vestem gerebat floridam, mulieréque elegantius ornabatur.* Idem. & cap.13. ferè idem de Annaro Babylonis præside scribit. Sed quid hos Asiaticos memoro Phrygios, Babylonios, & Assyrios, Palæstinos, quibus hæ deliciæ, natiuæ nec indecoræ? audi quid de Ephe- Vet Poët. siis, Verus Poëta ibidem cap.9.

Sic illi pexo Iunonis templa petebant,
In lucum, ornati perpulchris vestibus, atque
Tellurem niueis texerunt vestibus omnes
Aurea Cæsariem contorta vincula nectunt,
Ornatus muliebris adest his brachia circum,
Circundans femum bellicosum.

Sed parum ista. Nihil indecorum existimauit Apocal.15. v.6. Ioannes Apoc.15. v.6. cœlestes ciues sub phantastico corpore exhibitos, eo habitu exornare, qui penè in fœmineum cultum declinaret: *Vestiti linea munda & candida, & præcincti circa pectora zonis aureis.* Nullus enim nisi hebes, aut peruicaciter mordax reprehendat aulicos si nuptiarum, aut publicæ lætitiæ tempore, solito comptiores prodeant: vestium enim mollitudo, quæ alibi solas fœminas deceret, tunc etiam viros non infamat. Certè Zonæ ad pectus, fœmineæ sunt, viri ad medium corpus & renes præcingebantur: vnde sæpè de fascia pectorali fœminarum Prophetæ & Mart. Mart.lib.14. epigr.184.

Fascia crescentes dominæ compesce papillas,

Apulæius. Apul lib.2. Miles. de puella. *Ipsa linea tunicâ mundule amicta, & russea fasciola prænitente, altiuscule sub ipsas papillas succinctula.* Audis lineam tunicam & mundulam, & ad papillas fascia russea succinctam, in puellæ comptum? hoc modo festiuos describit Angelos Ioannes, quibus in Græco datur λίνον λαμπρόν. *linum candidum*: nisi quod fascia russea in auream zonam adhuc delitiosius commutatur. Maius est quod ibidem cap.1. v.13. Apocal. 1. v.13. legis Christum iam triumphantem: *Vestitum podere, & præcinctum ad mammillas zona aurea.* Nimirum nullus virorum fortium Triumphi & festi tempore inhonestum habuit aliquid muliebris ornatus imitari; vnde & Ioannes Triumphatorem & sponsum cœlestem eo habitu induit, quo viri Principes eius æui ad lætitiam quandoque vtebantur, maximè apud Græcos molliores, quibus scribebat. Equidem apud Romanos, vestis picta & florida fœminarum fuit vbique, quam tamen triumphatores & Magistratus vsurpabant. Occasione talaris tunicæ Ioseph, latius excurri, quam putaram. pergo ad alia.

8. Ezech.16. v.10. Claret ex dictis Ezechiel cap.16. v.10. vbi ita. *Vestiui te discoloribus, & calceaui te ianthino, & cinxi te bysso, & indui te subtilibus*, discolotia enim ista, sunt polymita illa, de quibus hucusque. De *subtilibus* verò, iam alij pauca, erant enim subtilissimæ quædam telæ, è quibus denudantes quædam vestes, aut vestitæ nudationes conficiebantur. notum illud Petron Arbit. in Satyr. Petr. Arb.

Æquum est induere nuptam, ventum textilem,
Palam prostare nudam in nebulâ lineâ.

Sic Ouidius. Ouid.

Vellera mollibant nebulas æquantia.

Vide vtriusque Interpretes. plura Faber Semest.1. Petr. Fab. cap.16. & innumera alij, inter quos Cerda ad illud Cerda. Tertulliani supra citati, *textu pellucido, tegendo nudauit.* Tertull. his addo ex sanctis Patribus nonnulla, & si minus nota, æquè elegantia. D.Gregor Naz. D.Greg. Nazianz. orat.16. Diuites induit, σηρῶν ἀερίοις ὑφάσμασι, *Serum aëriis telis.* quibus penè *ventum textilem* Petronij explicauit. D. Orientius Episcopus Illiberitanus in Poëmatio monitorio. D.Orient.

An non pellendo glacialis frigora brumæ,
Hirta tibi melius pallia præbet ouis,
Quàm qui lentate per lubrica fila metalla,
Alternos frangit vestis onusta gradus?
Quo tibi pellucens habitus, qui tegmine raro
Offerat ignotis, membra tegenda, oculis.

D Petr. Chrysolog. serm.122. de Diuite epulone. D.P.Chrys. *Quid est diues? ab æstu byssus non defendit? purpura non resistit inferno? remanserunt ista, deseruerunt ista: & ipse nunc sudas, æstuas, qui aliquando insultabas æstibus, artificiosa nuditate vestitus.* Hæc sunt Ezechielis *subtilia.* nos hodie similes telas vocamus: *soplillo, humo, telilla de çebolla*, id est, flatulum, fumum, telulam cepæ: & tandem *mantos de gloria* pallia gloriæ, quia transparentia & pellucida.

Quid autem sibi velint LXX. Interpretes qui LXX. Interpr. legunt τριχάπτῳ, inquiro adhuc, nec certum aliquid potui inuenire: capitur enim quandoque pro velo, è crinibus contexto, aut pro bombycino, aut pro serico: sed hoc apud recentiores Græcos, qui illud à LXX. verbum mutuantur. Varabl. Vatabl. vertit ex Hebræo: *Obtexi te serico subtilissimo.* Nec immerito, nulla enim tenuior aut subtilior tela, quam illa Serum: quam proinde aëriam, vocauit Gregorius. ideò Seneca lib.7. de benef. *Video se-* Senec. *ricas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi corpus, aut denique pudor possit, quibus sumptis mulier, parum liquido, nudam se non esse, iurabit.* Sed lubet paululum in his sericis immorari. Quæstio apud erudiriores grauissima ventilatur, vtrum ne Seres à lanugine arborum depexâ, an à vermibus, sericum istud pretiosum, (quod bombycino nostro euenit,) haberent. Quæstionem pro vtraque parte tractat eruditè Lypsius ad Lypsius. Tacit. lib. 2. Annota 66. & prioribus inclinat, de lanugine scilicet arborum: cui adde innumeros Poëtas qui nemus hoc Serum celebrarunt: adde etiam quæ Delrius in Hypol. car.386. vbi multis, Delr. prædicta ex Arboribus serica commendat. His tamen, alij non ignobilioris notæ Auctores opponuntur, (quibus varia eruditione congestâ stat Cerda ad illud Virgil.2. Georg. *Velleráque vt foliis* Cerda. Virgil. *depectant tenuia Seres:*) pretiosas has telas vermibus tribuentes. Non nostri est, tantas posse componere lites, dicam tamen, quid in his intelligendo Prophetæ, iudicem non improbabile.

Illis, qui pexam arborum lanuginem contendunt, in serica conformari, non parum fauere videntur, quæ de Gossypio legimus apud Indos, (imò & videmus etiam in Europa,) depectitur enim ex fruticibus, & telas tenuissimas parat

quæ

quæ ferè per totum orbem hodie circumuolitanti, cur ergo idem de sericis ab India olim deductis, non credamus? imò cur hæc, non esse ex Gossypij pretiosiori aliquo genere, & impensiori curâ elaborato? Nec obstat quod Plinius de Gossypio
Plin. tradit lib. 19. cap. 1. vbi illud inter genera lini affert, & superiori Ægypti parti tribuit, nec tantum isti arrogans, quantum serico, de quo alibi disputat latissimè. nam hodie multa ex Gossypio, tenuissima & præstantissima ab Indis Orientalibus videmus, quæ licèt sericis conferri non possint, satis tamen indicant, potuisse olim impensius laborata, haberi pro sericis. Certè hodierna bombycina nostra mirè inter se variant, & pro Regionum varietate, sic læuore & mollitie, fulgoréque aut crescunt aut decrescunt, vt non eiusdem generis videantur: potuerunt igitur inter Gossypina reliqua Ægyptia, & Indica, Gossypinum suum Seres sic natiuè generosius habere, sic deinde adhibitâ industria tenuius fabricare, vt iam diuersi & pretiosissimi generis tela putaretur. nonne à lino hodie Cambray illas neuit telas, quibus Europeæ cæteræ comparatæ, in tomenta crassescere videantur? Adde non ineptam aliam coniecturam, de Gossypio, loco citato post
Idem. multa, ita Plinius: *Lanugo netur, nec vlla sunt eis candore, mollitieve præferenda. Vestes inde Sacerdotibus Ægyptiis gratissimæ.* Et meritò, præstant enim cæteris ferè Gossypina candore. at vide quid ipse Plinius habeat lib. 6. cap. 17. *Seres lanificio Syluarum nobiles, perfusam aquâ depectentes frondium canitiem.* Quasi Serum telæ canitie, seu albedine maximè commendarentur: fortassè igitur Gossypinæ, sed subtiliores, sed splendidiores, sed candidiores. Esto tamen, nihil Seribus, (quod ad has priuatas & cognomines sibi telas,) commune, cum Gossypio: cur tamen aliam Syluarum, arbuscularúmque lanuginem, illis non tribuamus? in Mauritania arbores nasci ferunt tenuissima lanugine obductas, cui si ars adderetur, ferè bombycina no-
Idem. stra adæquaret: de quo Plinius lib. 5. cap. 1. an non potuit alia huic similis, sed longè pretiosior Seribus adnasci? certè nihil video, vnde prædictorum probabilitas conuellatur.

At, inquis stat contra experientia: hodie enim Indi, Sinæ, Iapones, cæterique omnes Orientis incolæ, pretiosissimis telis orbem replent, non ex arbusculis, sed ex vermibus: cur ergo non ita olim factum credamus? deinde si quæ lanugo olim Indos Seres nobilitabat. cur huius hodie nec leuissimum cernitur vestigium? imò nec etiam memoria apud eosdem? imbelle telum. habuere olim pretiosos hos vermiculos Indi, sicut & hodie: habebant tamen præterea pretiosiorem illam lanuginem, vnde augustiores telas sericas pectebant. quid autem mirum, si huius nullum hodie extet vestigium, cum fuerint olim pretiosa, quorum hodie vix nomina retinemus: defatigata natura post plures partus, hæsit infœcunda. aurichalcum pretiosissimum, quid tandem olim esset, vix agnoscimus, & omnino aliquibus existimatur periisse. Eadem sorte electrum illud tot laudibus olim cumulatum, euanuit. E marino quodam musco, & sub fluctibus demersâ lanugine, vestes olim non ignobiles, netas legimus: quibus etiam
Idem. volunt allusisse Plinium lib. 9. cap. 35. *Quid mari cum vestibus? quid vndis fluctibusque cum vellere? non rectè recipit hæc nos rerum natura, nisi nudos. esto sit tanta ventri cum eo societas, quid tergori? parum est, nisi qui vescimur periculis etiam vestiamur.* Ecquod hodie cernis vestigium, quam huius marini & vestiari; musci memoriam retines? idem de sericis possumus augurari

Tandem vide quæso an prisci auctores quorum alij siluarum & arbuscularum lanugini, alij vermiculis ibi nascentibus serica attribuunt, facile (ne mireris,) concilientur, ex eo: quod vermiculi in arbusculis fila ducant: vnde & meritò, tam opus vermium ab illis, quam ab his arbuscularum lanugo appelletur? Fauet huic cogitationi D. Isidorus lib. 19. cap 28. *Sericum dictum, quia id* D. Isidor.
primi Seres miserunt, vermiculi enim ibi nasci perhibentur, à quibus hæc circum arbores fila ducuntur. vermes autem ipsi Græcè bombyces nominantur. Nec opponitur Pausanias lib. 2 Eleicor. vbi ita fidelis- Pausan.
simè è Græco expressus, de Seribus. *Habent autem ipsi in terrâ illâ animalculum, quod Græci vocant Ser, ab ipsis verò alio quodam nomine appellatur: illius magnitudo, scarabæorum maximum, excedit duplo. de cætero, araneis omnino assimilatur, quæ arboribus fila sua intexere consueuerunt: neque ab eisdem, pedum numero, sunt quippè octo; discriminatur. Hæc verò animalia Seres enutriunt, ædiculas præparantes, tam hyemi, quam æstati accommodatas. Animalium labor, in filo tenuissimo, pedibus suis circumuoluto ducendo, occupatur. nutriunt autem illa, annos quatuor, panicum illis pro escâ, porrigentes: quarto autem anno, (neque vlterius duratura, experti norunt.) viridem calamum præbent degustandum: & hoc, animali, gratissimum est præ omnibus alimentum, vnde eodem se nimium ingurgitans, præ satietate rumpitur, & in mortui visceribus, multos veluti filorum laqueos, Seres inueniunt.* Quasi verò non solum mortui vterus fila præstet, sed etiam viuentis labor, illa circumuoluta pedibus deducat: idque domi adhibitis ramusculis fortassè, credo, quia foris in natiuis arboribus, aranearum instar eadem contexebant. De Serum gente; déque regionis situ: etiam æquè turbata omnia, vt de illorum tela: lege citatos Auctores & Cœl. Rhod. lib. 9. cap. 11. Cœlius
mihi de Seribus & sericis, non vacat magis serò Rhod.
laborare.

De adolescentulis illis strenuissimis, quos im- 9.
piè Nabuchodonosor iniecit in fornacem: ita habet Daniel cap. 3. v. 21. *Et confestim viri illi cum* Daniel 3.
Braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus, v. 21.
missi sunt in medium fornacis ignis ardentis, τὸ *cum braccis* in originali Chaldaico habetur בְּסַרְבָּלֵיהוֹן, Chald
id est: *cum saraballis suis.* Vnde L X X. sub parua L X X. In-
mutatione vertunt: σὺν τοῖς σαραβάροις αὐτῶν. terpr.
cum sarabaris suis. De qua re est optimum scholium in Sixtianis, hoc modo. τινὲς σαράβαρα εἰρή- Sixt.
κασι τὰ μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενα, μόκια· ὑπὸ δὲ τῶν ἄλλων, ἀναξυρίδες προσαγορευόμενα. *nonnulli sarabara dicunt illa, quæ apud multos appellantur Mokia: Græcis verò anaxyrides dicuntur.* De his verò anaxyridibus Græcis ita Suidas. Ἀναξυρί- Suidas.
δες, περισκελῆ, βρακία, ἢ τὰ βάθεα καὶ ἄβαλτα ὑποδήματα. καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοδοσίου, χαλαρωθέντα τὸν ἱμάντα, τὸν ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα, τὰς ἀναξυρίδας δεσμοῦντα. *Anaxyrides, fœminalia, braccæ, siue longa & demissa vestimenta: vnde, Theodosio dissolutam corrigiam, quæ circa pudenda anaxyridas ligantem, &c.* & alibi. Σαράβαρα ἐσθὴς περσική, ἔνιοι δὲ λέγουσι βρακία. *Sarabara vestis Persica, quidam braccas vocant.* Ex quibus omnibus illud apertè constat, anaxyrides Græcas, cum Latinis braccis conuenire: vnde cum citra dubium, anaxyrides sint fœminalia seu subligacula, quæ ad pudenda lorulo seu corrigiâ constringuntur: fit vt braccæ, de eisdem fœminalibus,

nalibus, veniant explicandæ, cum igitur saraballa Chaldaica, sint Græcà sarabara, hæc autem ab scholio Sixtiano & Suida, de anaxyridibus, & braccis explicentur: singulas & omnes versiones, in vnum idemque recidere fateamur necesse est. quid enim aliud per *βρακία*, nisi Latinas braccas, velit Suidas ego non video, cum è Latino penu vocem mutuetur.

Res tota cuiuis plana videretur, nisi grauissimi iudicij, & non vulgaris eruditionis Auctores contrastarent. Tiraq. Tiraquellus ad lib. 5. cap. 18. Alexand. Neap Latinas braccas, cum tunica vult confundendas: aduocat Diodorum Siculum lib. 5. cap. 9. de Gallis locutus, (quos passim Romani ad irrisionem, braccatos appellabant, (vbi ita. *Ἐσθῆσι δὲ χρῶνται καταπληκτικαῖς. χιτῶσι μὲν βαπτοῖς χρώμασι παντοδαποῖς διηνθισμένοις: καὶ ἀναξυρίσιν ἃς ἐκεῖνοι βράκας προσαγορεύουσιν.* Aut cæcutio, aut nihil perspicio in hoc loco, vnde braccæ cum tunicis coniungantur: obtestor musas, an fideliter vertam. *Vestibus vtuntur stupendis. tunicas quidem intingunt variis coloribus floridas: anaxyrides, ipsi braccas vocant.* Quid hic braccis, & tunicis commune? imò nihil magis pro me; descriptis enim variegatis tunicis, id tantum addit, anaxyrides Græcas, proprio idiomate Gallico braccas appellari: at anaxyrides Græcas, femoralia esse, ferè Passerat. fatentur omnes. At Passeratius, qui alicubi mordicus contendit, braccas non posse de fœmoralibus Pom Mel. explicari, adducit pro se Pomponium Melam lib. 2. cap. 1. *Sarmatæ totum braccati corpus, & nisi qua vident, etiam ora vestiti.* Difficilior hic locus, non tamen impenetrabilis. Scimus hodie & videmus quandoque apud aliquos intimius Septentrionales populos, braccas & fœmoralia altius procedere, & eâdem telâ, pectus, terga, & brachia vestire, qua fœmora & tibias contegunt. imò meminere similis vestis prisci Auctores, quam sic constrictam corpori describunt, vt omnia penè membra exprimerentur. Vocat hanc Hispania nostra *Botarga carbiaiablo*, & similibus ridiculis vocabulis. De his ni fallor Pomponius explicandus est braccis, licèt apud Sarmatas ab inferiori parte, non constrictas sed laxas sciam, de quo infrà. Adhuc tamen ex verbis Suetonij in Iulio, cap. 80. videtur coniectari, Braccas esse de tunicis explicandas: sic enim ibi de Gallis, quos Imperator constituerat Senato-Sueton. res. *Peregrinis in Senatum allectis, libellus propositus est: bonum factum, ne quis Senatori nouo curiam monstrari velit, & illa vulgò canebantur: Gallos Cæsar in triumphum ducit: iidem in curia Galli braccas deposuerunt, latum clauum sumpserunt.* Vnde sic aliquis posset arguere. Latus clauus, quod nemo nescit, tunica erat Romanorum Senatorum propria: ergo braccæ, Gallorum tunicæ erant; hinc enim visum pungere scomma, quod Cæsar tunicas barbaras, cum Romanis tunicis permutaret. Sed adhuc non moueor, satis enim iocoso scommati, si vestis vesti, licet diuersi generis opponatur: eo vel maximè, quod æquè noti essent Orbi Romani de lato clauo, quam de braccis suis Galli: vnde à celebriori vtriusque gentis insigni sumitur proportio, quemadmodum, exempli gratia, si quis renuntiato clero, militiæ addiceretur, non ineptè de illo diceremus, pileum gladio commutauit: quia hæc vtriusque familiæ notiora insignia, licèt ille caput, hic latus ornet. maneat ergo braccas fœmoralia esse, quæ proinde prisca Hispania *bragas* vocat, leuissimè mutata voce.

Sanch. Sanchez tamen Interpretum cultissimus in hoc loco, (postquam ex aliorum sententia de braccis & fœmoralibus nonnulla scripsit,) putat Saraballa hîc siue braccas, non tam pro fœmoralibus, quam pro extima veste, accipiendas, tenacius credo huic menti adhæsurus, si illa quæ paulo ante dedi, præuideret. nititur tamen solis coniecturis, sed haud futilibus: quas quidem vt potuero eneruabo. Prima, quia credit verius, pueros Hebræos celerrimè, & vrgente Tyranni imperio in ignem detrusos, non aptè significari, si dicerentur intimis fœmoralibus non fuisse spoliati, optimè verò si cum extimis etiam vestibus, dicantur coniecti. respondeo, (quod infrà ostendo,) braccas istas Chaldaicas diuersæ formæ esse, ab his quas nouimus, & magna ex parte extimas: vnde quidquid habet hoc argumentum ponderis, pro me facit. Secunda: quia nisi Saraballa, essent extimæ vestes & insignia nobilitatis, sed velamenta fœmorum, ineptè cum tiaris, dignitatis scilicet ornatu, iungerentur. neque hoc vrget, quoniam si tiaræ, vt vult Hieronymus & ipse fatetur Sanchez de pileis explicentur, nihil in illis agnoscam in hoc loco dignitatis: gens enim vicina Persis, eodem ferè habitu vtebatur, Parthos autem siue Persas, vulgò legimus pileatos: Pueri autem licèt Hebræi, barbaro tunc habitu in Nabuchodonosoris regia vtebantur, sed eo splendido, neque vulgaris turbæ. tertia, penè coincidit cum primâ, de fœmoralibus occultis non extimis, quod aliter se habere, vt dixi, dicam paulo pòst. Has Sanchez, addo ego, & quartam coniecturam ex contextu verborum quæ ita: *cum braccis suis & tiaris, & calceamentis & vestibus.* Videtur enim ordinarius, & humani vsus habitus, in calceamentis & vestibus explicari, è contra in Braccis & tiaris, aliquid, quo extraordinarium decus notaretur: Si enim braccæ, vsualia essent fœmoralia, satis communi vestimentorum vocabulo inculcarentur. respondeo, condistingui braccas & tiaras à reliquo habitu, quia apud Orientales braccæ & pilei, cæteris vestibus insigniores, & apud alias gentes illis notiores: ideò Parthi pileati, & Medi braccati, ab auctoribus passim, signanter exprimuntur. Sic de Romano prisco aptè loqueremur, si diceremus, cum toga & vestibus deiicitur: non quod toga in vestibus non poneretur, sed quod illius priuata.

Hieron. (margin, beside "neque hoc vrget ... Hieronymus")

Laboraui hucusque, ne tot versionum authoritas, tot Auctorum sententia, quæ Danielis locum de fœmoralibus interpretatur, indictâ causâ damnata videatur. Fateor tamen ingenuè, non esse improbabile quod humaniores de braccis Latinis, quodque Sacratiores interpretes hîc de Saraballis contra existimarunt: licèt enim aliqua illorum argumenta facilè soluta videantur, alia tamen stant adhuc, neque machinis nostris commota satis.

Si autem braccas de fœmoralibus explicemus, longè diuersâ formâ illas intelligo, ab illis quibus hodie politior Europa nostra vtitur: sed tales, quales hodie gerit Orientalis gens. Video Vlysipone singulis annis ab Indica nauigatione redeuntes, vilioribus aut pretiosioribus, pro cuiusuis dignitate, braccis vsos: quas inde nostrates, factâ iam substantiuâ voce, appellant *Indiaticas.* Hæ quidem à medio corpore præcinctæ, laxis sinuamentis, longa deductione ad talos protrahuntur, ita vt sumptis calceis, nullatenus caligis seu tibialibus egeatur. mollis est habitus, & vt fert Asia delicatus. Vnde aliqui è delicatioribus Lusitanis, has aut pretio emptas,

aut

aut dono è Goamissas, canicularibus diebus, sibi inter priuatos induunt parietes, & voluptuosè æstiuant, ingeniosâ vestiti nuditate. tunica his immissa breuis est, & curtum, superiniectum pallium, ita vt illæ maiori sui parte exhibeantur. tales
D. Hier. ergo illas Babylonicas intelligo: fauet D. Hieron. ibi. *Pro braccis quas Symmachus ἀναξυρίδας interpretatus est, Aquila & Theodotio, Saraballa dixerunt, & non vt corruptè legitur Sarabara. Lingua autem Chaldæorum Saraballa, crura hominum vocantur & tibiæ: & ὁμωνύμως, (id est, eodem nomine,) etiam bracca eorum, quibus crura teguntur & tibiæ: quasi crurales & tibiales appellata sunt.* Quasi ab hoc discrimine aliorum fœmoralium, quo ad crura & tibias protenduntur, nomen mutuarentur: & quod dixi de Tiaris, obiter
Idem. sic inculcat summus Doctor. *Est genus pileoli, quo Persarum Chaldæorúmque gens vtitur.* Vbi illud aduerte Chaldeis Persísque eundem Pileum assignare: posset & easdem braccas. De Persis enim
Herod. Herodotus lib. 8. *Longas gerentes braccas, ad pugnam eunt.* Longas enim prædicto modo, id est, protensas ad talos explico, ideò supra Suidas longa vesti-
Virg. menta dixit. Sic Virgilius, aut quisquis est auctor Priap.

Medis laxior, Indicisque braccis:
Ob sinuosa laxomenta, quæ supra dixi.

Lucan. Idem de Sarmatis habet Lucanus lib. 1.

—— Laxis imitantur Sarmata braccis.

Strab. Tiraq. Strabo apud Tiraq. lib. 4. de Gallis, ad rem aliam adductus, totus pro me ex dictis lucem capit. *Comas nutriunt, prolixis vtuntur fœmoralibus.* Braccas enim intelligit, vt ex Diodoro supra vides. Neque obstat, quod passim longas tunicas his omnibus Orientalibus, talares legamus adscriptas: nam etiam istæ laxæ & sinuosæ, anteriorique parte apertæ, patentes adhuc & extimas longas & sinuo-
Tertull. sas braccas sic relinquerent. Quid autem Tertullianus probet lib. de Pal. cap. 4. dum de Alexandro loquitur, qui habitum iam Persicum assumpserat. *Vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste. triumphalem cataphractem amolitus, in captiua Sarabara decessit.* Ego non diuino: vix enim constat, an fœmoralia, an tunicam intelligat. illud nota dixisse Sarabaram fœmininè, cum alij & neutrè construant, & in plurali: nisi fortè quod mauellem, τὸ *in* ita construas, quasi dicat: abiit discedens à sua, in vestem barbaram, in captiua Sarabara: & tunc mauellem etiam *discessit*, quam *decessit*. Dedi quæ vtrique parti fauere videntur, tibi opinandi, aut inueniendi certius aliquid, ansa & optio.

10. Nonnulli, quos inter Baronius tom. 1. anno
Baron. Christi 34. §. *quod verò dicatur*, fol. mihi 175. putant
Matth. 22. v. 11. illud Matth. cap. 22. v. 11. *Intrauit autem rex, vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem, non vestitum veste nuptiali.* De veste cœnatoria explicandum: quæ ideò hic *nuptialis* appelletur, quod illa cœna in nuptiis pararetur. Non probo: Liberè enim contendit vir iste magnus, supponens magis, quam probans, ostendi ex hoc loco, religiosum fuisse Iudæis absque cœnatoria veste discumbere: neque enim ex parabola colligitur, an nuptiæ ab Hebræo an à gentili rege pararentur: & ad Christi mentem, vndecumque sumatur nota similitudo, perinde erat. Sed esto, quod probabilius puto, rex Hebræus hic fingatur, vnde vnquam poterit apertè monstrari semper & religiosè Iudæos cum cœnatoria veste synthesi videlicet, aut sindone discubuisse? certè Hebræi conuiuales ritus delitiosos ab Ethnicis desumpserunt, vt constat: hi autem licèt vt plurimum in epulis festiuioribus vestem cœnatoriam sumerent, id tamen, non ita iuratum erat & religiosum, vt illud prætermittere nefas esset: maximè quando vsualis vestis decota & splendida foret, dignáque proinde, quæ apud conuiuas principes appareret. Lucia- Lucian.
nus, de Merc. cond. ita de quodam, qui ad Dynastæ conuiuium vocabatur: σὺ δ' ἐσθῆτα καθαρὰν προχειρισάμενος, καὶ σαυτὸν κοσμιώτατα σχηματίσας, λουσάμενος ἥκεις. *tu verò nitida veste sumptâ, mundissiméque cultus, lotus accedis.* Lege quæ sequuntur, & neque signum mutatæ ibi vestis recognosces. Deinde cum sciamus, (id etiam hodie experti,) non solum sponsos, sed etiam familias eorum, & Amicos, Nuptiarum tempore comptius vestiri, vestésque proprio nomine *nuptiales.* tunc celebrari: cur hic à propriâ significatione nuptialem hanc vestem abstrahamus? apud
Homer. Odyss. 23. vbi fictæ nuptiæ celebrantur, sic Homer.
sponsus Vlysses ad familiares.

Πρῶτα μὲν ἂρ λούεσθε, καὶ ἀμφιέσασθε χιτῶνας.
Primo quidem lauamini, & induite tunicas.

Festiuas scilicet, & tantis nuptiis dignas, vt ex contextu colliges. quidam iam iam ducturus sponsam, apud Aristoph. in pace. Aristoph.

Γαμικὴν χλανίδα δότω τις δεῦρό μοι.
Nuptialem vestem huc mihi afferat aliquis,

Sic nos hodie, pretiosius cuiusuis indumentum, vocamus nuptiale: *el delas bodas*, cur autem in nuptiis regiis, is vestis defectu puniretur; alibi ostendo.

Perplexa etiam sunt mihi, quæ ibi affert, & pro- Baron.
bat idem vir magnus, de vestimentis Christi positis ad lauandum pedes discipulorum, & iterum resumptis, ad institutionem Eucharistiæ: Sic enim ait. *Quod verò dicatur Dominus posuisse non vestimentum, sed vestimenta sua, cum pedes discipulorum lauit: par est credere, eum in veste cœnatoria remansisse, absque eiusmodi enim veste Iudæos accumbere religio erat,* &c. & post alia. *Sic igitur cum dicat Euangelista post ablutionem pedum* IESVM *recepisse vestimenta sua, satis significat, absoluta iam cœnâ, lotisque pedibus discipulorum, cœnatoriam exuisse, ac propriam induisse. Aliud etenim longè à priore diuersum, cum ipse suis esset exhibiturus conuiuium, diuerso etiam à solito cœnandi habitu, decentiori cultu, (vt tantum mysterium exposcere videbatur,) illud sibi instituendum putauit.* Christum in veste cœnatoria remansisse, cum pedes discipulorum lauit, quis eruditiorum degluciat? imò posuit non vestimentum, sed vestimenta, quia synthesim cœnatoriam, quam loco pallij sumpserat, & deinde tunicam exteriorem, cum quibus agnum cœnauerat, deposuit: vt interiori veste relictâ, & hac linteo præcinctâ, expeditior & instar serui pedes lauaret: quo piissimo functus officio, iterum quæ deposuerat, resumpsit. Satis autem digna erant, quæ Eucharistiæ instituendæ ministrarent. nam cum, vt ex strato cœnaculo colligitur, omnia ibi splendidè pararentur, synthesis siue sindon Christo exhibita esset pretiosa. quod si contendam Christum non accepisse synthesim, sed cum pallio, tunicáque vsitata discubuisse, vnde arguar; cum illa religio cœnatoriæ vestis, vt supra innuebam, obtrusa magis quam vera videatur? Deinde constat ex Euangelista communius explicato, & ex eiusdem Baronij sententiâ, peracta Agni cœna, Christum surrexisse à mensa, & tunc posuisse vestimenta

ſua, &c. cœnarat ille ergo cum veſtimentis ſuis, quæ non alia excogitabis quam pallium & tunicam, aut tunicam & ſyntheſim cœnatoriam: fac ergo Chriſtum ſub hac cœnatoria veſte lauiſſe pedes: vnum è duobus ſequatur neceſſe eſt. Si pallium & tunicam depoſuiſſe dicas cum quibus cœnauerat: ſyntheſim non tam cœnæ quam lotioni aſſumptam fateberis. Si autem cum ſyntheſi cœnauit & tunica, retentâ illâ, non tam veſtimenta, quam veſtimentum depoſuiſſe, dicas neceſſe eſt: quorum vtrumque minus congruum. Aliud eſt ſi contendas tunicatum & palliatum, inſupérque ſyntheſiatum cœnaſſe Chriſtum; quod quo guſtu dicatur tute videris.

Baron.

Adhuc autem, neque illis acquieſco quæ addit: *Apoſtolos enim eadem indutos veſte, in cœna accubuiſſe putandum: Sindon enim erat, eadémque prolixa, vt meritò fugam arripiens, abiecerit eam adoleſcens ille, exiſtimatus Ioannes Euangeliſta: qui quod, (vt creditur mœrore oppreſſus,) non recepiſſet veſtimenta ſua, vt erat in menſâ, remanſit amictus ſindone, ſuper nudo.* In primis τὸ *ſuper nudo* ſic videtur explicare, (quod colligitur ex illis, quæ depoſitis, & reſumptis veſtimentis Chriſti ſcribit,) vt aut reapſe nudus, aut ſola ſubucula indutus, relictâ ſindone, Iuuenis iſte aufugerit. hoc ergo ſi fortè Baronius voluit, deſerendus: Nemo enim hodie iam neſcit, in vtraque paginâ, nudum illum vocari, qui pallio & ſuperiori tunica ſpoliatus, interiora omnia cætera retinet veſtimenta: quod vulgò dicimus,

Sanchez.

des nudo, en calças y Iubon. Habes de hac re multa apud Sanchez cap.20. Iſaiæ. & plura lib.1. Reg. cap.19. Vbi etiam, ſatis meo iudicio, probabiliter, in hoc Iuuene Euangelico, habitum puri puti piſcatoris recognoſcit. Sed eſto eſſet Sindon cœnatoria, quod fortè probabilius, certè nuditas prædicto erit modo explicanda.

Tandem minus probandum quod dicitur de ſindone prolixa, quam ideò Iuuenis demitteret, vt fugeret expeditior, eſſet enim quantumuis breuis, illam relinqueret, tenuerunt enim eum, inquit textus, vnde ſicut Ioſeph relicto pallio, aufugit. Sed quid tandem ſindon cœnatoria? nonnulli lineam videntur explicare dum laxam faciunt, & prolixam, & licet non tam auctorum teſtimonia, quam veteres picturæ, & marmora priſca & corroſa tantiſper faueant, ego tamen, id nunquam probaui, erat enim inſtar pallioli, aut chlamydis, & idem cum illa veſte, quam politiores Auctores ſyntheſim vocarunt:

Turneb.

de qua vide Turneb. lib.23. cap.19. hanc apud lautiores fuiſſe coccineam, hyacinthinam, &

Lypſius.

ſimilis coloris floridi, ſatis firmat Lypſius ſaturn. 1. cap. 2. Si ergo læna, chlamys, idem cum ſindone & ſyntheſi, (in re ſcilicet cœnatoriâ,) non potuere hæ nimis eſſe prolixæ, vt putat

Bernart.
Statius.

Bernartius ad illud Statij in riſu Saturnalitio, *aut vnam dare ſyntheſim*, &c. cum illæ arctiores exiſtimentur. quidquid tamen ſit de cœnatoriæ ſindonis arcto, vel prolixo: illud certum puto, ſindones vel cœnatorias, vel ſimilis vſus, (quæ lectis dormitoriis non ſeruiebant:) aut omnino

Martial.

non, aut ſaltem merè lineas non fuiſſe. Mart. lib.4. epigr.29.

Non ſic in tyria ſindone tutus eris.

Idem.

Et lib.2. epigr.26. *Sindonem olentem* dixit, innuens, vt obſeruant Interpretes, eſſe ſindonem purpu-

Idem.

ream ſiue tyriam, & iteratâ tincturâ dibapham; ideóque *olentem* dici, ſicut lib. 1. epig. 50. dicun-tur, *olidæque veſtes murice.* At non linum, ſed lana, murice tingi ſolita paſſim legitur. Ex Martialis locis Ramirez explicat ſindones illas Sanſonis Iud. 4. & item alias apud Iſaiam cap.3. nec ineptè. illud minus ferendum, quod addit ipſe Ramirez, ſindonem illam qua inuolutus Chriſtus, Matth.24. & Marc.25. fuiſſe veſtem pretioſam ex priſco vſu, quo pretioſè induti ſepeliebantur, poſſet addere fuiſſe & purpuream, quia vt multis alicubi probat Cerda, hic color ad cadauera vſitatus: ſed vtcumque ſit, fallitur, erat enim ſindon iſta linea, ſeu linteum candidiſſimum, quo Dominus inuolutus, & hodie apud Sabaudos exhibetur; neque apud Ioan.cap.20.v.6. vlla ſit mentio, niſi de ſudario & linteaminibus. Poſſes obiicere illud Ioannis eiuſdem cap.19.v.40. de Chriſti corpore: *Et ligauerunt illud linteis, cum aromatibus:* in Græco haberi: *ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις*, at apud Pollucem *ὀθόνια* etiam pro laneis reperiri. Fateor, ſed nullus eruditiorum Pollucem ſequitur, & omnes *ὀθόνια* de lineis vſurpant: & quamuis vtrumque ſignificaret, noſtra verſio canonica, iam clarè rem ad lintea deduxit: & ideò meritò corpus ſacrum non tam veſtitum, quam ligatum linteis deſcribitur. Sed tedeo, & abſoluo paucis, quæ de ſindone, qua veſtis eſt propoſui. Fiebat quandoque ſindon veſtiaria, ex tela linea, non tamen ſimplici, ſed aureis filis, aut purpureis intexta. Vnde Iſai. 3. v.20. *Sindones* vertunt alij ex L X X. *Byſſus cum auro & hiacintho.* Telam nimirum virgatam intelligentes de qua ibi Sanch. Sic ego explicabam illud Prou. 31. v. 21. *Byſſus & purpura indumentum eius.* Non diſiunctim, ſed de byſſo purpureis, aut limbis, aut clauis intertexta. An autem quod additur 24. *ſindonem fecit*, de linteo candido, an de purpurea veſte capiendum, dubito. vide Salazar. Aliàs verò veſtes lineas mere, & candidas, plurimum religionis ergo aſſumptas, ex vtrâque ſchola, pueri agnouere.

Ramirez. Iud. 4. Iſai 3. Matth.24. Marc.25. Cerda. Ioan 20. v.6. Cap.19. v.40. Pollux. Iſai 3. v.20. Sanchez. Prou. 31. v.21. V.24.

Licet totus pſalmus quadrageſimus quartus literaliter de Chriſto procedat, vt ſacri interpretes, II.
iam contra nouatores oſtenderunt: nil tamen vetat allegoricas comparationes, per ordinem ad humanas Salomonis nuptias explicare. illud ergo, *Myrrha & gutta, & caſſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regũ, in honore tuo.* v.9. Sic multi explicarunt, quaſi regiæ puellæ, in componendis vnguentis, & veſtibus odore inficiendis occupatæ deſcribantur. addo, & ſatis probabiliter: ni fallor, non ſolum inficiendi odore veſtes, ſed etiam eaſdem faciendi, curam reginis commiſſam, hic declarari. Et quidem ſi futilis non putatur Pinedæ coniectura in Salom. præu. lib.6. cap.5. qua vult vxores & concubinas Salomonis, eius faciendis veſtibus allaboraſſe: non video cur ex hoc verſiculo, idem non augurátus reprehendar. Alluſum ergo ad vſum priſcorum Principum, quibus matres, ſorores, vxores, filiæque regiæ, officioſi amoris ergo, veſtes parabant, pingentes acu, ſtamine texentes, eaſque auro, purpurâ & gemmis mira varietate diſtinguebant: quæ veſtes ad pompam celebrem, ad feſtiuum triumphum, magis de reginarum manibus, quam de pretii magnitudine æſtimabantur. Libuit huius materiæ pluſcula cumulare, quæ minus ab aliis video obſeruata. Claudian. in epigr. de muneribus Imperatori Honorio miſſis ab eius Socru rêgia.

Pſalm.44. v.9. Pineda. Claudian.

—— Socer en Stilico mauortia confert
Munera, barbaricas ſtrages, Rheniquetriumphos.

Regina

Regina contenta modum seruare serena,
In tua solicitat vrget velamine telas.

Idem. Et alibi, de phaleris equi imperatorij,
Et medium te Zona liget variata colorum
Floribus, & casta manibus sudata Serena,
Persarum gentile decus. Sic quippe laborat
Maternis studiis, nec dedignatur equestres
Moliri phaleras, Genero latura decorem.

Idem. Et in Paneg.Prob.& Olib.Consulum.
Lætatur veneranda parens, & pollice docto
Iam parat auratas trabeas.

Virgil. Virgil.lib.10.locutus de Lauso Dynasta.
Transiliit & palmam mucro leuia arma minacis,
Et tunicam molli mater quam neuerat auro.

Idem. Et lib.11.
Tum geminas vestes ostro auróque rigentes
Extulit Æneas, quas illi læta laborum,
Ipsa suis manibus quondam Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.

Idem. Alludit ad illud lib.4.
——— *Tyrio ardebat murice læna*
Demissa ex humeris, diues quæ munera Dido
Fecerat.

Idem. Et eodem lib. Andromache Ascanio donasse fertur chlamydem, cuius maius pretium fuisse *manuum monumenta suarum.* Valet.Flaccus Argon.2.de Læda reginâ Castrorum matre.

Val.Flac. *Illic tanario pariter tremit ignea fuco*
Purpura, quod geminâ mater spectabile tela
Duxit opus, his taygetum siluásque comantes
Struxerat.

Ouid. Ouid.11 Metam.de Halcyone.
Æolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes, etiam quas induat ille,
Festinat vestes, iam quas vbi venerit ille,
Ipsa gerat.

Claudian. Claudiat hanc Latinorum paginam Claudianus, qui & aperuit, alio epigrammate de aliis phaleris.
Accipe parua tua Princeps venerande sororis
Munera, quæ manibus texuit ipsa suis, &c.
Angustiis breuitas doni, pietate Serena,
Quæ velucres etiam fratribus ornat Equos.
Stamine resplendent, & mira textilis arte,
Balthens alipedis regia terga ligat.
Quem, decus Eoo fratri, pignúsque propinqui
Sanguinis, hesperio misit ab orbe soror.

Sophocl. Subdo par Græcum. Sophocles in Trac. sic de regina Deianira, vestem marito regi mittente.
——— Τὸν δ' γὰ δίνυσι πέπλον
Δῶρα μ' ἐκείνῳ τ' ἀνδρὶ, τῆ ἐμῆς χερός.
——— *Hanc benè laboratam vestem*
Donum marito meo, & manuum mearum.

Homer. Aretis regina apud Homer.lib.6.idyl. agnouit hospitem Vlyssem indutum dono simili.
Ἔγνω γὰρ φᾶρος τε, χιτῶνά τε, εἵματ' ἰδοῦσα
Καλά, τά ῥ' αὐτὴ τεῦξε.
Agnouit pallium, tunicam, & cingulum vidit
Pulchrum, quæ ipsa texuerat.

Potuit ergo & debuit Salomon, decoris ergo & festiuæ pompæ tempore vestibus vti affabrè laboratis, à matre, à sororibus, ab vxoribus reginis. & fortè Reginæ exteræ vxores & filiæ regum, qui Salomoni tributa pendebant, etiam delitiarum caussa, eidem vestium muneta mississitabant.

Firmo dicta in hodiernarum matronarum pudorem, quibus otium, theatrum. Saltatio in vsu, telari, acu, colo amotis longè, non solum pomposas has & festiuas Principum vestes à reginis

Sueton. olim laboratas, sed etiam ordinarias. Suetonius in Augusto cap.73. *Veste non temerè alia quam domestica vsus est, ab vxore & sorore & filia neptibúsque confecta.* Doluerat Sisigambis regina, quod sibi tanquam captiuæ, obruisa lanificia, putaret ab Alexandro: ad quam runc ille comis apud Curtium lib.5. *Mater, hanc vestem qua induεus sum, sororum non solum donum, sed etiam opus vides: nostri decepere me mores: caue obsecro, ne in contumeliam accipias, ignorantiam hanc meam.* Q.Curt. Plinius lib.8. cap.4. *Lanam cum colo & fuso Tanaquillis, quæ eadem Caia cæcilia vocata est, in templo M. Anci durasse, prodente se, Auctor est Varro. Factámque ab ea togam vndulatam regiam in æde fortunæ, qua Seruius Tullius fuerat vsus. inde factum vt nubentes virgines comitaretur colus compta, & fusus in stamine.* Plinius. Cætera, quæ ad vnguenta, & eburneas domos huius versiculi pertinent, in Cantico Dramatico explicaui, fortassè non ineptè.

P. Pinto Ramirez S. Script. Selecta.

Pertinet etiam ad rem vestiariam in qua sumus, aliquid de odore vestium subiungere: & quoniam quæ ad vnguenta, & thureas fumigationes pertinent, passim vbiuis leguntur, dabo hic pauca, de alio odoris genere vestibus attributo, quæ minus ab vtriusque scholæ doctioribus videntur obseruata. De Isaac Iacobum suum amplexante, ita facer scriptor. *Statimque vt sensit vestimentorum ipsius fragrantiam, benedicens illi, ait: ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Genes. 27. v.27. Agrum ornatum floribus, explicant hic Vatabl. & alij, quibus fauet Ambrosius lib.3. Hexam. cap. 8. possunt, quia sicut vnguentis, & suffimentis vestes odoratas reddebant, ita floribus herbísque odoriferis id fecerant. Mihi præsens huius agri plenitudo, non solum inanes flores, sed etiam fructus vtiles, visa denotare: ideò aptius cum aliis Oleaster, hanc Dei benedictionem, ex agri fructificatione voluit explicandam, ait enim: *Benedixit, id est, fructificare fecit in copiam.* Olebat ergo puto, vestimentum Iacob non solum flores, sed etiam fructus, quorum odoratiores vestibus in hunc effectum applicatos, disco in primis ex Theophrasto apud Athen. lib. 3. cap.5. vbi de malis Citreis. *Malum hoc non comeditur, quod & ipsum cum foliis ipsius arboris, est odoriferum. Si malum hoc inter vestes seruetur, eas custodit illæsas.* Certè illæsas, sed etiam odoratas, addo ergo. Sic explicandus Democritus ibid. *Neque quispiam sanè vestrum debet admirari, quod malum non comedi dixit: quando nullus, vsque ad auos nostros Citreum gustauit: sed velut pretiosum quidpiam inter vestes in cistis deponi consueuerant.* Scilicet odoris, & incorruptionis ergo. rem clarè explicuit Plin. lib. 12.c.3 vbi de malo Medico, seu Assyrio, (quod idem esse ac Citreum, vix hodie docti ambigunt,) ita. *Pomum ipsum alias non manditur, odore præcellit foliorum quoque, qui transit in vestes vnà conditus, arcétque animalium noxia.* Aristophanes in resp. de Poëtarum operibus seruandis, huc allusit.

Right margin notes: 12. Genes.27. v.27. Vatabl. Ambros. Oleast. Theophr. Democr. Plin. Aristoph.

Καὶ τὰ ποιήματα σώζεσθ' αὐτῶν,
Ἐμβάλλετε δ' εἰς τὰς κιβωτοὺς
Μετὰ τῶν μήλων: κἂν ταῦτα ποιῆ:
Θ' ἡμῶν, δι' ὄζειν τῶν ἱματίων
Ὄζειν δεξιότητος.
Et poemata seruate illorum,
Immittitéque in arcas,
Simul cum pomis: & si sic facitis,
Vt mos est in vestibus,
Redolebunt aptissime.

Dedi plures de fructibus, quia non ita res obuia. De floribus & herbis in hoc ministerium vsitatioribus satis vnus Plinius lib 21. Sed loco tripli-
Plinius. ci. cap.7. ita. *Sabunca, foliosa quidem est, sed breuis, & quæ necti non possit: radici numerosæ cohæret, herba potius, quam flos, &c. Vestibus interponi eam, gratissimum.* Et cap.19. iterum. *Bachar*
Idem. *in medicina vsum, aliqui ex nostris perpensam vocant, auxiliatur contra serpentes, &c. Odor somnum gignit, &c. vestibus odoris gratia inseritur,* Et tandem cap.25. *Heliochrysum, quod alij Chrysantemon vocant, ramulos habet candidos, folia subalbida, Abrotono similia: ad solis repercussum, aurea lucis in orbem velut corymbis dependentibus, qui nunquam marcescunt: qua de caussa Deos coronant illo, &c. Vestes tuetur odore non ineleganti.* In illo ergo nondum ita luxurioso æuo vestes Esau valdè bonæ in arca, insertis fructibus & floribus seruabantur, (fortasséque nondum in similes vsus aromata impensa,) & ideò pater gratissimum respiramen, rusticis deliciis non rusticus comparauit.

CAPVT XXVIII.

Sinus spei, cur despuatur.

PERIOCHA.

1. *Quid de spei sinu apud Plinium, grauissimi Auctores sentiant diuersimodè.*
2. *Sinum proprium despuebant veteres non tam alicuius rei opprobrio denotando, quàm aut voto fouendo, aut damno medicinaliter præcauendo.*
3. *De eodem plura. Lustralibus saliuis adhibendis, cur medius, siue infamis digitus eligeretur.*
4. *Diuersæ corporis humani partes, diuersis Diis sacratæ. Spes Dea: cui & sacratus sinus coniectatur.*
5. *Locus Iob cap.19. v.27. obiter explicatur.*

1. Pineda. Iob 19. v.27. PATER Pineda, post nonnullas eruditas paginas, quas dedit ad illud Iob: *Reposita est hæc spes in sinu meo.* cap.19.v.27. tandem sic concludit. *Spei etiam sinum dabant antiqui: nam inter alia sortilegia, de saliua hominis scribit Plinius lib.28. cap.2.* Veniam à Deis, spei alicuius audacioris petimus in sinum spuendo. *Corrigere enim & reprehendere videbantur spem in sinu repositam, cui nullus fælix euentus, sed potius ignominia, & probrum respondisset.* Corrige amanuensis lapsum dum pro capite quarto, secundum scribitur. De re autem mihi semper dubium, quid veteres vellent sinum
Pineda. despuentes. quod enim voluit Pineda, se corrigere & reprehendere, quasi ignominiosum euentum auertuncantes: minus videtur probandum: & stat contra magni & nominis & iudicij
Alexand, Neap. Auctor Alexand. Neapol. lib.5. cap.15. ad finem, vbi ita. *Quoties in propinqua spe futuri boni, veniam à Diis petimus, in sinum despuere solemus: velut ratas preces Diis habituri.* Et quidem verba Plinij, quibus alluditur, non nisi inuita in Pinedæ cogitationem trahi, videri possunt, si attentius examinentur. Scribit in illo capite naturæ mysta, occultas dotes, & mysticas humanæ saliuæ prærogatiuas: quorsum inferret igitur vsum spuendi cuntumeliose, quasi enormis spei audaciam, & locum vbi reponitur, vellet expuendum? Aliud ergo voluit Plinius, cuius, Plin.
en non mutilata sententia. *Hominum enim in primis ieiunam saliuam, contra serpentes præsidio esse docuimus: sed & alios efficaces eius vsus recognoscat vita. Despuimus comitiales morbos, hoc est, contagia regerimus. Simili modo & fascinationes repercutimus, dextraque claudicatis occursum. Veniam quoque a Deis, spei alicuius audacioris petimus in sinum spuendo. eadem ratione, terna despuere deprecatione, in omni medicinâ, mos est, atque effectus adiuuare: incipientes furunculos, ter præsignare ieiuna saliua. Mirum dicemus, sed experimento facile: si quem pœniteat ictus eminus, comminúsve illati, & statim expuat mediam in manum, qua percussit, leuatur illico percussus à pœna: hoc sapè delumbata quadrupede approbatur, statim à tali remedio, correcto animalis ingressu. quidam verò aggrauant ictus, antè conatum, simili modo saliuâ in manum ingestâ.* Dices, sic despui spei audacioris sinum, sicut morbi comitiales despuebantur, scilicet in execrationem, & contagia regerendo: & sicut manus despuitur, quam pœnituit percussisse, in pœnam scilicet. respondeo saliuam istam, qua morbi spuebantur, non tam videri fœdantem & execratiuam, quàm occultè medicinalem contagio amouendo: fœdaroriis enim sputis, quæ in aliquos despectus caussâ regerimus, non tam *efficaces*, id est, vtiles vsus Plinius tribueret, quam infamatorios, & inhonorantes. pari modo, si manus, quam ictus pœnituit, quasi in despectum, & pœnam despueretur percutientis: iam potius inter fœdas & inutiles saliuas, quam inter medicinales hæc poneretur: at Plinius id miratur iniectam percutientis manui saliuam, percussi pœnam & dolorem leuare potuisse. Sed quidquid sit de his duobus, (satis enim obscurè loquitur Plinius,) de saliua sinui iniecta, aliter & clarè videtur dicendum, non probroso scilicet, & indecoro sputo, sed benefico imò venefico imbui sinum spei fouendæ: id enim licèt obscurè voluit significarum Plinius, quod cæteri Auctores clarius prodidere, hi autem Alexandri mentem supra allatam fuuent, vt iam videbis: si notas prius, τὸ *veniam petimus*, non significare remissionem, & condonationem quasi agnitæ culpæ; sed potius spei implementum, & votiuæ rei indulgentiam, à Diis iuitioribus suspiratam. hanc veniæ significationem, cum ex thesauro Latino pueris pateat, putidum nunc probare.

Venio ad Auctores alios, & prius nonnullos 2.
è nostro penu dabo; deinde quos video iam etiam ab eruditis adductos, saltem ad rem præsentem denuò examinabo. Eleganter in primis Lucianus tract. pro mer. cond. Sic se ab amico inducit reprehensum, quod ea vltro videretur incurrere, quæ prius in aliis taxauerat.
Apparet quidem Adrasteam iustitia Deam, Lucian.
iam tum tibi à tergo assistentem, ea quibus tu partim te ipse venditabas, partim alios incusabas, egregie risisse. quippè quæ Dea cum sit, non ignorarit futurum, vt & ipse mutata sententiâ, in simile vitæ genus transires: ϗ ὅτι ἐν οἷς τὸ κάλλιον πάντως σφώτερον,

πρότερον, &c. tum quod non prius, in tuum ipsius sinum inspueris, quam eos accusares, qui ob varias fortunæ vicissitudines, eiusmodi facere sustinent. Quasi si prius iniecto in sinum sputo se muniret; libertatis conceptæ spem foueret, gloriam retineret: nec in illorum seruitutem cederet, quam reprehenderat, dum se mercede conduci patiebantur. Venustum huc illud epigramma ἀνθολ. lib.4. de Amore superato ab Anterote, id est, reciproco alio Amore. Antholog.

Πτανὸν πτανὸν ἔρωτα, ἢ ἄπτον ὅπλα σὺ ἐρώτι
　Ἀ Νέμεσις, τόξῳ τόξον ἀμυνομένα.
Ὡς κ' πάθῃ, τὰ κ' ἔρεξεν: ὁ δὲ θρασὺς, ὁ πρὶν ἀταρβὴς,
　Δακρύει πικρῶν γευσάμενος βελέων.
Ἐς δὲ βαθὺν τρὶς κόλπον ἀπέπτυσεν. ὢ μέγα θαῦμα
　Φλέξει τις πυρὶ πῦρ: ἥψατ' ἔρωτος ἔρως.

Volucri amori, volucrem amorem contrarium edidit
　Nemesis, arcu arcum vlciscens:
Vt ea patiatur, quæ fecerat. qui vero audax prius, & imperterritus,
　Iam lachrymatur, acerba sentiens tela.
In profundum verò sinum ter inspuit. ah grande mirum!
　Iam ignem, igne quis vrat: quando Amor amorem tetigit.

Quid faciat, in hoc loco saliua ter iniecta sinui, nisi interioris sinus, id est, cordis, inflicta telis vulnera releuare? atque conceptum dolorem, quo tabescebat misellus, medicinaliter amouere. Theocrit. idyl.20. Theocrit.

Τοῖα δὲ μυθίζοισα, τρὶς εἰς ἑὸν ἔπτυσε κόλπον, &c.
Sic locuta, ter in suum despuit sinum,
Et me à capite ad pedes vsque continuò aspexit,
Labiis mussitans, & oculis limè aspiciens:
Nimisque, propter formam lasciuiebat.

Despuit quidem sinum suum, non tam se despiciens, quam de forma superbiens, idque ne arrogans pulchritudo fascinaretur: ideò Vetus eiusdem Scholiastes. εἰώθασι αἱ γυναῖκες, ὡς μὴ βασκαίνωνται, εἰς κόλπους πτύειν τρίς. *Solent fœminæ ne fascinentur, ter sinum despuere.* Vet.Interp. Non tamen solum fœminæ, sed & viri, vt vidisti. Theocritus iterum idyl. 6. Theocrit. apud quem ita Daphnis, postquam suam pulchritudinem commendauit.

Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.
Ne fascinarer, ter meum despui sinum.

Hæc Daphnidis verba, dedit iam Tiraquell. addito alio Tibulli loco, de quo paucis seorsim ago.

3. Tiraq. Tiraq. ergo in legem sextam Connub. num. 17. postquam eruditè versat indecentiam illorum, qui iam senes amoribus indulgent, ita subdit. Tibull. *Hinc illud Tibulli lib. 1. eleg. 2. ad fin. de sene amatore loquentis.*

Hunc puer, hunc Iuuenis turbâ circunstetit arcta,
　Despuit in molles & sibi quisque sinus.

Veluti rem hanc monstrosam, & in vltimas terras asportandam censeat. Sic enim despuimus comitiales morbos, id est, contagia regerimus, & fascinationes repercutimus, & alia quæ sequuntur apud Plinium, quibus ostendit maximas vires inesse in huiusmodi in sinum exputationibus. Deinde plura alia in hanc rem affert, quæ ibi videris; non tamen aliquid præter illa Tibulli, quæ sputatum sinum doceant. Esto ergo vt despuantur hi morbi, quasi in auersionem, eo modo, quo ipse probat, despui etiam prauos alicuius mores in execrationem: mihi tamen non persuadebit, Tibullum & similes, quos dedi dabóque de exputationibus in sinum locutos, eò collimasse: pende plenam Poëtæ sententiam.

Vidi ego qui Iuuenum miseros lusisset amores, Idem.
　Post Veneris vinclis subdere colla senem.
Et sibi blanditias tremula componere voce,
　Et manibus canas fingere velle comas.
Stare nec ante fores puduit, caraue puellæ,
　Ancillam medio detinuisse foro.
Hunc puer, hunc Iuuenis, turbâ circunstetit arcta,
　Despuit in molles, & sibi quisque sinus.

Certè prisci, quando aliquid tanquam monstrosum auersabantur, in terram despuebant, imò & hominem, quem vilissimè dedecoratum volebant, iniectis in eum sputis fœdabant, quod in vtraque paginâ passim legitur. pueri ergo & Iuuenes, si monstrosos senis mores & amores auersarentur, in terram aut in illum potius despuerent, quam in suum proprium sinum: ergo sinum suum, non indecoro, sed præseruanti sputo muniunt, quasi hoc amuleto vtantur, ne in similem moris morbum, & amoris fascinum postea incidant. vel si argutari licet, in sinum suum despuunt adolescentes, quasi spem amorum suorum propinquiorem fouentes, quasi ratas suas preces Diis habituris; quid enim non sperarent consequi ætatis verno, quando ille senectutis veterno, non desperabat. Eandem explicationem subeunt Virgiliana illa in Ciri, vbi puella Minois regis amores captat, & à seniori veneficâ de magico sacrificio, præcepta capit.

At nutrix patulâ componens sulphura testâ, Virg.
Narcissum cassiámque herbas contundit olentes,
Terque noua ligat triplici diuersa colore
Fila: ter in gremium, mecum inquit despue Virgo,
Despue ter Virgo, numero Deus impare gaudet.

Erat hoc audaciorem spem tanti voti reprehendere, an potius fouere, & Diis commendare? quis non videat. Tandem virtutem prædictæ saliuæ in sinum iniectæ attingit Petron. Arb. in Satyr. vbi. Petr.Arb. *Turbatum sputo puluerem medio sustulit digito, frontémque repugnantis signauit, hoc pacto carmine ter me iussit expuere, térque capillos initere in sinum, quos ipsa præcantans purpura induerat.* In eundem enim sinum, & saliuas, & lapillos iniectos arbitror: illas nimirum salubres, expiatorias, & cuiusuis assequendi voti compotes: nam dictis omnibus auertendis, efficax apud Theophrastum remedium putabatur, εἰς κόλπον πτύειν, *in sinum despuere.* Theophr. Id intendisse Petronium satis colligitur, ex saliua illa terræ immixtâ, qua lustrali etiam & contra fascinum, frontem signatam dicit. Vbi obiter aduerte non temerè *medium digitum* huic ministerio delegatum: Petr.Arb. cum enim vt nemo nescit inter alia amuleta fascino auertendo, illius partis quâ viri sumus, turpem figuram appendere solerent: & aliunde hanc partem, medio seu infami digito protenso, lasciuè significarent: meritò eundem digitum lustralibus saliuis tanquam efficaciorem, adhibebant: sic Persius Sat 2. Pers.

Ecce auia, aut metuens Diuum matertera, cunis
Eximit infantem, frontémque, & vda labella
Infami digito, & lustralibus ante salinis
Expiat, vrentes oculos inhibere perita.

Sed redeo, vnóque verbo concludo, minus hucusque apud antiquos aduertisse, saliuas in pro-

prium sinum iniectas, aliter quam de præseruatiuis, & salubribus fore explicandas: sicque explicandum, ventilatum hucusque Plinij locum, quasi audacioris, id est, ingentis spei venia, siue complementum Diis exputato sinu, commendetur.

4. Pineda. Iam verò quod addit Pineda, *sinum* ab antiquis spei datum, licèt à nemine expresè dictum subeat, fortasse non improbabile iudicandum: & si licèt coniecturas coniecturis cumulare: posses suspicati sinum, id est, partem illam pectoris, quæ cordi correspondet, spei Deæ fuisse consecratam, & ideò spes suas in sinu repositas volebant: propterea sinum vestis, qui pectoris sinui respondebat, imò & ipsum pectus lustratoriis saliuis imbuebant. de partibus humani corporis, Diis, vel Pontanus. astris, sacratis, videndus noster Pontanus ad illud Virgil. Virgil. ecl. 6. *Cynthius aurem vellit, & admonuit.* Alex. Neap. Lege etiam Alexandrum Neapol. lib. 2. cap. 19. vbi ita. *Sicut Iunoni brachia: pectus Neptuno: Cingulum Marti: renes Veneri: pedes Mercurio: digitos Mineruæ consecrauit antiquitas: ita frons genio consecrata fuit.* Potuit ergo illa pars pectoris, quæ sinus dicitur spei Deæ consecrari. Sed nunquid T. Liuius. spem aliquam Deam colebant? planè. Titus Liuius Dec. 3. lib. 5. apud quem è Triumuirato quidam destinatur: *Reficienæ ædibus Fortunæ & Matris Matutæ intra portam Carmentalem: sed & spei, extra portam.* Anthol. Huc Græcum epigramma Anthol. 1.

Ἐλπίδα καὶ Νέμεσιν ἴσους παρὰ βωμὸν ἔτευξα
Τὴν μὲν ἵν' ἐλπίζῃς: τὴν δ' ἵνα μηδὲν ἔχῃς.
Spem & Nemesim pius in ara dicaui:
Illam, vt speres: hanc vt nihil habeas.

Tibul. Tibul. lib. 2. eleg. 6. non ad Nemesim Deam, sed ad amicam eiusdem nominis.

Spes facilem Nemesim spondet mihi, sed negat illa,
Hei mihi ne vincas dira puella Deam.

Hæc omnia occasione Pineda Iobum explicantis dicta sunto: nec enim alienum putaui ab spicilegio meo sacro, sacri interpretis sententiam examinare.

5. Si autem sensum meum de verbis Iob exposcas, illa simplicissimè puto capienda, ex communi & vulgari vsu loquendi, quo quidquid intimum, in tuto collocatum, nec à nobis facilè eripiendum significamus, *è sinu nostro*, esse dicimus: sic amicus è sinu, pro charissimo: secreta sinus, pro penitioribus, nec temere reuelandis, ponimus: metaphorâ ductâ è sinu vestis, quæ pectori conuoluitur, vbi olim solebant homines res quas secum gerebant, abscondere, & asseruare. Senec. Videndus Seneca lib. 6. de benef. cap. vlt. Horat. Horat. lib. 2. Sat. 3. Mart. lib. 1. epigr. 16. & lib. 4. Martial. epigr. 51. & quæ ibi interpretes, aliique passim de sinus repositorio coniunxere.

CAPVT XXIX.

Diuinationis, & venefìcij genera nonnulla.

PERIOCHA.

1. *Scyphus ad augurium. Genes. cap. 44. v. 5.*
2. *An à poculorum tinnitu, captata omina.*
3. Κοτταβίζειν: *Cottabus: varius, huius diuinatorij ludi, vsus.*
4. *Augures apud Isai. 47. v. 13. an pariter Astrologi. quid auguribus commune, cum cæli atque siderum contemplatione.*
5. *Augures in edito auguria aucupantes, carniuoras aues putabant fœliciores. Balam verè Augur. ex lib. Numer. explicata nonnulla.*
6. *Indidem statio Regis Balach, auguriis computatur. Sedentes, aut immobiliter stantes, auguria captabant veteres.*
7. *Auguria à quadrupedibus. 1. Reg. 6. v. 7. cur huic rei aptiores crederentur quadrupedes non steriles, & quæ nondum iugum passæ forent.*
8. *Conquisitor sæculi, apud D. Paulum 1. Cor. 1. v. 20. an de inani astrologo valeat explicari.*
9. *Fœmina curiosa apud D. Paulum 1. Timoth. 5. v. 13. an de magia studio possint denotari. Fœminarum indoles incantationibus dedita: Fœmina loquacissima, omniscia videri cupiunt.*
10. *Digitos pectinatim ponere. Poplites genubus imponere. Coniectatur de loco ex lib. Iud. cap. 15. v. 8.*
11. *Hordea chartis inspersa, quas alphabetica nota insigniuerant: hisque immissæ domesticæ aues esurientes: qualéque inde augurium caperetur.*
12. *Aeus idololatricè culta à Nerone.*
13. *Alexandri Magni imago gestata, rebus fœliciter, agendis vtilis credebatur.*
14. *Vates olim fatidici, eructantes, & anhelantes oracula cur effunderent. quid sibi velit Dauid Psalm. 44. vers. 2. & Matthæus cap. 13. vers. 35. cum eructandi verbum transferunt ad diuina.*
15. *Dij siue Genij sortiebantur vrbes, quibus præsiderent. Sortiri animam, quid apud Gentiles: quid apud Salomonem Sap. 8. v. 9.*

OBSCVRISSIMVS est, si quis alius ex lib. Gen. 1.
locus ille c. 44. v. 5. *Scyphus quem furati estis,* Genes. 4 v. 5.
ipse est in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari solet. Verba sunt dispensatoris Ioseph, qui si, vt aliquibus putatur, fidelis iam, & veri numinis cultor, ex Domini commercio erat, eodem pio sensu, & callidâ cautelâ loqui existimandus, qua ipse Ioseph infrà vers. 15. se in *augurandi* Et v. 15.
scientia professus peritissimum: quomodo autem Iosephi dictum sit interpretandum & defendendum, fusè & eruditè explicat hic Pe- Pereira.
reira. Si verò seruus iste Ethnicus erat, tunc ex communi

communi ethnicorum sensu loquitur t Ægyptij enim Iosephum magum, & diuinatorem, in omni genere diuinationis famosissimum existimabant. Sed quid, inquis, scypho cum augurio, id est diuinatione per aues? respondent omnes, quos viderim, latè hîc interpretandum augurium, pro alio quouis genere diuinationis, vt passim latinissimè vsurpatur: quod ego puto longè probabilius de quo infra. Nihilominus cum apud gentiles aliquid videatur commune scyphis seu vasculis vinariis, cum putis pusisque auguriis, suspicaberis an fortè propriè hæc verba forent explicanda. Cape adhanc rem Athenæi locum, prisci Poëtæ testimonio illustratum: ergo lib. 1. dipn. cap. 6. ita

Athen. *Coronabantur vino crateres, id est, super labra ita pleni, vt vino coronarentur: quæ omnia faciebant ex augurio putantes:*

Omnibus hinc tribuunt crateribus auspicantes
Astantes pueri.
Et paulo post:
Omnibus, auspicio capto, mox vina ministrant.

Hæc Athenæus, vbi visus insinuare auguria siue auspicia, quandoque porrectis pateris terminari. benè ergo diceretur quis auguratus in cratere vel scypho, qui augurium suum scypho sumpto perficiebat. Verum tamen ego longè aliter & verius & planius, ipsum Athenæum credidi explicandum, neque enim vult auium auguria scyphis compleri, immo, nec obseruatas aliquando aues, vt inter epulas, vina miscerentur: sed vasa coronata & vino redundantia, boni ominis, & auspicij fælicioris loco, porrigi discumbentibus, quasi sub ipso complemento, fælicitatem & copiam annuntiantia. Maneat ergo nihil scyphum ad auguria propria pertinere, vnde locum nostrum, latè de alio diuinandi genere sumendum.

2. Difficultas diuinandi, hanc diuinationem quæ ex scypho petebatur, oritur ex difficultate verbi

Oleast. originalis וחש de quo fusè disputat Oleaster hîc, & cap. 3. & 4. & 10. concludens, significationem verbi germanam esse, *incantare mussitando*: aut, *circuire*. At mussitationem illam, & tinnitum, magis probat: quia, vt nemo nescit, inter stridores, & mussitationes carminum, fiebant incantamenta: deinde subdit Oleaster: *& fortè tinnitu vasis solebant facere incantationes.* Id quidem non fortè, sed ita reuerà factum, voluit D. Ephræm Edys-

D Ephr. Edyss. sen. orat. de vita Ioseph, vbi ita de ordine discubitus inter fratres. *Propositus erat illi scyphus argenteus, quem tenens ille manu, atque in læuam transferens, pulsabat eum dextra digito manus: cumque pulsaretur scyphus, magnum sonitum edebat in aures omnium assistentium. Semel igitur pulsans ait: horum omnium primus Ruben est, primus ipse in honore discumbebat*: &c. *atque ita singulos discumbere fecit.* Itaque ex opinione sancti Doctoris, fingebat iocosè Ioseph, ex vasis tinnitu, ætatem & gradus hospitum percepisse, credo quia Ægyptij incantatores, (qualis ille tunc, licet cæteris eminentior, credebatur) similî tinnitu aliqua coniectabant.

Athen. Nescio an faciat huc aliquid Athenæus lib. 11. c. 9. vbi ita de vasis & poculis scribit. *Pherecrates, cotylisсum, in Coriano dixit*, &c. *Cymbala etiam vocauit Æschylus cotylas: hic cotylis are ligatis sonat*, &c. *ac sacer Dionysij calix, cotyliscus dicitur: atque quibus mysteriorum periti effundunt.* Suspicabatur enim vir non amusus, ideo cotylam, seu cotyliscum pro Cymbalo vsurpari, cum propriè vrceolus sit: quia in sacris, sic inde aquam vel vinum effundebant, vt sonitum aliquem mysticum affectarent. Hæc tamen mihi, remotissima satis coniectura: cotyla enim, quidquid cauum est, significat, vnde & vrceum, & Cymbalum, à cauitate potuit significare. Sed hæc Ephræm opinio, minus vera.

Sed quandoquidem, tantummodo diuinando, hæc timentis scyphi diuinatio inuestiganda: operæpretium duxi, nonnulla minus trita de Cottabo, & Cottabizantibus huc congerere. Suidas in verbo κοτταβίζειν. ita. Κοτταβίζειν, παίζειν εἰς χαλκᾶς δὲ φιάλας, αἳ καλοῦνται λατάγεια, ἀπορρίπτειν ἐμβάλλοντες τὸ πόμα: καὶ εἰ ἐγένετο μείζων ψόφος, ἐδόκουν ὑπὸ τῶν ἐραστῶν ἐρᾶσθαι. Κότταβος δὲ λέγεται τὸ λῆμμα τοῦ ποτηρίου, ὃ ἐνέβαλλον εἰς τὰς λατάγας. Ἦν δὲ παίγνιον παρ' Ἀθηναίοις τοιοῦτον. Ῥάβδος μακρὰ πεπηγμένη ἐν τῇ γῇ, καὶ ἑτέρα ἐπάνω αὐτῆς κινουμένη ὡς ἐπὶ ζυγοῦ. Εἶχε δὲ πλάστιγγας δύο ἐξηρτημένας, καὶ κρατῆρας δύο ὕδατος ὑποκάτω τῶν πλαστίγγων. Καὶ ὑπὸ τὸ ὕδωρ ἀνδριὰς χαλκοῦς κεχρυσωμένος. Τοῦτο δὲ ἦν ἐν ταῖς συμποσίαις. Καὶ τῶν παιζόντων, ἀνίστατο τις ἔχων φιάλην γέμουσαν ἀκράτου: καὶ μακρόθεν ἱστάμενος, ἔπεμπεν ὅλον τὸν οἶνον ὑπὸ μίαν πνοὴν εἰς τὴν πλάστιγγα, ἵνα γεμισθεῖσα βαρυνθῇ, καὶ κατελθοῦσα, κρούσῃ εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀνδριάντος, τοῦ ὑπὸ τὸ ὕδωρ κεκρυμμένου, καὶ ποιήσῃ ἦχον. Καὶ ἐὰν μὲν μὴ ἐκχυθῇ ἐκ τοῦ οἴνου: ἐνίκα καὶ ᾔδει ὅτι φιλεῖται αὐτὸς, ὑπὸ τῆς ἐρωμένης: εἰ δὲ μὴ, ἡττᾶτο. Ἐλέγετο δὲ ὁ ἀνδριὰς, ὑπὸ τὸ ὕδωρ, μάνης. Κότταβος, λάταξ. Χαλκῆ φιαλὴ, ἣν μεταξὺ τοῦ δείπνου, ἐτίθεσαν οἴνου πεπληρωμένην: εἶτα εἰς μικρὰ ποτήρια ἐμβάλλοντες, ἀπὸ ὕψους ἐρρίπτουν, ἐπὶ τῷ ψόφον ἀποτελέσαι, ὃς ἐκαλεῖτο κότταβος· ἐπῃνεῖτο δὲ ὁ μείζονα ψόφον ποιῶν: καὶ μεθυσοκότταβοι ἐκαλοῦντο, οἱ τοῦτο ἐργαζόμενοι. *Cottabizare, est certo modo ludere: in areas enim phialas, quæ vocantur latagia, potum ab alto proiiciebant, & quo strepitus maior resonabat, eo sibi videbantur arctiùs à Dilectis amari. Cottabus autem dicitur, pars illa calicis, quam in Palagias emittebant. Erat autem talis hic ludus apud Athenienses. Virga quadam parua, infixa terra rigebatur, supra quam altera statera instar committebatur: ab huius vero extremis bina pendebant lances: sub istis autem lancibus, in terrâ, erant crateres duo, aqua pleni: deinde vero sub craterum aqua imaguncula area sed-subaurata. Exercebatur hoc autem, inter conuiuandum. Paratis ergo iam omnibus conuiuis ad ludum, surgebat quidam habens in manu phialam meri plenam: & stans à longè, totum iaculabatur vinum in vnam lancinam, idque vno tantummodo ictu: nimirum vt lanx à vino impleta grauaretur, descendénsque, caput percuteret imaguncula, quæ sub aqua suppositi crateris delitebat, ederétque tinnitum: quod quidem si eueniret, nec aliunde vinum, è lanci effunderetur: tunc victor agnoscebat, quod ab amasia sua diligeretur: sin aliter, descendebat victus. Vocabatur autem imaguncula illa, quæ sub aquâ erat, Manes. Cottabus etiam, latax, area nimirum phiala, quam inter cænandum constituebant vino plenam, postea in paruos scyphos hinc effundentes, ab alto proiiciebant. Sonitui faciendo, qui vocabatur cottabus. Laudabatur autem, quisque maiorem sonitum edebat. Vnde qui id exercebant, methysocottabi dicebantur.* Expressi clarius quam religiosius aut elegantius mentem. Suidæ. Ioannes Tzetzes chil. 6. hist. 85. de eodem, (parco Græcis) sed paulo aliter.

In conuiuio stabant statera, atque patellæ:
Vtrinque autem statera infra lances.
Patella autem in medio habebant imagunculas,
Quas Manas vocabant, illi tunc
Conuiuæ. implentes igitur vino horum eos,

Quod latax, & latage, scilicet, humidum & fluxum
Hoc cum strepitu miscebant in vnam lancium,
Hoc est excutiebant, expuebant, euacuabant,
Cottabum, instrumentum omne vocabant hoc
Si igitur lanx, lotione inclinasset vini,
Et caput mana percutiens tinniret,
Coomua conuiuis videbatur generosus:
Sin minus tanquam ignarus irridebatur.

Ergo non solum ex phialis, & scyphis, sed etiam ex ore vinum iaculabantur. Vtcunque sit, tinnitum in hoc maximè ludo, præsagiendis affectibus, aucupabantur. Si ergo audes ludum hunc Ægyptiis olim notum affirmare, posses inde explicare Iosephi scyphum, qui inde diuinare, vnde tinnire dicitur, quia diuinatio, è tinnitu sumebatur. Sonitus autem scypho, tanquam præcipuo iaculationis instrumento attribuitur. Athen. Nec obstat quod Athen. dipn. lib. 15. cap. 1. Cottabum putet non esse perantiquum: licet enim cum toto hoc apparatu, fortassè apud priscos non legatur: tamen, semper sonitus iste proiecti ex poculo liquoris, superstitiosè fuit obseruatus. Val. Max. Valer. Max. lib. 3. cap. 2. de Theramene, prisco satis homine, & ad cicutam bibendam damnato. *Porrectam veneni potionem, non dubitanter hausit: quodque ex eâ superfuerat, iocabundus, illisum humo, clarum edere sonum coëgit: renidénsque*, &c. de Tull. Athen. quo etiam Cicero lib. 1. Tuscul. plura ipse Athenæus lib. 10. cap. 9. & lib. 11. cap. 9. vbi illud signatius de crebro huius ludi vsu. *Construebantur domus præterea circulares, ita vt omnes Cottabo in medio posito, ex æquo spatia, locisque non absimilibus ob victoriam decertarent.* Vide etiam quæ ha-Antiph. bet cap. 12. eiusdem libri ex Antiphane, qui huius sonitus, & Manæ meminit. Addo tantum Nonnum lib. 33. Dionys. vbi similem ludum constituit, quo Hymenæus, & Cupido contendebant: & postquam infælicem Hymenæi iactum describit, quod nullo emisso sono, statuam seu scopum attingeret: iam de Cupidine victore, ita.

Deinde astutus Amor artificiali lege
Amabile poculum abstulit, & precatus est Venerē,
Corde tacito: & certum oculum emittens
In scopum iaculatus, procul liquorem misit,
Nectarei vero poculi reuolutus liquor,
Et rectè missus, solida statua supra caput
Ex ære grauiter sonans, resonabat super frontem,
Resonabat vero statua: & filio Veneris
Aureus resonabat lebes, victoria sonitum.

Vbi perperam Interpres, lebetem hunc explicat de præmio certaminis: cum potius esset basis statuæ percussæ: vt ex contextu sequentium & antecedentium, ibi videre potes: & aliis Auctoribus quos dedi, clarè patet. Hæc si tibi ad tinnientem Scyphum Ioseph, minus placuerint: his saltem Auctoribus intelligendis, & priscis ritibus obseruandis non displiceant. Illud audeo affirmare (si ludus Ægyptiis notus) non ineptè cum fratribus conuiuis, & quasi mutuis affectibus iocosè augurandis, hoc sibi leuamen potuisse Iosephum instituere, minus periculosè, quam in Ephræm tinnitu.

4. Obseruationem desiderant nec vulgarem illa Isai. 47. v. 13. Isaiæ cap. 47. vers. 13. eo diligentius nobis interpretanda, seueriusque examinanda, quominus ab interpretibus attenduntur. Ergo ita ibi Propheta, impendens iam supplicium populo pronuntians, & irrita eiusdem consilia in quibus habebant fiduciam, manifestans. *Stent & saluent te Augures cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses: vt ex eis annuntiarent ventura tibi.* LXX. legunt, *στήτωσαν δὴ καὶ σωσάτωσάν σε οἱ ἀστρολόγοι τ̃ οὐρανοῦ. Stent nunc, & saluent te astrologi cæli*, &c. & certè ex Hebræo הבר, astrologum, LXX. Interpr. & contemplatorem stellarum deducunt omnes. nobis tamen noster vulgatus, verissimus & infallibilis interpres reputandus. Quæro quid per *Augures* textus noster velit explicatum; nam lato modo Augures, pro illis qui ab astris diuinant, sumere potuisse, non est dubium, & ita sumpsisse, hinc videtur probare. Auguri, & Aruspici, nihil commune cum cœlo, cum sideribus: qui ab auium cantu, aspectu, esu, præcipuè: deinde ab aliis etiam, sed nunquam ab ipso cœlo & astris, signa obseruabant. Augures ergo hîc, qui contemplentur sidera, lato modo veniunt explicandi. Neque decipiatur Lector Nouitius, notis illis verbis Festi Pompei lib 15. *Quinque genera signorum obseruant Augures, ex cælo, ex auibus, ex tripudiis, ex quadrupedibus, ex diris.* Nam primum illud genus, *ex cælo* vt passim Doctiores explicant, non designat ipsum cœlum, & astra, aut quidquid in cœlo ipso fuerit, ab Augure obseruati, sed illa, quæ è cœlo prouenire videbantur, vt puta fulgur, fulmen, grandinem, ventos, similiaque, ex hac vel illa cœli parte prouenientia: si in rectum, aut in obliquum signa mittantur: itaque non in cœlo, sed è cœlo, auguria captabant. De quo multa Alex. Neapol. lib. 5. cap. 13. & 19. at Alex. Neap. in hoc loco non tam signorum venientium è cœlo, quam cœli ipsius & siderum, dicuntur Augures isti contemplatores: quod propriè ad Astrologos pertinet. Deinde verbum illud, *stent & saluent te*, &c. quò non tam videtur significari, auxilium vtcunque, cuiusuis generis: sed signatè illud quod ab arte sua populo deluso solebant importare: non videtur germanis & propriis auguribus conuenire: hi enim non tam *stantes*, quam *sedentes* auguriis vacasse cognoscuntur.

Video tamen non tenuiora rationum momēta, pro contraria parte, vnde hic propriè Augures intellig, iquiuis auguretur. Fateor Augurē aspectum cœli, naturam, cursum, influxúmque siderum instar Astrologi non notare: at certè lituo suo signante, cœlum sibi in varias partes diuidebat, vt certas partes auguriis designaret: mille pro hac re passim incurres testimonia: nunc satis notissima illa verba Seruij ad Æneid. 7. *Lituus, incur-* Seru. *uus Augurum baculus, quo vtebantur ad designanda cæli spatia: nam manu non licebat.* Cur ergo qui sic designabat cœlum, ipsumque mente callida partiebatur, tótque putabat, si non in illo, at ex illo discere: ipsius cœli contemplator, non diceretur. Expendo pro hac coniecturâ locum alias notū ex Dionysio Halicarn. lib. 2. vbi de Romanis Augu- Dionys. ribus, qui optimam sedem captandis auguriis illum credebant, quæ ad Orientem respiceret, vnde sic concludit: *quod sedes sit optima captandis auspiciis, quæ Orientem spectet, vnde Sol & Luna surgunt, stellæque tam fixæ, quam erraticæ: & vnde mundi motus sumit exordium.* An non meritò siderum diceretur contemplator, qui si minus naturam siderei exortus, illius tamen situm, tanquam sibi vltimum attendebat, & totus Orienti inhiabat? apud alias nationes Augures, fortassè Occidenti, Meridiei, aut Septentrioni oculos admouebant: sed mihi perinde est, vtram eligerent, dummodo siderum stationem, & aliquem cœli

tractum

tractum attenderent: quo saltem ex hoc, cœli contemplatores nominentur. Quod additur de *standi* verbo, non ita difficile, nam quamuis gratis concederem mysterium in hac voce quæsitum, (quod falsum puto) adhuc corruat argumentum necesse est, quando, vt infra probabo, aut sedentes, aut saltem immobiliter stantes, proprij germanique augures, captandis signis suis persistebant.

Quid ergo de Auguribus Isaiæ, sit dicendum, tu videris cum vtrunque non improbaliter dici posse videatur: nisi mauelis (& fortassè probabilius,) sic locum explicare, vt veros & germanos Augures intelligas, eosdémque pariter Astrologos & Mathematicos: itaque *Augures cæli*, id est aëris (ex communi vsu scripturæ) dicuntur, qui signa illa auium, fulminum & similium obseruabant: & *siderum contemplatores:* quia licet ad eos quatenus Augures, siderum speculatio non pertineret, tamen vt ad Astrologos, pertinebat. Quasi vellet Propheta insignes hic veneficos denotare, qui pariter auguratus, & Astrologiæ notitia præcellerent: illi enim apud ethnicos celebriores, & deorum instar habiti, qui non alterâ, sed vtraque arte pollentes, profusius delirantes profundius diuinare videbantur. Æneas ad Hele- [Virgil.] num Æneid. 3.

Troiuge Interpres Diuum, qui numina Phœbi
Qui Tripodas, clarij lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.

Innumera his similia passim incurres.

5. Dubitabis, an illud, quod dicitur de Balaam iam certo, abesse à diuinâ voluntate, vt Israël [Num. 24. v. 1.] malediceretur: *Nequaquam abiit, vt ante perrexerat, vt augurium quæreret, sed,* &c. Numer. 24. vers. 1. de vero & germano augurio sit accipiendum, ita vt auium volatum aut garritum aucuparetur Pseudopropheta: an potius, de quouis alio genere diuinationis, & diabolici commercij instituto? discessisse quæsitum dæmones ad colloquium, & magico exercitio vacaturum, communis est interpretum sententia: sto tamen versioni Græcæ [LXX. Interpr.] correctissimæ, quæ ita in Sixtianis. Οὐκ ἐπορεύθη κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ, εἰς συνάντησιν τοῖς οἰωνοῖς. *Non abiit, iuxta id quod ipsi in more erat, in occursum auibus.* Quo nihil clarius, proprio explicando augurio dici potuit. Et quidem si expendantur nonnulla, quæ præsenti huius historiæ veneficio disponit Balaam, apertè credo constabit, ab auibus etiam signa quæsiisse. Pende in primis illa ex cap. 23. à vers. 14. de Pseudopropheta eunte cum [Num. 23. v. 14.] Rege. *Cumque duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis Phasga: ædificauit Balaam septem aras, & impositis supra vitulis atque arietibus dixit ad Balac: sta hic iuxta holocaustum tuum, donec ego obuius pergam,* &c. *reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & Principes Moabitarum cum eo.* Nota ergo sic in hoc loco *montem*, & supra cap. 22. vers. 42. *excelsa* affectari, quasi incantationibus suis id deseruiret: si enim, (quod in textu exprimitur) solummodo cernendo Israëli, eò ascenderent, satis videbatur quæuis altitudo, nec ita sublimis vertex desiderandus: maximè, cum pars Israëlis, & non totus exercitus cernendus peteretur. Vertex ergo quæritur, quia hæc statio captandis auguriis, & dimetiendo, vt supra dixi, cœlo longè aptior. Demus tamen, non ideo eo conscendisse, vt auguria captarent, sed vt exercitum cernerent: tamen iam ibi constituti, ab aptissima statione moti videntur, vt priusquam holocausta incenderent, & incantatoriis maledictionibus vacarent, fælicis euentus augurium aucuparentur. De locis editissimis quæsitis ad Augurium, passim Auctores leges: mihi nunc satis illud Flori lib. 1. cap. 1. de Romulo & Remo. *Gemini erant, vter auspicaretur, & regeret, adhibuere piacula. Remus montem Auentinum; hic Pallatinum occupauit. Prior ille, sex vultures: hic postea, sed duodecim vidit. Sic victor augurio, vrbem excitat, plenus spei bellatricem fore: ita illi, assueta sanguini, & prædæ aues pollicebantur.* [Iul. Flor.] Vbi id obiter aduerte, vultures, Aquilas & similis rapacitatis aues præliaturis Regibus faustissimas haberi. De vulturibus in hanc rem multa vbiuis, lege Interpretes Statij ad illud Theb. 3. [Statius.]

Non venit auguriis, melior quam vultur, &c.

Et quæ de auibus carniuoris ad hanc rem habet Tiraquell. ad Alex. lib. 5. cap. 13. & fortassè, hoc [Tiraq.] voluere LXX. qui non vtcunque auibus sed τοῖς [LXX. Interp.] οἰωνοῖς, occurrentem faciunt Balaam: nomen autem Græcum vt vides, licet quandoque pro auibus simpliciter vsurpetur, præcipuè tamen carniuoras aues solet denotare. Has ergo cupit Balaam, vt suos in certamine strenuos, & Israëlis voratores, fælicius aucuparetur. Maneat ergo Balaam, etsi dæmoniaco colloquio inhiaret, tamen inspiciendis auibus interim vacasse.

6. Neque videtur mysterio carere quod tam seriò præcipiat Balaam Regi, ne tam circa holocaustum ambularet, quam firmis vestigiis staret: additúrque in eodem situ & loco stantem, postea inuentum: quod idem iterum in eodem hoc capite vers. 3. & 6. eadem ratione exprimitur, nec temerè [Num. 24. v. 3. & 6.] proferri iudicandum. Fortassè enim, præscripsit illi Pseudopropheta ne moueretur, vt etiam Balach obseruaret, si quod fortè illi augurium occurrat, quod postea sibi reuertenti narratum, Arioli doctrina explicaretur. Dices, necessario tunc sedentem Regem, non vero stantem describendum. Fateor, sessionem ad auguria magis solennem. Ideo Virgil. 9. Æneid. *sacrata valle sedebat.* [Virgil.] Vbi Seruius. *Secundum Augures, sedere est auguria* [Seru.] *captare, nam post designatas cœli partes, à sedentibus captantur auguria.* De quo iam alij innumera Auctorum testimonia ad rem suam conglobarunt: addo è Græcis optima duo, in quæ incidi. Tiresias augur, apud Sophoclem in Antig. [Sophocl.]

Γνώσῃ τέχνης σημεῖα τῆς ἐμῆς κλύων
Εἰς γὰρ παλαιὸν θῶκον ὀρνιθοσκόπον
Ἵζων, ἵν᾽ ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμὴν
Ἀγνῶτ᾽ ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων.
Agnosces artis meæ signa audiens,
In Veteri enim sede augurali
Sedens, vbi est mihi totius augurij portus,
Ignotam percipio vocem auium.

Euripides in Bach. Vbi Pentheum inducit ita per- [Euripid.] citum, & omnia infensi Vatis instrumenta euertentem.

——Στειχέτω τις ὡς τάχος
Ἐλθὼν δὲ θάκους τοῦδ᾽ ἵν᾽ οἰωνοσκοπεῖ
Μοχλοῖς τριαίνης κἀνάτρεψον ἔμπαλιν
Ἄνω, κάτω, τὰ πάντα συγχέας ὁμοῦ.
——*Eat aliquis quam primum*
Et accedens, sedes illas augurales,
Tridentibus euertat eas retro.
Sursum ac deorsum omnia conturbans.

Quasi tam arctis firmarentur vinculis, vt nonnisi ferreâ machinâ conuellendæ. Nihilominus quamuis ista sint vera: statio tamen quandoque auguribus etiam solennis: cum enim sederent, ne de

loco

loco moti, firmum augurandi situm amitterent: si stantes, fixo & immobili gradu persisterent, nihil derogatum auguriis existimabant. Vnde non sibi contrarius, (vt putant Critici) quin imo sibi constans Seruius, ad illud Virgil.

Seruius. Virgil.

—— Vestigia pressit

Obseruans quæ signa ferant.

Sic scribit. *Ad augaria captanda post preces, immobiles vel stabant, vel sedebant.* Cum igitur tam sedulo, bis commendatam, & in eodem loco retentam stationem Regi legamus: non temerè augurio etiam vacasse, augurabimur: obseruabant enim etiam Auguria indocti, quæ postea, artis peritiores, interpretabantur. Videndus P. Delrius lib.4.c.2.q.7.sect.2.mag. (Delr.)

7. Sacerdotes Philistinorum, ita ad suos de arca reducenda. *Duas vaccas fœtas, quibus non est impositum iugum iungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi, &c. & aspicietis, & si quidem per viam eorum, &c.* 1.Reg.cap.6.à vers.7. inspitatos à Deo Sacerdotes, voluere plures cum D.Augustino & Theodoreto: alij cum Origene malunt, dæmoniaco instinctu, ad solitam augurandi artem confugisse: deinde vero visum Deum ineptâ illorum cogitatione, vt arcam suis incolumem restitueret. Hæret inter vtrosque dubius noster Sanchez. Meus vero Mendoça stat illis, qui augurium captatum hîc affirmant, & proinde hac experientiâ, ethnicos & verè augures peccasse Sacerdotes. Lubentius his adnoctor. At inquis, ab auibus, non à quadrupedibus peti auguria, videtur apertè probari, ea Græca illa paræmia ὄνος ὄρνις: cum enim æger quidam, salutis consequendæ spem conciperet, ex eo quod iacentem asinum, subito se se erigentem cerneret: ad eius irrisionem, & similium, nata est paræmia illa, quæ Latinè sonat, *Asinus auis*: quasi nihil magis esse potuerit ridiculum, quam ab asino augurium capere, quod ab aui fuerat spetandum: quasi apud illum, asinus & auis pro eodem haberentur. Quid tamen hac paræmiâ indiceretur, non valde curo examinare, fortassè ad rem sanitatis ineptum asinum reputabant: aut aliæ ibi intercessere circunstantiæ, quæ ridiculum augurium reddidere. Illud certum est à quadrupedibus, vanissima sua auguria captasse ethnicos, vnde Festus Pompeius supra relatus inter quinque illa genera Auguribus obseruata, *quadrupedes*, vt vidisti expressit: & iterum lib.14. *Pedestria auspicia arbitrantur, quæ dabantur, à vulpe, lupo, serpente, equo cæterisque animalibus quadrupedibus.* Innumera huiusce rei exempla dedit Alex. Neapol. lib.5. cap.13. subdo aliqua in quæ incidi. Expressum est, contra id, quod de asino supra obiiciebatur, illud Augusti Cæsaris in Accium descendentis ad aciem, de quo Sueton. cap.96. *Descendenti in aciem asellus cum asinario occurrit: Eutychus homini, bestiæ Nicon erat nomen: vtriusque simulacbrum æneum posuit victor in templo.* Quia nimirum *Eutychus* Græcè, fortunatus est, *Nicon* victoria: vnde triumphi sui omina comparauit. Cadmus à vacca progrediente, & tandem à viâ cessante, inuentæ sibi quietis capit augurium apud Non.Dionys.lib.4. & vocatur ibi ab auctore δαμασιν βοῦς, *diuina vacca* quia diuina præbuit auguria. Vide Plinium de fælicissimo luporum augurio lib.8.c.22. sed hoc planum.

1.Reg.6. v.7 D. Aug. Theod. Origen. Sanch. Mend. Fest.Pom. Idem. Alexand. Neapol. Sueton. Nonnus. Plin.

Difficilius est, illud expiscari, an aliquid mysterij adhuc, præter id quod iam alij obseruarunt, in vaccis eniais, & ab omni iugo liberis, quærerent prædicti augures. Fœtas vaccas, id est editis vitulis iam fœcundas, ideo assumendo augurio assumptas volunt interpretes, quia clarius manifestarent, diuino impulsu duci, si lacte distentæ, & vitulorum amore naturaliter detinendæ, adhuc pergerent, mysterio magis, quam affectui seruientes. Verum hoc, sed quod magis à rerum manifestâ naturâ, quam ab occultâ augurandi peritiâ petitum videatur. Fortassè igitur in quadrupedibus fœcundis, aliquid augurio fælicius, quam in aliis, Veteres arbitrabantur: vnde apud Virgil. Æneæ sus enixa fæliciori à Diis aucupando augurio assignatur: de qua postea lib.8.ita. (Virgil.)

Candida per siluam, cum fœtu concolor albo

Procubuit, viridique in littore conspicitur sus.

Causa videtur petenda ex eo, quod quadrupedes fœcundæ, *feliciores* dicerentur, vnde captando augurio, aliquid importasse, non temerè præsumemus. Virg.1.Georg. (Virgil.)

Terque noua circum fælix eat hostia fruges.

Vbi Seruius. *Fælix, id est, fœcunda. Et dicit ambaruale sacrum, quod sæpe de porca fecunda, & granida fieri consueuerat.* Tu plura. (Seru.)

Quod autem iugi expertes hæ vaccæ eligantur, dupliciter, cum aliis, explicat Mendoça aut ob honorem arcæ, decentius ista quippe à vaccis nondum aliud expertis iugum, portaretur: aut ad maiorem miraculi euidentiam, si iugi adhuc insciæ, quasi assuetæ iam & domitæ arcam gestarent. Vtraque ratio aptissima, addo tertiam, rei quidem augurali, cui delusi vacabát, non ineptam: cum enim ex vaccis signa sibi diuina sperarent aucupanda, conuenientius credidisse credo, vt *lectæ* essent: sicut hostias, non nisi *lectas* assumebant, vt futura ea illis prænoscerent. Alexand.Neapol. lib.3.cap.12. *Quas cum immolabant, nisi puræ essent & lectæ, ad rem diuinam non proficere putabant, &c. lectæ autem dicuntur hostiæ maiores, & vberius depastæ, quæ clauda, morbosa, aut vitiosa non sunt: quia prænosci nisi ex sanâ victimâ, futura non possunt.* Lege ibi Tiraquell. si ergo nonnisi lecta victima in extipisciis, futurum demonstrabat: saltem aptior auguriis lecta quadrupes veniret: non autem lecta putabatur, saltem in certis sacris, quæ iugum passa: ideo Macrob.Sat.3. cap.5. *Quædam sunt hostiæ, quæ iniuges vocantur, id est, quæ nunquam domitæ, ac iugo subdita sunt, harum meminit Virgil. nunc grege de intacto.* Habentur vero carmina 6. Æneid. (Mend. Alex.Neap. Macrob. Virg.)

Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos

Præstiterit, totidem lectas de more bidentes.

Et 4.Georg. (Idem.)

——Intacta totidem ceruice iuuencos.

Vbi multa Cerda. Adde signatum locum Senecæ in Oedip. vbi Magus extispicio exercendo victimam deligit. (Senec.)

Appellite aris candidum terge bouem

Curuoque nunquam collo depressum iuga.

Quasi aliter non posset futura demonstrare. Fouet coniecturam hanc meam de Auguriis Ouid.3.Metam. vbi de vacca augurali, & diuina, quam supra dixi. (Ouid.)

Bos tibi Phœbus ait Solis occurret in aruis,

Nullum passa iugum.

Neque mihi obstat, quod cum nullum passæ iugum aptiores auguriis haberentur: hîc tamen sacro iugo subdantur, augurio faciendo: sic enim iniuges equi, apud Germanos, in hanc rem celeberrimi, aptiores tamen, quando denuo sacro currui iungebantur. Cornel. Tacit. de Mor. Germ. *Proprium gentis, equorum quoque præsagia, ac monitus experiri.* (Corn. Tac.)

experiri. Publicè aluntur eisdem nemoribus ac lucis, candidi, & nullo mortali opere contacti: quos pressos sacro curru, Sacerdos ac Rex, vel Princeps ciuitatis comitantur: hinnitúsque ac fremitus obseruant. Nec vlli auspicio maior fides, non solum apud Plebem, sed etiam apud Proceres, apud Sacerdotes: se enim ministros Deorum, illos conscios putant. Ad alia.

8. Paulus 1.Corinth.cap.1.vers.20.ita *Vbi sapiens, vbi scriba, vbi conquisitor huius sæculi?* [1.Cor.1. v.20.] Omnes ferè quos viderim, cum nostro Iustiniano ibi, hunc sæculi conquisitorem, de diligenti rerum naturalium inuestigatore, & mysta explicarunt. Contra tamen stat Ambrosius (si is est) [D.Amb.] qui ad hunc locum ita. *Conquisitor sæculi hic est, qui à constellationibus agi mundum, & duodecim signis, ortus & occasus fieri decernit calcolis, nihil omnino sine eorum motu putant posse fieri.* Vbi purus putus Astrologus denotatur. Et ni fallor, in eandem mentem visus ferri Tertull.lib. de Idolol. cap.9. [Tertull.] qui in hunc modum. *Post Euangelium nusquam inuenias aut sophistas, aut Chaldæos, aut incantatores, aut coniectores, aut magos, nisi planè punitos. Vbi sapiens, vbi literatus, vbi conquisitor huius sæculi? nonne infatuauit Deus sapientiam huius sæculi?* Quasi hi quos infatuatos vult Paulus, sint incantatores, & Chaldæi siue Astrologi, cæterique diuinatores, qui post Euangelium, euanuere. Mihi quidem minus probabiliter huc Paulus adductus videtur: si cui tamen hæc explicatio fortè placuerit, sciat voces illas *conquisitor* & Græcè συζητητὴς, ab Astrologia & Magia, non abhorrere. Horat.lib.1.Oda 11. [Horat.]

Tu ne quæsieris, (scire nefas) quem mihi quem tibi,
Finem Dij dederint Leuconoe, nec Babylonios
Tentaris numeros.

Spartianus in Pescenio Nigro, de rebus per magiam consultis. *Nec defuit alia curiositas; requisitum est, quis obtenturus Rempub.* Hæc enim curiositas sub qua requiritur, magia est, vt iam ostendo.

9. Fœminarum licentiam repressurus Apostolus, [1.Tim.5. v.13.] Ita habet ad Timotheum ep.1. c.5.v.13. *Simul autem & otiosæ discunt circuire domos, non solum otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet.* Hæ fœminæ *curiosæ*, in Græco vocantur περίεργοι: an ergo incantatrices, & magicum aliquid redolentes notat? fortassè. Certè *Curiositas* apud Latinos, & περιεργία apud Græcos, Magiam significat. Dedit multa, & sacra & profana, Laurentius Ramirez in suo Pentaconth. cap.36. vide. [Ramir.] Addo Tertull.Apol.c.25. [Tertull.] *Nam etsi à Numa, concepta est curiositas superstitiosa.* Et ibidem iterum de Imperatore Adriano tot veneficiis dedito, ita. [Idem.] *Adrianus quanquam curiositatum omnium explorator.* Vide plura ibi apud Interpretes. Quibus adnecto, & explico pulchrum locum Chrysol. sermon.51. in Epiphaniâ, [Chrysol.] loquitur de Magis Christi adoratoribus. *Apparuit stella, non volens, sed iussa: non cæli nutu, sed diuinitatis impulsu: non lege siderum, sed nouitate signorum: non cæli climate, sed virtute nascentis: non Astrologi scientiâ, sed præscientiâ conditoris: non arithmetica ratione, sed sanctione diuina: superna procuratione non curiositate Chaldæa: non arte magicâ, sed Iudaicâ Prophetiâ.* Sic etiam potest explicari non ineptus Auctor Stephan. Cantuar. apud Godef. ad illud Aggæi cap.1. [Stephan. Cant. Agg.1.] *Adhuc modicum, & ego commouebo non solum cælum, sed & terram.* Vbi ita habet: *Id est aërem & terram, quia quantum ascendit curiositas hominum in altum, tantum descendit ignis iudicij. Quid ergo fiet de curiosis si propter eos videntur elementa puniri?* Sed Stephanus fortassè longè planius, & aliter interpretandus. Videndus Epiphan. Hæres. 3. qui passim, *curiosos* de incantatoribus & Magis interpretatur. [D.Epiph.]

Huius itaque magicæ curiositatis, prædictas fœminas incusabat fortassè D.Paulus, eo vel maximè, quod fœminæ vt plurimum hoc morbo tabidæ. Multa de fœminarum veneficiis, illarumque indole incantationibus deditissima Tiraquell.8.l.connub.part.8.ad finem. [Tiraq.] Addo propterea à profanis Auctoribus, vt plurimum fœminas hac arte famosiores celebrari, Hor.Epod.Oda.17. [Horat.] Sic Magam loquentem inducit.

An quæ mouere cereas imagines,
Vt ipse nosti curiosus, & polo
Diripere Lunam vocibus possum meis, &c.

Plautus in mil.glor. [Plaut.]

——Da, quod dem quinquatribus
Percantatrici, coniectrici, Ariolæ.

De Germanis Cornel. Tacit.Histor.lib.4. [Corn.Tac.] *Ea virgo nationis bructeræ late imperitabat, vetere apud Germanos more, quod plerasque fœminarum fatidicas, & augescente superstitione arbitrantur Deas.* Sueton. in Vitelio cap.14.ait, [Sueton.] *Vitelium de matris morte suspectum esse, vaticinante Cattâ muliere, cui velut oraculo acquiescebat, ita firmiter ac diutissimè imperaturum, si matri superstes esset.* Hæc puto, similiaque, fecerunt locum Tertulliano, [Tertull.] vt curiosam hanc artem, fœminis primum traditam à dæmone scribat, lib.de Idolol.cap.9.aut saltem non leuiter insinuet. Eius verba. *De Astrologis, non loquendum quidem est. Sed quoniam quidam istis diebus prouocauit defendens sibi perseuerantiam defensionis istius, paucis vtar. Non allego quod idola honoret, quorum nomina cælo inscripsit, quibus omnem Dei potestatem addixit: quod propterea homines non putant Deum requirendum, præsumentes stellarum nos immutabili arbitrio agi: vnum propono, Angelos illos desertores Dei, amatores fœminarum, proditores etiam huius curiositatis, propterea quoque damnatos à Deo.* Si enim Angeli in falsa Tertulliani sententiâ, amore fœminarum terram adierunt, & tunc veritam Astrologiam docuerunt, satis colligitur, amasiis prius illam aperuisse. Ideo lib. de hab. mul. cap.2. [Idem.] licet peculiariter, fœminis à dæmone traditas scribat munditias, & luxus muliebres: tamen satis innuit, metallorum opera, herbarum ingenia, incantationum vires, & omnem curiositatem, vsque ad stellarum interpretationem, eisdem quarum amore venerat, reuelata. Imo & Gentiles qui Prometheo è cælo redeunti, magica pauca attribuunt: Medeam eiusdem discipulam maximè celebrant: hinc illa apud Senecam Act.4. [Senec.]

——Ignis fului
Clausum in auro, latet obscurus
Viscere fæto. Dedit & docuit
Condere vires arte Prometheus.

Hinc etiam factum credo locum simili Circeæ fabulæ: cum enim magorum multa è Sole pendere credita: Circes Magiæ Princeps, solis filia & à patre edocta celebratur. Sic è loco Genes. 6. qui etiam in ethnicos deriuatus, & nostri aliqui & illi plures, sibi persuaserunt errantes, fœminis primitus Magiam instillatam. Vnde vt dixi, saltem illud deducitur, insitum à natura fœminis incantationum amorem, & frequentiorem quàm viris vsum, illis assignari. Non ergo temerè, hoc reprehendisse hic Apostolum dicat aliquis. Ego tamen non id audeam affirmare, cum longè

longè asperius, id vitij videretur reprehendendum, neque otio & verbositati, leuioribus notis cōmiscendum: nisi fortè superstitiones aliquas notet Apostolus, quibus (vt & hodie) fœminæ tunc illæ implicarentur, quas certè scimus non leuem Magiæ speciem sortiri, exerceor ceremonias nescio quas immixtis precibus, & dum sub pietatis pretexto vocant deuotiones, dæmoni potius, quam Deo deuouentur. Forsitan igitur lato vocabulo has γραώδεις vocauit Apostolus: & quasi mente potius, quam affectu errantes, durius non increpuit. Vide infrà num. 12.

Obiter communem huius loci explicationem, de curiosa fœminarum indole, vbiuis se ingerentium, secreta quæuis expiscari satagentium, & fumos reconditæ in quauis re notitiæ, venditan-
Plaut. rium, illustrabis ex Plauto in Trioumo.

Sciunt id, quod in aurem Rex dixerit, Regina
Quod Iuno fabulata sit cum Ioue.

Theocr. Didicit à Theocrito, qui ita

Πάντα γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἀγάγεθ' Ἥραν.
Omnia norunt fœminæ, etiam quomodo Iupiter Iunonem duxerit.

Iuuen. Pulchrè Iuuen. Sat. 6.

Hæc eadem nouit, quid toto fiat in orbe,
Quid Seres, quid Thraces agant secreta nouercæ
Et pueri: quis amet, quis decipiatur adulter, &c.
Instantem Regi Armenio, Parthóque cometem
Prima videt: famam, rumorésque illa repentes
Excipit ad portas: quosdam facit esse Niphatem
In populos, magnóque illic cuncta arua teneri
Diluuio, nutare vrbes subsidere terras:
Quæcunque in triuio, cuicunque est obuia narrat.

Sed iterum ad scopum.

10. Percussis Philistæis à Sansone, addit textus: *Per-*
Iud. 15. v. 8 *cussitque eos ingenti plagâ, ita vt stupentes suram fœmori imponerent.* Iudic. cap. 15. vers. 8. obscurissimus est locus iste, tum multiplici versionum discrimine, tum diuersissimo interpretum iudicio implicatus. Versat illum, qua solet diligentia noster
Delr. Delr. tom. 1. adag. 164. vide. Ego dum de diuinationibus, & incantationibus scribo, videor incantationis genus in hoc loco diuinare: & vt serio loquar, dabo trepidam quamdam coniecturam, si fortè cui probetur ad hunc locum: si autem minus apta, quod timeo, videatur: nihil tamen obstat, quo minus hoc veneficij genus, congeram inter alia. De ortu sui Herculis, hæc aut narrant, aut
Pausan. fabulantur Thebani, apud Pausaniam in Bœot: *Pharmacidas Thebani a Iunone missas aiunt, vt parturienti Alcmenæ impedimento essent: sed eas dum Alcumenæ partum inhiberent, à Tiresiæ filia Historide, tali commento delusas: ex eo namque loco, vnde illæ facile audire possent, clamauit peperisse iam Alcumenam: illas ea voce deceptas, statim abiisse: Alcumeniam illico puerum enixam.* Si autem quæras quo veneficij genere, hæ Pharmacides siue Magæ, partum sustinerent & impedirent, vnde & eisdem abeuntibus, & soluentibus veneficium, puella subito eniteretur: illud certè narratur, quod ad fores puellæ residerent, & poplitem popliti imponerent, digitósque manuum pectinatim con-
Ouid. necterent. Ideo Ouid. 9. Met. ipsammet Iunonem, hoc incantatorio habitu, infensum Alcumenæ partum describit sustinuisse.

Vtque meos audit gemitus, succedit in illam
Ante fores arâ, dextroque est poplite læuum
Pressa genu, digitisque inter se pectine iunctis,
Sustinuit partus.

Plinius. De hoc modo connectendi digitos plura Plinius lib. 28. cap. 6. quod etiam veneficium est, impediendis actionibus aliorum: tunc sic ad rem nostram. *Item poplites alternis genibus imponi: adeo hæc in conciliis Ducum, Potestatúmve fieri vetuere maiores, velut omnem actum impedientia: vetuere, & sacris, votisve, simili modo interesse.* Minus quam solet sedulus hæc verba Plinij examinauit Alex. Alexand.
Neapol. lib. 4. Genial. cap. 11. dum ex illis, otium Neap.
magis quam veneficium vult damnatum. An ergo Philistæi deficientes iam viribus, & metu stupidi, quod virtute nequeunt, veneficio parant, & poplites alternis genibus imponentes, (id est suras fœmoribus) Sansonis robur impediunt, actus retardant? tu videris.

Ridicula, imo dolenda est, diuinatio illa pri- 11.
scorum de qua Tzetzes chil. 13. histor. 474. ab illo Ioan.
versu 194. Tzetz.

Ἄλλο οἰωνοσκοπήματα ὀρνίθων τῶν κατοίκων, &c.

Parco cæteris Græcis, do Latina tantum.

Aliud augurium auium domesticarum,
Ex quibus regionum & nomen agnoscebant omnium,
Vincentium, victorum, & reliquorum.
Atque hoc clarissimè etiam dicam ingratis.
Hordea proiicientes, aui vni ex domesticis
Alpha, beta, & reliquas, vsque ad omega litteras
In chartis inscribebant, & hordea apponebant.
Considerabant postea, forsan de bello,
Græcus ne victor, an de gente barbarorum:
Petrus, an Paulus coronam accipiet in certamine:
Vel etiam Mariam, vel Zoen, accepturus esset in nuptiis.
Si igitur auis accepisset hordeum littera Ε,
Et deinde λ. Græcum victorem ostendebat:
Item solum, ι, idem declarabat.
Si autem ipsius. B. hordeum tetigisset auis,
Barbaris præsignificabat victoriam futuram.

Similiter in aliis nominibus & rebus. Nescias an ridendæ magis, an dolendæ hæ nugæ.

Magicas acus, quibus imagunculæ transfige- 12.
bantur legis apud priscos, & nosti apud veneficas hodiernas. Rarius tamen est illud Neronis, de
quo Suetonius cap. 56. *Religionum vsquequaque con-* Sueton.
temptor, præter vnius Deæ Syriæ: hanc mox ita spreuit, vt vrinâ contaminaret, alia superstitione captus, in qua solam pertinacissimè hæsit. Siquidem acunculam puellarem, cum quasi remedium insidiarum, à plebeio quodam, & ignoto, munere accepisset: detectâ confestim coniuratione, pro summo numine, trinisque in die sacrificiis colere perseuerauit: volebatque credi, monitione eius futura prænoscere. Aliquid simile
habet Plinius lib. 34. cap. 13. de Triente Serui- Plin.
liorum.

D. Chrysostomus homil. 21. ad Pop. Antioch. 13.
prope finem, habetur tom. 5. ita scribit. *Quid vero* D. Chrys.
diceret aliquis de his, qui carminibus & ligaturis vtuntur: & de circumligantibus aurea Alexandri Macedonis numismata capiti, vel pedibus? Dic mihi, hæ ne sunt expectationes nostræ, vt post crucem, & mortem Dominicam, in gentilis Regis imagine fiduciam habeamus? &c. *non ligaturas vero tantum, sed etiam excantamenta tibi conducis, vetulas ebrias & titubantes domum ducens: non confunderis, non erubescis, post tantam adhuc trepidans disciplinam? & quod grauius est errore, quando hæc admonemus & dissuademus, putantes se excusari, dicunt: quod Christiana est mulier hæc excantans, & nihil aliud loquitur, quam Dei nomen. Propterea namque magis odi, & auersare.*

quod

quod Dei nomine ad contumeliam vtitur, quod se dicens esse Christianam, gentilia opera facit. Tales fuisse illas fœminas cogitabam, quas supra num. 9. à D. Paulo vidisti reprehensas. Quod autem addit Chrysostomus de circunligata Alexandri imagine, cúrque id superstitiosæ de-
Treb.Pol. tur incantationi, illustro ex Trebellio Pollione in Trig. Tyr. vbi de Quieto agit. *Videtur non mihi prætereundum de Macrianorum familia, quæ hodie floret, id dicere, quod speciale semper habuerunt; Alexandrum magnum Macedonem, viri in auro & argento: mulieres in reticulis, Dextrocheriis, & in annulis, & in omni ornamentorum genere exsculptum semper habuerunt: eo vsque vt tunica, & limbi, & penula matronales in familia eius hodie quæ sunt, Alexandri effigiem deliciis variantibus monstrent. Vidimus proximè Cornelium Macrum in eadem familia virum, cum cœnam in templo Herculis daret: patinam electrinam, quæ in medio vultum Alexandri haberet, & in circuitu omnem historiam contineret signis breuibus & minutulis, Pontifici propinare: quam quidem circunferri ad omnes, tanti illius viri cupidissimos iussit. Quod iccirco posui, quia dicuntur iuuari in omni actu suo, qui Alexandrum expressum, vel auro gestant, vel argento.*

14. David Psalm. 44. vers. 2. ita. *Eructauit cor*
Ps. 44. v. 2. *meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi.* Sic expressè in Hebræo habetur verbum רחש & in Græco verbum ἐξηρεύξατο Dubitaui igitur aliquando, cur cum se maximè diuino spiritu afflatum dicat Propheta, linguámque suam eius spiramine motam gratuletur. Tunc non tam dicenda, quam eructanda verba spondeat: putauique fortassè voluisse falsos Prophetas redarguros, & ludibrio expositos traducere: hi enim tunc maximè profunda oracula & certa vaticinia edere videbantur, quando ructibus verba intetrumpebant, & ructando loquebantur, quasi vehementi penitioris Dei impetu impellerentur: quasi dicat sanctissimus David: Hæc est vera diuini spiritus quodammodo eructatio, sacer interioris gratiæ anhelitus, suauis aspiratio: longè alia, fictitia illa de diuinitate, & vera de tormento, qua ethnici Vates torquente dæmone, illudentia oracula effundunt. Allusit lepide ad hunc ethnicum
Tertull. Prophetandi tenorem Tertullianus ni fallor, nondum clarus lib. contra Psych. cap. 16. vbi latè increpans iis, qui gulæ indulgentes, ieiunia non sectabant sic concludit. *Deus enim tibi venter est: & pulmo templum & aqualiculus altare: Sacerdos cocus: & sanctus Spiritus nidor: & condimenta charismata: & ructus Prophetia vetus est.* Quasi dicat, Cbtistianis gulosis nihil inesse solidæ Prophetiæ: nisi quod dum ferculorum poculorúmque eructant nimietatem, Propbeticas ethnicorum eructationes exprimere videantur. Hæc mihi Tertullianicæ huius gnomes, mens germana.
Idem. porro ructus Propheticos Vatum gentilium serio mordet ipse Apolog. cap. 23. vbi ita. *Producatur aliquis ex iis, qui de cœlo pati existimantur: qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt: qui ructando curantur: qui anhelando præfantur.* Vbi (quod notant doctiores) τὸ *curantur*, idem est atque, in curâ & veneratione habentur apud populum, qui ab illis ructibus, latentem intus numinis spiritum deprehendunt. Vel aliter: *curantur*, id est, sanantur: quasi euomito per eructationes halitu illo, quem putabant diuinum, quem re vera patiebantur dæmoniacum, ab assistente dæmone, & concepto furore liberarentur. Vtcunque sit, audis inter eructationes, & anhelitus, oracula ab ethnicis profundi solita. Afferunt huc Tertulliani interpretes illud Apulæius.
Apulæi lib. 8. *Bacchatur effusius; ac de imis præcordiis anhelitus crebros referens, velut numinis diuino spiritu repletus, simulabat sauciam vecordiam.* Virgil.
Vide quæ multa alij scripserunt ad illud Virgil. lib. 6. de Vate iam entheata:

——Sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument:

Ideo Prudent. in apoth.

——Non spumat anhelus
Fata, sibyllinis fanaticus edita libris:

Sed quis priscorum non ita? potuit ergo, vt dicebam, David amoto ethnicorum errore, hanc phrasim vsurpare: quâ non tam rabidos anhelitus, & spumantes præcordiorum ructus sibi arrogaret, absit! quam explicaret verum sibi numen inditum, cuius afflatu, non ab stomacho conuulso, sed è corde penitiori, vera promebat: quæ illi simulantes, rabidi & distorti eructabant. Sic illud Psalm. 77. ver. 2. *Aperiam in parabolis os* Ps. 77. v. 2.
meum, loquar propositiones ab initio: vertit D. Mat- Matth. 13.
thæus cap. 13. vers. 35. *eructabo absconaita a constitutione mundi.* v. 35.

Neque sanè nouum, vt dempto errore, pie- 15.
tati significantius inculcandæ, Diuinus spiritus ethnicas phrases vsurpet, vnde potuerit hoc loco, eructandi sibi verbum desœcare. Subdo exemplum, quod tamen, toto hoc capite intentum, non prætereat. Magnam, imo maiorem partem diuinationis & veneficij, in sortibus ponebat delusa vetustas, vt nosti: inde factum, vt crederent Deos suos, quo congruentius, & auspicato, corporibus animas inderent, forte vsos: & fatorum sorte ductâ, peragi hoc negotium: de quo latè & impiè Symmachus lib. 1. Symmach.
epistol. 40. & Prudentius lib. 1. eius errorem sic Prudent.
describit.

At solers orator ait; fataliter vrbem
Sortitam, quo nam genio proprium exigat æuum;
Cunctis nata populis, seu mœnibus inditur, inquit,
Aut fatum aut genius: nostrarum more animarum:
Quæ sub dispari subeunt, noua corpora formâ.

Quod ait de geniis seu Diis vrbium præsidibus, sed sorte ductis: firmat etiam Herodotus, Herodot.
apud quem Xerxes, milites adhortatus, concludit. Νυὼ ὦ διαβαίνωμεν, ἀπευξάμενοι τοῖσι θεοῖσι, τοὶ Περσίδα γῆν λελέγχασι. *Nunc igitur pergamus, precati Deos illos, quibus Persica terra, sorte obtigit.* Inde Moscopolus Lacedæmoniæ Moscop.
etymologiam deducens, λάχος καὶ δαίμων coniungit, id est, *sortem* & *Deum* (tantummodo aspiratâ in tenuem mutatâ) quod Dij ciuitates sibi deuotas, sortiti sint. Sed redeo ad animas. Alexis Alexis.
apud Athen. lib. 10. c. vlt.

Quis ergo puer naturam erit sortitus hanc?

Timon ibidem lib. 4. cap. 19. Timon.

Diuini hoc epulum pauci nouere virorum
Aut edisse volunt, stupidam quicunque lenémque
Mortales animam sortiti sunt.

Quæ eadem cum aliis, Archestrato tribuuntur lib. 7.

lib. 7. cap. 27. non vacauit Græca consulere.
Iulian. Iulianus ἀδ. de statua huc alludens.

Si vero animam sortita non est, non
Hoc arti imputa.

Ouid. Inde Ouidio 6. Fast. qui sortem posuit pro sobole: loquitur Iuno:

Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem
Feci: Saturni sors ego prima fui.

Ac si dicat humano more, Dea, ego prima animam sorte comparaui. In idem tecidit quod
Prudent. Prudent. loco citat. ait:

——Sicut varia nascentibus, inquit,
Contingunt pueris anima: sic vrbibus

Quintil. Neque abest illud Quintil. declam. 6. *Quo fato parentes miser sortitus est: vt illi vitam pater: sepulturam mater auferret.* Tu passim alia. Hebes esto, qui opinionem tot erroribus obnoxiam, tribuat
Sap. 8. v. 9. Spiritui sancto: & tamen audis Sap. 8. vers. 9. *Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.* Idem in Græco: ψυχῆς τε ἔλαχον ἀγαθῆς. Quid ergo sibi voluit Salomon? certè nihil aliud, quam testari diuina prouidentia, & ductu sic illi bonam animam prouenisse: vt ethnici aptari animas corporibus tunc credebant, cum sors & illa arcano fato ducta, & in futurum portendens intercedebat. Alibi plura dico de eâdem materiâ.

CAPVT XXX.

Insula Tyrus naui componitur, & meretrici.

PERIOCHA.

1. *Mollis musica, & lasciua carmina, Veneris irritamenta. Tyrus scortum apud Isai. 23. v. 15.*
2. *Opinio Sanchez, de Tyro venditrice, examinata nec admissa.*
3. *Meretrices musica & tibicina, regibus olim culta, & donis, è templo etiam ereptis, ditata.*
4. *Musicum instrumentum, lasciuiæ symbolum. Lasciuè canentibus, etiam post mortem Venus adhærens credebatur.*
5. *Tyrus naui comparata apud Ezechielem c. 27. à vers. 4. sic passim apud vtriusque scholæ Auctores, omnis politia naui confertur.*
6. *Sub figurâ deliciosæ nauis, ad voluptates: bellicæ, ad pugnas: ad merces, onerariæ: Tyrus exponitur.*
7. *Apud priscos triplici huic ministerio sufficiebat, vna eadémque nauis. Huius rei exempla varia ex auctoribus adducta.*
8. *Quod Propheticæ naui quatenus bellicæ, muri, & turres tribuantur, nil derogat, vt adhuc allegoria pura intelligatur: nauibus enim muros, & turres prisci addiderunt.*
9. *Πάρεργον, immo corollarium, de meretricis, & nauis analogiâ. Obiter ἐρέσσειν, seu remigare, obscœnè dictum notatur.*
10. *Res venereæ, & amatoriæ, sub nauigationis metaphorâ dissimulatæ: vtriusque exempla è probatis Auctoribus. Vxor etiam apud aliquos, nauis dicitur.*

DECANTATA Tyri euersione, subdit 1.
Isaias cap. 23. vers. 15. *Post septuaginta an-* Isai. 23. v. 15.
tem annos, erit Tyro quasi canticum meretricis: sume citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: bene cane, frequenta canticum, vt memoria sit tui. Quæ Vatablus, ex Hebræo, sic vertit. Vatabl. *Post septuaginta annos eueniet Tyro, quod meretricula psaltria, cui dicitur: sume citharam, & circui ciuitatem, ô scortum obliuioni traditum: arguto pulsando, & omnigena carmina cantando, tui memoriam refrica.* Deinde in notis hæc subiungit. Idem. *Hoc est, dabit operam Tyrus, vt alliciat ad se negociatores, vt cantu allicit ad se amatores meretrix*, &c. Sic Prophetam, omnes quos viderim explicarunt (excepto Sanctio nostro, de quo infra) & ab scorto ductam metaphoram voluerunt. Solum restat sciendum, cur præ omnibus luxuriæ irritamentis, cantus & carmen eligatur amatoribus illaqueandis? & quidem causa illa, quia nullum telum certius animæ vulnerandæ, meretriciis cantilenis: nullibi Veneris venenum bibitur præsentius, quam lasciuorum carminum acroamate. De his, etiam absque musica Persius Sat. 1. Pers.

Hic neque more probo videas, neque voce serena,
Ingentes trepidare Titos, cum carmina lumbos
Intrant: & tremulo scalpuntur vbi intima versu.

Lumbos enim intrant carmina, quia Venerij humoris sedem commouent, excitant lasciuiam: Sic Iuuenal. *cum tibia lumbos excitat.* De quo Iuuen. ibi multa Scholiastes. Quid ergo si his versibus, flexæ vocis accedat mollitudo? Athenæus Athen. lib. 13. cap. 31. *Studiosi fuerunt Reges etiam musicarum mulierum, veluti patefecit ad Alexandrum Parmenio, quam illi misit, postea quam cepit Damascum, impedimentorumque Darij, est potitus: vbi captiua connumerat, hæc etiam scribit: musicas pellices Regis, trecentas inueni, ac viginti nouem.* Apud Aristophanem in Concion. meretrix describitur fucata & purpurata, & viris insidians, quæ subdit. Aristoph.

Ἀργὸς μυρομένη τι πρὸς ἐμαυτὴν μέλος
Otiosa canens mihi carmen.

Pulchrè Salustius in Coniur. Catil. vbi de Salust. Sempronia. *Hæc mulier genere atque forma, præterea viro ac liberis satis fortunata fuit: litteris Græcis & Latinis docta. Psallere, saltare elegantius, quam necesse est probæ: multa alia, quæ instrumenta luxuriæ sunt*, &c. *ingenium eius haud absurdum posse versus facere, iocum mouere: sermone vti vel modesto, vel molli, vel procaci: prorsus multæ facetiæ, multusque lepos inerat.* Dedi hæc pauca, nectenda pluribus, quæ de hac materiâ, & ad hunc locum, iam alij dedere: quos

inter

Delr. inter Delr. adag. 736. tom. 2. vnde satis constat, aptam intelligendo Prophetæ communem hanc venire explicationem.

2. Sanch. Aliò tamen, erudite, vt solet, rem adducit P. Sanchez: qui non à meretrice venerea, scorto scilicet & prostibulo: sed à meretrice venditrice, caupona scilicet, & scrutaria, locum voluit explicãdum: meretricem igitur in his verbis capit, non quæ corpus prostituat, sed quæ merces exponat: neque tam metaphoricum, quam proprium hic sermonem, vult agnoscendum: citharam vero & cantum, detorquet ad illorum vsum circuitorum, qui certâ vocis melodiâ merces publicant, & additis musicis instrumentis euulgant: sicut apud Hispanos, qui cribra vendunt, sistris: qui dulciaria, crotalis, testarum sonitu, aut fistulis, merces suas testantur. Ingenuè fateor, non assentio, illa enim rustica circuitorum modulatio, & abiectissima instrumenta, quibus merces suas euulgant, violenter satis dulcisonæ citharæ, & modulis carminibus Tyri obtruduntur: quid enim citharæ, cum crotalis, testis, & fistulis, non delicatis scilicet, sed alijs abiectis? quid carminibus & musicæ, cum modulatione illa subrauca sæpe, aut saltem inconditè sonora: quâ *pannucia Baucis*, *ocymo* seu viliores herbas vernis & mancipiolis vendebat

Persius. cantans, seu vendens cantabat: vt habet Persius (non Iuuenalis quem citauit Sanchez) Satyra 4. & quidem si venditrix & mercaturam exercens propriè (non vero figurate vt credimus, sub metaphora famosissimi prostibuli, licet iam parum obsoleti) Tyrus delinearetur: minus aptè vilissima circuitrix, & teruntij quæstuaria, (quales hodie apud nos mulierculæ, & vtplurimum Hispali, Vlyssiponéque, Æthiopissæ cupedias vendentes) describeretur: neque abiectioribus illis mercibus, (quæ ad raucas fistulas, & testas solummodo diuulgantur à circuitoribus) ad se iterum Tyrus vniuersa regna adduceret negotiationis ergo, quod statim subdit Propheta: nobiliorisque ordinis commercia exercens diceretur, quæ se ad totius orbis emporij statum reducebat.

At inquit Sanchez, meretrices vulgares, & scorta, licet garrulæ sint & vagæ, nunquam se legisse, cum cithara & sistris obire solere ciuitatem. Sed planè, vt est eruditissimus, legisse sæpe iurarem musicas & tibicinas, quæ puræ putæ erant meretrices semper, & quandoque è famosioribus Veneris ancillis, ad festiuos & celebriores conuentus sacrorum, nuptiarum, & conuiuiorum vocatas, pérque varias domos discurrisse, publicisque aliquando spectaculis insertas: quod plusquam satis est, vt circuire dicantur ciuitatem: sic hodiernæ mimæ (quæ illarum & arte & lasciuiâ, viuum instar) circuire dicuntur Hispaniam & vrbes: quod semetipsas venditura, & perditorum adulescentum corda inuiolaturæ, varia theatra, priuatas sæpe domos, quandoque fora frequentant. Neque *circuire* & obire ciuitatem, tam pressè, & rigorosè, vt aiunt, accipiendum est, vt necessario vrbis mœnia, & plateæ omnes in circuitu dicantur peragrare: neque aliquis vnquam sic putauit explicandum illud Christi de Pharisæis, qui circumibant mare & aridam, vt facerent vnum proselytum. Adde, olim pompas (sicut & hodie proh pudor! sub mimabus nostris) duci per plateas, vbi canentes tibicinæ meretrices, satis circumeuntes ciuitatem, dicerentur. Ferè omnia, quæ hic suppono, tanquam cuiuis mediocriter erudito notissima, probanda prætermitto: pauca quæ minus vulgo video obseruata, iam ex Athenæo maximè confirmo, vnde communis explicatio propugnetur.

Tibicinas istas (quæ etiam citharistides) fuisse vtplurimum prostibula testatur Arnobius lib. 2. 3. Arnob.
fierent meretrices sambucistria, psaltria, venalia vt prosternerent corpora. Athen. lib. 13. cap. 19. vbi Athen.
de prostibulis famosioribus. *Meminit Hyperides in orat. contra Patroclum, de Nemeade Tibicina.* Et cap. 22. *Scitu autem quod Demades Orator, filium Dameam habuit, ex amica tibicina: cui frementi aliquando in suggestu, Hyperides os obturauit cum diceret: non tacebis adolescens, cum maiorem flatum habeas, quam mater.* Et cap. 25. *Præterij autem Nanno tibi in eum Mimnermi.* Dices has meretriculas tibicinas vulgares esse, & viles, vnde Tyro exprimendæ, minus aptæ: vt enim vulgarem mercatricem supra reiecimus ad sensum proprium: sic vilem meretricem à metaphorico reijciamus, necesse est. Fuisse autem viles tibicinas satis indicat idem Athen. cap. 9. vbi post adductas no- Athen.
biliores meretrices, addit. *Igitur hortor, vt a preciosis huiusmodi meretricibus abstineas ô Grammatice: quare alias tubâ canentes, tibi intueri licet, tibicinas omnes ex Apollinis lege.* Respondeo fuisse viles istas, si cum aliis ordinis altioris, & matronis quandoque scortantibus comparentur: sic & hodie mimæ, respectu aliquarum insigniorum, quæ secretius vendunt: verum quemadmodum harum aliquæ venduntur preciosius, & viros Principes ipsius artis stimulo sæpe ad insaniam mentis, & miseram bonorum iacturam trahere, dolemus: sic olim nonnullæ tibicinæ psallendi arte peritiores, & formâ speciosiores, Reges ipsos acrius percellebant, & cariori, quam matronæ pulcherrimæ emebantur. Quo non tam amore, quam furore in lamiam raperetur Rex Demetrius, ignorat nemo: quàm hæc muliercula Græciam incenderet: quas crellæas opes cumularet, vbiuis legitur: & tamen, si Deo placet, tibicina erat. Athen. cap. 13. *Ac* Athen.
Philiterum etiam, qui Pergomo, nouæque huic regioni Boia vocata imperauit: filium fuisse amicæ tibicinæ, genere Paphlagoniæ, scribit in historicis commentariis Charistius, &c. Demetrius vero Polyorcetes, nonne miro quodam amore Lamiam Tibicinam prosequebatur? His autem non vtcunque munera & diuitias, sed & ipsa quoque sacra templorum donaria Principes obtulisse, ibidem legimus cap. 28. *Pharsalio Thessalicæ salta-* Idem
trici, Philomelus auream coronam Daphnes tradidit, quæ Lampsacenorum erat donarium, &c. Bromiæ tibicinæ, argenteum Carchesium, Phocensium donarium Phaylus dedit. Erat autem iste Phocensium tyrannus. Aptissimè igitur non vtcunque sub habitu meretricis, sed musicæ & citharistidis, famosissima Tyrus denotatur.

Denique sic instrumenta musica, prostibulis 4.
cognata quodammodo, vt insigne meretricatus, & lasciuiæ symbolum haberentur: satisque pro subiectâ materiâ Tyrus Venerea meretrix insignitur, dum iussa citharam sumere. Ideo Se- Senec.
neca lib. de vita Beata c. 13. locutus de Epicuræa

doctrinâ aliàs sanctâ, de solo tamen prætenso vo-
luptatis titulo infamata. *Frons ipsa dat locum fa-
bula, & ad malum spem innitat. Hoc tale vir fortis,
stolâ indutus: constante tibi pudicitiâ, virtus salua
est: nulli corpus tuum patientia vacat: sed in manu
tympanum est.* Quia etsi vir fortis & pudicus, ni-
hil turpiter pateretur, ab ipso tamen tympano
gestato Cynædus Gallus putaretur: qui stolati,
Plaut. & tympanizantes. Hinc & Plautus in Pænulo.
*Cur non adhibuisti dum iste hac loquereris tympa-
num: nam Cynædum te arbitrer, magis quam vi-
rum.* Plura ibi Senecæ Scholiastes. Hæc lasciui
cantus cum Venere Sympathia, occasionem præ-
Philetet. buit Philetetio apud Athen. lib.14.cap.13. vt di-
ceret.

O Iupiter; bonum est canenti tibiâ
Mori: quod Solis his licet, apud inferos,
Res venereas exercere.

Quasi sic inolita his lasciuia, vt nec etiam post
mortem languesceret. Hæc de Tyro meretrice, iam
de Tyro naui aliquid perstringamus.

5. Hanc ipsam Tyrum, sub nauis metaphorâ, pul-
Ezech.27. cherrimè describit Ezechiel cap.27.à vers.40. *Ty-
v.40. re, tu dixisti perfecti decoris ego sum, & in corde
maris sita*, &c. & quæ sequuntur vsque ad finem
capitis. Vbi egregiam operam præ omnibus na-
Sanch. uauit Sanchez. Subdo pauca, quæ vir magnus
abiecisse potius videtur, quam desiderasse. In
primis Rempub. sub nauis metaphorâ significa-
tam, passim sacri profanique scriptores tradide-
D.Aug. re. D. Augustin. Psalm.106. *Omnes in naui sumus,
alij operantur, alij portantur.* Vide eundem in
D Clem. Rom Psalm. 31. & in Psalm. 119. D. Clemens Roman.
Max Tir. epistol.1. ad Iacob. Maximus Tyr.orat.3. Plato in
Plato. Polit. Aristot. ibidem lib.3. cap.8. Cicero famil.1.
Aristot. epist 9. Claud. in Paneg. Manl. Theod.
Tull.
Ac velut excitus lentandis nauita ventis
Præficitur lateri custos.

Horat. Et quæ sequuntur pulcherrima. Item Horat. lib.1.
ad Romam.

O nauis! referent in mare, te noui
Fluctus: ô quid agis fortiter occupa,
Portum, &c.

Æschil. Ex Græcis Æschylus in Sept. ad Thebaid. de
Principe.

Ἐν πρύμνῃ πόλεως οἴακα νωμῶν.
In puppi ciuitatis habens clauum.

Idem. Et paulo post.

Σὺ δ' ὥστε νεὼς κεδνὸς οἰακοστρόφος
Φράξαι πόλισμα.
Tu vero tanquam nauis bonus gubernator,
Muni vrbem.

Sed quis finis, quando nullus Auctorum non
ita?

6. Puto igitur ex triplici nauium genere, quæ
vt plurimum celebrantur, (siue venustas capias,
deliciis aucupandis: siue robustas, pyratis euer-
tendis: siue capaces, mercibus comportandis:)
nauem istam propheticam componi, ita vt in vna,
omnes aliarum dotes comparentur. Voluptuosa
nauis describitur ab illis verbis: *abietibus de Sa-
nir extruxerunt te.* Vnde additur cedrinus malus,
querni remi, transtra, eburnea, Prætoriola, bys-
sina vela, hyacinthina & purpurea operimen-
ta: quæ omnia luxuriem redolent, ministrant
voluptati. Habes bellicam nauim, cum addi-
tur: *Persæ, & Lydy, & Libyes erant in exercitu
tuo*, &c. Subiunguntur inde viri bellatores, ap-
pensi clypei, & galeæ, muri, circunducti, elatæ
turres, pharetræ Pigmæorum. Vltimo onera-
riam nauim audis, cum subditur: *Chartaginen-
ses negotiatores tui*: vbi omnia mercium genera,
scilicet metallorum, seruorum, animalium, gem-
marum, lignorum, relarum, aromatum, esculen-
torum. Donec tandem in ipsis, lamentabilis tan-
tæ nauis ruina, & miserum naufragium de-
ploratur.

At inquis vna, eadémque nauis, minus aptè 7.
ductâ metaphorâ, videtur tam diuersis ministe-
riis assignari. Falleris. nam re ipsâ (vt taceam
de nostro) tales naues agnouit priscum sæculum,
quæ his omnibus sufficerent: subdo nonnulla
exempla, vnde prudentissimus Prophetæ nostri
tenor colligatur. Do in primis carptim, nauim
illam Philopatris, quam fusè describit Athen. Athen.
lib. 5. cap. 6. *A remis ad carinam vsque totus lo-
cus circum folia hederacea, thyrsósque habebat. Ade-
rat etiam armorum ornatus permultus, qui partes
illas nauis impleuerat, quæ illis indigerent*, &c.
*prima pars, per puppim ingredientibus, ex oppo-
sita erat aperta, atque deambulatorium erat in cir-
culo, cuius in ea parte quæ è regione erat prora op-
posita, vestibulum ebore pretiosissimâque materiâ
erat confectum*, &c. *ianua quæ erant in circum-
ferentiâ viginti, ex citria asseribus erant compa-
cta, eburneaque habebant ornamenta*, &c. *purpu-
rea aulæa, inter nauigandum extendebantur*, &c.
*malus erat cubitorum septuaginta, velumque byssi-
num habebat, purpureo fune ornatum.* Lege to-
tum caput, vbi deliciæ, robur, & diuitiæ nauia
huius, mirè tibi Propheticam explicabunt. Mi-
rabilior adhuc nauis illa Hieronis, quæ ibi per
plures paginas toto cap. 7. describitur: vbi præ-
terquam triclinia, templa, pensiles hortos, bi-
bliothecam, & cætera, quæ vrbem grandem
construerent, alia multa leges, quæ Prophetæ
intelligendo, non leuiter conducunt. Legendus
omnino Florus cap. 11. lib.4. de naui quæ Cleo- Iul. Flor.
patram vehebat. Tandem huc facit nauis illa
apud Lucianum, quam celebrat noster Caussinus Caussin.
lib. 11. Paral. ab illis verbis, ὅσλην ναῦν. Do tan- Lucian.
tum Latina. *Quanta nauis hac? centum & viginti
cubitos in longitudinem porrecta, latitudine autem,
supra quartam maximè partem mensura huius pa-
tens. Tunc à summis foris, ad imum vsque, quo
profundissima est, eo loco videlicet, quo sentina
finit, nouem & viginti cubitos alta. Praterea au-
tem quantus malus? quantámque sustinet anté-
nam? quanto autem rudente vtitur? vt autem
ipsa quidem puppis paulatim assurgit inflexa, at-
que aureum anserculum superne habens impositum?
è regione vero, æqua proportione prora promi-
net, in anteriorem partem longè porrecta*, τὴν ἐπώ-
νυμον τῆς νεὼς Θεὸν ἔχουσα, τὴν Ἶσιν ἑκατέρωθεν, *co-
gnominem naui Deam, Isidem videlicet, vtrinque ad-
ditam habens. Nam catera quidem ornamenta, vt
pictura, & veli flammeus ille atque prassinus co-
lor*, &c. *omnia admiratione mihi digna visa sunt.
Iam nautarum multitudo cum exercitu comparari pos-
set. Dicebatur autem tantum frumenti numerum por-
tare, quantus in annuum victum sufficere omnibus in
Attica posset.*

Hæc de naui Prophetica, prout tria illa gene- 8.
ra comprehendit, singula percurrisse non est opus:
lege deliciosissimam nauim apud Plutarchum Plutarch.
in vita Antonij quam dedi suprà cap. 1. num. 5.
& de onerariis, maximè Alexandrinis, pas-
sim Auctores. Illud obscurius, quod naui suæ
quatenus

quatenus bellatoriæ, tribuat Ezechiel *muros* atque *turres*: vnde videatur alicui, defecisse hic puritatem allegoriæ. Ego quidem in toto capite, aliquid quod mixtam allegoriam sapiat, inueniri, non nimis repugno: at hoc ex muris, & turribus coniectari, quasi vrbis potius, quàm nauis sint, nullatenus assentio. Audi quid citatus Athenæus de naui Hieronis. *At vniuersa nauis, aptis picturis erat laborata: turres octo habebat in ipsius nauis angulis*, &c. *murus autem foras propugnaculaque habebat*, &c. *erat & vallum ex ferro, in circulum ipsius nauis, in eos paratum qui nauim conarentur ascendere.* Vetus Poëta ibidem adductus de eadem naui, post alia. — Athen. / Vet. Poë.

Muri vtrinque pari spatio lati, anne gigantes.
Hoc opus in superos exposuere Deos?
Sidera contingunt carchesia, nubila magna,
Tro.a.as triplices protinus intus habet.

Iul. Flor. Iulius Florus loco citato de nauibus Antonij. *Turribus atque tabulatis allenatæ, castellorum, & vrbium specie, non sine gemitu maris, & labore ventorum ferebantur.* Ennius in fragmento.

Ennius. *Vt conferre queant rate mœratâque perito*
Per liqu dum mare eant sudantes atque sedentes.

Scaliger. Notauit Scaliger in Append. Conіect. var. *mœratam* dixisse pro muratâ: exemplo Græcorum, qui mutos nauis dicunt, τεῖχος τῆς νεώς. Et merito: sic enim ipse Ennius in Andromache.

Ennius. *H. oris n.inm de mœro iactarier:*

Sixt. Horat. Id est, de muro. Aduerte in Sixtianis pro turribus, verti *propugnacula*. De quo Horat. Epod. 1.

Ibis Liburnis, inter alta nauium
Amice propugnacula.

Nihil itaque in muris & turribus, non allegoricum in hoc loco. De variis nauium formis, & nominibus, apud diuersas gentes, videndus Alexander Neapol. lib. 3. gen. c. 2. — Alexand. Neap.

Addo spicilegij iure παρέργον, de analogiâ nauis, & meretricis: & fortè non tam παρέργον, quam corollarium: cum enim alter Prophetarum Tyrum, meretricem; alter nauim appellarit: aliquid vtrique commune videntur inuenisse, vnius eiusdémque vrbis rebus explicandis. Huc ergo alluditur ἀνθ. βιϐ. α. — Antholog.

Ἡ ναῦς ἀπ᾽ ἔργων κύπριδος γυμνυμένη
Πρὸς τὴν γενάρχην πόντον ἔλυθον θεοῦ.
Ἀνὴρ γὰρ ὥρας μ᾽ ἔμπορος τεκτήνατο
Καλέσας ἑταίρην, εἰμὶ γὰρ πᾶσι φίλη.
Ἔμβαινε θαρρῶν, μισθὸν ἐκ αἰτῶ βαρύν,
Ἐλθόντα δέχομαι, πάντα βαστάζω, ξένον.
Ὡς πόντ᾽ ἐπὶ γαίης, κἀν βυθῷ ἢ ἐρέσσετε.
Nauis è quæstu Veneris constructa,
Ad patrem Dea pontum, venio.
Vir formosus & mercator me fabricauit,
Vocauitque meretricem, sum enim
Omnibus amica:
Ingredere tutus, mercedem non peto grauem:
Venientem excipio, omnem vebo hospitem,
Vt quam olim in terrâ, etiam in mari remo impellatis.

Cætera patent: tantum nota verbum illud ἐρέσσειν, *remigare* æquiuoce dici, & obscœnum aliquid denotare. Pergo. Simonides ibidem, vbi de famosis meretricibus, quas naues viginti remes vocat. — Simon.

Εὐφρὼ καὶ θαὶς, καὶ βοίδιον. αἱ διομήδους
Γραῖαι, ναυκλήρων ὁλκάδες εἰκόσοροι
Ἆπιν, καὶ κλεοφῶντα, ἀνταγόρην ἐν ἑκάστῃ
Γυμνοὺς ναυηγῶν ἧσσονας ἐξέβαλον.
Ἀλλὰ σὺν αὐταῖς νηυσὶ τὰ λῃστρικὰ τῆς ἀφροδίτης
Φεύγετε, σειρήνων γὰρ ἐχθρότεραι.
P. Pinto Ramirez. S. Script. Selecta.

Euphro, Thais, & Bœdion, quæ Diomedis
Anus, nauclerorum naues viginti remes,
Apim, & Cleophontem, & Antagoram, singula singulos,
Nudos, naufragis deteriores, eiecerunt.
Ergo cum ipsis nauibus, hæc latrocinia Veneris
Fugite: Sirenibus nam illæ peiores.

Aristoph. Apud Aristophanem in Concionat. ita quidam ad meretrices.

Χαλεπαὶ γ᾽ ἂν ἦτε γενόμεναι πορθμῆς, &c.
Ἕλκοντι τοὺς πλωτῆρας αὐ ἀπεκναίετε.
Dura portatrices vos essetis,
Trahitis quippe nauigantes occidendos.

Et sæpe alibi: & quod paulo ante dixi de verbo remigandi obscœnè sumpto, probat ibidem idem Aristophanes, apud quem, ita vnus quidam, ad prædictas duas meretrices: — Idem.

Πῶς ἂν διαρρεῖν ἀμφοτέρας δυναίμην;
Et quomodo remigare forem ambas potero?

Vbi pluta.

Sed neque solum inter meretrices, & naues 10
analogia: sed rem amoris, & Veneris, sæpe sub nauigationis metaphorâ dissimulatam lego. Ἀνθ. ε. Alphæus quidam infande obscœnus, & cum allusione ad priscam fabulam, sic mordetur. — Anthol.

Ἀλφειὸς στόμα φεύγει, φιλεῖ κόλποις ἀρεθούσης
Πρηνὴς ἐμπίπτων, ἁλμυρὸν ἐς πέλαγος.
Alphæi os fuge, osculatur enim sinus Arethusæ
Pronus incidens in salsum pelagus.

Inde responsum illud notum, Iuliæ regalis meretricis, quæ, mirantibus cunctis, quod sub tam crebris adulteriis, filios semper marito Agrippæ similes ederet, dicebat: *Nunquam nisi plenâ iam naui, vectorem admitto.* Aliquid turpe inculcat Propert. lib. 2. eleg. 14. sed de his satis. Defœcatior in re Amoris Ouid. — Propert.

Si quis amat, quod amare iuuat, feliciter ardet,
Gaudeat, & vento nauiget ille suo.

Anthol. Ἀνθ. ν. de hac re.

Ἡ φίλερως χαροποῖς ἀσκληπιὰς, οἷα γαλήνης
Ὄμμασι, συμπείθει πάντας ἐρωτοπλοεῖν.
Amabilis Asclepia dulcis, tanquam suauibus
Oculis, persuadet cunctis amorem nauigare.

Et iterum ibidem alius. — Ibidem.

Κῦμα τὸ πικρὸν ἔρωτος ἀκοίμητοί τε πνέοντες
Ζῆλοι, καὶ κώμων χειμέριον πέλαγος:
Ποῖ φέρομαι; πάντη δ᾽ ἐμφρενῶν οἴακες ἀφεῖνται,
Ἢ πάλι τὴν τρυφερὴν σκύλλαν ἐποψόμεθα.
Fluctus acerbus amoris, vigiles & spirantes
Zelotypiæ, & laborum hybernum pelagus:
Quò feror? penitus mentis gubernaculum excutitur:
An iterum suauem scyllam videbimus?

Tu plura passim leges. Tandem nauim pro vxore poni, probant aliqui ex illo Plauti in Cas. *Ibo intro, & subducam nauim rursum, in puluinarium.* Subdo pro eâdem re celebre illud epigramma Theognis. — Plaut. / Theogn.

Οὔτι συμφορὸν ἐστὶ γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι,
Οὐ γὰρ πηδαλίῳ πείθεται ὡς ἄκατος:
Οὐδ᾽ ἄγκυραι ἔχουσιν, ἀπορρήξασα δὲ δεσμὰ
Πολλάκις ἐκ νυκτῶν, ἄλλον ἔχει λιμένα.
Non expedit vxor puella, marito seniori,
Neque enim gubernaculo cedit instar nauis.
Anchoram non habent: illa autem retinacula rupta,
Sæpe noctu, alium quærit portum.

Sed de Tyro meretrice & naui, hæc satis dicta sunto.

CAPVT XXXI.

Ad historiam Iacob, nonnulla.

PERIOCHA.

1. *Iacob lucta Genes. 32. vers. 24. asseritur versio vulgata.*
2. *Luctatores iam congressuri, immo & congressi, se inuicem puluere, cur spargerent.*
3. *Explicatur locus Genes. 28. v. 20.*
4. *Dij impensius culti, si forent in periculis custodes: bonorum largitores: è via reduces.*
5. *Locus Genes. 33. v. 10. instar Dei habemus, quisquis afflictis nobis, subitam & insperatam opem affert. Oblatum munus respuere, iram numinis denotat.*
6. *Numen, iras facile remouere, naturâ ipsâ notum.*
7. *Puer recens natus, in terrâ positus, non tamen illâ nudâ. Inde à Patre sublatus.*
8. *Intimum adoptionis genus, si aliquis vice Patris, puerum adoptandum tolleret, quo penè naturalem filium agnoscebat. id fortè voluit Ezechiel. cap. 16. v. 15. id absque dubio Salomon Cantic. 8. vers. 5. si communem sententiam amplectaris.*
9. *Locus Genes 34. vers. 3. de Rachele adoptatura filios Bala.*
10. *Lectuli nobiliorum, altiusculi: nec nisi admoto scabello ascendebantur. Locus ex Genesi c. 49. v. 4 & Psal. 131. vers. 3.*

1. Roa. PATER Roa, singul. lib. 6. cap. 18. post quædam, quæ de luctatorio puluere, profana congerit, sic subiungit. *Itaque ab hac opinor consuetudine ductum apud Hebraos, vt A B A Q in voce passiua, hoc est puluere aspergi, vel vt ita dicam pulueri zari, pro luctari vsurpetur. Vnde Genes. 32. vbi nostra habent*: luctabatur Iacob cum Angelo: *Hebraicè legitur*: puluerizabat se cum Angelo. *Vox enim Hebraa puluerem significat.* Hæc Roa præproperè, vt videtur, neque ea, qua solet, maturitate, cætera diligentissimus examinare: multa enim pro certis venditat breuis clausula, quæ alicui non solum dubia, sed etiam omnino falsa possint videri. Præproperè rem tractasse, & ideo ni fallor, minus verè, satis constat, ex eo quod vulgato nostro tribuit illa verba: *luctabatur Iacob cum* Gen. 32. v. 24. *Angelo*: cum fidelius sic citanda forent: *& ecce luctabatur cum eo.* Genes. 32. vers. 24. Iam vero vnde ducat versionem illam ex Hebræo: *puluerizabat se cum Angelo*: nondum inuenire potui: puto sic ab illo vertendam Hebræam sententiam existimari: an autem id merito, tu videris. sic enim ויאבק איש עמו vbi nullum vides affixum, quo aut Iacob, vt ille volt, aut Angelus, quod textus habet, *se* puluere aspergeret. At inquis, τὸ *puluerizabat se* posuit Roa pro *puluerizabatur*: vidit enim Hebræum verbum esse in voce passiuâ. Hoc fuit in quo maximè vir doctus hæsit: deberet enim aduertere, etsi coniugatio sit in voce passiuâ, siue Niphal, necessario tamen hîc ad modum deponentium actiuè interpretandam: ex communi & certissima regula Hebræorum, (quam Doctissimus Interpres noster, substituto Latino verbo deponenti, *luctabatur* obseruauit) quâ præcipitur, verba illa quorum *Kal* non est in vsu in *Niphal* actiue, & instar deponentium explicanda. Quære igitur vbi nam sacri textus, huius verbi פאק coniugatio *Kal* reperiatur: & cum frustra id feceris, nullo eius vsu inuento: tunc coactus fateberis, *Niphal* hoc nostrum, necessario actiuè interpretandum.

Sed neque magis placent Arias Montanus cum aliis, qui Hebræa transtulerunt: neque Vatablus, neque Sanctes Pagn. & sequaces, qui cum videant אבק terram, seu puluerem tenuem significare, verbúmque indè deductum, puluereum aliquid importare, locum sic vertuot: *descenait cum eo vir in arenam*: ideo Sanctes Pagn. in suo Lexico de hoc verbo. *In Niphal luctari: q. d. puluerem siue arenam luctando excutere. Genes. 32. 24. Latinus in arenam descendere.* Neque enim apud Latinos hæc phrasis, *in arenam descendere*: à luctatorum: sed à gladiatorum arte siue ludo sumpta est: gladiatoribus enim sternebatur arena bibula sanguini in solum cadenti exsugendo. Notum hoc pueris: si ergo locus hic noster luctatores potius signat, immo omnino: nullóque modo gladiatores: perperam vulgatum nostrum deserentes Hebraizantes, neque satis Latinè, luctam, per descensum in arenam, explicarunt, quo Latinissimè, cum proprium & non metaphoricum certamen exprimitur, gladiatoria pugna significatur. Optimè itaque Hieronymus meus Doctorum maximus, Hebræum verbum, per τὸ *luctabatur* expressit: sic enim & Lxx. eâdem ratione: *καὶ ἐπάλαιεν ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ. Et homo in palæstrâ erat*, seu, *luctabatur cum eo.* Arias Mõt. Vatabl. Sanct. Pagn. LXX. Interpr.

2. Ergo si non solum sensum (quem merito Latinus Græcusque codex aucupatur) sed etiam sonum Hebrææ vocis satagas exprimendum: fortasse ita aptè rem explicauèris: *Et ecce vir puluerem spargebat cum eo.* q. d. Angelus sub viri forma, spargebat puluerem cum Iacob, quia & Iacob puluerem cum Angelo spargebat: vt illud, *cum*, reciprocationem importet: ita vt se inuicem puluere respergentes declaret, quo nihil aptius colluctatoribus significandis: non quod reuerâ, in hac mysticâ palæstrâ id eueniret: sed quia cum hac phrasi, sparsi inuicem pulueris, ordinariæ luctæ significentur? eâdem, luctam suam expressam, sacer scriptor vsui nostro accommodauit: de vsu autem vulgarium phrasium in scripturâ, iam alij multa, & ego non pauca alibi scribo. Adhuc tamen intelligendo sacro textui, restat, vulgatis huius phrasis rationem aperire: quam vt capias, aduerte. Præter illa fomenta, quæ à puluere & arenâ petebant sibi Agonistæ, semetipsos singuli aspergentes, vt scilicet sudores exercitij deprimerent; à nudis corporibus, aëris læsionem arcerent, membra oleo, ceromatéque spurca, candefacerent: de quibus latè Lucianus in γυμνας. & prisci alij, recentioréſque scriptores: alius etiam erat arenæ Lucian.

&

& pulueris in palæstrâ vsus, quando scilicet agonista iam congressus, non se, sed antagonistam puluere respergebat, vt à membris eius vnctis, immissi brachiorum nexus, iniectæ manus non elaberentur, quo enim contrarium suum altiori puluere, omnem lubricitatem amouente, obtegeret: eò illum tenacius, & firmius poterat constringere. Nescio an hoc viderit Roa, ex alio loco Luciani citati, quem innuit, (satis enim obscurè illum citat; & potius visus intellexisse, de vsu quo semetipsos Agonistæ arenâ inspergebant, tuncque minus aptè, firmandi nexus caussâ, id factum voluit, cur enim agonistæ semetipsos inspergerent, vt ab antagonistis facilius tenerentur, cum potius elubricando corpori, oleum & ceroma affectarent?) certè si vidit, aptius scriberet, *vulnerizabat* absolutè, quam *puluerizabat se* inter luctandum enim, non se, sed contrarios suos, athletæ spargebant puluere. Do iam huius rei, pauca, & ni fallor, nondum trita testimonia.

D. Nilus. D. Nilus ad cap 1. Iob, in cathena Græca, palæstram sibi apud Græcos suos notissimam, spirituali certamini componens, clarissimè ad hanc rem. *Nudum vel potius vnctum, in certamen exire oportet, nam nudatum esse, hoc certanti præstat, vt ab aduersario comprehendi non possit: oleum verò, vt si fortè comprehensus fuerit aliquando, è manibus facilè elabatur. quamobrem qui luctantur, luctantes aduersarios puluere aspergere nituntur: vt olei lenitate, à pulueris asperitate superatâ, eosdem comprehendere facilius possint*, &c. Hinc Achelous apud

Ouid. Ouid. lib 9. Metam. suam Herculisque palæstram sic describit.

——— Puduit modo magna locutum
Cedere, reieci viridem de corpore vestem
Brachiáque opposui, tenuique è pectore raras
In statione manus, & pugnæ membra paraui.
Ille cauis hausto spargit me puluere palmis,
Inque vicem fuluæ tactu flauescit arenæ
Et modo ceruicem, modo crura micantia captat.

Dixit *micantia*, id est, oleo splendentia. Adde, id etiam palæstrici iuris fuisse, neque legitimi certaminis tenorem violare, quod agonista curaret, non solum lubricum aduersarij corpus arena exasperare: Sed etiam si posset ipsâ iniecta, os eius obturare, vt difficilius, credo, respirans inerLucian. tior decertaret: hoc videor ex eodem Luciano citato colligere: apud quem, Anacharsis subsannans, ita ad Græcum amicum. *Prouuae hostibus contra vos venientibus, oleo peruncti, & oppleti arenâ, in bellum procedite, nempè pugiles, aduersus armatos: tunc illi videlicet, pertimescent vos, ac fugient, timentes ne ipsis hiantibus, arenam in illorum os immitatis.* Græca habent: Ἀϑλόταις μὴ ἐφῖν κεχηνόσι πάσσητε τὴν ψάμμον ἐς τὸ σῶμα. Quod frustra diceret, nisi id inter luctandum, fieri consuesceret. hæc satis Hebræo textui explicando, & Hieronymo magno defendendo.

Dices me olim in Appendice Cantici mei tropologici, visum sensisse, luctatores sibi metipsis potius, quam aduersariis suis puluerem iniecisse: vt fortiores descenderent in agonem. Fateor id dixisse, sed de mysticis luctatoribus, qui robustius decertaturi, se puluere, id est, mortis memoriâ consolidant: cautè tamen à corporali palæstrâ, illud arenæ ministerium mutuabar, quo ex Luciano, vires augere dicebam: nec discrimini assignando, (quod mystici ante, quod ordinarij post agonem se puluere consouerent,) putaui immorandum: aliud est enim mores informate, aliud exactum litteræ sensum trutinare: ibi leuiter eruditio, hic nonnisi attentissimè tractanda.

3. Venio ad alia eiusdem Iacob: visâ in somnis scalâ, amicissimúmque Deum sibi expertus: iam euigilans, lapidem erigit, vngit; & subditur. *Vouit etiam votum dicens. Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in viâ hac per quam ego ambulo: &* Genes. 28. v. 20. *dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum: reuersúsque fuero prosperè in domum Patris mei: erit mihi Dominus in Deum*, &c. Gen. 28. à v. 20. an cadat sub voto, quod Deus naturâ ipsâ talis, ab aliquo talis habeatur, abundè iam interpretes ventilarunt: sensus facilis & germanus est, ipsum Deum, quem Iacob ab infantiâ sua, (imò fortassè ab vtero, si credimus Augustino,) quomodolibet coluerat, iam deinceps specialiori obsequio, reuerentiori cultu, soluendis decimis, sibi adorandum. Sic ferè omnes, & aptissimè. At inquis, minus hoc aptè visum significari his verbis, *Erit mihi Dominus in Deum*: cum potius dicendum videretur: *Deum quem iam noui, colam impensius.* Falleris, non solum prudenter sensum, sed & verba disposuit Patriarcha, vt potè qui non Iuuenis, (vt vulgus Concionatorum ineptè putat,) sed ex verissima & palmari chronologia septuagesimumseptimum ætatis annum tunc attingebat. Ergo non esse nouam hanc locutionem, firmo ex Virgilio Ecl. 1. vbi ita Tytirus de Virgil. Augusto suo.

O Melibæe, Deus nobis hæc otia fecit:
Namque ille erit mihi semper Deus, illius aram,
Sæpè tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Re enim verâ, iam ab aliis Augustus, post victoriam Actiacam, tanquam Deus cultus erat, prius quam hæc à Tytiro dicerentur: lege Appianum Appian. lib. 5. vbi post Sext. Pompeium debellatum, Augustus ab vrbibus Deus habitus scribitur: ideò Tytirus *Deus nobis hæc otia fecit*, id est, ille Augustus, quem iam omnes Deum colimus. Et tamen quia ob denuò accepta beneficia, illum impensiori cura, & sacrificio colere proponebat, meritò addidit: *Ille erit mihi semper Deus.* hoc minus obseruare Virgiliani Interpretes curarunt: vnde tamen aliquid lucis Iacobææ phrasi visum importari.

4. Adhuc nihilominus profundius penetrasse auguror Patriarcham: q. d. totus Dei mei obsequio, & cultui impendar: vt noscatur, meritò illum mihi tantummodo Deum, à quo vno accipio cuncta, ob quæ Idololatræ sibi solent varios & falsos Deos consecrare. Aduerte igitur, ex triplici hac caussâ, quam hic profert Iacob, solitos vt plurimum gentiles, Deos sibi colendos assumere, tripléxque hoc munus Diis assignare, scilicet quod essent custodes in periculis, bonorum largitores, è via reduces. Plenæ de hoc vbiuis paginæ: libo de singulis vnum verbum. De primo Horat. Horat. lib. 2. Od. 7.

Sed me per hostes Mercurius celer,
Denso pauentem sustulit aëre.

Et iterum ibidem Od. 17. custodibus Diis reddenda vota ponit. Idem.

——— Te Iouis, impio
Tutela, Saturno, refulgens
Eripuit volucrisque fati
Tardauit alas, &c.
Me truncus illapsus cerebro
Sustulerat: nisi Faunus ictum,
Dextrâ leuasset, mercurialium

Custos virorum. reddere victimas,
Ædemque votiuam memento:
Nos humilem feriemus agnum.

Secundum quod dixi satis probatur, vsurpato passim hemistichio apud Poëtas Græcos. Θεοὶ δωτῆρες ἐάων: *Dij largitores bonorum.* Poët.Græc. Tull. Vnde Cicero lib.2. de nat.Deor. *Multa autem alia natura Deorum, ex magnis beneficiis eorum, non sine caussa à Græciæ sapientibus, & à maioribus nostris, constituta, nominataque sunt.* Meoand. Huc facit illud Menandri, agrum suum vnde viuebat celebrantis.

Τὸ γὰρ τρέφον με, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεόν.
Id enim quod me alit, hoc ego indico Deum.

De tertio, lege parœmiarum & formularum compilatores, vbi de Diis reducibus: Horat. adde Horat. lib.1.Od 36.

Et thure, & fidibus iuuat
Placare, & vituli sanguine debito,
Custodes Numidæ Deos,
Qui nunc Hesperiâ sospes ab vltimâ, &c.

Martial. Vide quæ alij ad illud Martialis.

Dum noua Panonici narratur gloria belli,
Omnis & ad reducem, dum litat ara Iouem.

Hæc fuisse videntur, quæ Iacob, licèt occultè edisserebat: fauétque huic interpretationi, versio Vatabl. Vatabli quæ sic habet. *Vouit & votum hisce verbis: quandoquidem Deus mihi adfuit, & custodiit me in viâ istâ quâ proficiscor, & dabit mihi panem ad comedendum, & vestimentum ad induendum: reuersurus quoque fuero incolumis & saluus, ad domum Patris mei: erit mihi Dominus, in Deum*, &c. quasi reuelatione præscius, id absque dubio futurum, non tam de concipiendo, quàm de reddendo voto, iam edisserat: ingratitudinis notam subiturus, si omnibus illum sibi Deum non manifestet: qui manifesta diuinitatis signa, erga illum edebat benignissimus. hinc & illud, quod subdo.

5. Respuebat Esau, alioqui iam benignus, fratris
Genes.33. v.10. muneta, ad quem tunc Iacob. *Noli ita obsecro, sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis: Sic enim vidi faciem tuam, quasi viderem vultum Dei. esto mihi propitius, & suscipe benedictionem, quam attuli tibi.* Genes.33. v.10. est obscurum, quid sibi velit Iacob, dum fratri Esaŭ *vultum Dei* attribuit: quod variè versant interpretes. Sed obscurius, sub eadem similitudine, caussalis illa, *sic enim vidi*, &c. quasi ideò teneretur offerre munera Iacob, quod fratrem, instar Dei intueretur: nec satis propitius crederetur Esau, nisi oblata munera suscepisset. Ego vtrumque, breuiter sic putabam explicandum. Timuerat Iacob, fratris iras, illúmque infensissimum hostem trepidarat: dum ergo sub hoc periculo & metu oppressus, illum repentè mutato affectu, videt suauiter adblandientem, se, suósque, à timoris onere liberantem: instar Dei appellat, idque insito natura ipsa instinctu, vel etiam ipsis Ethnicis percepto: quo dum repentè & insperatè, per hominem quemuis, ab imminentibus iam malis liberamur: eundem nobis instar Dei fuisse, solemus dicere. Hinc est, vt eodem instinctu illi gratias, & si possumus, munera offeramus: quæ si respuat, minus nobis deinceps propitium condolemus, vt enim Deus spreto sacrificio, iratus creditur: sic etiam ille, qui nobis, Dei loco, auxiliator aduenit, si munus nostrum abnuat suscipere, minus deinceps propitius existimatur. Do pauca de vtroque.

Ælian. Ælianus de var.hist.lib.1.cap.30.vbi de egregiâ Iuuenis indole, quem Ptolomæus habebat in deliciis, ita. *Accidit aliquando, vt cum Rege adolescens equitaret: cum verò procul aliquos ad supplicium trahi videret: non oscitanter in hæc verba regem affatus est: Sed, ô Rex, inquit ad Ptolomæum, quandoquidem prospera quadam sontium istorum fortuna, equos conscendimus, age, si gratum est, calcaribus admotis, & velocia persequentes appareamus miseris, quasi Dios curet saluatores, & aduocati, salutem ferentes.* pro Diis enim habendi, qui subitam & insperatam salutem asportabant: hoc enim subitum & insperatum Deorum auxilium, Græci paræmiâ Græc.Par. illâ explicabant: Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, ἐπιφανείς: *Deus tanquam è machina, se exhibens.* De qua multa Erasm. Adagiographus Chil.1. cent.1. cap.38. Achilles Apud Euripid. trepidam Clytemnestram consolans, illique insperatam liberationem Iphigeniæ, Euripid. promittens, ita ex hoc vsu.

Ἀλλ' ἡσύχαζε, Θεὸς ἐγὼ πέφηνα σοὶ μέγιστος.
Sed esto secura: Deus ego illuxi tibi, maximus.

Hinc alia paræmia, apud Adagiographum paulo ante citatum: ἄνθρωπος, ἀνθρώπου δαιμόνιον: *homo* Græc.Par. *homini Deus.* Iacob tamen cautior, non tam absolutè, quam additâ particulâ, *quasi* rem explicauit: Sic in re simili Iuuenalis. Iuuen.

Quadraginta tibi, si quis Deus, aut similis Diis,
Et melior fatis, donaret homuncio &c.

Sed de primo, hæc satis. De secundo est illud Gen.4.v.5. vbi Deus iratus Caino exhibetur, quod Genes.4. v.5. illius munera non respiciat. quod naturæ lumine etiam ipsis Ethnicis notum. ideò Virgil. 1. Æn. Virg. Palladem adhuc Troianis infensam significaturus, describit Troianas Matronas Deæ peplum offerentes, quæ interim, *oculos auersa tenebat*: quasi spreto munere, furorem indicans ex hoc ergo fit, vt eos quos Dei instar, de accepto beneficio colimus, officiosa munera acceptantes cupiamus, nec apud illos, si officium respuant, inuenisse gratiam iudicemus. habes quid ego sentiam, de his verbis Iacob.

Nonnulli tamen sic locum explicant, tanquam 6.
si diuini ingenij affectus, hîc declaretur: ac si dicat Iacob: non potuisti mihi, instar Dei non videri, qui illius ad ingenium, facile iras remittis, dimittis iniurias: vnde grati animi ergo, munera, (cordis obsides,) tibi dico. Hanc explicationem, tropologicam magis, quam litteralem nonnulli existimant: Sed falluntur: certè litteralissima est, & fortasse germana: sic enim ex vsu vulgari, misericordibus, & iniurias remittentibus viris, *Dei viscera* solemus attribuere: ipsâ quippè dictante naturâ agnoscimus, diuinam indolem, minus habendam iræ retentricem. ideò Virgil.4. Virgil. Georg.

——— *Tu munera supplex,*
Tende petens pacem, & faciles venerare Napaas:
Namque dabunt veniam votis, iráſque remittent.

Vnde & idem lib 1. Æn. quasi miratus diutinam iram Iunoni inhærentem, exclamat: *tanta ne animis* Idem. *cœlestibus ira?* sic passim alij.

Sterilitatis suæ impatienter conscia Rachel, sic . 7.
ad maritum suum Iacob, *Habeo famulam Ba-* Genes. 34. v.3. *lam, ingredere ad illam, vt pariat super genua mea, & habeam ex ea liberos.* Gen.34 v.3. ignorat nemo morem illum quo puer recens natus ab obstetrice in terra collocabatur, vnde illum Pater tollebat: quod ni faceret, fœtus tanquam adulterinus, aut proiectitius habebatur. hunc verò morem, gentilibus, Hebræisque fuisse communem,

æquè

Sueton. Claudian. Lactant. Terent. Q Curtius. Corn. Tac. Bernart. Plinius. Varro. Senec. Ouid. Claudian. D Sidon. Apoll. Terent. Dempst. Pineda. Ceruant. Sanctius. Ezech. 16. v. 5. Cant. 8. v. 5.

æquè obuium. De gentilibus, videndus Sueton. in Aug. cap. 5. & in Ner. cap. 6. Claud. 1. contra Ruf. Lactant. lib. 1. instit cap. 26. Terent. in Heaut. Q Curtius lib. 9. Cornel. Tacit. in vitâ Agric & alij quos dedit Bernartius ad Statium. lib. 1. Theb. Adde hos alios qui cum allusione ad hanc consuetudinem: Plin. in præfat. lib. 7. nat. hist. & lib. 2. cap. 65. Varr. lib. 2. de vitâ pop. Rom. Senec. in Consol. ad Mar. cap. 17. & lib 2. controu. Ouid. in Ibin. Claud. lib. 2. de laudibus Stilic. Sidon. Apollin. car. 23. Terent. in Adelph. quorum testimonia congerit Dempsterus in Paralip ad Rosinum lib. 2. cap. 19. De Hebræis videndus Pineda de Rebus Salom. lib. 1. cap. 12. Ceruantes ad illud Sap cap. 7. v. 3. *Et in similiter factam decidi terram.* Sanchez ad illud Ezechielis cap. 16. v. 5. *Proiecta es super faciem terræ.* Et ad illud Cant. 8. v 5. *Sub arbore malo suscitaui te.* Illud falsò putant nonnulli, solitos hos pueros in nudâ terrâ collocari: caue credas ni extremâ oppressos miseriâ parentes imagineris: cæteri enim, aliquid blandius substernebant, molliculis tenelli membris non lædendis: Hinc erat vt viri Principes, nascentes filios purpurâ exciperent: notauit Interpres ad illud Claudiani in 3. Cons. Honor.

Claudian.

—— Cognata potestas,
Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro.

Herodian.

Adde Herodianum, apud quem Comodus Imp. ita ad milites: κ̀ μὴ πειραθέντα μὴ ἰδιωτικῶν σπαργάνων, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν, βασίλειος ὑπεδέξατο πορφυρίς. ἐμοῦ μὲν εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον, κ̀ βασιλέα. *neque vulgares fasciolas non expertum, statim ab vtero fusum, regalis excepit purpura: simúlque hominem me sol vidit, atque Regem.* Capitolin. in Albino, vbi ita pueri Pater amico scribens. *Filius mihi natus est 7. Kalend. Decembr. ita candidus statim toto corpore, vt linteamen, quo exceptus est, vinceret.*

Capitol.

8. Ex hoc ergo vsu quo Patres, filios in terra expositos tollebant, quasi sibi legitimos recognoscerent: orta est consuetudo illa qua optimum adoptionis genus habebatur, si quis vice Patrum pueros è terrâ tolleret: hac enim ceremonia, quâ naturalis parentis officium adimplebat: se naturalem potius, quam adoptantem pueri recens nati patrem quodammodo ostentabat. Sic olim explicabam Statium lib. 2. Sil. 1. vbi de Atedio illustrissimo Romano, qui vernulam quendam sibi adoptauerat, ita.

Statius.

—— Raptum sed protinus aluo
Sustulis exultans: ac primâ lucida voce.
Astra salutantem, Dominus sibi mente dicauit,
Complexúmque sinu tulit. & genuisse putauit.

Idem.

Sic iterum idem Sil. vlt. lib. 5. de alio vernola sibi adoptato.

—— Meus ille meus, tellure cadentem
Excepi, & vinctum genitali carmine foui,
Poscentémque nouas tremulis vlulatibus auras,
Inserui vitæ, quid plus tribuere parentes?

Ezech 16. v. 5.

Vnde ni fallor, noua lux Ezechieli citato: nihil enim aliud ibi insinuari puto, quàm synagogam sub metaphorâ puellæ recèns editæ, & à parentibus spretæ, à Deo sublatam, & vitæ insertam: licèt id minus clarè exprimatur. Locum ex Cantico, (quem ego longè aliter in commentariis meis putaui explicandum, & puto adhuc,) si quis ex communi opinione explicet de sponsâ, quam mater sub arbore enixa fuerat: hinc illum optimè explicauerit: quasi sponsus, qui die nuptiarum sponsam adoptauit in filiam de more, (vt sæpè in Cantico notaui,) hoc vellet insinuatum: quod tam tunc illam germanâ adoptione acciperet in filiam: ac si illam recens editam ab vtero, è terrâ suscitasset: supplerâ de vsu Scripturæ formâ comparatiuâ.

9. Iam ad verba Rachelis, cuius causa hæc omnia sunt dicta: neque enim solummodo voluit, obstetricis erga famulam partes implere: (quid enim hoc, vt plenis buccis, Balæ filios, tanquam proprios haberet?) sed id voluit significare, pueros illos vix ab vtero editos, & in terra collocatos, tam auidè instar parentis, támque festinè inde sublaturam, ac si super genua sua nascerentur; sicque in gremio suo fotos, & nobiliori adoptionis genere susceptos, meritò pro naturalibus, reputandos. ideò Lyranus ibi, licèt temorius tendat, tamen adoptionem intellexit, ait enim: *Id est, vt pariat filios, quos possim tenere super genua mea: ita quod licèt sint sui per naturam, tamen mei erunt per adoptionem.* Propiùs accedit Vatablus in notis: *Id est, cum illa pariet, accipiam puerum in gremio, siue sinu meo.* Acciperet inquam, non tanquam obstetrix, quæ ab vtero illos excipiebat: sed tanquam mater adoptans, recèns ab vtero in terra collocatos, quod erat quodammodo, ab vtero prodeuntes in gremio excipere. Sic in re simili, fingitur Venus lib. 1. Sil. 2. Violantillam sustulisse..

Lyran. Vatabl. Statius.

—— Tellure cadentem
Excepi, fouique sinu.

Et lib 2. Sil. vlt. de Lucano.

Idem.

Natum protinus, atque humum per ipsam,
Primo murmure dulce vagientem,
Blando Calliope sinu recepit.

Quasi Violantilla, in Veneris pulchritudinem: & in Musæ Poësim Lucanus adoptaretur.

Iacob Genes. 49 v. 4. inter alia, quæ ad Ruben, subdit. *Quia ascendisti cubile patris tui*, &c. Suppono in hoc loco, *cubile* pro lecto poni: an verò aliquando pro cubiculo, sumatur: alibi disputo. ad rem. Non est otiosum verbum τὸ *ascendisti*: Sed contra vulgi sententiam, in significatione propriâ accipiendum: Lectuli enim nobiliorum, olim altiusculi, vnde in illos non tam planus ingressus, quam ascensus: idque sæpè admoto scabello. D. Isidorus lib. 11. cap. 20. *Scamna sunt, quæ altioribus lectis apponuntur: a scandendo.* Desumpsit ex Varr. lib. 4 de ling. Lat. *Quia simplici scansione, ascendebant in lectum non altum, scabello in altiorem: scamnum.* ideò Anchises ad Venerem, apud Homer. in hymno.

Genes. 49. v. 4. D. Isidor. Varro. Homer.

Βουλοίμην κεν, ἔπειτα γύναι εἰκυῖα θεῇσι,
Σῆς εὐνῆς ἐπιβὰς, δῦναι δόμον ἀΐδος.
Vellem quidem ô fœmina deabus similis,
Postquam tuum lectum ascenderem, adire inferos.

Et paulo pòst. λεχέων δ' εὔστρωτον ἐπέβησαν, *lectos benè stratos ascenderunt.* Virgil. lib. 12. Æn.

Idem. Virgil.

—— Quarumque Latinæ,
Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile.

Vide plura apud Passeratium, ad illud Prop. lib. 4. eleg 4.

Passerat.

At Tatius, neque enim sceleri dedit hostis honorem:
Nube ait, & regni scande cubile mei.

Qui benè notat hos lectos Græcis, vocari *scansorios*: vnde Phocyllides: Βαινέμεν ἐς λέχος ἴκλιον: in lectum scansorium venire. Hinc disces cur lupanar eisdem dicatur χαμαιτυπεῖον: & vile scortum, triobolariáque meretrix, χαμαιτύπη appelletur: humi enim stratos lectos denotabant.

Phocyllid.

Ex

Psalm.131. v.3. Ex dictis etiam capies illud Psalm.131. v.3. *Si ascendero in lectum strati mei.*

CAPVT XXXII.

Ad historiam Dauidis, pauca.

PERIOCHA.

1. *Epinicium triumphatori Dauidi decantatum.* 1.*Reg.*18.*v.*7.
2. *Organa armigata.* 2. *Reg.* 6. *v.* 15. *instrumenta musica ab humero olim suspensa.*
3. *Instrumenta musica armisona, decoris & strenuus saltationibus ministrantia.*
4. *Solarium Dauidis aliud à solario Bethsabee.* 2. *Reg.* 11. *v.* 2. *vulgaris interpretatio asseritur.*
5. *In solariis olim, pensiles silua, & fontes. Idem ex loco Reg. coniectatur.*
6. *Bethsabee* 2. *Reg.* 12. *v* 4. *Ouis mactata, quia victima regia libidinis.*
7. *Achitophel, adhibito laqueo strangulatus.* 2 *Reg.* 17. *v.* 23 *apud Ethnicos, necis huius ignominiosa informitas.*
8. *Formâ integrâ mori, priscorum votum, quia talis apud inferos duratura credebatur. coniectatur de Iezabel* 4. *Reg.* 9. *v.* 30. *hinc gula fracta infamia.*
9. *Vel ex eo quod spiritus, ad viam prapostеram cogi putabatur.*
10. *Apud aliquos strangulatio non ita infamis: clarius id apud Hebraos, vbi pradicta caussa deficiebant. Loca nonnulla sacra, an de propria crucifixione, an de germano suspendio, explicanda.* Παρέργον *de ludo suffocationis.*
11. *Super Absalon congestus lapidum aceruus,* 2. *Reg.* 18. *v.* 17. *ad pœnam videtur.*
12. *Fortassè etiam, ab illo more poterit explicari, quo in rebus afflictis, sepulchra piè magis quam sumptuosè, de lapidum congestu supplebantur. Coniectatur de alio loco Ios.* 8. *v.* 29.
13. *Semitonsum caput, stultorum ludibrio, aut damnatorum opprobrio assignatum. Locus ex lib.* 2. *Reg. cap.* 10. *v.* 4. *& ex lib.* 1. *Paralip. cap.* 19. *v.* 4.
14. *Barbam, aut mentum viris, genas fœminis, tangebant supplices, & blandientes.* 2. *Reg.* 20. *v.* 9.

1. VICTORI Dauid, hoc epinicium, festiuis choris fœminæ decantabant: *Percussit Saul*
1 Reg.18. v.7. *mille, & Dauid decem millia.* 1. Reg. cap. 18. v.7. Hymnus, & oda absque dubio fuerat profusior: cuius scopum tantummodo, aut fortè intercalarem versum; sacer scriptor visus adnotasse. Hos choros victoriam gentis suæ celebrantes, Hebræis in vsu, alibi sæpè legimus: diuerso vt plurimum modo apud Gentiles: nisi quod aliquid simile lego apud Vopiscum, in Aureliani vitâ, vbi de huius victoriis. Vopisc. *Refert Theoclius Aurelianum manu suâ, bello Sarmatico, vna die quadraginta & octo interfecisse: plurimos autem, & diuersis diebus, vltra nongentos quinquaginta: adeò vt etiam Balistea pueri, & saltatiunculas, in Aurelianum tales componerent, quibus diebus festis militariter saltitarent.*

Mille, mille, mille mille
Mille mille decollauimus:
Vnus homo, mille mille:
Mille mille decollauit.
Mille, mille, mille viuat,
Qui mille occidit.
Tantum vini habet nemo,
Quantum fudit sanguinis.

Hac video esse friuola, sed quia suprascriptus auctor, ita eadem vt sunt Latina, suis scriptis inseruit, tacenda esse non credidi. idem apud Maguntiacum, tribunus legionis sexta Gallicana, Francos irruentes, cum vagarentur per totam Galliam, sic afflixit, vt trecentos ex his captos, septingentis interemptis sub coronâ vendiderit: Vnde iterum de eo, facta est cantilena:

Mille Francos, mille Sarmatas
Semel occidimus:
Mille, mille, mille, mille,
Mille Persas quarimus.

Hucusque Vopiscus: ait autem, pueros militariter salritasse, ob pyrrhicam saltationem, quæ speciem belli referebat, de qua multa Interpretes Virg. & ego statim pauca.

Decorus magis Dauid dum arcæ humilis, quam dum sublimis imperio assistit: gratior, Ephod accinctus, quàm purpurâ radians: Sic describitur, festiuam triumphalis Arcæ pompam ducens: *Et Dauid percutiebat in organis armigatis: & saltabat totis viribus ante Dominum.* 2 Reg.6. à v.13. Suppono potius, quam ostendo prædicta verba, in pluribus codicibus vulgatis reperiri: licet in aliis, (ob Hebræum Græcúmque fontem, vbi minus habentur exacta,) expungantur. Vtrum verò legitima, an spuria reputanda, disputare non vacar: legitima præsumo, ob inueteratam tot codicum lectionem: vtcumque sit, nil vetuerit, his armigatis organis immorari. Omnes, quos viderim, explicant hæc *organa armigata*, (quæ credo non alibi, vtramuis litteraturam euoluas, facilè inueneris,) quasi, *armo ligata*: id est, ab humero suspensa. cum enim simul saltaret Dauid frequenti motu, incitato tripudio: ingentis laboris foret, non ligatum sustinere organum, & percutientes illud, inter saltandum, manus: toto gestationis pondere, occupare. Vide præ aliis Sanchez, qui rem clarius. Hæc si vera, illustrabis ex vsu prisco, (hodie suauius, nexu fibulæ, lyram pectori colligant, qui simul fides, pedésque exercent,) quo instrumenta musiea, ab humero suspendebant. Vetus Poëta Pomponius.

2. (margin, beside "Decorus magis Dauid…")
2 Reg.6. v.13. (margin, beside "…Sup-pono potius…")
Sanch. (margin, beside "…Sanchez…")
Pompon. (margin, beside "…Pomponius.")

Pendeat ex humero dulcis Chelys,
Et numeros edat varios; quibus,
Assonet omne virens latè nemus.

Statius lib.1.Sil.2. Statius.

Cui Pean noua plectra mouet, humeróque comanti,
Facundum suspendis ebur?

Eburneam scilicet citharam de eodem Horat. lib.1.Oda 21. Horat.

Insi

Insignémque pharetrâ,
Fraternáque humerum Lyra.
Tibul. Tibullus item.
Artis opus raræ fulgens testudine, & auro
Pendebat læva, garrula parte Lyra.
Tu vbiuis passim alia, in re simili.

3. Nihilominus, cum vox ista non alibi t certa, coniecturis tantummodo, & fere diuinatione, veniat inuestiganda: nil prohibet, si coniecturam aliam nostram apponamus. Fortasse ergo, non ab armo siue humero: sed ab armis, seu bellicâ armaturâ, hæc organa *armigata* appellantur: vel quia erant illius generis, quæ in armis siue prælijs ministrabant, ex vsu gentium, & Hebræorum, qui musicis instrumentis in prælium incitabantur: de quo multa Roa singular. 3. c. 16. (Roa.) plura ego de Hebræis, in Cantico Dramat. & de Gentibus, nunc satis Athenæus dipnos. 14. cap. 11. (Athenæus.) vbi ita. *Robustissimi Lacedæmonij, cum tibijs militare consueuerunt: Cretes cum Lyra: Lydi cum tibijs & Syringibus.* Vel quia licèt essent ex illis, quæ pacificis deliciis seruiebant, non tamen fœmineum & mollem, sed virilem, & quodammodo armatum sonum emittebant: ad cuius melos, non tam fluxa & lasciua, quam robusta & militaris saltatio exerceretur. Fouet hanc coniecturam, quod Dauid non tam totis numeris, quàm totis viribus: non tam toto modulo, quàm (vt habetur in Hebræo apud Vatabl.) toto robore saltans describatur. (Vatabl.) Saltabat ergo Dauid, vt illius æui decentior mos ferebat, strenuitatem potius, quàm mollitiem indicans: prælij quippè prælodium, saltatio habebatur. Cur ergo facta organa *armigata*, quasi armis agnata, non explicentur? de hac saltatione strenua, iam multa alij cum Roa citato, (Roa.) ex Luciano. Addo ad rem meam illibatum, & pulchrum, licèt longiusculum locum ex Athenæo (Athen.) lib. 14. cap. 12. vbi post alia de priscis Heroibus decoros gestus inter saltandum seruantibus, sic subdit. *Erat enim per id tempus, saltationis genus & decorum, & magnificum in choris: atque id ferè, quod motiones, quæ fiunt in armis, imitaretur. Vnde Socrates etiam scitè, tripudiantes maximè esse idoneos rebus bellicis, scriptum reliquit in Poëmate, vbi ità inquit.*

Qui rectè norunt, choris Deos decorare, hi
Optimi & in bello.

Nam quasi armorum erat instructio, ipsa saltatio: ac neque solum compositionis argumentum, sed certissimum etiam corporum diligentia. Vnde colligis Duces & Martiales viros, saltatione strenua Diis suis adblanditos: quo obsequio bellicosus Dauid, verum etiam Numen, meliori iure voluit decorarum. Idem. Pergit Athenæus. *In musica, & in corporum concinnitate, strenuitatem collocarunt, & cum cantu, admotiones ea, quæ fiunt in armis exercebantur. Vnde concitata sunt, pyrrhica vocata. apud Syracusios, peculiaris est & cantilena, & saltatio loricata Mineruæ. Est Telesias etiam vocata saltatio, quæ militaris est, & nomen accepit, à viro quodam Telesia nominato: cum primus ea eâ, armatus sit vsus. Prima inuenta fuit ea motio, quæ ad pedes pertinet, quàm ea, quæ spectat ad manus. nam pedes in certaminibus magis exercebant Maiores, atque in venationibus,* &c. *Pyrrhica Satyricæ est persimilis, ambæ siquidem cum velocitate exercentur: pyrrhica verò militaris esse videtur, quam pueri armati saltant. Opus est autem velocitate in rebus bellicis, & ad insequendum, & ad fugiendum, cum ita res tulerit, neque expectare conuenit.* Hæc, tibi fortè somnia: timeo, ne quæ sequuntur, insomnia videantur.

4. Dum bellis fortis, dum bellicæ saltationi pius vacat Dauid, in pace, & in tuto collocatos motes suauissimè continebat. Rebellarunt tamen ex otio, & miserum Regem perditi perdiderunt: Sic enim facet textus post alia. *Accidit vt surgeret Dauid de strato suo post meridiem, & deambularet in solario domus regiæ: viditque mulierem se lauantem ex aduerso, super solarium suum.* 2. Reg. cap. 11. v. 2. (2. Reg 11. v 2.) volunt Interpretes, qui rem exactius trutinarunt, τὸ *super solarium suum*, non esse intelligendum de fœminæ solario: Sed de illo solario domus regiæ, vbi Dauid inambulans, paulò antè describitur. *Neque enim credibile*, inquit Sanchez, *honestam fœminam ad opus illud, quod non censetur omnium honestissimum, elegisse locum excelsum, & apertum, vbi ab omnibus liberè videri posset. neque textus Hebraicus, id admittit, nisi admodum durè, qui sic habet. Vidit mulierem lauantem* מעל הגג, *id est*, desuper solario. *Vidit itaque Dauid mulierem lauantem, cum esset super solarium suum, ad quod exsurgens è lectulo conscenderat.* (Sanch.) Addo pro hac sententiâ, L X X. qui ita: ϗ εἶδεν ἀπὸ τοῦ δώματος γυναῖκα: *Et vidit a solario, mulierem.* in Sixt. *Vidit mulierem lauantem se, de solario.* imò & Vatabl. ex Hebræo. *Et videret de tecto mulierem lauantem se.* (L X X. Interpr. Sixtian. Vatabl.) Quæro tamen à te mi Lector, si fortè Bethsabee super suummet solarium se lauisset: quo modo clarius, Latina & canonica versio rem explicaret, quàm quo nunc legitur? Esto durè, ex Hebræo colligatur, solarium hoc de quo agimus fuisse Bethsabee: ideóque potius aspicientis viri, quam fœminæ lauantis locum designandum: at nonne longè durius, imò durissimè, ex Latino colligitur solarium fuisse Dauidis: ideóque potius lauanti fœminæ, quam aspicienti viro tribuendum? Ferat Lector Catholicus æquo animo, Latino textui vim inferri violenter, vt Hebraïcus suauiter explicetur? Apage. nisi fortè vulgarem & canonicam nostram versionem, cæteris omnibus, instar normæ certissimæ adhibendam, denegaueris: quod an Catholicus possis, tutè videris. Ego quidem, ingenuè fateor, mauellem huius euentus fateri ignorantiam: imò, & Bethsabee paulo pòst adulterandæ, incuriam & immodestiam præuiam in balneo decernere, si eousque cogerer: quam textum nostrum cogere violenter, vt modestiæ lauantis deseruiret. Sed non adeò vrgemur: laborabimus, vt quâ modestiâ alibi, aut menstrui, aut animi ergo potuit lauari Bethsabee, eadem in solario potuisse coniectetur.

In tectis ædium amplissimis, (quæ olim apud Hebræos, & plerasque alias gentes, rasa erant, & deambulatoria, vt nemo nescit,) solitos viros principes, arbores inserere, pomaria condere, & siluas suspendere, terrâ ibi altè iniectâ: apud probatæ fidei legimus Auctores. eóque, ab imo solo, occultis canalibus euectos fontes, qui balnea, qui piscinas efformarent, discimus ab eisdem. Rutilius Gallus de laudibus Romæ. (Rut. Gall.)

Quid loquar inclusas inter laquearia siluas,
Vernula, quæ variè carmine ludit auis.

Seneca epist. 122. *Non viuunt contra naturam, qui pomaria in summis turribus inserunt: quorum silua, in tectis, ac domorum fastigiis nutant: inde ortis radicibus, quò improbè cacumina egissent?* (Senec.) Et Tragicus in Thyeste. (Tragic.)

Non thure colimur, non mea excluso Ioue,
Ornantur aræ: nulla culminibus meis,

Imposita

Imposita nutat Silua.
Præterco plures, qui ad manum. De suspensis
Martial. autem fontibus, siue piscinis, Martialis lib.6.
epigr.47.
Nympha mea stella, quæ fonte domestica puro
Laberis, & Domini gemmea tecta subis.
Senec. Passim de hoc Seneca, lege epist. 100. & de
Tranq.vitæ, cap.1. & quæst. nat.3 cap.17. & alij
quos vbiuis incurtes. Sed signatissimus alicubi
Senec.Pat. Seneca Pater, siue Rhetor: *Alunt in summis culminibus mentita nemora, & nauigabilium piscinarum*
freta. Didicere credo isti, ab hortis illis pensilibus Babylonis orbi decantatissimis: de quibus
Q.Curt. inter multa, habet Curtius lib 5.ad rem nostram:
Super pilâ, lapide quadrato solum stratum est patiens terra, (quam altam iniiciunt,) & humoris quo rigant
terras. Similes delicias, licèt non æqui ponderis
& sumptus, hodie nouit Europa: & Vlyssipo
mea, non infrequentes.

Ad rem. coniecto igitur, domum Vriæ, quæ
vtpote viri nobilis, inter primas habebatur: (vi-
Adrichom. dendus Adrichomius in theatro terræ sanctæ, in
descriptione Ierusalem num 11. qui etiam nunc
fontem, quo se lauasse creditur Bethsabee, durare testatur:) solario & tecto aliquo fuisse insignem, vbi arbores aliquæ obumbrantes nascerentur, & stagnum attificiale, ductis aliunde
aquis ebulliret. Hicque non minus modestè lauari potuisse puellam, quam si in ordinario
horto lauaretur: putarer enim se frondium vmbra tectam delitere. Denique quidquid aut curæ,
aut incuriæ illi tribuas, si in ordinario horti balneo se ablueret, hoc ipsum de nemorosi solarij
stagno existimaueris: sicque tota amouetur indecentia, de solario aperto: & vulgaris Interpretis verba non distorquentur. Fouet hanc coniecturam, quod in Assyriâ Palestinæ vicinâ, vsus
pensilis horti, & suspensi fontis non temetè præsumitur, inde enim ad incredibile illud opus
peragendum, Babylonia mora existimanda, neque
enim tantum intentare ausa, nisi in minoribus
ludere consueta. Cur ergo vicinæ Palestinæ, &
vrbi deliciosissimæ, similis voluptatis luxus denegemus? Deinde tempus hoc erat in quo Reges
ad bellum proficiscuntur. Vetnum scilicet v.1. &
in Palæstinâ, vt nosti calidissimum, ita vt milites
super faciem terræ manerent v.11.quod in magno
æstu solet contingere: quis ergo prudentet mediteiur, ascendisse Dauidem, idque meridiano
tempote, in solarium suum regium: Si illud apertum, & radiis expositum, neque nubilo die fortasè, sed quo ob æstum, ex aduerso fœmina lauabat: & non potius, quia solarium regium, nemore etiam consitum, captandis auris amœnius
videbatur? certè sic totus euentus, & decentior,
& probabilior explicatur: lateret enim Dauid
sub ramis, spectaturus libetius, nec à fœmina
visus, quamuis ista attentius, ne ab aliquo notata
foret, scrutaretur. Hæc licèt minus probabilia
sint, tamen ideò fortasè non spernenda, quod
fœlicioribus ingeniis, ad faciliores alias coniecturas indagandas viam aperiant, ne vulgato nostro
Interpteti; vis illa non fetenda, inferatur.

6. Post lamentabilem regalis Prophetæ ruinam,
quem grauissimi lethatgi pondus premebat adhuc,
mittitur Nathan à Deo, qui appositissimâ parabolâ, iacentem erigeret, & sopitam memoriam
reuocaret: in qua tamen non vacuum mysterio,
quod de Bethsabee sub ouis metaphorâ, adducta
dicitur: *Tulit autem viri pauperis, & præparauit*
cibos homini qui venerat ad se. 2. Reg.12. v.4. Fœ- 2 Reg.12. v.4.
mina ad Regis thalamum euecta, deliciis affluens,
non vt prius ouiculæ, sicut olim apud maritum:
Sed laniatæ oui, vtpotè in cibos paratæ comparatur: vnde emphaticoterûs LXX. καὶ ἔθυσεν LXX. Interpr.
αὐτὴν, καὶ ἐποίησεν αὐτὴν, ἀνδρὶ τῷ ἥκοντι πρὸς
αὐτόν. *Et immolauit eam, & parauit eam viro venienti ad se.* Vbi funestè mactata victima deploratur. quid ita si in luxu, & in rosâ tunc viuebat?
aut quæ tandem in hac translatione, occulta virtus? Certè quia tanquam infœlix victima, aras
regiæ libidinis, pudore profuso, pro effuso cruore
creditur imbuisse. Neque hæc tantum tropologico sensui, sed etiam litteralissimo deseruit explicatio: Sic enim loqui solemus, vt prostituti
pudoris fœminas, *victimas libidinis* appellemus.
D. Hieronymus lib. de monog. ad Geruant. *Si* D. Hier.
scortis melior sit, si publicarum libidinum victimas
superet: si vni sit prostituta, non pluribus. Idem sub Idem.
eadem metaphorâ, in epist.ad Heliodor. *Membra*
Christi, & hostiam viuam placentem Deo, cum publicarum libidinum victimis, nefariâ collusione violauit. Et iterum cap 3.in Ion. *Differentia erit inter* Idem.
Matrem Domini, & victimas libidinum publicarum.
Sic Tertull.lib.de cul.fœm. cap.12. *Quanto autem* Tertull.
blasphemabile est, si quæ Sacerdotes pudicitiæ dicimini, impudicarum ritu procedatis culta, & expictæ?
aut quid minus habent infœlicissima illa, publicarum
libidinum victima? Et lib.de Pall.cap 4. *Aspice lu-* Idem.
pas popularium libidinum nundinas, ipsas quoque
frictrices: & si præstat oculos abducere ab eiusmodi
propudiis occisæ in publico castitatis. Hæc occisa
castitas, victimarum miseras nomine insigniuit.
Dicitur autem hîc *occisa castitas*, sicut apud Apul. Apulæius.
lib. 5. Milesiar. *Interfecta virginitas.* ibi. *Iámque*
aderat ignobilis maritus, & thorum inscenderat, &
vxorem sibi Psychem fecerat, & ante lucis exortum
properè discesserat: Statim voces cubiculi præstolata,
nouam nuptam interfectæ virginitatis curant. Benè
ergo ob similem caussam, licèt occultè, in hac
parabola, sub metaphorâ mactatæ victimæ Bethsabee repræsentatur. De huius loci tropologiâ,
dixi alibi.

Remissâ iam Dauidi pœnitenti culpâ, pœna 7.
adhuc restabat subeunda: huius pars non exigua,
bellum Absalonis, vt nosti: in bellica autem hac
tragœdiâ, persona non vulgaris Achirophel, de
hoc ergo, post multa, addit textus. *Porrò Achito-* 2. Reg.17.
phel videns, quod non fuisset factum consilium suum, v.23.
strauit asinũ suum, surrexitque & abiit in domũ suam,
& in ciuitatem suam: & dispositâ domo suâ, suspendio
interiit, & sepultus est in sepulchro Patris sui. 2.Reg.
17.v.23.ex Hebræo vertit Vatabl. *Strangulatus est.* Vatabl.
Violentas sibi manus, admoto ceruicibus laqueo,
Achirophelem admouisse, quisquis ex ipso historiæ contextu non subodoratur: obæsus esto:
reiiciendáque omnino illorum opinio, qui hominem stanguriâ aut anginâ defunctum explicarunt: de quo latè ibi Sanchez. Restat sciendum Sanch.
an hoc genus violentæ mortis Hebræis, vt plerisque aliis gentibus, infame, cæterisque probrosius haberetur. Et quidem suspendij laqueum,
ignominiosissimum apud Græcos, probat Euri- Euripid.
pides in Helenâ, dum illud vocat, κἀν τοῖσι δούλοις δυσπρεπὴς, *etiam ipsis seruis turpe, & indecorum.*
Liuius appellauit, *fœdam mortem*: Textus in cap. Liuius.
Sceleratior de Pœnit. dist.3. Iudæ mortem vocat, Textus.
informem: cui concinit Iuuencus & Iosephus. Iuuenc.
Videndus Plinius lib.14. cap.19 de vitæ infami, Ioseph.
iuxta quam aliquis laqueo suspenditur. quos Plinius.
omnes,

omnes, cum multis aliis testimoniis ex iure ciuili
Tiraq. depromptis, dedit Andreas Tiraquell. tract. de Pœn.
temp. aut remitt. æquè vberem segetem de eadem
Cerda. huius mortis infamia, habes apud Cerdam ad illud
Virgil. lib. 12. Æn.

Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta.

Si autem quæras, cur qui se laqueo strangularent,
infames haberentur: ex variis Auctoribus, multi-
pliciter respondet Cerda citatus, deinde subdit de
hac informitate, quam de ignominia lethi, fusè
Idem. explicarat. *Sed quid vetat, meam addi explicationem?
quid si hæc informitas, desumitur à figurâ corporis non
rectâ? etenim qui collo pendent, ita habent reflexum ca-
put, vt non forma debita corporis seruetur. quo traho
vsurpari a Græcis ad suspendium, verbum καταςρίφω.*
Restabat meo Cerdæ ostendendum, cur hæc de-
bita corporis forma non seruata, hoc reflexum
caput, ignominiæ & infamiæ potius tribueretur,
quàm si quis veneno, & gladio se occideret. quid
ergo vetabit, si coniecturam meam ego addide-
rim? attende.

8. Summa erant priscorum vota, vt formâ inte-
Lucian. grâ, & compositâ morerentur: vt ex Luciano, &
Sueton. Suetonio probauit Geuartius ad illud Statij lib. 2.
Geuart. Sil. 1.
Stat.

Gratum est, fata tamen, quod non mors lenta iacentis
Exedit puerile decus, manésque subiuit
Integer, & nullo temeratus corpora damno,
Qualis erat.

Nonius. Sic Nonus lib. 11. Διον. cuius sententiam præpro-
pere sic verto.

Ecce hucusque genæ defuncto in corpore fulgent,
Ac vident hucusque oculi, gratóque colore
Cernuntur niueis manibus, splendescere palmæ.

Cuius rei, illud in caussâ esse puto, (quod &
Cruceus. Cruceus ad Stat. innuit,) quia quâ formâ quis
moriebatur, eadem apud inferos, illius vmbram
perpetuo duraturam existimabant. Sic explico
Virg. Virgilium 6. Æn. vbi de vmbra Deiphobi, apud
Inferos visâ.

Æquè hic Priamidem laniato corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
Atque manus ambas, populatáque tempora raptis
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.

Quia scilicet apparebat, qualis discesserat: à Græ-
cis autem & Helenâ, vt nosti, tam fœdè mulcatus
Idem. fuerat. Lege eundem Virgil. lib. 1. vbi Sichæi vm-
bra Didoni, & vmbra Hectoris talem se exhibet
Æneæ, quali formâ in exitu animæ corpus fuerat.
Statius. Sic Statius lib. 1. Sil. 4. de Regulo.

——— *Primúsque insigne tributum,*
Ipse palam lacerâ poscebat Regulus vmbrâ.

Scis autem, quàm iste morti tradendus laceraretur.
Senec. Seneca in OEdip. Act. 3. omnes illas vmbras, quas
ab inferno euocat, sub ea specie describit, quâ di-
scesserant: ideò de Laio, ita:

——— *Fari horreo*
Stetit per artus sanguine effuso horridus,
Pædore fœdo squalidus obtectus comam.

Idem. Et paulo pòst de Pentheo.

——— *Sequitur & Bacchas, lacer*
Pentheus, tenétque sæuas etiam nunc minas, &c.

Vnde quemadmodum hi Manes à tenuitate voca-
bantur vmbra: sic à repræsentando, ni fallor,
imagines dicebantur. Hinc ego aliquando expli-
4. Reg. 9. cabam illud ex 4. Reg. cap. 9. v. 30. *Porrò Iezabel
v. 30. introitu eius audito pinxit oculos suos stibio, & orna-
uit caput suum, & respexit per fenestram.* Soppooo
tanquam probabilius com Sanchez, non se ador-
nasse, vt oculos Iehu, pelliceret in amorem, quem
additis opprobriis lacessebat. quid ergo? multa
Sanchez, & grauia, tu lege. ego coniecto, Iezabe- Sanch.
lem Ethnicam, cum præuideret fore, vt à regiis mi-
stris occideretur, voluisse sub pulchrâ facie mor-
tem subire, quam deinceps degens vmbra retine-
ret. Iam ad rem. Cum per strangulationem & su-
spendium, lingua turpissimè prodatur, spument la-
bra, venæ tumeant, oculi salrent: Súbque nullo alio
mortis genere, horribilior humana forma redda-
tur, meritò *informe* hoc lethum, ignominiosum pa-
riter haberetur, quo apud inferos expressum igno-
miniosæ deformitatis characterem retinebant.

Subdo & aliam caussam, cur tantæ ignominiæ, 9.
suspendium & strangulatio tribueretur. Solet vul-
gus ridens & fabulans, animas hoc mortis genere
corpora deserentes, *fœtidas* appellare: nec id fru-
stra, delyriis Ethnicorum præstrictis. Putabant
Ethnici, Animas, (quas aëriæ naturæ existima-
bant,) per os, tanquam per viam naturâ destinatam,
suauissimè in morte effundi & expirari: quas pro-
inde in vltimo articulo vitæ, amantes & propin-
qui, bianti osculo colligebant non poterant ergo,
non horrere strangulationem, qua ridiculi præ-
posterem viam animabus tunc ineundam arbitra-
bantur. Huc traho eos, qui suspendium, genus
mortis præposterum appellarunt. Aurelius Victor Aur. Vict.
de Maximiano occisu: *Mortis genere præpostero,
fractis laqueo ceruicibus.* Quod scilicet Anima, præ-
posteræ viæ, (vnde Venerem Sodomiticam præ-
posteram appellamus,) quærendæ, gutture inter-
cluso cogeretur: Plinius lib. 2. cap. 25. locutus Plin.
de Terrâ, rerum omnium altrice benignissima.
*Quin & venena, nostri miseriâ instituisse credi po-
test, ne laquei torqueret pœna præpostera, incluso spiri-
tu, cui quæreretur exitus.* Alia ad rem suam, habet
citatus Tiraquell. quæ apud illum videas.

Scio tamen, apud nonnullos priuatos, hoc mor- 10.
tis genus, non ita aut fœdum, aut ignominiosum
fuisse reputatum. Vide huius rei exempla apud
Cerdam, nonnullorum qui habitâ optione eli- Cerda.
geodæ mortis violentæ, relicto gladio, & veneno,
laqueum arripuerunt. quidquid enim contendat
Cerda, non id aporiæ dandum, sed consilio. Sed
esto illa exempla, quæ Cerda paululum violentat,
sicut & aliud, vxoris Mithridatis, apud Plutarchum Plutarch.
in Lucullo, de quo Alexand. Neapol. lib. 1. cap. 28. Alexand.
consternationi tribuas, non liberæ electioni: nihil Neap.
tamen video quod possit respondere exemplo He-
liogabali, quod iam subdo: ergo Lampridius de Lamprid.
hoc naturæ propudio, ita. *Prædictum eidem fuerat
a Sacerdotibus Syris, biothanatum se futurum: para-
uerat igitur funes, blattâ & serico cocco intortos, qui-
bus si necesse esset, laqueo vitam finisset.* En tibi quis
se violenter eripiendum è vita credebat, præ-
meditata tot ante annos morte sibi consulens,
laqueum affectat: & credas, ignominiosiorem
sibi hanc mortem Heliogabalum reputasse? alia
pro me Tiraq. Tiraq.

Iam apud Hebræos, quorum caussa hæc dicta
sunt, non ita infamem laqueum, & funem ceruici-
cibus admotum puto: vt ignominiosior quis ha-
beretur, si se suspendio, quàm si gladio tolleret,
vel veneno: Sed commune dedecus vbiuis repe-
riri, vtpote, sicut apud nos, diuina lege violatâ,
& animâ in æternum damnatâ: ideò Achitophel,
qoando iam violentas sibimetipsi manus infe-
rendas decreuerat, laqueum elegit: quasi non
inde apud suos ignominiosior habendus, quàm
si quouis se alio instrumento violaret: vt pote
quibus, illa, (ex Ethnicorum ridicula, opinione,)

formæ deformitas apud inferos duratura: ille exitus animæ præposterus: in fabulis & delyriis meritò habebantur. Aduerte obiter, falli, ni fallor, Tiraq. Tiraquellum citatum, qui loca illa sacra: *Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis* Numer. 25. v. 4. Numer.cap.25.v.4. & item: *Interfecit eos, & suspendit, aper quinque stipites: fuerúntque suspensi, vsque in vesperum.* Iosuë 10. v. 26. Iosuë cap 10.v.26. de germano fractâ gulâ suspendio explicauit: non enim strangulatio hic, sed crucifixio denotatur: vbi quidem pedes, & brachia siue manus aut clauis, aut funibus stringebantur, & hoc pœnæ genus, suspendium in vtraque paginâ appellari, Deut. 21. nec infantes ignorant: vnde locus ille Deuter 21. *Maledictus a Deo est, qui pendet in ligno:* à Paulo, 3. Gal. 13. qui res Hebræas optimè callebat, cap 3. Gal. v. 13. crucifixo Domino aptatur. Hinc fere omnes Patres locum Iosuë, Crucifixioni propriæ adscripserunt: nec immeritò, si enim gula fractâ pependissent, non super stipites, sed è stipitibus appensi dicerentur. Neque apud Hebræos, quibus crucifixio propria vsitatior, strangulationis pœna, ita frequens. Ideò sacer textus impietatem Antiochi notaturus, verum suspendium, additâ ceruicis fractione explicauit: *Suspendebant pueros a ceruicibus.* 1. Mach. 1. v. 64. 1. Machab. 1. v. 64. id est, non more Hebraico, quo damnatorum pedes & manus Cruci, aut figuntur, Esther 5. v. 14. Et 7. v. 10. aut ligantur. De Cruce autem Aman Esther cap. 5. v. 14 & c. 7. v. 10. inquiro adhuc, an genuinam crucifixionem, an strangulationem importet: Furca enim etiam Crucis nomine designatur. Esto παρεργον.

Athen. Do ad calcem tristis materiæ, ludum æquè tristem: de quo Athen. lib 4. dipnos. cap. 17. *Seleucus quosdam ex Turacibus, suffocationem ludere solitos, in conuiuio asserit laqueum rotundum ex loco quopiam demittentes, sub quo lapidem ad perpendiculum ponebant, qui facilè ascendentibus conuoluebatur. Sortiebantur postea inter se: atque is cui sors tulisset, falcem accipiens lapidem ascendebat, collúmque ponebat in laqueum: mox accedens alius, lapidem prouoluebat: ille verò suspensus subtracto lapide, nisi citissimè laqueum falce abscidisset, moriebatur: alij interea ridentes, pro ioco mortem illius habebant.*

11. Restabat adhuc Dauidi hostis alius, & ille peruicacior, Absalon scilicet, qui insueto suspendij genere, suis crinibus nexus pœnas dedit acer- 2. Reg. 18. v. 17. biores: deinde ita subditur: *Et tulerunt Absalon & proiecerunt eum in saltu, in foueam grandem, & comportauerunt super eum aceruum lapidum magnum nimis.* 2. Reg. 18. v. 17. hic lapidum comportatus aceruus, honoris ne, an opprobrij monumentum? opprobrio vertunt Interpretes: & Lyran. addit Lyran. *Fecerunt secundum legem Deut. 21. vbi præcipitur filius contumax à populo lapidari: iste autem non solum erat contumax, sed etiam manifestè persequebatur Patrem, & ideò non solum dignus à gladio perimi, sed etiam à populo lapidari.* Huc faVatabl. ciunt, solemniores aliquorum versiones: Vatablus enim vertit: *Abiecerunt eum in foueam magnam, in silua.* Abiicere autem, itam despectui, non pietatem honori significat incumbentem: vnde & explicans illud, quod statim sequitur 2. Reg. 18. v. 18. v. 18. *Porrò Absalon erexerat sibi cum adhuc viueret titulum, qui est in valle Regis: dixerat enim, non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei: vocauitque titulum nomine suo: & appellauit, Manus Absalon, vsque in hanc diem:* ita in notis Vatabl. subiungit ipse Vatabl. *Hæc citat obiter Auctor huius libri, vt ostendat manifesto argumento, Absalon fuisse superbum, & laudis nimis auidum, aut ironicè dicitur, quod ingestis lapidibus illi pyramis fuerit excitata à militibus Dauid, multò alia, ab eâ quam sibi dum viueret, excitauerat.* Quod penè recidit in illam gnomem Claudiani lib. 2. contra Claudia. Ruffinum.

——— Triuiis calcandus spargitur ecce,
Qui sibi pyramidas, qui non cedentia templis
Ornatura suos, struxit culmina Manes:
Et qui Sidonio velari credidit ostro,
Nudus pascit aues. iacet en qui possidet orbem,
Exiguæ telluris inops, & puluere raro
Per partes tegitur, nunquam totúsque sepultus.

Videturque fauere Complut. nam v. 29. vbi Complut. Achimaas: *Vidi tumultum magnum:* vel vt habetur in Sixtianis, *vidi multitudinem magnam:* in Sixtian. Complut. additur, ἐθεασάμην *vidi multitudinem magnam exultantem:* Si autem coaceruatio lapidum, pietatis foret officium, & non potius vindictæ tripudium: lætitia absque dubio, & exultatio hinc abesset. Durum id sanè videtur, nec mortuo pepercisse: sed in re simili, aliis etiam gentibus vsurpatum: quibus mos, aut aut cadauer, aut tumulum improborum lapidare: Propert. Propert. lib. 4. eleg. 5.

Quisquis amas, scabris hoc bustum cædito saxis,
Mixtáque cum saxis, addito verba mala.

Sic & hodie prætereuntes Turcæ, dicuntur iniectis denuò lapidibus hunc tumulum cædere, additis, contra impium Absalonem, verbis malis.

Nihilominus posset aliquis putare, hoc officij, 12. honori Absalonis pro tempore dandum: mitigatisque iam animis, non vltra mortem vtplurimum sæuientibus, voluisse Dauidis milites, filio Regis lacero, aliquid pietatis impendere, vt cui de seruando Absalone non obedierant, saltem de collatitiâ Iuuenis sepulturâ adblandirentur. rem, vt nouitius Lector capias, aduerte. Putabât Ethnici illorum animas, quorum insepulta cadauera remanebant, apud inferos non quiescere, vnde prætereuntes iniecto leuiter puluere, id supplebant. Lege Horat. lib. 1. Oda 28. & quæ multa ibi In- Horat. terpretes. multa Quintil. declam. 5. & fusior de- Quintil. clam. 6. iam his glebis, & puluere vtcunque iniecto, quieturas animas sperabant, & *collatitiâ sepulturâ* vocabatur. Insuper addebant aliud pietatis officium, vt misero, cuius sepulchrum vtcunque comere studebant, pro marmorea structione, vilis aceruus lapidum superponeretur: Petron. Arbiter in Satyr. *Si nihil aliud, certo diu-* Petr. Arb. *tius, inquit, iuncta mors nos feret, vel si voluerit misericors, ad idem littus expellere: aut prateriens aliquis tralatitiâ humanitate lapidabit: aut quod vltimum est, iratis etiam fluctibus, imprudens arena componet.* pende τὸ *lapidabit:* Lapidum enim, inconditum significat aceruum. in hoc lapidum aceruo si superstitionem adimas, mera in Mortuos pietas inuenitur, & hodie apud nos solet vulgus, iis locis vbi aliquis occisus fuit, Crucem infigere, addito aggestu lapidum, qui breui, de prætereuntium piâ ignorantiâ, immensum crescit. Quid, quod etiam priscis, etiam in non proiectis cadaueribus, hic vsus obseruatus: Homerus Odyss. 24 de ossibus Hectoris sepulchro Homer. conditis.

Αἶψα δ' ἄρ' ἐς κοίλην κάπετον θέσαν· αὐτὰρ
ὕπερθε,
Πυκνοῖσιν λάεσσι κατεστόρεσαν μεγάλοισι.
Mox autem in cauam fossam posuerunt, & desuper
Multis & magnis lapidibus obfirmarunt.

Sed

Sed hunc locum, aptius alio deducas. totus est, ad rem nostram ille Luciani de Dea Syr. vbi ita de eius Gallis, siue Sacerdotibus. Ἀλλὰ ἐὰν ἀποθάνοι γάλλος, οἱ ἑταῖροι μὲν ἀείροντες, ἐς τὰ προάστεια φέρουσι, θέμενοι δὲ αὐτὸν, καὶ φέρετρον, τῷ ἐκόμισαν, ὕπερθε λίθοισι βάλλουσι. *Postquam Sacerdos qui iam mortuus est, socij illum tollentes, in suburbana deferunt: ibi deposito illo, & pheretro quo elatus fuerat, supernè lapides iniciunt.* Hebræi ergo qui Assyriis istis contermines, fortasse dempta omni superstitione, saltem in rebus afflictis, hoc sepulturæ genere vtebantur: vnde quamuis indignus Absalon, qui in illo suo titulato monumento conderetur: tamen satians iam hostes, quod suspensus crinibus, quod tribus confossus lanceis, quod gladiis transuerberatus: tandem mortuus, vt potè Regis filius & Patri etiam tunc dilectus, tralatitium illud sepulchrum potuit promereri. Fouetur hæc coniectura, ex aliarum versionum consonantiâ: noster enim *comportauerunt* dixit: Hebræus apud Vatabl. *posuerunt:* Græcus in Sixt. *Statuit:* quæ omnia à sæuienti lapidatione, videntur aliena. Illud verò Ios. 8. v. 29. de Rege Ethnico: *Præcepit Iosue, & deposuerunt cadauer eius de cruce, proiecerúntque in ipso introitu ciuitatis, congesto super eo, magno aceruo lapidum.* Sic aptè ab aliquibus interpretandum venit, vt depositio Crucis pietati Iosue: lapidum aggestio, ad infamiam Ethnici idololatræ deseruiret. Ego adhuc dubito: nam fortasse ipsa pietas quæ cadauer è Cruce deposuit, tralatitio saltem sepulchro potius tradidit, quam ignominiosâ lapidatione permisit obruendum.

Lucian. — Vulgata. Hebræa. Sixtiana. Ios. 8. v. 29.

13. Malè interpretatus Hanon, piam Dauidis legationem, fœdissimè legatos deturpauit: *Tulit itaque Hanon seruos Dauidis, rasitque dimidiam partem barbæ eorum, & præcidit vestes eorum medias vsque ad nates, & dimisit eos.* 2. Reg. 10. v. 4. vbi multa eruditè Sanchez: qui insuper ex illis quæ habentur 1. Paral. 19. v. 4. *Igitur Hanon pueros David decaluauit, & rasit, & præcidit tunicas eorum, &c.* Sic concludit: *Dicuntur hi nuntij decaluati, quod nouum fuit irrisionis genus: & vt dimidia tantum barba rasa fuit: Sic etiam existimo, dimidium quoque caput, fuisse ad cutim quoque detonsum.* Quæ mihi sanè, est euidens coniectura: cum enim hic, rasioni, barbæ scilicet, capitis decaluatio addatur: ibi autem semirasa barba apertè exprimatur, semitonsum etiam, caput legitimè venit intelligendum. Illud mihi nouum, quod vir magnus, *nouum irrisionis genus* id appellarit. ergo quo ille rem deducat, tu ibi videris: Ego verò nihil tritius apud priscos lego, quàm semitonsos crines, vbiuis summæ iniuriæ datos: hinc irrisio illa Timonis apud Lucianum in μισανθρ. Iouem arguentis: Ἀλλ' ὁ γενναῖος, καὶ γιγαντολέτωρ, καὶ τιτανοκράτωρ, ἐκάθησο: τὰς πλοκάμους περικειρόμενος ὑπ' αὐτῶν. *Sed tu interim ô generose gigantum occisor, Titanum superator, ignauus sedebas, dum tibi ab illis cæsaries circumtonderetur.* Vbi benè notat Interpres prouerbiali id formâ iactari solitum in stultos, quibus circumtondetur coma, & semiraditur. inde erat, vt damnati ad metalla, quod seruile erat, & infame supplicium, semiraderentur: D. Cyprianus epistolâ quadam de his. *Humi iacent fessa laboribus viscera; squalent sine balneis membra, situ & sorde deformia: panis illis exiguus, vestis algentibus deest: semitonsi capitis capillus horrescit.* Æquè obuium illud Apul. de stigmatiis: *frontes litterati, & capillum semirasi, & pedes annulati.* Propterea ni fallor, inuidus Caligula, venustiores adolescentes semiradebat, non solum deturpandæ pulchritudini, sed etiam honori fœdando: Suet. cap. 35. *Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat.* Sed de hac re, plenæ aliorum paginæ, imo & libri.

2. Reg. 10. v. 4. — Sanch. — 1. Paral. 19. v. 4. — Sanch. — Lucian. — D. Cypr. — Apul. — Sueton.

14. De barbâ semirasâ, præter alia multa, quæ hic dedit Sanchez, de barbæ virilis veneratione, quæ ferè cultiori cuiuis nationi sunt communia, aliquid coniecto, vnde Hebræis hæc iniuria esset ignominiosior. Morem illum Græcorum, quo supplicaturi, aut adblandituri, virorum barbam & mentum, fœminarum verò genas tangebant communem fuisse Hebræis, putat Sanchez, ad illud: *Dixitque Ioab ad Amasam, salue mi frater: & tenuit manu dexterâ mentum Amasæ, quasi osculans eum.* 2. Reg. 20. v. 9. quod si verum est, iam auguror quid in semiradendâ barbâ Hebræorum vellent Amonitæ, scilicet illam partem deturpare, quam tactam Hebræi, supplicationibus, & charioribus indulgentiis consecrabant. Græcam consuetudinem, (quam alicubi adductis miratur Roa,) iam totidem ibi illustrauit Sanchez: addo multa quæ in eandem rem obseruatam, Nonnus Dionys. 6.

Sanch. — Idem. — 2. Reg. 20. v. 9. — Roa. — Nonnus.

Sinistra quidem manu, genua tetigit, & orans
Dextrâ tetigit benè crinitam barbam.

Græca habent: δεξιτερῇ ψαύουσα βαθὺν μυρίγγον ὑπήνης: sic enim vt plurimum fiebat, vt supplices alterâ genua, alterâ genas seu barbam, illius quem rogabant, apprehenderent. Euripides in Tauris, vbi soror ad fratrem.

Eurip.

——— Ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς,
Σὲ καὶ σ' ἱκνοῦμαι, σὴ δ' ἡ φίλης παρηΐδος
Γονάτων τε. ———
——— *Sed te per dextram*
Téque precor, te per charas genas,
Et genua. ———

Idem in Aulide, vbi regina ad Achillem. — Idem.

Πρὸς γενειάδος, πρὸς σῆς δεξιᾶς, πρός τε μητρός,
Per barbam, per dexteram tuam, pérque matrem oro.

Et in supplicib. — Idem.

Πρὸς γενειάδος σ' ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι
Ἄντομαι, ἀμφιπίτνουσα τὸ σὸν
Γόνυ.
Per barbam, ô chare, ô præstantissime in Græcia,
Precor, procidens ad tua
Genua.

Et in Medea: vbi illa ad Ægeum: — Idem.

Ἀλλ' ἄντομαί σε τῆσδε πρὸς γενειάδος,
Γονάτων τε τῶν σῶν.
Sed rogo te per hanc tuam barbam,
Genuáque tua.

Et iterum ibidem. — Idem.

Μὴ πρὸς γενείου κρύψῃς.
Ne hoc me celes, per barbam oro.

Et in Hecuba, præter illa quæ dedit citatus Sanchez, ita — Idem.

Ἀγάμεμνον, ἱκετεύω σε τῶνδε γονάτων,
Καὶ σοῦ γενείου.
Agamemnon oro te per tua genua,
Pérque tuam barbam.

Quæ omnia ex Nonno explicanda, quia barba siue genæ, genuáque attrectari solebant apud Græcos, sicut genua tantummodo apud Latinos. Clare se explicat Euripides, apud quem Andromache iam capta, & vincta manibus. — Idem.

Ἀλλ' ἀντιάζω σ' ὦ γέρον τῶν σῶν πάρος
Πιτνοῦσα γονάτων. χειρὶ δ' οὐκ ἔξεστί μοι
Τῆς σῆς λαβέσθαι φιλτάτης γενειάδος.

Sed obsecro te, ô senex, ad tua
Genua procidens, manu enim non datur mihi,
Attingere tuam clarissimam barbam.

Sophocl. Sic & interpretandus Sophocles in Electra, vbi illa ad ad fratrem.

Μὴ πρὸς γενείυ, μὴ ξέλη τὰ φίλτατα.
Ne, per barbam, ne eripias mihi pignora hac charissima.

Sim Met. Ex quibus explicabis illa Simeonis Metaphrastis, in comment. de Baptista, apud Lipom. *Veni anterius sed tremebundus, & timidus, & humi figens oculos deinde etiam humi procumbens, prehendo eius pedes: ille verò me tetigit, & barbam placidè tangens, & os ori admouens amplectitur.* Græco codice careo. Quod dixi de fœminarum genis tactis, quia non tam ad rem præsentem, satis breui testimonio illustrabitur.

Eurip. Pentheus ad Matrem, apud Eurip in Bacchis.

——— Καὶ λέγει παρηΐδος
Ψαύων, ἐγώ τοι μῆτερ εἶμι παῖς σέθεν.
——— *Et dixit genas illius*
Tangens, ego Mater, ego sum filius tuus.

Sic ista satis.

CAPVT XXXIII.

Iterum ad Miscellanea.

PERIOCHA.

1. *Diadema an solius frontis, an totius capitis insigne? fascia erat, & vt plurimum candida.*
2. *Quandoque purpureo, aut cæruleo colore distincta. Locus ex lib. Esth c. 14. v. 16.*
3. *Dij gentium aut sub nocte concubiá, aut ad meridiem, in terris apparuisse crediti: ídque ex veri numinis apparitionibus sacrilegè vsurpatum.*
4. *Balnea ad maris, & fluminum ripas: speculari lapide perspicua, argento radiantia. Locus Exodi 2. cap v. 5.*
5. *Decipiendis diuersi temporis iniuriis diuersa domus extructa. Locus Amos 3. v. 5.*
6. Es, *secunda persona verbi substantiui, propria Dei nuncupatio apud Ethnicos etiam. Locus Exodi cap. 3. v. 14.*
7. *Dona, quá proportione Diis dicata. Arma, non solum Martis, sed etiam aliorum Deorum templis affixa. Locus ex lib. 1. Reg. cap 31. v. 10. inde etiam vrgente necessitate, profanis vsibus resumpta. Locus ex 1. Reg. 21. v. 9.*
8. *Verbum* respicere *in vtraque paginá, fauorem numinis importat: & cur. Locus ex Psalm. 33. v. 16.*
9. *Veri, falsíque numinis sacrificiis sal adhibebatur. an apud profanos, præterquam in salsá molá, sal ad similes vsus, coniectatur.*
10. *Pincernarum cultus apud veteres: Locus ex lib. Gen. c. 40. v. 9. Pincernarum electiores sacrificiis ministraturi deputabantur. Locus ex lib. 3. Reg. cap. 10. v 4.*
11. *Crines morituris resecasse numina credebant: & quæ ista: cúrque id factum. explicantur profana aliqua, cum allusione ad illud de Crinibus Sansonis Iud. 16. v. 19. immaturè obeuntes, rapti dicebantur. Sic Sap. 4. v. 11. Item 14. v. 15.*
12. *In luctu, tonsi, vulsi, aut scissi crines ex vtraque pagina. Crines ad inferias, an etiam cenotaphio adhibiti. Equi etiam ad luctum detonsi. quid comarum inferiis, sibi vellent Ethnici, coniectatur.*
13. *Captiui in prælio, apud vtramque paginam detonsi Victoris statua, deuicti hostis figura subiecta, idque prostratis crinibus. Vngula terens equi generosi, Iob 39. v. 21. Germanorum rutilas comas, supponebant Romanæ puellæ: sicut & Hebreæ Cæsariem detonsam Absalonis. 2. Reg. 14. v. 26.*
14. *Ritus, variarum gentium. varij, vouendi numinibus crines, ab Hebræorum nazareatu desumpti creduntur: sed fortassè Hebræis antiquiores sunt habendi. Defunctorum Manes sacri, ideò sacrati illis crines: cur recuperandæ valetudini vouebantur. Indorum festum abluente Rege crines.*
15. *Ventus pro Animâ, & è contra. Ethnicorum error; Hominum animas, aeriæ conditioni deputans, ex praué intellectâ Scripturâ ortus.*
16. *Apud Hebræos, Ethnicósque, sepulto etiam cadaueri, rogus cremandis odoribus excitabatur.*
17. *Sacri libri, olim exercitum tutabantur: in Thesmophoriis, super caput gestati: coniectatur de libro Iob cap. 31. v. 35. Euangelia minutè scripta, olim fœminis gestata ad comptum: Biblia sacra, quam reuerenter tractata.*
18. *Nonnulli ritus fœderum, quibus Ethnici, & Hebræi vtebantur. Loca ex Genesi cap. 15. v. 17. 18. & cap. 26. v. 30. cap. 31. à v. 45.*
19. *Abra, ancillam significat Iudith c. 10. v. 2. Sic apud alios. Vnus Tzetzes, non* ἄβραν, *sed* ἅβραν *vult scribendam.*
20. *Adonidis planctus vnde apud gentiles: inde aut deriuatus, aut refusus in Hebræos. huius sacri lasciuia.*
21. *Scindebant in dolore vestes quandoque Ethnici, nudo pectori cruentando. Coniectatur de loco Ezechielis cap. 23. v. 34. Brachia etiam nuda, planctu verberata,*
22. *Vulgare Ethnicorum axioma, ex nihilo. nihil: in nihilum nil posse reuerti: Sap. 2. v. 2.*

23. *Dies*

23. *Dies pleni Psalm. 72. v. 10. Iob cap. vlt. v. vlt. tempora multa quæ, sub ætate breui. Sap. 4. v. 13.*

24. *Diuitiarum captiuitas, & libertas Osea 2. v. 9. & Rom. 8. v. 20.* Dies meus, *aut*, tempus meum: *qua formula, in vtraque pagina.*

DEDI Miscellanea supra cap. 11. & iterum cap. 22. ad eadem nunc recurro, vt videar in hoc genere vndecimare.

1. Notissimum Barbarorum Regum insigne, Diadema, quod ad Romanos detulit primus Aurelianus de hoc, multa penè omnes humanioris litteraturæ professores, eadem ferè inuicem transcribentes. distinctius Cerda ad lib. 7. Æn. Diadema à Tiara disiungit, quod hæc in capite gestaretur, illud verò prætenderetur fronti tantum: erat enim Diadema fascia quædam non tam toti commendo capiti, quam cingendæ regiæ fronti destinatum. probat Cerda ex Seneca in Thyeste, qui Diadema dixit, *regia frontis notam*: Et iterum, *donat diadema fronti*. Et item ex Plutarcho in Coriol. adde Statium lib. 2. Theb. quem iam illes sed in rem aliam.

Cerda. Senec. Plutarch. Statius.

Accipe & hoc regimen dextra, frontisque superba,
——— Vincula.

de sceptro & diademate locutum. Ideò Florus lib. 3. de Antonio. *Ipse velle purpura, argento tique baculo, & regium in morem fronte red mita* Sed omnium pulchrius mihi testimonium, illud Pierij Valeriani lib. 41. de Tigrane prostrato pedibus Pompei Magni, & diadema abiiciente, ita haber. *Cuiusmodi esset ornamentum hoc, in numis vidimus, in quibus eius Regis caput impressum erat, cum descriptione: Regis Tigranis. ab cuius altera parte, hostem ipse prostratum calcat, palmámque dextrâ prætendens, hosti sceptrum sustollere videtur. ibi verò diadema ita figuratū est, vt prealta fascia opere phrygio, floribus & alitibus superadditis, elaborata, à fronte ad occipitium circundatur: duaque à temporibus hinc inde taniæ ipsæ quoque à medio deorsum scissæ, in humeros vsque dependeant, gemmis per omnem marginem bacchantibus.* Hic numus, si probatus, (quod de tanti viri fide credendum,) optimè nobis explicat diadema.

Iul. Flor. Pier. Val.

Huius fasciæ colorem, vt plurimum fuisse albũ, probat idem Pierius ex variis Auctoribus, plusculos alios dedit Lypsius in idem, explicans illud Taciti Anal. 6. *Robur legionum, sociorúmque, ripam ad Euphratis ducit: Sacrificantibus, cum hic more Romano suoue taurilia daret, ille equum placando amni adornasset: nuntiauere Accola, Euphratem nullâ imbrium vi, sponte & immensum attolli, simul & albentibus spumis in modum diadematis sinuare orbes: auspicium prosperi transgressus.* Vbi obiter noto, sinuatos Euphratis orbes in modum diadematis, fœlix Romanis auspicium præbuisse, quia Euphratæi imperij Reges, diademate ornabantur. Videbatur enim quodammodo iam ipse Euphrates diademata Romanis victoribus offerre vltro, & Reges constituere. Allusit Statius lib. 2. Sil. 2.

Idem. Lypsius. Corn. Tac. Stat.

Viue Myda gazis, & Lydo ditior auro,
Troica, & Euphrate supra diademata fœlix, &c.

Sed redeo ad fasciæ nostræ colorem candidum: de quo addo non ineptam coniecturam ex Claudiano in 4. Conf. Honor.

Claudian.

——— Ventura potestas.
Claruit Ascanio, subita cum luce comarum,
Innocuus flagraret apex, phrygiúsque volutus
Vertice, fatalis redimiret tempora candor.

P. Pinto Ramirez S. Script. Selecta.

Flaminis enim istis candor tribuitur: vt signatius, ad mo um diadematis describantur.

2. Nihilominus, apud Persas & Assyrios, color iste candidus diademaris variabat. Curtius lib. 6. de Alexandro. *Itaque purpureum diadema, distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circundedit.* Imò quandoque cæruleo intermixto, collucebat hæc fascia: quod ex bonis Auctoribus habet Alexand. Neapol. lib. 1. cap. 28. *Medi veri, Persis, & Assyriis Regibus, Cidaris quadrangulari figura: cum carulea fasciâ albo distinctâ.* Hanc verò fasciam, siue diadema, odoribus fragrantem, & vnguento delibutam, maximè apud Persas, disco ex Athen. lib. 1. c. 3. vbi ita. *Neque insignia sanè, quæ Persarum Reges capiti imposuerunt, deliciis carere consueuerunt: siquidem ex myrrhâ, vocatâque labyzo conficiebantur, vt asserit Dinon, est autem labyzus odorifer, multóque myrrha pretiosior.*

Q. Curt. Alexand. Neap.

Ex his ni fallor patebit clarè, quid sit illud Esther 14. v. 16. vbi ad Deum. *Tu scis necessitatem meam: quod abominer signum superbia & gloria mea, quod est super caput meum in diebus ostentationis mea: & detester illud, quasi pannum menstruata.* Alludit ad diadema, vt nosti, de quo c. 2. v. 17 *Et posuit diadema regni in capite eius.* nam licèt apud Hebræos, detestabilia quæuis, menstruæ immunditiæ, & panno his fœcibus abominabili comparentur: de quo multa Interpretes Isai. 64. v. 6. ramen in hoc loco, priuato quodam iure, pannus menstruatus, huc vilius aduocari. Imaginare enim, (quidquid memoria nauseet,) pannum prædicti vilioris ministerij, & notabis maculatim album nunc purpureo recenti sanguine, nũc inueterata tabe cærulea distinctum, vndique tetram mephitim exhalantem: fateberisque, nihil in regalis diadematis abiectionem, excogitatius potuisse proclamari: quam si pannus, in dedecus distinctus colorum varietate, in turpitudinem: fœtidus de odorum affluentiâ, in horrorem: simili dissimilitudine diceretur. quæ omnia ex dictis clarẽ. addo pauca de illis, qui per despectum, diadema, pannum, seu fasciam vilem appellarunt. Valerius Max. lib. 7. c. 2. de Antigono. *Rex etiam ille subtilis iudicij, quem ferunt, traditum sibi diadema, prius quam capiti imponeret, retentum diu considerasse ac dixisse: O nobilem magis, quam fœlicem pannum! quem si quis peritus cognoscat, quam multis sollicitudinibus, & periculis, & miseriis sit refertus, ne humi quidem iacentem tollere vellet.* Plutarchus in Mithridate. *Mithridates Bacchidem, ad Milesiam vxorem misit, qui mortem ei denuntiaret, quæ facillima videretur: illa detracto diademate se suspendit: quo cito abrupto: execrabilis, inquit, fasciæ ne hic quidem mihi eris vtilis* illud solummodo nota, si vera sunt quæ dixi, de diademate solius frontis ornamento: cæteros qui illud capiti tribuunt, figuratè locutos: & totum pro parte, vsitatissimo loquendi genere posuisse.

Esther 14. v. 16. Cap. 2. v. 17. Isai. 64. v. 6. Val. Max. Plutarch.

3. Credebant veteres, Deos suos rarò, nisi nocturno silentio terras habitare: Statius lib. 1. Sil. 2.

Stat.

——— Huc & sub nocte silenti,
Cum superis terrena placent, tua turba relicto
Labetur cælo.

Claudianus de Theodosij vmbrâ sacrâ filium alloquente.

Claudian.

Dixit, & afflatus vicino sole refugit.

Quintil. declam. 10. *Quotiescumque domus fuerat grato sopore prostrata, aderat ille, quales humanis oculis se offerunt propitij Dij.* Sed quis priscorum non ita? quæres, quid ita? Ego puto

Quintil.

ſi de Ethnicorum mente loquamur, id ita creditum, quia putabant nefas eſſe Deos immortales interdiu apparere, ne mortalibus oculis vulgò aſpicerentur: vnde ad illud Virgil.ecl.8.

Virgil.
Fer cineres Amarylli foras, riuoque fluenti,
Tránſque caput iace, ne reſpexeris:

Seruius. Sic ſcribit Seruius. *Nolunt enim ſe videri numina, niſi ex neceſſitate ſummâ.* Vnde cum Dij ſe exhibent, oculos ſemper auertere iubentur: conſonat

Ouid. Virgilio Ouidius Faſt.lib.5.
Hæc nouies dicit, nec reſpicit, vmbra putatur
Colligere, & nullo terga vidente ſequi.

Inde paſſim Virgilius & Homerus Deos ſuos, diſſimulato habitu, & ſub aliena facie apparuiſſe deſcribunt. Vnde tanquam rariſſimum miratur Ænæas illud, de quo lib.2.

Virgil.
Cum mihi ſe non ante oculis tam clarè videndam,
Obtulit, & pura per noctem, in luce refulſit
Alma parens, confeſſa Deam, qualiſque videri,
Cælicolis, & quanta ſolet.

Si autem non ad falſam colentium mentem, ſed ad veram falſorum horum numinum naturam attendamus: tunc ideò crederem, vt plurimum noctu apparuiſſe: quia non ſolum puri puti dæmones eſſent, ſed ferè ab illorum genere, quos *lucifugos* appellamus. monuit, & firmauit hanc

Delr. rem multis noſter Delrius, ad illud Senecæ in Herc.Fur.

——— Clareſcit Dies
Ortúque Titan lucidus croceo ſubit.

Et fortaſsè, (imò certè,) hinc falſa illorum opinio increbuit, qui Iacobi Antagoniſtam, dæmonem non abſque errore exiſtimarunt: quod ille diceret

Geneſ.32. v.26. Geneſ.32. v 26 *Dimitte me, iam enim aſcendit aurora:* quaſi lucifugus ad lucem expaueſceret: ſed ineptiunt egregiè: aliud lucis Angelus, myſterium, ad lucis illius exortum, reſpiciebat.

Cerda. Aptius Cerda ad illud Æneid 2. vb. Venus auersâ maieſtatis fronte, terga tantum filio exhibet videnda.

Virgil. *Dixit, & auertens roſea ceruice refulſit,* &c.

Vult id ab Ethnico Vate, ſacrilege deſumptum,

Exod. 33. v.23. ex verbis Exodi cap.33. vbi Dominus ad Moyſen: *Videbis poſteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.* v.23.

Delr. Delrius addit, viſos deſumpſiſſe iſta Ethnicos, ex innumeris locis Sacræ paginæ, vbi Deus in ſolitudine & ſilentio noctis, arcana ſua hominibus communicat. Adde religionem illam, qua ſubſequentes, ſi fortè, Deos non reſpiciebant, vt dixi: ne temerarij auſus pœnas darent: Videri etiam hauſtam ex ſacris litteris:

Iud.6. Sic enim Gedeon Iud. 6. *Heu mihi, Domine Deus, quia vidi Angelum Domini facie ad faciem.* Et

Iud.3. Manue Sanſonis Pater Iud. 13. *Morte moriemur, quia vidimus Deum.* & ſæpè alibi his ſimilia.

Dixi cautè Ethnicos Deos, *rarè* niſi ſub nocte apparuiſſe, quoniam quandoque ad meridiem, in

Virgil. terras deueniſſe legimus. Seruius ad illud Virgil. Georg.4.
Ipſa ego te medios cum ſol accenderit æſtus,
Cum ſitiunt herbæ, & pecori iam gratior vmbra eſt,
In ſecreta ſenis ducam.

Seru. Ex opinione priſca, ita. *Ferè numina tunc videntur,*

Lucan. Idque probat ex Lucano qui dixerat.
——— Medio cum Phœbus in axe eſt,
Aut cælum nox atra tenet, tunc ipſe Sacerdos
Acceſſum, Dominúmque timet deprendere luci.

Cerda. Homer. Vterque, (vt ibi notat Cerda,) adhærent Homero qui marinum fatidicúmque numen terris exhibet, *quando ſol medium cælum conſcenderit.* Lege Cerdam. Addo id eadem de cauſâ factum, quam ſupra

Auſon. attuli: probo ex Auſonio in Moſella.
Dicitur & medio cum ſol ſtetit igneus orbe,
Vt commune fretum Satyros, vitreáſque ſorores,
Conſortes celebrare choros, cum præbuit horas,
Secretas hominum cætu, flagrantior æſtus:
Tunc inſultantes, ſua per freta ludere nymphas,
Et Satyros merſare vadis, rudibúſque natandi,
Per medias exire manus, dum lubrica falſi
Membra petunt, liquidóſque fouent pro corpore
fluctus.
Sed non hæc ſpectata vlli, nec cognita viſa,
Fas mihi ſit pro parte loqui, ſecreta tegatur
Et commiſſa ſuis lateat reuerentia Diuis.

Audis ſecretas horas, & non ſpectata ſpectacula.

Statius. inſtitit Auſonius Statio lib. 2. Sil. 2. qui ſimiles nympharum ludos deſcribit, ſed nocturnos aſpectui deuitando.
Sæpè per autumnum, iam pubeſcente Lyæo,
Conſcendit ſcopulos, noctiſque occulta ſub vmbrâ,
Palmite maturo, rorantia lumina terſit
Nereis, & dulces rapuit de collibus vuas:
Sæpè & vicino ſparſa eſt vindemia fluctu,
Et Satyri cecidere vadis, nudámque per vndas
Dorida, montani cupierunt prendere Panes.

Sed neque iſta, abſque ſacrilego furto, legerant

Geneſ.18. v.1. quippe illud Gen.18 v.1. Vbi de Deo ſe exhibente Abrahamo dicitur: *Apparuit autem ei Dominus in conualle Mambre, ſedenti in oſtio tabernaculi, in ipſo feruore diei.*

Philo Iud. De quo Philo Iudæus lib. de Abrah. *Meridie conſpicatus tres quaſi viatores, quorum diuinitatem naturam ignorabat.* Et fortaſsè traditionem audierant Hebræorum, Moyſi etiam ſub eodem temporis articulo, ſe exhibuiſſe Deum, illud enim

Exod.3. Exod. 3. *Cum minaſſet gregem ad interiora deſerti:* Meridiano tempori aliqui aſſignant, cum pecudes perfugium ab æſtu quærunt, & interioris nemoris vmbras captant denſiores.

4.

De Pharaonis filiâ, ita habetur cap. Exodi 2. à

Exod 2. v.5. verſu 5. *Ecce autem deſcendebat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei.*

Abulenſ. Vbi Abulenſis ita. *Erat flumen circa palatium ſuum in deſcenſu, & erat locus ſecretus ibi, vt puta aliqua balnea, in quibus ipſa lauaretur, quia non eſt credendum filiam Regis, nec aliquam honeſtam fœminam, in loco publico, conſpicientibus cunctis, velle lauari* Appoſitè: alludit breuiter vir fœcundiſſimus iuxta & facundiſſimus, ad priſcorum luxum, quibus balnea, ad maris, & fluminum littora, in deliciis.

Senec. Seneca epiſt.122. *Non viuunt contrà naturam, qui fundamenta thermarum in mari iaciunt, nec delicate natare ipſi videntur, niſi calentia ſtagna fluctu & tempeſtate feriantur?* Fortaſsè de eiſdem capiendus

Plin. Plinius lib.31.cap.2. vbi de aquarum medicinis ita: *Vaporant in mari ipſo, quæ Licinij Craſſi fuere, medióſque inter fluctus, exiſtit aliquid valetudini ſalutare.*

Statius. Statius lib.2.Sil.2.
Gratia prima loci, gemina teſtudine fumant
Balnea, & terris occurrit dulcis, amaro
Nympha mari.

Idem. Et in Hercule Surrent.
——— Curui tu littoris ora,
Clauſiſti calidas geminâ teſtudine lymphas.

Idem. De balneis ad flumen, iterum idem lib.2.Sil.3.
An quæ graminea ſuſcepta crepidine fumant
Balnea, & impoſitum ripis algentibus ignem,
Quaque vaporiferis iunctus fornacibus amnis
Videt anhelantes vicino flumine nymphas?

Tò *ſuſcepta* verterem in *ſuſpenſa:* ſi enim credimus Geuartio alludit Poëta ad ſuſpenſionē balneorum: vnde

vnde nostra correctio germanior. Parum id: in ipsis nauibus thermas erigebant: Suetonius in Caligula cap. 37. *Fabricauit & de cedris liburnicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis: magnâ thermarum, & porticuum, & tricliniorum laxitate: magnâque etiam vitium, & pomiferarum arborum varietate: quibus discumbens de die, inter choros & symphonias, littora Campaniæ peragraret.* (Sueton.)

Hæc satis pro capiendis balneis, quæ hîc excogitauit Abulensis. Cape obiter pauca, de cætero eorundem luxu. Statius lib. 1. Sil. 5. (Statius.)

Effulgent cameræ vario fastigia vitro,
In species animosque nitent, stupet ipse beatas
Circumplexus opes, & parcius imperat ignis.
Multus vbique dies, radiis vbi culmina totis
Perforat, atque alio sol improbus vritur æstu.

(Senec.) Seneca Epist. 86. *Pauper sibi videtur, nisi vitro conditur camera*, &c. *quanta nunc aliqui rusticitatis damnant Scipionem, quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat, quod non in multa luce decoquebatur*, &c. *in hoc balnea Scipionis, minima sunt rimæ magis quam fenestræ, muro lapideo, vt sine iniuria munimenti lumen admitterent. At nunc blatteria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, vt totius diei solem fenestris amplissimis recipiant.* Vide plura apud Interpretes Martialis lib. 6. epig. 42. vbi de his balneis. (Mart.)

Nusquam tam nitidum micat serenum:
Lux ipsa est ibi longior, diesque.
Nullo tardius à loco recedit.

(Mercur.) Plura Mercurialis de gymn. lib. 1. cap. 10. de (Lucian.) quibus etiam fusissimè Lucianus de balneo Hippiæ. Sed neque solummodo fenestræ, & specularibus lapidibus, tecta pretiosa: ipsa lauacri materia, quandoque argentum erat: Statius supra citatus. (Statius.)

Nil ibi plebeium, nusquam Temesæa notabis
Æra. sed argento felix propellitur vnda,
Argentóque cadit, labrísque nitentibus instat,
Delicias mirata suas, & abire recusat.

(Plin.) Plinius lib. 33. cap. 12. *Fœminæ lauentur, & nisi argentea solia fastidiant: eadémque materia, & probris seruiat, & cibis: videret hæc Fabricius, & stratas argento mulierum balineas, ita vt vestigio locus non sit.* Plura Lipsius Mirab. Rom. lib. 3. c. 8. (Lyps.)

5. Notarunt Interpretes ad illud Amos 3. vers. 15. *Percutiam domum hyemalem cum domo æstiua: & peribunt domus eburneæ: & dissipabuntur ædes multæ dicit Dominus.* Solitos Hebræorum dynastas delicatiores, diuersis Prouinciæ suæ stationibus, diuersas sibi domos ædificare, illas de tepida temperie, fallendæ hyemi, has de ventilantibus auris, æstui temperando, commodiores. Sic certè hodie, sic & olim apud alias gentes. Romani Baianam hyeme, Tyburtinam stationem æstate, ædificatis vtrobique ædibus captabant. Allusit Martialis lib. 4. epig. 57. (Martial.)

Ergo sacri fontes, & littora sacra valete
Nympharum pariter, Nereidumque domus.
Herculeos colles gelidâ vos vincite brumâ,
Nunc Tyburtinis cedite frigoribus.

(Statius.) Statius lib. 1. Sil. 3. commendans villam Tyburtinam, quam æstate incolebat amicus, post multa addit:

——Cedant quæ iam te solibus arctis
Ania, nimbosâ reuocabunt littora, brumâ.

Et iterum lib. 4. Sil. 4. de canicularibus diebus, quibus potentiores Ciuium Romam fugiebant, sic ad amicum. (Idem.)

Hos Præneste sacrum, nemus hos glaciale Dianæ,
Algidus aut horrens, aut Tuscula protegit vmbra:
Tyburis hi lucos, Anienáque frigora captant:
Te quoque clamosa, quænam plaga mitior vrbe
Subtrahit, æstiues quo decipis aere soles?

Plutarchus in vitâ Luculli ad medium. *Erant illi præterea ædes in Tusculano, spatiosis thalamis, deambulacrisque perornatæ: è quibus, certè speculis, vndique circumspici poterat: quas Pompeius adueniens, accusauit Lucullum, quod ad æstatem, optimè accommodatas: inhabitabiles hyeme fecisset: cui respondens Lucullus: num tibi, inquit, Pompei, minus quam grues, aut ciconiæ mentis habere videor, vt non pariter cum tempore, habitationem quoque permutem?* Haberet quippe in tepidiore regione, ad hyemem, ædes alias luxus & ostentationis haud dissimiles. Pari ergo luxu Hebræi, cauebant gruibus & Ciconiis postponi, nisi commodè, pro diuersis temporibus, diuersas etiam domos commutassent: qui tamen longè his auibus hebetiores, ad res alias summi ponderis à Propheta Ieremiâ arguuntur: *Miluus in cælo cognouit tempus suum: Turtur, & Hirundo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini.* cap. 8. vers. 7. tu inde si lubet ethologiam forma. (Plutarch.) (Ier. 8. v. 7.)

In Delphico templo, aureis litteris scribebatur εἰ, quod sonat, *Es:* in secundâ verbi substantiui personâ: de quo benè Amonius: *Es absolutissima est Dei salutatio, & nuncupatio: qui simul ac profertur pronuntianti, notionem exhibet Dei potentiæ.* His addit alia Morellus, vnde vult, oculatissimè dictum ab statio lib. 1. Sil. 4. 6. (Amon.) (Morell.) (Statius.)

Estis Io, superi, nec inexorabile Clotho
Voluit opus.

Legeris quæ ille: Ego hæc omnia ethnicis desumpta puto ab illis Exodi 3. vers. 14. vbi Deus ad Moysem: *Ego sum qui sum* &c. In Græco, ὁ ὤν. (Exod. 3. v. 14.)

Diis suis veteres illa præcipuè dicabant, circa quæ eorum maximè numina, imperium, vel exercitium splendebat. Eumenius in Paneg. *Etenim si bello parta Marti dicantur, si Mari quæsita, Neptuno*, &c. Statius proximè citatus: 7. (Euman.) (Stat.)

Quare age, si Cereri sua dona, merumque Lyæo
Reddimus: & diues prædâ, tamen accipit omni
Exuuias Diana tholo: captiuaque tela
Bellipotens, &c.

Plato lib. 8. apud quem ita Socrates. *Dic ergo quænam Diis, ex muneribus nostris vtilitas! nam quæ ipsi dent nemo est, qui ignoret: nihil enim nobis est bonum quin ipsi præbeant, quæ vero à nobis accipiunt, quid illis conferunt? an tanto ipsis in hac mercaturâ præstamus, vt cum nos omnia ab illis accipiamus, ipsi nihil à nobis boni reportent?* Et tandem concludit hæc dicari, *in honorem, venerationem, & gratiam.* Qui locus capiendus, de donis prædictâ proportione oblatis. Nihilominus, non id semper obseruatum: licet Bellipotenti siue Marti v. g. vtplurimum capta arma dicarent, de quo prædictus Statius, & Sil. Ital. Punic. 6. (Plato.) (Stat.)

Exuuias Marti, donumque Duillius altæ,
Ante omnes mersâ Pœnorum classe dicabat.

Et alij passim: nihilominus, ad aliorum etiam Deorum templa, bellica spolia dicari solita, vbiuis legimus. Vide Cerdam 7. Æneid. v. 184. nota 19. Hinc 1. Reg. 31. vers. 10. legimus de Philistinis Saulem spoliantibus: *& posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus vero eius suspenderunt, in muro Bethsan.* Et tamen nullus pro certo audeat affirmare, Astaroth genti isti, Martem fuisse. Illud item obseruo, ista iam semel templis dicata, (Cerda.) (1 Reg. 31. v. 10.)

iámque pro sacris Deorum muneribus religiosè
computata : quandoque vrgente necessitate, inde
detrahi solita, & ad profanos ingruentis belli
Val.Max. vsus accommodari. Valerius Max.lib.7.cap.6. *Ca-*
nensis autem cladis, adeo vrbem nostram consudit, vt
M.Iunij operâ, dictaturam administrantis, spolia ho-
stium affixa templis, Deorum numini consecrata: instru-
mento militia futura conuellerentur. Sic & Dauid
gladium Goliath, quem, vt volunt sacri Interpre-
tes, & vidit citatus Cerda, Deo dicarat : postea in-
stante periculo sibi resumpsit: vnde roganti arma,
1.Reg.21. v.9. respondet Sacerdos : *Ecce hic gladius Goliath Phi-*
listai, quem percussisti in valle Terebinthi, est inuo-
lutus pallio post ephod. 1. Reg.21.v.9.

8. Cerda. Verbum *Respicere*, Deorum fauorem apud ve-
teres importabat : dedit nonnulla Cerda, ad illud
Ecl.1.

Libertas qua sera tandem respexit inertem.

Tull. Inde apud Cicer.lib.de leg.Dea culta legitur, quæ
Apul. *Fortuna respiciens* vocabatur : & apud Apul. *fortu-*
Statius. *na videns.* Sic Statius, lib.1.Sil.4.

Tunc Deus Alpini, qui iuxta culmina dorsi
Signat Apollineos sancto cognomine lucos,
Respicit, heu tanti pridem securus alumni.

Vnde colligis, hunc respectum, sic fauoris præsen-
tiam, vt velut incuriam quandam antecedentem
videatur denotare. Sic in sacro textu eádem phra-
si, idem passim significatur : *Et respexit Dominus*
Exod.2. v.25. *filios Israël, & cognouit eos.* 2. Exod.v.25. nimirum,
si vbique verum illud

Dum spectant oculi læsos, læduntur & ipsi

Quidni diuini oculi, læsos dum respiciunt, si mi-
nus læsione, saltem misericordiâ tangantur? certè
vbiuis gentium, oculi numinum attenti, gratiam:
iram auersi denotabant. Ideo de infensa Pallade
Virg. Virgil.Æneid.1.

Diua solo fixos oculos, auersa tenebat.

Quasi offerentes peplum, aspectu indignata non
dignaretur. Huc faciunt quæ sacri Interpretes
Ps.33.v.16. ad illud Psalm. 33. vers.16. *Oculi Domini super iu-*
stos : vultus autem Domini, super facientes mala. In
quo loco *vultus*, ab oculorum respectu condistin-
ctus, supercilium, seu toruam frontem, & auer-
sos oculos significat : & quodammodo Deum
vultuosum. Id Græci explicant τὸ σκυθρωπάζειν, vbi demissi oculi denotantur.

9. Leuit.2. v.13. In Leuitico cap.2. vers.13. ita. *Quidquid obtule-*
ris sacrificij, sale condies : non auferes sal fœderis Dei
tui, de sacrificio tuo : in omni oblatione tua offeres sal.
non disputo modo, an sal aliquando per se solum,
an vero tanquam aliarum rerum condimentum,
semper diuinis sacrificiis apponeretur. Illud no-
tum, apud ethnicos etiam, (& fortè hinc) non abs-
que sale parata sacrificia. At inquis, offerebatur
sal per se, an solummodo quà molæ condimen-
Cerda. Virgil. tum ? Cerda ad illud Virg.9.Æneid.

Farre pio, & plena supplex veneratur acerra :

Putat tantummodo condiendæ molæ deseruiisse.
Ego fateor absque molâ, & illa salsâ, nihil sacri-
ficiorum ritè factum ethnicis haberi : adhuc ta-
men probabiliter coniecto, meri salis vsum, illis
quandoque in cultu, & putas putas micas salis,
ignibus sacris iniectas : esto námque de farre sal-
Statius. so, siue salsâ mola capiatur illud Statij lib.1.Sil.4.
Et exiguo placuerunt farra salino : quod vult Cer-
Horat. da : cur tamen illud Horatij lib.3.Oda 23.

Mollibit auersos Penates
Farre pio, & saliente mica.

Tibul. Sicut & illud Tibulli lib.3.eleg.4.

Farre pio placant, & saliente micâ :

ad periphrasim salsæ molæ necessario deferatur?
aut cur hîc mica *saliens* dicatur ex eo quod sale
condiat : & non etiam ex eo quod crepet, & sal-
tet dum iniicitur ? certè crepitus iste in re simili,
faustissimi ominis erat, vt nosti, apud Veteres.
fortè ergo & illud, in omittendo strepituro sale,
aucupabantur. Sed esto ad salsam molam omnia
ista, & similia testimonia deferantur : dubito ad-
huc, an subigenda molæ massa, sale condiretur
semper: an potius iam tostæ, & in pulueres, im-
molationibus spargendos, redactæ, quandoque
micæ salis immiscerentur ? visus id innuere notis-
simus versus Ouid.Fast. lib.1. Ouid.

Imponit libum, farráque mixta salo.

Nec abnuit hemistichium Statij adducti : quem
tamen nescias, cur Lypsius lib.1.Sat.cap.a.detor- Lypsius.
queat, vt probet mensam salino adhibito sacram,
aliàs profanam haberi : vera ista, sed falso tamen
& insulsè, Statiano salino condientur. Dedi meras
coniecturas de sale sacro, tu aut foue, aut sperne:
non contendam.

Pars non exigua deliciarum, & conuiualis lu- 10.
xus, apud priscos : in Pincernarum comptu sita
erat : dedit ad hanc rem multa noster Cerda ad Cerda.
illud Virgil.lib.1. Virg.

Centum alia, totidémque pares ætate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.

Addo paucula in quæ incidi. Horat. Oda 29. Horat.
lib.1.

Puer qui ex aula capillis,
Ad cyathum statuetur vnctis ?

Et sæpè alibi. Statius lib.1.Sil.6. Stat.

Ecce autem caueas subit per omnes,
Insignis specie, decora cultu,
Plebes altera, non minor sedente.
Hi panaria, candidasque mappas
Subuectant, epulasque lautiores :
Illi marcida vina largiuntur :
Idæos totidem putes ministros.

Apud Lucianum, in Dynastas suos inuectus, qui- Lucian.
dam pauperculus, huc præcipuè ditas congerit,
post alia : *Vtque formosi illorum comatique pueli, quos*
Hyacinthos, aut Achilles, aut Narcissos appellare so-
lent, dum ipsis poculum porrigunt, subito defluente
comâ calui fiant, &c. Tu passim innumera, quibus
explices illud Genes.40.vers.9. *Narrauit prior præ-* Gen.40.v.9
positus Pincernarum somnium suum. Vix enim inter
ministrantium ordines alius aut comptior, aut
preciosior : vnde horum Princeps, qui & vers.1.
pincerna dicitur, absque dubio in domo Pharao-
nis, non vulgatis habendus dignitatis. Diffici-
lius est quod habetur 3.Reg. 10. v.4. *Videns autem* 3.Reg.10.
Regina Saba, omnem sapientiam Salomonis, & domum v.4.
quam ædificauerat, & cibos mensæ eius, & habitacula
seruorum, & ordines ministrantium, vestésque eorum,
& pincernas, & holocausta quæ offerebat in domo Do-
mini : non habebat vltra spiritum. Cur enim, inquis,
descriptis iam regalis mensæ deliciis, ordinibus-
que & vestibus ministrorum : seruorumque habi-
taculis : iterum expressius *ad pincernas* recurrit,
quos offerendis coniungit holocaustis ? fortassè
pueri aliqui Regij, & Leuitæ qui vina libanda (de
quo in Exodo cap.29. vers.40.) Sacerdotibus offe- Exod.29.
rebant, & huic muneri à Salomone destinaban- v.40.
tur : sic inter cæteros excellebant, vt merito non
cateruatim, sed seorsim exponendi viderentur.
Certè apud alias nationes, etsi pincernæ semper
electi, vt vidisti : tamen ad sacrificia, electissimi
& nobilissimi quærebantur: quod Principum pru-
dentissimum, & exactissimum diuini cultus cura-
torem,

topem, veri numinis sacrificiis ambiisse, haud temere suspicemur. Athen. Athen.lib.10. dipnos.cap.7. *Potum ministrabant nobilissimi pueri apud Antiquos, sicut Menelai filius. Vnde*

Filius eximij Menelai vina ministrat.

Ac Euripides Poeta cum esset puer, vinum ministrabat: quamobrem Theophrastus ait in lib. Temulentiæ: Athenis, saltatoribus vocatis potum ministrasse. Saltabant hi circa Apollinis Delij templum. Quæ quidem effusio & ministratio, iam penè sacra. Clarius paulo post. Idem. *Apud Romanos etiam, ministerio huiusmodi, pueri nobilissimi funguntur, in publicis populi sacrificiis Æoles imitantes.* Quia apud Græcos Æoles, id maximè in ceremoniis positum, & religione: sicut apud eiusdem gentis Ephesios: Idem. idem Athenæus ibidem. *Apud Ephesios, Iuuenes vinum ministrantes, in Neptuni festo, Tauri dicuntur.* Selectiores igitur Pincernarum suorum, holocaustis & sacrificiis suis, visus Salomon merito destinasse: si forte in Principis obsequio, ex Leuitico genere nonnulli.

11. Neminem fato cedere credebant Veteres, cui prius Proserpina, vitæ mortisque arbitra crinem non resecaret. Virgil. Inde Virg.lib.4.Æneid.de Didone ægrè spiritum emittente.

Nondum illi flauum, Proserpina, vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnauerat orco.

Moret. Pontan. Cerd. Martial. De loco multa Moretus lib.4.cap.16.& ex illo, additis aliis, noster Pontanus, & Cerda. Ineptè tamen huc trahitur illud Martialis, de sue, quæ in venatione accepto vulnere, fœtus edidit:

Experta est numen moriens, vtriusque Dianæ:

Hoc est, inquiunt, Dianæ inferæ, siue Proserpinæ, & Dianæ obstetricis, siue Lucinæ. non assentior: sed Dianæ venatricis, quæ sagittâ confodit: & Lucinæ, quæ parienti adfuit. Redeo vnde hic mos oriretur, quæsiuit & inuenit diligenter Turneb Turnebus lib.19. Aduers. cap. 17. quia scilicet, sicut victimis ante aras Deorum mactandis, prius ferro Setæ capitis sectæ: sic morituris hominibus, quasi inferni orci victimis, Proserpina prius crines, tanquam libamina resecabat. De vsu secti crinis in Cerda. victimis, multa Cerda ad illud lib.6.de Ænea sacrificante:

Et summas carpens, media inter cornua, setas

Virgil. Idem. Et lib.12. Æneid. *... Et tempora ferro*
Summa notant pecudum.

Lege. Adde Turnebi coniecturæ, aptum locum ex Horat. Horatio, lib.1.oda 3. vbi expressè homo, orci dicitur victima, forte ex hac causâ.

Nihil interest, an pauper, & infimâ
De gente sub dino moreris,
Victima nil miserantis orci.

Cantaber tamen ad locum Virgil. adductum, putat opinionem hanc apud ethnicos ortam, ex eo, quod crederent in crinibus, vires esse. Quod si verum, ex putissimo fonte, impuro ore id haustum: nosti enim illud Sansonis Iud.16. vers. 19. Iud.16.v.19 *Vocauitque tonsorem, & rasit septem crines eius, & cœpit abigere eum, & a se repellere, statim enim ab eo fortitudo discessit.* Nota tamen apud illos, non perpetuo hoc munus, vni Proserpinæ commissum. Virgil. Theod. Marcil. Virgilius lib. 4. resecandum morituræ Didonis crinem Iridi committit. Theodorus Marcilius ad illud Horat.lib.1. oda 23.

Nullum sæua caput Proserpina fugit.

Ex aliis affert hanc distinctionem: vt qui fato suo obeunt, Proserpinæ: qui violento, numinibus aliis, crinem tradant resecandum: vnde infert, minus congruè dici ab Stat. lib.2. Siluæ de Glaucia moribundo.

Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno.

Nam cum puer immaturo fato decederet, non Inferæ Iunoni, id est Proserpinæ: sed alij numini crinem debebat. Sed quis in istis delyriis, Poëtas dissonantes concordarit? possês tamen dicere, puerorum mortem licet immaturam, *violentam* tamen non haberi, idque voluisse Statium. Tandem alij, huius superstitionis originem, eo deducunt, quod ægroti ad extrema redacti, à medicis, souendo vnguentis cerebro tondeantur. Vide Adrianum Iunium lib. de Coma cap. 2. de rasura. Adr. Iun. Illud obiter aduerte, immaturè obeuntes, tanquam acerbos adhuc è vita fructus, nec tam spontè ab arbore decidentes, quàm violenter compulsos: signatâ formulâ, *raptos* dici. Notauit Cerda Cerda. ad illud lib.6.Æneid.

Infantumque Animæ flentes in limine primo
Quos dulcis vitæ exortes, & ab vbere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.

Addo Statium citatum, qui post multa de hoc Stat. Glauciola concludit: *hic finis rapto.* Et iterum in Idem. lachr.Hetrusci.

Coniugis, aut nati modo pubescentia credat
Ora rapi flammis.

Eadem emphasi Sap.4.vers.11. *Raptus est, ne malitia* Sap.4.v.11. *mutaret intellectum eius* Et cap.14. vers.15. *Acerbo* & 14.v.15. *enim luctu dolens pater, cito sibi rapti filij fecit imaginem.*

In luctu, & charissimorum morte, tonderi solitos Veteres, & crines deponere ab vtraque paginâ vbiuis legitur: colligit innumera Pineda ad 12. illud Iob, cap.1. vers.20. *& tonso capite*, &c. vide Pineda. Iob.v.20. quæ ille: ego tantum spicas colligo, & in re tritâ, vt supra, ceremoniæ causas inuestigo. Igitur defunctis libatas comas apud infideles, (non apud pios, de quibus scriptura, qui tantum hac tonsione depositum ornatum oris testabantur) & illorum aut tumulo, aut vultui, aut corpori, aut manibus impositas debuccinant profani Auctores. Statius lib.1.Sil.3. Stat.

Exere semirutos subito de puluere vultus
Parthenope, crinemque afflato monte, sepulti
Pone super tumulos, & magni funus alumni.

Et lib.7.Thebaid.in funere Archemori Idem.

—Tergo & pectore fusam
Cæsariem ferro minuit, sectisque, iacentis
Obnubit tenuia ora comis.

Ex Herodoto, Plutarcho, Homero passim, Virgilio, Propertio, Catullo, Ouidio, & Seneca, rem Tiraq. illustrat Tiraquellus ad Alex.lib.3. cap.7. & plura Iunius. Iunius lib. de Coma cap.5. Delrius sint.3. ad illud Delr. Senecæ in Hypol. Senec.

Capitis exuuias cape,
Laceræ fronti accipe abscissam comam:

Quibus addit Ciceronem, Lucilium, Attium, & & multum Senecam: notátque signatè has libandas comas, aut tonderi, aut abscindi, aut euelli solitas. Adde ex sacris, Esdram lib.1.cap.9. vers 3. 1. Esd. 9. v.3. *& euelli capillos capitis mei, & barbæ, & sedi mœrens.* Adde & cultissimum Sanazarum, priscis Sanaz. componendum, in lamentatione de morte Christi.

Testatur Sol ipse suum de nube dolorem
Immaculatam, atraque notans ferrugine frontem.
Tu quoque deformasque genas, pallentiaque ora
Contegis, infertasque tuo das Luna Tonanti,
Auratoque flauum tondens de vertice crinem,
Et lachrymas vdam fundens in nocte tepentes.

Ouid. nescio qua in epistola. Ouid.

Non

Non mihi te licuit lachrymis perfundere iustis,
In tua nec tonsas ferre sepulchra comas.

Eurip. Eurip. in Electra, apud quem Heleoa.

Accipe inferias has in manibus aureas comas,
Pergensque ad sepulchrum Clytemnestra,
Demitte ibi mel cum lacte mixtum.

Sophocl. Sophocles in Electra item.

Nos vero patris tumulum, vt preceptum est,
Libationibus primum, & è capite dissectis comis
Coronabimus.

Cerda. Notauit Cerda ad Virg. lib. 9. v 215. nota 18. (postquam comas propriè, inter sacras inferias numerari, satis firmat) comas ad tumulum tunc deferri, quando cadauer ibi iacebat, aut cinis condebatur: non vero, quando tumulus honorarius, & inanis, seu cenotaphium: cum aliunde cæteræ omnes inferiæ, etiam huic darentur: & absenti vel præsenti cadaueri dicarentur. Probat ex vno Euripide in Iphigenia, quæ postquam absenti fratri defuncto promittit se reddituram inferias sanguinis, mellis, &c. concludit,

Euripid.

——— *Non enim ante*
Sepulchrum, tibi flauam comam,
Neque lachrymas afferam:
Procul enim absum à tuâ
Patriâ, & meâ.

Cur id dixerit Iphigenia, modo non moror, nisi forte, quia cenotaphium etiam parare non posset: illud scio, si vera esset Cerdæ coniectura, idem quod de comarum, etiam de lachrymarum inferiis esse statuendum: cum vtrasque, eâdem ratione prohibitas, affirmet puella: & tamen non audebit Cerda asserere, cenotaphio, seu inani tumulo lachrymas denegari: immo eo præcipuè tendebat apud aliquos, huius erectio: apertè pro me suus

Virg. Virg. lib. 3. Æneid. vbi de Andromache:

Solennes tum forte dapes, & tristia dona
Ante vrbem in loco falsi Simoentis ad vndas
Litabat cineri Andromache, Manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,
Et geminas, causam lachrymis sacrauerat aras.

Ecce inanis tumulus, ideò solum erectus, vt lachrymas moueret: quemadmodum ergo ex Euripide falso inferres lachrymas cenotaphio negari, sic & falso idem infers de comis. Id obiter nota, Iudæos etiam (demptâ inferiarum superstitione) præsentis cadaueris tumulo officiosas lachrymas, statutis exequiarum diebus obtulisse. Colligitur

Ioan. 11. v. 31. ex Ioanne cap. 11. vers. 31. apud quem Iudæi de Magdalena: *Vadit ad monumentum vt ploret ibi.* Sed redeo ad comas.

Notat bene idem Cerda ad illud Virgil. lib. 11.

Virg. in funere Pallantis

Post bellator Equus, positis insignibus Æthon
It lachrymans.

Tonderi in funere Ducum, ipsorum Equos, quasi deposito crinium ornamento. Firmat ex Euripide in Alceste, vbi Admetus post alia luctus monumenta, in vxoris obitu præscripta, addit.

Euripid.

Quadrigas iungito, & singularibus
Equis, ferro secato ceruicis comas.

Ego an Virgil. id vellet, adhuc dubito: illustro

Herod. tamen hunc morem ex Herodoto in Calliope, de Dynastæ Persæ obitu: *ita vt eiulatus eorum omnē Bœotiam peruaserit: & se ipsos, & equos, & iumenta totonderint. Et barbari quidem suo modo defunctum Masistium honorabant.* Rarius est, quod subdam ex Plutarcho in Pelopida, penè ad finem,

Plutarch. vbi ita. *Alexander Magnus mortuo Ephestione, non Equos solum, & mulos comis priuauit; sed propugnacula quoque murorum deiecit, vt vrbes specie tristi, perinde atque animalia comis nudata, lugere eum viderentur.*

Prædicti ritus causam apud ethnicos, nouam addendam aliis coniecto, ex iis quæ superiori numero adnotabam: vidisti enim morituros erepto crine, victimas orco destinari creditos: propinqui ergo & Amici vt ostenderent fortasse paratos se esse illorum loco mortem subire, cuperéque cum illis, inferos adire crines ponebant: quasi mauellent vt Proserpina, suis illorum comis potius, quam defunctorum contenta esset: séque iam orco velle initiandos.

Æque obuium ab vtraque paginâ, bello captos, 13.
à victoribus tonderi solitos: vide sacros Interpretes Deut. 32. v. 24. & Ezech. 29. v. 18. profanos passim incurres: vide Claudiani Scholiastes ad illud lib. 1. contra Ruf.

Deut. 32. v. 24. Ezech. 29. v. 18. Claudian.

Túque simul grauibus ferri religata catenis,
Tonsa comas imo barathri claudêre recessu.

Illud minus tritum, figuras captiuorum quas victoris statuæ subiiciebant, detonsis crinibus, & his calcatis, adhiberi. De primo, extat epigramma in ἀνθολ. celebrans Imperatoris statuam, quæ in circo, quod Latinè sic habet:

Antholog.

Regem & Equum simul, & victam Babylonem:
Hoc ex formauit ab spoliis Assyriis.

Alludit D. Gregor. Nazianz. orat. 3. qui ait his statuis adiungi solitas, *Barbarorum dominorum, atque ad pedes iacentium multiplices figuras.* Secundum vero, infero ab Statio lib. 1. Sil. 1. qui post multa de equestri Domitiani statua addit:

Stat.

——— *Vacua pro cespite terra*
Ænea captiui crinem tegit vngula Rheni.

Cur enim imago hæc captiui fluminis, (qua triumphata Germania notabatur) crinē signatè submittere equinæ vngulæ diceretur, nisi quia detonsa erat, & captiuam cæsariem victori prosternebat? ego olim hunc versum corrigendum putabam: & *tetigit vngula:* legebam, *terit vngula.* Hæc enim generosi equi nota notissima, quam multis illustrat Cerda ad illud Virg. 3. Georg.

Cerda. Virgil.

——— *Cauátque*
Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu.

Vnde obiter explicaueris illud Iob cap. 39. vers. 21. *Terram vngula fodit, exultat audacter, & in occursum pergit armatis.* Pergo. Potuit etiam Statius in hoc subiecto Rheni crine, alludere ad vsum, quo Romani victores, flauas germanorum cæsaries, victis ereptas, Romam conuehebant, in triumphi spolia, & suppositicium puellarum suarum comptum. certè Germani rutilis comis insignes, vnde Tacitus de mor. Germ. *Habitus quoque corporum, quanquam in tanto hominum numero, idem omnibus, truces & cæsij oculi, rutila coma.* Neque contenti Germani natiua flauedine, adhibito adhuc fuco, intensiorem rubedinem crinibus affectabant: Amianus Marcel. de his: *videbat quosdam comas rutilantes ex more.* Vide Lypsium ad locum Taciti citatum. Propterea ergo Romani victis cæsariem detrahebant, & leuioribus suis puellis, quibus hic crinium color ad delicias, vel ad lasciuiam in gustu, illam remittebant: Ouidius ad puellam.

Iob. 39. v. 21. Corn. Tac. Amian. Marcel. Lypsius. Ouid.

Iam tibi captiuos mittet Germania crines
Culta, triumphatæ munere gentis, eris.

Hic abusus fœminarum, suppositicias comas sibi adhibendi, etiam ad Hebræas olim vulgaris; in id enim putantur, pulcherrimam Absalonis cæsariem emisse tanti: *Et quando tondebat capillum,* 2 Reg. 14. v. 26.

semel

ſemel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cæſaries, ponderabat capillos capitis ſui, ducentis ſiclis pondere publico. 2. Reg. 14. verſ. 26. non quod tanti illi eſſent, credo: ſed quod ſolymitanæ puellæ, venuſtiſſimo Principi, ſic adblanditurę credebantur.

14. Notus eſt mos ille germanorum, qui cæſariem, & barbam demittebant, iurantes non prius ſe dempturos, quam hoſtem profligarent: id Cattis ſolenne magis: Tacitus citatus: *Quod aliis germanorum populis vſurpatum, rarâ, & priuatâ cuiuſque audentiâ, crinem barbámque ſummittere, nec niſi hoſte caſo, exuere votiuum obligatúmque virtuti, oris habitum*: hoc inquam Cattis omnibus, ait legitimum. Vide hic Lypſ. cui tamen minus aſſentio, dum pro eodem more affert illud Sil. Ital. qui de homine Gallo, ita.

Corn. Tac. Lypſius. Sil. Ital.

Occumbit Sarmens, flauam qui ponere victor
Cæſariem, crinémque tibi Gradiue volebat:

Germani enim, apud quos, vt colligitur, ad cultum erat aliqua circuntonſio, proterue iurabant, non ſe prius compturos, quam vincerent, quod apud Veteres Hiſpanos, & pleraſque etiam alias nationes; at Galli votum, non arrogantiæ, ſed ſed pietati dandum: qui quaſi cum Marte paciſcens, cæſariem quam maximi faciebat, victoriam indulgenti ſpoponderat: ideo puto ſubditur ſtatim:

Auro certantem & rutilo ſub vertice nodum,
Sed parca intonſâ, non exaudita vouentem,
Ad Manes traxere comâ.

Quæ verba ſatis indicant, quanti Gallus faceret hanc comam, precioſiſſimi muneris inſtar, in victoriæ pretium Deo dicandam. Tale eſt illud Statij Theb. 6.

Statius.

Flauus ab intonſo, pendebat vertice crinis,
Arcados, hoc primis, Triuia paſcebat ab annis,
Munus, & ogygio victor cum Marte rediſſet,
Ne quidquam patriis audax promiſerat aris.

De quo plura Dempſterus in Paralip. ad Roſ. lib. 10. cap. 29. & prius Turneb. non ſolum in bellicâ expeditione, ſed pro quauis peregrinatione faciendâ, ſimilia vota concipi, probat Adu. 22. cap. 28. huc tendit Homerus Iliad. 23. apud quem Achilles ita, iuxta corpus defuncti Patrocli, iam amicorum crinibus obducti.

Dempſt. Turneb. Homer.

Stans procul à buſto, flauos è vertice crines
Abſcidit, heu tibi quos paſcebat Sperchie dono.
Inſpiciénſque nigrum pontum, ſic voce gemiſcit.
Sperchie, ne quidquam genitor tibi Peleus olim,
Orauit patriam dulcem te dante, viderem,
Tonderemque tibi crines, facerémque hecatomben,
Ad fontes ſacros, vbi templo creſcis, & arâ:
Irrita nam ventis genitoris vota dediſti.
Nunc autem, quoniam patrios haud viſere fines,
Fata ſinunt, reddet defunctus Patroclus illos.
Dixit & in manibus, crines depenit, amici.

Expreſſi fideliter Poëtæ mentem, magis quam verba, Græcis parcens. Erat autem Sperchius fluuius Theſſaliæ, cui Achilles cæſariem ſuam vouerat, hanc rediens, redditurus: niſi iuſtæ tanti amici inferiæ, tantum donum præoccuparent. Statius in Coma Ear.

Stat.

Huic & purpurei, cedat coma ſaucia Niſi,
Et quam Sperchio tumidus ſeruabat Achilles.

Dicabant autem vt plurimum, fluuiorum numinibus & Apollini crines, quia (notarunt alij) humore, & calore præcipuè augetur capillatura, ſicque humorem fluuiis, calorem Apollini in acceptis referebant: ad Philoſtratum in Memnone.

Philoſt.

Ὅσος δ᾽ ὁ τῶν βοστρύχων ἄσταχυς, ὡς οἶμαι Νείλῳ ἔτρεφε· Νεῖλον γὰρ Αἰγύπτιοι μὲν ἔχουσι τὰς ἐκβολάς· Αἰθίοπες τὰς πηγάς. *Quanta crinium meſſis! quos credo Nilo nutriebat: Nili quippe oſtia habent Ægyptij: fontes vero, AEthiopes.* Aliis etiam Diis, crines reddebant Iuuenes pubertatem ingreſſi, de de quo Delrius ad illud Senecæ in Fur.

Delr.

Et comis nondum poſitis. ephœbi.

Vide Reuardum var. 4. cap. 10. Pomponius teſtatur, fuiſſe Romæ arborem quandam, capillarem appellatam, ex qua Deo alicui tonſum capillum Iuuenes appendebant. Vide etiam quæ alij ad illud Petronij Arbitri, *Cui Deo crinem vouiſti.* Plura Tiraquellus ad Alex. lib. 3. cap. 22. & interpretes Tertulliani ad lib. de Animâ. *Quis non exinde: aut totum filij caput reatui vouet, aut aliquem excipit crinem, aut toto nouaculâ proſecat, aut ſacrificio obligat, aut ſacro obſignat, publica & priuata deuotione.* Geuarrius ad illud Statij in Com. Earini ad Æſculapium.

Reuard. Sext. Pomp. Petr. Arb. Tiraq. Tertull. Geuarr. Stat.

Accipe laudatos Iuuenis phœbeie crines,
Quos tibi cæſareus donat puer.

Ita ſcribit. *Ritus, diabolo vti ſolet diuinum cultum æmulante, à Nazaræis Iudæorum deſumptus: quibus ſolenne fuiſſe comam radere, in templo offerre, & cum ſacrificio cremare, ex ſacrâ hiſtoriâ Numer. 6. v. 18. ſcimus.* Fortaſsè ita eſt: contrarium tamen mihi putatur probabilius, ſcilicet indulſiſſe Deum hoc comarum ſacrificium Iudæis, vt eos ab inolito ethnicorum affectu, dicandi crines ſuos dæmoniis, reuocaret: qua mente dixere SS. PP. carnalia holocauſta & victimas illis imperaſſe, vt piè id facerent erga verum numen, in quod erga Idola ſacrilege erupturi timebantur. Moueor quia videtur hic ritus antiquior apud ethnicos, quam vt à lege initium caperet: quandoquidem ex aliquorum ſententiâ, hoc impietatis genus, tanquam ethnicis frequentiſſimum, ab ipsâ lege Iudæis prohibetur D. Athanaſius lib. de variis quæſt. q. 64. *Quid eſt illud quod lex habet in Leuitico?* Non facietis ſciſſionem in coma capitis veſtri. *Sciſſionem quidam aliter interpretati ſunt: ego ſentio prohiberi hac lege capillorum tonſuram: conſueuere namque Græci puerorum verticem tondere & lanuginem abradere, eamque poſtmodum dæmonibus dedicare.* Lege ſacros Interpretes ad illud: *Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia: neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.* Leuit. 19. verſ. 26. & 27. & iterum. *Nec radent caput, nec barbam: nec in carnibus ſuis facient inciſuras.* Ibidem c. 21. v. 5. ita ad ethnicos.

Num. 6. v. 18. D. Athan. Leuit. 19. v. 25. Et 27. Leuit. 21. v. 25.

Et fortaſse præter aliam rationem de ornatu in luctu deponendo, quam ſupra dedi, propterea Mortuorum ſuorum Manes, crinium inferiis decorabant, quia cum Manes ſacros haberent, crines, quos deorum munus præcipuè habebant, illis ſacratos volebant: re enim verâ, crinium conſecratio, mortalium Apotheoſi, ſeu deificationi miniſtrabat: Pauſanias lib. 2. de Hyppolito iam immortalitate donato. *Apud Trezenios Hyppolito omni vitæ tempore Sacerdos conſecratur, eique ſacrificia perſoluuntur annua: præterea, & tale quippiam faciunt cuilibet puella, coma ante nuptias detondetur, temp'óque illatam, ipſa detonſa dedicat.* Lucianus de Deâ Syriâ, idem adoleſcentibus tribuit: *Trezenij virginibus, & adoleſcentibus leges ſtatuerunt, ne quis ipſorum coniugio ſe alligaret, prius quam Hyppolito comas totondiſſent.* Notum etiam illud Cenſorini, de Die nat. cap. 1. *Quidam pro certâ boni corporis valetudine, crinem Deo ſacrum paſcebant*: illud

Pauſan. Lucian. Cenſor.

item

Didori. item Diodori lib. 2. qui pro ægrotantibus pueris,
ita solere concipi testatur: *Si sanitatem recuperet,
defectus illorum capillus Diis dicabitur.* Cuius voti
priuata fortasse causa erat, vt testarentur, fau-
stioris numinis ope, infernæ Proserpinæ vngues
euasisse: cum enim hæc, vt supra vidisti: moritu-
ris crinem velleret: merito opitulanti numini cri-
nes dicandos existimabant. Tandem facit aliquid
ad superstitionem è ciuibus petitam, in qua fu-
Alex Neap. mus, illud Alexandri Neapol. lib. 13. cap. 18. *Idus
August. serui, & mancipia, atque omnis famulatus
festas obseruarunt, quod Seruius Tullius, ancilla geni-
tus in lucem tunc editus fuisset: quo tempore vxoribus
caput lauare, felix faustumque putabatur, (sicut
apud Indos, cum Rex capillos abluit, festum celebrant
diem) donáque inuicem missitant, diuitias ostentant,*
Quod de Indis additur, vnde desumpserit vir
doctissimus, inquiro adhuc.

15. Apud Latinos, *afflare animam, expirare:* Et simi-
les locutiones; inde ortum habuere quod homi-
num animas, ventum, & aëriam quandam natu-
ram existimarunt. Inde est quod reciproce *anima*
Macrob. pro vento accipiatur: de quo Macrob. lib. 1. som.
Cerda. sup. cap. 14. pluscula Cerda lib. 8. Virgil. qui de spi-
Virgil. rantibus follibus dixerat: *quantum ignes, animæque
valent.* Et ad eclog. 6. vbi relatis quatuor elementis,
Idem. animam pro aëre dixit.

Namque canebat, vti magnum per inane coacta
Semina terrarumque, animæque, marisque,
Et liquidi simul ignis.

Arnob. Vnde Arnob. lib. 8. pro respirare, dixit, *cæli ani-
Apulæius. mam ducere.* Et Apul. 1. florid. pro inflare, dixit, *ani-
mare.* Immo & Græcis, vnde nobis deductum vo-
cabulum, *ἄνεμος* ventus est. Multa in hanc rem
Ceruant. colligit Ceruantes & alij ad illud Sap. *Cinis erit
Sap. 2. v. 3. corpus nostrum, & spiritus diffundetur, tanquam mol-
Val. Flac. lis aër.* cap. 2. vers. 3. ideo Valer. Flac. lib. 3. Arg. id
impugnans:

Quippe nec in ventos, nec in vltima soluimur ossa
Ira manet, durátque dolor, cum deinde tremendi,
Ad solium venere Regis.

Id est non solum soluimur, in cadauer & animam
aëriam, quod multi putant: sed in animam me-
lioris substantiæ, cui affectus insunt. Hinc erat,
vt morituris vltimum anhelitum exciperent cha-
riores, quasi exeuntem defunctorum animam, ad-
moto ore, in suismet visceribus retenturi. Statius
Stat. in Glaucia lib. 2. Sil. 1.

Ille tamen fragiles Parcis vrgentibus annos,
Te vultu moriente videt, linguaque cadente
Murmurat, in te omnes vacui iam pectoris efflat
Reliquias.

Cerda. Dedi pauca minus obuia ad c. 1. Cant. plura Cer-
da ad Virgil. 4. Æn.

——Et extremus si quis super halitus errat
Ore legam.

Hunc errorē ethnici (vt similes hodie hæretici) ex
praue captâ scripturâ hausisse videntur: cum enim
Gen. 2. v. 7. legerent illud Gen. 2. v. 7. *Inspirauit in faciem eius,
spiraculum vitæ: & factus est homo in animam vi-
uentem.* Putarunt inspirationem, & halitum di-
uinum, putè putè pro animâ, homini dari. Huc
fabula Promethei, & Mineruæ collimabat, quo-
rum ille luteum corpus, hæc halitum sacrum ho-
Lucian. mini dedisse fingebatur. Lucianus dial. 1. *Et spirans
Minerua in lutum, opus illud reddidit animatum.*
Non tamen in simile delyrium delapsus Alcimus
Alcim. Auit. Auitus, priscus & Catholicus Poëta: licet Poë-
tico iure, amœnius quàm solidius lib. 1. cap. 4. lo-
cum Genes. sic exponat.

Nam leuem suaui flatum profudit ab ore,
*Inspirátque hominem, quem protinus ille re-
ceptum*
Attrahit, & crebri discit spiraminis auras.

Sed neque absque priuato errore, tot inter numi-
na, Mineruam sapientiæ Deam, huc vocarunt
ethnici, visi enim legisse illud Sap. 15. v. 11. *Sapien-* Sap. 15.
tia filiis suis vitam inspirat. Vnde illud Horat. lib. 2. v. 11.
Sat. 2. Horat.

——Corpus onustum
*Hesternis vitiis, animum quoque prægrauat
ipsum*
Atque affigit humi diuinæ particulam auræ.

Neque enim, quod volunt interpretes, solum vo-
luit, aëriæ naturæ animam significare, sed & istam
à Deo inspiratam, ideo auram diuinam appella-
uit: vnde cum animas nostras, particulas quas-
dam diuinitatis, & cuiusdam communis spiritus,
omnibus intimi, quem Deum credebant, existi-
marent: Deum etiam aëriæ conditionis finxisse,
existimandi. De quo alibi.

An Hebræi, sicut pleræque aliæ nationes (de 16.
quibus Alex. Neapol. lib. 3. & Tiraq. ibi) creman- Alex. Neap.
dis suorum cadaueribus studerent, ambigunt sacri
interpretes: videtur enim id colligi ex lib. 2. Paral. 2. Paral. 21.
cap. 21. v. 19. *Non fecit Reg. Ioram populus, secundum* v. 19.
*morem combustionis, exequias: sicut fecerat maiori-
bus eius.* Et clarius Ierem. cap. 34. v. 5. promittitur Ier. 34. v. 5.
Sedechiæ, illud fœlicis sortis: *Non morieris in gla-
dio, sed in pace morieris, & secundum combustiones
Patrum tuorum, qui fuerunt ante te, comburent te.* At
ista apud eruditiores debent explicari de vsu, quo
solebant dilecti Principis tumulo, superimpone-
re odores plurimos, & ibi eos comburere, inte-
gro tamen cadauere, sepultóque. Vide Abulens. Abul.
ad illud 2. Paral. 16. vers. 14. *Posuerunt Regem Asam* 2. Paral. 16.
defunctum, super lectum suum, plenum aromatibus, & v. 14.
*vnguentis meretriciis, pigmentariorum arte confectis:
& combusserunt super eum, ambitione nimia.* Quod
latè probat Ceruantes in Sap. cap. 2. vers. 3. fortassè Ceruant.
exenteratum cadauer sepeliebant, viscera vero
aromaticis rogis cremabant. Vide etiam optimi
iudicij virum, nostrum Sanchez, ad loca citata. Sanchez.
Vnum præstabo, quod non ita ab aliis video ob-
seruatum, solere saltem apud Romanos, etiam
dum corpora non cremarentur, rogis excitatis
ambitiosè odores concremari. Statius lib. 5. Sil. 1. Statius.
descripto Priscillæ sepulchro.

Hic te Sidonio velatam molliter ostro
Eximius coniux, (nec enim fumantia busta,
Ardorémque rogi, potuit perferre) beato
Composuit Priscilla thoro.

Et nihilominus extructus erat rogus, ad quem tot
aromata confluxere arsura. ibi. Idem.

Ver Arabum, Ciliciumque fluit, floresque Sabæi,
Indorumque arsura seges, præreptáque templis
Thura, Palæstinique simul Hebraique liquores,
Coryciaque comæ, cynareiaque germina, &c.

Pulcher locus Taciti Anal. 6. de Poppæa Neronis Corn. Tac.
vxore. *Corpus non igne abolitum, vt Romanus mos,
sed Regum exterorum consuetudine, refertum odori-
bus conditur, tumulóque Iuliorum infertur.* Et tamen
de huius exequiis & rogo, hæc habet Plinius Plin.
lib. 12. cap. 18. vbi de thure Arabico: *Periti rerum
asseuerant, non ferre tantum annuo fœtu, quantum
Nero Princeps, nouissimo Poppææ die concremauit.*
Erat ergo rogus iste, quodammodo honorarius,
& quod mirere magis, non vnus tantum creman-
do cadaueri excitabatur die obitus: sed deinceps
in defuncti honorem, consimili ambitione exci-
tabantur:

Senec. tabantur: Seneca in Consol. ad Mart. de Liuiâ locutus: *Longo itinere reliquias Drusi sui prosecuto, tot per omnem Italiam ardentibus rogis, quasi totiens*
Corn. Tac. *illum amitteret, irritata.* Cornel. Tacitus Annal. 3. de pompâ Germanici cineres deducente: *Atque vbi Colonias transgrederentur, atrata plebes, trabeati Equites; pro opibus loci, vestem, odores, aliaque funerum solennia cremabant.*

17. Saluian. Libros sacros, in præsidium exercitui: præmittebant Veteres: Saluianus lib. 7. de Prouid. de Hunnis locutus: *Dum armis nos atque auxiliis superbiremus: a parte hostium, nobis liber diuinæ legis oc-*
D. Hier. *currit.* Vide D. Hieronym. lib. 2. in Zach. cap. 8. &
Ioseph. Stephan. quæ alia Iosephus Stephanus ad 1. Machab. 3. v. 48. simile est illud historiis nostris celebre, de Maurorum Rege ad locum, quem vulgo *Nanas de Tolosa* dicimus, superato: qui sibi gladium, & impium Mahometicæ legis Alchoramum, sibi in exercitu prætulisse legitur.

In Thesmophoriis suis, libros sacros gestabant
Ver. Interp. Athenienses. Vetus Interpres Theocriti. Νόμος γὰρ ἦν ἀθηναίοις, κατ' ἔτος πλεῖν τὰ θεσμοφόρια πάντα. Παρθένοι γυναῖκες καὶ τὸν βίον σεμναὶ κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς πλετῆς, τὰς νομίμους βίβλους, καὶ ἱερὰς ὑπὲρ τῶν κορυφῶν αὐτῶν ἀντίθεσαν: καὶ ὡς αἰεὶ λιτανεύουσαι ἀπήρχοντο εἰς ἐλευσῖνα. *Lex enim erat apud Athenienses, singulis annis Thesmophoria celebrare. Virgines, Matronaque nominis incupati, festi die, legales sacrosque libros, capitibus suis superimponebant, quasi supplicatura pergebant in Eleusina.* Nunquid simile aliquid in vsu, Iobi æuo cui alludat ille illius liber, in humero portandus, & capiti
Io. 31. v. 35. imponendus? vnde cap. 31. vers. 35. & 36. Certè superstitiosiores Iudæi, in philacteriis suis, descripta Decalogi præcepta capiti circumuoluebant:
D. Hieron. lege D. Hieronym. in cap. 23. Matth. Christianas item olim fœminas, inter cæteras muliebris mundi delicias gestare solitas paruos Euangeliorum
D. Isid. Pel. libellos, lego apud D. Isidorum Pelusiotam lib. 2. epist. 150. imo & hodie, initium Euangelij Ioannis in similes vsus vtiliter scribitur, & ornatur. Quid sibi velit Imperator Aurelianus, ad senatum ethnicum, ethnicus ipse scribens, & librorum nostrorum faciens mentionem, inquiro ad-
Vopisc. huc. Vopiscus in eius vitâ, hanc eius ad senatum refert epistolam. *Miror vos Patres sancti, tandiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, perinde quasi in Christianorum Ecclesiâ, non in templo Deorum omnium tractaretis. Agite igitur, & castimoniâ Pontificum, ceremoniisque solennibus, iuuate Principem, necessitate publicâ laborantem.* Ni fortè innuat summam illam reuerentiam, qua nostri, sacra Biblia tractabant: nec suos in tractandis Sibyllinis adeo vellet superstitiosos.

18. Parato iam sacrificio, quod Deus præceperat Abrahamo, addit textus. *Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas*
Genes. 15. v. 17. Genes. 15. vers. 17. id est, pertransiit Deus, qui in fumanti clibano, & lampade ardente repræsentabatur, inter diuisorum animalium partes, de quibus supra vers. 10. tunc additur: *In illa die pe-*
v. 10. *pigit Deus fœdus cum Abram, dicens*, &c. vers. 18.
v. 18. Lyran. Vbi Lyranus & alij ita. *Causa huius diuisionis, & partitionis est, quia tunc temporis, quando homines ad inuicem faciebant pactum, vel fœdus inuiolabile: ad hoc designandum, interficiebant vnum animal, & diuidebant in duas partes, transibant inter illas partes ad designandum, quod digni essent morte, si pactum illud transgrederentur.* Et paulo post de lam-
Idem. pade medias partes pertransiente: *Sicut enim supra dictum est, iniens pactum, vel fœdus firmum cum aliquo, transibat inter partes animalis occisi: Deus autem faciebat pactum firmum cum Abraham.* Confœderandos, diuisi animalis partes pertransiisse olim, ego non legi, apud ethnicos, aut saltem legisse memini: sed ex Liuio lib. 1. dec. 1. vbi Ancus Liuius.
Marr. fœdus init, sic rem memorat Alexand. Nea- Alexand. Neapol.
pol. lib. 5. cap. 3. vbi de Feciali. *Filo lana capite velatus, & verbenâ coronatus, Iouem, Martem, cæterosque obtestari Deos, & dirâ obsecratione precari debebat, vt si quis eorum fœdera violasset, aut illa, sciens falleret: ita illum Iupiter feriret, quemadmodum ipse porcum percuteret.* Idem Liuius iterum ibidem
lib. 9. post multa in re simili. *Per quem populum* T. Liuius.
fiat, quo minus legibus dictis stetur: vt eum ita Iupiter feriret, quemadmodum à faciali porcus feriretur. Igitur illas pertransitiones apud gentes inquiro adhuc. apud Hebræos res certa ex Ieremia
cap. 34. v. 18. vide hîc Pererium. Pereira.

Venerunt ad Isaac, Abimelech, Rex Geraris, Ochozath, & Phicol, fœdera inituri: quibus cum dum posset cupitam pacem statim conciliare, addit textus: *Fecit ergo eis conuiuium, & post cibum, & potum surgentes mane, iurarunt sibi mutuo: dimisique eos Isaac pacifice, in locum suum.* Genes. 26. Genes. 26. v. 30.
vers. 30. cur mane iniret fœdera Isaac, aperit ibi Lyran.
Lyranus, ita. *Mane, scilicet fame ieiuna, propter reuerentiam iuramenti.* Ego puto, id etiam ex more prisco fœderum obseruari. Idem Alexander Alexand. Neapol.
citatus, de legitimo instituendi fœderis tempore: *Ante meridiem, & primo diluculo: nam post meridiem, eas precationes facere, aut fœdus percutere, non licebat.* Citat ibi, pro hac temporis conditione Tiraquellus, Plinium lib. 25. cap. 9. sed Tiraq. Plinius.
nec ibi, nec alibi locum diligentem quæsitum, inueni apud Plin. satis tamen mihi Alexandri verè apud eruditos Magni, auctoritas. Hanc tamen ceremoniam, priuato iure, Deus cum Abrahamo non seruauit: cum quo, vt vidisti, obeunte iam sole, fœdus iniit.

De fœdere Iacob, cum Laban socero suo, sic habet sacer textus. *Tulit itaque Iacob lapidem, &* Genes. 31. v. 45.
erexit illum in titulum: dixitque fratribus suis, afferte lapides: qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntque super eum: quem vocauit Laban tumulum testis, & Iacob aceruum testimonij, vterque iuxta proprietatem linguæ suæ. Dixitque Laban; tumulus iste, erit testis inter me, & te hodie, &c. *intueatur & iudicet dominus inter nos, quando recesserimus à nobis, si afflixeris filias meas, & introduxeris alias vxores super eas.* Gen. 31. à v. 45. sensus, & ratio noui fœderis, ni fallor in hoc consistit, vt quemadmodum vtrinque diuersos lapides iungebant in vnum aceruum, non amplius à se inuicem separandos: sic ipsorum animi, in eandem concordiam, non amplius disiungendi connecterentur. Sed neque id solũ, additur enim. *Dixitque rursus ad Iacob: en tumulus hic, & lapis quem erexi, inter me & te testis erit, tumulus inquam iste, & lapis sit in testimonium, si aut ego transiere illum, pergens ad te, aut tu præterieris, malum mihi cogitans.* à vers. 51. quasi v. 51.
vellet, vt quam immobilis aceruus ille persisteret, quem terminum sibi constituebant: tam ipsi, in suâ quisque prouinciâ, (quo ad hostilitatem inuicem inferendam) stabiles permanerent: neque siluis, segetibus, pascuis, gregibus, familiisque aliorum, aliquid nocumenti, inuicem im-

portarent. Nimirum vt ex superioribus constat, res quas inter confœderandum assumebant, id quod fœderibus intenderent, significabant. Adduco in materiam fœderantis lapidis, exemplum Polyb. Tiraq. Polybij lib. 3. apud Tiraq. qui de Romanorum fœdere ita. *Fecialis, sumpto in manibus lapide, postquam de fœdere, inter partes conuenerat, hæc verba dixit: si rectè, ac sine dolo malo, hoc fœdus atque iusiurandum facio, Dij mihi cuncta felicia præstent: sin aliter aut ago, aut cogito, exteris omnibus saluis, in propriis Patriis, in propriis legibus, in propriis laribus, in propriis templis, in propriis sepulchris: solus ego peream, vt hic lapis è manibus meis decidit. Nec plura locutus, manu lapidem deiiciebat.* Plutarch. Alex.Neap. Simile est illud, quod ex Plutarcho in Aristide affert ibi citatus Alexander. *Fertur Aristides, vt fœdus cum omni Græciâ firmaret, post diras exsecrationes, accensos ferreos orbes in mare deiecisse, adiurans: vt ita extinguerentur, cum omni stirpe & gente, qui contra fœdus irent, velut ignitum ferrum illud, aquâ.*

19. Serar. Iud.10.v.2. Lucian. Ezech. Poeta. Quæ ancillæ, olim *Abræ* dicerentur, aperit fusè Serarius ad illud Iudith c.10. vers.2. *Vocauitque Abram suam.* Sic Lucian. in Toxari, πεμπτρέψιν τὴν Ἅβραν: *mittens Abram.* Et Ezechiel Poëta Græcus, in Exagoge de rebus Moysis, vbi de filia Pharaonis, quem iam vidit Serar.

Κα' παῖς θυγάτηρ βασιλέως Ἅβραις ἅμα
Κατῆλθε λουτροῖς φαιδρῦναι τὸ ἴον δέμας.
Et filia Regis, Abris cum suis,
Descendit, vt balneo ablueret corpus.

Ioan Tz. Vnum tamen inuenio Ioannem Tzetzem, qui has ancillas non Ἅβρας *Abras*, sed αὔρας *auras* putet, appellandas: ergo chil.7.hist.99. de Ixione.

Ἰμβρὸν παῖδα γεγέννηκεν, ὃν κένταυρον ἐκάλουν
Τουτέστι δουλογέννητον, αὖραι γὰρ αἱ δοῦλαι
Imbrum filium genuit, quem centaurum vocabant:
Hoc est, ancillâ natum, auræ enim, ancillæ sunt.

Idem. Deinde chil.9. histor. 273. lasciuiusculè historiam eandem narrans, & nominis etymologiam aperiens κένταυρον, non παρὰ τὸ κεντεῖν ταῦρον, sic enim κεντόταυρον dici oportebat, sed παρὰ τὸ κεντεῖν αὔρας dictum vult, quod eius pater αὔραις, id est, ancillæ coitu vteretur. Tunc sic

Idem. subiungit.

Οὐκ ἀγνοεῖς τὸ αὔρας σημαίνειν τὰς δούλας
Ἤκουσε γὰρ παλαιφάτοι λέγοντος τοῦ Μωσέως
Ὡς ἡ θυγάτηρ Φαραὼ πρὸς ποταμὸν κατέβη
Αὖραι παρεπορεύοντο ταύτῃ τε, καὶ δοῦλαι.
Non ignoratis, auram, significare ancillam,
Clamant enim prisci, testante Moyse,
Quod filia Pharaonis in fluuium descendit,
Auraque simul ibant, & ancilla.

Hæc adnotasse non piguit, tu vt libuerit, Abram, vel auram, poteris retinere.

20. Serar. Iud.9.v.39. Notauit cultissimus Serarius ad illud Iud. 9. v. 39. *Exinde mos increuit in Israel, & consuetudo seruata est, vt post anni circulum, conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.* Ex pio isto Israelitarum pullatum planctu, non solum Samaritanos occasionem sacrilegè duxisse, colendi tanquam Deam filiam Iephte, illique sacrificia quotannis in-

D.Epiph. stituendi, (de quo D. Epiphanius hæresi 55. & 78. id etiam Manassæis, & Sichimitis tribuens) sed etiam vicinos alios ethnicos, Adonis sui planctum hinc desumpsisse, suspicatúrque Adonim, ab Hebræo *adon* dominus seu *heden* voluptas, deriuatum. (Adde Græcis ἁδινὰ, vel vsitata dialecto ἡδινά, voluptatem significare:) aut fortasse ethnici, dum puellas Hebræas inter plorandum, pios in Deum questus referebant אדוני repetentes, putarunt (quod ignaris linguæ vsu venit) adonai, esse nomen proprium illius, cuius celebrabant exequias, indéque suum Adonim nuncuparunt.

Illud certū, vndecúnque apud illos, Adonis planctus oriretur, ab ethnicis in Iudæos apostatas deriuatam denuo hanc impietatem, aut mutato, imo abolito ritu pio, iterum refusam. Ideo Ezechielis 8. v. 14. inter alias templi abominationes leguntur: *Ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.* Ezech. 8. v.14. Obseruo autem (quod supra de sacris Bacchi, & Priapi differebam in lasciuiæ velamen, aut forte turpitudinis prætextum, Hebræas fœminas Adoni parentare visas: huc enim apud gentes, tam religiosa mysteria collimabant. Do Aristophanem in Lusistrata. Aristoph.

Ἆρ' ἐξέλαμψε τῶν γυναικῶν ἡ τρυφὴ
Χ' ὁ τυμπανισμὸς, χ' οἱ πυκνοὶ σαβάζιοι,
Ὅ τ' ἀδωνισμὸς οὗτος ὁ ἐπὶ τῶν τεγῶν,
Οὗ 'γώ ποτ' ὢν ἤκουον ἐν τῇ 'κκλησίᾳ.
Ἔλεγεν δ' ὁ μὴ ὥρασι Δημόστρατος
Πλεῖν εἰς Σικελίαν: ἡ γυνὴ δ' ὀρχουμένη,
Αἰαῖ Ἄδωνιν φησὶν, ὁ δὲ Δημόστρατος
Ἔλεγεν ὁπλίτας καταλέγειν Ζακυνθίων.
Ἡ δ' ὑποπεπωκυῖ' ἡ γυνὴ 'πὶ τοῦ τέγους
Κόπτεσθ' Ἄδωνιν φησίν. ὁ δ' ἐβιάζετο
Ὁ θεοῖσιν ἐχθρὸς καὶ μιαρὸς Χολοζύγης:
Τοιαῦθ' ὑπ' αὐτῶν ἐστιν ἀκολαστάσματα.
Ergo ille luxus fœminarum promicat,
Sonusque tympani, & frequens bacchatio,
Adonidisque planctus, in tectis strepens,
In concione nuper auditus mihi.
Dum se in Sicanios, autumat Demonstratus,
Haud tempore ire, saltat vxor interim,
Eheuque, Adonim, dicit, armites viros
Zacynthiorum, idem inquit Demonstratus,
Legisse: at vxor temulenta, per domum,
Lugete Adonium, inquit, & vi ducitur
Odium Deorum, ille improbus Cholozygat.
Has cantiones impudicas efferunt.

Alia, de plorato Adonide, passim leges

21. Noster Sanchez ad illud Ezechielis 23. v. 34. de Ierusalem punienda: *vbera tua lacerabis.* Post communem aliorum sententiam adductam & probatam: addit fortasse hæc verba capienda, de vsu scindendi vestes in dolore: ita vt lacerare vbera, figuratè dicatur, pro lacerare vestes, quibus vbera teguntur. Addit præterea, cum in vberibus, pectus significetur, posse hæc lacera vbera explicari, de vsu, quo pœnitentes, pugno pectus tundimus. Neutri horum assentio: non secundo; vt enim pectus pugno verberatum, minus aptè lacerum diceretur, remotius adhuc & durius vbera lacera, pro pectore pugnis tonso ponerentur. Non primo: frustra enim sacram phrasim, tropo deferimus, quando in significatione propriâ aptius potest explicari. Rem ergo sic explico, scindebant in dolore tam ethnici, quam Iudæi vestes: norunt pueri: lege plenas & eruditas paginas apud. Fabrum lib.2. semest.c.10. vbi & moris causas aperit. Apta etiam ratio Cerdæ ad illud Æneid.5. Sanch. Ezech.23. v.34. Petr. Fab. Cerda. Virgil.

Tunc pius Æneas humeris abscindere vestes:
qua vult abscindi vestes, vt nudum corpus accipiendis ictibus pateret: quod multis probat: addo

&

Petr. Arb. & ego pauca, in quæ incidi. Petron. Arbit. in Sat.
de muliere illa infæliciter facili. *Hac ergo cum
virum extulisset, non contenta vulgari more, funus
passis prosequi crinibus, aut nudatum corpus, in con-
spectu frequentia plangere: in Conditorium etiam, pro-*
Statius. *secuta est defunctum.* Statius lib. 2. Sil. 1. ad dolentem
in funere dynastam:

Nunc tortus pariter vestes, & pectora rumpis.

Ouid. Ouidius trist.

Tunc vero exoritur clamor, gemitusque meorum
Et feriunt mœsta pectora nuda manus.

Nec leues ictus putes, sed ad lanienam vsque, &
miserandam pectori lacerationem. Signatu lo-
Plutarch. cus Plutarchi, in Antonio: vbi de Cleopatra ami-
cum moribundum dolente: *Tunc Regina scissis pe-
plis suis, super eum, & vultum vnguibus secans, &
pectora plangens, clamabat Dominum virum, Impe-
ratorem suum.* Hanc paulo post dum inuiseret Cæ-
Idem. sar, sic describit. *E lecto, in quo humiliter iacebat
prosiliens, primâ tantum veste amictu, ad pedes eius
prouoluta est voce tremulâ & gracili, & lacero pe-*
Claudian. *ctore, quod magnâ ex parte ostendebat.* Claud. 3. de
rap. etiam huc facit, apud quem Ceres in extre-
mo doloris ita.

Accipe quas merui pœnas, en era fatiscunt
Vulneribus, granæsque rubent in pectore sulci
Immemor en vterus crebro contunditur ictu.

Cum ergo apud Hebræos, scissio vestium, commu-
nis cum gentilibus, hi autem eò scinderent ali-
quando, vt nudum pectus vulnerarent: idem fieri
apud Hebræos non incongruè arbitramur, idque
lacerata hic vbera denotabunt: seu quod ipsa vul-
neribus paterent etiam, vt puto: seu quod pro pe-
ctore, non desuper pugnis verberato, sed nudo,
& dilacerato hic ponantur.

D.Bas.Sel. Addo hic locum non ignobilem D. Basilij Se-
leuci, dolentis similes ritus ad Christianas etiam
etiam fœminas deriuatos. Ergo orat. 2. de Lazaro,
ita. *Enim vero, quo se graui mœrore luctuque teneri,
testatum faciant, brachia cruentant, capillos vellunt,
lachrymarum riuos per genas deducunt*, &c. *non de-
sunt quoque, quæ lasciuiâ quadam impulsa, brachia
publice. Quid facis ô mulier? ita ne cum membrum sis
Christi, in medio foro, viris vndique adstantibus, &
spectantibus, impudenter teipsam denudas?* apud He-
bræas fœminas, in luctu & mœrore cruentata
brachia, non memini: apud gentiles passim id
Cerda. obseruaueris. Lege Cerdam ad illud lib. 7.
Virg. *Sy nia prima soror, palmis percussa lacertos.*
Barth. Claudian. Barth. ad illud Claud. 2. de rap.

——*Planctuque lacertos*
Verberat.

Stat. Addo ex nostro penu Statium lib. 2. Sil. 6.

——*Non sanius atros*
Nigrasset planctu genitrix tibi sæua lacertos.

Idem. Et lib. 12. Theb.

——*Manant lacera ora cruentis*
Vnguibus, & molles planctu creuere lacerti.

Lucan. Nec aliter capiendus Lucanus lib. 2.

Turrigero canos effundens vertice crines
Cæsarie lacerata, vndisque adstare lacertis,
Et gemitu permixta loqui.

Petr. Arb. Senec. Petron. Arb. in Sat. *niueos pulsata lacertos.* Sene-
ca in Oet.

Planctus immensas resonat per vrbes,
Et comas nullo cohibente nodo,
Fœmina exertos feriat lacertos.

Idem. Pulchrius idem in Troiade, cho. vlt.

Fida, casus nostri, comites,
Soluite crinem, per colla fluant
Puluere turpet, paret exertos
Turba lacertos: veste remissâ
Substringe sinus, vteroque tenus
Pateant artus.

Hæc satis, pro Basilio Seleuco capiendo.

Notauit aptè Ceruantes, cum aliis ad illud 22.
Sap. 2. vers. 2. *Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc* Ceruant.
erimus, tanquam non fuerimus, τὸ ex *Nihilo*, non stri- Sap. 2. v. 2.
ctè esse sumendum: sed quasi dicant impij, temere,
casu subito, & sine præuio Creatoris consilio:
quod ex Græco legitur: *crasso modo facti sumus.* Ita
sacri Interpretes, & meritò. sed cur, inquis, cum ex
nihilo Deus crearit omnia, locus iste, in sensu
proprio capi nequeat? respondeo verba esse infi-
delium iam Iudæorum, non Iudaizantium: apud
quos nihil vulgatius & planius habebatur, quàm
veram creationem, id est, productionem ex ni-
hilo, esse impossibilem: vnde Persius celebre de- Pers.
dit axioma.

De nihilo, nihil: in nihilum nil posse reuerti.
Et Marcus Imperator: *Nihil est, quod ex nihilo pro-* M. Imp.
cedat: sicut neque aliquid, quod in nihilum recedat.
Ideo id quod addunt isti, *& post hoc erimus, tan-
quam non fuerimus*: etiam prædicto modo intel-
ligendum: quasi dicant: nihil post obitum, re-
manet immortale, nihil quod aut supplitio fe-
riatur, aut fruatur præmio, sed merus aër, in
chaos, communem scilicet rerum materiam, di-
lapsus. Erat Epicureorum secta, de qua multa pas-
sim: nunc satis Seneca in Troi. cho. 2. qui ab his Seneca.
visus verba mutuatus, vbi ita.

Sed hic, quo regimur, spiritus effluet,
Post mortem nihil est, ipsaque mors, nihil
Velocis spatij meta nouissima.

Spiritum enim dixit, quod impij paulo post:
*Quoniam fumus, flatus est in naribus nostris, & sermo
scintilla ad commouendum cor nostrum.* Quod au-
tem ventum seu flatum putarent animam, dixi
supra num. 15.

Quid est illud Psalm. 72. vers. 10. *Ideò conuer-* 23.
tetur populus meus, & dies pleni inuenientur in eis? Ps. 72. v. 10.
qui sunt dies isti pleni? an qui seriis student, vir-
tuti vacant? fortassè. Et in idem explicandâ illa
Iob cap. 42. v. vlt. *Mortuus est senex, & plenus die-* Iob 42.
rum: cur enim vlterius arguemur, cum vulgo, sic v. vlt.
etiam passim dicat Statius de Pollio, viro gra- Statius.
uissimo.

Expers curarum, atque animum virtute quietâ
Compositus, semperque tuus: Idem.

Deinde paulo post:

——*Dubio quem non in turbine rerum*
Deprendet suprema dies, sed abire paratum,
Ac plenum vita.

Vbi Cruceus, post alia minus Poëtæ apta, dat il- Cruc.
lud Ciceronis in Tuscul. *Vnus dies eruditorum, lon-* Tull.
gissima imperitorum vita præferendus. Quod penè
est illud Sap. 4. v. 13. *Consummatus in breui, exple-* Sap. 4. v. 13.
uit tempora multa. Vide ibi Ceruantes. Pulchrè Ceruant.
Seneca lib. de breuit. vitæ, cap. 7. *Magni, mi-* Senec.
*hi crede, & supra humanos errores eminentis vi-
ri est nihil ex suo tempore delibare, & ideo vita
eius longissima est, quantumcunque patuit, to-
tum ipsi vacauit: nihil in occultum otiosumque
iacuit, nihil sub alio fuit: neque enim quid-
quam reperit dignum quod cum tempore suo per-
mutaret, custos eius parcissimus: itaque sa-
tis illi fuit.* Ibidem cap. 1. dixerat. *Non exiguum* Idem.
*temporis habemus, sed multum perdimus: satis lon-
ga vita est, & in maximarum rerum consummationem*

larga data est, si tota benè collocaretur. Et quæ per
totum librum sequuntur, aptissima locutionibus
his sacris explicandis.

24. Apud Oseam cap.2. loquitur ad populum im-
Ose.2.v.9 pium, tradita sibi bona, idolis immolantem, Deus:
& post longum quæstum concludit: vers.9. *Iccir-
co conuertar, & sumam frumentum meum in tem-
pore suo, & liberabo lanam meam, & linum meum.* In
quo loco, emphaticũ est verbum *liberabo*, & ocu-
D. Hieron. latissimè positum à magno Hieronymo, id enim
inter alia significat Hebræum נצל. Quasi apud
impios oppressæ ab hostili manu, aut in iniusto
carcere detentæ, opes ingemiscerent, & liberta-
tem debitam suspirarent. Vnde Apostolus Rom.8.
à vers.20. *Vanitati enim creatura subiecta est, non vo-*
Rom. 8. v.20. *lens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe: quia
& ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis,
in libertatem gloriæ filiorum Dei: scimus enim quod
omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.*
Lege plura apud Oseæ Interpretes, maximè San-
Sanch. chez. Addo Germanæ huius loci explicationi,
Statius. similes priscorum locutiones, & sententias. Sta-
tius proximè citatus:

Non tibi sepositas, infelix strangulat arca,
Diuitias, auidique animum, dispendia torquent
Fœnoris.

Turneb. Vbi Turnebus adu.21. c.4.ait, flagellare diuitias,
& flagellare annonam, dici eos, qui magnas opes
clausas arcis, & similiter horreis clausas tenent:
quod inuitas, velut verberibus, & carceribus te-
nent, & erumpere foras non sinant. Vt autem
Martial. *flagellare opes* dixit Martialis, ita Statius *strangu-
lare diuitias*, quod tanquam inuitæ, & constri-
ctæ retinerentur constipatæ, & quod respirare
nequirent suffocarentur. Hæc ferè Turneb. Loca
Martialis sunt lib.2.

Et cuius laxas arca flagellat opes.

Idem. Et lib.5. epig.13.

Et libertinas arca flagellat opes.

Geuart. Philostr. Addit Geuartius ad Stat. Philostratum, qui auari
arcam, *diuitiarum carcerem* appellat.

Quod Propheta addit, *in tempore suo*, varias
Sanch. sortitur explicationes, quas vide apud Sanchez:
addo & meam, & fortè non intempestiuam. Su-
mo hoc tempus respectu segetum, & vestium li-
berandarum: quasi dicat, elucebit miseris & capti-
uis opibus, *tempus suum*, id est, tempus fælix, tēpus
libertatis, & ab spe libertatis, (quā in re simili di-
xit Apostolus) in possessione eiusdem respirabunt.
Est certè phrasis ista communis vtrique scholæ,
est enim frequens formula, quando aliquid suspi-
ratum, euenit alicui fæliciter, id proferre: *Hæc*
Luc.22. v.53. *est hora mea; dies meus, aut tempus meum.* Luc.22.
vers.53. *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.*
Ioan.13. v.1. Ioan.13. v.1. *Sciens* IESVS, *quia venit hora eius.*
Senec. Sic fœminarum durissima Medea apud Senecam,
post acceptam vindictam, exultans ait.

Meus dies est, tempore accepto vtimur.

2.Cor.6. v.2. Quo exprimi videtur illud Apostoli: *Ecce nunc
tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* 2. Cor.6.
Stat. v.2. Statius in die Natali Lucani redeunte, quasi
is Musis faustus speraretur:

Lucanum canimus, fauete linguis,
Vestra est ista dies, fauete Musæ.

In celebri etiam illo nauali prælio, vnde tot tro-
phæa Hispaniæ reportauit flos ille Austriacus
Ioannes, cito languidus, breuissimus & infaustus
orbis amor: Turcarum Dux, Christianis seruis,
qui ad triremes, sic dixisse fertur: *Si hic est dies
vester, adspiret votis numen: sin vero Turcarum
est, dummodo strenuè nauetis remis operam, omnibus
spondeo libertatem:*

CAPVT XXXIV.

Ad historiam Iob, nonnulla.

PERIOCHA.

1. *In multis, mutata rerum materia & etymologia causa, adhuc prisca vocabula perseuerant.*
2. *Olim coria, pelles, & pecora, vicem pecuniæ obtinebant.*
3. *Olim rerum pretia, vtplurimum de Boum æstimatione pensabantur. Iob. 1. cap v.3.*
4. *Particula, &, in sacro textu, passim aduersatiuè explicanda. Iob 2. cap. vers.4.*
5. *Morbus, calamitates omnes superat. Vnum totius corporis vlcus, quale. Iob 2. v.7. Isai.1. v.5. & 6.*
6. *Dies ab hominum memoriâ abolendi: quomodo pie exoptentur. Diebus infamia orba. Dies infausti, aut nullo, aut probroso nomine designati. Sensus totius capitis 3. ex lib. Iob, coniectanter explicatur.*
7. *Populi Regibus, Reges Deo subiecti. Iob cap.9. v.13.*
8. *Formido venatoria Hebræis nota, ex Prophetis & Salomone ostenditur. Sic etiam ex lib. Iob, cap.18. à v 8. de hoc venatorio instrumento, obiter quadam animaduersa.*
9. *Vultus pallidus in dolore. In luctu, non solum fæminæ, sed etiam viri brachia feriebant. Ethnici Sacerdotes cultris; Brachia lancinantes. Locus Iob. cap.14. v.13.*
10. *Virtus ab vtero alicui agnata, quid sonet. Iob 31. v.18. Eccl.1. c. v.16.*
11. *Honesta vocabula rerum quæ nominari debent. Iob c.31. v.10.*
12. *Agonistica res, & bellica, ad rem venereiam traducta. Locus Ecclesiastici 26. v.15.*
13. *Vena: Cauda: tam Græcè quam Latinè, pro virili membro. testiculos animalium esibiles, renes, aut parastatas appellabant.*
14. τρύπημα ἔργον: *foramen, opus, in idem vsurpantur.*
15. *Equitare. Ambulare. Iter facere: ad venerem pertinet. Via publica, de meretrice. Fundum septum, de maritatâ. Locus ex lib. Genes. c.6. v.12.*
16. *Illud Ezechielis:* diuidere pedes: *Latini,*

tini , per tollere pedes : Græci , per αἴρειν σκέλη : tollere crura , *extulerunt.*

1. Iob 1.v.4. Pineda. Delr. Sanch. 1.Esdr. v.4. Athen. PARÆMIÆ illi, (Idumæam enim paræmiam fuisse puto cum doctioribus) qua sancti Iobi, falsò somniatam hypocrisim, promouere conatur satan, obiiciens : *Pellem pro pelle , & cuncta, qua habet homo , dabit pro anima sua.* cap.2. vers.4.bonam operam præ aliis nouat ibi Pineda: & Delrius tom.2. adag.1. optimam vero , ni fallor,meus Sanctius. Quid vero ego non tam contra Magistros tantos temeratius, quam præter illos, timidus cogitarim paucis dicam. Suppono in primis mihi , (quod sibi in mentem aliam probat hîc Sanct. & iterum in lib. Esdræ 1. cap. 4. num. marg. 22.) multa esse, quæ temporum successione, mutatâ rei materiâ , & causâ etymologiæ , adhuc prisca vocabula retinuere : idque adhibitis aliis, in quæ incidi, confirmo adhuc. *Fictilia* v.g. vocabantur primitus vasa,quod è luto fingerentur : & tamen crescente luxu , ex auro , & argento facta, prisco fictilium titulo vocata legimus. Athen. lib.6.cap.3.ad initium. *Ad Macedonum vsque tempora , fictilibus vasis, in cœnis vtebantur , sicut testatur meus Iuba : at cum Romani , in magis delicio sum luxum , diætam priorem conuertissent , Cleopatráque, ad illorum imitationem viueret , (quæ Ægyptiorum regnum postea dissoluit) cum nomen immutare non posset : fictile , ipsum aureum vas , & argenteum nominabat.* Idem iterum ibidem paulo post. *Ptolomæus Rex libro octauo suorum commentariorum ; vbi de Massinissa Rege Lybiæ loquitur, hæc scripsit , hunc in modum. Erant cœnæ Romanorum more , in fictilibus paratæ : argentoque omnes dispositæ.* Quia licet lances argenteæ essent , tamen quia Romano more fabricatæ , fictiles vocabantur : in alienâ scilicet materiâ , proprio adhuc vocabulo retento. Plinius lib. 33. cap. 3. *Populus Romanus, ne argento quidem signato , ante Pyrrhum Regem deuictum , vsus est. Libralis , vnde etiam nunc libella dicitur , & dipondius appendebatur assis.* Et tamen postea , vt nosti , tota aurea , vel argentea pecuniarum summa,ad assem referebatur. Quid? quod prius appenderent ad bilances, dipondios, & librales suos, postea numeratam pecuniam soluentes,pendere dicebantur. Idem Plinius ibidem: *Et adhuc expensa , in rationibus dicuntur : item impendia , & dependere : quin & militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensatores , libripendes dicuntur.* Ab ære quod primitus cusum , ærarium dictum est : inde obærati , id est , aliena pecuniâ grauari ? & tamen succedente tempore , percussâ iam aureâ & argenteâ monetâ , adhuc harum repositorium, dicimus ærarium : & qui multum auri debet , vocamus obæratum. Videndus Seneca lib.5.de benef.cap.13. qui ad hanc rem plura,iam à Sanctio libata.

Plin. Idem. Idem. Senec.

2. Sanch. Tiraq. Alexand. Neap. Donat. Suppono secundo plerasque gentes olim , pro metallo, corio vsos ad monetam , pellibusque,& pecoribus,merces ad mutuos contractus commutasse : de quo plura Sanchez citatus. Adde quæ Tiraquell. ad illud Alexand. Neapol.lib.4.cap.15. *Omnes gentes , nationesque ad prisca sæculum , mercibus res inuicem commutare : vel coriis boum, nummorum loco , ac bobus , pecuniisque vsos , comperimus.* Ideo Donatus ad 1. Æneid. & alij , tradit percussam iam è metallo monetam,pecuniam appellari, quod loco, & officio pecudum succederet. Ve ergo,ex primis fundamentis, aptissimè putat Sanchez, Pelles in hoc loco pro vestibus poni, quia licet Iobi æuo , cultiora iam essent indumenta, adhuc tamen pelles poterant appellari , quia omnes homines primitus pellibus induebantur:quod multis firmat ; (nec ineptè addideris , lineas clericorum tunicas , hodie pelliceas appellari apud nos, quod initio , preciosæ pelles , clericatus insigne erât, & adhuc apud aliquas prouincias,saltem (Canonici his vtuntur)sic ego ex vtroque supposito aptè putem , pelles pro pecunia , & quod inde est , pro omni diuitiarum genere vsurpari : cum pecunia , vel id quod pro pecunia ponitur, omnimodas opes designet : virumque , prædiis , gregibus , seruis , & cætero preciosæ supellectilis apparatu instructum satis, pecuniosum dicimus, exprimamus. Licet enim iam Iobi æuo (quod contra Cyprianum Cisterc. planum ex aliis interpretibus suppono) nummi ex auro,& argēto cuderentur: Cypr Cist.
licet preciosa supellex , gemmis, inauribus & purpuris constaret , quod ex eodem libro hoc colligitur : tamen cum prisco sæculo, opimæ opes,monetario corio , pellibus , & pecoribus constarent: mutatâ materiâ, potuit ventilatæ nostræ formulæ paræmiastes,suo iure priscū vocabulum retinere.

Obiiceret contra hæc meus Sanctius , id quod hîc suo num. marg. obiecit in rem similem : ante 3. Sanch.
æs aut rude, aut signatum , prisco illo sæculo; verissimum esse, merces mutari solitas : non tamen solum pelles , aut pecora , sed illa etiam omnia, quæ hominibus vsui esse poterant , commutabantur. Deinde quæ hominibus esse poterat vtilitas, si sola pellis, cum pelle commutaretur ? non ergo huc apta nostra explicatio miteris fortasse virum tantum hæsisse huic nodo , qui tamen facillime dissoluetur. Fateor paruam,aut nullam hominibus venire vtilitatem,si solæ pelles pellibus mutarentur : fateor quæuis alia,quibusuis commutari,prout contrahentium necessitas exigebat:quis tamen neger , ex Alexandro, & tot aliis scriptoribus,fre- Alex.Neap.
quentiorem vsum emptorum , coria & pecora in pretium adhibuisse ? nemo nisi ineruditus.potuere ergo tunc omnia , à frequentiori merce , vnum & eundem titulum habere : aut , quod mauolo, potuit & debuit paræmiastes , non à quouis, sed ab vsitatiori suppellectili, & frequentioribus opibus olim , sui temporis , & nummos & diuitias appellare. Exemplo rem planissimè ostendo. Iam Heroum tempore , pretiosissimæ quæuis merce , mercibus mutabantur : frequentiori tamen vsu, cætera necessaria emenda bobus persoluebant: hinc ergo est , vt postea scriptores , illorum gesta narrantes,non tam per alia, quā per boues,rerum precia putarent æstimanda.Hom. Iliad.23.de præ- Homer.
miis in funere Patrocli cōstitutis, hinc explicatur.

Τῷ μὲν νικήσαντι μέγαν τρίποδ' ἐμπυριβήτην
Τὸν δὲ δυωδεκάβοιον ἐνὶ σφίσι τῖον Ἀχαιοί
Vincenti ingentem Tripodem , igni aptam,
Quam duodecim boum precio æstimabant Græci.

Et iterum.

Αὐτὰρ Πηλείδης κατὰ μὲν δολιχόσκιον ἔγχος Idem.
Κὰδ δὲ λέβητ' ἄπυρον , βοὸς ἄξιον ἀνθεμόεντα
Θῆκε
At Achilles quidem longam hastam,
Lebetémque nouum,boue æstimatū, floridum,posuit.

Sic in re nostra. Imo & ideo fatet scriptor à principio huius libri c.1. v.3. diuitias Patriarchæ me- Iob 1.v.3.
morans , solos greges retulit , & armenta , non quod prædia,aurum, vestes, & similia multa non haberet : sed quod in pecoribus, frequentius tunc diuitiæ computarentur.

4. Hucuſque verba explicaui, quæ omnibus habentur difficilia, nam de mente, & ſententiâ, ferè nullus interpretum dubitat, omnibus enim clariſſima videtur. Mihi non ita, qui fortè hebes, aliquid adhuc latens videor augurari: quod vt explicem, ſuppono tertio, particulam Latinam, *&*, Hebræamque, ו, non ſemper in ſacro textu coniunctionem ſignificare: ſed paſſim diſiunctiuè, immo aduerſatiuè explicandam: exempla vbi vis

Eccl. 36. v. 20. incurris, ſeligo pauca. Eccleſ. 36. verſ. 20. *omnem eſcam manducabit venter: & eſt cibus cibo melior.* Hoc eſt: quamuis venter nullum cibum reſpuat, ſed tamen aliis, alios habet pretioſiores. Ionæ

Ion. 2. v. 7. cap. 2. verſ. 7. *Ad extrema montium deſcendi, terræ vectes concluſerunt me in æternum: & ſubleuabis de corruptione vitam meam.* Id eſt: licet in tanto periculo conſtituar, tu tamen inde me eripies. In

Mar. 12. v. 12. nouo teſtamento, etiam id ſæpe: Mar. 12. verſ. 12. *Quærebant eum tenere, & timuerunt turbam.* Id eſt, ſed turbam timuerunt, ideo à tenendo abſtinue-

Ioan. 7. v. 4. re. Ioannis 7. verſ. 4. *Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palam eſſe.* Id eſt: quin potius è contra, quærit glorioſa geſta manifeſtare. Sic in loco noſtro, puto capiendum illud, *& cuncta*, &c. Vnde ſic paræmia, fortaſsè non abſurdè enucleabitur: dum numi numis, diuitiæ diuitiis, mercé'que omnes mercibus commutantur: id maximè intendunt homines vt par pari referant, & caſtigatæ æſtimationis commercium intercedat: è contra vero cum de vita agitur, non in has pretij minutias ſcrupuloſi aduertunt, ſed omnia temerè profundunt, vt vitam ſaluent. Vel aliter in cæteris mercibus non ſolent homines cuncta ſua, cunctis alterius commutare, ſed pellem pro pelle, id eſt, quædam certa, pro certis, provt inuicem indigent: veruntamen in mortis periculo, cuncta quotquot habent, dabunt, vnam vt vitam redimant. Vnde iam patet dæmonis calumnia contra ſanctum Iobum, quaſi dicat: niſi tu vitæ dominus eſſes, vnum tantum vel alterum tibi impenderet Iob, provt ſimile à te aliquid ſperaret: ſed in re mortis quam à te timet, cuncta profundere non dubitat: tibíque non tam de virtute, quam de metu, non audet obgannire, ſi fortè contentus opibus, & filiis, vitæ parcere deſtines, & à periculoſo vlcere abſtineas. Fortaſsè attigi ſcopum.

5. Nota obiter, id quod vulgo dicimus, malorum omnium homines opprimentium, duriſſimum apud ſapientes, eſſe morbum grauem, ſæuiſque doloribus morti diſponentem, optimè ex hoc loco confirmari: vnde immanis generis no-

Iob. 2. v. 7. ſtri hoſtis, dum *percuſſit Iob vlcere peſſimo, à planta pedis, vſque ad verticem capitis*: idem verſ. 7. duriſſimum expugnandæ patientiæ, vibraſſe telum, merito reputauit. Tranſcribo tibi in hanc

Quintill. rem, optima, ſi quæ alia, verba Quintilliani Decl. 5. vbi ita poſt alia. *Languor, eſt tamen, languor, cui merito ceſſerint cuncta calamitates: in cuius comparatione, conſolari ſe poteſt, genus omne miſerorum. Stringat, licet, manus ſæua captiuitas, profunda carceris claudantur: datur tamen colludere cathenis, artus extrahere nexibus; & habet aliquid æquanimitatis, cum pœna ſua poſſe rixari: ſæuiunt regna tormentis, bella vulneribus: ſed leuius afficit, quidquid viribus feras, & cum in plenum adhuc ſanguinem, aduerſa ceciderunt, repugnantis roboris colluctatione vincuntur. Quos cruciatus compares, quem dolorem, cum penitus viſceribus immiſſa tabes, quotidie aliquid hominis, præmittit in mortem? cum cibos, hauſtus, & omnia vitæ blandimenta, fames faſtidit, & poſcit? deſiderare aſſidentium officia: dehinc ferre non poſſet grauare, quos appetieris attactus? per totum cubile corpus, velut ſuper ardentes exagitare flammas? lux fatigatis luminibus grauis, vox ſola de gemitu.* Rapuit me ſcriptoris elegantia, nec vllum hic pathos, quod in diſcurſu huius hiſtoriæ, Iob non excitarit.

Quod vero additur, *à planta pedis, vſque ad verticem capitis*, vnum idémque vlcus penetraſſe: eſt illud Iſaiæ 1. verſ. 6. *à planta pedis, vſque ad verticem* Iſai. 1. v. 6.
capitis, non eſt in eo ſanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens, non eſt circumligata. Emphaticotera Græca ibi. *A pedibus, vſque ad caput, non eſt in eo integritas: neque vulnus, neque liuor, neque plaga tumens.* Quomodo enim à tam percuſſo corpore, vbi nihil durabat integrum, poterat abeſſe vulnus, liuor, plaga: quæ dam expreſsè vulgatus memorauit? reſpondet, & explicat aptè locum D. Chryſ. D. Chryſ.
tom. 5. homil. 3. de Pœnit. *Vulnus tunc fit, cum altera quidem pars ſana eſt, altera vulnus habet: hic autem dicit totum eſſe vulnus, totum liuorem, totum vlcus, à pedibus vſque ad caput.* Itaque in Græco non tam negatur vulnus, quàm vulgati noſtri vulnus, quantum & quale eſſet, explicatur. Idem de loco Iob exiſtimaueris: vnde idem Idem.
Chryſoſt. de illo, in cath. Græc. *Illud perfecit, vt vlcus eſſet vnum, vnaque plaga, corpus eius vniuer-* Ouid.
ſum. Sic in re ſimili loquuntur & profani. Ouid. in Ibim. Idem.

Vnum, qui toto corpore, vulnus erat.

Et lib. 6. Metam. de Marſyâ.

Clamanti cutis eſt ſumma direpta per artus,
Nec quidquid, niſi vulnus erat. Seruius.

Statius lib. 5. Theb. de Archemoro à ſerpente lacerato.

——Non ora loco, non pectora reſtant;
Rupta cutis teneraoſſa patent, nexúſque madentis
Sanguinis imbre noui: totúmque in vulnere corpus.

Cupido apud Statium eundem lib. 1. Sil. 2. de quodam. Idem.

——Haud vlli vehementior vnquam
Incubui genitrix, iteratáque vulnera fixi.

Quaſi non eſſet locus, vbi noua vulnera infligi poſſent: ideoque ſemper, nouis ſagittis vetera iteranda. Hoc eſt quod præceſſerat in Iſaia v. 5.
Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? omne caput languidum, & omne cor mœrens. à Iſai. 1. v. 5.
planta pedis, &c. q. d. niſi iterentur in eodem loco vulnera, iam nouus locus, vulneribus non relinquitur. Vide quæ Raderus ad illud Martialis Rader. Martial.
lib. de ſpect.

Viuebant laceri membris ſtillantibus artus,
Inque omni nuſquam corpore, corpus erat.

Sed in re plenâ, hoc ſatis. Difficile eſt quod ſequitur.

Multum negotij & merito, faceſſunt interpretibus, verba illa patientiſſimi viri, quæ cùm reprehenſione, culpaque omni carere verius ſit, tamen multam culpæ ſpeciem obtendere videntur: ex quibus in tot acerbiſſimas obiurgationes, amici eatenus modeſti eruperunt. Ergo Iob ita cap. 3. à 6.
verſ. 3. *Pereat dies in qua natus ſum, & nox, in qua* Iob. 3. v. 3.
dictum eſt, conceptus eſt homo: dies ille vertatur in tenebras: non requirat eum Deus deſuper: & non illuſtretur lumine. Obſcurent eum tenebræ, & vmbra mortis: occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus: ſit nox illa ſolitaria, nec laude digna: maledicant

ei,

Pineda. Sanchez. *ri qui maledicunt diei.* Quam multa fœliciter Pineda, & fœlicius Sanchez, ad hunc locum, in promptu euiuis: horum vigiliis, somnia nostra traducere, inde non suppudet: quia post tam auidos meliores, vel spiculas inuenisse, operæ pretium duxerim. Coniecto igitur, has extremi doloris querelas, non tam infœlici diei & nocti opprobrium, quam amissi quodammodo honoris remedium exoptare: vnde tantum abfuit, vt doloris impatiens, hos violate, quin potios illis consuluisse videatur Iob. Præluxete mihi in hanc mentem, verba nobilissimi Iuuenis Crispini, qui saluus à maternis dolis, postquam impiam fœminam excusat, culpam, vt potuit, minuens: sic ad fratrem iuste adhuc sæuientem concludit:

Statius.
Excidat illa dies æuo, ne postera credant
Sæcula: nos certè taceamus: & obruta multâ
Nocte, tegi propria patiamur crimina gentis.

Apud Papin. lib. 5. Sil. 2. non maledicit Crispinus diei, quo tantum scelus editum, sed tantum vult, vt in dierum numero non computetur: vt æuo excidat, quodammodo dies suos numeranti, & dum alios supputat, vnius huius memoriam amittat: vel vt clarius dicam, non tam vult, vt ille dies sibimet cadat, quam vt æuo excidat: idque, ne postera sæcula, in prauum exemplum, id sceleris agnouissent. Ergo ex communi loquendi vsu, (quo de præteritis diebus sic agimus, quasi alicubi post cursum persistant adhuc,) admissa diei prosopopœia, infamiam illi cupit abolitam, quam necessariò contraheret, nisi ab æui memoria deleretur: quis enim infamem non putaret diem, in quo scitet, à matre sæua, pio filio venenum destinatum? certè, scelere aliquo ingenti commisso, dies, annus, & sæculum dicuntur infamari. Claudian. in 3. Cons. Honor. post facinus descriptum. Claudian.

Pro crimen superum! longi pro dedecus æui!

Plinius. Et Plinius in Paneg. Trai. *Magnum quidem illud sæculo dedecus, magnum R eip. vulnus impressum est.* Longè maiori epitasi S. Iob, dum vrgente dolore apprehendit, fore fortassè, vt ille dies infamis haberetur, in quo ipse infœlicitatis apex, miseriarum monstrum, ortus diceretur: cupit vt natalis sui memoria deleatur, quasi ab illo notam infamiæ deuitet. quo quidem, etsi nihil elapso iam diei accedat, vel detrahatur: optimè tamen communi hoc dicendi modo, euentus nostros solemus exaggerare: maximè in stilo tragico, quale iam inde inchoat sacer scriptor.

Sed quid inquis, illud: *Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis:* in hanc rem? planè nihil aliud, quam quod prius, scilicet vt obliuioni tradatur: Sic enim sub metaphora vmbræ, & tenebrarum, id est, noctis: silentium, & deletam alicuius rei memoriam inculcamus: Sic paulò antè Poëta, crimina illa tacenda, & multâ nocte obruta concupiuit. Quod autem hunc diei obitum, & sepultam quodammodo memoriam, tot iteratis vocibus precetur, per mortem, vmbram, caliginem, amaritudinem: non est mirum: videbat puto quam infamiæ mors, esset vitalis, vnde illam non semel inuocare, satis habebat. Plautus in Persa. *Pater, hominum immortalis est infamia, etiam tunc viuit, cum esse credas mortuam.* Plaut. Longè benigniora sunt ista, quàm quæ veteres, infaustis nonnullis diebus inpingebant: quos aut innominatos, aut infami aliquo titulo affectos traducebant: de illis Tzetzes Chil. 10. hist. 303. de nece Fabiorum. Ioan. Tzetz.

Ὅτι καὶ πύλην ἔκλεισαν, καθ' ἐξῆλθεν οὗτοι,
Καὶ τὴν ἡμέραν, ταῖς λοιπαῖς ἡμέραις οὐκ ἠρίθμουν,
Ὥσπερ καὶ ἔθνη ἕτερα δι' ἄλλας περιστάσεις,
Τὰς δὲ ἡμέρας, ταῖς λοιπαῖς οὐκ ἔταττον ἡμέραις:
Ἔλεγον γὰρ, τὰς πρὸ αὐτῶν, καὶ μετ' αὐτὰς ἐν κλήσει
Ἐκείνας οὐκ ἠρίθμουν δὲ τὴν ἡμέραν τῇ κλήσει:
Ἀλλ' οὕτως ἔλεγον τυχόν: τρίτη, καὶ μετ' ἐκείνην:
Ἢ πέμπτη, ἕκτη, καὶ λοιπαὶ, καὶ μετ' ἐκείνην πάλιν.
Οὕτως οὐκ κατωνόμαζον τότε τὰς ἀποφράδας,
Ἀλλ' ἢ πρὸ τῆς δὲ ἔλεγον ταύτας, ἢ μετ' ἐκείνην.

Portam clauserunt, per quam, egressi sunt isti,
Atque diem, cæteris diebus, non adnumerarunt,
Sicut gentes aliæ, propter similes casus,
Quosdam dies cæteris non connumerabant diebus:
Dicebant enim præcedentes, & sequentes propria appellatione,
Illos autem non dicebant, propriâ appellatione:
Sed sic dicebant forte: tertius, & qui post illum:
Vel quintus, sextus, & cæteri, & qui post illum rursus.
Sic non nominabant tunc nefastos,
Sed aut præcedentes tunc dicebant, aut sequentes illum.

Durius adhuc nonnulli, qui non tam nullo, quàm infami titulo, hos dies infaustiores denotabant: vnde de Idib. Mart quo die, occisus Pater patriæ, statuere Romani, *Parricidium* appellari: Sueton. cap. 88. *Idú, que Martias, parricidium nominari, ac ne vnquam eo die Senatus ageretur.* Sueton. Longè mitius Iob, & Crispinus se habuerunt. His adde, quæ multa Tiraq. ad Alex Neap. lib. 4 cap. 20. & A. Gel. lib. 2. cap. 17 Plutarch. in quæst. Rom q 25. & Fastorum Ouid interpretes. Tiraq. Aul. Gel. Plutarch. Ouid.

Quod de die dixi, pari ratione ad noctem, deducendum, quam etiam ob similes caussas, morti quodammodo, & perpetuæ obliuioni, ne semper infamis denotetur, cupit immersam. Sumit enim pius Iob, spiritus quodammodo, à patente illo, qui generosus mauult, vt potius filios, mors eripiat, quam infamia notet: iniustos autem filios, quis non habeat, si hæc parentis vota, vt iniusta doleat? quin & Valer. Max. lib. 6. cap. 1 de virgineo, patritij spiritus, licet plebei sanguinis viro, qui filiam, ne corruptæ notam subiret, occidit: sic scribit: *Ne probro contaminaretur domus sua: sanguini proprio non pepercit.* Val. Max. Gestum non probo, votum commendarem. Adde & piissimum alium Iobi timorem, ni diei huius, & noctis memoria aboleretur: scilicet scandalum inde aliis oriturum, quod & cauit Crispinus dicens, *ne postera credant sæcula*: ne scilicet, in simile animarentur scelus. Videbat nimirum Iob vicinos Ethnicos, scandalum subire, & Deum ignorantes blasphemiis impetere, quod virum iustissimum durissimè tractare videretur, indéque eius prouidentiam incusabant: hæc illorum culpa, plusquam propria pœna, Iobum excruciabat: ideò Olympiodorus in cat. Græc. *Corpore igitur, atque animo grauiter afflictatur: corpore quidem, ob plagæ atrocitatem artus fodicantis: animo verò, quia cum homo frugi, Deóque charus esset: nonnullos suis offendi calamitatibus intelligebat: qui eccirco Dei gloriam exagitabant, quia in virum iustum incidere mala illa animaduertebant.* Olymp. Cupit ergo, vt diei natalis, cõceptiuique memoria aboleretur: ne quoties recurreret quotannis, miserias illas suas repræsentaret, & in similes blasphemias alios excitaret. ideò quod de nocte subditur: *Sit nox illa solitaria, nec laude digna:* Sic interpretandum, quasi cupiat, ne instar cæterarum noctium fœlicium, quæ quotannis recurrentes,

frequentia & plausu exeipiuntur, comendetur: Sed omnino obliuerata conticescat. Vnde tandem & id quod additur à v. 10. *Quia non conclusit ostia ventris, qui portauit me*: & dainceps, non ita capiendum, quasi malè optet diei & nocti, quia illum infœlicem, non interceperunt: sed vt dixi oblitterationem solam illis cupit, quia eum non interceperunt, qui & illis infamiam, & cæteris scandalum poterat conciliare. Quæ sequuntur ab illis verbis: *quare non in vuluâ*, &c. v. 11. iam planiora, vim enim doloris exprimunt, qua vulgò, veleitate magis, (vt dicunt,) quam voluntate, sic putamur, vt velimus potius non fuisse, quam infœlices esse. De quo plura interpretes. Addo illud

Quint. Quintil. declam. 4. *Melius quidem fuerat hunc spiritum, aut in ipsâ maternorum viscerum sede comprimere: aut vt primo contactu suo, cœlum terrásque polluerat, festinata morte dimittere.* Qui ferè similis affectus est, cum isto Iobi, & suo modo similem ob causam, quam paulò antè attigit Olympiodorus.

Sed dicat aliquis arguta ista potius, quam solida: potuisse tamen vtcunque deglutiri sub stilo hoc cothurnato, nisi expresse diuinus scriptor in

Iob 3 v. 1. ipso statim capitis initio v. 1. ita scriberet. *Post hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo.* Quomodo ergo de piis votis venerint interpretandæ, quæ tam expresse dicuntur maledictiones? Hæc obiectio, licet me vnum præcipuè, tamen & cæteros petit omnes, qui prædictas increpationes, culpa excusant: vide quæ illi multa: ego tantum trepidam meam coniectutam sic aperio, vt Doctioribus subiiciam & censuræ. Plana & verissima est illa regula apud Doctores, solere in scripturis, illa quæ apparenter vulgò fieri videntur, tanquam reapse facta enuntiari: Sic apud Prophetam luna vertenda in sanguinem dicitur: non quod ita erit, sed quod ita videbitur. in Euangelio stellæ de cœlo casuræ dicuntur: quod id, insignium exhalationum lapsus repræsentabit. Christus apud Ioannem dicitur digito in terrâ scripsisse, (vt volunt,) quod talis apud præsentes crederetur. possemus ire, vt nosti, per innumera. Sic fortè locus præsens facilè venit expediendus: Putarunt amici Iob, vt videmus: idémque crederet turba, si adesset, virum sanctissimum, in maledictiones prorupisse: ergo rem narraturus sacer scriptor, *maledixit* posuit: non quod re vera maledicus Iob, sed quod talis ab adstantibus crederetur: q. d. tunc dixit illa Iob, vnde amicis maledicus visus est. Neque enim Ioannes aut mendax, aut imprudens reputabitur, quòd absolutè dicat, Christum digito scripsisse in terra: cum tamen non rem ipsam, sed adstantium nobis exponat opinionem. Nec, quisquis sit, canonicus huius libri scriptor poterit, reprehendi, quod Iobum absolutè maledixisse narret, cum adstantibus, quorum historiam contexturus maledicus diceretur. Sed de sensu prædicti capitis, nesciui plura. pergo aliò. Solum addo firmari in re simili hanc Regulam à Beda & Haymone: ad illud Marci 6. v. 26. vbi *contristatus* Rex dicitur: quod talis vulgo adstanti putaretur.

7. Iob 9. v. 13. Cap. 9. v. 13. de Deo, sic habetur: *Cuius ira nemo resistere potest: & sub quo curuantur, qui portant orbem.* Nonnulli curuatos istos sub diuino imperio, aliunde orbis pondere non obrutos: de sanctis Deo subiectis, orbem, ne citò corruat, sustinentibus, explicarunt. magis ad gustum, qui de Angelis, siue intelligentiis, locum acceperunt, qui cœlestes sphæras mouere creduntur, & orbem sustentare. Et quidem si intelligentiis sphæræ commouentur, satis id probabiliter, excogitatur. Ego tamen hoc mouentium Angelorum cœlos placitum, fœliciter magis, quam, solidè, ac necessario assertum, semper habui. Videndus noster Eusebius Nerembergius in sua Philosophia. Sto ergo illorum explicationi, qui prædicta verba, ad Reges, & orbis Dynastas detulerunt. moueor, quia apud veteres, penè in parœmiam abiisse obseruo illam sententiolam, qua dicitur: *Populi, sub regibus: Reges, sub Deo.* Hinc Eumenius in Paneg. Eumen.
Constantini. *Maiestas regia, Iouis est subiecta nutui.* Et Horat. lib. 3 Oda 1. Horat.

Regum timendorum, in proprios greges:
Reges in ipsos, imperium est Iouis.

Statius in lachrymis Hettusci, Statius.

——— Vice cuncta geruntur:
Alteriúsque premunt propriis sub Regibus omnis
Terra: premit fœlix Regum diademata, Roma:
Hanc Ducibus frenare datum: mox crescit in illos
Imperium superis.

Patriarcha noster prudentissimus, D. Ignatius in D. Ignat. de Loyola. diuina illa epistola obedientiæ: *Nimirum hoc modo Prudentia illa diuina disponit omnia suauiter: infima per media, media per summa, suos ad fines cuncta producens. Hinc illa videlicet in Angelis, vnius Hierarchiæ, ad aliam subordinata series: hinc & cælestium, & aliorum omnium quæ cientur corporum, certis locis, ac sedibus apta connexio, quorum conuersiones, ac motus, ab vno mouente supremo, gradatim omnes, vsque ad infimos, ritè perueniunt.* D. Chrysologus D. P. Chrys. serm. 46. ad illud Psalm. 104. *Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus, super omnes Deos.* ita. *Quis similis Deo, inter filios Dei? quia omnes superna virtutes, cum regant cæteros: ipsa tamen reguntur, à Christo.* Vide sacros Interpretes ad Ecclesiastem cap. 5. v. 7. Eccl. 5. v. 7.

Dicuntur autem Reges orbem portare, quia onus imperij debent sustinere. Ideò Græcis rex, dicitur βασιλεὺς, quasi βάσις λαῶ, *basis populi*, quia populum portare humeris præsumuntur. de quo ex vtráque Polyticâ, doctas paginas vbiuis incurris. nunc satis illud Cornel. Tac. lib. 1. Annal. Corn. Tac. *Versa ad Tiberium preces, & ille suâ modestiâ, solam D. Augusti mentem, tanta molis capacem: Se in partem curarum ab illo vocatum, experiendo didicisse, quam arduum, quam subiectum fortunæ, regendi cuncta onus.* Hodie tamen, vt plurimum in his rebus, retento honore, onera vitantur.

Latent adhuc, ni fallor, *formidines* illæ Baldad, 8.
qui de impio ita. *Immisit enim in rete pedes suos,* Iob 18. v. 8.
& in maculis eius ambulat tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. absconditа est in terrâ pedica eius, & decipula illius super semitam. Vndique terrebunt eum formidines: & inuoluent eum pedes eius. Iob cap. 18. à v. 8. vbi multa Sanctius, Sanct. Pined. Pineda, & cæteri Interpretes. Ego cum in hac venationis metaphorâ, rete, maculas, laqueum, pedicam, decipulam, apertissima venatorum instrumenta, videam explicari: nescio cur etiam formidines venatoriæ, hinc non venerint, aucupandæ. Certè ad rem venatoriam, æquè nota pueris *formido*, ac cætera illa quæ diximus instrumenta. Sola visa superesse difficultas, an violenter in sacro textu, *formido* non tam de metu & pauore, quam de obuio illo venationis instrumento accipiatur: sed hanc amoueo: & explicato Isaiæ loco, iam præsens, quem intendimus, illucescet.

Isaias

Is. 24. v. 17. Isaias cap. 24. à v. 17. in re simili, ita. *Formido, & fouea, & laqueus, super te, qui habitatores terræ: & erit qui fugeris à facie formidinis, cades in foueam, & qui se explicauerit de foueâ, tenebitur laqueo.* Hunc locum, primus quem viderim, explicauit ibi Sanctius, de formidine venatoria, quam non solum Latinis & Græcis, quod passim legitur, sed etiam Hebræis, hinc communem coniectat: Ier. 48. v. 43. quod etiam ex Ieremia probat cap. 48. v. 43. vide quæ ille: ego pauca addidero. Laqueos formidini coniungit Seneca in Hyppol.

Alius teretes properet laqueos,
Picta rubenti linea penna,
Vano eludat terrore feras.

Statius. Statius lib. 2. Sil. 5. de Leone viliter occiso: etiam foueam.

Non grege massylo, curuáque indagine clausus,
Non formidato supra venabula saltu
Insitus, aut caco fouea deceptus hiatu.

Nam *formidatum saltum*, explico venatoriis formidinibus cinctum: Sic enim Ouidius, pennas illas ex quibus construitur formido, vocauit formidatas.

Ouid. *Nec formidatis Ceruos includite pennis.*

Cerda. Prædictus locus Statij iuuat obiter Cerdam, qui formidines non solum in Ceruos, sed etiam in Leones, aprósque & similes, paratas voluit, ad lib. 3. Georg. & ex vno Nemesiano probauit: addo & alium locum Statij in eandem rem, (sic enim aptius explicaueris sacri textus allegorias, si non solum peccatores instar Ceruorum timidos, sed etiam instar Leonum, & aprorum ferocientes, Statius. diuina formidine clausos dixeris,) lib. 1. Achil.

——— *Ceu torua feras indago latentes*
Claudit, & admotis paulatim cassibus arctat:
Illa ignem sonitúmque pauent, diffusáque linquunt.
Auia: mirantúrque suum decrescere montem.
Inque vicem stupuere greges, sociòque timore,
Mansuescunt simul hirtus aper, simul lupus, vrsúque
Cogitur, & captos contemnit dama Leones.

Quod autem ait, tot has feras, *ignem, sonitúmque* pauere, inde erat, quod hæ pœnæ vstulari solebant, vt non solo vario colore, sed & lumine, & crepitu feras perterrerent. Dat multa in hanc Salazar. Prou. 12. v. 27. rem Salazar Prou. 12. v. 27. vbi Salomon: *Non inueniet fraudulentus lucrum suum:* aliqui ex Hebræo vertunt: *Non aduret venationem suam:* quod Salazar explicat, quasi dicat Salomon: fraudulentus, ineptè captat prædas, nec venatoriam formidinem adurit, vt vstulatis pennis perterrefaciat. Cerda. illud interim aduerte Cerdam loco supra citato, dum dixit; *Formido venatoria, non rete, vt malè quidam scribunt, sed contextus plumarum.* Aut durius iusto alios carpere, aut falli: nequa enim alij negant, (quod lippi vident,) contextum plumarum, sed has plumas minutis retibus intextas Auson. volunt. Ausonius

Aut cum fratre vagos dumeta per auia Ceruos,
Circundas maculis, & multa indagine pennæ.

Quod enim subdit Cerda: *Quæ enim sunt maculæ, nisi variæ plumæ?* ineptum est: certè non aliæ sunt Ouid. *maculæ*, nisi retium plagæ: vnde Ouid. io epist.

Retia sæpè comes maculis distincta tetendi.

Sed rem planissimam, putidum sit probare. his ergo Cerda. Delr. Sanch. Salazar. retiũ maculis, insertas pennas si tempus esset probarem apertissimè: sed ex locis quæ Cerda ipse, Delrius, Sanct. & Salaz. cumularunt, Lector facilè me neutiquam mendacem deprehendet. ad rem.

Cum itaque Isaias, Ieremias, Salomon ex grauissimorum interpretum sententiâ, à venatoriâ formidine, comparationes sumant; non video cur in hoc loco Iob, & maximè, cum venatio tam disertè describatur, (clarioráque ibi Græca, & Hebræa,) ad easdem formidines allusum non dicamus. Sed quid, inquis, sub hac venationis allegoriâ, illud quod inseritur: *& exardescet contra eum sitis?* quid alij rectius sentiant, vide apud il- LXX Interp. Vatabl. los. L X X. vertunt, *confortabit super eum sitientes.* Vatabl. *Sitibundus superabit eum.* Sed perinde est: nisi quod maiori epitasi, vulgatus abstractum posuit pro concreto. Ego quidem semper suspicatus sum, venatorios canes hic intelligi: cum inter tot alia venationis instrumenta, canes non viderentur prætereundi: tum quia inter venandum canibus, sitis maxima: iámque canina Pers. sitis, sicut & fames abiit in prouerbium. Pers. Sat. 1.

Nec lingua, quantum sitiat canis apula, tanta.

Tum denique, quia cum infra formidines essent adducendæ, aptè canes præmittuntur, horum enim insultu & latratu feræ ad formidines adigebantur. Virgil. Virgil. lib. 12. Æn.

Inclusum veluti si quando in flumine nactus,
Ceruum, aut punica septum formidine pennæ,
Venator cursu canis, & latratibus instat.

Symmach. Symmachus lib. 1. epist. 55. ibi adductus: *Si tantum nodosa retia, vel pinnarum formidines, & sagaces canes, omnémque rem venaticam, meliorum oblitus affectas.*

Iam verò ad mysterium, multum ponderis habet, si formidines venatorias, in locis sacris prædictis agnoscamus: cum enim hoc instrumentum ita vocaretur, quod non tam opprimente vi, aut occulto dolo, quam terrore quodam vano feras caperet: mirè diuinam potentiam commendat, qui peccatores instar ferarum rebelles, non solum vi opprimit, sed etiam terrore capit: cogitque infaustos, vt ibi timeant, vbi non est timor.

Ibidem v. 13. sic damna Impij, peccatorísque 9.
Iob 18. v. 13. pœnas amplificans, pergit Baldad: *Deuoret pulchritudinem cutis eius, consumat brachia illius primogenita mors.* Quæ sit ista *mors primogenita*, nullus Doctorum nisi diuinando explicuit: vnde à me, nisi coniectatiunculam, speres temerè. Suspicor igitur primogenitam mortem appellari, mortem Caiet. filij alicuius primogeniti. Nec video cur Caietanus probabiliter hanc phrasim Hebræam credatur explicasse, dum primogenitam mortem, poni ait pro *primogenito mortis:* & non pari probabilitate dicatur, poni pro *morte primogeniti.* Hanc hypallagem Caietani, Rabbini, cæterísque omnes Catholici Hebraizantes dum admittunt, meam etiam spernere non poterunt, vtriusque enim par ratio, æqua licentia: Si enim semel adiectiuum illud *primogenita* substantiuè construendum, & meritò, asseramus, pari iure, aut *primogenitus mortis*, aut L X X. Interp. *primogeniti mors* hic exprimetur. Fauent LXX. qui totum versiculum sic vertunt. *Deuorentur autem Rami pedum eius: comedat autem speciosa eius mors.* Pineda. Car. Græc. Quæ verba plures apud Pinedam, (quibus adde Catenam Græcam,) de filiis mortui, explicarunt.

Tota ergo difficultas superest in explicando, cur mors primogeniti filij, in nostro vulgato, pulchritudinem cutis deuorare, & Patris brachia consumere dicatur: à qua tamen facilè me videor expedire. Pulchritudo cutis, vt nemo nescit, est illa

illa coloris suauitas, qua vultus hilaris renidet: hanc autem dolor, lachrymæ, mœstitia, immissa macie, obducto pallore, solent consumere, & deturpare. (Ouid.) Ouidius in Consolat. Liuiæ, de Tiberio Drusum plorante.

Vidimus attonitum fraterna morte Neronem,
Pallida, promissâ flere per ora, comâ.

Exempla alia in re simili, passim obuia. obscurius quod sequitur, de brachiis consumptis. Reuoco igitur in memoriam, quæ superiori cap. num. 21. dixi, solitas Græcas Latinásque fœminas in dolore, lacertos & brachia ferire, & verberare: in viris idem videor augurari. (Stat.) Statius lib. 2. Silua 6. in morte Pileti.

Quo Domini clamante sono, non sanius atros,
Nigrasset planctu genitrix tibi saua lacertos,
Non pater.

Quod frustra diceretur, nisi & Dominus, & Pater Pileti, etiam lacertos planctu denigrassent, aut in re simili, ictibus denigrare solerent. (Dinam.) Dinamius in epist. ad Discip. *Plus lugent, qui plus diligunt: & dum auxilium præstare nequeunt: pugnis pectus, & lacerta tundunt.* Idem apud Palæstinos, siue Idumæos, qualis fuerat Baldad in vsu fuisse, non vanâ coniecturâ persuadeor: Hinc enim illorum Sacerdotes, dum sacrificiis suis non litarent, ad planctum, & dolorem conuersi, quasi Deorum corda inflexuri, brachia lanceolis cruentabant: (3 Reg. 18. v. 28.) est hoc illud ex 3. Reg. 18. v. 28. *Incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine.* Hunc autem ritum, maximè in lacertos, (Tibul.) seu brachia deseuiisse, satis constar ex Tibullo, vbi de fœmina sacrificante.

Ipsa bipenne suos, cadit violenta lacertos,
Sanguinéque effuso spargit inepta Deam.

(Prudent.) Magis ad rem, quæ de viris habet Prudentius, in hymno S. Romani.

Sunt sacra, quando vos ipsi exciditis,
Votiuus & cum membra detruncat dolor,
Cultrum in lacertos erexit fanaticus:
Sectisque, matrem, brachiis, placat Deam.

(Sanchez.) Plura ibi Sanchez. Sensum ergo versiculi nostri hunc eruo: Mors filij primogeniti, patrem mœsto pallore obducat, & brachia ictibus consumat, & eruentet. iam verò dolor ex primogeniti morte conceptus, quantus sit: ex vtraque paginâ, cuiuis innotescit.

10\. (Iob 31. v. 18.) Cap. 31. v. 18. ita. *Quia ab infantiâ meâ creuit mecum miseratio: & ex vtero matris meæ, egressa est mecum.* Penè in eundem sensum conueniunt omnes versiones: Sed tamen mirâ verborum varie- (Vatabl.) tate, misericordia Iobi celebratur: Vatablus ita. (Hebr. Græc.) *A primis annis educauit me benignitas, velut parens: & quam primum editus sum in lucem, eam mihi vitæ magistram institui.* In Hebræo textu, ad pupillos hæc pietas deriuatur: sic & in Græco: Vnde in (Sixtian.) Sixtianis ita. *Quoniam à iuuentute meâ, enutriebam vt pater, & de ventre matris meæ, dux eis fui.* Nimirum pupillis. Optimè tamen Hieronymus, Latinis vertens, Latinæ, vt par est, adhæsit formulæ: Sic enim naturales virtutes, aliquibus (Val. Max.) quodammodo ingenitas solemus declarare. Valer. Max. lib. 4. cap. 3. *Quoniam ex eodem natura vtero, & continentia nata est, & Cato.* (Ouid.) Ouidius 5. Trist. eleg. 6.

Nata pudicitia est tecum, probitásque fidésque.

(Plin.) Quibus nihil aliud exprimitur, quam illud Plinij panegyristæ in Traiano. *Affectata aliis castitas, tibi ingenita, atque innata: imòque ea, quæ imputare non potes,* id est, non potes inde gratias captare, quando indolis potius vi, quam mentis iudicio, colas castitatem, quod & ipsum callidus adulator in summa laude ponit. Tandem sic Ecclesiasticus cap. 1. v. 16. *Initium sapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vuluâ concreatus est.* (Eccles. 1. v. 16.)

11\. (Iob 31. v. 10.) Eodem cap. v. 10. inter alias imprecationes, hanc subdit vir sanctissimus. *Scortum alterius sit vxor mea: & super illam incuruentur alij.* Quotum verborum occasione, eruditas paginas implet noster Pineda, de sanctis & honestis verborum, ac nominum translationibus, quibus in sacro sermone nominantur ea, quæ nominari non debent. Digrediar & ego paululum, & ad illorum ruborem, (si qua frons superest,) qui in his rebus barbaros se putant, nisi Latinius, quam modestia paritur, loquantur: nonnulla subdam ex profano penu, quibus modestè prisci auctores rem veneream explicarunt, aliis relictis quæ vulgò iam notissima teruntur. inde obiter, locis aliquibus sacris quos dedit Pineda, aliquid lucis accedat necesse est: neque de his quæ ipse ex humaniori litteratura dedit, aliquid mutuabor.

12\. (Aristoph.) Rem palæstricam, venerio exercitio sæpè accommodarunt prisci. Aristophanes in Pace.

Ἔπειτ' ἀγῶνα γ' εὐθὺς ἔξεσται ποιεῖν,
Ταύτην ἔχουσιν αὔριον καλὴν πάνυ,
Ἐπὶ γῆς παλαίειν, τετραποδηδὸν ἱστάναι
Καὶ παγκράτιον.
Postea agones instaurare licebit,
Cum hanc habuerint cras pulchram puellam,
Luctari in arena, inde quatuor pedibus nexis,
Tandem in Pancratio.

(Nonus.) Nonus lib. 43. Dionys.

Ἱμέρτης τελέσαντα, παλαισμοσύνην ἀφροδίτης.
Cum perfecisset cupitam luctam Veneris.

(Ioan. Tzetz.) Ioannes Tzetz. Chil. 9. v. 791. vt Iacob Patriarcham tettagrammon explicaret, dixit.

Πυκτὴν δὲ Λείαν, Ζέλφαν τε, Ῥαχήλην καὶ τὴν Βάλλαν.
Pugilem Liam, Zelpham, Rachelem, Balamque.

(Bellica.) Sed nec solum res palæstrica, sed etiam bellica, huc vocata. Plautus in Trucul. apud quem fœmina de amasio, ita. *Quanquam hic squalidus est, quanquam hic horridus: scitum bellum init.* (Ouid.) Ouid. 2. amor. eleg. 10. *Veneris certamina mutua*, appellauit. Vide (Passerat. Propert. Apul. Petr. Arb.) Passerat. in Prop lib. 1. eleg. 3. inde apud Apul. & Petron. *missionem, rudem, paria*, & cætera eiusmodi passim legis, quæ ab agonistico, & gladiatorio ludo desumuntur. inde & *hastam* pro virili pudendo sumptam, multis probat Rutgersius var. 2. (Rutgers. Martial. Tibull.) cap. 2. Mart. lib. 10. epig. 38. *Prælia, & pugnas* dixit. Tibull. lib. 1. eleg. 3. etiam *prælia* memorat. Nec alia sumitur metaphora Ecclesiast. 26. v. 15. de fœmina fornicaria: *Contra omnem sagittam, aperiet pharetram.* (Eccles. 26. v. 15.)

13\. (Mart.) *Venam* pro virili membro posuit Martialis lib. 6. epigr. 46.

Nec quæ stat rigida supina vena.

(Horat.) Idem lib. 4. epigr. 66. & lib. 1. epigr. 17. Horat. lib. 1. Sat. 2. *Venas inflauit tetra libido:* húcque trahunt aliqui illud Virgil. in Buc. dum Sylenum vo- (Virgil.) cat, *inflatum venas.* idem apud Græcos obseruo. (Antholog.) ἀνθολ. δ. vbi obscœna Priapi statua.

——— Ἀλλ' ἀπὸ πολὺ
Φὼρ ἴθι, μὴ κλαύσῃς, τὴν φλέβα δεξάμενος.
——— *Sed procul hinc*
Fur abi, ne plores hanc venam accipiens.

(Horat.) In idem *Cauda* vsurpatur. Horat. lib. 1. serm. Sat. 2. quod nemo nescit.

Accidit vtquidam, testes caudámque salacem,
Demeteret ferro.

Vetus

Vet Poët. Vetus Poëta apud Tiraq. lege Con. 9.

Nam mensura lato pendentis plurima nasi,
Creditur ...... vulgo promittere caudam.

Aristoph. Sic apud Græcos. Aristophan. in hanc rem, in Concion. κέρκον ἄκραν vsurpauit: id est, *caudam summam.* Quin & esibiles animalium testiculos, quos pudoris gratiâ vocat Hispania, aut *criadillas*, aut, *Higado blanco*: pari modestiâ proferebant prisci
Athen. Græci. Athen. lib. 9. cap. item 9. *De ebullitis carnibus meminit Aristophanes in Præstigiatoribus, sic, testiculos comedi, quos renes vocant. Philippides in re noua. Gnathænam amicam gulosam patefaciens ita scribit.*

Accessit inde plurimos renes ferens, &c.
Tunc ridens Gnathæna; quam boni
Renes ait sunt hi.

Idem. Hæc Athen. & iterum eodem lib. cap. 18. *Aderant nobis sæpius & Parastata vocati, de quibus meminit Epinicus: Sunt autem testiculi.* Sunt autem propriè παράσταται bellorum socij. Vnde huic appellationi, ex illis quæ superiori num. dixi, ratio videtur deriuanda. Aliter apud Arnob. dicuntur, modestissimè.

14. Apud Græcos, τρύπημα, & ἔργον pro vase fœmi-
Aristoph. neo. Aristophanes in Concion. μηδ᾽ εἰμί αι ὁ τρύπημα κυ ὄν. De Ptolomæo Philadelpho, qui vxoris
Sodates. loco habuit sororem Arsinoes, εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὰν κέντρον ὠθεῖν: *in non Sanctum foramen,*
Ioan. Tzetz. *stimulum adegisse:* dixit Sodates. Ioannes Tzetzes Chil. 6. hist. 38. nescio quem taxans scriptorem.

——— φησὶ κατ᾽ πείρας
Ἀπὸ τελῶν ἐργάζεσθ᾽ ὅπου πλῶ ἐργασίαν.

Et paulò pòst.

Τλὼ δὲ ἐργασίαν, λώ φησὶ τελῶν ἐκ τρυπημάτων.

Vbi etiam vides sicut apud Latinos actus venereus *opus* appellatur, sic apud Græcos: bis enim hic repetit ἐργασίαν: & paulò pòst de eadem meretrice.

Τὸ ἔργον πείραν πλεῖν τελῶν ἐκ τρυπημάτων.

Sic passim Lucianus, & alij Græci ἔργον accepere. Apud Latinos res notior.

15. Apud Latinos, *Equitare* Veneris, exercitium
Iuuenal. denotabat. Multa Iuuenalis Interpretes ad illud Sat. 6.

Inque vices equitant, & Luna teste mouentur.

In idem, *ambulare*, vsurpabant: notarunt Scholia-
Catull. stes Catulli ad illud in Mamurram.

Et nunc ille superbus, & superfluens
Perambulabit omnium cubilia.

Idem. Et iterum alibi.

Tremulique quassa lecti
Argutatio, inambulatióque.

Propert. Idem significabat, *iter agere*: Propert. lib. 2. eleg. 32.

At tu, quæ nostro nimium placata dolore es,
Noctibus in vacuis, ter faciamus iter.

Idem. Et lib. 3. eleg. 8.

Annua soluamus thalamo solemnia nostro,
Natalisque tui, sic peragamus iter.

Passerat. Plaut. Vide Passeratium. *Publica via*, de meretrice dicitur: *Fundum septum*, de aliena vxore. Plautus in Curcul. act. 1. sc. 1. *Cautè vt incedas viâ.* Et iterum. *Nemo ire quenquam, publicâ prohibet viâ: dum ne*
Genes. 6. v. 12. *per fundum septum, facias semitam.* Tale fortassè illud Gen. 6. v. 12. *Omnis caro corruperat viam suam.*

16. Eccles. 16. v. 25. Illud Ezechielis cap. 16. v. 25. *Diuisisti pedes tuos omni transeunti: & multiplicasti fornicationes tuas.* Latini, per *tollere pedes*: Græci per αἴρειν σκέλη, *tollere crura* explicarunt. Transcribo explicando Prophetæ, quæ nuper Scholiastes Petronij, ad rem suam scripserunt. Ergo Petron. Arb. in Satyr. cap. 37. Petr. Arb.

An vt matrona onerata phaleris pelagiis,
Tollat pedes indomita, in strato extraneo.

Martial. lib. 11. epigr. 72. Martial.

Protinus accedunt medici, medicaque recedunt,
Tollentérque pedes, ô medicina grauis.

Fragmentum prisci Poëtæ in Atellanis. *Mammas teneas, pedes extollas, congeminet, suauiet.* Aristophanes in Concion. apud quem fœmina, ad hunc modum. Atellana. Aristoph.

Ἐκεῖνο δ᾽ οὐ προὐνοησάμεσθ᾽ ὅτῳ τρόπῳ,
Τὰς χεῖρας αἴρειν, μνημονεύσομεσθα τότε,
Εἰθισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὼ σκέλη.
Illud vero non curauimus, quonam modo,
Manus tollere tunc recordaremur,
Quæ assuetæ potius sumus, crura tollere.

Hæc pauca, minus castos, dum magis se putant Latinos, edocebunt.

CAPVT XXXV.

Incessus variè affectatus.

PERIOCHA.

1. *Virorum gressus ad fœmineam mollitiem eneruatus. Ad arrogantiam compositus. Gigantibus cur anguium crura, fabula tribuerint. Locus Isaiæ 3. à v. 16.*
2. *Fœminæ erecto collo: oculis nictantibus: molli gressu incedentes apud eundem Isaiam.*
3. *Fœminæ infantum instar, affectata teneritudine, & infirmitate procedunt. Locus Deut. 28. v. 56. Locus Esther 15. v. 6.*
4. *Molles & eneruati gressus fœminarum.*
5. *Incessus repens, potius quam ambulans: item leuis alius, qui vix terram calcare videatur.*
6. *Compositus gradus: pompaticus: rythmicus: libratus: perstrepens: innonicus. Locus Prou. 6. v. 13.*
7. *Gradus pompaticus, & arrogans. Amos cap. 6. v. 1. Soph. cap. 1. v. 8.*
8. *Fallones pedibus lauabant vestes: inde motus pedum incompositus Fullonius appellatur.*
9. *Incessus Deorum subtilis per laneos pedes explicatus: quam alius à mortalium gressu fingeretur. Obiter pauca de vinculis Saturni, & numero dierum saturnalium.*
10. *Incessus superstitiosus, aut nullo, aut reuerenti modo calcans: Locus ex 1. Reg. 5. v. 5.*
11. *Incessus perstrepens, & ad terrorem compositus. Locus ex lib. Gen. 3. v. 8.*

12. Discedetur

12. *Disceditur ad παρέργον, de motu & strepitu; qui apud Ethnicos aduenientis numinis index erat: & ex sacris testimoniis, dæmon in hac re, Dei simia denotatur.*

13. *Hæc dæmonis æmulatio, traducto insipido Philonis Iudæi iudicio, pluribus vnius Tertulliani locis comprobatur.*

1. EXPLICABO in hoc capite varium incedendi tenorem: diuersósque gradiendi modos, aut ad molliriem, aut ad superbiam affectatos: absque quorum notitiâ, egregius Isaiæ locus caligauerit. Ergo elegantissimus Propheta-
Ifa.3.v.16. rum cap.3.à v.16.ita. *Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo: & nutibus oculorum ibant: & plaudebant, & ambulabant pedibus suis: & composito gradu incedebant*, &c. In primis ad illorum mentem qui putant, reprehensos in hoc loco, Principes & Dynastas Hebræos, qui euirati mollitie, & in fœmineum luxum declinantes, ad eorundem infamiam, filiarum hic nomine appellantur: hæc accedunt, quæ similem in viris ignominiam denotant, apud profanos.
Iul.Firm. Iulius Firmicus Astron.8 cap.7. *Eorum vestes, ad muliebris cultus similitudinem excolentur: hi & molliter ambulantes, vestigia sua, delicatâ moderatione*
Apulæius. *suspendent.* Apulæius lib. 2. Metam. *Alius sociis subauratis, indutus serico veste, mundóque pretioso, & adtextis capite criuibus: incessu perfluo, fœmi-*
Phœdrus. *nam mentiebatur.* Phœdrus, de Menandro quodam, qui de cultu, omni fœmellâ euiratior procedebat.

Vnguento delibutus, vestitu affluens
Veniebat gressu delicato, & languido.

Lact.Firm. Ex Patribus Lactant.Firm.lib.6.cap.22. *Quorum eneruata corpora, & in muliebrem incessum, habi-*
Saluian. *túmque mollita.* Saluianus lib. 7. de Prouid. *Cum enim muliebrem habitum viri sumerent, & magis quam mulieres gradum frangerent*, &c. Hæc mollitiem notant; ad compositum gradus fastum, qui
Pontanus. etiam hic taxatur: facit illud nostri Pontani, ad
Ouid. 1.Georg. qui obiter expendens illa Ouidij Fast.5. vbi de gigantibus.

Terra feros partus, immania monstra gigantes
Edidit, ausuros in Iouis ire domum:
Mille manus illis, dedit & pro cruribus angues.

Ex probatis Auctoribus sic scribit. *Quod autem ait, habuisse angues pro cruribus, & quod à Poëtis, anguipedes vocantur isti gigantes, quærendum est, quid sibi velit? hoc nempè, quod incessu quodam superbo, tanquam anguium spiras imitati sint, videlicet non sine fastu in semicirculos contortis pedibus, seu vestigiis: id quod thrasonibus, popularisque auræ captatoribus, in consuetudine est.*

2. Longè tamen probabilius est, luxum & indolem fœminarum Hebræarum, hîc reprehendi: Sunt enim, quæ hic describuntur illarum propria. Nescio an fortassè legerit hunc locum propheticum, Euripides in Medea: Scio tamen penè eisdem verbis, puellam regiam, morosè se comentem, descripsisse.

Eurip.
Κ' ἔπειτ' ἀναστᾶσ' ἐκ θρόνων διέρχεται,
Στέγας, ἁβρὸν βαίνουσα παλλεύκῳ ποδί,
Δώροις ὑπερχαίρουσα, πολλὰ πολλάκις
Τένοντ' ἐς ὀρθὸν ὄμμασι σκοπουμένη.
Inde relicto throno surgens, perambulat
Ædes, molliter incedens, pede candido:
Donis exultans: multum & sæpè,
Erecto collo, oculis circumspiciens.

Neque abest illud Petronij, in Satyr. *Quo enim spectant flexa pectine comæ: quo facies medicamine attrita: & oculorum quoque mobilis petulantia? quo incessus arte compositus: & ne vestigia quidem pedum, extra mensuram aberrantia? nisi quod formam prostituis, vt vendas* Hæc satis, quoniam sensus & scopus Propheticus non est obscurus. Petr.Arb.

3. Tota ergo difficultas est in explicandis nonnullis verbis, quæ tam in Hebræo fonte, quam in vulgato nostro, non satis patent. Quid enim est illud: *Et plaudebant & ambulabant pedibus suis?* Huic verbo *plaudere*, respondet Hebræum verbum ἔξω, quod quia tantum semel in hoc loco, apud sacra Biblia reperitur, non est facilis coniecturæ, quid significet; omnes, quos videre potui Hebræorum periti, aliquid puerile, siue puellare hîc denotari volunt: quod proinde Vatablus Vatabl.
sic explicat. *Taxat impudentiam mulierum, quæ saltando more puerorum, vel puellarum ibant per fora, & plateas, percutiendo tympana: aut cruribus suis crepitacula excitantes.* Vatablo fermè adhærent Recentiores: vide Sanctium ibi, qui & alia non Sanch.
futilia adnectit. Nota mecum, hoc verbum, non vtcumque puerorum, sed magis illorum puerorum, qui paruuli, & penè infantes sunt: (hinc enim ἔξω apud Ezech. cap 9 v. 6.) ingenium de- Ezech. 9. v.6.
notare: vnde cum ad incessum hîc assumatur, videtur gressus illos infantiles denotatos exprimere, quos Hispanè dicimus, *bucer pinitos*: id autem, non ea ratione, quam inculcat, Interpres Persij Casaub.
ad Sat.1. quasi vellent fœminæ Hebrææ, se infantes mentiri, inolito delicatorum more, qui *pappare minutum poscunt*: Sed quia eam mollitiem in gradiendo affectabant, vt infantium teneritudinem referrent. Sic capio illud Deut.28. v.56. Deuter.28. v.56.
Tenera mulier & delicata, quæ supra terram ingredi non valebat: nec pedis vestigium figere propter mollitiem, & teneritudinem suam. Vnde & optimè explicatur illud Esther cap. 15. v. 6. *Assumpsit duas* Esther 15. v.6.
famulas, & super vnam quidem innitebatur, quasi præ deliciis, & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens. Nisi quod piissima regina, non tam vitij affectu, quam liberandi populi caussâ: captandis Assueri oculis, hanc incessus mollitiem inculpabiliter simulabat, sicut inculpabiliter, se vestibus, & gemmarum nitore adornauerat. hoc est, ni fallor, quod, oculatissimè vt solet, notauit hic meus Sanctius hisce verbis. *Deinde ad* Sanch.
aliarum Heroidum consuetudinem, ostentans, (nam in hac imbecillitate, quâ sunt insiniá, fœminæ non minimam pulchritudinis partem esse putant: & cum sint interdum robusto corpore, & firmis viribus, infirmas se simulant, & graciles, quæ alienis viribus indigeant,) ad harum igitur exemplum, ne regios offenderet oculos, infirmitatem simulans, alteram ancillam deferebat Esther. Cum enim fœminæ vera putent illa Ouidiana 3. de art. Ouid.

Est & in incessu pars non temnenda decoris:

Prout res sibi postulare visa, nunc firmiter erecto collo: inde nictantibus oculis, lasciuè: tunc molliter, titubantibus gressibus quandoque gradu composito, pompaticè incedunt: quæ omnia graphicè hîc adnumerat Isaias.

4. Visus id, ex Hebræo, aucupatus hic Vatablus, qui ita vertit: *Quandoquidem fastuosæ sunt filiæ Sion,* Vatabl.
& porrecto collo incedunt: ac fallaci oculorum nutu, incedendo molliter, ac fracto eunt: & pedibus suis ornamenta adhibent. Licèt, quod vltimo loco de ornamentis pedum posuit, minus probem, de quo infra.

insta. Videamus iam hos fractos, & verè infantiles gressus, mollisque teneritudinis motus, fœminis affectatos. Petron. Arb. in Satyr. Petr. Arb.

—— Omnibus ergo
Scorta placent, fractique & enerui corpore gressus,
Et laxi crines.

Propert. Propert. lib. 2. eleg. 12. de Musâ suâ.

Quæ caput, & digitos, & lumina nigra puellæ,
Et canit vt soleant molliter ire pedes.

Ouid. Ouid. 3. de arte.

Sed sit & in multis modus hic quoque rusticus, alter
motus in incessu, mollior alter erit.

Catul. Catullus item, & alij legendi in hanc rem.

Illud hac in re difficilius, cur hanc mollitiem fractam, & fictam teneritudinem, vulgarus noster per *plausum* explicarit: Aliquis inde deductum suspicabitur quia infantes, & qui in hac re infantire se simulant, dum non tam pedes tollere gradibus metiendis, quam repere videntur, tractis vestigiis, & minutioribus sosi ictibus, & vt tenera figant vestigia, sonantius impressis, perstrepere audiuntur: hásque pulsatiunculas crebriores, plausus appellauit: nam pedibus perstrepentibus plausus tribuere, saltem in re aliâ, notum ex Latinis. Hos repentes Senec. gressus mordet Seneca lib. 7. caus. nat. cap. 31. *Tenero & molli incessu suspendimus gradum: non ambulamus, sed repimus.* Hoc quamuis probabile fortè alicui videatur, mihi tamen non satis ad gustum, eo vel maximè, quod in tam molli incessu, (quidquid aliàs, gressus repens perstrepet,) vix sonitus, qui plausus vocetur meritò, audiatur: vnde enim Estherem sic plaudentem diceres: aut puellam il-Euripid. lam, ad quam mater, apud Euripid. in Aulide.

Σὺ δ' ὦ τέκνον μοι λεῖπε πωλικὸς ὄχους,
Ἁβρὸν τιθεῖσα κῶλον, ἀσθενὴς θ' ἅμα.
Tu verò fi ... mea, relinque equestres currus,
Tenerum ponens pedem infirmúmque.

Quin potius, decor, & pulchritudo, quæ ex hoc molli gressu captari visa, in eo consistebat, vt fœ-Petr. Arb. minæ vix solum attingere, aut terram calcare viderentur. Petronius Arbit.

Planta decens modicè vestit calcare lapillos,
Et durâ lædi fœlus est vestigia terrâ:
Ipsa tuos cum ferre velis per lilia gressus,
Nulli sternuntur leniori pondere flores.

Ecquem ex tam leui tactu, sonitum sperares? nihilominus, dum aliquid melius non subluccet, id quod initio dicebam, quamuis non satis ad gustum, deglutiendum: cum saltem aliquando, repentes gressus sonitum edere negari nequeat: aut (quod mauellem,) hunc plausum, ad subsequentem sen-D. Hieron. tentiam de gradu composito, deduxit Hietonynum: neque enim, qua bonus Interpres, astrictus erat, verbum verbo reddere, sed totius sententiam Sanch. periodi exprimere: quod in re simili voluit Sanchez ad hoc cap. suo numero marg. 30. in gradu verò composito, & arrogantí, hic plaudens sonitus longè notior, vt iam videbis.

6. Idem. Compositum gradum, in hoc loco, de pompatico, iam aliqui explicarunt, & meritò: vide Sanchez. Ecquis, inquis, gradus pompaticus? ego illum capio, qui non merum fastum & arrogantiam inuoluit: sed simul decorem, & quodammodo rythmicam mensuram adhibet gradienti: &, vt vulgò dicitur vmbram quandam admittit choCatull. rearum, talem puta illum Catulli.

—— Quam videtis
Turpe incedere, rythmicè, ac molestè.

Propert. Et Propert. lib. 2. eleg. 4.

Ibat & expenso, planta morata gradu.

P. Pinto Ramirez S. Script. Selecta.

Ignotus Auctor, sed optimus, qui apud Ruthg. var. Ruthg. lect. lib. 5. cap. vlt. Latinis carminibus ex Græco, Heroum Heroidúmque imagines depinxit, ita de Polixena.

—— Pede fulta breui procera venustas,
Poplitis erecto vibrans vestigia gressu.

Idem ibidem de Helenâ.

Pes breuis, incessu terram librante supino,
Lasciuum fastendit iter: crurimque decorâ
Mobilitas, compto libramine ponderat artus.

Vocant Latini *Iunonium incessum*: de quo Græcâ Parœm. parœmia: βαδίζειν ἡραῖον, ἐμπεπλισμένον. *Incessus* Græc. *Iunonicus, est complicatus:* quia complicatis vestigiis, (de quo paulo antè n. 1.) libratisque poplitibus edebatur. In Sixtianis legitur: *Et pedibus simul ludentes.* Sixtian. quod huc facit Cerda ad illud Virg. 1 Æn. *Ast ego* Cerda. Virgil. *quæ Diuum incedo regina*: putat incessum Iunonicum fieri cum quodam modulo: affert illud Liuij de T. Liu. virginibus Iunoni facientibus: *Pulsu pedum modulantium incesserunt*, & alia. Quæ si vera habeas, (mihi enim adhuc in dubiis,) optimè explicabis illud de plausu, quod huic parti dicebam conuenire. Sin minus, satis plausus explicatur, in hoc gradu pomparico & arroganti, qui pauimenta durius ferit, & comprimit stridentius. Est hoc illud Prou. 6. v. 13. Prou. 6. v. 13. *Annuit oculis, terit pede.* Tigurina. *Indecore pedes suos* Tigurin. *succutit.* Vbi Salaz. *Solet enim qui pompaticè gradiun-* Salazar. *tur, pede supplodere, vti strepitu ipso, se inflare testetur.*

7. Fortassè merum fastum, absque elegantiæ decore affectato, mordet Amos cap. 6 v. 1. dum ait. Amos 6. v. 1. *Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates, capita populorum, ingredientes pompaticè Domum Israel.* Illud tamen quod Interpretes ibi adducunt ex Cicerone lib. 1. offic. etiam Tull. elegantiam affectatam importat. eius verba. *Cauendum est, ne tarditatibus vtamur in incessu mollioribus: vt pomparum ferculis similes esse videamur.* Illa enim mollior tarditas, suspenso libramine peragi videtur, quod ad comptum etiam erat. De loco illo Sophoniæ 1. v. 8. *Et visitabo super omnem,* Sophon. 1. v. 8. *qui arroganter ingreditur limen in die illa.* Ambigo adhuc, an meram arrogantiam, an etiam superstitiosum aliquid spiraret.

8. Incompositum saltum, & indecentem pedum motum, *fullonicum* appellauit Seneca epist. 15. hic etiam vitiosus, vocabulum sortitus est à fullonibus, qui olim pedibus calcantibus vestem lauabant. Vide Interpret. Ego in hos incidi. Non. Dion. lib. 3. Nonus.

Et prope in vrbe erat ibi in elegantibus puteis,
Cunctarum squalentem multitudinem velorum,
Ποσὶ πολυσφίγγοισιν ἐπισείοντα χιτῶνας,
Ποσὶν ὁμοζύγοισιν.
Pedibus peragilibus calcans tunicas,
Pedibus inter se contendentibus.

Titinius de Fullonibus. Titinius.

—— Terra hæc nona est.
Quasi vbi tu solitus pedibus argutarier,
Dum compescit cretam, & vestimenta eluit,

Hodie apud Africanos, eundem vsum, lauandi pedibus vestes, audiui.

9. Parœmiam veterem, quæ ait, *Dij laneos pedes habent.* Ego ita intelligebam, ac si subtilis, & imperceptibilis illorum incessus notaretur: aut fortè intimus illapsus, quo humana corda penetrare credebantur: tale est illud Statij lib. 3. Sil. 1. Statius.

—— Resistque Deus, dilectáque Polli
Corda subit, blandisque virum amplectitur vlnis.

Aliud tamen voluit Macrobius Sat. 1. cap. 8. *Cur* Macrob. *autè Saturnus ipse compedibus visatur, Verrius Flaccus se ignorare dicit: Verùm mihi Apollodori lectio suggerit.*

O Saturnum

Saturnum Apollodorus, alligari ait per annum, laneo vinculo: & solui ad diem sibi festum, id est, mense Decembri. Atque inde prouerbium ductum, Deos laneos pedes habere. Si stas Macrobio: allu-
Statius. sisse noueris ad hæc vincula Statium in Kal. Sat. sed non illa lanea.

Saturnus mihi compede exsolutâ.

Martial. & alij. Et Mart. lib. 3.

Has cum gemina compede dedicat catenas,
Saturne tibi Zoile.

Vbi Interpretes notant, ideò vinctorum com-
Arnob. pedes dicari Saturno, quia & ipse vinctus. Arnob. lib. 4. *Nunquid à nobis dicitur è pelagi spuma, & cœli genitalibus amputatis, Cytheream Venerem concretam coaluisse candorem? Nunquid parricidij vinctum esse Saturnum: & suis diebus tantum, vinculorum ponderibus releua i?* quot autem essent dies Saturnales, à Kalend Decembr. inchoati, vix constat.
Lypf. Vide Lypf. Sat. 1. cap. 4. Illis qui credunt se-
Lucian. ptem fuisse, addo apertum testimonium Luciani in epist. Sat. vbi Saturnus ita querulo pauperi respondet: *Porrò mea potestas non est ad taxillos vsque, saltationes, cantionem, & ebrietatem valet idque septem, non amplius diebus.* Hi Auctores vt vides vincula ferrea, non lanea dant Saturno, sic & alij plures. Vnde Apollodorus videtur interpretandus, de iis vinculis, quæ Ethnici statuis Saturni apponebant, ad illorum monumentum, quibus ipse reuera vinctus credebatur: & ad quæ Auctores cæteri alludunt. in id autem satis erat si lanea adhiberentur, & certis illis diebus, ridiculo signando mysterio tollerentur. Vtcunque sit, adhuc probabilius puto, subitem Deorum incessum, & subitum aduentum significari, quo nisi volentes, non percipientur. putabatur autem Deorum incessus, longè alius à mortalium gressu: de quo nihil habui quæ adderem his quæ dedit
Cerda. Virgil. Cerda ad illud Æn. 5. de Dea Iride.

Ardentésque notate oculos, qui spiritus illi,
Qui vultus, vocisque sonus, vel gressus euntis.

Et lib. 1. de Venere: *Et vera incessu patuit Dea.*

10. Erat & incessus quidam, apud Ethnicos superstitionis plenus, quo velut reuerentiâ commoti, & sacro metu perculsi, sacra loca, trepidè, aut
Lucan. nullatenus calcare præsumebant. Pulchrè Lucanus lib. 8. in illum indignatus, qui tumultuarium Pompeij Magni bustum, inscripto lapide signauit.

—— Omnia Lagi
Rura tenere potest, si nullo cespite nomen
Hæserit: erramus populi, cinerúmque tuorum
Magne metu, nullas Nili calcemus arenas.

Id est, ni certus locus signaretur, crederemus, vt par erat, Manes tuos ingentes; omnem Ægypti plagam occupasse, vnde de reuerentiâ, totam illam regionem calcare, non audeteremus. Simile est illud Philistinorum, qui limen templi, non calcabant, quia Dagon Idolum iacuetat commi-
1. Reg. 5. v. 5. nutum. 1. Reg 5. v. item 5. aut si fortè necesse erat calcare, non nisi incessu quodam ttepido, & vndique reuerenti, id fiebat: ad quam rem, nihil me legisse superstitiosius memini, quam illud
Corn. Tac. Cornel. Taciti de Mot. Ger. vbi de Senonibus, (qui lucos suos, vt alibi dixi, adorant, & instar Deorum habent,) ita. *Est alia luco reuerentia: nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, vt minor: & potestatem num nis pra se ferens. Si fortè prolapsus est, attolli & insurgere, haud licitum: per humum euoluuntur.* Possent huc afferri *Nudipedalia sacra:* Sed de his nihil habui quæ addiderim. Vide Cer-
dam ad Tert. lib. 2 num. 975. Seneca infra, *supplicem pede*, dixit num 12. Cerda. Senec.

Incessus quidam est ad terrorem compositus, 11.
& grauiori pedum strepitu se prodens, sic Ouidius Ouid.
Metam. 5.

—— Vidi procedere longam
Ante pedes vmbram, nisi timor illa videbat,
Sed certè sonitúque pedum terrebar.

Vitgil. 2. Æn. Virg.

Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Suspensum:

Et post pauca.

—— Subitò cum creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus.

Nonnus verbo *Crepare.* Nonnus.

Sed sonitus aures meas pedum pulsu increpat.

Maius aliquid est illud Protoparentum: *Et cum audissent vocem Domini D i d ambulantis in paradiso.* Genes. 3. v. 8. sic L X X. ἤκουσαν τῆς φωνῆς. nonnulli explicant de voce Dei loquentis, & clamantis: *Adam vbi es?* Falluntur tamen: iam latuerat homo, cum vox hæc ad illum, (quidquid velit Paraphrastes Chald. qui illis visus fauere dum ait, *vocem verbi Domini Dei*:) Melius Pereira cum aliis, explicat de ingenti quodam terrificóque sonitu, ac fragore, quo Deus aduentum suum, præsignificare noluit. Ego puto *vocem deambulantis*, esse deambulantis strepitum, & grauiorem quendam pedum pulsum; quasi ipsi gradus grandiores & sonantes, iram, tantum non ptolatis verbis testarentur. Fauet D. Leontius apud Phot. cod. 272. apud quem Adam ita, ad Deum. *Vocem tuam audiui ambulantis, & abscondi me: & cur timerem satis erat, vel pedum tuorum strepitus: tanti enim iudicis omnia clamant membra.* Gen. 3 v. 8. Paraphr. Chald. Pereira. D. Leont.

Nota obiter, si vera habeas, quæ paulo antè 12.
Pereira voluit: illum fragorem concusso quodammodo paradiso, & aura meridiei ventilante, similem esse fragori & vento vehementi, sub quo Spiritus S. Apostolos repleuit Act. 2. v. 2. vt ibi Act. 2. v. 1.
notant Interpretes. Sed magis ad rem illud Act. 4. Et v. 3.
v. 3. *Et cum orassent motus est locus in quo erant congregati, & repleti sunt omnes Spiritu sancto.* Ex quo factum, vt dæmon Dei similia, simili motu, aduentum suum apud Ethnicos simularet. Inde Seruius Seru.
ad illud Virgil. lib. 3. Virgil.

Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repente,
Liminàque, laurúsque Dei, totúsque mouerè
Mons circum.

Ita scribit: *Opinio est sub aduentu Deorum moueri templa.* Vide Cerdam. Statius in coma Earini. Cerda.

Sic ait, & motat miratur Pergamos aras. Statius.

Lucanus lib. 5. Lucan.

—— Immotáque culmina templi
Securúmque nemus, veritum se credere Phœbo
Prodiderant.

Seneca in OEd. vbi Creon. Seneca.

Vt sacrata templa Phœbi, supplicij intraui pede, &c.

Gemina Parnasi niualis arx trucem sonitum dedit
Imminens Phœbaia laurus tremuit, & mouit domum.

Claud. lib. 1. de rapt. Claudian.

Iam mihi cernuntur, trepidis delubra moueri
Sedibus, & claram dispergere culmina lucem,
Aduentum testata Dei.

Similia passim leges. Sed quoniam inculcaui supra, idem alibi sæpius inculcaturus, conatum dæmonem, se Dei similem, imò simiâ exhibere adnectam

pauca

panca quæ in hanc rem, grauissimè Tertulliant, protulit.

13. Phil. Iud. Philo Iudæus lib. de confus. ling. expendens Babel turrim Genes. 11. & fabulam gigantum, sic scribit. *Quibus Maiorum instituta displicent, homines impy; & tantum ad accusandas leges diserti, arreptis impietatis ansis talibus sic cauillantur. Etiam nunc extollitis præcepta vestra, vt veritatis regalas: ecce sacri quos vocatis libri, fabulas continent, quales aliis referentibus irridere soletis: nec opus est eas legibus interspersas colligere, quasi calumniandi studio, satis erit, præsentes vos commonefacere. Hæc enim vna certe, simillima est illi de Aloadis, quos optimus Poëtarum Homerus conatos narrat fuisse, tres maximos montes, alium super alium aggerere, sperantes se hoc modo facilem sibi viam munituros qua ad ætheriam sublimitatem euaderent: de quibus extant hi versus.*

Ter conati sunt componere Pelion, Ossa:
Scilicet atque Ossæ, frondosam inuoluere
Olympum.

Olympus, Pelion, Ossa, montium, sunt nomina, pro quibus legislator inducit turrim extructam, ab eius sæculi hominibus, qui propter dementiam, & vastum animum, conati sunt cœlum attingere, consilio longè stultissimo. Hæc Philo, qui tamen pueriliter, & nugatoriè, quod non rarò solet, putat, nisi ad allegorias confugiatur, non posse aliter calumniam euitari. Fallitur: nam vel Homerus nostra legit, & inde, non absque dæmonis impulsu, nugas suas conformauit: aut has, & similes fabulas, iniecit priscis idem dæmon: vt aut sua etiam vera, aut nostra fore ridicula posteri arbitrarentur. Cape in hanc rem, aliis

Tertull. prætermissis, multum Tertullianum. Apol. cap. 47. *Quis Poëtarum: quis Sophistarum: qui non omnino, de Prophetarum fonte potauerit? inde igitur Philosophi sitim ingenij sui rigauerunt: vt quæ de nostris habent, ea nos comparent sibi*, &c. *Omnia aduersus veritatem, de ipsa veritate constructa sunt: spirantibus æmulationem istam spiritibus erroris. Ab iis adulteria huiusmodi salutaris disciplinæ suborta: ab iis quædam etiam fabulæ immissæ: quæ de similitudine fidem infirmarent veritatis, vel eam sibi potius euincerent: vt quis ideò non putet Christianis credendam, quia nec Poëtis, nec Philosophis: vel ideò magis Poëtis, & Philosophis existimet credendum, quia non Christianis. itaque ridemur Deum prædicantes iudicaturum: Sic enim Poëtæ & Philosophi, tribunal apud inferos ponunt. Si gehennam comminemur, quæ est, ignis arcani, subterraneus ad pœnam thesaurus, proinde decachinnamur: Sic & Periphlegeton apud mortuos, amnis est, & si Paradisum nominemus, locum diuinæ amœnitatis recipiendis Sanctorum spiritibus destinatam, maceria quadam ignea illius zonæ, à notitia orbis communis segregatum: Elysij campi, fidem occuparunt. Vnde hæc, oro vos, Philosophis ac Poëtis? nonnisi de*

Idem. *nostris Sacramentis.* Pulchra iterum lib. contra Hær. cap 40. lib. de Bapt. cap. 5. lib. de An. cap. 46. & cap. 48. Non possum tamen non transcribere illa lib. de Cor. mil. cap. 15. illum commendans, qui profanâ coronâ spretâ raptus

Idem. fuerat ad martyrium. *Erubescite Romani Commilitones eius, non iam ab ipso iudicandi, sed ab aliquo Mythræ milite: qui cum initiatur in spelæo, in castris verè tenebrarum: coronam interposito gladio sibi oblatam, (quasi mimum martyrij,) dehinc capiti suo accommodatam, monetur obuiâ manu, capite depellere, & in humerum si fortè transferre: dicens, Mythram esse coronam suam, atque exinde nunquam coronatur: id quod in signum habet ad probationem sui, sicubi tentatus fuerit de sacramento: statimque creditur Mythræ miles, si deiecerit coronam, si eam in Deo suo; esse dixerit. Agnoscamus ingenia diaboli, idcircò quædam de diuinis affectantis, vt nos de suorum fide confundat, & iudicet*, ignosce παρέργῳ longiusculo, saltem de spicilegij libertate: maximè, quia & dictis supra, & infra fortè sæpè dicendis, non importunum.

CAPVT XXXVI.

Nonnulla, quæ priscis Regibus, in vsu.

PERIOCHA.

1. *Principum salus, & vita, in attestationem, & iuramentum vsurpata. Locus ex Genes. 42. v. 25. etiam à fœminis; Iudith cap. 11. v. 5.*
2. *Sub cortinâ ad maiestatis insigne, Principes celebrantur: & iudices. Cortinæ alia in titulos dominij.*
3. *Regalium statuarum tituli luto deleti: Statua Tyranni, patibulo affixa. De statua Christi Domini, nefas simile. Alia ludibria Principum statuis illata. Locus ex Psalm. 72. v. 20.*
4. *Truncata Tyrannorum statua, quibus victoris Principis capita superposita. idem in pictis imaginibus. Locus Abacuch 3. v. 13. & 14. & Psalm. 38 v. 7. Sed non solum tyrannica statua, sed quæuis alia, etiam Deorum, in ambitiosi Principis gloriam, idem passa.*
5. *Fornix triumphalis, cur & vbi erigeretur. An erigentis Principis nomine vocaretur. Locus ex lib. 1. Reg. 15. v. 12. & lib. 2. 18. v. 18.*
6. *An, & qui Principes olim, fœminas in Concilium admisissent. Locus Act. 25. v. 23.*
7. *Conuiuium Regis Assueri aërius color, an albus. Color earinus: ἰάσινος, seu vernus. Hyacinthinus, ferrugineus est, siue κύανος. Locus Esther 1. v. 6.*
8. *Hyacinthinus alius color, suaue rubens: nonnullis cœlestis appellatur. Aliis sapphirinus, pro aerio.*
9. *Carbasinus color. glaucus. vitreus. ὑάλινος.*
10. *Pergitur in eodem Estheris loco: pauimenta asarota, quibus picta.*
11. *Marmor viride ad has delicias. Pauimenta vario marmore constrata: aut diuersarum crustarum marmoratione depicta.*

12. *Explicatur eiusdem Estheris locus c. 1. v. 8. Lex cogens ad bibendum: modestè abrogata. Quis οἰνόπτης, seu vini inspector. Cur oculus diceretur.*

13. *Regina Persarum, an mariti haberetur ancilla? Persa Monarcha, Deus habitus. Persæ quomodo ebrij, consultare, & decernere dicantur, pluscula ex Estheris libro.*

14. *Fibula, nobilitatis insigne: eius materia: forma: & locus quo gestata. plura ex lib. Machabæorum. aliquid de fibula fœminea.*

15. *Sceptrum, pro Rege, vel regno, cur sumatur. Arbor surculorum mater. Ezech. 19. v. 10 &c.*

16. *Titulus Domini arrogans. Locus Actor. cap. 25. v. 17.*

17. *Oculus, auris, os, manúsque Regis, quis diceretur Latera alicuius, pro lateronibus. Nonnulla è sacris illustrata.*

1. REGVM salus hodie, in asseuerationem veri assumpta, etiam olim in idem vsurpata. Gen. 42. v. 25. ait Ioseph. *Per salutem Pharaonis, non egrediemini.* An verò hoc esset iuramentum, dubitant Interpretes. D. Basilius Magnus in Ps. 19 meram attestationem fuisse contendit, addens: Εἰσὶ δέ τινες λόγοι, σχήματα μὲν ὅρκων ἔχοντες, οὐχ ὅρκοι μὲν ὄντες. *aliqua sunt verba speciem iuramenti præ se ferentia, quæ tamen re a se, talia non sunt.* An hîc iurasset Ioseph, non discutio: potuit, vt ait sanctissimus Doctor, esse merè, θεράπεια πρὸς τοὺς ἀκροατάς, *protestatiuum quoddam obsequium ad auditores.* Tamen salutem Principum, non solum ad simplicem attestationem, sed etiam ad iuramentum, vocatam: disco ex Tertull. Apol. cap. 32. *Sed iuramus, sicut non per genios Cæsarum, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus geniis.* Vbi Cerda adductis verbis Basilij citati, videtur innuere, idem sensisse Tertull. id ego non probarem, addit enim statim cultus Afer: *Saluum volumus esse, quod Deus voluit, & pro magno id iuramento habemus.* Sic etiam capio Prudentium hym. 14. Perist. vbi quidam.

(Margin: Genes. 42. v. 25. — D. Basil. Magn. — Idem. — Tertull. — Cerda. — Tertull. — Prudent.)

Testor salutem Principis, me simplici
Functum secantis arte, iuxta iex optime.

Obserua autem hanc salutem, seu vitam Principum, in protestationem, seu iuramentum vsurpatam, non solum, vt hodie, viris Publicis, & militibus in vsu: sed etiam fœminis: inde Iudith: *Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & viuit virtus eius.* cap. 11. v. 5. An autem Iudith iuraret necne, dubitant adhuc Doctores.

(Margin: Iudith 11. v. 5.)

2. Velum olim, (hodie cortinam dicimus,) Regibus ad maiestatis ostentationem prætensum, multis iam alij obseruarunt. Vide Roam de nat. sacroprof. cap. 21. Vbi etiam innumera alia, de sacris velis. de Cortinariis verò videndus Cerda ad Tertull. lib. 15. num. 230. Iudices etiam in tribunali sedentes, velum obtegens decorabat, quod ex Sidon. Apoll. lib. 1. epist. 1. & Imp. legibus, quas citat, firmat Ramirez ad Mart. lib. 1. epigr. 35. id solum addo, Romanos aliquos Principes, non solum, dum in publicum se darent; sed etiam, dum se domi continerent, hoc velo vsos: disco ex Lampridio in Alexandro, vbi huius comitatem commendat. *Cum amicis tam familiariter vixit, vt communis esset ei sæpè consessus, iret & ad conuiuia eorum, aliquos autem haberet quotidianos, etiam non vocatos: salutaretur verò quasi vnus de Senatoribus patente velo, admissionalibus remotis, aut solis iis qui ministri ad fores fuerant: cum antea salutare Principem non liceret, quod eos videre non poterant.* Falluntur tamen, qui putant illud D. Ambrosij lib. 5. epist. 34. ad Marcellinam sororem: *Illic nunciatum est mihi comperto, quod ad Portianam Basilicam, de Palatio Decanos misissent, & vela suspenderent.* De velis seu cortinis regiis intelligendum, sub quibus Durus tunc Imperator ad maiestatis insigne & reuerentiam: vi tamen basilicam occupaturus deiiceret: falluntur inquam: erant enim hæc vela siue cortinæ non tam tegendo tyranno Principe aduenturo, quam illius tyrannico & præsumpto iuri tuendo: vocabantúrque *tituli* quia ius alicuius tuebantur. notauit rem eruditè Baronius, & ex illo Roa citatus. De his paulo pòst Ambros. *Dum hæc tracto suggestum est mihi cortinas regias esse collectas*, &c. Et paulo pòst. *Postea verò cum cognouerim cortinas regias esse detractas*, &c. Nec solum detractæ sed etiam à puerili turbâ scissæ, quasi tyrannici Principis ius abolituræ. idem ibidem. *Exactus est totus ille dies in mœrore nostro, scissa tamen ab illudentibus pueris cortina regia.* Ergo hæ cortinæ, vt plurimum nomine alicuius inscriptæ, & imagine insignitæ, eiusdem dominium appensæ loco alicui testabantur. plura ibi Roa.

(Margin: Roa. — Cerda. — D Sidon. Apoll. — Ramirez. — Lamprid. — D Ambr. — Baron. — D. Ambr. — Idem. — Idem.)

Vt scissas cortinas, titulorum vice erectas in Principis tyranni otium, hîc legis: Sic etiam delebantur tituli luto, qui statuis addebantur tyrannorum. Lampridius in Heliogabalo. *Misit ad milites litteras, quibus iussit, vt abrogaretur nomen Cæsaris, Alexandro misit qui in Castris, statuarum eius titulos, luto tegerent: vt solet fieri de tyrannis*, &c. *Sed vbi primum lutati sunt tituli statuarum, milites omnes exarserunt.* Durius est, quod Trebellius narrat in Trig. Tyr. vbi de Celso, ita. *Corpus eius a canibus consumptum est, Siccensibus qui Gallieno fidem seruauerant, perurgentibus: & nouo iniuria genere, imago in Crucem sublata, persultante vulgo: quasi patibulo ipse Celsus, videretur affixus.* Durissimum, (vt ex sacris aliquid addam,) & plorandum adhuc, impiorum facinus, quod narrat Ioan. Bapt. Egnatius, in vitâ Constantini, vltimi Paleologi. *Redemptor ipse Christus, proh pudor, & dedecus nobis æternum! iterum Cruci affixus, luto limóque vexatus est: éaque omnia repræsentata, quæ in illum Iudæorum gens, olim impia patrarat. Elogium inde additum Cruci: Hic est Christianorum Deus.* Et pateris Numen, & imperio adhuc isto fruentur Turcæ? Sub metaphora eradendi hos titulos tyranni, Tertull. lib. de Pœnit. c. 7. ita de Dæmone. *Sed enim pernicacissimus hostis ille, nunquam malitia sua otium facit: at qui tunc maximè sæuit, cum hominem plenè sentit liberatum: tunc plurimum accenditur, cum extinguitur: doleat & ingemiscat necesse est, veniâ peccatorum permissâ, tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis retro sua erasos.* Hinc lux, si minus prima, saltem vberior, loco Psalmi 72. vers. 20. *Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua, imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Loquitur Dauid de Dei hostibus, ab illo expugnatis: quorum nomine, 3.

(Margin: Lamprid. — Treb. Pol. — Ioan Bapt. Egnat. — Tertull. — Psalm. 72. v 20.)

aut

aut peccatores, aut ipsi dæmones intelliguntur. D. Hieron. In Hebræo apud Hier. etiam legitur, *in ciuitate tua:* Sixtian. Sic & in Sixtianis: & in Græco expresse, *ἐν πόλει σοῦ.* Vatabl. At Vatablus absolutè legit, *in ciuitate,* tantum quasi hæc ciuitas sit indifferens, vel ad Dominicam, vel ad hostilem vrbem significandam. Imò retento possessiuo illo, *tua*, vulgati nostri, idem sensus eruetur: aut ciuitas *tua* propria, quam reuertens ex victoria ingrederis gloriosus: aut hostilis, quam *tuam* iam victor reddidisti: aut denique *tua*, (& huc magis propendeo,) quia, quæ tyrannicè ab hoste tenebatur, eodem expugnato, tuam tibi recuperasti. Vtcunque sit, alluditur ad morem, quo hostiles imagines & statuæ à Principibus victoribus detruduntur, & ludibrio exponuntur. Sic apud Historiographos Romanos, Scylla. Marij statuas ludibrio exposuisse legitur: Sueton. quas postea Cæsar, vt habet Suet. restituit, cum aliis eiusdem Scyllæ & Pompeij: Suetonius cap. 75. Quid? in triumpho etiam, imagines eorum, quos viuos capere non poterant, deferebant, Plutarch. vt habes apud Plutarchum in Anton. de imagine Cleopatræ triumphata. Insigne est illud ludibrium, cui Domitiani statuæ subiacuerunt, Plinius. de quo Plin. in Paneg. *Illa autem aurea & innumerabiles, strage & ruinâ, publico gaudio litauerunt, iuuabat illidere solo superbissimos vultus, instare ferro, sauire securibus: vt si singulos ictus, sanguis doloráque sequeretur.*

Erat & aliud ludibrij genus, statuas scilicet infœlicis aut Principis, aut tyranni fundere, & ex illis quodammodo ad nihilum redactis, vasa humano vsui ministratura, fœlici transformatione parare. Dio. Dio in Neruâ, fusas hoc modo Domitiani statuas scribit: *καὶ ἐξ αὐτῶν, μεγάλα χρήματα συνελέγη*, & inde multum pecuniæ comparatum. Plin. Plinius citatus: *Nemo tam temperans gaudij, seraque lætitia, quin instar vltionis videretur cernere laceros artus, truncata membra, postremo truces horrendásque imagines, abiectas, excoctásque flammis: vt ex illo terrore & minis in vsum hominum, ac voluptates, ignibus mutarentur.* Ex dictis capies, Vatabl. quam meritò Vatablus, locum nostrum sic euertat ex Hebræo: *Despicatas reddes in ciuitate imagines illorum.* Vbi obiter aduerte hunc vnum legisse in plurali, *imagines:* cum reliqui omnes, *imaginem* retineant, etiam ex Græco *εἰκόνα.* neque mirum; nam quascumque vitiorum imagines, abolitâ diuina similitudine, peccator assumat; vnum tamen, quem Deo præfert, dæmonem repræsentat: ac proinde plures, pro vnâ tantum reputantur, vel etiam eum in vno vitiorum, reliqua quodammodo eminenter contineantur, idem vnum, pro omnibus vsurpatur. Dixi de hac re fusissimè alibi ad mores: innumeris ex sanctorum Patrum adductis testimoniis.

4. In more etiam erat Principum triumphantium, Capita statuarum, Tyranni Principis deuicti, detruncare: eisdémque capita propria inserere: ac proinde eædem quæ prius tyranno, postea legitimo Domino seruiebant. Allusit Abac. 3. v. 14. Abacuch 3. v. 14. *Maledixisti sceptris eius capiti bellatorum eius.* Vbi Doctorum alpha Hierony- D. Hieron. mus: *Quasi corpus decollet à capite, & vbi caput pessimum fuerat, ibi caput optimum reponatur, ponamus exemplum, vt quod dicimus manifestius fiat. Si quando tyrannus detruncatur, imagines quoque eius deponuntur, & statua: & vultu tantummodo commutato, ablatóque capite: eius qui vicerit, facies superponitur, vt manente corpere, capitibúsque præcisis, caput aliud commutetur.* Hæc explicant quæ paulò antè dixerat S. Doctor, ad illud eiusdem Prophetæ v. 13. Abac. 3. v. 13. *Percussisti caput de domo Impij, denudasti fundamentum eius, vsque ad collum.* Vbi hæc protulerat. D. Hieron. *Caput vt dixi, principem huius mundi accipiamus, & domum ipsius mundum, omnémque animam peccatoris: in qua diabolus habebat hospitium. idcircò autem percutitur caput in domo impij, vt illo percusso, atque eiecto, fiat domus Dei, & habitet ibi iustitia, & ambulet in ea: & hoc dignum est sentire de Deo, qui egressus est in salutem populi sui, cum Christo suo: vt percusso huiuscemodi capite, ille fiat in nobis caput, qui est omnis viri caput, & Ecclesia sua.* Duo ait Hieronymus, & statuas, & imagines scilicet pictas, tyrannorum: huic victoris Principis sententiæ subiacere. Vtrumque verum: de statuis notauit Lypsius ad illud Taciti lib. 1. Annal. Lypsius. Corn. Tac. vbi de Tiberio. *Addidit Hispo, statuam Marcelli, altius quam Cæsarum sitam: & alia in statuâ, amputato capite Augusti effigiem Tiberij inditam.* Quod quamuis in honorem Tiberij cederet, visus tamen doluisse, quod Pater Augustus, tyranni instar tractaretur. Allusit Plinius lib. 35. Plin. cap. 2. *Surdo figurarum discrimine, statuarum capita permutentur.* Idem. In re imaginum pictarum, idem Plinius ibidem cap. 10. loquens nescio de quibus Apellis picturis. *Quas vtrasque tabulas D. Augustus, in fori sui partibus celeberrimis dicauerat simplicitate moderata: D. Claudius pluris existimauit, in vtrisque excisa facie Alexandri, D. Augusti imaginem subdere.* Quod perinde in tyrannicis tabulis eueniebat. Illustraui magis Hieronymum, quam Abacuch. Sic & Ambrosium magis, quam Dauidem: Hic enim Psalm. 38. v. 7. ita: Psalm. 37. v. 7. *Verumtamen in imagine pertransit homo?* Vbi Ambrosius D. Ambr. sic scribit: *In qua imagine? in eâ vtique ambulat, ad cuius similitudinem factus est, id est, ad imaginem Dei; imago autem Dei Christus, qui est splendor gloriæ, & imago substantiæ eius: Christus ergo imago Sancti: ad imaginem hæc imago venit ad terras.* Et post multa. Idem. *Hic si quis imagines tyranni habeat, qui iam victus interiit, iure damnetur: quomodo tu, hostis & aduersarij imaginem, in ciuitatem veri Imperatoris inducis, nisi vt ipse te damnet.*

Fuere & alij Principes, ita pulcbritudinis imaginum, & statuarum, quibus repræsentarentur ambitiosi, vt etiam non tyrannicos, prædicto modo sibi vsurparent: quod ex Plinio vidisti. Plin. Colossus ille Neronis de quo Martialis lib. de spect. Martial.

Hic vbi Sidereus propius videt astra Colossus

mille mutationes subiit: de quo ibi Raderus. Roder. Sic & ille alius de quo Statius lib. 1 Sil. 1. Statius.

Cedat equus Latia, qui contra templa Diones,
Cæsarij stas sede fori, quem tradere es ausus
Pellao Lysippo Duci, mox Cæsaris ora
Aurata Ceruice tulit.

Cui dempto Alexandri capite, Cæsareum insertum. Quid? Deorum etiam simulachra truncabant, & sua illis capita inserebant, prædicto Neronis Colosso, huius dempto capite, Vespasianus, effigiem radiantis solis imposuit. Ecce iam sol, ecce iam Deus: paulo pòst tamen Commodus, amoto solis vultu, caput suum inseruit. Vide citatum Raderum. Caligula honoris huius auidissimus: de quo Sueton. cap. 22. Sueton. *Dato negotio, vt simulachra numinum, religione & arte, præclara asportarentur è Græcia: quibus dempto capite suum imponeretur.* Sed de his ista satis.

5. 1. Reg. 15. v.12. Libro 1. Reg. cap. 15. v. 12. sic legitur. *Nuntiatum est Samueli, eo quod venisset Saul in Carmelum: & erexisset sibi fornicem triumphalem.* In Hebræo, pro fornice legitur יד *manum*: quo simile mo- 2. Reg. 18. v. 18. numentum significatur, vt habes 2. Reg. 18. v. 18. Sanch. vide Sanchez. Vatabl. Vnde minus placet Vatabli nota, qui in scholiis secutus Paraphrastem, ita. *Hebraismus: manum: id est, locum, collocando scilicet exercitui, vt diuideret illis, spolia & prædam.* Non placet inquam: *manus* enim vt dixi, Hebraismus est, quo fornix, aut simile aliquod monumentum significatur. Nec satis capio, quid sibi velit Paraph. Chald. Vatabl. Scholium, quasi approbans Chaldæum Paraphrastem, cum ipse textum Hebræum sic vertat. *Nunciatum est Samueli, in hanc sententiam: Saul venit Carmel: & ecce statuit sibi trophæum.* Longè tamen difficilius, id quod ex Græco, vertunt Sixtian. Sixtiana. *Et nuntiatum est ipsi Saul dicentes: venit Samuel in Carmelum, & constituit sibi manum.* cum tamen Regia, vt nos, τῷ Σαμουὴλ λέγοντες, ἥκει Σαοὺλ, &c. ergo quid sibi velint Græca illa, quibus Sixtiana institerunt, non satis decernes, nisi ad deprauatos codices recurras. Veniamus iam ad rem. Licet sæpè à victore Rege aliquo, trophæa in campis, siue montibus, erecta legerimus, & similia monumenta: *fornicem* tamen, quem voluit vulgatus noster, non ita temerè ibidem extructum leges: fornices enim triumphales, ad vrbem erigebantur, & ad capita viarum, per quas, triumphi pompa erat ducenda: victoriolis vt plurimum alatis ad medium constitutis, quæ coronam præ manibus tenentes, Triumphatorem Ducem coronandum excipie- Georgius Fabric. Rosin. bant. Vide multa apud Georg. Fabricium cap. 15. de rebus Romæ: & Rosinum lib. 10. cap. 29. erant enim arcus, seu fornices, præcipua, sed vrbica Triumphi ornamenta: vt pluribus pro- Dempster. bauit Dempsterus in Paralip. ad Rosin. de prima vrbis regione. quorsum igitur in monte Carmelo, fornicem construat Saul? Videtur dicendum, vulgatum nostrum, enallage vsum, & fornicem, pro columna vel trophæo, posuisse. aut apud Hebræos, etiam in locis solitariis, fornices, (vnde repugnet?) ad victoriæ insigne erigi solitos. Atqui, inquis, arcuum seu fornicum erat, victorem excipere, celebri illâ pompâ vrbes in- Claudian. gredientem: Claudianus de Româ, in sexto Cons. Hon.

Ast ego frenabam geminos, quibus altior iret,
Electi candoris equos, & nominis arcum
Iam molita tui, per quem radiante decorus
Ingrederere toga.

Fateor: verumtamen etiam apud priscos, (quod adhuc in Romanis parietinis cernere est,) fornices siue arcus deseruiebant: vt ibi inscriptâ victoriâ, & insculptis præliis & spoliis, lira- Prudent. rent immortalitati. ideò Prudentius lib. 2. in Symmachum.

Frustra igitur currus summo miramur in arcu,
Quadriiuges, stantésque duces in curribus altis
Fabricios, Curios, hinc Drusos, inde Camillos:
Sub pedibúsque Ducum captiuos poplite flexo,
Sub iuga depressos, manibúsque in terga retortis.

Cur ergo ad hos, & similes alios effectus, non poterant apud Hebræos & Gentes, in campis & montibus celebrioribus, fornices excitari: qui prætereuntes, de gloria victoris admonerent?

Sanctius ad hunc locum, expendens obiter suo num. marg. 23. illud Absalonis: *Vocauitque titulum nomine suo, & appellauit manus Absalon.* 2. Reg. 18. v. 18. ita scribit. *Ex hoc Absalonis* 2. Reg. 18. v. 18. Sanch. *consilio atque opere, non ineptè coniectare videor, excitasse Saulem monumentum illud, cum inscriptione, aut descriptione victoriæ, quam ex Amalecitis reportauerat: perinde atque si sibi ipsi statuam erexisset, quæ vocaretur,* Saul vincens, *nimirum aut*, triumphans. *Quomodo Absalon, ex Hebræorum opinor consuetudine, erectum monumentum ex suo nomine* Absalonem *vocauit*: non discutio modo, an explicatio vtriusque loci vera subsistat: illud scio: videri etiam apud Romanos similia monumenta, nomine illius, cui dicabantur appellari: ita vt arcus Antonio, v. g. erectus: *Antonius* appellaretur: Sic adductus Clau- Claudian. dianus.

——— Et nominis arcum
Iam molita tui. ———

Sed de hoc, fortassè alibi plura coniectam.

Actorum cap. 25. v. 23. vbi de Paulo rationem 6. sui reddituro, ita scribitur. *Altera autem die,* Actor. 25. v. 23. *cum venisset Agrippa, & Bernice, cum multa ambitione, & introiissent in auditorium, cum Tribunis, & viris Principibus*, &c. Suppono in hoc loco, *Auditorium* Græcè ἀκροατήριον, esse Curiam, suggestum, vel tribunal; vbi negotia publica, & Reorum iudicia, vt ex contextu patet agitabantur. Vnde ergo huc adductâ Bernice, Agrippæ Regis soror, & turpiter concubina, sub incæsto vxoris titulo, fratri nupta? certè non ex vsu Romanorum, à quibus tunc Iudæus Agrippa, Regnum sortitus: Nero, qui id temporis, imperium obtinebat, id Agrippinæ Matri, nescio an & amicæ, non concessit. Cornel. Tacitus lib. 3. post ini- Corn. Tac. tium. *Obtinuere Patres, qui in Palatium, ob id vocabantur, vt adstaret obditis à tergo foribus, velo discreta, quod visum arceret, aditus non adimeret.* Itaque conciliis, propterea non ad publicam curiam, sed ad palatium vocatis, velo etiam discreta, adstabat Agrippina, cum tamen ea esset, cuius dolo, & arte filius imperarat. Inde mirum apud Auctores gestum propudij illius Heliogabali, de quo Lampridius. *Vbi primum diem Senatus habuit,* Lamprid. *Matrem suam in Senatum rogari iussit: quæ cum venisset, vocata ad Consulum subsellia, scribendo affuit, id est, Senatusconsulti conficiendi testis. Solúsque omnium Imperatorum fuit: sub quo mulier quasi clarissima, loco viri Senatum, ingressa est.* Et iterum paulo pòst de eius Auia. *Cum ingres-* Idem. *sus est vel castra, vel curiam, Auiam suam, Variam nomine, secum induxit: vt eius auctoritate honestior fieret, quia per se non poterat. Nec ante eum, quod iam diximus, Senatum mulier ingressa est, ita vt ad scribendum rogaretur, & sententiam diceret.* Didicit credo Heliogabalus, ab Asiaticis & Phœnicibus, vnde venerat. He- Herod. rodotus lib. 8. de Xerxe Persarum Rege locutus. *Cum in Concilium vocasset dilectos Persarum proceres, placuit ei, Artemisiam quoque, ad consultandum accersiri, quam solam constabat, antea quæ facienda intellexisse.* Quæ aliæ gentes, passim fœminas Senatui adhiberent: habet Alexan- Alex. Neap. der Neapol. lib. 4. cap. 11. ad finem, vnde dicta libaui.

Cum ergo ex Romanis, (imò nec ex Hebræis vt puto,) neutiquam hoc perdisceret Agrippa: Asiatico id more factum crediderim, vt incæstam sororem, summi blandimenti ergo, secum in

audito

auditorium adduxisset : licet enim non facile præsumam, tanquam sententiæ Pauli (si fortè dandæ) subscripturam, huc vocari Bernicem : tamen satis fastus, & arrogantiæ erat, virorum publico concilio interesse : vbi tantus reus causam dicturus : vbique ni appellasset, Cæsarem, eius lis videbatur dirimenda : cum nonnisi admoto velo, id Agrippinæ Matri Nero concederet.

7. Luxum, & immodicos apparatus Regum Persarum in conuiuiis, vbivis scriptorum leges. Libuit tamen ex libro Estheris aliqua delibare. Ergo de conuiuio Assueri ita cap. 1 vers. 6. *Et pendebant ex omnibus parte tentoria aërij coloris, & carbasini & hyacintini, , sustentata funibus byssinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur.* Tradideris fortassè aëris ludibrio, quæstionem quam excito de aërio colore : non tamen prohibueris, quo minus excitem, Regis huius deliciis cognoscendis. Ecquis

LXX. Interpr. Chald. Vatabl. igitur aërius color? Lxx. nihil in hoc loco : Hebræum *chur* חור, ferè omnes cum Chaldeo Paraphraste de *albo* explicarunt : sicque vulgati nostri *aerium* volunt accipiendum : vnde & Vatablus, *candida tentoria* posuit. Foueo hanc mentem, ex

D.Isidor. D.Isidoro lib. 18. cap. 41. *Circa causas quoque elementorum, iidem gentiles etiam colores equorum inuenerunt : roseos soli, id est, igni : albos aëri : prassinos terræ : Venetos mari assimilantes.* Er quidem

Aristoph. Aristot. lib. de color. initio, aquam & aëtem, ait naturâ ipsâ candicare. Nihilominus, vt ibi fatetur idem

Idem. Aristot. hæc elementa proprium colorem non habent, sed ex vario lucis reflexu, varios subire cernimus colores. Aliunde vero, cum vix vllum priscæ latinitatis auctorem inuenetis, qui *aerium* colorem de albo agnoscat; dubitari posse videtur, an vox ista sit legitima ab Hieronymo, an amanuensium vitio interpolata : & pro *aerij*, reponendum sit, *carini coloris*. Fauent huic coniecturæ, non pauca. In primis, in hoc eodem versiculo vbi legimus *Carbasini*, viri doctissimi mendum typicum arbitrantur, & ex Hebræa voce כרפס, Græcáque, *καρπάσινος*, Hieronymum scripsisse *Carp sini*, non temerè assenerant. Deinde in hoc eodem libro cap. 8. vers. 15. vbi Mar-

Esther. 8. v. 15. dochæus induitur *vestibus aereis*. correcti codices alij legunt *aerinis* : alij, *erinis* : quæ satis indicant, olim *carinis* retineri. Est *carinus* color, ille quem varium & floridum appellamus, sic dictus ἔαρινὸς ἀπὸ τοῦ ἔαρος, id est, à vere : quia verno tempore, campi diuersis floribus varieganiur. De illo

Tertull. Tertull. *Non placet Deo quod ipse non produxit : nisi si non potuit purpureas, & carinas oues nasci iubere.*

D.Cypr. Habentur cap. 8. de habitu mul. & D.Cypr. eandem agens materiam, magistro insistens : *Neque Deus coccineas aut purpureas oues fecit : aut herbarum fucis, id est, virides seu carinas, & conchyliis tingere & colorare lanas docuit.* Certè hunc colorem floridum, seu varium, (neque enim earinum de solo viridi capiendum puto) Persis, in deliciis, testatur Stra-

Strabo. bo lib. 5. quibus tribuit, *amictum æstate purpureum, vel floridum, hyeme autem floridum.* Sic vero, Græcè enim ἀνθινὸν. meminit floridi coloris apud Per-

Eustath. sas Eusthathius ad lib. 16. Iliad. & alij.

Video in re, quæ neque pro dogmate neque pro veritate historiæ decertat, aut morum institutione : viris aliquibus Catholicis degluriti, posse leuiusculos aliquos errores Amanuensium, in vulgatis nostris omnibus circunferri : id ego nunquam feram : & quanuis tulerim, adhuc in hoc loco, *aërium* hunc retinerem : & ita ab Hieronymo scriptum, tum ex tot Codicum constantiâ, tum ex aliis locis sancti Doctoris, Hieron. aërium colorem admittentis, contenderem. Aliud est, an aërium colorem pro candido hic apponeret summus Interpres: quod quidem non ita planè auderem affirmare : cum ipsemet alibi, aliter hunc colorem videatur explicare. Ergo ad illud Ezechielis, *calceaui te ianthino*. cap. 16. vel vt habent Ezech. 16.

Lxx. *hyacinthino*. Sic scribit. *Philo vir disertissimus* LXX. Interp. D. Hier.

Iudæorum hyacinthon in vestibus Pontificis aëri comparat : per quem superna atque cœlestia significari arbitratur, &c. *cum autem loti fuerint pedes, calceantur hyacinthino, seu ianthinis, quod vtrunque aerij, & varius coloris est : vt rapiant in occursum domini in aërem, & cœlestia regna perducant.* Nihil clarius, vt constet *aërium* colorem apud Hieronym. eundem esse cyaneo, *varius*, & Hyacinthino : tu videris an aliquando, hos colores candori significando, videris vsurpatos. Planè cyaneus color κύανος : est color cæruleus, subniger, & ferrugineus, qui quandoque apud Auctores grauissimos, cum hyacinthino confunditur. Vnde Vir- Virgil.

gil. Georg. 4.

Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.

Vide ibi Cerdam : cui etiam fauet locus Philonis Cerda. adducti ab Hieronymo, Philo enim in lib. de con- Philo Iud.

gressu quær. erud. ita. *Byssus, terram significat, ex qua nascitur : Hyacinthus, aërem nigricantem suaptè naturâ, aquam purpura; quod hac tinctura, è mari petatur. Postremo ignem color coccineus, cui simillimus.* Nihil ergo in aëre candidum vidit Philo, sed potius nigricans, & cæruleum siue ferrugineum, cui proinde hyacinthus comparetur. Vnde cum Hie- D.Hier.

ronymus Philoni adhæreat, non visus colorem aërium de albo vsurpasse. Quid, quod hanc sententiam, tam sibi constans approbauit Hieronymus, iterum in epistola ad Fabiolam, sic scribat. *Byssus terra deputatur, quia ex terra gignitur : purpura mari, quia ex illius conchyliis tingitur. Hyacinthus aëri, propter coloris similitudinem. Coccus igni, & etheri, qui Hebraicè Sen appellatur.* Patet ergo Hieronymo colorem aërium, esse hyacinthinum : vnde cum in verrendo libro Estheris, tam diligens incubuerit, (quod ex eiusdem prologo ibi videre est) nullatenus visus, pro candido illum vsurpasse.

Dices si in hoc loco Estheris, Hieronymus 8. aërium colorem, de hyacinthino intelligeret, vt probabiliter argutamur : frustra paulo post, hyacinthinum colorem, tanquam ab aërio diuersum, hic obtruderet, ait enim : *tentoria aerij coloris, & carbasini, & hyacinthini*, ibi appensa. Respondeo *hyacinthinum* colorem, sumi in hoc loco, pro purpureo, & splendenti magis, suauéque rubenti: apud Auctores enim hyacinthus, modo ferrugineus, & subniger, modo ob diuersas, vt puto, huius floris species, *suaue rubens* appellatur. Idem Virgil. bucol. 3. (qui supra vt vidisti, ferrugineos, Virgil.

siue cyaneos vocauit hyacinthos) ita :

Munera sunt lauri, & suaue rubens Hyacinthus.

Et quidem mira est diuersitas apud Auctores, in colore Hyacinthi siue floris, siue gemmæ assignando : nullum tamen vidi, qui hyacinthum candori deputaret. Dionysius hic, explicat hya- Dionys. cinthinum colorem, de cœlesti illo, quem vul- Selo.

go, & in sacro textu saphirinum appellamus. Immo Selo apud Godefr. ad illud Isai. cap. 54. vers. 11. Isai. 54. v. 11.

& fundabo te sapphiris. Hunc colorem aëri deputat, sic scribens. *Fundat in saphiris, qui sunt aërij coloris; cum instet vitam cælestem ducentes, sustentamentum aliorum*

aliorum constituit. Potuit ergo Hieronymus, hyacinthinum hic colorem, de suaue rubenti explicare, cum mitam in his coloribus diuersitatem agnoscas, discernendis: & aëtium suo gustu, cyaneo & ferrugineo accommodare: de candido enim sumpsisse, non ita ad magni Doctoris mentem, accommodarunt.

9. Dedi coniecturas nostras de aërio, & hyacinthino colore: sed longe difficilior est color, qui in medio ponitur *Carpasinus*. Puto non alibi, vtriusque paginæ scripta voluas, carbasini huius coloris inueneris mentionem. Si quis faueret codex, *Carpasinum*, id est viridem, ex Hebræo & Græco, cum Doctoribus, quos supra dixi retinerem. Et fortassè quamuis lateant, non desunt aliqui codices, qui sic scribant: succedentéque tempore Pontificia auctoritate pro *Carbasini* reponetur *Carpasini*: sicut in illo Psalmi, *ad Deum fontem viuum* inueteratus amanuensium error correctus est, dum *ad fortem*, testificatur. Nihilominus dum Romanà auctoritate res non peragitur, malo vocabuli huius fateri ignorantiam, quam priuato iudicio, leuem mutatiunculam admittere: nefas enim putauerim semper, si criticâ Catholicorum prurigine, sacra volumina etiam in his leuissimis impetantur. Addo tamen coniecturas nonnullas, quæ Carbasino nostro, faucie vtcunque videantur.

Vocem Hebræam כרפס, quam etiam Lxx. retinuerunt, viridem colorem significare fatentur omnes: cum ergo carbasus ad fluminis ripas hilariter virescat, aspectuinque recreet: cur non potuit Hieronymus, colorem viridem, Carbasinum appellare? certè à simili causa, aut porraceum dicimus, aut herb dum Potest etiam sumi carbasinus color, pro colore illo, quo carbasus preciosior, vt plurimum intingi solita. Cerda ad illud Virgil. lib. 11. Æneid. — Hieron. — Cerda. Virgil.

——*Croceum chlamydemque, sinusque*
Crepantes.
Carbaseos: fuluo in nodum collegerat auro.

Sic scribit *Ait chlamydem fuisse croceam, & in ea sinus carbaseos ita lib. 8. ait de Tibri.*

——*Eum tenuis glauco velabat amictu*
Carbasus,

Cum glaucus color non multum abeat à croceo, videtur Carbasus hoc colore infici solita à Veteribus: congruento in vnam rem vtroque Virgilij loco. Passeratius etiam ad illud Propert. lib. 4. eleg. 3. visus glaucum colorem carbaso attribuere. Fortassè ergo color carbasinus, pro glauco hic apponitur. Declinat autem color iste, in virorem illum, quem dicimus marinum, *verdemar*: ideo *aqu us*, seu *vitreus* appellatur: & inter pretiosos deputatus. Sic explicant illud Virg. 4. Georg. — Passerat. — Virgil.

——*Eam circum Milesia vellera Nymphæ*
Carpebant, hyali saturo fucata colore.

Hyaleus enim color, ἀπὸ τῦ ὕαλυ, id est à vitro. Varro apud Nonnum, *vitreas togas* commendat: addo & Lamprid. in Heliogab. *Deinde assilina conuiuia coloribus exhibu t: vt hodie prassinum, vitreum alia die, venetum deinceps exhiberet.* Tu plura, dummodo vulgatam lectionem, vt iacet tuearis: alias, si quidquid non capimus, mutamus: quis tandem finis? — Varr. Lamprid.

10. Esther. 1. Pergit idem versiculus, de deliciis Regis Assueri conuiuantis. *Lectuli quoque aurei, & argentei, super pauimentum, smaragdino & pario stratum lapide, disponsi erant, quod mira varietate pictura decorabat.* Obtrudere huic loco, pictoris operam & penicilli industriam, nugari est. Sumitur ergo *pictura* pro segmentato solo, lapillis variis: & illis preciosis, ordine dispositis, varioque colore coruscantibus, in varias figuras picturato. Vide hic Sanchez. Dedi ego nonnulla ad illud Cantic. 3. vers. 10. *media charitate constrauit.* Addo pauca, illorum maximè, qui etiam picturam his deliciis tribuere. Apul. lib. 5. *Pauimenta ipsa, lapide precioso cæsim diminuto, in varia picturæ genera discriminantur.* Statius lib. 1. Sil. 3. — Sanch. Cant. 3. v. 10. — Apuleius. — Statius.

——*Nam splendor ab alto*
Defluus, & nitidum referentes æra testa,
Monstrauere solum: varias vbi picta per artes
Gaudet humus, superántque nouis asarota figuris.

Vocabantur enim hæc pauimenta, *asarota*, id est, *absque scopis*: ab à & σαροω. Quia scilicet spongiis purgari solita, ne durioris scopæ attritu læderentur: licet Petronius Arbit. in Sat. scoparum vsum ab his non repellat: dum simul cum analectis (ciborum scilicet reliquiis è mensâ cadentibus) assaratorum argentum, scopis verri affirmat. Vide Rader. ad Mart. lib. 14. epig. 72. Geuartius ad Statij locum in eo fallitur, quod ex Plinio lib. 36. cap. 25. solas ciborum reliquias, in his asarotis pingi velit, fallitur inquam, nam licet hæ præcipuè, (& fortasse in conuiuali nostro pauimento tales etiam erant) tamen & alia, vt ex Auctoribus patet, pingebantur. Redeo D. Gregor. Nazianz. orat. 16. Ἡμεῖς δ᾽ οἰκήσωμεν οἴκους ὑψηλόμαρμαρους λίθοις ποικίλοις διαλαμπομένους, καὶ χρυσῷ, καὶ ἀργυρῷ καταστίλβοντας: καὶ ψηφίδος λεπτῆς διαθέσει, καὶ ποικιλίᾳ γραφῆς: ὀφθαλμῶν ἀπατηλοῖς δελεάσμασι. *Nos splendidas domos habitabimus, variis marmoribus excultas, auro & argento fulgurantes: ac minutorum calculorum, dispositione, picturaque varietate. Quæ omnia fallacibus oculorum ministrant blandimenta.* S. Doctor Oda 2. — Pett. Arb. — Rader. — Geuart. — D. Greg. Nazianz. — Idem.

Θέλεις δόμους ἀμέτρους
Χρυσοφόρους: γραφῆς τὸ
Καὶ ψηφίδος σοφισμοὺς
Κινουμένων σχεδόντι.
Πλακὸς πλάμψιο Α᾽βρὰς,
Α᾽ντήχρον, πολύχρυν.
Cupis ædes amplissimas
Auro laqueatas: picturaque
Et lapillis artificia,
Viuentibus ferè similia.
Tabulaque fulgorem delicata,
Diuerso, & multiplici colore.

Quod autem dixi alia, præterquam cœnæ quisquilias, in his asarotis depingi solitas, præter auctores adductos, qui harum non meminere, cape Athen. lib. 5. cap. 7. de Naui Hieronis. *Hæc omnia pauimentum habebant, ex variis lapillis compositum, in quibus facta erant miro quodam artificio, omnia quæ in Iliade fabula continentur.* Ideo paulo post de Triclinio locutus asarotico, (vbi si forent pictæ quisquiliæ, narrandæ videbantur, cum propterea in Triclinij asarotis præcipuè pingerentur, & conuiuantes hospites, reliquias ciborum putantes, & amouere conantes, iocosè illuderentur) nihil huius rei meminit. *Post hæc triclinium Veneris erat paratum, quod pauimentum habebat ex lapidibus achatibus, aliisque pretiosis, qua in insula reperiebantur.* Meminit asarotarum Vetus Poëta apud eundem idem Athen. lib. 11. c. 1. — Athen. — Idem. — Vetus Poet.

——*Diffundat potius aurum*
Vina, manu que nobis, inquit asarota lau nt.

Vide plura apud Sueton. in Iulio cap. 46. alij etymo — Sueton.

etymologiam Asaroti aliò deducunt. Sed parum interest.

11. Serar. Plures sunt tamen (vide Serarium) qui planius pauimenta Assueri explicarunt, & è marmore vario strata volunt, vnde & *smaragdum* hic quasi nimis preciosum repellunt: nec propriè, sed figuratè, de marmore aliquo volunt explicandum. De marmore, locum capi posse, non dubito: in eo tamen falluntur, quod gemmas pauimentis stratas subdere formident. Dixi multa loco Cantic. citato, de gemmis calcatis apud illos, qui apud Assuerum pauperes putarentur: inde repete. Placuit tamen in horum gratiam, (quibus etiam fauere videtur Sanchez dum confusiuscule, cum Sanch. sectilibus & thessellatis pauimentis quæ protulit, etiam precioso & vario constrata marmore, connectit) nonnulla quæ illis faueant cumulare. In primis marmor viride pretiosissimum, quod proinde smaragdinum quodammodo appelletur: apud Plin. Antiquos celebre agnoscit Plinius lib. 36. cap. 7. *Pretiosissimum quidem Lacedæmonium viride, cunctisque hilarius*. Martial. Mart. lib. 6. epig. 45.

Illic Taigeti virent metalla.

Prudent. Prudent. de eisdem: *quæ viridis Lacedæmon habet*, &c. Statius. Statius passim lib. 1. Sil. 2. *hic dura Laconum saxa vire* Et Sil. 5. *vix locus Eurota viridis.* Amœnius Sanch. lib. 2. Sil. 2. de eodem, dedit hunc Sanctius.

Hic & amiclai casum de monte Lycurgi,
Quod viret, & molles imitatur montibus herbas.

A Dionysâ etiam insulâ, viride marmor deferri Seru. voluit Seruius ad lib. 3. Æneid.

De solis vario marmore stratis, præter loca Statius. Statij quæ dedit Sanctius, cape alia lib. 1. Sil. 2.

Digna Dea sedet, nitidis nec sordet ab astris
Hic Lybicus, phrygiusque silex, hic dura Laconum
Saxa virent: hic flexus onyx, & concolor alto
Vena mari: rupésque nitent, queis purpura sæpe
Oebolis & tyrij moderator liuet aheni.

Tu passim plura. Ergo tamen in tanta Assueri opulentia vulgare hoc genus sternendi pauimenta, non ita facilis approbarem: quin putarem, artificium illud, quod propriè *marmoratio* dicitur, significari: cum scilicet è diuersorum marmorum crustulis arte insertis, mira quadam picturæ varietate, noua quædam maculosi marmoris species prodire videbatur: quod ex Seneca, & Stat. Plinio notarunt Interpretes ad illud Statij lib. 1. Sil. 5.

Vix locus Eurota viridi, cum regula longo
Synada distinctu variat.

Vocabatur hoc marmorationis genus, *Alexandrinum*: ex Lampridio, in Alexand. neque obstat, quod inuentio ista nouitia, & à Neronis æuo in-Plin. choata videatur: vnde Plinius lib. 35. cap. 1. *Neronis principatu inuentum, maculas quæ non essent, in crustis inserendi. Vnitatem variare*, &c. dicerem enim apud Romanos tunc primum visam marmorationem, quæ iam olim, inter delicias Persicas non ignota. Videmus hodie in Hispanicâ curiâ, & alibi eiusdem artificij imagines nonnullas, in quibus diuersarum crustarum coniunctio, sic ad visum effigies humanas repræsentat, vt frustra è penicillo, viuidiores alias sperares, ita vt multorum aspectui, neque paucorum tactui illudant: siue enim crustas quæ ad lumina eminere, siue quæ ad vmbras recondi visæ, attingas ita in ipsâ iuncturâ senris colligatas, vt seueriores vngues effugiant: & miraculum potius naturæ, quam artis labor videatur. Vtcunque sit: Parthorum siue Persarum sola & pauimenta, ea picturæ varietate radiabant, vt meritò inde celebrarentur.

12. Esth. 1. v. 8. Pergit textus ibidem vers. 8. *Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, sed sicut Rex statuerat: præponens mensis singulos de Principibus suis, vt sumeret vnusquisque, quod vellet.* Ergo, inquis, in aliis conuiuiis cogebantur? puto: maximè in regalibus. Serar. Vide Serarium hic quæst. 16. & 17. addo pluscula Athenæus. ex Athenæo, qui Dipnos. 10. cap. 9. ita. *Xenophon cum apud Dionysium Siculum, à Græco pincernâ bibere cogeretur: Tyrannum nomine vocans: nunquid, inquit, Dionysi, cum obsonator sit bonus, nos conuiuas, vel nolentes edere cogit? is certè nobis cum silentio, ornatè mensam preparat.* Quasi diceret. Sit quæso potionis liber, sicut & cibi vsus: quæ enim lex, vt misto poculo cogat Pincerna: cum obsonator non cogat ferculo scitissimo? addit deinde idem Athe-Idem. næus. *Sophocles etiam in actu Satyrio. Per vim bibere inquit, malum est: ac si quis per vim sitim patiatur.* Quibus foueo coniecturam nostri Serarij, putantis, consuetudinis etiam fuisse apud Persas, vt à Pincernis, per vim ad potum cogerentur. Mauellem tamen sensisset, non solum consuetudinis, sed etiam legis hoc esse, eo enim verba tendunt: vnde Assuerus, huius legis aut abrogator, aut dispensator, hîc commendatur. Tale est illud Athen. lib. 4. cap. 4. de cœna Idem. Cleomenis Laconum Regis. *Adiacebat super tripode vas aheneum, aptum refrigerando: ramusque, & scaphium argenteum capax duarum cotyllarum, & cyathus. Vas præterea ad infundendum. Neque potus cuiquam ferebatur, nisi prius poposcisset. Dabatur vnus cyathus ante cœnam, isque primum cum ille annuisset; sic postea, & reliqui petebant.* Plato in suo Plato. conuiuio, inducit Pausaniam dicentem. *Videndem est ô viri, quo pacto leuius, suauiusque bibamus*, &c. *Hæc cum audissent omnes, concessere, non ad ebrietatem in præsenti conuiuio, sed ad voluptatem, esse bibendum. Visúmque est, vniuscuiusque arbitrio fore, quantum bibat, neminem vero, supra quam vellet, cogi.* Nihil ad mentem meam clarius: quasi in aliis, lege conuiuali, ad ebrietatem cogerentur. Sic explico Lampridium in Heliogabalo. *Præfectum vr-* Lamprid. *bi, ad bibendum vocabat, adhibitis & Præfectis Prætorio: vt si recusarent, magistri eos cogerent.* Id est, ni fallor, magistri cœnæ, siue Reges conuiuij, conuiuali lege ad ebrietatem eos cogerent.

Sed agedum. Quinam isti Principes, præpositi honestæ compotationi, ab Assuero? fortasse illis officio similes, quos Græci *οἰνόπτας* vocant: dicuntur autem œnopta, id est, *vini inspectores*: quos sobriis immodestioribusque epulis adhibebant. Athen. Athen. lib. 10. cap. 7. *Erant huiusmodi antiquorum deliciæ, circa magnificentiam, vt non Pincernas solum, sed œnoptas etiam haberent. Sunt autem apud Athenienses, magistratus quidam œnoptæ: vt testatur his verbis Eupolis in ciuitatibus,* Eupol.

Quos non vel œnoptas, capere vos hactenus
Dignum putatis: videmus nunc Duces
Exercitus.

Obseruabant in cœnis isti œnoptæ, an æque biberent ij, qui conuenerant. Erat autem frugalis hic Magistratus, velut Philinus rhetor testatur, in Crocanidarum iudicio: quodque tres erant œnoptæ, qui lychnos, funaliaque dabant cœnantibus. Nec desunt, qui oculos, hos dixerint. Quasi ex eo, quod ebrietatis cæcitatem, vini moderatione imperatâ: & præbitis lychnis, noctis tenebras, à cœnantibus prohiberent: meritissimo oculi dicerentur.

Esth. 1. v. 13. Ibidem à vers. 15. sic scribitur, (post alia, de

Vasthi

Vasthi Reginâ) de consultante Assuero. *Cui sententia Vasthi Regina subiaceret , qua Assueri Regis imperium , per eunuchos mandauerat , facere noluisset*,&c.Respondet autem sapientum quidam cuius sententiæ cæteri subscripserunt : è throno infaustam Reginam deponendam. Dura iniqui iudicij pœna,graue supplicium, de tam leui delicto:quod Serar. Sanch. multis incusat ibi Serarius, & Sanctius cum aliis, omnino iam ebrium, & præ vino rationis impotem putat Assuerum. Quæro tamen adhuc, quo prætextu, tam grauem , & irremissibilem Reginæ culpam habuere illi sapientes. An quia,vt pleræque hodie barbaræ nationes , Maritis vxores captiuant : sic Persa Imperator vxori dominabatur: vnde ancillæ crimen, quanuis in se leue,grauissimum tamen, de viliori status conditione putabatur ? fortassè id non ineptè diceretur , si fides Athen. Athenæo adhibeatur , qui lib.13. cap.1. ita. *Apud Persas, Regina multarum Pellicum copiam perpetitur, quia Rex, velut Dominus imperat vxori : atque iccirco etiam,(auctor est Dinon in rebus Persicis) quia Pellicee seruiunt Reginæ , eamque adorant.* Contra tamen est illud Plutarchi in libro de Doctrina Principi Plutarch. requisita, vbi ita scribit. *Persarum Regem, cæteros omnes pro seruis habere , præter vxorem : cuius tamen conuenirebat maximè esse Dominum.*Dedit hunc Tiraq. Tiraquell. lege 1. con. gl.1. part. 1. quod quidem longè verius est,vt ex historiis Persicis coniectare est. Aliunde ergo prædicti dubij ratio deducenda. Fortè cum Persarum, Deus coleretur : diuinæ maiestatis læsæ arguebatur misera Regina : & inde vim argumenti sumebat Mamuchan , quasi diceret : pessimo id exemplo factum : si enim illi marito qui Deus est, debitam obedientiam , impunè denegat Vasthi : quibus deinde vxoribus , mariti meri homines , non fuerint ludibrio ? Diuinitas Persæ Monarchæ,vt ridicula , sic etiam notissima est apud scriptores : subdo vnum , vel alterum testimonium,quod vulgo minus video obseruatum.

Æschil. Æschilis in Persis , apud quem quidam ita ad Reginam.

Ὦ βαθυζώνων ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη
Μῆτερ ἡ Ξέρξου γεραιά , χαῖρε Δαρείου γύναι
Θεοῦ μὲν ἀνάτειρα Περσῶν , Θεοῦ δὲ καὶ μήτηρ.
O alte cinctarum Persidum Regina altissima,
Xerxis mater Senex , salue Daria vxor,
Dei quidem Persarum vxor, Deique mater.

Et paulo post , vocat Darium : Περσῶν σουσιγενῆ
Idem. Θεόν : *Persarum Susigenum Deum.* Allusit huc Tzet-
Ioan. Tzetz. zes chil.7.hist.136.vbi de Belo.

——Αὐτὸς εἰς Ἀσσυρίους
Ἐλθὼν , πρῶτος ὠνόμαστο Θεὸς , καὶ αὐτοκράτωρ :
Ἀσσύριοι καὶ Πέρσαι γὰρ τοὺς βασιλεῖς θεοῦσιν ;
Ὡς καὶ Αἰσχύλος δράματι Πέρσαις δεικνύει τοῦτο :
Ἄτοσσαν θέλων γὰρ εἰπεῖν σύζυγον βασιλέως ,
Μητέρα βασιλέως τε ὁμοίως , εἶπεν οὕτως :
Θεοῦ Περσῶν εὐνάτειρα , Θεοῦ τε μήτηρ ἔφυς.
Οὕτως ὁ Βῆλος ἀπελθὼν εἰς γῆν τὴν Ἀσσυρίων
Ἄναξ ἐκλήθη καὶ Θεὸς , ὡς νόμος Ἀσσυρίοις.
——*Ipse in Assyrios*
Profectus, primus dictus est Deus, & Imperator :
Assyrij enim & Persæ, Reges diuinitiſant :
Vt & Æschilus in Persis ostendit :
Atossam enim volens dicere coniugem Regis ,
Regisque matrem similiter, sic dixit.
Dei Persarum coniux , Deique mater es.
Sic Belus profectus in terram Assyriorum ,
Rex , & Deus vocatus est , vt lex est Assyriis.

Ad prætextum Regiæ iræ blandiendæ , id satis adulanti,& venali sapientiæ videbatur.

Sed vnde , inquis , negotium grauissimum in epulo , & inter pocula , discutitur & peragitur? id Persis in more positum fuisse , vt de rebus grauissimis , iam ebrij consultarent & decernerent: nonnulli ex Herodoto lib.1. hic adnotarunt. Benè tamen Serarius particula 3.part.1.quæst.10.conatur interpretari Herodotum, qui non tam μεθυσθέντας dixit, id est, *ebrios* quam μεθυσκομένους, quod valet , *potantes , ebrietati vacantes , nondum tamen potos & ebrios.* Ego quidem tanti viri sententiam admitto,non solitos iam omnino ebrios,& amentes , de rebus grauioribus Persas consulere , aliàs non toties apud eundem Herodotum , grauissimas eorum sententias admiraremur. Et certè in nostro casu,(vbi probabilius est inter ipsa pocula negotium hoc peractum) sententia Mamucham, nihil stolidæ ebrietatis , sed multum adulationis callidæ , calido iam, sed non ebrio (quidquid velit Sanchez) Regis furori seruientis , spirat. In eo tamen a Serario dissentio , quod μεθύειν , & μεθυσκομένους, diuersas illas tribuat significationes: cum passim apud probi Græcismi Auctores μεθύσμαι , & μεθύσκομαι confundantur. Dicendum ergo , *ebrietatem* ab auctoribus Græcis , Persis consultantibus assignatam , non tam propriè, de ratione iam vino sepulta , quam de satura compopotatione explicandam : quo sensu passim in sacris litteris vsurpatur. Vel modus dicendi depravato vsui scriptorum tribuendus , quo semper peregrinæ gentis vitia , (& maximè si cum sua , inimicitias exerceant) in immensum aucta, tradunt posteritati, & ad infamiam , immodicè extollunt. Inimicitias autem Græcorum scriptorum cum Persis,norunt pueri. Sic capiendus Strabo lib.15. ad finem , vbi de Persis. *De rebus maximis inter vinum consultant , quas ipsi firmiores putant, quam quæ in sobrietate fuerint deliberata.* Et quidem in his verbis , non tam obliuiosa ebrietas , quàm amica compotatio denotatur. Vnde & Athenæus parcior , vtpote iam remotior à prisco odio : dipnos. lib.5. cap.3. ita. *In nonnullis autem Persarum conuiniis , de summâ rei totius consultabatur.* At inquis , periculum erat vt iam calidi vino , & penè ebrij , quandoque consulerent , qui ad conuiuium , res serias tractandas reseruabant. Verumtamen tunc, etiam ad sobrietatem prouocasse, fatetur ipse Herodotus, cuius verba sic refert Athenæus lib.4.cap.6.*Cum facti fuerint ebrij, de rebus eorum maximè seriis consulere consueuerunt. Quod autem consultantibus placuerit , id die postero, adiurn præfectus, vbi consultaturi conueniunt, proponit : quod si ieiunis etiam placuerit , tunc id perficiunt : sin autem , omittunt. Rursus vero , de quibus ieiuni consultarunt , ebrij decernunt.* Cuius tamen vltima verba, duplici , quem dixi modo , videntur explicanda. Ridiculum est quippe , vt illa gens , quæ politissima totius Orientis Monarchiam obtinuit, & legibus appositissimis gubernauit , nonnisi ebria, consulere , aut decernere credatur. Sed quia indolis vinosæ erat , & quandoque in conuiuio Publica tractabat : hanc apud exteros & infensos scriptores infamiam sibi conflasse existimanda. Sed de rebus Assueri, & pro paucis ab Estheris historiâ capiendis, ista satis.

Herod. Serar. Sanchez. Strab. Athen. Herod. Athen.

Tertullianus lib. de Pallio , ita. *In viris autem, pallij extrinsecus , & ipse quadrangulus , ab vtroque laterum regestus , & ceruicibus circumstructus , in fibula* 14. Tertull.

fibula morsu, humeris acquiescebat. Ad quem locum sic habet noster Cerda. [Cerda.] *Non hic sumas fibulam, pro ornamento muliebri, sed pro insigni nobilitatis, qua connectit quadratam tunicam, contractam humeris. Hunc honorem fibularum, esse antiquum, & maximum, ex historia Machabaeorum disces.* Nec rem aliunde firmat, puto nec posset. Certè Tertullianus cum indiscriminatim agat de genere vestis, tam nobiliũ: quam ignobilium: palliumque Chartaginense, à Romanâ togâ discernat: immeritò detorquetur, ad nobilitatis specimen significandum: neque fibulæ forma, quæ passim cuiuis vulgarium vsui ministrans legitur: sed fibulæ materia, ad honoris insigne attendebatur. Quidquid tamen sit de Tertulliani mente, certè ex Machabæorum historia nullum sibi præsidium Cerda comparauerit. En
[1. Mach. 10. v. 88.] verba 1. Machab. 10. vers. 88. *Vt audiuit Alexander Rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Ionathã, & misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est cognatis Regum* Vbi apertè vides, non in honorem dari fibulam, sed aurum fibulæ: quod apertius colli-
[Et c. 11. v. 58.] gitur ex eodem libro cap. 11. vers. 58. vbi de Antiocho Rege adolescente, ipsum Ionatham decoraturo: *Et misit illi vasa aurea, in ministeriam, & dedit illi potestatem bibendi in auro: & esse in purpurâ, & habere fibulam auream* Vbi non tam datur vsus fibulæ, quam vsus auri ad fibulam: sicut non tam datur potestas, credo, ad bibendum, quam ad bibendum in auro: nec permittitur vtcunque vsus vestis, sed vsus vestis purpureæ conceditur. Sed iam, pro capitis huius instituto, hic Regum vsus concedendi aureas fibulas, in honoris insigne, morosius explicandus.

In primis concessam vtplurimum, auream fibulam, simul cum veste purpureâ, præter locum adductum, claret iterum ex eodem libro, vbi præstatur ad honorem, *vestiri purpurâ, & vti fibula*
[Et cap. 14. v. 45.] *aureâ.* cap. 14. vers. 45. sic apud Liuium dec. 4. lib. 7.
[T. Liuius.] Imperator egregium adolescentem condecorans, sic describitur. *Tum puero annulum aureum, tunicam lato clauo, cum Hispano sagulo, & aurea fibulâ, equũmque donat ornatum.* Quo quidem munere decorati, penè ad Regiam dignitatem accedebant:
[Treb. Pol.] colligo ex Trebellio Pol. in Galienis. *Cum chlamyde purpureâ, gemmatisque fibulis & aureis, Romæ visus est: vbi semper togati Principes videbantur.* Vnde obiter aduertis auream hanc honoris fibulam, vberioris gloriæ esse si gemmis mactaretur. Spar-
[Spartian.] tianus in Adriano. *Exemplo etiam virtutis suæ, cæteros adhortatus, cum etiam vicena millia, pedibus armatus ambulasset. Triclinia de castris, & porticus, & cryptas, & topia dirueret: vestem humillimam frequenter acciperet; sine auro baltheum sumeret, sine gemmis fibulas stringeret: capulo vix eburneo spatam clauderet.* Vnde puto, sicut è fibulâ argentea ad auream: sic ab aureâ ad gemmatam, transitum
[Vopisc.] fieri gloriosum. De illis Vopiscus in Aureliano: *vt fibulas aureas gregarij milites haberent, idem primus concessit: cum antea argenteas habuissent* Immo & inter argenteam, & auream, aurata fibula, me-
[Trebell. Pol.] dia videbatur. Colligo id ex Trebellio in Claudio, decora Ducis stipendia, connumerante: inter quæ memorat: *fibulas argenteas, inauratas duas: fibulam auream vnam.* Obseruo etiam, has fibulatum gemmas, quandoque sculpi, & in appositas
[Heliodor.] species conformari. Heliodorus lib. 3. hist. Æthiop. vbi de Theagene. φοινικοβαφῆ χλαμύδα καθειμένος, ἧς τὸ μὲν ἄλλα χρυσὸς ἐπεποίκιλλε, τοὺς λαπίθας ἐπὶ τοὺς κενταύρους ὁπλίζων. Ἡ πόρπη δ' ἀθηνᾶν ἠλεκτρίνην ἔστρεφε, τὴν γοργοῦς κεφαλὴν, εἰς θώρακα προασπίζουσα. *Purpurea chlamyde indutus, in qua, aurum textile, præter alia, lapithas in centauros obarmabat. Fibula, Palladem ex electro factam, referebat, Gorgonis caput, in scuto ad pectus, prætendentem.* Prætereo, quia non ad rem, gemmatas fibulas, in comptum fœminarum: talis illa Claud. [Claudian.] 2. de rap. Pros. vbi de Venere:

———Sudata marito
Fibula, purpureos gemmâ suspendit amictus.

Quod similiter aliis Deabus tribuit. Vide si vacat Tiraquell. ad lib. 3. connub. de mulierum orna- [Tiraq.] mentis.

Dedi quæ minus trita, certè quæ distinctius prolata credidi, de honore, déque materiâ fibularum: plura cupienti, ad manum est Faber Semest. 1. c. 16. Raderus ad illud Martial. lib. 5. epig. [Faber] 42. in Didymum Theatra loqueris, & gradus, & [Rader. Martialis.] edicta,

Trabeasque, & Idus, fibulasque, censusque;

Qui etiam Tertullianum de fibula honoris capit, pari, id est, nullo iure, ac Cerda: imo & hic ab illo, visus sententiam mutuatus.

Id tamen in hac re difficillimum, quæ nam fibularum esset forma, & cui parti corporis adhiberetur. De vtroque, aliquid certum vix statuam. Probabilius cum Serario, & Sanctio, omnibus vestis [Serar.] partibus adhiberi, quæ astringi, suspendi, vel arctari deberent: cum enim tam variis totius corporis vsibus seruirent, vt passim legimus: aliunde ratione insignis nobilitatis, tantummodo preciositate materiæ, à vulgaribus fibulis distinguerentur: argenteæ, aureæ & gemmatæ fibulæ, ibi nobilibus radiasse dicendæ: vbi vulgaribus ferreæ, ministrabant. Nihilominus putat Sanctius & Raderus, verosimilius fibulas has nobi- [Rader.] litatis ibi apponi solitas vbi, vestis à pectore con- [Idem.] stringitur, ibi enim apertius cernerentur. Mallem tamen (si quis certus locus fibulæ huic gestandæ assignandus) ceruicem illi assignare, quem locum vulgari suæ tribuit Tertullianus moueor, quia Auctores quos dedi, vtplurimum fibulam addunt chlamydi, nunquam (si rectè memini) togæ: certè, quia hæc nullibi astricta, illa instar pallioli, ad collum semper colligata. Et quidem satis hic loco patens ad insigne. Nihil tamen in hac re certum decerni posse, puto certius.

De forma fibulæ, perinde omnia dubia. Omnium quos viderim vnus Sanctius, vt est exactis- [Sanch.] simus, quæstiunculam istam excitauit: putátque verisimile fibulam fuisse circularis pene figuræ, quam traiiciat linea, & ex eodem metallo, eámque diuidat mediam, cuique inseratur clauus seu acus, qui pungat seu mordeat corrigiam illam, quæ vestem astringit, & disiunctas vestimentorum oras coniungit: ídque passim apud Auctores, per morsum fibulæ explicari. Vno verbo est fibula Sanctio, quæ Hispanis puta puta dicitur *Heuilleta.* Non probo. Tum quia nulla corrigiæ mentio apud priscos, cum de fibula sermo, & absque quâ, *Heuilleta* nostra non subsistit: tum quia fibulæ, insertas gemmas legis, quas nullatenus, aut durissime Hispanæ Heuilletæ accommodabis. Tum denique, quia clauum illum, seu acum quem ponit vir magnus nullus agnouerit distinctum à media linea traiiciente, qui Heuilletam nostram vsquam viderit. Suspicor igitur in altera vestis ora fuisse laminam gemmis quandoque insertam, ad cuius latus adunca pars & incurua promineret, quæ annulo consimilis laminæ in altera parte vestis

vestis collocato, inserebatur, sicque adunco morsu vestem constrinxisse: nobis propriè dicta *Brocha*. Certè *Brocha* nostra, hodie in hos vsus obuia, & apud nobiles aurea gemmatáque cernitur. moueor, quia sub hac forma, omnia quæ de fibula sua Veteres scripserunt apertissimè explicantur. Sic enim dicebant, *confibulare vestem* quia vtraque pars fibulæ connectebatur. Et vt aduncæ anchoræ morsus dentésque tribuunt: sic aduncæ fibulæ morsum & dentem tribuebant.

Hæc ni placeant (& tamen fateor ingenuè nil me videre, cur displiceant) poteris fibulam explicare de acu seu vncino grandiori, *Alfileron* dicimus Hispani. Sicut enim hodie Matronæ horum vncinorum capitibus latioribus passim adamantas inserunt, aut si rotundulis vniones, quibus proinde sic vestem constringunt, figunt, mordéntque, vt ornent pariter, in capitis præcipuè ornamento. Sic olim potuere acus & vncini isti adornati: virisque, & fœminis illustrioribus, non solum ad vsum sed etiam ad ornatum deseruire, sicut de *brochis* nostris dicebamus. Iam vero Latinam fibulam, & Græcam πόρπην siue περόνην, quæ toties citato Machabæorum libro habetur, posse de acu seu vncino explicari, priscisque saltem fœminis in vsu & ornatu fuisse, notum est: præstabo tamen aliqua testimonia, quæ à nemine, quem viderim huc adnotantur. Apud Sophoclem in
Sophocl. Oedipode, infaustus Rex vxoris περόναις, id est fibulis, se excæcat:

Α'ποσπάσας γὰρ εἱμάτων χρυσηλάτους
Περόνας ἀπ' αὐτῆς, αἷσιν ἐξεστέλλετο
Α'ρας ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὐτοῦ κύκλων.
Auellens enim à vestibus, aureas
Fibulas, quibus illa ornata erat
Capit iis, oculorum suorum orbes fodere.

Has comptùs fibulas, nemo alias dixerit, quam acus, seu vncinos aureos. Clarius Euripides in Hecuba: vbi ætumnosa Regina cum sodalibus inuadens Regem Polymestorém, illúmque excæ-
Euripid. cans describitur, clamátque ille.

——— Ε'μῶν γὰρ ὀμμάτων
Πόρπας λαβοῦσαι, τὰς ταλαιπώρους κόρας
Κεντοῦσ', αἱμάσσουσι.
——— *Meorum enim oculorum,*
Arreptis fibulis, infelices pupillas
Fodiunt, cruentant.

Idem. Iterum idem in Phœn. de Oedipode.

Εἰς ὄμματ' αὐτοῦ δεινὸν ἐμβάλλει φόνον
Χρυσηλάτοις πορπαῖ σιναιμάξας κόρας.
In oculos suos grauem mortem inicit,
Aureis fibulis cruentans pupillas.

Do Herodotum Latinum de infælici illius morte, qui vnus ab infausto bello superstes rediit, quia in hanc rem signatus: ergo in Terp. ita. *Indigne ferentes vnum ex omnibus esse reducem circunfusas hominem prehendisse, ac fibulis vestimentorum pupugisse, percontantes singulas, vbi suus vir esset. Atque hoc modo hunc fuisse confectum. Id factum Mulierum, visum esse Atheniensibus ipsa clade tristius: in quas cum alia ratione animaduertere non possent, vestem illarum in Iadem mutauerunt, nam antea Doridem vestem gerebant Atticæ fœminæ, simillimam Chorinthiæ: itaque mutauerunt in lineam, ne fibulis vterentur.* Tunc paucis interiectis. *Argi & Agineta, idem adhuc factitant, apud quorum vtrosque mos est, fibulas faciendi sescuplas, quam tunc mensura consueuerat*, &c. *eóque contentionis processere Argiua, atque Arginetæ mulieres, cum Atticis: vt ad meam vsque ætatem, fibulas gestarent, quam antea grandiores.* Tu videris an his similes, viriles nobilitatis fibulæ sint habendæ. Mihi certè ideo minus id placet, quia si hæ cómunes viris fuissent: non opus esset Oedipodi citatis locis, vxorias fibulas sibi excæcando arripere, rem potius suismet propriis iret peracturus. Ergo viriles etiam in vsu fœminarum, non è contra, probabilius existimarem.

Multa latent obscura in illis verbis Ezechielis 15.
Ezech. 19. v. 10. cap. 19. vers. 10. *Mater tua quasi vinea in sanguine tuo, super aquam plantata est: fructus eius & frondes eius creuerunt ex aquis multis: & facta sunt ei virga solida, in sceptra dominantium.* Vide sacros Interpretes: mihi id solum restat explicandum, vnde sceptri metaphora desumatur. In primis vineam in hoc loco, non intelligas tantummodo vitibus consitam, sed etiam, ex vsu sacro, arboribus fœcundam: quarum trunci, siue robustæ virgæ in sceptra dolarentur. Nam virgas seu dolatas hastas, olim loco sceptrorum Regibus fuisse, nemo
Sanchez. Virgil. nescit. Adducit in hanc rem Sanctius illud Virg. lib. 12. vbi Latinus Rex:

Vt sceptrum hoc, (sceptrum dextrâ nam forte gerebat)
Nunquam fronde leui fundet virgulta, neque vmbras:
Cum semel in siluis, imo de stirpe recisum,
Matre caret: posuitque comas, & brachia ferro,
Olim arbor.

Sed tu mihi pende, non è vite, sed ab arbore, desumptam hastam dici à Virgilio: neque credo prudenter defendi potest, è viti, & non ab arbore, desumi ab Eaechiele hic metaphoram. Nota etiam mihi, arborem istam dici & à Propheta, &
Val. Flac. à Poëta virgæ, seu sceptri matrem: sic & Val. Flac. Argon. 3. in re simili.

Hanc ego, magnanimi spolium Didymaonis hastam,
Quæ neque iam frondes virides, neque proferet vmbras,
Vt semel est auulsa iugis, ac matre perempta, &c.

Plin. Et Plinius lib. 12. cap. 1. *Superiores eiusdem rami in excelsum emicant, silnosa multitudine, vasto matris corpore.* Sic hodie vernacula agricolarum turba vbiuis loquitur, vt surculos filiorum: arborem, matris titulo appellet. Sed iam ad vsum regum, cuius causa metaphoræ rationem delibaui. Dicuntur in hoc loco, *sceptra dominantium*, id est,
Gen. 49. v. 10. Principes Dominantes: sicut Genes. 49. vers. 10. vbi vulgatus noster habet: *non auferetur sceptrum*
Sixtian. *de Iuda*: in Sixtianis legitur ex Græco: *non auferetur Princeps.* Vt enim fasces pro consule, sic
Auson. sceptrum pro Regibus vsurpamus. Auson.

Ausonius cuius ferulam nunc sceptra verentur.

Virgil. Imo & pro Regnis. Virg. lib. 8.

Sceptra Palatini, sedémque petiuit Euandri.

Sed priuata quadam ratione, meliori iure sceptra pro Regibus, quam cætera insignia, pro suis magistratibus ponuntur. Solebat enim olim Regum sceptro, eadem reuerentia exhiberi, quæ præsentibus Regibus præstabatur: imo & sceptrum Iouis, propterea pro eodem Ioue colebant
Seru. Veteres. Seruius ad illud Virgil. lib. 12. quod initio attuli sic scribit. *Maiores semper simulachra Iouis adhibebant: quod cum tadiosum esset, præcipuè quando faciebant fœdera, cum longè positis gentibus: inuentum est, vt sceptrum tenentes, quasi imaginem simulachri, redderent Iouis: sceptrum enim, ipsius est*

Habac 3. v.14. *est Imperium*. Inde Habacuch ad Deum punitorum impios Reges, dixit: *maledixisti sceptri eius*: nulla enim re preciosiori, aut Reges aut regna potuit significare. c.3.v.14.

16. Festus Præses, cum Agrippa Rege consultans de rebus Pauli, hæc addidit: *de quo quid certum scribam Domino, non habeo*. Actor. 25. verſ. 27. Act.25. v.27. titulo Domini, romanum designat Imperatorem, Neronem scilicet, quem paulo ante Augustum appellauerat. Porro in huius tituli ambitione, variatum est Romanis Principibus: de Octauiano Augusto, ita Sueton. cap. 53. Sueton. *Domini appellationem, vt maledictum, & opprobrium semper exhorruit. Cum spectante eo ludos, pronuntiatum esset à mimo. O dominum æquum, & bonum! & vniuersi, quasi de ipso dictum exultantes comprobassent: statim manu vultuque, indecoras adulationes repressit: & in sequenti die, grauissime corripuit edicto, Dominumque se posthac appellari, nec a liberis quidem, vel nepotibus suis, vel serio, vel ioco passus est*. Subsequitur Tiberius, hypocrisi magis puto, quam animo, eandem modestiam affectans: de quo Sueton. Idem. cap. 27. *Dominus appellatus a quodam, denuntiauit, ne se amplius contumeliæ causa nominaret*. De Nerone, nihil ad vtramque partem lego: cuius vitia probrosa magis, ad lasciuiam & crudelitatem, ad arrogantiam composita fuere: & tamen ex præsenti loco Act. infallibili, Domini titulum ambiisse, aut saltem à suis apud extraneos Reges commorantibus: illi passim attributum deprehendimus. Neque mirum: cum enim Nero, præcedentium Imperatorum, nullum vberius laudaret, aut miraretur, quam Idem. superbissimum Caligulam, (vt habet Sueton. in Nerone cap. 30.) Caligula autem primus, Domini nomen vsurparet: putatem Neronem, huic monstro adhæsisse. De Caligula vero, ita Aurel.Vict. Aurelius Victor. *Primus diademate imposito, Dominum se iussit appellari*. De aliis post Neronem, adhuc res dubia, donec ad Domitianum Sueton. veniatur: de hoc autem, Suetonius cap. 13. ita. *Acclamari autem in Amphitheatro, epulari die, libenter audit: Domino, & Dominæ feliciter*. Vnde nescias quò tendat Statios lib. 1. Sil.6. in epulo Stat. quod Domitianus præbuit Saturnalitium, vbi ita.

Tollunt innumeras ad astra, voces,
Saturnalia Principis sonantes,
Et dulci Dominum fauore clamant:
Hoc solum vetuit licere Cæsar.

Ego malo stare vetissimo Historiographo, quam palpatori Poëtæ; addítque Suetonius: Sueton. *Pari arrogantiâ, cum Procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit. Dominus & Deus noster, sic fieri iubet. Vnde institutum posthac, vt ne scripto, aut sermone cuiusquam, appellaretur aliter*. Martial. Geuart. Sic passim à Martiali vocatur Domitianus. Geuartius Statium cum Suetonio, conatur concordare, aique Domitianum semper voluisse Dominum appellari: sed in hoc populari epulo, Saturnalium ratione dictum, in quibus, (vt supra dixi) serui libertate gaudebant, vetuisse, ne tum Dominus vocaretur. Lampr. Tandem Lampridius in Alexandro Seuero. *Dominum se appellari vetuit: epistolas ad se, quasi ad priuatum scribi iussit, seruato tantum nomine Imperatoris. Gemmas de calciamentis, & vestibus tulit, quibus vsus fuerat Heliogabalus*. Plura pro P.Pinto Ramirez S.Script.Selecta.

varietate temporum, & Imperatorum genio, leges apud Auctores.

Ex hominum consuetudine, diuinos sermones 17. formari; & ab illorum rebus, metaphoras ad hos vsurpari, nemini dubium. Latissimus & fusissimus in hanc rem Sanctius ad illud Tobiæ cap.12.v.15. Sanch. vbi Raphael: *Ego enim sum Raphael, Angelus vnus, ex septem, qui adstamus ante Dominum*. Vult enim phrasim desumptã, à septem illis Principibus, qui forte Monarchæ Chaldæo, certe Persæ, adstare leguntur. Vide quos ille ex nostris citat, in hanc mentem. Sic iterum ad illud Zachariæ cap.4.v.10. Zach.4. v.10. *Septem isti oculi sunt Domini, qui discurrunt in vniuersam terram*. Sumit similitudioem, à Ministris Persæ Regis, qui *oculi* vocabantur: de quibus fusius, ad locum Tobiæ citatum disseruerat. De his, apud Persas Monarchas oculis, iam eruditi multa, maximè Brissonius, subdo pauca, sed io quæ ipse Brisson. incidi. Ioannes Tzetz.chil.10. Histor.350. causam Ioan. Tzetz. explicat, etiam in aliis.

Οἱ παλαιοὶ, ὀφθαλμοὺς ἐκάλουν βασιλέων
Τοὺς ἀεὶ βλέποντας τῶν ἀνδρῶν, τοὺς πρώτους τῆς
  συγκλήτου:
Ὥσπερ αἰσχύλος ὀφθαλμὸν φησὶ τοῦ ξέρξου τὸν
Τὸν βαταν ὄχου ἄλπησιν. Ὁ πίνδαρος δὲ πάλιν:
Ποθῶ τὸν ἀμφιαράον. ποθῶ τὸν οἰκλείδην,
Τὸν ὀφθαλμὸν τῆς στρατιᾶς, ὥσπερ ἐγὼ κατέρχομαι
Ὡς μάντιν ὄντα ὀφθαλμὸν, καὶ μαχητὴν γενναῖον.
Οὕτως ἐκάλουν ὀφθαλμοὺς, τοὺς περιβλέπτους ἄνδρας,
Καὶ διαρχέτας ἅπαντας, ὡς πρῶτον, βασιλέων:
Μάντεις ὁμοῦ, καὶ ἰατροὺς, καὶ τέρποντας θυμέλαις:
Πολλῷ δὲ μᾶλλον, σῴζοντας ἐκείνους, ρυσαμένους.

Antiqui quidem, oculos vocabant Regum,
Circumspectos viros, primos ex senatu.
Sic Æschilus, oculum dixit, Xerxis esse,
Batanochi filium Alpistum. Et Pyndarus:
Desidero Amphiaraum, desidero Oeclidam,
Oculum exercitus, cui ego prosum.
Quasi Vates, esset oculus, & miles strenuus.
Sic vocabant oculos, circumspectos viros,
Beneficósque omnes Regum, Persæ.
Vates scilicet, medicos, & musicos.
Sed præcipuè illos, per quos pericula vitarent.

Vode non dubito quin suo æuo Mardochæus, Assueri *oculus* diceretur, quod illum à periculo liberatit: sicut ob pulchram delationem, *auris* diceretur. Sed de aure Regis infra. Locus Æschyli Æschil. sic habet io Persis.

Καὶ τῶν περσῶν αὐτὸς ὁ σὸν πιστὸν
Παντ᾽ ὀφθαλμὸν, μύρια, μύρια πεμπαστὴν,
Βατανώχου παῖδα.

O tuum Persarum fidelem
Oculum, millia millia numerantem,
Batanochi filium.

Pyndarus non est ad manum: cape pro illo Aristophanem, in Anchar. vbi de Dyonsta Aristoph. Persa.

Καὶ νῦν ἄγοντες ἥκομεν ψευδαρτάβαν,
Τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν.

Et nunc nobiscum adducimus Pseudotarbam
Qui oculus Regis est

Et paulo post, ad eundem Pseudotarbam ita nuntius:

Τὸν βασιλέως ὀφθαλμὸν, ἡ βουλὴ καλεῖ
Εἰς τὸ πρυτανεῖον.

Regis oculum, senatus vocat
In curiam.

P Herodotus

Herod. Herodotus in Clio, de Cyro adhuc puero, & inter ludendum, regia munia collusoribus suis diuidente: ita. *Alium, vt oculum Regis: alium mandatorum renuntiatorem: suum singulis honorem, munusque assignans.* Qui locus gemmâ notandus, fouendæ suspicioni, mei Sanctij, qui ad locum Tobiæ suspicatur, ante Persicam Monarchiam, iam forte apud alias nationes, similem aulæ tenorem constitutum: certè Cyrus multis post annis, Imperium extulit Persicum, vnde hunc *oculi* titulum, apud vicinas gentes audisse visus: quem tunc ludo, & postea serio, genti suæ indidit. In Ecclesia etiam, qui Episcoporum *oculi* dicantur, iam alij notarunt. Minus obseruatum illud Petri Damasceni lib. 1. epist. 6. ad Papam: vbi de Cardinalibus dicitur: *Qui videlicet vestri acutissimi, & perspicaces sunt oculi.* D. Dam.

Vt huiusmodi *oculos*, sic etiam similis conditionis *aures* Regi tribuebant: Xenophon lib. 8. παιδ. ita. Πολλὰ μὲν βασιλέως ὦτα, πολλοὶ δ' ὀφθαλμοὶ νομίζονται. *Multa quidem Regi aures, multique oculi, putabantur inesse.* Hinc veteres, Midæ Regi potentissimo, & ditissimo, longas aures tribuit, & asininas: quod plures haberet delatores, qui arrectâ aure, vel etiam leuem rumusculum captantes, omnia opportunè ad Regem deferebant. Tzetzes chil. 1. histor. 2. post alia: Xenoph.

Ioan. Tzetz.

Ὦτα δ' ὄνου λέγουσιν ἔχειν, ὡς εἶπον ἄνω,
Τῷ ἢ ὀξυάκοον, εἶτα μικρὰ ἢ μακρόωτα:
Ἢ τῷ πολλοὺς ὠτακουστὰς ἔχοντι, ἢ πανδήλως.
Ὄνος γὰρ ὀξυάκοος φησὶν Ἀριστοτέλης.
Aures autem hic dicitur habere, vt dixi asini,
Vel quod esset acuti auditus, sive longaurus:
Vel quod multos delatores haberet exploratoresque.
Asinum enim, acutè audire, ait Aristoteles.

Eccl 10. v. 20. Hinc illud Ecclesiastis cap. 10. vers. 20. *Etiam in scient a tua Regem ne despicias: & in penetralibus cubiculi tui, ne despicias diuitem: quia auis cælorum ire faciet vocem, & habens alas nuntiabit verbum.* Vbique enim aures aliquas habet Rex, id est, delatores, qui adulationi seruientes, mira velocitate, quæuis audierint, Regi nuntiant. Vide ibi Lorinum. Nota interim, fieri hic fortassè allusionem, ad phrasim Græcanicam, qua mulsæ alicuius aures, dicuntur *pennâ fricari* ὠτὸς πτερῷ. Quasi Reges sic auide delationes audiant, vt delator his tanquam pennis, aures eius titillet. Vnde Lxx. hic vertunt, ἢ ὁ ἔχων πτέρυγας ἀπαγγελεῖ λόγον σου. *Et habens pennas nuntiabit verbum tuum.* Sed de hoc alibi. seq. cap. num. 6. Lorin.

Etiam in re simili, oris titulus vsurpatus, & nuntius Regis, Legatus, Orator, aut Interpres *os Regis* vocabatur: quo modo *os Musarum* illum dicimus, cuius elegantissimo sermone, Musas locutas significamus. Anthol. Græc. lib. 4. in Epitaphio cuiusdam Procli.

Anthol.

Πρόκλος ἐγὼ, παῖς Παύλου Βυζάντιος, ὃν ποτε Δίκη,
Τηλεθάοντα δίκης βασιλῆος ἥρπασεν αὐλή:
Ὄφρ' εἴην στόμα τοῖο ἐχέφρονος βασιλῆος.
Proclus ego Byzantinus, Pauli filius, quem in domo
Florente Iustitia, Regia rapuit aula,
Vt essem os fidele, fortis Regis.

Theocrit. Exemplum Musarum, quod attuli, firmat Theocritus, Idyl. 7.

Καὶ γὰρ ἐγὼ Μοισᾶν καπυρὸν στόμα
Κἠμὲ λέγοντι
Πάντες ἀοιδὸν ἄριστον
Ego enim musarum blandum os, & me vulgo dicunt
Poetam optimum.

Anthol. 1. ad Pyndarum. Anthol.

Πίνδαρε Μουσάων ἱερὸν στόμα, ἢ λάλε σειρήν.
Pyndare Musarum os sacrum, & vocalis Sirena

Sic lib. 3. vocatur Homerus: Μεγάλη τὸ σοφὸν στόμα: *Pieridum sacrum os.* Et ibidem vocatur Stesichorus: ζαπλήθες, ἀμέτρητον στόμα μούσης: *plenum, & immensum os Musæ.* Hinc & à Patribus Græcis, si rectè, memini Baptista dicitur *os Christi*: & Petrus, *os Apostolorum*, sæpe. Ibidem

Manus etiam Regis, dicebantur illius ministri. Allusit Helena apud Ouid. in epistol. ad Paridem: Ouid.

Sic meus hinc vir abest, vt me custodiat absens:
An nescis longas Regibus esse manus.

Claudianus lib 1. de laudibus Stiliconis, Patrem eius commendans. Claudian.

———*Cuius protendere famam*
Si nihil egisset clarum, nec fida valenti
Dextera, duxisset rutilantes crinibus alas,
Sufficeret natus Stilico.

Vnde Martialis, de catella quadam, inseparabili sociâ, & quodammodo, amici ministrâ, ita habet lib. 11. epig. 70. Martial.

Lydia dicebat, Domine fidissima dextra,
Qui non Erigones, mallet habere canem.

Crederémque, cum gustu ad hanc formulam dixisse D. Paulinum epistol. virtutis studio commendato. *Vt simus dextera eiusdem, qui totus dextera est: non habentes in actibus nostris sinistram, vt ad dexteram eiusdem iudicis esse mereamur.* Sic explicabam illud Psalm. 143. vers. 8. *Dextera eorum, dextera iniquitatis.* q. d. Impiorum dextera, seruit & militat iniquitati tanquam Comes fidissima, tanquam dextra dextertima, & sollicita illius auxiliatrix. Fælicius tamen, ni fallor, explicantur ex dictis illa ex Psalm. 90. vers. 7. vbi postquam describitur securitas illius, qui in conspectu altissimi commoratur, qui in diuino degit tabernaculo tranquillus: iam hostium expugnatio sic celebratur. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit: veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.* Cur enim his debellandis, propinquitas saltem, ad iustum non concedatur: inde videtur esse, quia *à latere*, id est, à lateronibus: & *à dextris*, id est, à fidissimis custodibus & ministris, hostes isti profligantur: quiescente interim seruo Dei, & victoriam absque puluere, tantorum ministrorum operâ, comparaturo: tunc aptè connectitur τὸ *veruntamen*, (alias duriusculè deglutitum) q. d. non accedent ad te hostes, & tamen illos videbis à tuis profligatos: vnde solito Hebraismo idem bis repetente, additur statim. *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo: quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* vers. 10. Hos ergo Angelos, latera vocauit, & dexteras iusti. De his metaphoricis lateribus, seu lateronibus: vbiuis multa leges. Sed in re sacrâ, sunt pulchra verba Augustini, ad illud Psalm. 47. Paul. Ps. 9. v. 7. v. 10. D. Aug. Ps. 47. v. 3.

Latera

Latera aquilonis, ciuitas Regis magni. vers. 3. vbi postquam in Aquilone, diabolum expressum probat, sic mystica sua connectit. *Ecce latera Aquilonis, ciuitas Regis magni: latera vtique; quia inhæserunt diabolo: quicunque enim alicui cohærent, latera ipsius dicuntur: nam & de aliquibus hominibus solemus ita loqui: bonus homo est, sed mala latera habet: id est, ipse quidem probitate præstat, sed maligni sunt, qui ei coniuncti sunt. Latera ergo Aquilonis, quia diabolo cohærebant.* Notet Nouitius Lector, (ne hæreat in hac nostra explicatiunculâ) τὸ *ad te autem non appropinquabit.* Esse enallagem numeri, pro *appropinquabunt.* Sed iam ad alia.

CAPVT XXXVII.

De auribus nonnulla congero.

PERIOCHA.

1. *Aures spinis sepienda. Ecclesiast. 28. v. 28.*
2. *Limina & postes ostij, coronabantur: & cur.*
3. *Auribus flores gestati, quid denotarent.*
4. *Ianuarum metaphora ad aures ab vtraque paginâ frequens.*
5. *Aures recto consilio adhibenda.*
6. *Aures pennâ confricata ad delicias. auribus & Veneri aliquid commune. Lasciua auricularum prehensio, ad osculum.*

1. Eccl. 28. v. 28. ECCLESIASTICVS cap. 28. vers. 28. ita *Sepi aures tuas spinis: linguam nequam, noli audire.* Quid sibi velint hæc verba, nemini dubium: metaphoram vero, inde deductam volunt plures, quasi sicut ab horto, viridario, similibusque locis, malas bestiolas. & noxia animalcula, obiecto spinarum munimine arcemus: sic ab auribus obiecto simili propugnaculo, venenata nequam linguæ verba arcere, & repellere præcipiamur. Tale est illud Plutarchi monitum lib. de Aud. *Xenocrates, pueris potius, quam Athletis, addi iubebat Amphotidas; quod horum aures, ictibus, sermonibus horum mores prauertantur.* Sunt enim amphotides, ἀμφωτίδες, præter alias significationes, aurium munimina, quibus pugiles, grauiores cæstuum ictus ab auribus prohibebant. Vt autem nouam huius metaphoræ rationem, quam etiam loco prædicto non absonam existimo, aperiam: suppono breuiter.

Plutarch.

2. Catul. Solebant prisci festis diebus, limina & ostij postes, floribus & frondibus coronare. Catul. in nupt. Pel.

Hac circum sedes, late contexta locauit
Vestibulum, vt molli velatum fronde vireret.

Claudian. Claudian. in nupt. Honor. vbi Venus præcipit cupidinibus.

Hi nostra nitidos postes obducere myrto
Contendant.

Idem. Et iterum in Magnete.

—— Festa frondentia myrto

P. Pinto Ramirez S. Script. Selecta.

Limina cinguntur, roseisque cubilia surgunt
Floribus, & thalamos dotalis purpura velat.

Marc. Capel. Marc. Cap.

Comere verniferis florentia liminâ sertis.

Iuuenalis Sat. 6. in Amici nuptiis: Iuuen.

——Necte coronam
Postibus, & densos per limina necte corymbos.

Et iterum Sat. 12. Idem.

Cuncta nitent, largos erexit ianua ramos;

Prætereo innumeros: ex nostris Tertullian. in Tertull.
Apolog. *Cur die læto, non laureis postes adumbramus, nec lucernis diem infringimus.* Et lib. de Idol. Idem.
cap. 15. *At nunc luceant tabernæ, & ianuæ nostræ plures iam inuenias ethnicorum fores, sine lucernis & laureis, quam Christianorum.* Hic autem ostiorum viror & ornatus, tacitum quoddam erat inuitamentum, præconium mutum, quo festiua domus, facilis, & aduocatam turbam applausurosque hospites, benignè exceptura noscebatur. Hanc causam (prætermissis aliis, quæ minus ad rem meam) innuit Statius lib. 1. Statius.
Sil. 2.

—— Iam festâ feruet domus vtraque, pompa,
Fronde virent postes, & feruent compita flammis
Et pars immensa gaudet celeberrima Roma:
Omnis honos, cuncti veniunt ad limina fasces.
Omnes plebeio teritur prætexta tumultu:
Hic eques, hic Iuuenum questus, stola mixta laborat, &c.

Tu plura, quæ huc faciant, passim incurres.

3. Hinc ergo erat, ni fallor, vt in similibus celebritatibus, & conuiuiis, aureis appensis floribus, aut herbis delicatioribus adornarent: quasi tunc festiuâ licentiâ, iocos, sales, scomata, & quidquid esset prætextati sermonis, admitterent, beneuolas interim aures, non auersuri. quemadmodum enim, qui domus fores ornat frondibus, ingressuram turbam allicit, sic qui auditus fores, id est, aures amœnat: videtur alienis verbis, portas beneuolas aperire. Ad morem gestandi flores in auribus, allusit Athenæus Athen.
lib. 12. cap. 30. vbi ita. *Cratinus in Chironibus, priscorum delicias scribens, subdit. Molle Sisymbrium, aut rosa, aut lilium, auri insidebat, &c.* Scio, quam aliter hunc locum, inscio vulgo vertat natalis Comes, incidens nimirum mendoso codici, vbi apposita adspiratione, & peruerso accentu legebatur παρ' ὦ. Sed emendauit iam locum Casaubonus ad Athen. lib. 12. Casaub.
cap. 13. restituens germanam lectionem, quæ absque dubio habet παρ' οὖς. Ad eundem morem facit Græcum etiam epigramma ex Florilegio, quem venustissimâ Latinitate donauit, nescio quis in hunc modum.

Funde merum genio, foliis tibi frenet oliua
Casta comas: lauro, iam ita festa micet.
Flore nouo varietur humus, rosa Cypria vernet,
Pendeat ad geminas insidiosa genas.
Lecticâ, curruque, sacri vectentur amores,
Pignora da genibus, oscula mille suis:
Festus eat tibi Sexte dies, dignusque lucernis.
Hæc mea vota sonant, hinc tua vota fluent.

Non enim tam caput, quam aures dixeris coronatas, vnde in vtranque genam rosæ dependerent. Hinc ergo iam prædicti versiculi, non insulsa omnino deducitur explicatio: quasi dicat sapiens: si aures instar portarum comptæ floribus, colloquentes videntur inuitare, quasi puteant cuiusuis verbis

Herod. Herodotus in Clio, de Cyro adhuc puero, & inter ludendum, regia munia collusoribus suis diuidente: ita. *Alium, vt oculum Regis: alios mandatorum renuntiatorem: suum singulis honorem, munusque assignans.* Qui locus gemmâ notandus, fouendæ suspicioni, mei Sanctij, qui ad locum Tobiæ suspicatur, ante Persicam Monarchiam, iam forte apud alias nationes, similem aulæ tenorem constitutum: certè Cyrus multis post annis, Imperium extulit Persicum, vnde hunc *oculi* titulum, apud vicinas gentes audisse visus: quem tunc ludo, & postea serio, genti suæ indidit. In Ecclesia etiam, qui Episcoporum *oculi* dicantur, iam alij notarunt. Minus obseruatum illud Petri Da-
D. Dam. mascen. lib. 1. epist. 6. ad Papam: vbi de Cardinalibus dicitur: *Qui videlicet vestri acutissimi, & perspicaces sunt oculi.*

Vt huiusmodi *oculos*, sic etiam similis conditionis *aures* Regi tribuebant: Xenophon lib. 8.
Xenoph. παιδ. ita. Πολλὰ μὲν βασιλέως ὦτα, πολλοὶ δ' ὀφθαλμοὶ νομίζονται. *Multa quidem Regi aures, multique oculi, putabantur inesse.* Hinc veteres, Midæ Regi potentissimo, & ditissimo, longas aures tribuit, & asininas: quod plures haberet delatores, qui arrectâ aure, vel etiam leuem rumusculum captantes, omnia opportunè ad Re-
Ioan. Tzetz. gem deferebant. Tzetzes chil. 1. histor. 2. post alia:

Ὠτα δ' τοῦτον λέγουσι ἔχειν, ὡς εἶπον ὄνου,
Τὸ δ' ἴδ ὀξυάκοον, εἶτε μὰλ ἢ μακρώτου:
Ἢ τῷ πολλοὺς ὠτακουστὰς ἔχειν τι, ἢ κατασκόπους.
Οὕτω γὰρ ὀξυάκοον φησὶν Ἀριστοτέλης.
Aures autem hic dicitur habere, vt dixi asini,
Vel quod esset acuti auditus, siue longauris:
Vel quod multos delatores haberet exploratoresque.
Asinum enim, acutè audire, ait Aristoteles.

Eccl 10. v. 10. Hinc illud Ecclesiastis cap. 10. vers. 20. *Etiam in scient à tua Regem ne despicias: & in penetralibus cubiculi tui, ne despicias diuitem: quia auis cœlorum ire faciet vocem, & habens alas nuntiabit verbum.* Vbique enim aures aliquas habet Rex, id est, delatores, qui adulationi seruientes, mira velocitate, quæuis audierint, Regi nun-
Lorin. tiant. Vide ibi Lorinum. Nota interim, fieri hic fortassè allusionem, ad phrasim Græcam, qua mulsæ alicuius aures, dicuntur *pennâ fricari* κνᾶν πτερῷ. Quasi Reges sic auide delationes audiant, vt delator his tanquam pennis, aures eius titillet. Vnde LXX. hic vertunt, ὁ ἔχων πτέρυγας ἀπαγγελεῖ λόγον σου. *Et habens pennas nuntiabit verbum tuum.* Sed de hoc alibi. seq. cap. num. 6.

Etiam in re simili, otis titulus vsurpatus, & nuntius Regis, Legatus, Orator, aut Interpres *os Regis* vocabatur: quo modo *os Musarum* illum diceimus, cuius elegantissimo sermone, Musas lo-
Anthol. quutas significamus. Anthol. Græc. lib. 4. in Epitaphio cuiusdam Procli.

Πρόκλος ἐγὼ, παῦλου Βυζάντιος, ὃν διὰ δίκας,
Τιλεθάσας δίκης βασιλῆος ἥρπασεν αὐλά:
Ὄφρ' εἴην στόμα πιστὸν ἐπιχθονίου βασιλῆος.
Proclus ego Byzantius, Pauli filius, quem in domo
Florente Iustitia, Regia rapuit aula,
Vt essem os fidele, fortis Regis.

Theocrit. Exemplum Musarum, quod attuli, firmat Theocritus. Idyl. 7.

Καὶ γὰρ ἐγὼ μοισᾶν καπυρὸν στόμα
Κηνὲ λέγοντι
Πάντες ἀοιδὸν ἄριστον
Ego enim musarum blandum os, & me vulgo dicunt
Poetam optimum.

Anthol. 1. ad Pyndarum. Anthol.
Πίνδαρε μουσάων ἱερὸν στόμα, ἢ λάλε σειρὴν.
Pyndare Musarum os sacrum, & vocalis Sirena

Sie lib. 3. vocatur Homerus: πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα: *Pieridum sacrum os.* Et ibidem vocatur Ibidem
Stesichorus: ζαπλήθες, ἀμέτρητον στόμα μούσης: *plenum, & immensum os Musæ.* Hinc & à Patribus Græcis, si rectè, memini Baptista dicitur *os Christi*: & Petrus, *os Apostolorum*, sæpe.

Manus etiam Regis, dicebantur illius ministri. Allusit Helena apud Ouid. in epistol. ad Paridem: Ouid.

Sic meus hinc vir abest, vt me custodiat absens:
An nescis longas Regibus esse manus.

Claudianus lib 1. de laudibus Stiliconis, Patrem eius commendans. Claudian.

——Cuius protendere famam
Si nihil egisset clarum, nec fida valenti
Dextera, duxisset rutilantes crinibus alas,
Sufficeret natus Stilico.

Vnde Martialis, de catella quadam, inseparabili sociâ, & quodammodo, amici ministrâ, ita habet lib. 11. epig. 70. Martial.

Lydia dicebat, Domino fidissima dextra,
Qui non Erigones, mallet habere canem.

Credetémque, cum gustu ad hanc formulam dixisse D. Paulinum epistol. virtutis studio commendato. *Vt simus dextera eiusdem, qui totus dextera est: non habentes in actibus nostris sinistram, vt ad dexteram eiusdem iudicis esse mereamur.* Paul.
Sic explicabam illud Psalm. 143. vers. 8. *Dextera eorum, dextera iniquitatis.* q. d. Impiorum dextera, seruit & militat iniquitati tanquam Comes fidissima, tanquam dextra dextertima, & sollicita illius auxiliatrix. Fælicius tamen, ni fallor, explicantur ex dictis illa ex Psalm. 90. vers. 7. vbi postquam describitur securitas illius, qui in conspectu altissimi commoratur, qui in diuino degit tabernaculo tranquillus: iam hostium expugnatio sic celebratur. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit: veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.* Cur enim his debellandis, propinquitas saltem, ad iustum non concedatur: Ps. 9. v. 7.
inde videtur esse, quia *à latere*, id est, à lateronibus: & *à dextris*, id est, à fidissimis custodibus & ministris, hostes isti profligantur: quiescente interim seruo Dei, & victoriam absque puluere, tantorum ministrorum operâ, comparaturo: tune aptè connectitur τὸ *veruntamen*, (alias duriuscule deglutitum) q. d. non accedent ad te hostes, & tamen illos videbis à tuis profligatos: vnde solito Hebraismo idem bis repetente, additur statim. *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo: quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* vers. 10. v. 10.
Hos ergo Angelos, latera vocauit, & dexteras iusti. De his metaphoricis lateribus, seu lateronibus: vbiuis multa leges. Sed in re sacrâ, D. Aug.
sunt pulchra verba Augustini, ad illud Psalm. 47. Ps 47. v. 3.

Latera

Latera aquilonis, ciuitas Regis magni. verſ. 3. vbi poſtquam in Aquilone, diabolum expreſſum probat, ſic myſtica ſua connectit. *Ecce latera Aquilonis, ciuitas Regis magni: latera vtique; quia inhaeſerunt diabolo: quicunque enim alieni cohaerent, latera ipſius dicuntur: nam & de aliquibus hominibus ſolemus ita loqui: bonus homo eſt, ſed mala latera habet: id eſt, ipſe quidem probitate praeſtat, ſed maligni ſunt, qui ei coniuncti ſunt. Latera ergo Aquilonis, quia diabolo cohaerebant.* Notet Nouitius Lector, (ne haereat in hac noſtra explicatiuncula) τὸ *ad te autem non appropinquabit.* Eſſe enallagem numeri, pro *appropinquabunt.* Sed iam ad alia.

CAPVT XXXVII.

De auribus nonnulla congero.

PERIOCHA.

1. *Aures ſpinis ſepiendae. Eccleſiaſt. 28. v. 28.*
2. *Limina & poſtes oſtij, coronabantur: & cur.*
3. *Auribus flores geſtati, quid denotarent.*
4. *Ianuarum metaphora ad aures ab vtraque paginâ frequens.*
5. *Aures recto conſilio adhibendae.*
6. *Aures pennâ confricatae ad delicias. auribus & Veneri aliquid commune. Laſciua auricularum prehenſio, ad oſculum.*

1. Eccl. 28. v. 28. ECCLESIASTICVS cap. 28. verſ. 28. ita *Sepi aures tuas ſpinis: linguam nequam, noli audire.* Quid ſibi velint haec verba, nemini dubium: metaphoram vero, inde deductam volunt plures, quaſi ſicut ab horto, viridario, ſimilibuſque locis, malas beſtiolas, & noxia animalcula, obiecto ſpinarum munimine arcemus: ſic ab auribus obiecto ſimili propugnaculo, venenata nequam linguae verba arcere, & repellere praecipiamur. Tale eſt illud Plutarchi monitum
Plutarch. lib. de Aud. *Xenocrates, pueris potius, quam Athletis, addi iubebat Amphotidas; quod horum aures, ictibus, ſermonibus horum mores peruertantur.* Sunt enim amphotides, ἀμφώτιδες, praeter alias ſignificationes, aurium munimina, quibus pugiles, grauiores caeſtuum ictus ab auribus prohibebant. Vt autem nouam huius metaphorae rationem, quam etiam loco praedicto non abſonam exiſtimo, aperiam: ſuppono breuiter.

2. Catul. Solebant priſci feſtis diebus, limina & oſtij poſtes, floribus & frondibus coronare. Catul. in nupt. Pel.

Haec circum ſedes, late contexta locauit
Veſtibulum, vt molli velatum fronde vireret.

Claudian. Claudian. in nupt. Honor. vbi Venus praecipit cupidinibus.

Hi veſtrâ nitidos poſtes obducere myrto
Contendant.

Idem. Et iterum in Magnete.

—— Feſtâ frondentia myrto
Limina cinguntur, roſeiſque cubilia ſurgunt
Floribus, & thalamos dotali purpura velat.

Marc. Cap. Marc. Capel.

Comere verniferis florentia liminâ ſertis.

Iuuen. Iuuenalis Sat. 6. in Amici nuptiis.

—— Necte coronam
Poſtibus, & denſos per limina necte corymbos.

Idem. Et iterum Sat. 12.

Cuncta nitent, largos erexit ianua ramos;

Tertull. Praetereo innumeros: ex noſtris Tertullian. in Apolog. *Cur die laeto, non laureis poſtes adumbramus, nec lucernis diem infringimus.* Et lib. de Idol.
Idem. cap. 15. *At nunc luceant tabernae, & ianuae noſtrae plures iam inuenies ethnicorum fores, ſine lucernis & laureis, quam Chriſtianorum.* Hic autem oſtiorum viror & ornatus, tacitum quoddam erat inuitamentum, praeconium mutum, quo feſtiua domus, facilis, & aduocatam turbam applauſuroſque hoſpites, benigne exceptura noſcebatur. Hanc cauſam (praetermiſſis aliis, quae minus ad rem meam) innuit Statius lib. 1.
Statius. Sil. 2.

—— Iam feſtâ feruet domus vtraque pompa,
Fronde virent poſtes, & feruent compita flammis
Et pars immenſa gaudet celeberrima Roma:
Omnis honos, cuncti veniunt ad limina faſces.
Omnis plebeio teritur praetexta tumultu:
Hic eques, hic Iunctum queſtus, ſtola mixta laborat, &c.

Tu plura, quae huc faciant, paſſim incurres.

Hinc ergo erat, ni fallor, vt in ſimilibus celebritatibus, & conuiuiis, aureis appenſis floribus, aut herbis delicatioribus adornarent: quaſi tunc feſtinâ licentiâ, iocos, ſales, ſcommata, & quidquid eſſet praetextati ſermonis, admitterent, beneuolas interim aures, non auerſuri. quemadmodum enim, qui domus fores ornat frondibus, ingreſſuram turbam allicit, ſic qui auditus fores, id eſt, aures amoenat: videtur alienis verbis, portas beneuolas aperire. Ad morem geſtandi flores in auribus, alluſit Athenaeus
Athen. lib. 12. cap. 30. vbi ita. *Cratinus in Chironibus, priſcorum delicias ſcribens, ſubdit. Molle Siſymbrium, aut roſa, aut lilium, auri inſidebat, &c.* Scio, quam aliter hunc locum, inſcio vulgo vertat natalis Comes, incidens nimirum mendoſo codici, vbi appoſita adſpiratione, & peruerſo accentu legebatur παρ' ὦς. Sed emendauit iam locum Caſaubonus ad Athen. lib. 12.
Caſaub. cap. 13. reſtituens germanam lectionem, quae abſque dubio habet παρ' ὦς. Ad eundem morem facit Graecum etiam epigramma ex Florilegio, quem venuſtiſſimâ Latinitate donauit, neſcio quis in hunc modum.

Funde merum genio, foliis tibi frenet oliua
Caſta comas: lauro, iam ita feſta micet.
Flore nouo varietur humus, roſa Cypria vernet,
Pendeat ad geminas inſidioſa genas.
Lecticâ, curruque, ſacri vectentur amores,
Pignora da genibus, oſcula mille ſuis:
Feſtus eat tibi Sexte dies, dignuſque lucernis.
Haec mea vota fluant, hinc tua vota fluent.

Non enim tam caput, quam aures dixeris coronatas, vnde in vtranque genam roſae dependerent. Hinc ergo iam praedicti verſiculi, non inſulſa omnino deducitur explicatio: quaſi dicat ſapiens: ſi aures inſtar portarum comptae floribus, colloquentes videntur inuitare, quaſi puteant cuiuſuis verbis

beneuolè excipiendis: tu è contra spinis quodammodo aurium tuarum fores sepi, quibus nequam linguæ verba ab ingressu prohibeantur.

4. Eccl. 28. v. 25. Facit non parum pro prædictâ explicatione, frequentia vtriusque paginæ, in metaphoris, à ianuis ad aures deducendis. Prædictum nostrum versiculum sic complet Ecclesiasticus: *Et ori tuo facito ostia, & feras auribus tuis.* q. d. non solum, dum videntur patere, spinis obducantur, sed potius obductis seris concludantur. Hunc Iob 33. vers. 16. *aperit aures.* Isai. 48. vers. 8. *aperta est auris.* Ionathas ad Dauidem 1. Reg. 20. vers. 13. *reuelabo aurem tuam.* Et similia passim, quibus ab ostio ducitur similitudo. Lucianus orat. de non temerè credendo, ita. *Quid faciet vir prudens in re ambiguâ? sane opinor, quod Homerus in Sirenum fabula docet: perniciosas talium sermonum delicias, nauigio prætereat: obturet aures, nec passim aperiat affectui alicui obnoxiis: sed iamitore sedulo, ac fido adhibito, ratione videlicet, ac iudicio animi: rectè dicentes, reclusis foribus excipiat inutiles nugas, obdito pessulo arceat.* Tunc sic concludit. καὶ γὰρ ἂν εἴη γελοῖον, τῇ μὲν οἰκίᾳ θυρωροὺς καθιστάναι· τὰ ὦτα δὲ καὶ τὴν διάνοιαν ἀνεῳγμένα ἐᾶν. *Ridiculum quippe sit, domui ianitores constituere: aures vero mentem patentes exhibere.* Ioannes Tzetzes chil. 1. hist. 21. ἀνοίγνυς θεοῖς, σοῖς ὠσὶν, τῷ λόγῳ ἄκουε μου. *Bene foratas aperiens aures tuas, audi sermones meos.*

Margin notes: Iob. 33. v. 16 · Isa. 48. v. 8. · 1 Reg. 20. v. 13. · Lucian. · Idem. · Ioan. Tzetz.

5. Paræm. Expressè autem Ecclesiasticus, *in nequam linguæ* verba parat munimen: ne quis putaret, perpetuo voluisse aures obseratas: paris enim stultitiæ fuerit, linguam prauam non vitare, & rectè consulentem non suscipere. Inde Paræmia illa apud Origenem lib. de Princip. *oleum in aure gerere*: in illos quadrat, qui sana consilia respuunt: sumptâ (vt creditur) similitudine ab vrinatoribus, qui oleum in auribus gestant, vt aqua elabatur, nec penetret. Grauiter in hos Themist. Themistius oratione 5. parco Græcis. *Hoc foret naturam hominis incusare, quod aperta, patulasque aures formasset: nec quemadmodum palpebras atque, os sic etiam aures claudere & aperire potestatis & arbitrio nostro subiecisset: cum hic vnus propemodum è sensibus, potestatem & arbitrium nostrum effugiat: & quidquid in eum incurrit, excipiat necessario; adiumque instar apertarum, portarumque carentium.* Sed in hanc rem passim priscorum pulchras sententias, quilibet adnotauerit.

6. Clem. Alex. Explicui vtcunque locum sacrum. aggredior paucis aperire, prisci Patris sententiam, quæ aliquibus negotium facessit. Clemens Alexandrinus lib. 2. Pædag. cap. 7. de modestia in conuiuio, seruanda: ita. *Porro autem, aurium quoque fricationes, & sternutamentorum irritationes, sunt suilli pruritus, & confricationes, qua intemperantem meditantur fornicationem.* Prætereo sternutamenta, quia non ad rem præsentem: & inquiro, quænam sint istæ *aurium fricationes?* Ego sic puto: solebant olim, nescio ad quas voluptaris delicias, leuioris pennæ attactu, aures mulcere, & perfricare, vt ad finem superioris capitis, innuebam: forte ergo has confricationes, Clemens reprehendit. Discis à Luciano orat. citata, de non temere credendo: vbi illos reprehendens, qui apertas semper audiendis delatoribus, aures gerunt, mirificéque perceptis delationibus, & ob.bitis quibusuis rumusculis oblectantur: sic subdit. ὥσπερ γὰρ ὅσοι τὰ ὦτα πτεροῖς κνώμενοι ... *Noui ego quosdam auditu calumniæ adeo in vndè auriculas titillare: tanquam illi, qui pennis confricantur.* Pennis scilicet, non tam alia membra, quam aures perfricatoribus, alias dura veniret comparatio. Ipse se aperit clarissimè Lucianus de saltat. vbi de canticis mollibus auditis, ita. ὅμοια πεπόνθασι τοῖς τὰ ὦτα πτερῷ κνωμένοις. *Idem sentiunt atque illi, quibus aures pennâ confricantur* Nihil aliud de his aurium confricationibus, me legisse memini.

Margin notes: Lucian. · Idem.

Sed neque caret mysterio, quod has aurium fricationes, præuias fornicationi meditationes, meditatur: habent enim auriculæ, nescio quid cum Venere Sympathiæ: vnde Iuuenalis Sat. 11. adulteræ à coitu redeunti, tribuit signatè. (Iuuenal.)

Vexatasque comas, & vultum, auremque calentem.

Suetoo. in August. cap. 69. *Marcus Antonius, festinatas Liuiæ nuptias obiecit: & fœminam consularem è triclinio viri, coram in cubiculum abductam: & rursus in conuiuium, rubentibus auriculis, incomptiori capillo reductam.* Blandiri ergo confricatis auriculis, quæ aliunde in coitu sic commouentur: quodammodo præmeditatam sapit fornicationem. Nun abest hinc lascivia illa consuetudo, apprehendendi auriculas ad osculum: immo fortassè hæ Clementis confricationes, eo tendunt: quasi quandoque in conuiuiis, immodestè nonnulli, adiacentium amicarum auriculas attrectarent: & quamuis osculis parcerent in publico: tamen illud, præmeditatam fornicationem innuebat. Lucianus in dialogo quodam meretricio, Iuuenem perditum describens amicæ osculis inhiantem, τὸ ὠτὸ ἄκρῳ ἀφαλφώμενον, addidit Theocritus Idil. 5. (Sueton. · Lucian. · Theocrit.)

οὐκ ἐραμ' ἀλγεῖνα, ἔτι μικρὸν ἐκ ἐφίλασε
Τῶν ὤτων καθελοῖσα

Plautus in Asinar. *Prehende auriculas, compara labella cum labellis.* Et sæpe alibi. Tibullus lib. 2. eleg. 5. modestius. (Plaut. · Tibul.)

Et fessum matrona dabit, gnatusque parenti,
Oscula comprensis auribus eripiet.

Id δὲ τὴν χύτραν, à similitudine ansatæ ollæ, expressum, iam Interpretes Plauti adnotarunt.

CAPVT XXXVIII.

De nominibus pauca scitu digna.

PERIOCHA.

1. *Meretrices in professione turpi, à dote vel euentu aliquo noua nomina comparabant. Apoc. 18 v. 5.*
2. *Coniectatur in idem de loco Ezech. c. 23. vers. 4 expenditur alius locus eiusdem vatis cap. cap. 16. vers. 5. de nomine meretricis fronti affixo. Meretrices nonnulla*

nonnulla non adeo perditi pudoris, nomina propria dissimulabant. Alia, pulchriorum aliarum, cellam & titulum, vberiori quæstui mentita vsurpabant.

3. *Quam superba, & speciosa nomina sumerent Meretrices. Hæc nomina quandoque litteris gemmarum serie formatis, descripta. Obiter de vsu scribendi, ducto vino, in mensis.*

4. *Decorum est subditis, si proprio nomine à Principe appellentur. Locus Exodi 33. vers. 12. & Isai. cap. 45. vers. 4. Indecorum autem si Princeps proprio nomine vocetur. Locus Exodi 6. vers. 2. Dynasta prætermissis nominibus, à Prænominibus noscitati.*

5. *Amoris eximij, & specialis curæ signum, apud Veteres habebatur, si quadam, apud Deos diuerso nomine, quam apud homines vocarentur. Expenditur locus Isaia cap. 41. vers. 1. & iterum locus prædictus Ezechielis cap. 23. v. 4. Alia etiam erant vocabula apud Deos, sed probrosa, quibus aliter quàm homines, aliquid abominabile exprimebant.*

6. *Artifices nomina sua, vasis perfectioribus insculpebant. Ibidem Principes sua, maiorumque gesta, & victorias celabant. Locus Actor. 9. v. 15.*

7. *Nomen victoris, in capite catalogi seu libri, scriptum. Locus ex Ps 39. v. 9. Album militare vbinis notum.*

1. Apoc. 17. v. 5. APOCALYPSIS cap. 17 vers. 5. ita de insigni illa maretrice, quæ abominationis suæ vioo, orbem dicitur inebriasse. *Et in fronte eius nomen scriptum, mysterium: Babylon mater fornicationum, & abominationum terræ.* Siue hoc nomen in fronte cellæ, & cubiculi scriberetur, vt voluit Roa singul. lib. 4. cap. 10. (Roa.) siue quod probabilius puto, in fronte ipsius meretricis penderet: sicut nomeo Dei tetragrãmaton laminæ insculptum fronti sacerdotali imminebat: quod vult Alcasar: (Alcasar.) illud planum, vtrunque ex vsu meretricio deriuari: meretricibus enim, aut in cubiculi, aut quandoque in vultus ipsius froote, nomen appendebatur: quod citati Auctoras iam multis illustrarunt. Illod etiam notum ex Plauto, quem dedit ibi Roa, solitas meretrices cum pudore pariter nomen exuere, & suum proprium, in aliud commutare: vnde videntur velle hoc ex vsu, meretricem hanc Apocalypseos, quæ Roma fuisse creditur, Babylonis nomine à Ioanne fuisse appellatam. Addo huic mori, qui vano Plauti testimonio, visus ibi illustrari, Auctorum priscorum testimonia, quæ variis locis suppeditat Athenæus. Ergo dipnos. lib. 13. cap. 19. (Athen.) de quadam ita. *Est autem hoc meretricis cognomen: nomen enim illius proprium erat Haa, vt asserit in lib. de Meret. Antiphanes: quam dicit Anticyram fuisse vocatam, siue quod biberet cum inconstantibus, & insanientibus: siue quod, cum cœpisset Nicostratus medicus, ac postea moreretur: plurimum Belleborum illi reliquit: nihilque præterea.* Sed hæc mutatio, à vulgo potius facta videtur, (quo modo Laurentiam Romuli Remique nutricem, Lupam vocarunt Pastores) qoam à se. Magis ergo ad rem, quod addir cap. 22. (Idem.) *Hanc Naiadem descripsit Lysias in oration. contra Philonid. est autem nomen meretricis Nais, cuius proprium erat, Archias.* Et cap. 23. (Idem.) *Demetrius Phalereus Lampito Samiam, amicam habuit: atque ipsam, Lampito suauiter appellauit, vt testatur Diyllus. Vocabatur autem, Charitoblepharus etiam.* Aduerte autem noo esse hæc nomina obliqua, & celandæ personæ, tegendoque proprio vocabulo quæsita: (de quo vsu plura dixi in Cantico Dramatico) sed manifesta, & vnde postea Meretrices ab omnibus indigitatæ, io persona nota, sed diuerso vocabulo dicerentur: sicut vxores, (quod ibidem notaui) post ouptias nomina prisca, nouis commutasse quandoque, scimus. Pergo. Iterum Athenæus prædicto cap. 23. (Idem.) *Celeberrima fuit meretrix Plangon: quam cum eximia esset pulchritudinis, adolescens Colophonius amauit, cùm tamen Bacchidem amicum haberet Samiam. Cum sermo ad illam esset allatus de adolescente, Plangon auditâ Bacchidis formâ, voluit Iuuenem ab amore suo diuertere: vbi fieri non posse vidit, congressus præmium postulauit, monile Bacchidis, quod erat celeberrimum. Hic autem cum magnopere amaret, petiuit à Bacchide ne ipsum mori pateretur. Bacchis igitur cum summum illius desiderium cognouisset, monile concessit. Cum vero cognouisset Plangon, Bacchidem ab inuidia esse alienam, suum illi monile remisit: atque cum hoc versata est: quo accidit postea, vt communem dum viuerent, habuerint amasium. Quam rem admirati Iones, vt inquit Meneter in lib. de Depositis, Plagonem in posterum, Pasiphilam vocarunt.* At vero hanc secundam appellationem, à vulgo inditam honoris ergo, auidè deinde retinuisse hanc Meretricem, satis colligitur; ex iis quæ ab Archiloco addit ibi, (Archil.) idem Athen. (Athen.) qui tandem cap. 24. ita. *Stratocles Orator, Lemem meretricem cognomento, quæ Parorama vocabatur, habuit amicam.* Dedi plusculа iotelligendo Ioanni, de vsu quo meretrices, relictis prioribus nominibus, affectabant ab aliquo vel facto, vel dote, denuo appellari: quia Plautus qui affertur vnus, vanus etiam, & ioutilis ad hanc rem. Lege illius comædiam, & videbis puellas illas, noo ideo mutaturas nomen describi, vt famosiores euaderent: sed ne, aliunde stirpe generosæ, sub meretricio quæstu noscerentur.

2. Ezech. 23. v. 4. Fortassè alludit etiam ad hunc morem Ezechiel cap. 23. vbi de mysticis meretricibus, quæ fornicatæ sunt in Ægypto, subdit vers. 4. *Nomina autem earum Oolla, maior: & Ooliba, soror eius minor. Et habui eas, & pepererunt filios & filias. porro earum nomina, Samaria Oolla; & Ierusalem, Ooliba.* Quasi à professione meretriciâ, relictis veteribus, noua nomina sortirentur. Sed quid illud eiusdem vatis cap. 16. vers. 5. (Ez. c 16. v. 5.) vbi sub longiori metaphora meretricis, ita ad Ierusalem. *Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo.* Quid inquam est fornicari in nomine suo? Vide quam multa ibi Sanctius: addéque, coniecturam hanc nostram, alludi ad vsum quo, nomen meretricis, siue proprium, siue

siue illud pomposè ascititium, illius cellulæ solebat inscribi. De quo quia iam trita omnia, licet ad hunc locum noua venirent, dicere supersedeo. Quasi dicat Propheta: fornicata es, non vtcunque, sed tanquam publicæ libidinis victima, lupanar ingressa nomen tuum legendum, & allectuum præfixisti. Hæc obscuro loco non implexa explicatio videri poterat. Subdam tamen aliquid, fortassè ab huius loci mente non alienum. Solent nonnullæ quæ fornicantur, nomina sua dissimulare, & adulterina alia sibi sumere, sub quibus sic indulgeant libidini, vt saltem cum pudore, splendor, si fortè, generis non profligetur. Sic capiendus (non aliter)

Plaut. Plautus.

Namque hodie earum mutarentur nomina,
Facerentque indignum genere, quæstum corpore.

Profligatissimæ enim indolis est, vltimam voluptatem ab infamia capere; sunt huius genij fœminæ nonnullæ vnde Ouid. 3. Amor.

Ouid.

Non peccat quæcunque potest, peccasse, negare,
Solaque famosam, culpa professa facit.
Quis furor est, quæ nocte latent in luce fateri,
Et quæ clam facias, facta referre palam.

Id ergo in turpissima meretrice, videtur Deus reprehendens: quasi dicat: non dissimulasti nomen tuum, quod minus perditæ meretrices solent curare: sed quasi de professione flagitij gloriateris, sub aperto nomine scortabaris. Sed neque hoc satis. Cannina illa Iuuenalis, vbi Augusta meretrix, orbis Regina Messalina, Lupanar ingressa describitur, (quæ Roa & alij de titulis cellularum solummodo capiunt) profundius quondam forte inductus explicabam: sic illa habent Sat. 6.

Roa.

Intrauit calidum veteri centone Lupanar,
Et cellam vacuam atque suam, tunc nuda papillis
Constitit auratis, titulum mentita Lycisca.

Volebam igitur, solitas aliquas meretrices, quæ non adeo formæ suæ arrogabant, aliarum formosiorum ædiculis vacuis, aut furtim, aut ex compacto obrepere: vt sub harum & titulo, & nomine, plures allicerent, prostarent quæstuosius: videlicet Lyciscam, insigniorem aliquam meretriciæ conditionis puellam, sub cuius titulo, inque vacua eiusdem cellula, pudorem prostitueret Messalina. Hoc si verum (neque est cur falsum credamus, cum & hodie id passim fieri, etiam de obligatione restitutionis consulti, audiamus:) iam clarius verba Prophetica illucescent: q. d. multum tibi arrogans de pulchritudine tua, non sub alieno titulo, nec famosioris alicuius mentita nomen: sed oomen tuum exhibens, & sub titulo proprio exponebaris.

3. Athen. Quam vero superba nomina affectarent meretrices, colligo ex Athenæo Dipnos. lib. 13. cap. 19. vbi ita *Meminit Hyperides in oration. contra Patroclum, de Nemeade tibicina. De qua, admiratione dignum est, cur passi sint Athenienses, scortum ita nominari; cum celeberrimæ congregationis, nomen ea sibi vsurparet. Nam non solum meretricibus, verum etiam omnibus seruis, nomina huismodi imponi, legibus cauebatur.* Si ergo meretrix vulgaris, vtpote è tibicinis, & in ea vrbe, vbi id legibus cautum, tam speciosum nomen ausa vsurpare: quid uon facerent pretiosiores meretrices, ibi maximè, vbi ad libitum nomina eligebant? Adhuc magis mirum, quod Lais meretrix illa famosissima, non tam gemmis nomen suum insculptum gereret, quam quod gemmas in monili ita disponeret, vt ex variâ illarum serie, litteræ formarentur: quibus nomen eiusdem formaretur. Aristenætus epistol. 1. de illa. Τράχηλος λευκός τε, κὴ σύμμετρος τοῦ προσώπου: κἂν ἀκόσμητος ᾖ, δι' ἁβρότητα τὸ θάρρηκεν ἑαυτῷ: περίκειται μὲν λιθοκόλλητον τὸ περιδέραιον, ἐν ᾧ τοὔνομα γέγραπται τὸ καλῆς: γράμματα δ' ἦσαν τῶν λιθιδίων ἡ θέσις. *Collum candidum, vultus decori correspondens, & licet inornatum, satis sibi de molli venustate arrogaret, comebatur tamen distincte gemmis monili, in quo formosæ huius nomen scribebatur, gemmarum ipsarum collocatione litteras conformante.* Parum abest, (pace priscorum sæculorum dixerim) à prædictis meretricibus, Helena, quanuis Regina: cape ergo in re nominis scribendi, quam in hoc capite versamus; cape iuquam quâ technâ, turpis eius amasius, turpioris fœminæ nomen descripserit. Ergo illa apud Ouidium in epist. ad Paridem, ita.

Aristen.

Ouid.

Orbe quoque in mensa, legi sub nomine nostro
(Quod deducta mero, littera fecit) amo.
Credere me tamen hoc, oculo renuente negaui,
Hei mihi, iam didici, sic quoque posse loqui.

Allusit vero, (vt id obiter notem) ad hunc scribendi tenorem, iterum alibi Ouidius. Idem.

Et tacitam mensæ, duxit in orbe, notam.

Et Tibullus lib. 1. eleg. 6. in re amoris: Tibul.

Ne te decipiat nutu, digitoque liquorem
Ne trahat, & mensa ducat in orbe, notas.

Et iterum eleg. 10. in re alia: Idem.

Vt mihi potanti possit sua dicere facta,
Miles, & in mensâ pingere castra, mero.

Sed iterum ad feria.

4. Exod. 33. v. 12. Lyran. Moyses, magnum aliquid à Deo orans, sic causam roborans adurget. *Præsertim cum dixeris, noui te ex nomine.* Exodi 33. verf. 12. Vbi Lyranus. *Signum est magna dilectionis tanti Domini ad seruum suum.* Fateor: sed & signum etiam eximiæ comitatis in ipso domino, neque vulgaris pretij in appellato: & vtrinque ius, impetrandæ petitionis suæ, Moyses comendat. Dabo aliqua, aliunde licet nota, sed nudo hucusque loco, non inportuna. Romani Dynastæ seruum nomenclatorem habebant, qui salutantium nomina suggereret, quibus sub proprio nomine fieret resalutatio. Scatêt Græci, Latinique Auctores testimoniis. Plutarchus in Crasso, mirè huius humanitatem commendat, quod à nemine salutaretur, quem ille proprio nomine non resalutaret. P. Clodius ad Cicer. orat. pro domo suâ, contendit Cæsarem sibi beneuolum, quia cum illi scriberet, non Tribuno, aut Proconsuli scriberet, sed in hæc verba. *Cæsar P. Clodio salutem.* Ouid. lib. 2. de Art.

Plutarch.

Tull.

Ouid.

Nomine quenque suo, nulla est iactura, saluta
Iunge tuas humilis ambitiose manus.

Virgil. Æneid. 1. prudenter Iunonem, Æolo, cuius operâ indigebat, allocutam fingit:

Virgil.

Æole, namque tibi Diuum Pater, &c.

Vbi scitè Donatus, nobilis D. Hieron. magister, ita. *Incepit à nomine, quod nec Iunonem humilem facit, & Æolo gratum est: potior quippe, si inferiorem suo nomine vocet, & se beneuolam monstrat, & illi vnde gaudeat subministrat. Pulchrum est enim, si inferiori in loco positus, cognitus sit potiori.* Debeo vtplurimum dicta Tiraquello ad Alexand. lib. 2. cap. 19. Adde Sueton. in Augusto cap. 53. Donat.

Dio

Die Senatus, nunquam Patres nisi in curiâ salutauit, & quidem sedentes, ac nominatim singulos, nullo submonente: & discedens, eodem modo sedentibus singulis vale dicebat. Multa ex Patribus alibi congessi, de Peccatorum nominibus, quodammodo à Deo, ad despectum ignoratis. Vide Isai. 45. v. 4. de Cyro. (Isai 45. v. 4.)

Vt autem blandum, & honorificum habetur, si potior, subditum proprio nomine compellet: Sic è contra inurbanum & indecorum habendum, si subditus Principem, proprio nomine compellarit. Achates ad regem suum Æneam, apud Virgil. lib. 1. (Virgil.)

Nate Dea, qua nam animo sententia surgit?

(Donat.) Vbi iterum Donatus. *Achates licet sit socius, tamen quia fuit inferior, non nomine suo eum appellauit: Sed cum omni honorificentiâ: omisso vero nomine natum dixit ex Dea.* Vide iterum Tiraq. Vnde factum credo, vt nomen Dei tetragrammaton יהוה, tanquam sibi proprium, vellet ipse ineffabile omnino: eiusque genuinam pronuntiationem, ab ore vulgi abolitam affectaret: ne scilicet de consuetudine, apud mortales vilescete videretur: audereque aliquis, non tam titulis Dominij & maiestatis, quam proprio nomine appellare: indéque post Incarnationem nobis iam dulcior, nomen IESV sæpè comitet, semper vtiliter pronuntiandum reuelauit. Patet hinc illud Domini ad Moysem. *Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob, in Deo omnipotente, & nomen meum, Adonai, non indicaui eis.* Exodi 6. v. 2. (Tiraq.) (Exod. 6. v. 4.) Norunt iam docti, cur cum in Hebræo sit nomen illud proprium יהוה, nihilominus prudenter vulgatus noster vettat per *Adonai*, ad rem: Sensum huius sententiæ sic erues: quasi dicat Deus. Ego quidem sum ipse qui apparui Patribus tuis, sed in *Deo omnipotente*, id est, titulis maiestatis: quia nomen meum proprium illis non indicaui: quod è contra tibi concessum, cui illud prodidi cap. 3. v. 14. quasi passurus, vt instar amici, & coæqualis quodammodo, me illo quandoque valeas appellare Non abhorret à dictis, id quod notauit Alexand. Neap. lib. 5. Gen. cap. 4. de priscis Dynastis. *Quin etiam excellentes viros, & principali dignitate insignes, nobis pro nominibus nominasse, magnificentius honestiúsque duxere: tanquam ob illorum amplitudinem, vulgo noti & conspicui forent.* (Et cap. 3. v. 14.) (Alex. Neap.)

5\. Obscura est sacris Interpretibus constructio illius versiculi Prophetici, vbi Deus: *Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob: & formans te Israël. Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo, meus es tu.* Isai. cap. 43. v. 1. præ aliis expeditior est Sanctij nostri explicatio, qua vult significari amoris teneritudinē, qua Deus vocabat populum suum dulci additamento dicens: *mi Iacob, mi Israël:* Sicut passim Latini in re simili, *mi Petre, mi Antoni.* Ego de his adiunctis amatoriis, & charitatis indicibus dixi multa in Cantico Dramatico. in hoc tamen loco, aliter rem capio, quam iam paucis explico. In Hebræo לי *meus es tu*: ita legitur: לאתה *liatah*: idque sub eadem vulgari nostri germana significatione, ad instar noui cuiusdam & proprij nominis, suspicor construendum. Ac si dicat Deus: præter illa vulgaria nomina quæ tibi imposui, & quibus, ab hominibus appellaris Iacob, id est, *supplantator*, & Israël, id est, *Fortis cum Deo*. Aliud occultius, tenerius, & illustrius nomen tibi imposui, idque nomen tuum apud me, quo te, cum Angelis meis voco, scilicet *liatah*, id est, *meus es tu*: ita vt aliter à Deo, & aliter ab hominibus appelleris. Hæc constructio, si nihil aliud, certe planissima est, & affectuosior, cuique sola nouitas obstare videatur. quo autem tendat mysterium, iam aperio. (Isai. 43. v. 1.) (Sanch.)

Ingens priuilegium, & singularem, circa nonnullas res, Deorum gratiam putabant Ethnici, si alio apud Deos, alio nomine apud homines, quænis dicerentur: signum quippe illud erat rem esse pretiosam, & specialiori cura à Diis promotam, quam apud se specialiori vocabulo nominabant. Hoc ergo apud Prophetam, visus Deus significare: Ethnicorum scilicet nugas, & mendacia, (quibus tamen Deorum curam, & amorem significabant,) veriori affectu, se erga populum adimplesse: quem specialiori nomine apud cœlites reseruato, nominabat. Hanc Dei in rebus similibus indulgentiam alibi latè probaui, ideò enim volunt Patres concessa Hebræis carnalia sacrificia, vt his verè Deo litarent quibus, dæmones promeruisse, falsò Ethnici existimabant. De opinione autem gentilium, qoam retuli, & si aliunde iam nota ferè omnia, tamen, quia non omnino trita, hic reponenda. Orphæus antiquissimus de lunâ. (Orphæus.)

——— Ἥν τε σελήνην,
Ἀθάνατοι κλήζουσιν, ἐπιχθόνιοι δὲ μήνην.
——— *Quam Selenem,*
Dij vocant, homines verò lunam.

Homer. Odyss. κ. de arbuscula. (Homer.)

Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος·
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι Θεοί.
Radicem nigram habet, & lacti similem florem
Moly autem illam vocant Dij.

De hac Ouid. 14. Metam. (Ouid.)

——— *Huic dederat florem Cylenius album,*
Moly vocant superi, nigra radice tenetur.

Homerus Iliad. β de cuiusdam tumulo. (Homer.)

——— Τὴν ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν,
Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης.
——— *Quam homines Batiam vocant.*
Dij verò, sepulchrum velocissimæ Myrinæ.

Ibidem lib. υ. de Troiano fluuio. (Idem.)

Ὃν Ξάνθον καλέουσι Θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.
Quem Xantum vocant Dij, hominés verò Scamandrum.

Et iterum lib. ξ. de auicula. (Idem.)

——— Ἥν τ' ἐν ὄρεσσι
Χαλκίδα κικλήσκουσι Θεοί, ἄνδρες δὲ Κύμινδιν.
——— *Hanc in montibus*
Chalcidem vocant Dij, homines verò Cimidim.

Et fortasse huc etiam facit illud Ezech. cap. 23. v. 4. quod paulo antè num. 2. aliter explicaui ex more alio: quasi apud Deum, Ierusalem vocaretur *Ooliba*, id est, *tabernaculum meum in ea*: & Samaria *Oola*, id est, *tabernaculum suum*: quasi inde cresceret, & argueretur populi ingratitudo, quod etiam sic habitus in deliciis, in Idololatriam delyraret. (Ezech. 23. v. 4.)

Aliunde verò, etiam apud Deos suos esse priuata aliqua nomina, putabant veteres, eáque non tam decora, quam probrosa, quibus abominabiles quidam dicerentur. De gigante illo centimano, qui Deos, conatus fingitur, deturbare: Sic habet Homerus idem Iliad. α. (Homer.)

Ὃν Βριάρεων καλέουσι Θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες,
Αἰγαίων.
Quem Briareum vocant Dij, homines autem omnes, Ægeum.

Deducitur enim, si non coniecto perperam, Briateus παρὰ τ̃ βριαῦ, κ̀ τ̃ ἀρῆς quasi dicatur, *elata execratio.* siue, *superbum votum*, vulgarem aliorum etymologiam vbiuis leges.

6. Actor. 9. De Paulo suo, ita Christus Dominus: *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Israël.* Actor 9. v. 15. pari tenore Græca, σκεῦος ἐκλογῆς. capio in hoc loco *vas* propriè: id est, non ab instrumento alio vtcunque, (quod in sacris, vas solet appellari,) sed à vase seu poculo similitudinem deduci, arbitror. At tunc, inquis, quæ metaphora, à vase ad Apostolum: aut vnde vas potatorium, portando diuino nomini accommodetur? respondeo nomen in hoc loco, aut sumi propriè, pro ipso vocabulo quo Christus nominatur, aut figuratè, pro gloria & gestis ipsius Domini diuulgandis: & vtrouis modo accipiatur, aptissimè poculum dicitur portare nomen Domini, & signatissimè Apostolum demonstrat: Si priori modo capias nomen: idem est, ac si dicat Christus: quemadmodum Artifices cum vas & poculum aliquod affabrè adlaborant, nomen suum illi insculpunt: vt quocumque deferatur poculum, auctoris excellentia cognoscatur: Sic ego iis prærogatiuis Paulum, Euangelicæ doctrinæ nectari propinando, mihi disposui: idque in eo studij collocaui: vt quodammodo videar tanquam insigniori operi, nomen meum insculpsisse: quando ex Apostoli mei vitâ, moribus, & miraculis, vbique gentium gloriosus innotescam. hic artificum mos: etiam hodie non ignotus: olim tamen Senec. vulgatissimus: Seneca in Cons. Helu. cap. 1. *Si desideret aureis fulgentem vasis supellectilem: & antiquis nominibus artificium argentum nobile.* Et iterum Idem. lib. de Tranq. An. cap. 1. *Placet argentum graue rustici patris, sine vllo opere, ac nomine artificis.* Stat. Statius lib. 4. Sil. 6. etiam huc allusit, & passim alij: collegit quædam Angelus Polit. in Miscell.

Si verò, secundo modo capiatur hîc nomen: visus Christus alludere ad vsum, quo in vasis & poculis, victorias & præclara familiæ gesta grauabant prisci: vt quouis deferrentur, nomen, id est, eiusdem familiæ gloria radiaret. quasi is esset Paulus, qui crucifixus mundo, & stigmata Domini sui in corpore suo portans, non solum verbo doctrinam propinaret: sed etiam vitâ, victorias & gesta Domini propalaret. de hoc vsu Coripp. eleganter Corippus lib 3.

Aurea purpureis apponunt fercula mensis,
Pondere gemmarum plus grauia: pictus vbique
Iustinianus erat: Domini pictura placebat,
Gaudebántque sui genitoris imagine visâ.
Ipse triumphorum per singula vasa suorum,
Barbarico, historiam fieri mandauerat auro.

Virgil. Vide quæ multa alij ad illud Virgil. 1. Æneid. vbi ita.

Ingens argentum mensis, calatáque in auro
Fortia facta Patrum.

Quibus adde, si vacat, quæ de poculis litteratis Athen. habet Athen. dipn. 11. cap. 4.

7. Apud Psalmistam, ita de se Christus Dominus. *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui: & legem tuam in medio cordis mei.* Psalm. 39. v. 9. Potest dici cum allusione ad priscum morem, quo decertantium nomina publico catalogo & libello referebantur suo ordine: ita vt qui primas obtinuerat, primus in capite libri scriberetur, per præconem, vt puto, inde victor renunciandus. Ælianus lib. 2. Ælian. var. hist. cap. 13. de Aristophane, ob nebularum fabulam victore acclamato. Καὶ ἐκρότουν τὸν ποιητὴν, ὡς οὔποτε ἄλλο τι, καὶ ἐβόων νικᾶν: καὶ προσέταττον κριταῖς, ἄνωθεν Ἀριστοφάνην, ἄλλα μὴ ἄλλον γράφειν. *Plausibus prosequebantur Poëtam, vt nunquam antea: & clamabãt, vicisse præcipiebántque iudicibus, vt supra omnes, Aristophanes & non alius scriberetur.* Ergo inter omnes, qui pro lege Domini decertarunt, primus meritissimo Christus scribitur, à quo in cæteros victoria deriuata. Vel aliter. Sit Album, & liber iste illorum, qui se Athletas profitebantur, vel milites ad pugnam dabant nomina: cui primus, id est, præcipuus Christus nomen dedit. Conscriptos autem milites Hebræis, sicut & cæteris gentibus, negabit nemo. de hoc autem Albo, seu libro, aliquid afferre in tantâ rei notitiâ, putidum fuerit. Adhuc tamen priori explicationi lubèntibus adhæserem, si similis consuetudo apud Hebræos viguisse credatur.

CAPVT XXXIX.

De Iuramento nonnulla.

PERIOCHA.

1. *Caput, cœlum, terram & similia iurare, Hebræis Ethnicísque commune. Locus Matth. 5 v. 34.*
2. *Thronus regius iuratus, & cur. Throno, & sella regia quanta reuerentia habita. Primogenitorum nonnulla priuilegia. Equo, & vehiculo regio seruatus honos. inde nonnulla è sacro pena declarantur.*
3. *Mos subiiciendi throno, scabellum, ex vtraque pagina. huic scabello, quanta ab impressis vestigiis reuerentia.*
4. *Varia Principum Regia, & quibus ceremoniis fundata.*
5. *Brassica Ionibus sacra, & in iuramentum assumpta. apud Ægyptios olera pro Diis habita, iurata, nec morsa violata. Locus ex libro Numer. cap. 11. v. 5. hortorum delicia apud Ægyptum, & hyemis suauitas.*
6. *In rebus grauioribus, ieiuni iurabant, tam Ethnici, quam Hebræi. Locus Genes. cap. 26. v. 31.*
7. *Amantium periuria, apud Deos immunia credebantur, & quare. Coniectatur de verbis Amos cap. 8. v. 13. & 14.*
8. *Iacob Genes. 31. v. 51.* timorem Patris *iurat. Iupiter fulminator: eius fulmen, filiis iuratum. Græci maiorum gesta, & gloriosam mortem iurabant.*
9. *Ignes quomodo tacti ad iuramentum. Vetustissimus est mos tangendi res sacras inter iurandum. Locus Gen. 24. v. 3.*

CHRISTVS

1\. Matth. 5. v. 34. CHRISTVS Dominus, ita ad suos. *Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est Regis magni: neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum.* Matth. cap. 5. v. 34. Notauit Maldon. iam noster Maldonatus, visos didicisse Iudæos, *per caput* iurare, à Romanis, & Græcis, cum quibus versabantur. Virg. Versus, quem ex Virgil. citat, habetur lib 9. Æn. vbi ita Ascanius.

Per caput hoc iuro, per quod Pater ante solebat.

Homer. Pro Græcis, quos non citat, do Homerum Iliad. 15. Vbi Iuno, caput Mariti iurat, σή θ' ἱερὴ κεφαλὴ, Idem. *tuum sacrum caput*, & iterum alibi.

Πατρῴαν κεφαλὴν, μεγὰν ὅρκον ὀμνύμαι.

Patrium caput testor, quod est magnum iuramentum.

Apud Mahometanos Orientales, adhuc eadem iurandi formula perennat. Edidit anno 1628. P. Emanuel de Veiga. Pater Emanuël Veiga Societatis nostræ libellum de rebus Æthiopiæ Orientalis, vernacula Lusitanorum lingua, & magna fide conscriptum: è quo pauca quædam fidelissimè latinitati donata, hic apponam. ergo lib 1. cap. 8. de Regulo quodam Mahometano Æthiopibus confini, ita *Proregi nuntiauit, iurauitque per suos filios, liberaturum se patres, si dona præmitteret.* Addo præterea, ab eisdem Ethnicis visos Iudæos didicisse cœlum & terram iurare: Græcis enim & Romanis hæc iuramenta Homer. in vsu. Homerus priori loco citatus.

Ἴστω νῦν γαῖα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν.

Testis nunc sit terra, cælúmque latum desuper.

Virgil. Virg. Æn. 12. vbi *sidera* pro cœlo posuit.

—— Terram, mare, sidera testor.

Tiraq. Plura Tiraq. ad Alex. lib. 1. cap. 10. Quod autem de ciuitate iurata addidit, similis est aliis aliarum gentium obtestationibus, quæ fata imperij, vrbiúmque suarum iuriiurando interponebant: idque peculiari iure Hebræi facerent, qui religiosam sacri Templi maiestatem, in vrbe sua venerabantur. Veiga. Simile est illud apud citatum Veiga cap. 21. vbi quidam apud nobilissimam fœminam. *Vis Domina, vt iurem per Templum? (quod illis summum est iuramentum:) noceret ille iusiurandum.* Tale illud Romanis iuramentum, *Æde Pol.* id est, Matth 23. v. 16. *per Ædem Pollucis.* plana ista ex Matthæi 23. v. 21.

2\. Illud ergo occultius restat inquirendum, quidnam habeant ponderis rationes illæ, quibus Christus Dominus, à talibus iuramentis, auditores suos voluit deterrere? Ignorat nemo creaturas omnes, deieratas aut peieratas, prout ad Creatorem referuntur, in eiusdem honorem aut contumeliam, reduci: in singulis tamen adductis, multum in hanc rem, ponderis & negotij sublatere, iam ostendo. *Non iurandum*, inquit Saluator, Isai. 66. v. 12. *per cœlum, quia thronus Dei est* Est hoc illud Isai. cap. 66. v. 1. *Cœlum sedes mea, terra scabellum pedum meorum.* Nihil apud mortales venerabilius, quam thronus, vel sedes regia. ideò in iuramentum allata, magni fiebat: hinc Nabuchodonosor, Iudith 1. v. 12. Serar. *iurauit per thronum, & regnum suum:* Iudith cap. 1. v. 12. vbi Serarius ita. *Est hoc vetus iusiurandum, per thronum, regnum, sceptrum, & quidem maximum, vt ait Homerus Iliad. 1. Herod. lib. 4.* Nimirum thronus ipse, pro Rege colebatur. Q. Curt. Q. Curtius lib. 10. post alia de Alexandro defuncto. *Tunc Perdicca, regiâ Sellâ in conspectu vulgi data, in qua Diadema, vestisque Alexandri cum armis erant annulum sibi pridie traditum à Rege, in eadem sede posuit: quorum aspectu, rursus obortæ omnibus lacrymæ, integrauere luctum.* Nimirum hæc sedes ipsum referebat Alexandrum: Sedes inquam: non diadema, non vestis, non arma, non anulus impositus: ideò Ptolomæus è Purpuratis quidam, ibidem paulo pòst, inter aliorum sententias, ita. *Mea sententia hæc est, vt sede Alexandri, in Regiâ, positâ, qui consiliis eius adhibebantur, coeant, quoties in communi, consulto opus fuerit: eóque, quod maior pars eorum decreuerit, stetur.* Idem. Vnde humaniora magis crederem, quam vera, illa verba eiusdem Alexandri apud Curt. lib. 8. *Fortè Macedo* Idem. *gregarius miles, sèque & arma sustentans tandem in castra peruenerat: quo viso, Rex, qui ipse tunc maximè admoto igne refouebat artus, ex sellâ suâ exiliuit: torpentémque militem, & vix compotem mentis, demptis armis, in sua sede iussit considere. ille diu nec vbi requiesceret, nec à quo esset exceptus agnouit. Tandem recepto calore vitali, & regiam sedem, Regémque vidit, territus surgit: quem intuens Alexander, ecquid intelligis miles, inquit, quanto meliore sorte, quam Persæ, sub rege viuatis: illis enim in sella Regis consedisse, capitale foret: tibi saluti fuit.* Neque enim fortassè leuior pœna apud Macedones, quam apud Persas, illi immineret, si irreuerenter sellam inuaderet: vt ex reuerentiâ eiusdem constat, gesto Perdicæ, & Ptolomæi consilio comprobata. Hæc etiam apud Romanos pretiosa, vnde Spartianus in Seuero. *(Sedit in sella imperatoria, temerè à ministro posita: ignarus quod non liceret.)* Spartian. Imò & hodie apud Dynastas sub appenso pallio sella inuersa ponitur, vtpotè nulli temerè occupanda.

Inde etiam erat, vt inter aliqua priuilegia, quibus Primogeniti regum gaudebant, illud præcipuum haberetur, si in throno simul cum Patribus considerent. Claudianus in 6. Cons. Honorij Imperat. Claudian.

—— Persarum Proceres cum Patre sed mem,
Hæc quondam videre domo: positáque tiarâ
Submisere genu. ——

Sic explicabam illud Exod. 11. v. 5. *A Primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius.* Exod. 11. v. 5. Tantummodo enim Primogenito, visum id concedi. Simile est illud Athenæi dipnos. 12. cap. 3. *Aristoteles aquam auream vocatam esse scribit in Persis,* Athen. *atque fontes esse septuaginta, ex qua nulli bibere licet, præterquam soli Regi, atque seniori ex filiis illius. ex aliis verò si quis hanc aquam biberit, capite multatur.* Primogenitæ etiam filiæ aliquod simile priuilegium concedit Virgil. lib. 1. Æn. vbi inter dona Didoni apparata, commemorat. Virgil.

Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim,
Maxima natarum Priami.

Tale itaque erat illud priuilegium, de Patribus assidendo, in eodem throno Meritò igitur non iurandum cœlum præcipit Christus, *quia thronus Dei est:* id est, illius maximè maiestatem repræsentat. ex proximè dictis capies illud D. Chrysost. D. Chrys. tom 6. hom. 2. Ascens. vbi de nube quæ suscepit Saluatorem. *Quando seruus,* (Elias,) *vocandus erat, currus demittebatur: quando verò filius, regius thronus. Neque simpliciter thronus, verum ipse Patris thronus: audi enim sonorum Isaiam de Patre dicentem: ecce Dominus sedet super nubem leuem: ob id & filio nubem demisit.* Quasi hoc Primogeniti iuri debetur. Obiter aduerte eandem reuerentiam, atque throno, regio vehiculo, aut equo, solitam adhiberi. Capitolinus in Maximino, inter imperij Iul. Cap. omina.

omina, hoc retulit. *Cum infans esset subitò per publicum veniente vehiculo Antonini Caracallæ, quod vacuum erat, conscendit, & sedit: & vix ægrè à mulieribus carrucariis deturbatus est.* De equo, est illud Vopisci in Aureliano. *Cum in equum transire vellet, quia inuidiosum tunc erat, vehiculis in ciuitate vti: equus est ei Imperatoris applicatus, cui per festinationem inedit: sed vbi comperit, semet ad suum transtulit.* Ex quibus patebit cur Dauid, euchendo Salomoni filio in Regem, præcepit: *Imponite Salomonem filium meum super mulam meam,* &c. 3.Reg 1. v.33. & paulo pòst v.35. *Et venietis, & sedebit super solium meum*, quod vtrumque erat, hæredem illum regni primogenitum declarare. ideò & Aman phantasticam sibi gloriam delineans; conscendere equum regium affectabat, *& imponi super equum, qui de sella regis est.* Esther 6. v.8.

Vopisc.

3. Reg. 1. v.33. Et v.35.

Esther 6. v.8.

3. Pergit Christus. *Neque per terram: quia scabellum est pedum eius.* Alludit ni fallor ad priscum, vsum, quo sedenti in throno, scabellum imponendis pedibus, ad delicias supponebatur. Homer. Odyss.4 de regina Helena.

Homer.

Ἕζετο δ' ἐν κλισμῷ, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν.
Sedit in sella, scabellum autem sub pedibus erat.

Idem. Et iterum Odyss.1. de Pallade simulante se Regem hospitem, & à Telemacho excepta.

Αὐτὴν δ' ἐς θρόνον εἷσεν ἄγων ὑπὸ λῖτα πετάσσας,
Καλὸν, δαιδάλεον: ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν.
Ipsam vero in throno, stragulum sternens,
Pulchre, artificioso: scabellúmque sub pedibus erat.

Hunc scabelli vsum apud Hebræos communem, passim legis. Ergo cum scabellum esset pars apparatus regiæ maiestatis, eiusdem reuerentiæ particeps, ne iuraretur temerè, habebatur. Quid? videtur quandoque, à Regum cultoribus, infixo osculo adorari reuerenter. inde Psalm.98. v.5. *Adorate scabellum pedum eius.* Huc credo collimabant illæ Salomonis deliciæ. *Fecit quoque Rex solium eburneum, grande: & vestiuit illud auro mundissimo. Sex quoque gradus, quibus descendebatur ad solium: & scabellum aureum.* 2.Paral.9. v.17. & 18. Propterea Ieremias Thren.2. v.1. *Quomodo obtexit caligine, in furore suo Dominus, filiam Sion? proiecit de cœlo in terram, inclytam Israël? non est recordatus scabelli pedum suorum, in die furoris sui?* Frustra enim & illud aurum, & hæc obliuio, nisi ad rem preciosissimam Regi, & Domino assumeretur.

Psalm.98. v.5.

2. Paral. 9. v.17

Ierem 2 v.1. Thren.

Et fortassè, (præter alias rationes,) ideò Ethnici terram iurabant reuerenter, vt vidimus, quia à Ioue calcata credebatur: vtque ad reuerentiam, locum illum osculari dicimur, (de quo alibi multa dicam,) vbi alicuius vestigia posita sunt: sic etiam terram colentes iurabant, vbi Iupiter figere vestigia credebatur. Silius Ital.lib.5.

Sil.Ital.

Calcatósque Ioui lucos, prece Bostar adora.

Quanto ergo iustius terra, quæ Dei scabellum, & nostro concipiendi modo, eiusdem vestigiis sanctificatur: ad illum pertinere, & illius supremæ maiestati conducere, ne temerè iuretur affirmabimus? verbis Isaiæ cap.66. v.1. supra adductis, videtur institisse Orphæus vetustus Poëta in hymno.

Isai. 66. v.1.

Οὗτος γὰρ χάλκειον ἐς οὐρανὸν ἐστήρικται
Χρυσέῳ ἐνὶ θρόνῳ, γαίης δ' ἐπὶ ποσσὶ βέβηκε.
Hic super æneum cælum, sedem collocauit
Aureo in throno: & super terram pedibus incedit.

Sed de scabello iurato, satis.

Additur deinde. *Neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni Regis.* Fuere aliquot vrbes præcipuæ in toto orbe, quæ Principum Curiæ, & propria ex toto Imperio domicilia fuere: harum ingentem numerum compilauit Alexand. Neapol. lib.3.genial.cap.6.in fine, ab illis verbis: *Nec omittendum plures Regias, velut regalis opulentiæ monumenta, apud plerasque gentes laudibus celebrari,* &c. Has ergo nobilissimas, & immunes, milléque suffultas priuilegiis, (Romanæ instar vrbis,) volebant: has tutissimis arcibus & præsidiis muniebant, vt in quouis discrimine, pro certissimo refugio haberentur: imò nonnisi præmisso augurio; tanquam quid sacrum, illarum arces, & mœnia erigebant, de quo passim Auctores nunc satis illud Virgil. Æn.7. 4.

Alexand. Neapol.

Virgil.

Centum Oratores, augusta ad mœnia Regis, ire iubet.

Vbi Seruius, ita. *Augusta, id est, augurio consecrata.* Huc ergo alludit Christus: quasi Hierosolyma, esset in terris vna supremi Principis regia, augustissimo templo sanctificata, vero veri numinis cultu illustris; vnde sacrilege peieranda nosceretur. Quod additur de capite, planius est, cum præcipuum membrum, pro toto homine ponatur. iam ad alia.

Seru.

Iuramenta veterum, per Genium, fortunam; & salutem Principum, illustrat Cerda in Tertull. lib.2.num.832.& 833. Varia etiam gentium iuramenta dedit Alexander Neapol lib.5.cap.10 vide. Addo insignem locum Athenæi lib.9. dipn. cap.2. exponentis Nicandrum, qui in Georgicis, ita de brassica. *Vatem dixere vetusti, hanc oleribus.* Ergo Athenæus ita. *Vocauit Nicander, Vatem Brassicam, quod sit sacra: quoniam quid simile reperitur scriptum apud Hypponactem in Iambis: At ille pronus supplicabat brassicæ Ananius: Te magis amo quam multos viros, ita est per brassicam. Telechides in Prytanensibus: Iuro per brassicam, ait. Epicharmus: In terra & mari per brassicam. Eupolis in fucatis: Per brassicam. quod iusiurandum ionicum esse videtur: neque mirabile sane videri debet, si per brassicam quidam iurabant: quando Zeno Stoicus, cum Socratis iusiurandum, per canem, imitaretur, & ipse per Capporim iurabat: vt inquit Empodus in memorabilibus.* Hæc ex Athenæo, de his oleribus apud aliquos sacris, ideóque iuratis. Similia sunt notissima alia loca Plinij, danda tamen, quia sacro textui afferendo, aliquid videntur allucere. Ergo lib 2. cap. 7. ita. *Gentes verò quædam, animalia etiam aliqua obscœna, pro Diis habent: ac multa dictu magis pudenda: per fœtidos cibos, & alia similia iurantes.* Erant autem barbaræ istæ gentes, Ægyptij, fœtidi verò cibi, porri, cepæ, allia, per quæ iurabant: vt notarunt Interpretes. ipse se aperit Plinius lib.19. cap.6. *Allium, cepásque, inter Deos, iureiurando habet Ægyptus.* Vnde erat ab horum esu, vt abstinerent Ægyptij. Iuuenal.Sat.15.illos irridens, vt nosti, *quibus hæc nascuntur in hortis numina*, addidit propterea. 5.

Cerda.

Athen. Nicander.

Plinius.

Idem.

Iuuen.

Porrum, & Cepa nefas violare, & frangere morsu.

Hinc aliquando explicabam illa, ex lib. Numer. cap.11. v.5. vbi Hebræus populus, aut saltem, ex Hebræorum consuetudine, promiscua gens iam olim Hebraïssans, ita. *Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepa, & allia.* hos enim fructus, etiam *gratis*, id est, vili precio sibi comparatos olim, ereptos tunc dolebant.

Numer.11. v.5.

bant. Quid enim mirum, cum passim in hortis crescerent, & aliunde Ægyptij superstitiosiores, illos non ederent: Hebræi, aliique Hebraissantes, eosdem aut gratis, aut vilissimo haberent? Sic quos Ægyptij iuri iurando, hi sollarum iuri deputabant. Seruatas verò has hortorum delicias sub quouis anni tempore, apud Ægyptum, col-
Athen. ligo ex Athenæo lib 9 cap.3. vbi laudatis Athenis, quod sub mediâ hyeme, cucumeres, & similes fructus haberent venales: subdit. *Sed quid, aut quare Ægyptum eorum ciuitatem habes pro Athenis? admirabamur enim, cucurbitas mense Ianuario comedentes, quæ virides erant, proprietatémque succi seruabant: erant enim ab iis composita condis, qui harum rerum sunt studiosi.* Nimirum quas adorabant cucurbitas, recentes semper cultui suo, & exterorum esui, non absque diligenti curâ conseruabat Ægyptus. Sed neqne extra rem, illa eiusdem
Idem. Athenæi lib.5. cap.5. *AEgyptus, & ob aeris temperiem, & ob colentium hortos industriam: ea quæ in aliis regionibus rara videntur, plurima, & semper producit: ac neque rosa, aut alba viola, aliúdque florum genus, ibi deesse facilè consueuit: quare cum per mediam hyemem, aliquod fit conuiuium, admirabile spectaculum peregrinis apparet: quæ enim in vnam coronam, non facilè inuenirentur in aliâ ciuitate: hæc in accumbentis multitudinis coronas, facilè suppeditantur.* Quid ni enim colerent hortos, vnde iuranda numina, aut metebant, aut carpebant, aut resecabant: aut quid ni vtentibus aliis, starent vili, quæ plurima nascebantur? patebunt ista magis, ex his quæ de piscibus huius loci alibi dicam. redeo.

6. Supra cap.33.num.18. ostendi solitos Hebræos, & gentiles fœdera sna inire manè, vnde illud:
Genes.26. v.31. *Surgentes manè iurauerunt sibi mutuò.* Gen.26. v.31. quod, *ob reuerentiam iuramenti* ieiunis ineundi,
Lyranus. probaui ex Lyrano. ita est: cum enim fœdera iurarent, & iuramenta in re grauiori, non nisi ieiuni adirent, necessariò fœdera ieiuni contrahe-
Eurip. bant. probat id mihi Euripides in Tauris, apud quem Orestes ita.

Καὶ πρόσθεν ἀδύτων ἐκταθεὶς, νῆστις βορᾶς
Ἐπώμοσα.
Et ante adyta procumbens ieiunus à cibo
Iuraui.

Quibus satis profani mores carpuntur illorum, qui hodie temerè Dei nomen, non tam iurant, quam blasphemant.

7. Hæsitaui aliquando ad illa verba Amos, qui-
Amos 8. v.13. bus descriptâ populi strage, concludit tandem. *In illa die deficient Virgines pulchræ & adolescentes in siti: qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt viuit Deus tuus Dan: & viuit via Bersabee: & cadent, & non resurgent vltra.* cap.8. v.13. & 14. videntur enim hæc vocatis idolis iuramenta, virginibus pulchris, & adolescentibus frequentiora, magísque temerè, quam aliis prolata. Auguror igitur, hanc puellarum, adolescentúmque coniunctionem suspiciosam, aliquid amoris turpis de-
Paraphr. Chald. notare: fauet Paraphrastes Chaldæus, qui ibi ita. *Tempore illo patietur deliquium cœtus Israël, qui similes sunt virginibus pulcherrimis, quæ pulchritudine sua, cum Iuuenibus peccatoribus fornicatæ sunt.* Ergo amantes, & idololatræ, facilius iuriiurando impio implicabantur; ex Ethnicorum sententiâ, qua credebant amantium iuramenta, ad libitum sumi posse, & vtpotè non obligantia, temerè violari, & impunè. Dupliciter ergo peccabant virgines & adolescentes Israelis iam infideles, & quod idola sumerent in iuramentum; & quod temerè præsumerent amoris impetu, ab illius iuramenti nexu excusari, quod per falsa numina, quæ tamen vera credebant, concepissent. Hanc ridiculam Ethnicorum opinionem apud Claud. in nupt. Honor. alióśque Latinos, passim leges: do tantum par Græcorum Auctorum illibatum. Callimachus αἰθολ.ν Callimach.

Ὤμοσε Καλλίγνωτος Ἰωνίδι, μήποτ' ἐκείνης
Ἕξειν μήτε φίλον κρέσσονα, μήτε φίλην.
Ὤμοσεν: ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι
Ὅρκους, μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.
Iurauit Calli gnotus Ionidi, num qu m se illâ,
Habiturum amicum chariorem, aut amicam.
Iurauit: sed verè dicitur, Amoris
Iuramenta, non ascendere ad aures Deorum.

Caussam fallaciæ aperit Athenæus lib.12 dipnos. Athen. cap.1. *Voluptas omnium est superbissima, vt ait Plato in Philebo. Verum sic ratio postulat, vt in voluptatibus, quæ spectant ad rem veneream, (quæ omnium maxima esse videntur,) vel peieratio veniam apud Deos consequatur: veluti voluptates puerorum, qui nondum compotes sint rationis.* Vide quæ alij ad Horatium lib.2 Oda 3. ad Tibullum lib.2. eleg vlt. Horat. Tibul. ad Ouidium lib. 1. de Arte Ideò Claudianus in Ouid. horto Veneris, Periuria cupidinibus immiscet. Claudian. Impellor coniectando ita de verbis Amos, quoniam & Ieremias, huc videtur alludere; Sic enim Ierem. 5. ille. *Filij tui dereliquerunt me, & iurant in his qui* v.7. *non sunt Dij: saturaui eos & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.* cap.5. v.7. quasi periuriis, ad proximam Venerem aptarentur. Ideò & cap.7. v.9. obiicit eisdem: *Furari, occidere, adulterare, iurare mendaciter, libare Baalim: & ire post* Cap 5. v.9. *Deos alienos, quos ignoratis.* Ac si in his iam infidelibus, Venus & peieratio frequentius iungerentur. pro coniecturâ merâ, sunto hæc satis. Vide Sap.cap.14. à v.29. Sap. 14. v.29.

8. De Iacob ita habetur Gen.31. v.53. *Iurauit ergo Iacob per timorem Patris sui Isaac.* Sic & LXX. κατὰ τοῦ φόβου: *per timorem:* quod explicat Chaldæus Genes.31. v.13. Paraphrastes. *Per illum quem timebat Pater suus* Chald. *Isaac.* id est, per Deum: nihilominus, inter Paraph. quinque, quæ circumferunt huius loci explicationes, non est inepta illa, quam non malam vocat hic Pereira, quæ putat, significari, timorem & pietatem, qua ipse Iacob colebat, & venerabatur Patrem suum Isaac. Sic & hodie solent filij iurare vitam, mores, & gesta Patrum suorum. Sic & olim similia à rebus paternis, captabantur iuramenta. Iupiter insignis fulmine colebatur: Pausanias lib.5. in tribus locis, *fulminantis* Pausan. *dextra* meminit: & *fulminatoris Iouis* aram refert, & *rubentem dexteram* fulmine celebrat Horat.lib.1. Horat. Oda 2. rident è nostris Arnobius, apud quem Arnob. Iupiter legitur, *Ricniatus, barbatus, dextra fomitem sustinens perdolatum, in fulminis morem.* Et Tertull. in Apolog. dixit: *Ipsum Iouem, quæ in manu* Tertull. *eius ponitis fulmina, timuisse.* Hoc ergo paternæ potestatis insigne, filios eiusdem Iouis iurasse credebantur. Statius lib.3. Sil.1. de Hercule. Statius.

Sic ait, & tangens surgentem altaribus ignem,
Populeáque mouens, albentia tempora, siluâ
Et stygia, & atherei iurauit fulmina Patris.

Sic & Græci Maiores suos, qui fortiter pro Patriâ occubuerant, iurare consueuerant. Athen. Athen. lib.9. dipnos. cap.6. *Cum nos precaremur magnopere, summóque contenderemus studio, vt hanc nobis scientiam patefaceres: non dicam inquit, hoc anno, per eos qui mortui sunt in Marathone, ac eos qui bello nauali,*

in

in Salamine decertarunt quibus dictis: visum est omnibus, ob einsmodi iuramentum, hominem non esse cogendum. Hos in Marathone strenuè occumbentes, iurar etiam, si rectè memini, Demosthenes.

9. Statius Virgil. Dicitur supra ab Statio Hercules, *tangens surgentem altaribus ignem.* Est hoc illud Virgil. Æn. 12.

Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit,
Tango aras, mediósque ignes, & numina testor.

Nec assentiendum Cerdæ, qui putat ideò dici attactos ignes, quod solummodo ara supposita attingeretur: satis enim apertè vterque Poëta, surgentes mediósque ignes ab aris condistinguit, non quod putem attrectatos hîc ignes vi magicâ, (quo iuramenti genere, Magos olim vsos indemnes, firmat multis magnus Delrius lib. 4. Disq. Mag. cap. 4. q. 4. sect. 3.) Sed quia leuissimo transitu, innoxias inde flammas tangebant: vel, quod mauolo, quia ligna iam sacro igne correpta, qua parte adhuc immunia, pertingebant. Fauet in re simili Iustinus lib. 22. *Hamilcar expositis ignibus cereis, tactisque, in obsequium Pœnorum iurat.* id est, ni fallor, attingens accensos iam cereos. Nos hodie Crucis, aut sacrorum Bibliorum attactu, concipimus iuramenta. Porrò mos ista tangendi aliquid sacrum faciundo iuramento, vetustissimus est: inde illud Abraham: *Pone manum tuam subter fæmur meum, vt adiurem te per Dominum Deum cœli & terræ.* Genes. 24. v. 3. quid autem sacrum in fœmore Abrahami esset, iam alij expenderunt. Vide Pereiram.

Delr. Iustin. Genes. 24. v. 3.

CAPVT XL.

De osculo officioso, aliquid.

PERIOCHA.

1. *An vt pedes: sic etiam infimas pedum plantas, & calceorum soleas osculari, foret supplicibus in vsu. Locus Esth. 13. v. 13.*
2. *Mos osculandi impressa solo vestigia aliquorum, quî explicandus, & vnde deductus.*
3. *Officiosa oscula porrecta quandoque capiti, fronti, oculis, mento, pectori, & genibus.*
4. *Obiter de amatorio osculo cum præmorsis pomis misso: quod ab officioso osculo deriuari videtur. Coniectatur de buccella Iudæ porrecta. Ioan. 13. v. 26.*

1. Esther 13. v. 13. MARDOCHÆVS, omnem à se præsumptionis suspicionem amoturus, in non venerando Aman: ita ad Deum. *Libenter enim pro salute Israel, etiam vestigia pedum eius deosculari paratus sum.* Esther cap. 13. v. 13. Hæc verba dupliciter explicantur ab Interprete: primo si *vestigia* capias, (Latinissimè sic dicuntur,) de infima parte, id est, plantis pedum, seu soleis calceorum: & quidem Græca, vbi non ἴχνη, sed πέλματα habentur, hoc satis explicant. Suspicatur ergo Sanchez in more fuisse Persis, non solum pedes vtcumque Principum suorum, sed abiectius, plantas inferiores osculari. Probat ex illo Martialis lib. 10.

Sanch. Martial.

Ad Parthos procul ite pileatos,
Et turpes, humilésque, supplicésque,
Pictorum sola basiate regum.

Vatr. *Sola* enim, de infimâ pedum parte dici solita, multis probat: addo & Varronem lib. 4. de ling. Lat. ex correctione Scaligeri. *Quæ solo teri possunt, Sola terra.* Nihil ominus tam nouum morem, vno Martiali, & hoc non aperto, sed satis dubio, & probabilius, aliter explicando, non satis ratum habendum, fatebitur ipse Sanchez: & ne longius eam, idem met vir doctissimus ad Isaiam cap. 29. v. 4. & fusius cap. 49. v. 23. Hos ipsos Martialis versus planiori & germano sensu explicauit, de more osculandi terram, & pauimenta a Regibus calcata.

Sanch. Isai. 29. v. 14.

Fateor igitur nihil mihi memoriam suggerere, vnde ista consuetudo probari possit: imo multa sunt, quæ contrarium firment: attende paucis. Imperatores Romani in tyrannidem iam prolapsi, mores parthicos affectarunt. Lampridius in Alex. Seuero: *Ipse adorari se vetuit, cum iam cœpisset Heliogabalus adorari Regum more Persarum.* Prima tanti monstri origo, Cæsar Caligula: de hoc ergo audiendus Seneca lib. 2. de benef. cap. 7. dabo prolixiora verba, quia optimè præsentem tricam videntur extricare. *Cæsar dedit vitam Pomp. Penno, si dat qui non aufert: deinde absoluto, & agenti gratias, porrexit osculandum sinistrum pedem. Qui excusant, dum negant, id insolentiæ causâ factum, aiunt socculum auratum imo aureum, margaritis distinctum, ostendere eum voluisse: ita prorsus, quid hîc contumeliosum est, si vir consularis, aurum & margaritas osculatus est: & alioqui nullam partem in corpore eius electurus, quam purius oscularetur? Homo natus in hoc, vt mores liberæ ciuitatis, Persica seruitute mutaret, parum indicauit, si senator senex summis vsus honoribus, in conspectu Principum, supplex sibi eo more, iacuisset; quo victi hostes victoribus iacuere: inuenit aliquid infra genua, quo libertatem detruderet: non est hoc Remp. calcare? & quidem dicet aliquis, (num potest ad rem pertinere) sinistro pede,* &c. credis (si infimas plantas, aut soleas osculari apud Persas in more esset) vel Caligulam soccum potius, quam socci soleam, osculo porrectum, si id vsquam in Persica seruitute factum audisset: vel Senecam fortè, id non expensurum, qui tam morose quæuis, etiam sinistri mysterium expendebat? & quidem mihi mirum, Græcos Auctores, qui prolixe, & maleuole, ceremonias Persarum in Rege suo colendo, traduxerunt, id nunquam expressisse: facturi certe, si vel per somnium id fieri audiuissent. Igitur nulli Principum id obsequij præstitum, facile crediderim: cum alias absoluta pedum oscula passim incurramus: ideo Xenophon, de Persa Monarcha Cyro: καταφιλῶν τοῦ κύρου τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας. *Deosculabantur Cyro, manus pedésque.* Sic & apud alias gentes? Nonnus lib. 4. Dionys.

Lamprid. Senec. Xenoph. Nonnus.

Ἠλέκτρας χεῖρα καὶ ὄμματα, καὶ πόδας ἄκρους.
Electra osculatur manum, oculos, & pedes summos.

Sil. Ital. Silius Ital. lib. 11. sic inducit patrem filij facinus detestantem:

Cum senior tanti pondus conaminis, ægra
Vix dudum iam aure ferens, tremebundus ibidem
Sternitur, & pedibus crebro pauida oscula figens,
Per si quid superest vitæ, per iura parentis,
Perque tuam nostrâ potiorem, nate salutem
Absiste inceptis ore.

Capito

Iul. Capit. Capitolinus in Maximinis. *In Salutationibus superbissimus erat: & manum porrigebat, & genua osculari sibi patiebatur, nonnunquam etiam pedes: quod nunquam passus est senior Maximus, qui dicebant: Dii prohibeant, vt quisquam ingenuorum pedibus meis osculum figat.* Osculantur ergo pedes & calceos, etiam luto sordentes, vt labia miserorum infecta cœno, plus isto, quam verbis loqui
Val. Max. dereotur. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 1. *De Pisone iudices prensante. Per id ipsum tempus, quo tristes de eo sententia ferebantur, repentina vis nimbi incidit, cúmque prostratus humi, pedes iudicum oscularetur, os suum cœno repleuit: quo conspectu, totam quæstionem seueritate, ad clementiam, & mansuetudinem transtulit.* Tu in alia incides, nunquam tamen fortassè, in eum morem præbendi infimas plantas, aut suppositas soleas osculandas.

Igitur non tam solitum aliorum effectum, quam affectum suum, visus hìc exhibere Mardochæus, quasi dicat: licet vtcumque pedes in profundæ humilitatis, & abiectissimæ cuiusdam reuerentiæ specimen, Persæ Dynastis suis osculentur: nec vltra audeat procedere aut horum ambitio, aut illorum demissio: ego paratus sum non solum pedes Aman, sed etiam vestigia, soleas nimirum cœnosas exosculari

2. Secundo capiunt aliqui hîc *vestigia* sub frequentiori significato, pro signis pedum solo impressis: quasi dicat: (quod vulgo hodie passim vsurpatur,) non pedes modo, sed & relicta solo vestigia osculabor, ibi os imprimens, vbi ille
Sanch. pedes impresserit: sic explicat Sanchez illud
Isai. 49. v. 23. Isai. cap. 49. v. 23. *Et erunt reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ, vultu in terram demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* Et illud cap. 29.
Cap. 29. v. 4. v. 4. *De terrâ vox tua.* Et cap. 60. v. 14. *Adorabunt*
Cap. 60. v. 14. *vestigia pedum tuorum.* ídque in vsu Persis probat ex loco prædicto Martialis. iungo plura, quia hîc loquendi modus, à nemine quem viderim hucusque satis est illustratus. Ergo adorare, & osculari alicuius vestigia, Hebræis, Græcis, &
Psalm. 131. v. 7. Latinis commune declarabo. Dauid Psalm. 131. v. 7. *Adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.*
Ioseph. Gorion. Iosephus Gorionides Hebræus locum istum Mardochæi sic paraphrassat: *Fuissem paratus lingere calceos qui in eius pedibus, & puluerem, quem ipse calcasset.* Ex Græcis Nonnus lib. 42. Dionys.
Nonnus.

Καὶ κύσε νηρίθμοισι φιλήμασι λάθριος ἕρπων,
Χῶρον ὅπῃ πόδα θῆκε, καὶ ἣν ἐπάτησε κονίην.

Et osculatus est innumeris osculis occultè repens.
Locum vbi pedem poneret, & quem calcauit puluerem.

Stat. Ex Latinis huc allusit Statius lib. vlt. ad suam Thebaid.

Viue precor, nec tu diuinam Æneida tenta,
Sed longè sequere, & vestigia semper adora.

Plin. Et Plinius in panegyr. ad Traianum. *Veniet ergo tempus quo posteri visere, visendum tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit campus: quæ refectiones tuas, arbores: quæ saxa somnum prætexerint: quod denique tectum, magnus hospes impleueris: vt tunc ipsi tibi ingentium ducum sacra vestigia, eisdem in locis monstrabantur.* Totus ad
Claudian. rem præsentem Claudianus, vbi de auibus Phœnicem comitantibus.

——— *Nec quæ, tantæ è mollibus, obuius audet*
Ire Duci, sed regis iter flaeruntur adorat, &c.

P. Pinto Ramirez S. Script. Selecta.

Talis barbaricas fluuio de Tygride turmas
Ductor Parthus agit.

Iter adorare, id est, vestigia colere: adducta Parthi, id est, Persæ Monarchæ similitudine, quasi id obsequij, huic præberi solitum. Hoc ergo sibi vellet Mardochæus. nec obstat, quod cum Serario aliqui obiiciunt, dicentes, nec etiam mediocris sortis homines, pedites apud Persas incessisse, ne dum Aman, qui Surena erat, id est, primus à Rege: quomodo ergo vestigia relinqueret osculanda? Satis enim, si calcatas palatij gemmas, quas pedes tereret Aman, licet non relictis signis, se diceret osculaturum. Adde vbiuis gentium, in his vrbanitatis, & summissionis blandimentis, non tam rem factam, quam sermonem vrbanum attendi solitum: vt enim cum vulgo dicimus, *Beso a v. m. la mano* non statim osculanda manus intelligitur: Sic nec apud illos, semper impressa vestigia osculanda capiuntur: licèt vt nos manum, sic vestigia relicta quandoque oscularentur: prædicto ergo loquendi tenori, summissio Aman poterit assignari. Quid plura? esto nunquam signandum puluerem ab Aman, gratis concedamus, quia semper equo, curru, aut lectica vectus: optimè ex vsu communi loqueretur Mardochæus, paratus osculari vestigia, non tam relicta, quam si fortè relinquerentur.

. Duxit mos iste rationem, apud Hebræos, ni fallor, quod Dei, imo Sanctorum pedibus calcatam terram sanctificatam crederent: vnde & illa vestigia colebant: quod deinde vt solet, adulationi etiam Principum deseruiuit. Hinc illud Exod. 3. v. 5. de soluendo calceamento, quia Exod. 3. v. 5.
terra sancta. Et item ad Iosuë Angelus: *Solue calceamentum tuum de pedibus tuis, locus enim in quo stas sanctus est.* Iosu. 5. v. 15. de quo D. Isidorus. *Quomodo* Iosu. 5. v. 15.
Iericho terra sancta est qua ab hostibus detinetur? sed D. Isid.
fortè quocumque veneris Princeps virtutis Domini, sanctificat locum. Et D. Thomas ad illud Gen. 13. Genes. 13.
v. 17. vbi Deus præcepit Abrahamo, vt terram v. 17.
hæredibus traditam perambularet, id factum ait, vt filij maiori deuotione terram haberent, quam à sanctissimo parente nouerant percalcatam. Et fortassè huc etiam facit illud Iosu. 4. v. 3. Iosu. 4. v. 3.
de trophæo erigendo: *Præcipe eis vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes Sacerdotum, duodecim durissimos lapides.* &c. ac si lapidibus etiam durissimis aliquid sanctitatis, è Sacerdotum vestigiis, in futuram reuerentiam inhæreret: nisi enim mysterium quæreretur de tactu pedum ad merum signum quiuis alij lapides deseruirent. Similis etiam caussa consimilis reuerentiæ apud profanos: ideò Plinius vestigia illa prisco- Plin.
rum Ducum monstranda *sacra* appellauit. Vnde & illud Silij Ital. lib. 5. Sil. Ital.

Has vmbras nemorum, & connexa cacumina cæli,
Calcatósque Ioui lucos, prece Bostar adora.

De verbis Mardochæi, hæc pauca habui, quæ subiungerem. Venio ad alia.

De dicto officioso osculo multa Lyps. elect. 2. 3.
cap. 7. de aliis officiosis osculis iam alij multa: Lypsius.
addo paucula in quæ incidi, non ita passim vulgo obseruata. igitur non solum os, faciem, manus, & pedes osculabantur prisci: Sed etiam caput, oculos, mentum, pectus, genua. Sophocles Sophocl.
in OEdip.

Καὶ μοὶ χεῖρ', ὦ ἄναξ, δεξιὰν ὄρεξον, ὡς
Ψαύσω: φιλήσω τ' εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα.

Et mihi dextram, ô Rex, prabe, vt
Tangam: & osculabor, si fas, tuum caput.

Lucian. Lucianus in Nigrino: τὸ στῆθος, ἢ τὴν δεξιὰν καταφιλεῖν: *Pectus aut dexteram deosculari.* Nonnus
Nonnus. lib.4.Dionys.

Ἠλέκτρης κύσε χεῖρα, &c.
Καὶ κεφαλὴν, καὶ στέρνα, καὶ Ἠμαθίωνος ὀπωπήν.

Electra osculata est manum, &c.
Et caput, & pectus, frontémque Hemathionis.

Sic apud nostros, quorum caussa hæc dicta sunt.
D.Ephr. D. Ephræm Edissenus., in vita Patriarchæ Ioseph, ita de Beniamin. *Sic videam Patris Iacob, sanctam venerandámque canitiem, vt cum gaudio sancta illius osculer genua: vt scyphum istum furatus non sum.* Et post multa iterum: *Accedens*
Idem. *autem Beniamin, deosculatus est illius genua, & mentum dicens: vera sunt qua audisti, Pater optime.*
Simeon Metaph. Simeon Metaphrastes in comment. de Præcursore Baptistâ: *Et quoniam non videbam aliquem, labra ori eius admouentem, nisi soli pectori: tandem nihilominus in eius quidem conspectum; veni anterius.* Sic alij Græci Patres loquuntur, sed notiores.

4. Addo vnum verbum, de amatorio osculo,
Petr.Arb. quia officioso huic nostro ministrabit. Petronius Arb. (si is est,) epigramma ad Martiam sic concludit:

At si dissimulas, multum mihi chara venire.
Oscula cum pomis mitte, vorabo libens.

Hoc distiehum niue frigidius putant Interpretes, fortè quia non capiunt: alludit ad vsum, quo amasiæ amatoribus suis semesos cibos, & præmorsa poma mittitabant, quasi cum illis, ex attactu otis, oscula porrigerent: Sie & libatum poculum, quasi osculis plenum propinabant. Dixi de poculo supra cap. 25. numer. marg.9. & de vtroque fusius in Cantic. Dramat.
Lucian. nunc satis, illud non ita vulgare Luciani in Toxari; καὶ γράμματα τὰ εἰσφοιτῶντα, καὶ στέφανοι ἡμιμάραντοι, καὶ μῆλα τινα ἀποδεδηγμένα. *iam amatoria littera mittebantur, & semimarcida corona, & poma pramorsa.* Sed hæc vt dixi ab officioso
Xenoph. videntut osculo deriuata. Xenophon lib.1. scribit Cyrum Persieum Monarcham, amicis intimis mittere, dimidiatas aues, panes, aliáque obsonia prælibata, tanquam summæ beneuolentiæ testimonium, additis his verbis: *His delectatur Cyrus, vult ergo, vt tu pariter eadem degustes.* Quasi in semeso cibo, non solum partiretur gustum, sed & osculum amicitiæ porrigeret. Et ideò fortasse Christus, non sub quouis alio signo, quam sub pane tradendo, Iudam reuelauit Ioanni: *Et cum intinxisset panem,*
Ioan.13. v.26. *dedit Iuda:* Ioann.13. v.26. Vt dum ex propria buccella Domini, se cerneret inuitatum, intimè dilectum crederet. Et, si quod de Cyri comitate augurabamur, de suauiori longè Saluatore existimemus: non solum suam, sed & semesam buccellam Iudæ porrexisse: non temerè crederem, tam amico osculo, detestandum proditoris osculum tacitè incusasse: quod in Poculo circumducto voluisse, loco ex cap.25. citato fusè dixi.

CAPVT XLI.

De statuis, & imaginibus.

PERIOCHA.

1. *Statua olim informes: columna, & similia quauis erecta monumenta statua vocabantur. Locus Genes. 19. v. 26. & Sap. 10. v. 9.*
2. *Statua pennata, & suspenso gradu efficta, maximè, qua victorias referebant. Locus 3. Reg. 6. v. 29. & 2. Paral. cap. 3. v. 13.*
3. *Deorum statua monstrosa. Locus 1. Reg. 15. v. 2. His statuis capita, vtplurimum & manus, gomphis clauisque constringebantur. Locus eodem lib. & cap. v. 4.*
4. *Imagines illorum, qua cupiebant, etiam cereas, Diis sacrabant Ethnici: Imagines etiam periculosorum, qua euadebant: quam turpes quandoque forent ha imagines illarum materia, apud diuites aurea. Locus ex 1. Reg. 6. v. 5. obiter de vsu supplendi per imagunculas, veras victimas.*
5. *Imagines humana in annulis insculpta, aut ad amoris blandimenta, aut ad reuerentiam dignitatis, aut ad amicitia cultum. prædicti annuli, vt plurimum ad sigillum: nonnulla sacra interim explicantur. Obiter quadam, de aliis annulorum imaginibus.*
6. *Æternitatem ab statuis, frustra captabant Ethnici. Qui ab illis non solum famam, sed etiam diuinitatem affectabant, vt plurimum aureas cupiebant. Hinc in statuis Deorum eterogeniis, saltem pracipua pars aurea condebatur: quia eò dignius in cælis se habendos credebant: quò sub pretiosiori materiâ, in terris colerentur. Nonnulla obiter sacra testimonia enodantur.*
7. *Statua Epitrapezia, qua apud veteres.*
8. *In humeris Principũ quandoque portabantur Deorũ statua. Statua ista aliquando arte damonis reddebãtur grauiores: quia apud Ethnicos diuinitatis excellentia,*

de pondere æstimabatur. Locus Baruch 6. v. 3.

9. *Dij in vincula coniecti, vt oracula funderent: Sic & eorum statuæ vinctæ, ne discederent euocatæ ab hostibus.*

10. *Deorum statuæ captiuæ ductæ, & in vasa mutandæ, apud vtramque paginam.*

11. *Deorum statuæ mendicantes, & stipem cogentes, adhibitis Circulatorum cantilenis. qui Coronistæ, Chelidonistæque olim dicerentur.*

12. *Leuandis desiderijs, absentium & defunctorum imagines, à prisco sæculo expetitas, vtraque pagina ostendit. Vniuscuiusque variæ erant imagines, & ex variâ materiâ, quibus certamen cum morte gerere videbantur.*

13. *Hinc Idololatria orta: & defunctorum, (quos lares domesticos putabant,) statuæ sacrificiis & coronis decorabantur.*

14. *Imago Principis, anima monetæ: commercio pascit populos: Principis creationem subsequebatur. Hæc à sanctis Patribus Idolum, & auaris Idololatriæ caussa appellatur. Locus Luc. 20. v. 24 Vbi imaginis Cæsaris additur inscriptio.*

15. *Ad simulacrorum aures propius accedere, rogaturi Ethnici exoptabant, scilicet vt magis exaudirentur: Sic excelsa ascendebant, à superis facilius audiendi. Nonnulla ex sacro penu obiter illustrantur.*

1. TOTAM fœmineam indolem, sui impotens expressit vxor Loth, retrorsum conuersa, flammas inspectura: ideò in pœnam, *versa est in statuam salis.* Genes. 19. v. 26. dubitari (Genes. 19. v. 26.) potest, an in hac statuâ, verè Iconem, & delineatam humanæ formæ figuram debeamus intelligere: an satis sit, vtcumque salis molem informem explicare. in priori sensu, nonnulli è priscis Patribus loqui videntur, maximè, qui etiam longa post sæcula, menstruum sanguinem ab hac statuâ scribunt dimanasse: gratis, (demus narrationem fuisse veram,) non vtcumque sudorem, sed muliebre profluuium id appellantes, nisi expressam fœminæ formam denotarent. Alij è contra, (& ni fallor, longè probabilius,) rudem quandam, & informem molem hic excogitarunt: vnde ex Hebræo, pro statuâ, (Hebr. Græc.) vertunt: *tumulum*, vel *aceruum salis.* Fauent qui legunt *στήλην, columnam salis.* Quid ergo, inquis, vulgatus noster, *statuam* maluit appellare, qua voce, aliquid delineatum, & humana membra exprimens, visus intellexisse. Facilis est solutio. Sumpsit statuam, in significatione propriâ, qua dicitur ab stando: siue columna, seu moles alia huiusmodi erigeretur: Licèt enim posteriora sæcula, *statuam* strictè de Icone, membra repræsentante sumant: tamen priori illo & heroico æuo, non ita statuæ nomen capiebatur. Dices, multis iam sæculis antè Hieronymum, statuam pro delineatâ figurâ sumi solitam: fateor: nil tamen vetat, quo minus sub propria, licèt priscâ significatione, nomen illud acciperet: eo vel maximè quod primæui temporis historiam enarrabat, quo moles illa informis, vtcumque tamen punitæ fœminæ memoriam reuocans, propriissimè statua diceretur. Dabit his lucem Clemens Ale- (Clemens Alex.) xand. in Protrep. vbi ita. *Ij qui erant antiquiores, ligna erigebant insignia, & columnas ponebant ex lapidibus, quæ etiam appellabantur ξόανα,* (id est, statuæ,) *eo quod eraderentur, seu expolirentur ex materia. In Icaro certè imago Dianæ, signum erat non laboratum: & Cithæroniæ Iunonis Thespia, truncus excisus: & Samiæ Iunonis prius quidem erat, asser; postea vero cum esset princeps Procleus effîcta est in formam statuæ. Postquam autem cœperunt statuæ formari hominibus, ἀνδριὰς, quod idem est quod statua, & accipiunt denominationem ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν, id est, ab hominibus. Romæ autem antiquitus, statuam Martis fuisse, hastam, dicit scriptor Varro: cum non peruenissent Artifices, ad hoc speciosum quidem, sed improbum artificium. Postquam autem ars floruit, auctus est error.* Sed est egregius in hanc rem locus ille Plinij, lib. 34. cap 4. *Effigies hominum* (Plin.) *non solebant exprimi, nisi aliqua illustri caussa perpetuitatem merentium; primo sacrorum certaminum victoriâ, maximèque Olympiæ. vbi eorum qui vicissent, statuas dicari, mos erat: eorum verò qui ter ibi superassent, ex membris, ipsorum similitudine expressa: quas, iconas, vocari.* Vbi vides illa etiam monimenta, quæ absque membrorum similitudine erigebantur, *statuas* appellari: & fortè faciunt huc auitæ illæ columnæ, quas imaginibus iungit Iuuenalis (Iuuen.) Sat. 7.

Nam quid imaginibus, quid auitis fulta columnis atria.

Neque enim tam absolutè columnas fulcientes describit, quam auitas, & illas imaginibus coniunctas, vtpotè quæ prius, pro subsecutis imaginibus erigebantur. Talem ergo statuam vxoris Loth imaginare, ideò à LXX optimè (LXX Interp.) *στήλη*, id est, *columna* appellatur. Nec obstat illud Sap. 10. v. 9. Vbi de hac ipsâ historiâ, ita. (Sap. 10. v. 9.) *Et incredibilis animæ memoria, stans figmentum salis.* Vbi in Græco iterum pro *figmento* ponitur *στήλη columna:* non obstat inquam, quod *figmentum* dicatur: nam hæc memoria, quæ optimè in Græco *μνημεῖον*, id est, *monumentum* appellatur: etiam absque vllâ membrorum expressa similitudine, sic potuit *figmentum*, (in quo aliquid similitudinis notari videtur,) appellari: vt informis quidam orbis, Veneris simulacrum appellabatur. Cornel. Tacitus lib. 18. (Corn. Tac.) de Paphia Venere. *Simulacrum Deæ, non effigie humanâ: continuus orbis latiori initio, tenuem in ambitum, metæ modo exsurgens.* Lucanus (Lucan.) lib. 3.

—— Simulacràque mœsta Deorum
Arte carent, cæsisque extant informia truncis.

Ioan. Tzetz. Hinc & illud Ioan. Tzetzes Chil. 1. hist. 19. de statuis Dædali.

Τὰς ἀνδριάντας πρότερον πρὸ χρόνου τοῦ Δαιδάλου
Ἐδημιούργουν ἄχειρας, ἄποδας, ἀομμάτους.
Πρῶτος μὲν ὁ Δαίδαλος αὐτῆς διεῖλε χεῖρας, πόδας,
Δακτύλους διηρμόσατο, καὶ βλέφαρα, καὶ τ' ἄλλα:
Ὅθεν ἐμύθευσαν πέπλοκε κινεῖσθαι τὰ Δαιδάλου.

Statuas prius ante tempora Dædali
Fabricabant sine manibus, sine pedibus, sine oculis.
Primus Dædalus diuisit manus, & pedes,
Digitósque aptauit, & palpebras, & alia.
Vnde orta fabula, moueri opera Dædali.

Ergo licèt nobiscum non sentias, non tamen negabis, potuisse optimè ab interprete nostro dici *statuam & figmentum*, etiam de informi mole, quale quale miseræ fœminæ esset monumentum.

2. Inter alias templi delicias, & ornamenta, quæ miro artificio parauit Salomon, sic subiungitur: *Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit variis cælaturis, & torno: & fecit in eis Cherubim, & palmas, & picturas varias, quasi prominentes de pariete, & egredientes.* 3. Reg. 6. v. 29. (3. Reg. 6. v. 29.) quid sit prominere de pariete, & egredi, si pro eodem sumatur, (quod omnes videntur supponere,) facilè est intellectu. Vide Sanchez, (Sanch.) & alios. Non video tamen vnde cogamur hanc prominentiam, & egressum, synonimicè explicare: imò in eo loco, quem ex Hebræo, sic attentè vertit vulgatus noster, vtpotè obscurissimum, (variant enim ferè omnes: Chaldæus Paraphrastes, (Chald. Paraphr.) tacitâ prominentiâ & egressu, legit: *in funiculis illorum* LXX. (LXX. Interpr.) verò, sub eodem silentio longè aliter: *διεκπεπταμένα πέταλα: extensas laminas*,) aliud quid per prominentiam, aliud per egressum, notare voluisse, videtur augurandus: neque enim ad meram prominentiam figurarum è pariete significandam, superaddita voce opus erat. Afferam igitur coniecturam nostram, donec alius attulerit meliora. Fortassè datur prominentia variis illis cælaturis & palmis, vt opera intelligantur quæ vulgo dicimus, *de relieue, ò media talla.* Egressus verò datur tantummodo Cherubinis, quasi non solum vt cætera prominerent, sed etiam sub eo habitu sculperentur, quo egredi & foras prosilire apparerent. Non est autem nouum apud vtriusque paginæ scriptores, quædam quasi connectere, quæ tamen prioribus quibusdam prædictis, non promiscuè, sed distributiuè veniant assignanda. exemplis passim obuiis supersedeo. Et quales, inquis, aut quomodo, egredientes isti Cherubini? putarem proportione seruata, similes fuisse illis, quos idem Salomon in sanctuario collocauit: de his autem ita. *Igitur alæ vtriusque Cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum.* 2. Paral. 3. v. 13. (2. Paral. 3. v. 13.) cogita ergo Cherubinos hos nostros in tabulis parietum releuatos, expansis alis, & erectis pedibus effigiari: nonne optimè è pariete egredi, & quasi prosilire dicerentur, quodammodo aliò commigraturi visi? fuit quidem hoc sculpturæ genus, apud priscos celebratissimum, (discentes credo ab his Salomonis Cherubicis statuis in medio sanctuario, aut cælaturis in pariete,) qui imagines aliquorum numinum, ex pansis alis, & suspenso gradu maximè commendabant. Callistratus de imagine cupidinis. (Callistr.) τὸ δὲ κινήσεως ἔργον ἐστερημένος, ἱπτάμενος ἐῴκει δεῖξαι κίνησιν: εἰς μὲν γὰρ ἕδραν σταθερὰν ἵδρυτο: ἐπλάττετο δ' ὡς τὸν μετέωρον κεκτημένος φορᾶς. *licèt motionis expers, tamen prosilienti similis erat, & in basi firma locatus, intuentes decipiebat, quasi volatum sortiretur*, & infrà: καὶ διέχειν τὸν ἀέρα τέμνειν ἐμηχανᾶτο: *quasi iam pennis aerem secaret, effirmauit*, (Idem.) & iterum de Imagine Occasionis (Idem.) ἑστήκει δ' ἐπὶ σφαίρας, ἀπὸ τῶν, ἄκρων τῶν ταρσῶν βεβηκώς, ἐπτερωμένος τὼ πόδε. Vertit noster Caussinus. *Stabat autem in globo, summa pedum planta insistens; qua, & pennis volucer, exilire propè videbatur.*

Roboratur autem non leuiter coniectura hæc nostra, verbis Alcasaris in cap 3. Apocal. v. 12. (Alcasar. Apoc. 3. v. 12.) notat. 1. vbi post alia de his palmis, & Cherubinis ita habet. *Hinc est vt cum templi parietes, & valuæ omni ex parte, Cherubinis & palmis ornata fuerint atque distincta: Cherubini enim, (hoc est, Iuuenis alati,) victoriarum imagines sunt: vt facilè concedet, qui nouerit eiusmodi figuram, semper à Græcis atque Romanis, victoriæ esse tributam: id quod ex innumeris quæ extant hodie antiquis scripturis & numismatibus, euidentissimum est. Ethnicos enim eiusmodi simulacra, ad imitationem Salomonici templi effinxisse, expressè affirmatur 1. Machab. 3. v. 48.* Vbi plura in eandem rem. quæ si vera habeas, (aut cur non habeas?) iam quæ ego excogito, omnino probabilia iudicaueris. quid ita? quia certè hæ victoriarum imagines, expansis alis, & suspenso gradu semper effingebantur, quasi egredi, & prosilire viderentur: do pluscula vnde Alcasaris opinio & coniectura mea probetur apertissimè: si enim hunc habitum victoriarum ostendamus, aliunde illas inter Cherubinorum nostrorum effigiatas, scientes: clarè videbimus, ideò *egredientes* appellari potuisse, quia etiam expansis alis, & gradu suspenso, à Salomone fuerant efformati. Prudent. lib. 2. contra Symmachum. (Prudent.)

Marmoreo in templo rutilas victoria pennas
Explicet, & multis surgat firmata talentis.

Et pulchrè statim ipsam etiam suspenso pede effigiari solitam, quasi iam iam euolaturam, sic irridet.

Vincendi quæris dominam? sua dextra cuique est,
Et Deus omnipotens: non pexo crine virago,
Nec nudo suspensa pede.

Cotippus lib 3. n. 6. de laudibus Iustini. (Coripp.)

Per dextram lanámque tenens victoria partem,
Altius erectis pendebat in aërea pennis.

Pendere enim in aërem, suspensa vestigia notat. Claudian. lib. 3. de Stilcone huius Deæ templum ingresso. (Claudian.)

Quæ verò Procerum voces, quam certa fuerunt
Gaudia, cum totis exsurgens ardua pennis
Ipsa Duci sacras, victoria panderet ædes,
Et palmâ viridi gaudens & amicta trophæis.

Sed est egregius locus Apulæi lib 2. Met. vbi de hac palmari Dea, seu victoria palmis adornata, qui & me, & Alcasarem mitè firmat. (Apulæius.) *Atria longe pulcherrima columnis quadrifariam per singulos angulos stantibus, attollebant statuas palmaris*

palmaris Dea. Facies quoque pinis explicatis, sine gressu pila volubilis: instabile vestigium, plantis roscida decitantes: nec vt maneant, inhaerent: & iam volare creduntur. Attuli obscuriusculo loco faculam, vnde deinceps doctior fortasse solem afferet.

3. Fusis Hebraeis, & captâ Arcâ, addit sacer (1. Reg. 5. v. 2.) textus: *Tulerunt Philisthiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon.* 1. Regum 5. v. 2. (P.Mendoz.) Probauit iam hic Mendoza, & nonnulli alij Scholiastes, hanc statuam seu Idolum Dagonis, monstrosâ facie fuisse effigiatam: Dagon enim superna parte homo, infernâ, in atrum piscem vt volunt, desinebat. Porrò monstrosas has statuas coli solitas, ex vitio Seneca probauit Mendoza: adiungo plusculos, non tam reconditos, quàm firmandae tanti magistri sententiae (Tertull.) necessarios. Tertullian. in Apolog cap.16. *Quia & canino, & Leonino capite commistos, & de Capro, & de ariete cornutos, & à lumbis hircos, & à cruribus serpentes, in planta vel tergo, alites* (Cerda. Porphyr.) *Deos recepernnt.* Vbi Cerda plures congerit: à quo vnius Porphyrij verba mutuor, quia tota huc faciunt: loquitur de Aegyptiis. *At Deorum fabricam, omne animal, simul cum homine assumpserunt: in qua & pecudum & hominis, & auium item, & hominis corpora miscuerunt.* Sic & Minu- (Min.Fœl.) tius Fœlix, *De capro etiam, & homine mixtos Deos* irridet.

Additur statim concidisse Dagonem antè arcam, prostratóque trunco corpore, de capite & manibus, sic concluditur. (1.Reg.5. v.4.) *Caput autem Dagon, & duae palmae manuum, abscissa erant super limen.* ibidem v. 4. Nota mihi has partes, non tam dici è toto fractas, quam abscissas, quasi aliàs integrae, à trunco conditînctô reuellerentur. Sed quidquid sit de vi verbi *abscindere*, illud certum, truncum Dagonem coram arca iacuisse, non minutim caesum; solúmque caput & manus separatim, ad limen prouolutas. Multum in hoc mysterij agnoscunt Interpretes, & ego agnosco, ita tamen vt post primum iteratae ruinae miraculum, subsequens rei ipsius naturae credam, vt potius caput & manus Idoli, quam quaeuis aliae partes reuellerentur. Id vt explicem, aduerto, has Idolorum statuas, vtplurimum ita fabricari, vt corpus è trunco vno integrum formarent Artifices, & postea exquisitiori arte, caput manúsque seorsim dolatas, gomphis & plumbo agglutinanti, corpori illi seu trunco inserebant: post ruinam ergo illam miraculosam, facilius naturâ ipsâ, hae partes ascititiae, & deforis Idolo adiunctae, quam quaeuis aliae, dissolui & separati debuerunt. Neque id mysterio derogat, namque, praeterquam quod nouum erat miraculum, dum ad limen, e trunco remotissima, haec membra excutterentur: Satis erat mysterio, dum ingenti ludibrio exponebatur statua, & Idolum irridebatur: cui, cum Deus crederetur, non tamen agnatum caput, non ingenitae manus, ipsâ, de glutino soluto, auulsione, noscerentur: hoc enim est, quod in re simili rides Ter- (Tertull.) tullianus in Apolog. cap. 12. loco illo cele- (Ioseph. Scalig.) bri, quem Iosephus Scaliger, Haereticorum Iupiter, vt ludit quidam, clericus, siue criticus, quia non intellexit, perperam recudit: Sic enim legit: *Ceruices ponimus ante plumbum; glutinum: & gomphosis, capita sunt, Dij vestri.* Nec ipsum Dodonaeum Iouis oraculum haec verba explicauit. Lege igitur, & interpunge, (vt post Iunium, & Heraldum, habet (Iunius. Herald.) Cerda,) hoc modo, ad rem praesentem. *Ceruices ponimus: ante plumbum, glutinum, & gomphos, sine capite sunt, Dii vestri.* Ac si dicat. Irridetis nos Christianos, quod sub martyrio decollemur, quod ceruices securibus ponamus: nec erubescitis, dum illos Deos colitis, qui semper forent acephali, & absque capitibus, nisi plumbo, glutino, & gomphis, capita illis innecterentur. Ante plumbum enim adglutinans, & gomphos, meri trunci, absque capite erant. Clarior est locus alius ex cap. 29. Vbi de mani- (Tertull.) bus ita. *Id ergo committimus in maiestatem Imperatorum, quia illos non subijcimus rebus suis? quia non ludimus de officio salutis eorum, qui eam non putamus in manibus esse plumbatis?* Id est, fultis & alligatis plumbo. Nota autem ex Graeco, sic in Regiis & Complut. verti praedictum locum: *Ca-* (Regia Complut.) *put Dagon, & ambo vestigia pedum eius abscissa super anteriora, & ambo in ictu a manuum eius, iacentes super limen.* Quod si euenisse credas, pariter ex supradictis erunt explicanda: plumbo enim etiam pedes connectebantur. Sic explicatur Pru- (Prudent.) dentius lib. 1. contra Symmach. vbi de Castoribus,

——— *Magnique triumphi*
Nuntia, suffuso figunt vestigia plumbo.

Si tamen rata habeas, quae supra dixi ex grauissimis interpretibus, Dagonem inferiori parte fuisse piscem: Laboraueris, si vacat, in huiusmodi pedibus pisci assignandis.

Post Dagonis ruinam, vapulant Philistaei, & 4. resipiscunt: arcam restituunt, sed muneribus cumulatam, quae plagas & mures, supplicij instrumenta repraesentarent: offerunt itaque, *Iuxta* (1. Reg. 5. v. 6.) *numerum Prouinciarum Philisthinorum, quinque anos aureos, & quinque mures aureos.* 1. Reg. 6. v. 5. Aptissimas, sed mysticas horum munerum rationes dedit hic Mendoza: Sanctius etiam mi- (P.Mendoz. Sanch.) ratur potius dona, quàm expendit: nullum denique vidi, qui satis litteraliter locum illustraret: saxo igitur, vt aliquid fortasse non importunum his addatur, vnde sacratae istae imagines cognoscantur. Solebant Ethnici bonorum, quae à Diis orabant imagines, illis consecrare: Vir- (Virgil.) gilius, vel quisquis Auctor est in Priapeis.

Laetus Aristagoras, natis bene villicus vuis,
De cerâ factâ, dat tibi poma Deus:
At tu sacrati contentus imagine pomi,
Fac veros fructus ille, Priape ferat.

Vbi obiter nota cereas hic describi, has imagunculas, quas tamen ad votorum Sacrationem nusquam scribi, oblitus huius loci, (possem plures addere,) scripsit Roa cap. 1. de die Nat. (Roa.) sed ad rem. Vt hic dicatâ fructuum imagine, spirabat sibi fructus veros consequendos: sic contra Philistaei, foeda vulnera, turpes mures, quos auerruncatos cupiebant, sacrata eorundem imagine pellendos sperabant.

Deinde sacrabant Ethnici Diis suis, instrumenta malorum, quibus aliquando fuerant vexati, postquam Deorum ope, illa euadebant: exempla huius rei innumera, ex naufragis, captiuis, aegrotis, & similibus nec pueri ignorant: illud non ita obuium, dicasse scilicet quandoque, instrumentorum horû imagines, cum ipsa non liceret, v.g. euadebat Leonis vngues, & imaginem Leonis consecrabat:

P.Pinto Ramirez S.Script.Selecta. Q 3 est

Anthol. est hoc illud Anthol.1. de quodam, ab hoc peri-
culo, liberato.

Κενὸς δ' ἀσφυγὼν ὀλοὸν μόρον, εἴκελα φωτὶ
Θῆρα.
Ille verò cum fugisset exitialem mortem, simula-
crum posuit
Fera.

Ibidem. Ibidem Pastores quidam à bestia liberati, *ἄγαλμα*
ἀρίχαρις, eiusdem *statuam elegantem* Ioui dicant.
Iuuen. Sic tempestatem in tabula pingebant: Iuuen.
Persius. Sat. 14. *Pictâ se tempestate tuetur.* Pers. Sat.1. &
Horat. Horatius in arte idem habent: at hanc ipsam ta-
bulam, qua mendici stipem erogabant, postea
Idem. templo dicatam, colligitur ex eodem Horat.
lib.1. Oda 5.

——— *Me tabulâ, sacer*
Votinâ paries incidat, humida
Suspendisse potenti;
Vestimenta, Maris Deo.

Fortasse igitur Philistæi, festini votorum, quasi
inde impensius Israëliticum numen prometituri,
imagines torquentis damni dicabant, à quo se
iam iam liberandos confidebant. Dices posse vt-
cunque, pro stolidâ illius æui & gentis conditione
tolerari, si mures effigiati dicarentur: cum
aliunde, bestiarum statuas, in templis dicari so-
litas passim legamus: non tamen credibile fieri,
eo stoliditatis deuenisse, vt meros anos aureos
consecrassent: vnde vulgata nostri verba, sic
explicanda, vt anni ponantur pro statuis homi-
num, quæ partes illas læsas exhiberent. Sic ali-
Ioseph. qui putarunt cum Iosepho: neque id perperam
Sanch. excogitari putat ibi Sanchez. Hanc tamen expli-
cationem, vix cum vulgata nostra versione stare
posse, puto: quæ tam disertè & toties, annos me-
morat. Neque in Philistæis mirandum, quando-
quidem politiores longè Græcos, æquè turpium
rerum imagines, in similibus euentibus, vouisse
& consecrasse sciamus: Satis nunc epigramma
Lucill. Lucillij *ἀνθολ.δ*.

Εἰκόνα τῆς κήλης Διονύσιος ὧδ' ἀνέθηκε
Σωθεὶς ὀκτὼ τῶν τεσσαράκοντα μόνος:
Τοῖς μηροῖς αὐτὴν γὰρ ὑπερδήσας ἐκολύμβα:
Ἔστιν καὶ κήλης ὅσ' ἐπὶ τισιν εὐτυχίη.
Imaginem Herniæ, Dionysius sic dicauit,
Seruatus vnicus, inter nautas quadraginta:
Fæmoribus enim ipsam superligans, natauit.
Est quoque in quibusdam herniæ fælicitas.

Certè imago hæc, parum distat quo ad turpitu-
dinem attinet, ab illa Philistæorum. Puduit
Athen. transcribere ex Athenæo, cur venus Callipygia
appelletur *καλλιπυγία*: Satis sit nosse, puellas so-
rores, visas, illi sacrasse, licèt ob diuersam caus-
sam, id, vnde ratio cognominis desumitur. Sed
quid vltra miremur in his donis insolentibus,
cum passim dicatas Phallorum imagines, & à
Matronis religiosè cultas, ex Arnobio & aliis
legamus? id ergo vero numini sacrarunt reli-
giosa hebetudine Philistæi, quo in similibus
euentibus, Dagonem suum placandum existi-
marent.

Quod autem *aurei* ponantur Ani, & Mures,
etiam ex vsu priscorum: aureas enim imagunculas
consecrabant illorum, quibus Deos placari exi-
Ouid. stimabant. Acontius apud Ouid. in epist. nescio
quod amatorium stratagema pomo designans,
aureum deinde pomum Diis dicandum vo-
uebat.

Aurea ponetur, mali fælicis imago,
Causáque versiculis scripta duobus erit:
Effigie pomi testatur Acontius huius,
Quæ fuerant in eo scripta, fuisse rata.

Tibullus lib.1.eleg.9.ad finem. Tibull.

Tunc flebis, cum me vinctum puer alter ha-
bebit,
Et reget in regno, regna superba, tuo.
At tua tunc me pœna iuuet, Venerique me-
renti,
Fixa notet casus aurea palma, meos:
Hanc tibi fallax, resolutus amore Tibullus,
Dedicat, & grata sis Dea, mente, rogat.

Vbi nota, non solum aureas imagines, sed &
has, caussâ voti inscriptas dedicari. quod for-
tassè, licèt diuinus scriptor taceat, etiam Phi-
listinos fecisse, non temerè coniectabis. De-
nique & hodie imagines rerum aureas vero nu-
mini, & Diuis consecramus: Sicque & olim
factum scimus. Est insignis locus Iosephi ad Ioseph.
hanc rem lib. 19. Antiq. cap. mihi 5. vbi de
Agrippa Rege, iam post vincula in libertatem
restituto. *Et quam primum peruenit Hierosolyma,*
votiua sacrificia persoluit, nihil omittens eorum,
quæ lege præscripta sunt: vnde & multos Nazaræos
tonderi mandauit, & catenam auream à Caio do-
natam, pondere parem illi ferrea, quæ regias ma-
nus vinxerat, monumentum aduersæ fortunæ, mu-
tatæ in prosperam, suspendit in sacrario supra ga-
zophilacium: quæ doceret spectatores, & sublimia
posse corruere, & Deum valere, illa erigere denuò.
Omnes enim admonebantur per hanc consecratam ca-
tenam, quod Agrippa leui de caussa priuatus digni-
tate, sit vinctus: paulòque post compedibus solu-
tus, splendidiorem quam antea principatum adeptus
sit. eam esse naturam rerum humanarum omnium, vt
celsissima quæque prolabantur facilè: rursúmque,
inclinata, restituantur in pristinum fasti-
gium.

Tandem aduerte hunc vsum, in sacrandis re-
rum imaginibus apud veteres, tunc maximè
vsurpari, quando res ipsæ, aut inuentu diffici-
les, aut oblatu duræ, & indignæ viderentur.
Durum erat Italis olim sacrificare homines Sa-
turno, vnde monitu Herculis, hominum scir-
peas imagunculas, in illius honorem de ponte
deiiciebant: Sic capiendus Varro lib. 6. de ling. Varr.
Latin. *Argei sunt è scirpeis virgultis: simulacra*
sunt hominum triginta: ea quotannis à ponte subli-
cio, à Sacerdotibus publicè iaci solent in Tyberim.
putauit Roa supra citatus id fieri, in honorem Roa.
fluminis, cui numen inesse credebant: caue
probes: quæ enim dixi vera sunt, vt ex innu-
meris Auctoribus probat Tiraquell. ad Alexand. Tiraq.
cap. 12. lib. 3. ad finem: vbi & idem Alexander Alex.Neap.
ex Seruio affert, solere quandoque victimas Seruius.
difficiliores ex pane vel cera, fieri: & pro ve-
ris, à Diis acceptari. Vide quæ multa de his
simulatis victimis ibi Tiraquel. sic & dies, & Tiraq.
tempora festorum statuta simulabant: de quo
idem Tiraquel. eodem lib. cap. 19. Sed de his,
quia non ad rem nostram, plura dicere super-
sedeo.

Apud Ieremiam cap. 22. v. 24. sic habetur. 5.
Viuo ego dicit Dominus, quia si fuerit Iechonias, Ierem. 22.
filius Ioachim Regis Iuda, annulus in manu dex- v. 24.
tera mea, inde euellam eum. Locus iste variè
à variis explicatur: Sto nunc nostro Sanctio, Sanct.
qui putat alludi ad vsum, *quo aliquis illorum*
effigiem, quos impensius amat, in annulo gestat,
ne

ne vnquam aut ab oculis abeant, aut à memoriâ excidant. Eodem tenore putat explicandum Aggænm
Agg.2.v.24. cap.2. verſ 24. vide etiam quæ habet ad Ezechielem
Ezech.28. v.21. cap.28.verſ.12.& in Cant. cap.8.verſ.6.& ſæpe alibi.
Cant.8.v.6. Quia tamen in his omnibus locis, veterum teſtimonia prætermiſit:pauca hic congeram, vnde tot ſacris locis, profanus famulatus non deſideretur. Loquar prius de illis qui tenerius ad delicias; deinde de aliis qui fortius ad pretium ſeu reuerentiam, aut tandem familiarem cultum amantes;amicorum imagines in anulo geſtarunt: de vtroque enim amore certè quædam, fortaſsè omnia loca ſacra, ſeruato tamen recto vtriuſque amoris tenore, capi poſſunt. Curabo vt obiter quædam etiam è profanis lucem capiant.

Cleopatram Reginam, Antonio ſuo, ſub habitu & nomine Bacchi, adhæſiſſe, ignorat nemo: dixi multa, ſupra cap. t. hinc ergo erat, vt in annuli gemma Bacchum geſtaret inſculptum, quaſi Antonium ſuum gerere videretur: neque vtcunque, ſed ad amoris delicias, vini numen ſeu Methy, in amethyſto gemma maximè volebat cælatum, quæ (vt ex etymologia ἀμέθυστυ noſti) ſobrietatem importat. Iam capies Græcum Epigramma
Anthol. Anthol.lib.4.de hoc annulo.

Εἰμὶ μέθυ, τὸ γλύμμα σοφῆς χερός: ἐν δ' ἀμεθύστῳ
Τεγλυμμαι: τέχνης δ' ἡ λίθος ἀλλοτρίη.
Ἀλλὰ Κλεοπάτρης ἱερὸν κτῆρ: ἐν γὰρ ἀνάσσης
Χειρὶ, θεὸν νήφειν, καὶ μεθύοντα ἔδει
Sum Methi, ſculptura docta manus, & in amethyſto.
Inſculpor, quæ gemma, ab arte aliena eſt.
Cleopatra tamen ſum ſacra poſſeſſio: in Regina enim
Manu, par erat vt ebrietas, in ſobrietatem verteretur.

Breuius & clarius, aliud ibidem, de eodem Epigramma.
Idem.

Ἁ λίθος ἐστ' ἀμέθυστος, ἐγὼ δ' ὁ πότης Διόνυσος
Ἢ πείσει νήφειν, ἢ μαθέτω μεθύειν.
Gemma ſobria eſt, ego vero ebrius Bacchus.
Aut ergo me doceat ſobrietatem, aut ipſa dicat ebrietatem.

Gerebat itaque in annuli gemma, ſub Bacchi formâ,amores ſuos diſſimulatos.Sic & Imperator
Iul.Cap. Commodus, cuius epiſtolam citat Capitolinus in Albino, vbi eſt illa clauſula ad rem meam: *Super hoc ad procuratores meos litteras miſi, quas ipſe ſignatas excipies ſigno Amazoniæ.* Sub ſigno autem, credo coluiſſe & geſtaſſe amicam,quam ſub Amazonis nomine deperibat: teſtor
Lamp. Lampridium in vita ipſius Commodi. *Menſes, quoque in honorem eius; pro Augusto, Commodum: pro Septembri, Herculem: pro Octobri, Inuictum: pro Nouembri, exuperatorium: pro Decembri, Amazonium ex ſigno ipſius, Adulatores vocabant. Amazonius vero vocatus eſt, ex amore concubinæ ſuæ Martiæ, quam in Amazone diligebat.* Hoc eſt quod grauiter reprehendit
Clem. Alex. Clemens Alexand. lib.3.Pædag.cap.11.vbi de annulis. *Neque Idolorum ſunt imprimendæ facies, quibus vel ſolum intendere, eſt prohibitum: ſed nec enſis, nec arcus iis, qui pacem ſectantur: nec pocula iis, qui ſunt moderati ac temperantes. Multi autem libidinoſi, nudatos eos habent, quos amant, vel amicas: vt nec ſi velint, poſſint affectionis amoris obliuiſci: quod libido, & intemperantiæ, eis perpetuo in mentem renouetur.* Hæc ſunt, quæ in te nimis obuiâ habui, non ſic protrita: & quæ denuo obiter explicarentur.

Venio ad illos, qui in geſtandis his effigiebus non tam amoris blandimenta, quam perſonæ effigiatæ dignitatem, ſibique inde participatum honorem procurabant. Tota Maurianorum florens familia Alexandri magni effigiem coluit,viri vbiuis illâ, ad decus & fælicitatem vtebantur, vt habet Trebellius Pol.in 30.Tyr.in Quieto:deinde de fœminis huius familiæ ſic habet. *Mulieres in reticulis, dextrocheriis & in annulis, & in omni ornamentorum genere, exſculptum ſemper habuerunt. Et penula matronales, in familia eius hodie ſunt, quæ Alexandri effigiem deliciis variantibus monſtrent.* Treb.Pol.
Auguſtus Imperator,in ſignatorio annulo, eadem vſus legitur, apud Sueton.cap.50. *In diplomatibus, libellíſque, & epiſtolis ſignandis, initio ſphinge vſus eſt: mox imagine Magni Alexandri: nouiſſime ſua, Dioſcoridis manu inſculptâ: qua ſignare, inſecuti quoque Principes perſeuerauerunt.* Sueton.
Quia nimirum, vt Alexander Auguſto, ſic Auguſtus cæteris Imperatoribus fuit pretioſiſſimus. Athenæus lib. 6. Dipnoſ. Athen.
cap.item 6.ita. *Aſſerit Euphrantes, Callicratem adulatorem fuiſſe eius Ptolomæi, qui tertius regnauit in AEgypto, qui ita erat vir grauis, vt non Vlyſſis ſolum, imaginem in ſigillo geſtaret, ſed & filiis etiam nomina poſuerit Telemachum, ac Anticliam.* Sed hi alienorum Principum figuram clariorem affectarunt: fuere alij, qui clarioris aut Aui, aut Parentis effigiem in ſigillo, id eſt, annulo ſignatorio geſtarunt. Alexand. Neapol.lib.2.cap.19. *Lentulus aui* Alexand. Neapol.
figuram: Africani filius, patris effigiem inſculpſit annulo. Vol.Max.
Sunt grauiſſima verba illa Valer.Max.de Scipione illo degenere, quem ab ſplendiſſimâ familia, perditiſſimi mores merito deturbarant: *Inſuper è manu eius, annulum in quo caput Africani, ſculptum erat, detraxerunt. Dij boni! quas tenebras, e quo fulmine naſci, paſſi eſtis!*

Fuere alij,qui non tam amoris delicias, nec venerabilis perſonæ reuerentiam, nec generis claritatem: quam merum amicitiæ cultum, hoc vſu teſtandum voluerunt.Athen. lib.5.dipnoſ. cap.10. Athenæus.
de Anthenione, qui ſe Mithridatis iactabat familiarem. *Annulum habebat aureum, quo Mithridatis effigiem habebat inſculptam.* Huc tendit Ouid. Ouid.
lib.1.Triſt.cap.6.ad amicum.

Hæc tibi diſſimula, ſentis tamen, omnia dici,
In digito qui me férſque, refêrſque tuo.
Effigiémque meam fuluo complexus in auro,
Chara relegati, quæ potes ora, vides.
Quæ quoties ſpectas, ſubeat tibi, dicere ſaltem,
Quam procul à nobis, Naſus ſodalis abeſt.

Id aduerte, promiſcue me locutum de annulo & ſigillo: quia hic annulus effigiatus, vtplurimum ſigillando erat: raróque ſigillum niſi in annulo gerebatur. Ideo in loco noſtro Ieremiæ, Lxx.pro LXX. Interp.
annulo, vertunt ἀποσφράγισμα: & Sixtiana habent *ſigillum*: eſt autem, *apoſphragiſma* propriè, figura illa quæ ſigillo imprimitur:quæ addenda Sanctio, Sanchez.
ad locum Ezechielis citatum, num.ſuo marg. 31. vbi pro ſignaculo,etiam legitur ἀποσφράγισμα: vbi etiam noto Hebræo textui, id ipſum reſpondere: nam ad locum Ieremiæ ſic habet Vatabl. *Similis* Vatabl.
annulo ſignatorio, ad locum Ezechielis: *in ſigillant diſpoſitiones.* Quaſi vaniſſimus hic Princeps Tyri, adeo præſumeret, vt decreta, & diſpoſitiones,placitáque ſupremi numinis, nonniſi effigie ſuâ crederet, conſignanda. Nam hæc, non tam ex mente Ezechielis, quam ex arroganti tumentis Regis Iudicio dici, iam ibi notauit Sanctius. Quod mire, ni fallor, conuenit & Apoſtatæ Angelo, quem ibi volunt intelligi, qui diuinis obſtitit

decretis, nisi ad illius libitum, adhibitâ quodammodo formâ eius, formarentur.

Do iam liberius alia, de his annulorum imaginibus, ad materiam quam euoluimus conuenientia, & aliunde scitu non indigna. Pater Ludouicus Pinnerius, libro quem de Persecutione Iaponica edidit: ex verissimis nostrorum scriptis, qui apud Abissinos commorantur, hæc protulit lib.5. cap.14. quæ è vernaculo sermone, fidelissime versa, sic habent. *Annulum pretiosissimum gestasse fertur Rex Salomon, & illum, diplomatis firmandis, signatorium: in cuius gemmâ, Leo rapax, erectâ dextrâ Crucem sustinens, sculpebatur: res planè mira, atque diuinis grauida sacramentis: fertúrque eodem stemmate vsos post a nonnullos Principes Israel: Cruce autem Christi fides, Leone, origo à Iuda notabatur. Sed quidquid sit de hoc, illud certissimum, Abissinos Imperatores, qui se de Salomonis sanguine gloriantur, (cui filium dicitur peperisse Saba vnde & Domides ab auo, passim vocantur: id stemmatis hodie conseruare.*

P. Ludou. Pinn.

Ælianus lib.10. Animal. c.1. scripsit Ægyptiorum lege constitutum, vt fortissimus quisque κάνθαρον, id est, *scarabæum* in annulo insculptum gereret: quia scarabæus est ζῶον ἄθηλυ. *Animal absque fœminis.* Docente lege, masculos animos, minimè fœminis addictos pro patriâ decertare. Quam alius ille, qui turpis Cupidinis imaginem in annulo gerebat: do Græcum Epigramma ex Florilegio.

Ælian.

Anthol.

Ἀγάζω τὸν ἄφυκτον, ἐπὶ σφραγῖδος Ἔρωτα,
Χέρσι λεοντείων, αἰωχεῦντα βίαν:
Ὃς τῇ μὲν μάστιγα κατ' αὐχένος, ᾗ δ' ἐς χαλινοὺς
Εὐθύνει. Πολλὰ δ' ἀμφιτὶ θάλλε χάρις.
Φρίσσω τὸν βροτολοιγόν· ὁ γὰρ καὶ θῆρα δαμάζων
Ἄγριον, οὐδ' ὀλίγον φείσεται ἀμερίων.

Contemplor in sigillo ineuitabilem Amorem,
Manibus, auriga instar, Leonis vires moderantem:
Qui alterâ manu flagrum ceruici, alterâ habenas
Intendit. Multa vndique floret gratia.
Exhorreo homicidam: nam qui feram domat
Agrestem: nihil parcet mansuetis.

Clemens Alex.

Sed longè fœdius illud Clementis Alex. in Protrept. contra ethnicos, vbi ita. *Depictis quibusdam tabellis sublime appensis, mentem adhibentes; thalamos ornarunt impudicitiâ, intemperantiam pro pietate habentes: & in cubili decumbentes, in ipsis amplexibus, Venerem illam nudam aspiciunt, quæ vincta est propter amplexus: & ad Ledam, aduolantem Cygnum, quod sit mulierum amans probantes, & admittentes. In annulis passa imprimunt picturam, vtentes conuenienti signaculo, Iouis impudicitiæ.* Hæc de imaginibus annulorum: alia vero de annulis, quæ
6. ad rem sacram faciant, dabo alibi.

Amian. Marcel.

Æternitatem ab statuis, aucupabantur ethnici, quibus nomen suum immortalitati sacrandum præsumebant. Amianus Marcellinus lib.14. *Quidam æternitati per statuas, se commendari posse affirmantes, eas ardenter affectant, quasi plus præmij, ex figmentis æneis, sensu carentibus, quam ex honestè, rectéque factorum conscientia.* In quam rem multa passim apud Prufanos incurres. Do pauca ex nostris, nondum protrita. D. Asterius Amazæus Episcopus apud Photium Cod. 271. de fœminâ illâ hæmoroissa, quam tactu fimbriæ curauit Christus Dominus Matt.9. vers.20. ita. *Discamus huius mulieris gratitudinem: cum enim esset è ciuitate Peneade, (est autem hoc oppidulum Palæstinæ) æneâ statuâ sanantem decorauit, hoc donum beneficio non indignum putans. Et statua illa per multos annos durauit, ad redarguionem illorum, qui Euangelistis mendacium adscribere audebant: & ad nostra vsque tempora seruata fuisset, vt vtrunque ostenderet, & Dei miraculum, & mulieris gratum animum, nisi Maximinus ille qui ante Constantinum, Roman. Imperator fuit, impius idolorum cultor, & Christo in statuâ inuidens, æneam statuam sustulisset, & si rei factæ memoriam auferre non potuit. Ecce igitur statua quidem non apparet: Euangelium vero miraculum illud vbique prædicat, & Hæmorroissa ab Oriente, vsque Occidentem celebratur: laborauit ergo in vanum, qui materiam sensu comprehensibilem sustulit: statua enim erecta, & apparens tacebat, inanime tanti miraculi monumentum: sed fama opus cum verbo assumens, quotidie, vicos, & vrbes percurrit, beneficium Domini deprædicans.* Itaque impius Maximinus ex ethnicorum vsu, putauit abolendam Christo æterni nominis excellentiam, si illius statua deturbaretur: sed non in hac quamuis piissime erectâ, sed in se ipsâ ad firmitatem sui, & in Euangelio ad notitiam nostri, immortalis Domini gloria perennat: fallitur autem humana conditio, quæ non tam egregiis virtutibus, quàm pulchris statuis nomen sibi in posterum relinquere præsumit. Acutè Poëta è nostris Princeps, Prudentius lib.2. contra Symmachum. Prudent.

Aster.

Hic ego pro meritis, quæ præmia digna rependam,
Non habeo: membra statuas effingere vile est,
Virtutem nil vile decet: nam vile quod ætas
Excipit: æra cadunt, aut fuluum defluit aurum,
Aut candor perit argenti si desuit vsus
Et fuscata situ, corrumpit venea colorem:
Viua tibi Princeps, debetur gloria.

Enodius Episcopus dict.8. *Quamuis indices virorum fortium effigies, mansuro perenniter ære seruentur; & per hæc simulachra, nesciant obitum vel sepulti: quamuis in æternitatem migret, per has artes, imago mortalium: & angustam humanæ naturæ legem vincat industria: tamen virtutis pretium, nec parricida aliquando meruit, nec tyrannus exsoluit.* Enod.

Qui vero in his statuis non solum ambitiosè famam, sed etiam sacrilegè diuinitatem affectauit Domitianus, vtplurimum statuas sibi argenteas, imo & aureas erigi decreuit. Suetonius in eius Sueton.
vitâ cap.13. *Statuas sibi in Capitolio, nonnisi aureas, & argenteas poni permisit, ac ponderis certi.* Iustus Lypsi.lib.3.cap.9.de Mirab.Roman. voluit hoc cer- Lypſ.
tum pondus, assignari ab Statio lib.5. Sil.1. de Statius.
statua aurea Domitiano legata:

Da Capitolinis æternum sedibus aurum,
Quo niteat sacri, centeno pondere, vultus
Cæsaris.

Sed mera est coniectura. Numerum innumerum harum Domitiani statuarum, dolet Plinius in Pa- Plinius.
neg. vbi ad Traianum ita habet. *Itaque tuam statuam in vestibulo Iouis, vnam alterámve, & hanc æream cernimus. At paulo ante, omnes aditus, omnes gradus, totáque area, hinc auro, hinc argento collucebat, seu potius polluebatur: cum incastis Principis statuis, permixta Deorum simulachra lucerent.* Rarius est, quod de eodem Domitiano addit è nostris, Episcopus Xiphilinus. *Quamobrem ei tot, &* Xiphil.
tanta decreta facta sunt, vt in omni ferè orbe terrarum, qui sub ditione eius erat, statuæ aureæ, & argenteæ, positæ sint. Hoc & Nabuchodonosor olim af- Dan.3. v.1.
fectaret, qui, *fecit statuam auream, altitudine cubitorum sexaginta, & latitudine cubitorum sex.* Dan. 3. vers.1. quia nimirum etiam pro Deo coli præsumebat. Denique & Deorum statuæ, sub maiori aureæ materiæ pretio, maiorem numinis dignitatem

tatem augurabantur: notum est votum illud Pastoris Virgiliani, qui pro tempore statuam viliorem ponens, auream deinde, ob prosperum successum promittebat. Inde erat, vt quando totum idolum erigere nequirent, saltem præcipuam aliquam eius partem, auream collocarent. Pausanias lib. 1. de Ioue Olympio in Attica. *Huius quidem Iouis os, ex auro, & ebore constat: reliquum vero corpus, ex gypso, & fictili est materia.* Quin etiam & aureos Iouis alicuius celebrioris oculos, colligo ex Cæcilio Balbo (dedit hunc Cerda, ad rem aliam lib. 2. Tertul. num. suo 499.) qui ita. *Quis enim Deorum eis parcat, à quo se deceptum intelligit? quis non irruat in eum, qui aureos oculos Ioui eruat?* & fortassè ob aliquam similem statuam Aristophanes in Concion. dixit de Apolline locutus: χρυσόκομος λατοῦς ἔρνος. *Germen Latonæ, aureos oculos habentis.* Certè idolum Æsculapij, in toto corpore diuerso, auream tantum barbam ostentabat. Valerius Max. lib. 1. cap. 2. de sacrilego Dionysio. *Idem Epidauri, AEsculapio barbam auream demi iussit: quod affirmaret non conuenire, patrem Appollinem imberbem, ipsum barbatum conspici.* Vnde coniecto statuam illam, quam in somnis vidit Nabuchodonosor Dan. 2. à vers. 32. quæ à capite aureo, in pedes fictiles desinebat, ex vsu etiam Ethnicorum fuisse repræsentatam, neque inde, sed ex aliis circumstantiis monstrosam apparuisse: cum ex Pausania, Iouem vultu aureum, & eburneum, & aliunde corpus gypseum, & fictile intuearis. Sic ex diuersâ materia, statua erat Mineruæ, de qua infra.

Virgil. Pausan. Cæcil. Balb. Cerda. Aristoph. Val. Max. Dan. 2. v. 32

Cur autem seu Deorum, seu hominum qui consecrabantur statuæ, tam auide ex auro, & argento, similique pretiosâ materiâ affectarentur: illud fuisse puto, quod crederent delusi, eo dignius in cœlis habendos, quò sub pretiosiori materiâ in terris colerentur. auguror id ex Luciano, in Dial. Iouis Trag. vbi nasutus homo, numinum suorum, & venerantis populi petulans derisor, visus huc respexisse: de Diis enim, quos fingit, voce præconis Mercurij, ad concilium vocatos: ita ibidem subiungit Iupiter. *Euge ô Mercuri, optimum egisti præconem, ac iam plenis viis conueniunt: quapropter assumens illos, in sedes colloca, pro suâ quemque dignitate: priores quidem sedes occupent aurei, post hos locentur argentei, deinceps vero sequantur quotquot sunt eburnei: his postremum succedant ænei, atque lapidei. Verum in his etiam ipsis, Phidiæ, aut Alcmonis, aut Myronis, aut Euphranoris, & talium similium artificum gratiâ præhonorentur. Cæterum vulgares illi, nulla arte nobiles: longè alicubi conclusi, in angulo locentur, cum silentio: complentes, tantum concionem.* Neque enim dubito, vana vulgi opinione, ridendi & irridendi factam occasionem, mordaci stilo: Hincque semper putaui explicandum illum Danielis cap. 5. vers. 4. de epulo sacrilego Baltasaris: *Bibebant vinum, & laudabant Deos suos aureos, ferreos, ligneósque, & lapideos.* Quasi singulis pro gradu materiæ, prior laudis & honoris gradus redderetur. Nec obiicias, saltem in postremis non videri seruatum hunc tenorem: cum pretiosiores videantur lapidei, quam lignei: licet enim vtplurimum ita esset, quandoque tamen idolis tam pretiosum lignum quærebatur, vt multum vulgari lapidi præponeretur. Id satis colligis ex celebri illa statua Mineruæ apud Pausaniam, cuius meminit Alexander Neapol. lib. 4. cap. 12. *Mineruæ os erat ligneum, manus & pedes marmorei.* Vidisti autem supra in his eterogeniis statuis, semper vultui preciosiorem materiam reseruari: erat ergo hîc lignum marmore preciosius: quod idem in idolis Baltasaris coniectandum videtur in hoc loco: aliunde enim, si absolutè materiam spectes, lapis ligno præstat: sicque mihi capiendus & explicandus Baruch cap. 6. vers. 3. *Nunc autem videbitis in Babyloniâ Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos, in humeris portari, ostentantes metum gentibus.* Alludebat huc Plinius lib. 35. cap. 12. vbi de priscis & fictilibus Romanorum statuis, quidquid alij interpretentur, ita. *Hæ enim tunc effigies Deorum erant laudatissimæ: nec pœnitet nos illorum, qui tales coluere: aurum enim, & argentum, ne Diis quidem conficiebant.* Quasi dicat: pudet hodie nonnullos, nisi Deos aureos, & argenteos colant, maius aliquid numinis & diuinitatis, à preciosiori statuarum materiâ augurantes: non tamen nos, illorum pudet auorum, qui aliàs fortissimi, aliunde sic pauperes degebant, vt neque conficiendis Diis aurum & argentum haberent, sed tantummodo fictiles colebant. Nihilominus, verum est illud Plutarchi, de idololatriâ, iam perditè, nondum tamen ita superstitiosè exercitâ, qui alicubi ita. *Ideo Dij à ligno potius, quam ab aliâ materiâ efformabantur: quia lapis iis durior videbatur, quàm vt Diis effingendis esset idoneus: aurum autem & argentum, sterilis, & infœcunda terra fæcem arbitrabantur.* Sed creuit superstitio & à materiâ preciosiori, vt vidimus, augustiorem diuinitatem colligebant.

Dan. 5. v. 4. Pausan. Alexand. Neapol. Baruch 6. v. 3. Plin. Plutarch.

7. Noster Sanctius ad locum Danielis proximè citatum, putat Deos illos, quos inter bibendum laudabat Baltasar cum conuiuis suis, fuisse Epitrapezios: id est statuas Deorum mensales, quas Ethnici inter epulas mensis adhibebant, vnde & epitrapeziæ, ἀπὸ τῆς ἐπὶ, καὶ τῆς τραπέζης, vocabantur: id est, *ad mensales.* Vide quæ ille ibi multa: & totam siluam sextam lib. 4. apud Statium, de Herculis imagine epitrapeziâ. Adde Martiàlem lib. 9. epig. 44. vbi de hac ipsâ Herculis statua, quâ olim vsus Alexander.

Sanch. Statius. Martialis.

Hoc habuit numen, Pellæi mensa tyranni.

Sic capio Valerium Flac. lib. 1. Argon. Val. Flac.

Crateres mensæque volant, aræque Deorum,
Poculaque, insignis veterum labor.

Nihilominus non puto necessarium, vt in loco Danielis, ad statuas epitrapezias recurratur: cum satis supérque sit, si ex more Ethnicorum, Dij ad initium epuli, aut inter epulandum inuocati dicantur. De quo plenas paginas vbiuis legis: nec pauca dedit ipse Sanctius ad Isai. cap. 65. vers. 11. Oseæ 9. vers. 3. Esther. 15. vers. 17. & Iudith. 10. vers. 5. Sanch.

8. Sed neque caret mysterio; id quod Baruch dicebat de Diis Babyloniæ, scilicet, *in humeris portari, ostentantes metum gentibus.* cap. 6. vers. 3. quasi præcipuus simulachrorum cultus, in hac pompâ & portatione exhiberetur, nec tam ab aris, quam ab humeris portantium, reuerentiam & metum sibi, ab spectatoribus conciliarent. caussa ni fallor, illa erat, quia ipsi quandoque Principes, statuas has portasse leguntur. Spartianus in Ant. Caracalla: *mihi mirum videtur, quemadmodum sacra Isidis, primum per hunc Romam venisse dicantur: cum Commodus ita ea celebrarit, vt & Anubim portaret.* Et iterum in Pescenio, de eisdem sacris Isidis: *quibus Commodus adeo deditus fuit, vt & caput raderet, & Anubim portaret, & omnes partes expleret.* Lampridius in vita Commodi. *Sacra Isidis coluit, vt & caput raderet, & Anubim ipse portaret.*

Baruch 6. v. 3. Spart. Idem. Lampr.

Idem. *portaret.* Et paulo post. *Cum Anubim portaret, capita Isiacorum grauiter obtundebat, ore simulachri.* An non conciliaret inscio, infideli̇que populo meticulosam reuerentiam, superstitiosum metum statua illa, quam ipsi̇smet imperatoriis humeris portatam cernerent?

Quæ dixi, de veneratione additâ idolis sic portatis, satis probabilia puto: quæ addo, tantummodo coniectutaliter dicta volo. Dum audis non tam humero, quam in humeris idola portari, sic potest capi, quasi singula idolorum, non vnius, sed plurium gestantium humeris portarẽtur, in thensa videlicet, & ferculo. Quod si ita factum credideris, non id solum grauiori materiæ idolorum; sed etiam aut dolo dæmonum, aut ministrorum mendacio attribue. Legimus quandoque arte dæmonis statuas redditas grauissimas, (sicut & vexilla) ita vt attulli non possint: inde est vt quandoque in signum latentis diuinitatis, id etiam factum fingerent Ministri: ideo Statius lib. 1. Sil. 1. de Colossea illa statua Domitiani

Stat.

Vix sola sufficiunt, insessáque pondere tanto,
Subter anhelat humus: nec ferro, aut are laborat.
Sed genio: teneat quamuis aterna crepido,
Qua superimpositi, portaret culmina montis:
Cæliferique attrita genu durasset Athlantis.

Sed de hoc alibi. forte igitur huc allusit Baruch, & inde metus, & reuerentia, populo augebatur. Illud tamen difficile est reddendæ rationi, cur latentis in statuis genij pondus, ingens Diuinitatis signum haberetur? ego sic auguror, forte non importunus. Veteres, cœlestis alicuius numinis excellentiam & maiestatem, à pondere grauiori præsumebant, & significabant. Ouidius lib. 9. Metam. de Hercule ad cœlum rapto.

Ouid.

Quem Pater omnipotens inter caua nubila raptum,
Quadriiugo curru, radiantibus intulit astris:
Sensit Athlas pondus.

Augetur enim maiestas Herculis iam diuini, quo maiori pondere Athlantem fatigaret. maiori adhuc epitasi Claud. in 3. Cons. Honor. de Theodosio sacrando.

Claudian.

Quamuis emeritum peteret natura reuerti
Numen: & auratas astrorum ponderet arces
Nutarétque oneri venturo, conscius Athlas.

Quasi ipse futuri tanti ponderis timor, iam nutabundum opprimeret Athlantem. Calpurnius Eccl. 4. de Principe sacrando:

Calpur.

Si quis Athlantiaci molitur pondus Olympi.

Fœdus hinc palpator Lucanus, ad Neronem:

Lucan.

Ætheris immensi, partem si presseris vnam,
Sentiet axis onus.

Parco pluribus, cum ergo numinum maiestatem diuinam à pondere æstimarent: nil mirum, si latentes statuarum genios, ab onere grauiori aucuparentur: & pluris facerent.

9. Arnobius lib. 5. hæc de Numa Pompilio scribit

Arnob. *Cum procurandi fulminis scientiam non haberet, essetque illi cupido sciendi, AEgeria monitu, castos duodecim iuuenes apud aquam celasse cum vinculis: vt cum Faunus, & Martius Picus, ad id locorũ venissent haustum, (nam illis aquandi solenne huc iter fuit) inuaderent, constringerent, colligarent. Sed quo res fieri expeditius posset, Regem pocula non parui numeri, vino, multóque complesse, circaque accessus fontis, insidiosam apposuisse fallaciam: illos de more solito, bibendi appetitione correptos, ad hospitia nota venisse: sed cum liquoribus odoratis offendissent fragrantia pocula vetustioribus antepossuisse: res nouas inuasisse audacter, dulcedine potionis captos, hausisse plus nimio: obdormisse factos grauet: tandem bissenos incubuisse sopitis, iniecisse madidatis vincula: expergitósque illos, statim perdocuisse Regem.* Habes ligatos hos infælices Deos, & merito ab Arnobio irrisos: idem de Protheo habet D. Augustinus lib. 3. cap. 5. contra Academ. quod fusè narrat Virgil. 4. Georg. ipse Protheus etiam apud Ouid. 11. Metam. docet, quî Dea Thetis, vt secreta panderet, esset alliganda. In idem, floridis sertis cathenatur Sylenus apud Virgil. Eccl. 6. putabantur autem pia ista vincula, & quamuis sæpe violenta, non tamen Diis indecora: de quo multa passim leges. Hinc ergo factum puto: vt quemadmodum ipsos Deos oraculis edendis concatenare, pium credebant veteres, sic etiam pium crederent statuas Deorum catenare, ne fugerent. Solenne istud Tyriis, de quibus Plutarchus in Rom. *Tyrij vincula simulachris dicuntur iniicere.* Q. Curtius lib. 4. vbi fusè de Tyri vrbis obsidione. *Cum vnus e ciuibus concione indicasset, oblatam esse per somnium sibi speciem Apollinis, quẽ eximia religione colerent, vrbem deserentis, molémque à Macedonibus iactam in salo, in siluestrem siluam esse mutatam: quanquam Author leuis erat, tamen ad deteriora credenda, proni metu, aureâ catenâ deuinxere simulachrum; araque Herculis, cuius numini vrbem dicauerant, inseruere vinculum: quasi illi Deo Apollinem retenturi.* Quod etiam apud alias gentes inde factum suspicor, quia etiam cum tradendas se hostibus, aut aliquid calamitatis passuræ pertinebant: idola sua, arte absque dubio dæmonis, discedentia augurabantur. Vide quæ multa in hanc rem Cerda ad illud Virg. lib 2. Æn.

D. Aug. Virg. Ouid. Virgil. Plutarch.

Cerda. Virgil.

Excessere omnes adytis, arísque relictis
Dij, quibus imperium hoc steterat, &c.

Plutarch.

Addo pulchra verba Plutarchi, quæ ille transcribere prætermisit: loquitur de nocte Antonij excidium præcedente. *Eâ nocte cum iam ferme intempesta esset, cunctis silentibus, & ob timorem futuri euentus, maximâ curâ anxiis; subita concentus quosdam omnis generis organorum, ferunt auditos: & simul clamorem, veluti cœtuum quorundam, cantu, & saltatu Satyrico strepentium: fuisse autem hoc aiunt, è mediâ vrbe, ad eam portam, qua Cæsaris castris erat opposita: tandem per hanc portam ingenti clamore egredi visam, putatur Bacchum, quem ille Deum, maximè imitari studuerat, Antonium deseruisse.* Capit, & facit lucem ex dictis Suetonius in Domitiano cap. 15. de prodigiis eius mortem præcedentibus. *Mineruam, quam superstitiosè colebat, somniauit excedere sacrario: negantémque, vltra se tueri, eum posse: quod exarmata esset à Ioue.* Hinc etiam factum, vt numen illud sub cuius tutelâ vrbs erat, in secretis esset, & occulto nomine, neque an Deus, an Dea esset, publicè diceretur: ne scilicet ab hostibus obsidentibus, sacrificio, votis, & prece inuocatum, tandem euocaretur, & à suis excedens, ad hostes iam tuendos transmigraret: de quo nihil subdo, quia trita omnia, & huius euocationis formula, ignota nemini. Hæc autem dicta volui, quia iusto Dei iudicio factum puto, vt in Solymitano excidio, si minus in idolis, saltem in Angelis custodibus simile aliquid cerneretur: nota illa Iosephi lib. 7. de Bel. Iud. c. mihi 12. *Festo autem die, quam Pentecostẽ vocant, nocte Sacerdotes, intimum templum more suo, ad diuinas res celebrandas ingressi, primum quidem, motum quendam strepitúmque senserunt: postea vero subitam vocem audiere, quæ diceret, Migremus hinc.* De quo multa Apollonius Poëta

Sueton.

Ioseph.

Apoll.

lib. 1.

lib. 1. excid. Hierosol. & alij passim: factum hoc
inquam iusto Dei iudicio, vt Romani tunc ibi
sub Albino, adhuc pacifico degentes: postea bel-
li tempore confiderent, & oppugnarent animo-
sius, decretam à Deo pœnam executuri: cum hoc
prodigio, aliis sibi familiaribus persimili, gentem
illam a Deo suo desertam augurarentur.

10. Sed quæ huius hucusque dixi vincula idolis in-
iecta, pia vt vidisti, putabantur, alia erant, &
talibus planè Diis condigniora: quibus à vi-
ctore externo, idola vinciebantur, & captiua du-
Ierem. 43. v. 13. cebantur. Est hoc illud Ieremiæ, de Babylo-
nico Principe Ægyptum vastante: *& conteret*
Et 48. v. 7. *statuas, domus Solis, quæ sunt in terra Ægypti.*
Et 49. v. 3. cap. 43. vers. 13. & cap. 48. vers. 7. *& ibit Chamos*
in transmigrationem, & Sacerdotes eius. Et cap. 43.
vers. 3. *Quoniam Melchom in transmigrationem duce-*
tur, &c. Vide ibi Interpretes. Inde erat vt Dij gen-
Cerda. tium à nostris, vasorum, lebetumque fratres irri-
Tertull. deantur (de quo multa Cerda ad Tertull. lib. 2.
num. marg. 419. 443. 476.) quia deuicta & deuin-
cta idola, deinde in lebetes, & vascula eiusdem-
met materiæ fundebantur: dixi quædam, quæ huc
faciant, supra cap. 36. num. 3. vbi de statuis Domi-
Baruch 6. v. 49. tiani, (qui vt Deus colebatur) truncatis, & in va-
sa mutatis, Plinium adduxi. Vide Baruch 6. v. 49.

11. Dij gentium mendicantes, vt stipem cogentes,
Cerda. legimus apud Priscos. Vide quæ Cerda ad Tertul.
Ioan. lib 2. num. marg. 452. & Aduers. c. 169. num. 7. ad-
Tzetz. de locum signatum Tzetzes ad rem statuarum in
qua sumus, chil. 13. histor. 475. ver. 245. parco
Græcis.

Antiqui etiam circulatores, sicut scribit Babrias,
In asino ponentes simulacbrum
Dea sua Cybelis,
Tympanis circumibant vicos, mendicantes
Apulæius. *Carminibus & cantilenis, Luna primo mense.*

Hæc Tzetzes, quæ longissimè narrat Apulæius.
Subdo iambos nonnullos Babriæ, ibidem addu-
ctos, vt cantilenas noris.

A Gallis circulatoribus in communi emptus est
Asinus quidam non fortunatus, sed infelix, &c.
Isti autem circum omnem de more vicum
Circumeuntes dicebant. quis quæso rusticorum,
Non nouit Attim album, quomodo cæcus factus est?
Quis non primitias leguminum, atque frumentorum,
Puro ferens, dat tympano Cybelis:

Similis erat illa cantilena, quam circulatores il-
li, qui *Coronistæ* dicebantur, insonabant. Prodi-
bant isti imaginem Coronæ Deæ (à quâ Coroni-
stæ vocati) vt putu circunferentes, hæcque fun-
Athen. dentes carmina, quæ dat Athenæus lib. 8. Dipnos.
cap. 10.

Boni, Corona tradere hordei manum,
Vel tritici, puella Apollinis sacri,
Panémve, seu merum, quod aut cuiuis libet,
Date ô boni, quod quilibet manu tenet
Vestrum, Corona: nam salem & chondrum
capit:
Libenter illa prorsus hisce vescitur:
Ceras dabit rursus, salem qui nunc dedit.
Puer thoronam inclite Plutus audit,
Ficus, Corone, Virgo multas attulit,
Deis sit illa mox petenda ab omnibus,
Et splendidum inueniat virum atque diuitem,
Mox filium, patri Seni, det in manibus.

Idem. His Coronistis, adnectit ibi Athenæus *Chelidoni-*
stas, qui simili tenore, aduentum veris celebra-
bant: dictâ Chelidone, siue hirundine veris nun-
tia: incipit horum Oda.

Veni veni hirundo, pulchros dies agens,
Et pulchros annos.

Addenda hæc Cerdæ citato, Tertulliano, aliisque
Patribus explicandis.

Vetustissimus est mos quærendæ imaginis, ad
absentis vel defuncti dilecti leuanda desideria. Sic
aliqui explicarunt illud Cant. 8. vers. 6. *Pone me vt* Cant. 8. v. 6.
signaculum super cor tuum. Quasi in lamina ali-
qua pectori appendenda, dilecti imago esset de-
scribenda. Vide ibi Interpretes, & Cerdam in Cerda.
Aduers. de defuncto est celebris locus Sap. 14. v. 15.
Acerbo enim luctu dolens pater, cito sibi rapti filij
fecit imaginem: & illum, qui tunc quasi homo mortuus
fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & consti-
tuit inter seruos suos sacra & sacrificia. Necto ad
vtrunque pauca. Laodamia in epistola ad maritum
absentem, apud Ouid. Ouid.

Dum tamen arma geris, diuerso miles in orbe,
Quæ referat vultus est mihi cera, tuos.
Illi blanditias, illi tibi debita verba
Dicimus, amplexus accipit illa meos.
Crede mihi plus est, quàm quod videtur imago;
Adde sonum ceræ, Protesilaus erit.
Hanc specto, teneóque sinu, pro coniuge vero,
Et tanquam possit, verba referre, queror.

Mater quædam apud Quintil. decl. 10. *Si mihi ali-* Quint.
quam imaginem filij mei, vel paruuli, vel iam adulti,
vel acerbissimam Iuuenis, auferes: iniicerem tamen mi-
sera, tanquam corpori, manum: illam similitudinem
sinus tenerem, illos oculos, illam gratissimam faciem, &
ritus oris expressos, & adumbratos artificis manu vul-
tus. De vxore Lucani, quæ defunctum colebat, ita
Statius lib. 2. Sil. vlt. Statius.

Ac solatia vana, subministrat
Vultus, qui simili notatus auro;
Stratis pœnitet, incubátque somno.

Fiebant autem plurimi, hæ imagines: vnde illa
puellæ querela apud Propert. lib. 4. eleg. 7. quæ re- Propert.
lictam amasio imaginem, ab amicâ nouâ violatam
dolet:

Te patiente, mea conflauit imaginis aurum,
Ardenti è nostro, dotem habitura rogo.

Erat ad has imagines, multiplex materia. Stat. Stat.
lib. 3. Sil. 3. apud quem pius filius sic ad Parentem
defunctum.

——Te lucida saxa,
Te similem docta, referat mihi linea cera,
Nunc ebur, & fuluum vultus imitabitur aurum.

Plinius Iunior lib. 4. epist. 7. de filio Reguli defun- Plinius.
cto: *illum coloribus, illum cera, illum ære, illum ar-*
gento, illum auro, ebore, marmore effingit. Quæris
quid tot, ex tam diuerso genere, quæreret ima-
ginibus? inire cum morte certamen, & vitam quo-
quo modo, defunctis addere. Pulchrè Statius
lib. 1. Sil. 1. ad Priscillam, defunctam Abscantij Statius.
vxorem.

Si manus, aut similes docilis mihi fingere ceras,
Aut ebur impressis, aurumve, animare fi-
guris,
Hinc Priscilla tuo, solatia grata marito
Conciperem: námque egregia pietate meretur,
Vt vel Apellæo vultus signata colore,
Phydiacâ vel nata manu, reddare dolenti;
Sic auferre rogis vmbram conatur, & ingens
Certamen cum morte gerit, curásque fatigat
Artificum, inque omni te quærit amare metallo.

Ideo fortassè Martialis lib. 7. epig. 43. Mart.

Maximus ille tuus, Ouidi, Cæsonius hic est,
Cuius adhuc vultum, viuida cera tenet.

Non enim solummodo, quia apprimè effigiata,
sed

ſed etiam quia vitæ quodammodo reparatrix, *viuida* appellatur.

13. Hucuſque meros naturæ affectus, nec vllos idololatriæ motus agnoſcis: ab illis tamen, ad hos impie deuentum, prædictus ſapientiæ locus
D Fulg. atteſtatur. Ita eſt. Huc alluſit Fulgentius (quiſquis ille ſit, certè noſter eſt (lib.1.Mythol.vbi poſt multa. *Doloris anguſtiâ, quæ ſemper quærit neceſſitatis ſolatium, filij ſibi ſimulachrum ædibus inſtituit: denique triſtitiæ remedium quærens ſeminarium potius doloris inuenit: fecerat enim ille, vnde luctus reſurrectionem indies acquireret, non in quo luctus ſolatium inueniret, namque vniuerſa familia in Domini adulationem, aut coronas plectere, aut flores inſerre, aut odoramenta ſimulachro incendere conſueuerat.* Hinc enim ortum, vt animas defunctorum tanquam diuinas colerent, & in lares domeſticos conuerti crederent: de quo paſſim multa legis, vnde & euenit, (quod ad locum ſapientiæ, quem explicamus pertinet) vt & defunctorum ſtatuas floribus, coronis, ſacrificiiſque decorarent.
Capitol. Capitolinus de Marco Antonio Philoſopho. *Tantum autem honoris magiſtris ſuis detulit, vt imagines eorum aureas in larario haberet, ac ſepulchra eorum aditu, hoſtiis, floribus ſemper honoraret.* Statius lib.2.Sil.1.de pue-
Statius. ro Glanciola, ſic ad Atedium.

Nouerat effigiem, generoſique ardua Blæſi
Ora puer, dum ſæpe domi noua ſerta ligantem
Te videt, & ſimiles voluentem pectore curas.

Erat iſte Blæſus, vt inde patet, amicus Atedij iam defunctus, cuius tamen effigiem retinebat, ſertiſque floridis identidem comebat: fruſtra enim Cruceus, ad flores ſepulchro ſparſos, verba trahit.
Martialis. Martial.lib.10.epig.32.

Hæc mihi quæ colitur violis pictura, roſiſque,
Quos referat vultus, Cæciliane rogas?
Talis erat Marcus, mediis Antonius annis,
Primus in hoc, Iuuenem ſe videt ore, ſenex.

Quaſi etiam viuus iam coleretur: ſed redeo ad
Plaut. defunctos. Plautus in Aulul.

Hunc Tuſculum emi, & haſce coronas floreas,
Hæ imponentur in foco, noſtro lari.

Quia imagines larium quandoque ad focum: imo
Cato. ipſe focus, pro laribus colebatur: ideo Cato de re ruſt. præcipit, *vt certis diebus corona in foco* lari offeratur. Sed de hoc alibi plura, quia huc non faciunt: de ſtatuis & imaginibus quas intendi-
Iuuen. mus, Iuuenal.Sat.12.

——*Laribúſque paternis*
Thura dabo, & omnes violæ iactabo colores.

Id eſt Patrum ſtatuis, quos in lares credebat fuiſſe conuerſos.

14. Imago Principis, erat quodammodo anima
Vlpian. monetæ. Inde Vlpianus ff.de Pign.l.24. §.qui reprobus. *Pecunia vſus interdicitur, a quo vultus Imperatorius abeſt.* Sic Principes populum animare & paſcere videbantur per imaginem iſtam com-
Caſſiod. mercia miniſtrantem. Caſſiodorus lib.6.epiſt. *Vt imago Principum, ſubiectos videretur paſcere per commercium:* vnde etiam erat vt nouam Principis creationem, ſolennis nouæ monetæ percuſſio ſubſe-
Amian. Marcel. queretur, Amianus Marcell. lib. 16. *Aureos ſcilicet nummos, in vultum noui Principis, aliaque ad illecebras, aptantes.* Hinc ergo ſancti Doctores Auaritiam (quæ in ſacris litteris idolorum ſeruitus dici-
Bald. Rom.1. v. 23. tur) increpantes: has regum imagines pecuniæ inſculptas, idola appellarunt. Balduinus in cap.1. epiſt.ad Roman. ad Tilm. ita ad verſ.23.vbi Apoſtolus: *mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis.* Balduinus inquam, ita. *Hoc mari faciunt, qui auaritiam ſectantes, poſtpoſitâ imagine Dei, amant & colunt imaginem numi, cuius pretium in errore & ſtultâ hominum opinione conſiſtit. Quid enim ſunt argentum & aurum publica moneta charactere ſignata, niſi quædam ſimulachra rerum, & opera manuum hominum? Hi ſunt, ô auare, hi ſunt Dij tui, quos toto corde, tota mente, tota anima diligis: quos præcipuo honore colis, in quibus confidis, in quibus totam ſpem, in omni neceſſitate ponis* Et ad illud eiuſdem Apoſtoli, *Auaritia quod eſt idolorum ſeruitus.* Epheſ.5.verſ.5.ſic ſcribit, in ea- Epheſ 5. v.5.
dem ſiluâ, Galfridus. *Qui amat pecuniam, ſimili-* Galfrid.
tudinem colit inanem, ſolidam vero deſerit veritatem: Suffocat verbum Dei diuitiarum fallacia, fallax quædam imago, vmbra, figmentum. Parum eſt quod dicitur idolum, ſomnium eſt: dormierunt ſomnium ſuum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus ſuis. Nullus tamen elegantior, quàm D. Zeno Veron. ſer- D.Zeno Veron.
mon.de Auaritia, vbi hæc habet poſt multa. *Sed non eſt opus ire per ſingula, cum vno exemplo noſcantur vniuerſa eius mala, Propheta dicente: idola gentium, argentum & aurum. Vnde apparet eum qui diligit aurum & argentum, non tantum Deos colere, ſed eorum mores, & actus imitari: cuius rei facilis probatio eſt illa, cum interim quam noſtra ſunt videmus. Aurum argentumque Chriſtiane (ſi vera dicenda ſunt) execraris, in ſimulachris ſolis, in penetralibus tuis: nam & illic, aureis argenteiſque innumerabilibus velut templis, tereti monetâ percuſſis ineſſe ſimiliter regum vultus, ſignáque cognoſcis: nihilque aliud diſtat, niſi quod in domo tuâ, minuta ſunt: ſunt in Templo maiora: quæ ſi erogaueris pecunia eſt; ſi ſeruaueris, ſimulachra.* Tandem D.Paulinus epiſtol.16. *Quia* D.Paul.
Chriſti figura ſeruatur, vnde Cæſaris numus expellitur. Quaſi qui Cæſaris numum non expellit, abolitâ Chriſti imagine, in Cæſaris inſculptam imaginem transformetur: alluditur enim ad il-
lud Luc.cap.20.verſ.24.*oſtendite mihi denarium: cu-* Luc.20. v.24.
ius habet figuram, & inſcriptionem? reſpondentes dixerunt ei, Cæſaris, &c. vbi obiter aduerte licet *inſcriptio* quandoque ſumi poſſit, pro imagine &
figurâ numo inſculpta: vnde Claud.lib.2. contra Claudian.
Ruf.

——*Et quod poſt vota daretur*
Inſcribit propriis, aurum fatale, figuris.

Sicque etiam veniat explicandus fortè Statius Statius.
lib.3.Sil.3.de auro cudendo.

Quod Auſonia ſcriptum, crepet igne moneta.

Tamen in loco hoc noſtro, vbi inſcriptio, ab imagine condiſtinguitur: ſumenda eſt *inſcriptio* pro titulo, aut nomine Cæſaris imagini coniuncto: quod paſſim in priſcis, recentibuſque monetis, & legimus & cernimus. Ex quo vulgatiſſimo vſu
volunt aliqui explicanda illa Virg. Virgil.

Dic quibus in terris inſcripti nomina regum
Naſcantur flores.

Quia in numo Flori cuiuſdam, inter impreſſos
flores, nomen Principis ſcribebatur. Vide Cer- Cerda.
dam. & certè Græca Lucæ, τίνος ἔχει εἰκόνα καὶ ἐπιγραφὴν: non (niſi violentiſſimè) niſi ad prædictam mentem explicabuntur.

Vt ad Deorum ſtatuas propius accederent, quò 15.
illorum auribus vota inſuſurrarent, Templorum
æditũos, ethnici rogabant, Seneca epiſtol.41. *Facis* Senec.
rem optimam, & tibi ſalutarem, ſi vt ſcribis, perſeueres ire ad bonam mentem: quam, ſtultum eſt optare, cum poſſis à te impetrare. Non ſunt ad Cælum eleuanda manus, nec exorandus Æditu us, vt nos ad aures ſimulachri, quaſi magis exaudiri poſſimus, admittat. Itaque etiam, illi qui præter merum ſimula

simulachrum,quod alij tanquam Deum colebant, in ipso simulachro latens aliquod numen viuum, ibique inhabitans credebant : ad aures simulachri propius accedere cupiebant, quasi magis exaudiendi, Quæsiui huius rei causam, & inueni puto non ineptam, quibusdam & sacris & profanis intelligendis : assero ergo eodem se modo habuisse erga numina simulachris inhabitantia, quo erga alios Deos suos, quos pari errore, in cœlis putabant commorantes. Apud Syrios altissima quædam,& turpissimæ cuiusdam formæ pægmata erigebantur Baccho consecrata, quæ deinde quidam Deorum ascendebant : quod cur fieret aperit Lucianus in Deâ Syriâ,ad rem nostram. *Ascensionis autem istius causa, talis refertur. Complures quidem putant,quod in sublimis, cum Diis sermones conferat, & toti Syria, bona ab illis postulet : nam illos ex propinquo, preces facilius exaudire.* Ego semper putaui *Excelsa* illa, quæ toties in libris Regum damnantur : id est colles altissimos,quos ad imitationem, gentium, sacrificiis suis Hebræi retinebant, hinc fore explicanda : ideo enim Ethnici circumuicini, (quos inter Syrij) moles illas altiores quærebant, vt facilius à Diis suis exaudirentur : quibus non multo acutiores aures tribuebant, quam hominibus. Vnde non solum meræ irrisioni, sed etiam cum quodam cauillationis gustu, ad stultam illorum sententiam, dicebat Elias Sacerdotibus Baal. *Clamate voce maiori, Deus enim est, & forsitan loquitur,aut in diuersorio est, aut in itinere,aut certè dormit vt excitetur : clamabant ergo voce magnâ*,&c.3. Reg. 18.v.27.Hinc etiam erat, vt ipsi Ethnici irati Diis idolisque, hoc illis virium obiicerent, ex eorundem despectu, Principibus præsentibus adblandientes. Athenienses apud Athenæum lib.6. dipn. cap. 6. Sic Demetrium Regem palpasse leguntur. *Salue ô fili Veneris, potentissimique Neptuni! reliqui enim Dij, vel longè absunt : vel aures non habent : vel non sunt omnino:vel nullo pacto rebus nostris mentem adhibent : te autem præsentem,non ligneum,& lapideum,sed verum intuemur.* Et paulo post de Parasito quodam,sic memorat Athenæus idem, ibidem. *Non oportebat, aiebat, inanimatis Diis mentem adhibere : sed ad Dionysium accedent, circa hunc tripudiabat.* Ab hoc enim tyranno fœdissimus adulator pascebatur.Horat.lib.2.Oda 1.

Lucian. | 3.Reg.18.v.27. | Athen. | Idem. | Horat.

Cœlo tonantem credidimus Iouem
Regnare : præsens Diuus habebitur
Augustus, adiectis Britanis
Imperio, grauibusque Persis :

Quasi præsens gratior foret,quippe qui exaudiret benignior, & facilior dona impertiret.Sic Statius lib.5.Sil.1.de Domitiano locutus.

Stat.

—— Notat ista Deus, qui flectit habenas
Orbis,& humanos propior Ioue,dirigit actus.

Quasi aptior Deus Domitianus hominibus, quia videndis rebus, & exaudiendis votis propior. Valerius Maximus libri primi Prologo ad Tiberium. *Te igitur huic cœpto, penes quem hominum Deorumque consensu, maris ac terræ regimen esse voluit, certissima salus Patriæ Cæsar inuoco*, &c. *eo iustius ad fauorem tuum decurrero, quod cætera diuinitas opinione colligitur : tua,præsenti fide,auito paternoque sideri par videtur.* Huc ergo alludebat Moyses fidelibus congratulans Deut.4.v.7.*Non est alia natio tam grandis, quæ Deos habeat appropinquantes sibi : sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.* Satis ista vt capias, cur ad simulachrorum aures propius accedere, Ethnici exoptarent.

Val.Max. | Deut.4.v.7

CAPVT XLII.

De Pilato manus lauante.

PERIOCHA.

1. *Protestandæ innocentiæ lauabant manus Hebræi : coniectatur an inde in idem, saltem verbo tenus, etiam loti pedes dicerentur. Multa obiter è sacro penu inculcantur.*
2. *Ethnici Dynastæ, Romani maximè, gentium & locorum quos adibant, ritus & mores, etiam ad religionem pertinentes, venditandæ familiariori comitati,& aucupandæ gratiæ affectabant.*
3. *Hebræi, Ethnicique manus aqua lauabant, leuabántque in cœlum, ad preces : sed illi Occidentem, hi vero Orientem spectantes. Vsus lauandi manus ad singula cœnæ fercula, an ab Ethnicis, in Hebræos obtrusus, an è contra. Locis interim sacris adnotatis.*

NOTISSIMVS est ille ritus, & ceremonia,
quo Hebræi præstandæ innocentiæ manus 1.
lauabant : legendi sacri Interpretes ad illud Ps.25. vers.6. *Lauabo inter innocentes,manus meas.* Et Ps.72. vers.13. *Laui inter innocentes, manus meas.* Ortum duxit ex lege sacra Deut.21. vers.6. vbi de inuentione cadaueris, ignoto interim occisore. *Lauabuntque manus suas super vitulam, quæ in valle percussa est,& dicent:manus nostra non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt:propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti Domine : & ne reputes sanguinem innocentem, in medio populi tui Israël.* Facit huc fortassè illud Psalm. 57. vbi descriptâ impiorum pœnâ, Deoque in peccatores acriter animaduertente, subiungitur vers.11. *Lætabitur Iustus cum viderit vindictam : manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Quasi dicat:lætabitur videns vindictam à Deo illatam,non tam ex odio proximi,quam ex diuinæ iustitiæ complemento,& quod diuina vindicta ad illum nullo modo pertingat:scilicet quia is fuerat, qui posset manus suas aquâ lauare inter innocentes, *in sanguine Peccatoris* : id est quando peccator impius & crudelis alienum sanguinem fundebat. Est autem,licet æquiuoca, Latinissima hæc constructio : sic,vbi legeremus v.g. *in vulnere Petri*, solum ex adiunctis nosceremus, an esset vulnus quod Petrus acciperet, an quod inferret. Porro sanguis in hoc sensu, apud Hebræos germane capitur, qui patratorem necium, *virum sanguinis* solent appellare : vt discis ex Psal.5. vers. 7. Ps.25.v.9.Ps.54.v.4.Ps.58.v.3.Ps.138. v.19. & sæpe lib.2. Reg. si nihil aliud boni habet hæc explicatio : tollit saltem difficultates, quæ in communi aliorum sensu negotium facessunt.

Ps.25.v.6. | Ps.72.v.13. | Deut.21.v.6. | Ps.57.v.11. | Ps.5.v.7. | Ps.25.v.9. | Ps.54.v.4. | Ps.58.v.3. | Psal.138.v.19.

Obiicies minus id conuenire Hebræo textui ; vbi locus sic legitur : *pedes suos lauabit in sanguine peccatoris.* Hîc iam aliquid paradoxicum magis, insinuabo potius, quam probabo. suspicor ex illâ ceremonia Deuton. qua in testimonium innocentiæ, re ipsâ iubebantur Hebræi

bræi lauare manus: occasionem sumpsisse, vt saltem verbo reous, ad rem similem affirmandam, lotos etiam pedes testarentur: idque in textu Hebræo explicari: quod tamen aptè Interpres noster, vsitatiori manuum lauandarum phrasi, voluit significatum. Exemplo res patet: præcepit Deus Hebræis vt circumciderent præputia carnis suæ: hac se gloriabantur mundatos: hinc tamen mundationis formulam verbo reous, cæteris ferè rebus accommodarunt: inde *labia incircumcisa* in Exodo, & *aures incircumcisæ*, & *cordis præputium* & *incircumcisa corda*: in Prophetis, & Actib. Apostol. sæpe legimus: cur ergo ob manus præcepto lotas, non etiam modum saltem loquendi ad pedes deriuarent? foueo coniecturam, quia illud
Cant.5. Paraphr. Chald. Cant.5. *laui pedes meos.* Sic explicat Paraphrastes Chaldæus ex ore Dei. *Ego sanctificaui pedes meos ab immunditiis vestris, quomodo inquinabo eos inter te, operibus tuis malis?* quasi nota gentis suæ phrasi, vt inquinari pedes dicebantur in viâ peccatorum, sic etiam ad sanctificationem lauari dicerentur. Certè, qui scelestæ actionis, manus immunes, lotas dicebant: potuere à prauis gressibus immunes pedes, lotos appellare: eo vel maximè, quod sicut manibus, sic etiam pedibus innocentiam solebant
Ps.1.v.1. attribuere: ideo Psalm.1. vers. 1. de non adeundâ via, nec ineundis impiorum conciliis iustus laudatur, quia *in viâ peccatorum non stetit.* Psalm.25. contra
Ps.25. viros, *in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus*: opponitur iustus, de quo dicitur vers.12. *pes meus stetit in directo.* Et sæpe alibi. Quæ tamen si minus admittas, non contendam. Nunc ad Pilatum, cuius se lauantis causâ, pauca præfanda duxi.

2. De hoc ergo, ita Matthæus cap.27. vers.24. *Ac-*
Matth.27. v.24. *cepta aqua lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius.* Quod quidem non ex gentilicio Patriæ ritu, sed Hebræorum more apud quos erat factum, volunt Interpretes: in quorum gratiam, nonnulla quæ huc faciunt, congero exempla. Solenne ergo fuit apud Antiquos Dynastas Prouinciarum, quas adibant, ritus & mores aliquos vsurpare, vt gentis illius sibi ani-
Athenæus. mos conciliarent. Athen. lib.12. dipnos. cap. 16. *Satyrus vbi de pulchro Alcibiade, sic habet. Fama est inquit, quod cum esset in Ionia, magis delicatus erat Ionibus: & Thebis, cum corpus curaret, & exerceretur, magis omnibus Thebanis, Bæoticus apparuit. In Thessalia, equorum studiosis, aurigarum Alenadarum studiosior visus est: velut in Spartha, cum temperantiam, diligentiamque aliorum imitaretur, Lacones ipsos superauit: at Thraces, merum bibendo vicit.* Habes Chamæleonem, non tam de corio, vt dixit Tertullianus, ludentem, quam de animo: vt omnium sibi animos captiuaret. De Alexandro magno passim memorant scriptores, post deuictam Asiam, moribus & vestibus Asiaticis indulsisse: non solum luxum fortasse, sed etiam comitatem, affectante. Præterea alios, venio ad Romanos, quibus hoc ambitiosæ comitatis
Val.Max. genus affectatius. Valerius Maximus lib.3. cap.6. *P. Scipio cum augendo traiiciendoque in Africam exercitu, opportunum quærendo gradum, Carthaginis ruinam animo volueret: inter consilia ac molitiones huius tantæ rei, operam gymnasio dedit, palliòque, & crepidis vsus est, &c. Crediderim fauorem vberiorem Sociorum se adepturum existimasse, si vestem eorum, & solennes exercita-*
Corn. Tac. *tiones comprobasset.* Allusit Cornel. Tacit. lib.2. Annal. vbi de Germanico: *Sine milite incedere, pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu: primi Scipionis æmulatione; quem eadem fecisse apud Siciliam, quamuis flagrantem adhuc Pœnorum bello, accipimus.* Idem etiam, (quod magis ad rem nostram facit) in illis moribus obseruo, quæ ad religionem spectare videbantur. Dio Cassius, de Adriano Dio Cass.
Athenis commorante. *Festa præterea Liberi Patris, quod apud eum maximum est, Princeps in veste indigena, magnificè concelebrauit.* Capitolinus in Mar- Capitol.
co. *Apud Ægyptios ciuem se egit, & philosophum, in omnibus studiis, Templis, locis.* Sic ergo Pilatus, aut Romanus aut Romani ingenij homo, in hac lauandi manus ceremonia, loco in quo erat, se potuit accommodare.

Nihilominus suspicor, licet aliquid hîc Hebræi, non parum tamen Ethnici ritus intercessisse: dabo tantum coniecturam meam, quam foueat alius, si fortè placuerit. Iudæis, Ethnicisque commune erat, præuiè manus abluere ad orationem: (quod & Christianos in primitiua Ecclesia fecisse, probat Cerda ad Tertull. lib. 6. Cerda.
num.112.) de Hebræis, Aristeas ibi adductus, lo- Aust.
quens de Lxx. Interpretibus: *Rege consalutato, ad diuersa loca diuertunt, atque vt mos est Iudæis omnibus, manibus prius in mare lotis, Deo preces effundunt.* De Ethnicis, Homer. Odys.2. Homer.

Lauans manus in mari puro, orabat Mineruam.

Et 3. Iliad. de Regibus necessario inter sacrifi- Idem.
candum oraturis: ὕδωρ δ᾽ ἐπὶ χεῖρας ἔχευαν: *aquam manibus fuderunt.* Sed quis Auctorum, non ita? pergo. Deinde Iudæi, Ethnicique non solum oraturi manus aquâ lauabant, sed etiam in cœlum leuabant. De Salomone ita 2. Parali- 2.Paral.6. v.13.
pom.6. vers.13. *palmis in cœlum leuatis*, &c. De Ma- Plutarch.
rio Plutarchus in eius vita: *Lauans manus, & in Cœlum attolens.* Possem de mutuis his ceremoniis ab vtrâque pagina, mille paginas adimplere, sed protritas. In hoc autem erat discrimen, quod Hebræi versi ad Occidentem: Ethnici autem (sicut & postea primitiui Christiani) ad Orientem conuersi, orabant. Congerit in hanc rem innumera testimonia Sanctius ad Ezechiel. cap. 8. vers. 16. Sanch.
addo tantum de Ethnicis Apul. lib.2. *Tunc orien-* Apuleius.
tem obuersus, & incrementa solis Augusti, tacitus imprecatus, &c. His breuiter delibatis, audiendus Theodoretus lib. 4. Ecclesiast. Histor. cap. 7. Theod.
qui de Pilato ita. *Conuersus ad Orientem, petiuit aquam manibus, easque lauare cœpit*, &c. Nimirum ritu patrio oraturus. Augurior igitur & manuum lotionem, & conuersionem ad Orientem, Ethnico more vsurpasse hîc Pilatum: solúmque, ab Hebræa ceremoniâ, protestationem innocentiæ mutuatum: eo vel maximè quod Hebræi, ideo etiam testandæ innocentiæ manus lauabant, vt purior inde oratio ascendere videretur: quod ex loco Deuter. citato colligitur: & ex Psalm.25.v.6. Ps.25.v.6.
vbi postquam dicitur: *lauabo inter innocentes manus meas*: additur statim: *& circumdabo altare tuum Domine.* Ad sacrificium nimirum; & orationem.

Aduerte obiter ceremoniam illam qua Hebræi inter cœnandum sæpe lauabant manus: vnde ad Christum: *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum, non enim lauant manus suas cum panem manducant.* Matth.15. vers.2. cui etiam Matth.15. v.2.
faciunt hydriæ illæ secundum purificationem

Iudæo

Ioan.2.v.6. Iudæorum: Ioan.2.vers.6. hanc inquam ceremoniam, merum luxum, à conuiuiis Ethnicorum desumptum fuisse, sub traditæ purificationis obseruantia celatam. Certè Ethnici, & Romani, à Machabæorum tempore Iudæis admisti, hanc illis, cum aliis (de quibus alibi) conuiuij deliciis, obtruderunt. nota, quæ huc adducam ex Lypsio Saturn.2.cap.1.sed necessaria. Athen. lib.4. cap.1. progresso iam conuiuio, addit. Καὶ ὡς ἄδην ἐχορτάσθημεν βρώματος, ἐχερνιψάμεθα: *& cum iam satis comedissemus, manus lauimus.* Et paulo post inlatis nouis ferculis, subdit iterum. Καὶ νιψάμενοι τὰς χεῖρας, στεφανώμεθα. *Manus abluimus, & coronamur.* Lampridius in Heliogabalo. *Exhibuit aliquando & tale conuiuium, vt haberet viginti duo fercula, ingentium epularum, & per singula fercula lauerunt.* Idem ibidem iterum. *Parasitis in secundâ mensâ, sæpe ceream cœnam, sæpe ligneam, sæpe eburneam exhibuit: cùm tantum biberent per singula fercula: & quasi comedissent, lauarent.* Vt ergo Hebræi hanc ab Ethnicis, sic illam Pilatus didicit saltem ex parte, ab Hebræis. Quod si quis præsumat (fortè aptius) hanc frequentem lotionem inter fercula, ab Hebræis superstitiosioribus sumpsisse Ethnicos, non è contra: (nam reuera Heliogabalus Phœniceus erat & Iudæis vicinus neque prædicta lotionis frequentia inter cœnandum, apud alios Romanos Principes sic expressa legitur: idque tanquam nouum videtur narrare Lampridius) tunc æquè facile Pilatus lotas manus ad innocentiam dicitur æmulatus: sicut cæteri Ethnici luxum æmulabantur, & epuli ceremonias.

Lypſ. Athen. Idem. Lampr.

CAPVT XLIII.

De Piscibus nonnulla.

PERIOCHA.

1. *Locus Numer. 11. vers. 5 fusè explicatus. Sacerdotes Ægyptij à piscium tactu & esu abstinebant. Alij erant Ægyptij, qui pisces pro Diis colebant: maximè Anguillam, Maotem, Phagrum, Oxyrinchum. Obiter de suillâ ab Ægyptiis euitatâ, necne.*
2. *Nilus piscosus, huius pisces, & numero & gustu celebres. Locus Isaiæ cap. 19. vers. 8.*
3. *Pisces olim apud varias gentes, in summis deliciis habiti: quam ingenti pretio stare soliti: ad quod prætermissis Latinis Auctoribus, aliunde notis, Græci ex Athenæo expendantur.*
4. *Dagon in sacris literis, quis. À piscibus, de silentij mysterio abstinent Pythagorici: Syri de superstitione, ob Atergatidem olim Reginam, postea Deam. de Atergatide, quædam: déque eius Sacerdotibus Syris, pisces immolantibus, & edentibus. Obiter de piscibus ad victimas.*

OBLIGAVI supra cap. 39. num. 5. fidem, pro loci ex libro Numer. explicatione nonnulla mihi de piscibus inculcanda: iam nunc libero. Ergo Numer. cap. 11. vers. 5. sic Israëlitæ, Manna fastidientes sacrilegè conqueruntur. *Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres*, &c. cur gratis omnino, aut saltem quod alij volunt, vilissimo comparatos pisces, haberent Israëlitæ in Ægypto: eâdem ferè ratione videtur explicandum, qua, loco citato de oleribus disserebam. Nulli mortalium, vt nosti, Ægyptiis superstitiosiores, vnde nullibi copiosiores Sacerdotalis gentis familiæ nascebantur: cum igitur Sacerdotes isti in suas classes diuisi, multitudine innumeri, & dignitate conspicui à piscibus abstinerent: suóque fortasse exemplo, plures è populo, in eandem inducerent superstitionem: reliquum erat vt Hebræi, viliori iam pisces compararent. Quod dixi de Sacerdotibus Ægyptiis testatur Herodotus in Eut. & ex illo Alexand. Neapol. lib. 6. cap. 2. *Piscium quoque tactu abstinent, ne dum esu.* Quin illos sic profanos auersabantur, vt in odij Hieroglyphicum assumerent: Cælius Rhodig. lib. 5. cap. 12. *Cum significare odium volunt, pisces appingunt.* Sed huius picturæ, alia videtur esse causa. Magis ad rem Lucianus in Deâ Syriâ: Αἰγυπτίων ἐνιοὶ εἰσὶ, οἳ ἰχθύας οὐ σιτέονται. *Quidam sunt apud AEgyptios, qui piscibus vescuntur.* Fortasse pari odio ac Sacerdotes: ni velis profusiori id superstitione factum, quod Pisces tanquam Deos adorarent, instar Syrorum, de quibus infra. Fauet huic cogitationi Anaxandrides vetustissimus Poëta Græcus, apud Athen. dipnos. 7. cap. 17. vbi ad Ægyptios locutus, saltem anguillam illis cultam, scribit.

1. Num.11. v 5. Herod. Alex. Neap. Cælius Rhod. Lucian. Athen. Anaxand.

Haud esse vobiscum qui eo commilito,
Concordibus nec moribus, nec legibus,
Per maxima interualla differentibus.
Bouem: Diis ego macto boues.
Tu maximum, Anguillam, Deum putas;
Ego obsoniorum credidi suauissimam.
Carnes suillas tu caues: at gaudeo
Hu maximè. eandem colis, quem verbero,
Edentem vbi deprendero fortè obsonium.
Nobis Sacerdotes petit lex integros:
Arceantur à vobis procul tales viri.
Habere, si Felem, male quid videris,
Luges: ego suauissimè decortico
Potest apud vos musaraneus, non apud me.

Nolui truncare sententiam, licet aliqua admittat minus probabilia, quale est illud, de non integris, id est castratis Sacerdotibus, apud Ægyptios: non enim semper verum. Item illud de suilla ab Ægyptiis non gustatâ: cum è contra, verius habeatur illud Theodoreti lib. 7. de sacrificiis: loquitur de Deo, Hebræis sacrificia carnis indulgente. *Sapientissimus ille medicus hoc remedij genus adhibuit AEgyptia ægritudini, dum sacrificare quidem Iudæis, ad eorum imbecillitatem indulsit: & tamen ea quæ prius colebant, in sacrificium iussit efferri: vt dum hoc facerent, scirent Deos non esse, quos tanquam victimas ipsi mactarent. Idcóque abstinere illos etiam suillis carnibus iussit: quia nimirum hisce solis, AEgyptij vescebantur: cæteris autem animantibus, tanquam Diis suis parcebant.* Sed quidquid sit de his aliis, quod attinet ad Anguillam pro Deo cultam, ideóque

Theodor.

esui denegatam Ægyptiis, quæ apud alios suauissimum erat obsonium: vera visus, ad rem nostram narrare, Anaxandrides: cohæret ibidem Antiph. Antiphanes, falsè Anguillæ pretium hinc expiscatus.

In cateris Ægyptios graues ferunt,
Tum, quod par censetur Anguilla Deis,
Apud illos: Deis nam cateris est dignior.

Clem. Alex. Sic ex Clemente Alexandrino in Protrept. alios pisces pro Diis cultos lego apud Ægyptios, à quibus etiam necessario abstinerent: eius verba reprehendentis Græcos, qui turpissimos Mortalium pro Diis colebant. *Et quanto melius Ægyptij, qui vicatim & per oppida, bruta coluerunt animantia, quam Graci, qui tales Deos adorant? nam illa quidem, & si sunt fera bestia, non sunt tamen adultera, nec stupro ac libidini dedita, neque vllam, prater naturam, venantur voluptatem. Porro autem Ægyptij dispersi sunt in varios cultus, ac religiones: ex iis Enerita quidem, colunt piscem Phagum Maotem autem (est hic autem alius piscis,) colunt, qui habitant Elephantinam: Oxyrunchita autem, alium piscem similiter, à quo eorum denominatur Regio.* Itaque apud Ægyptios, Sacerdotes piscem abominabantur: populi plures piscem colebant, diuersáque de causa, sed simili superstitione vtrique à piscibus abstinebant: vnde foret vt Israëlitæ necessario hos viliori precio compararent.

2. Potest & huius rei alia adduci causa, scilicet abundantia, & excellentia piscium, quos Nilus fluuius emittebat, quibusque capiendis pars magna gentis illius impendebatur, quæstui faciendo: vnde qui his vterentur Ægyptij scilicet minus superstitiosi, & Israëlitæ, facilius & voluptuosius illos compararent. Facit huc Isaias c. 19. vbi pœnas Ægypto infligendas fusè describit:
Isai. 19. v. 8. deinde à vers. 8. ita ad rem nostram. *Et mœrebunt piscatores & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent Confundentur, qui operabantur linum, plectentes, & texentes subtilia: & erunt irrigua eius flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.* Assumpto loco nostro, ex lib. Num. & his Isaiæ verbis explicandis, subdo quædam, ex
Athen. Athenæo, qui lib. 7. dipnos. cap. 26. ita habet. *Norunt ij qui sunt experti quam Niliaci Coracini, dulces, carnosi, suauésque sint: sic autem sunt appellati ἀπὸ τ͂ κινεῖν τὰς κόρας, quod moueant continuo pupillas. hos Alexandrini, Phalates appellant.* Aptius cap. 29.
Idem. eiusdem libri. *Lati qui in fluuio Nilo nascuntur, ad ducentarum librarum, vel etiam plurium pondus accedere, sunt deprensi. Est autem hic piscis candidissimus, atque optimus, suauissimusque est, quacunque ratione fuerit conditus. Est ei pisci simillimus, qui nascitur in Istro, ac Silurus dicitur. Complurima, & alia piscium genera, eáque suauissima, Nilus fluuius producit, & Coracinorum pracipuè, nam multa sunt & horum genera. Producit & Maotas vocatos, & Saperdas, & Siluros. Sunt multi pisces circa pontum, qui nominantur à Maotide stagno. At Niliaci pisces, sunt hi, (si modo ob diutinam peregrinationem, meminisse licet:) Torpedo suauissima, Porcellus, Phager, Oxyrinchus, Allabes, Sillurus, Sinodontis, Eleotis, Anguilla, Allosa, Abramis, Tipha, Squammosus, Physa, Mugil. Súntque alij non pauci.* Æstimaui etiam hunc locum, quia inter alios memorat tres illos pisces, (non ita temerè aliunde noscendos) quos ab Ægyptiis pro Diis cultos, protulit suprà Clemens: scilicet Mæotem, Phagrum, Oxyrinchum. Quid, quod Crocodili, qui innumeri ad Nilum, etiam esibiles, Archestratus ibi cap. 33. Archest.

In primis Squatina prastant, & tergore lato
Liobatibus, pariter crocodilo vescere ipso.

3. Aliquid tamen vlterius, vtrique loco sacro non importunum, hic adnectam. Dolebant carnales Israëlitæ, suauissimos Nili pisces, vilique, siue gratis, comparatos, sibi eripi: quos sciebant apud alias gentes, carissimo id temporis stare: víxque aliquid pretiosioris alicuius pisculenti, nisi ad viros ditissimos deuenire. Aliunde vero, tanquam pœna non leuis apud Isaiam intenditur Ægypto iactura piscium: vtpote quæ non amplius, earum deliciarum facilitate frueretur: quas tanti cætere gentes emere consuerunt. Et quidem mirum est, quanti prisco illo æuo pisces fierent & in quàm raris deliciis haberentur, qui postea ad ieiunij & abstinentiæ diætam transierunt. Dedit quædam ad rem suam, quæ huc facere possent Guillelmus Hamerus in cap. 7. Genes. fol mihi 68. quibus, quia cuiuis in promptu, Guillelm. Hamer. parco: nostra subdam. Antiphanes supracitatus, Antiph. sic pergit de Anguillis locutus. (parco Latinis scriptoribus.)

Percantibus drachmas duodecim ad minus,
Vel pius, odorare has volentibus fera
Omnino non est ferstior istâ, denique.

Grata est hyperbole, qua etiam anguillæ odorem tanti emendum dixit. Vnde erat, vt quasi pretiosissimarum mercium venditores, qui pisces vendebant, superbirent, de quorum duro ingenio, multa Athenæus dipnos. 6. c. 2. Sed redeo ad pretium. Alexis in Pyl. ibi. Athen. Alexis.

Per Palladem, sed ipse miror plurimum,
Cur venditores piscium, non diuites
Sint vniuersi, cum tributa Regia.
Ferant: opum, diebus illis singulis,
Nam penè partem in ciuitatibus decimam tulere.

Sed venustius adhuc in Græcâ, ita ad hanc rem. Idem.

Semper fera sunt in mari, qua mortua,
Viuaque, nobis bella sana conciteni:
Nam si Ratis vertatur, vt fit sapius,
Lapsusque sit quis, hunc statim caosum vorant.
Itaémque capti mox viris piscantibus,
Quamuis mortui, terunt ementes, nam bona
Parte venalis sunt viris pecunia:
Mendicus inde qui capit, statim aufugit.

Sed venustissima est in idem, eiusdem coniectura in Hæreditario. Idem.

Quicunque emit mendicus, obsoni nimis,
Abundat illo, cateris rebus carens,
Hic nocte, vndes obuios omnes facit.
Nudatus est vbi quis, ire conuenis,
Mox mane summo, piscium per forum:
Quem viderit, pisces ementem pauperem,
Iuuenémque primum, machinâ ex Micionis,
In carcerem, hunc conuenit deducere.

Quasi tam largæ expensæ piscibus erogandæ, sordido palliolo & tenui homunculo, de solum luculentis nocturni raptus spoliis possent prouenire. Cohæret ibi Diphilus in Mercurio. Diphil.

Si nihil habens prorsus, videtur splendide
Vixisse, carnifici datur, per Herculem:
Nulli licet vixisse sic, absque furtis:
Sed est necesse noctibus
Spoliare, furarive, vel cum quopiam
Habere partem, falsa testari in foro,
Falsáve accusare. pessimum genus
Purgamus hoc, & per Iouem rectissimè.
Sed hoc mihi quid? si videmus optimè

Obsoniis

Obsoniis fini, diebus singulis
Te, non modeste, sed superbe: nec licet,
Te propter vnum, eotantibus pisces capi.

Idem. Adhuc iterum idem Diphilus in empotio:

Nunquam, Neptune, pisces, ipse ego
Vidi pretij maiores: tu es ditior
Cunctis Diis multo: diebus singulis
Partem decimam nostra ferent pecunia:
Horum quis irrideat, nisi tantum dedi,
Quantum petit mœstus: Priamus vt Hectorem,
Eum ipse congrum: deposui pro pondere
Tantum ement.

Satis Poëtæ isti antiquissimi, nec aliunde quod sciam noti, præterquam ex Athenæo, impensum pretium, & sumptam è piscibus voluptatem declarant. Hinc est, vt mille locis testatur idem Athenæus, quòd Soli pisces obsonij nomine tunc intelligerentur: cupediatumque apex haberentur: vide lib. 8. cap. 6. ita. *Demosthenes Rhetor, Philocratem ob lasciuiam carpit & gulam, postquam ex auro proditionis, meretrices pisceśque coemit.* (Athen.) Quid plura? vt Ægyptij de quibus supra, & Syri de quibus infra, ideo abstinebant ab esu piscium, quia tanquam Deos colebant: sic è contra alij piscium gustu inescati, captique sapore, non vt euitandos, sed vt auidius comedendos, comendandósque exhiberent: pisces Deorum saltem oominibus appellabant: alludebat huc Antiphanes supra adductus: clarius tamen Matron. Parodus ibi lib. 4. cap 3. dipnos. allatus. (Antiph.)

Hinc albus pedibus venit Thetis edita Nereo
Sepia compta comas, celebris Dea, qua grauis vna.
Piscibus ex cunctis album cognouit, & atrum.
Et Titium vidi stagni, téque inclyte Conger
Prostratum in patinis: immensas ipse iacebas,
Congre nouem. post hunc eadem vestigia seruans
Diua venit Niueis Anguilláque, quæ se
Concubuisse Ioui iactat, genus inde ferarum
Est Anguillarum.

Athen. Videndus in idem Athenæus dipnos. lib. 7. cap. 6. de Pompilo: & cap. 17. ad finem: & cap. 31. medio. Hæc omnia plusquam satis intelligendo ridiculo Israëlitarum ploratui, & Ægyptiorum pœnæ ab Isaia decantatæ. Multa sunt in sacro textu maximè apud Prophetas, quæ ex dictis, lucis non parum mutuentur: vbi piscium interitus & iactura, inter pœnas seuerissimas numeratur.

4 Dagon Iud. 16. & 1. Reg. 5. *Derceto*, siue *Atergetim* esse, volunt Interpretes: háncque ferè cum Venere conuenire voluit cum aliis Serar. in locum Iud. & Sanchez in Reg. colebatur monstrosâ figurâ, & in piscem desinente, vt supra cap. 41. innuebam: inde factum notant, vt Syri, (apud quos hoc Idolum in honore) à piscibus abstinerent, quia *Decreta* seu Atergatis in piscem (mille ad haoc rem fabulæ confunduntur) olim conuersa credebatur. (Iud. 16. 1. Reg. 5. Serar. Sanch.) Adde Alexandrum Neapol. genial. 6. cap. 26. *Syri occulta atto animis, Pisces & columbas, Deos sibi consecrarunt.* (Alexand. Neapol.) Et quos ibi adducit Tiraquelli. ego in hos alios incidi Meretrix quædam apud Athen. dipnos. 4. cap. 18. ita cum frugi & sobriis Philosophis expostulat. (Athenæus.) *Nullus vestrum, ô viri, barbam collectam habentes, piscem comedit: nunquid & vos ita facitis, velut in scriptis gratiis, vester auus Meleager Gaderens scripsit, quod Homerus scilicet, cum esset ex genere Syrus, pro patria sua consuetudine, omnes antiquos a piscibus abstinere facit: cum multa esset eorum copia circa hospitalitatem?* Et merito, mirum est antiquissimum à primis sæculis Homerum, nunquam, si rectè memini, in tot epulis suis, piscium mentionem fecisse. Sed forte hi Philosophi, aut de sobrietate & temperantiâ, ab immodico piscium impendio, quod supra dixi, abstinebant: aut Pythagorici erant, qui, vt nosti, silentio addicti, mysterio quodam, pisces tanquam præ omnibus viuentibus, animalia muta, teuerebantur: ideo idem Athen. lib. 7. cap. 25. (Athen.) *Illud etiam declarabo, cur cum Pythagorici, alia animalia attingunt, quorum aliqua sacrificant, solos pisces non gustant omnino: nunquid ob sermonis continentiam? nam silentium, diuinum esse arbitrantur.* Sed redeo ad Syrios Ouid. 2. Fast. (Ouid.)

Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
Ne violent timidi, piscibus ora, Syri.

Artemidorus lib. 1. cap. 9. adducens quosdam piscibus vtentes, addit: *exceptis Syris quibusdam, qui Astartem colunt.* (Artemid.) Sed de hoc vsu & fabula Atergatis, est nondum tritus locus Athen. lib. 8. cap. 6. (Athen.) *Accessit ad optimum Vlpianum, qui ob leges Syrorum patrias, & nos piscibus priuauit, illa inferens in Eretria. Antipater Tursensis libro superstitionis quarto, famam esse dicit apud nonnullos, quod Gatis Syrorum Regina, ita fuit obsonij studiosa, vt per praconem fieri adiectum iusserit, ne quis piscibus, sine Gatide vescerentur. Atque iccirco ob inscitiam Atergatidem à nonnullis fuisse vocatam: atque à piscibus abstinuisse.* Nosti etymologiam παρὰ τὸ ἄτερ, καὶ τὸ Γάτιδος. Ac si quæ prius *Gatis*, deinde *Atergatis* id est *sine Gatis* diceretur, ob impositum præceptum, quod nullus sine illa piscibus vesceretur.

Non tamen hæc ita capias, vt omnes Syri Atergatidem colentes, perpetuo deinde piscibus abstinerent: quidam enim illorum etiam pisces Atergatidis idolo sacrificabant, & quod inde est, in epulum postea sacrum admittebant: quæ quamuis minus obseruari videas, vera nihilominus habeas: Testis est Mnaseas lib. 2. de Asia, ibi adductus, qui ita. (Mnaseas.) *Grauis mihi profecto Regina fuisse apparet Atergatis, asperéque populis imperasse: quippe quæ piscibus vesci illis interdixit, sed iusserit ad se afferri, quod ei placeret id epulum. Idcirco legitimum nunc quoque est, cum Deam precantur, aureos pisces, vel argenteos deponere: Sacerdoté que per totum diem, veros pisces in mensâ, obsonia parantes, deponere assatos, ac elixos: quos ipsi postea Deæ Sacerdotes comedunt.* Vbi plura addit de eâdem Atergatide, ex Xanthi Lydi opinione: qui hanc voluit à Mopso Lydo captam, & cum Pisce filio, in Ascalonis stagno immersam fuisse per iniuriam, & à piscibus deuoratam. Sic omnia in his Idolorum fabulis perturbata, quæ tamen pertinacissimè colebant. De piscibus apud alias gentes in victimas assumptis: videndus Alexand. Neapol. genial. 3. cap. 12. Athen. lib. 7. c. 17. & Lucianus in Dea Syria qui magis ad rem præsentem facit. (Alexand. Neapol. Lucian.)

CAPVT XLIV.

Ad Miscellania recurro.

PERIOCHA.

1. *Sagittandi peritia, apud priscos, in vtraque paginâ comendatur. quæ sit sagitta electa Isai. 49. v. 2.*

2. *Igneus fluuius Dan. 7. verf. 10. qualis esset. Aqua similitudines, ad ignem vsurpatæ.*

3. *Sermo grauis, & eloquens, inspiratis profanisque litteris gladio comparatus.*

4. *Amator, frequens ad viam illam recurrit, & ub alto prospicit, qua dilectus absens rediturus speratur. Locus Luc. 15. verf. 20.*

5. *Iustis ipsa morum decentia pro lege est. E sacro & profano textu in id nonnulla.*

6. *Biuij similitudo, hinc in mortem, illinc in vitam ducentis: à Christo Matth 7. v. 13. vsurpata.*

7. *Christus altero pede terram, altero mare attingens, Apocal. 10. verf. 2. & altera manu mare, altera flumina tenens Psalm. 88. v. 26. quid denotet.*

8. *Lachryma missu præ gaudio: & in ortu solennes, ex vtraque paginâ. Amoris sunt poculum. Lachryma Iouis sanguineu apud Arnobium.*

9. *Mos claudendi oculos mortuis apud Hebruos & gentiles, vnde ortus. Romani non tam mortuis, quam moribundis oculos videntur clausisse, quos postea in rogo resignabant, cúrque id fieret.*

10. *Lucis Solisque pulchritudo & amabilitas, ex vtraque pagina: & ab horum carentiâ, cruciatus.*

11. *Mos priscus gerendi scriptoria instrumenta ad cingulum appensa. Atramenti vsus quam vetustus. An olim Pennu, sicut & modo, scribendo aptarentur. Multa ex sacro textu breuiter disquiruntur.*

12. *Ventus flatibus turbidis, & puluereis nebulis excitatis, bellantibus infensus. Locus Nahun 1. v. 3.*

13. *Pauper, & inops, in vtraque paginâ, quid inter se differant.*

14. *Alta domus, ruinam minitatur: apud Salom. Prouerb. 17. verf. 16. ex profanis, in eandem sententiam, nonnulla congeruntur.*

15. *Disquiritur accuratè, an tyrones, etiam milites dicerentur: & an tyrones isti, suscepto iam militiæ sacramento, non solum à viro principe, sed etiam ab ipso Duce quandoque instruerentur. Illustratur locus ex lib. 4. Reg. 25. v. 19. & Isaias cap. 52. v. 25.*

16. *Vrtu generosa excusatio apud Dauidem, de non adeunda domo. 2. Reg. 11. verf. 10.*

17. *Goliath frons, vnde Dauidico lapide percussa. 1. Reg. 17. v. 49. Galea olim, an armando tantum capiti, an etiam claudendo vultui deseruirent.*

18. *Quam aptè, per cinctum, & discinctum, miles in prælio aut in otio describatur. lib Reg. 3. cap. 20. verf. 11 mos vt milites apud Imperatorem cincti discumberent, Romanis vnde ortus. Prandij noua notatio.*

19 *Lupidei cultri innocentiores ad circuncisionem coniectantur.*

20. *Auari vt plurimum luxuriosos sibi relinquunt Hæredes. Ecclesiast. 14 v. 4.*

21. *Cum graue aliquod damnum alicui imminens annuntiabant, vsitata iam formula plorare illum iubebant. Ioel c. 1. v. 5. & Iacobi c. 5. v. 1.*

22. *Christus Dominus alba veste indutus Luc. 23. verf. 11. vel tanquam ridiculus dignitatis candidatus: vel tanquam irridendus fatuus.*

23. *Sepulchrales fasciæ, cadaueri solennes locus Ioannis cap. 11. verf. 44. Christi Domini (licet id minus clare exprimant Euangelistæ) his etiam institis ligatum fuisse corpus ad sepulturam, probatur.*

ARcvs & sagitta, prisco æuo, viris Prin- 1.
cipibus, inter præcipua armorum genera
ponebantur: quod ex vtrâque paginâ, illustro
paucis. Iacob nobilissimus Patriarcha, agrum legat filio Iacob, & partem extra fratres, quam tu-
lerat ab hostili manu, *in gladio & arcu.* Genes. 48. Gen. 48.
verf. 22. Ionathæ Principis encomium est: *sagitta* v. 22.
Ionathæ, nunquam rediit retrorsum. 2. Reg. 1. verf. 22. 2. Reg. 1.
ad Christum sub Principis persona dicitur: *sagittæ* v. 22.
tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum
Regis. Psalm. 44. verf. 7. & passim alibi in sacro tex- Ps 44. v. 7.
tu, sagittandi studium & peritia, viris magnis
tribuitur. Sic apud profanos, vnde & Diis suis
hæc arma tribuebant, vbiuis enim Apollinis, Dianæ, Cupidinis arcus legis: hinc & Heroibus pri-
scis: vt apud Homerum sæpe legas: Seneca in Senec.
Hercule Oet. ita de eius sagittis.

——Munus Alcida cape,
Has hydra sensit: his iacent Stymphalides,
Et quidquid aliud eminus vici malum:
Victure fælix, has enim nunquam irritas,
Mittes in hostes.

Tale erat, quod de sagitta Ionathæ paulo ante
vidisti. Virg. lib. 1. de Heroë suo Ænea. Virgil.

Constitit hic, arcúmque manu, celerésque sagittas.
Corripit.

Et lib. 3. etiam sagittas Paridi attribuit: & sæpe Idem.
alibi. Seneca inter laudes Hypoliti herois: Senec.

Tam longè dociles spicula figere
Non mittent gracilem Cretes arundinem.

Venio ad Posteriores Principes. Claudian. Oda 1. Claudian.
ad Honorium Imperatorem.

Princeps corusco sidere pulchrior,
Parthis sagittas tendere certior.

Ausonius epig. 1. ad Gratianum Imperat. Auson.

Vix posuit volucres, stridentia tela, sagittas,
Musarum ad calamos fertur manus, &c.

Suetonius in Domitiano, cap. 19. *Armorum nullo:* Sueton.
sagittarum

sagittarum vel præcipuo studio tenebatur. centenas varij generis feras, in Albana secessu conficientem, spectauere plerique: atque etiam ex industria ita quarundam capita figentem, vt duobus ictibus, quasi cornua effingeret. Nonnunquam in pueri procul stantis, prabentisque pro scopo dispansam dextra manus palmam, sagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum, innocuè euaderent. Hæc satis ex innumeris.

Isa.49.v.2. Illud Isaiæ cap.49. v.2. *Posuit me sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me.* Satis quo ad mysterium patet ex Interpretibus, inter omnia enim instrumenta, quibus Deus sibi rebelles hominum animos captiuauit, excellit electissimus vnus Christus: non ita tamen vulgare, vnde metaphora deducatur. Solent sagittarij aliquas speciosiores sagittas & aptiores seruare, & quodammodo in pharetrâ abscondere, quibus non nisi ad scopum pretiosiorem vtuntur: quæ quidem electæ possunt appellari. Sub hac ratione

Nonus. Nonnus Dionys. 7. inter mulras alias, certam quandam pharetram, & specialiores præ cæteris, sagittas Amori tribuit, quibus solummodo vsus fingitur, cum Iouem in humanos amores feriret: lege ab illis verbis, ἰοδόχον ἐχέμαρτ θυήλατον, &c. vecto ad sententiam.

Pharetram gerebat sacram, in qua solum
Illa, quibus in terrenas nuptias ferretur
Iupiter, igne nutrita seruabantur tela
Duodecim: & aureus versus metricus vnicuique
inscribebatur, &c.

Quàm ergo meritò sagitta electa, Christus Dominus, qua pater scopo summi ponderis attingendo, id est, negotio sæculorum complendo, vsus est.

2. Dan. 7. v.10. Daniel cap 7. v. 10. vbi de Deo iudicium cum hominibus posituro, ita. *Fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius.* Dubito adhuc an repræsentaretur in hac visione Prophetæ fluuius quidam, qui igneos præcipitésque fluctus euolueret: an potius ignis erumpens, & effusus exhiberetur, qui metaphoricè fluuius dicatur, in priorem explicationem omnes, quos videre potui inclinant. Addo tamen ad mysterium, quod Patres & Interpretes eliciunt, nihil posteriori deesse explicationi: aliunde verò frequentissimam esse metaphoram, qua igneos globos, vndecumque conuolutè & continuò prodeuntes, fluuium ignis, vulgò

Cassiod: etiam appellamus. Sic & prisci Auctores. Cassiodorus lib. 1. epist. 2. *flammam fluctuantem* dixit.

Plin. Plin. lib.2 cap.106. *riuos ignium*. plura Scholiastes

Virgil. Maronis ad 2. Æneid. vbi incendium, *montana*

Val.Flac. *fluminis* comparatur. Vnde Valerius Flaccus lib.4. Argon. Vesuuij eruptionem, ignis hyemem appellat.

Sic vbi prærupti tonuit cum fortè Vesaui,
Hesperia lethalis apex, dum vix ignea montem
Torsit hyems.

Statius Statius de eodem lib.4. Sil.5.

Non adeò Vesuuinus apex, & flammea diri
Montis hyems.

In hyeme autem, quidquid torrentis, imbris, grandinis, hybernæque tempestatis fuerit denotatur.

3. Licèt optima, non tamen noua est metaphora illa, qua in sacris litteris diuinus sermo, *gladius*

Isaias 49. v.2. appellatur. Isaias cap.49. v.2. *Et posuit os meum, quasi gladium acutum.* Paulus Hebr.4.v.12. Vt vo-

Hebr.4. v.12. lunt aliqui: *Viuus est sermo Dei & efficax, penetrabilior omni gladio ancipiti.* Ioannes Apocal.1. v.16.

Apocal.1. v.16. Christum describens, addit. *Et de ore eius gladius, vtraque parte acutus.* Sic vulgo non rarò, ab armis, ad verba sumimus metaphoras. Sueton. Sueton.

in Calig. cap 53. *Peroraturus, stricturum se lucubrationis suæ telum minitabatur:* id est, eloquentissimam orationem. Sic explicandus Statius lib.4. Stat.

Sil. 5. amicum ab Oratoris munere commendans.

Est & frementi, vox hilaris, foro,
Venale sed non eloquium tibi,
Ensisque vagina quiescit,
Stringere ni subeant Amici.

Qui aliter Poëtam capiunt, desipiunt: ideò Sil.2. Idem.

lib.2.

——— *Seu minax vltorem stringit Iambon*

Carmina enim iambica, tragico & sublimiori cothurno detonantia, instar gladij distringi & fe- Tull:

rire visa. Ideò Cicero lib.3. de nat. Deor. huc alludens dixit: *Archilocі versu vulneratum.* Plinius Plinius.

lib. 36. cap. 5. *amaritudinem carminis distrinxit.* prætereo, quando non tam eloquentiæ nectare imbuta, quam inuidiæ veneno infecta lingua detrahens apud sacros & profanos scriptores, nouacula, & sagitta appellatur.

In Parabola Prodigi adolescentis, tenerrimus 4.

est, nec dum tamen satis expensus affectus ille: *Cum autem adhuc longè esset, vidit illum Pater ipsius, & misericordiâ motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Luc.15.v.20. Cur Luc. 15. v.20.

enim primus, & solus videat à longè venientem, nisi quia quodammodo in specula positus Pater insinuatur, intentis oculis viam, qua discesserat filius prospiciens, & suspiratum absentem sedulo desiderans, venientem si fortè, loco illi defixus sperabat. Est hoc amantium Pathos, vt tenerrimum, sic ordinarium, inter absentiæ scilicet cruciatus, frequenter ad viam illam, recurrere, qua dilecti abierunt, ibique ab alto, qua illa latè pateat, prospectum iacere, quasi absentes suos suspiriis & desideriis reuocaturi, & adhuc è longinquo venientes intuituri, sic dolorem leuantes, curam fallentes, hærent defixo obtutu, immotis palpebris. Est hoc illud Annæ Tobiam suum ingementis: *Anna autem sedebat secus viam quotidie, in supercilio montis, vnde respicere posset de longinquo: & dum ex eodem loco specularetur aduentum,* &c.

Tob.cap.9.v.5. Experimur id quotidie: Subdo ta- Tob 9. v 5

men in re nota, exempla minus trita. Horat.lib.4. Horat.

Oda 5. extollens Romæ desideria pro Cæsare.

Vt Mater Iuuenem, quem Notus inuido
Flatu, Carpathij trans maris æquora,
Cunctantem spatio longius annuo,
Dulci detinet à domo:
Votis ominibúsque, & precibus vocat,
Curuo nec faciem littore dimouet:
Sic desideriis icta fidelibus
Quærit Patria Cæsarem.

Eadem curâ Ægæus, filij tot periculis expositi reditum sperans, describitur à Catullo in nupt. Catul.

Pel.

At pater vt summâ prospectum ex arce petebat,
Anxia in assiduos consumens lumina fletus,
Cum primum inflati conspexit lintea veli.

Habes Annæ, & senioris Patris, filios sperantium, vmbras clarissimas. pergo ad alios. Statius lib.3. Stat.

Sil.1. ad Amicum discedentem.

Ergo erit illa dies, quæ te, maiora daturus
Cæsar, ab emerita iubeat discedere bello:
At nos, hoc iterum stantes in littore, vastos
Cernemus fluctus, aliásque rogabimus auras.

OEnone apud Ouid. in epist. Paridem suum redeuntem

Dat somnos, adimítque, & lumina morte resignat.

Plinius. Firmant ex Plinio lib.11. cap.37. vbi post multa de oculis, prædicti ritus caussam conatur explicare hoc modo. *Morientibus illos opperire: rursúsque in rogo illos patefacere: Quiritium magno ritu sacrum est: ita more condito, vt neque ab homine, supremum eos spectari fas sit: & cœlo non ostendi nefas.* Conatur inquam, quia saltem mihi, hebeti scilicet, inculcata hic à Plinio caussa caligat adhuc. Dicam tamen quid ex his verbis coniectem. Apud Hebræos aliásque gentes, videntur oculi statim post afflatum spiritum claudi solere, sicut apud nos fieri consueuit: apud Romanos verò, non tam mortuis, quam *morientibus* claudebantur: ideò Plinius non tam mortuos memorat, quam morientes: imo & ideò vtrumque, & tunc opperire, & postea patefacere, Quiritibus sacrum dicit: quia hi moribundis, cæteræ gentes iam mortuis claudebant: vnde tam singulare erat Romanis sic opperire, quam postea in rogo aperire. capit & facit lucem Statius citatus vbi post multa de Priscillâ moribundâ, Maritúmque allocutâ.
Stat.

Hæc dicit labens, sociósque amplectitur artus,
Hærentémque animam non tristis, in ora mariti
Transtulit: & charâ, pressit sua lumina, dextrâ
At iuuenis magno flammatus pectora luctu,
Nunc implet sæuo, viduos clamore penates,
Nunc ferrum laxare cupit, &c.

Quis pressit? certè non maritus, de quo statim per oppositionem dicitur: *At iuuenis magnus, &c.* Ergo ipsamet Priscilla iamiam moritura, charam mariti dextram apprehendens, eadem sibimet pressit suos oculos: quasi nollens ne alius piissimo illo officio fungeretur: & cauens ne ipsemet doloris impatiens, huic muneri, animo non sufficeret. Nota secundò, apud Romanos, nullibi animam signatius habitare creditam, quam in oculis: ipse Plinius ibidem. *Profectò in oculis animus inhabitat: ardent, intenduntur, humectant, conniuent: hinc illa misericordia lachryma: hos cum osculamur, animum ipsum videmur attingere.* Nota tertiò: Animam ipsam, quam diuinæ particulam auræ putabant, è cœlo proueniſſe existimari. Seneca epist. 41. *Quemadmodum radij solis, contingunt quidem terram, sed ibi sunt vnde mittuntur: Sic animus magnus & sacer, in hoc demissus, vt propius diuina nossemus: conuersatur quidem nobiscum: sed hæret origini suæ, illinc pendet: illuc spectat & nititur.* Vnde illud Poëtæ:
Plinius. Senec.

Os homini sublime dedit, cœlúmque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Nunc iam ad rem. Claudebant moribundis oculos, ne sacra illa anima iam iam eruptura, hebes quodammodo & afflicta in oculorum speculo ab hominibus, in extremo illo conflictu cerneretur: néve oculi qui meliorem vitam spirarant: torpentes tunc & fracti apparerent. Aliunde verò post mortem, in rogo ostendendi cœlo aperiebantur, vt anima ibi iam habitans, priscam sedem suam recognosceret: & à cœlo tunc ad pietatem aspicerentur illi oculi, quod ipsi semper ad desiderium spectabant. Hæc mihi de Pliniana gnome, parato doceri, si quis meliora. Nos verò hodie mortuis iam oculos claudimus, sic & Hebræi olim cæteræque gentes, de pietatis affectu: dolentes horrida, & lapsa, extinctáque lumina intueri, quæ paulo antè viuida & gratissima intuebamur. Est enim natura insitum vt illius obiecti aspectum vitemus, quod visum acriores excitat cruciatus: horror autem cadentium oculorum, aspicientibus luctuosissimus; hinc Statius citatus Pathos excitat. Stat.

Iámque cadunt vultus, oculísque nouissimus horror

Et lib.4. Sil.5. Idem.

Aspexi, tenuique oculos iam morte cadentes.

Et lib.2. Sil.1. Idem.

——— Frigentia lumina torpent.

Similem affectum excitat D. August. reddens rationem, cur Deus sepulchrum Moysis abscondisset lib.1. de Mirab. script. cap.15. *Quatenus illam faciem, quæ consortio sermonis diuini rutilauerat, mortis mœrore repressam nemo videret.* Moueret enim intuentibus dolorem acerbissimum, tanta sub tantillo spatio demutatio: sic mouet, certè nobis, dum oculos paulo antè splendidos, iam horridos intuemur: cum nulla pars corporis fœdius commutetur: cum nulla paulo antè pulchrius coruscaret. D. Aug.

10. Nihil in huius vitæ vsurâ gratius, quam lucis vsura: vnde non defuere Philosophi, qui eo homines productos volebant, vt solem intuerentur: hincque apud Latinos *luce frui: lucem intueri*; sumitur pro viuere: Cicero pro Mil. *Negant fas esse lucem intueri*, &c. D. Chrysostom. serm.1. de orat. *Perinde vt sol ille luce sua corpora, ita animas suo splendore vestit oratio: quare si capto oculis grauissima pœna est, solem videre non posse: quanto grauius malum est homini Christiano, assiduo non orare: & per preces, diuinos Christi radios, in animam inducere.* Philo Iud. in lib. de Resip. Noë. *Quando corporei quique oculi, & lux illa sensibilis, apud nos habetur in honore maximo: quamobrem multi visu amisso, vitam etiam vltro abiecerunt, existimantes mortem, malum esse cæcitate leuius.* Hinc Ethnici, ex lucis negatione, grauissimum iuramentum assumebant. Clymenes apud Ouid. 1. Met. ad filium.
Tull. D. Chrys. Philo Iud. Ouid.

Per iubar hoc, inquit, radiis insigne coruscis,
Nate tibi iuro: quod nos auditque, vidétque,
Hoc te quem spectas, hoc te qui temperat orbem,
Sole satum, si ficta loquor, neget ille videndum
Se mihi, sitque oculis, lux illa nouissima nostris.

Hinc etiam erat, vt errorem illum vagum, qui morientium oculis, quandoque accidit, sic interpretarentur veteres, quasi quærendæ vltimæ lucis auiditatem, & relinquendi solis desiderium testarentur. Amian. Marcell. lib.6. *Semineces et labente iam spiritu, lucis vsuram oculis morientibus inquirebant.* Dedit hunc Cerda ad illud Virgil. lib.4. de Didone moriente.
Amian. Marc. Cerda. Virg.

——— Oculísque errantibus alto
Quæsiuit cœlo lucem, ingemuitque repertâ.

Et plura ad illud lib.10. Idem.

Sternitur infœlix alieno vulnere cœlúmque aspicit.

Et iterum ibidem.

——— Contra Tyrrenus vt auras
Suspiciens hausit cœlum.

Vnde capies non leuem affectum Papin. lib. 5. Sil.1. de Priscilla moribunda erga maritum.

——— Illum vnum mediâ de morte, reuersa Statius.
Mens videt, illum ægris circundat fortiter vlnis
Immotis obuersa genis, nec sole supremo
Lumina, sed dulci mauult satiare marito.

Tandem hinc erat vox illa blanditiarum, *lux mea:* non solum apud meretricios amores, sed etiam in castissimis affectibus coniugum parentum. Cicero lib. 10. epist. 2. ad suam Terentiam: *Hem mea lux, meum desiderium.* Quod innumeris locis repetit, Tull.

Pontan. repetit, quorum quosdam congerit noster Pontanus ad illud Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 3. ad vxorem,

Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos
Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.

Hæc pauca illustrant affectum Parentum Tobiæ: quorum vir luce, fœmina filio carens sic deflebant, ille cap. 5. v. 12. *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video.* Hæc cap. 10. v. 4. *Heu heu me fili mi: vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum.* Patet etiam ex dictis cur viri magni Patriæ suæ lumina & soles appellentur, de quo Interpretes ad illud Maronis lib. 2. Æn. vbi ad Hectorem. [Tob. 5. v. 12. Et 10. v. 4. Virgil.]

O lux Dardania, ô spes fidissima Teucrum.

Sic in sacris Apocal. 20. v. 23. cœlestis patria sole non egere dicitur, quia *lucerna eius est agnus.* Sic Christus ipse & Apostoli, lux mundi appellantur. Iam verò quod Ethnici Tartaream miseriam exaggeraturi, lucis & solis carentiam deplorarent, de quo vide Interpretes ad Virg. lib. 6. qui dixit. [Apocal. 20. v. 23. Virgil.]

Et tristes sine sole domos, regna inuisa vinus.

Et quæ alij ad illud Claud. 2. de rap. vbi puella desponsanda Plutoni, sic questa fingitur. [Claudian.]

O fortunatas alias quascumque tulere
Raptores, saltem communi sole fruuntur.
Sed mihi virginitas pariter, cœlúmque negatur,
Eripitur cum sole pudor, terrisque relictis
Infœlix stygio ducor captiua Tyranno.

Hoc inquam deductum videtur, à verbis sancti Iob, cap. 10. v. 21. *Antequam vadam & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine; terram miseriæ & tenebrarum.* [Iob 10. v. 21.]

11. Casaubonus ad Athen. lib. 13. cap. 5. quendam refert, *habentem tabellam in manibus, & thecam atramentariam appensam de Zona.* Ego in Latino codice, (Græco dum hæc scribo, careo,) Athenæi hæc verba non inuenio. Aliquid tamen simile reperio cap. 16. vbi Athenæus hæc ex Machone, prout vertit Nat. Com. [Casaub. Athen.]

Corimbiam dixere quondam laudem,
Euripidem vidisse in horto quodam: & huic
Pendere tabellas, atque pugillaria.

Sed quidquid sit de Athenæo, Casaubonus ibi occasione huius loci, adducit illum alium sacrum Ezech. 9. v. 2. *Vir quoque vnus in medio eorum, vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius.* Commendátque Symmachum qui pro atramentario, vertit, πινακίδιον, i. *tabellam scriptoriam.* mirum foret si homo hæreticus, non plus aliis, quam vulgatæ nostræ tribuát versioni. Sed sibi habeat Symmachus suam minus aptam interpretationem, suúmque ineptissimum laudatorem: certè vir iste siue Angelus, vt ex toto capitis contextu apertè constat, non tam sibi scripturus, quam aliorum frontes signo. Tau, (id est, Crucis, quidquid blasphement hæretici,) inscripturus vocabatur: vnde non tam tabella vel pugillari, quam atramentario indigebat sic Hebræa הספר קסת de quibus contendimus, Aquila vertit μελανοδοχεῖον, *atramentarium.* Origenes etiam, qui Symmacho consentit, reiiciendus. At LXX. qui vertunt, *Zonam sapphirinam super lumbum eius.* Videntur significasse cingulum, vnde atramentarium pendebat. Non displicet tamen Rabbinus quidam apud Hieron. qui Hebræa vertit *calamarium.* Fortè enim voce illa & calamorum theca, & ipsum simul vas atramenti denotatur, nos dicimus, vt benè notauit Sanctius noster, *escriuanias* quo vtrumque significamus. [Ezech. 9. v. 2. Symmach. Aquila. LXX. Interp. Rabbin. Sanch.]

Porrò inter tot alia genera scribendi, quibus veteres vtebantur, etiã atramẽto vsos, nemo nescit. Æuo autem Ezechielis, iam agnitum, atramentum, satis constat ex Ieremia antiquiori, ibi enim cap. 36. v. 18. ita. *Et ego scribebam in volumine atramento.* Imo penè à diluuio atramenti vsum increbuisse, iam alij pleno volumine ostenderunt, quos inter meus Hermanus Hugo, libro de Origine scribendi. Illud difficilius quæri potest, an Prophetæ prædicti *calamo*; an sicut nos *penna* vterentur? Ad calamos recurrendum videtur ex versione prædicti Rabbini: sic & Persius Sat. 2. de pueris delicatis. [Ierem 36. v. 18. Herman. Hugo. Pers.]

Iam liber, & bicolor positis membrana capillis
Inque manus charta, nodosáque venit arundo.
Tum queritur iratus calamo, quod pendeat humor,
Nigra quod infusâ vanescat sepia lymphâ,
Dilutas queritur geminet quod fistula guttas.

Audis nodosam arundinem, calamum fistulam: sic Ausonius epig. 1. ad Grat. & alij frequenter. Nihilominus non obstant, quo minus hoc propheticum calamarium de pennarum theca possimus explicare: Sæpissime enim (vt supra cap. 34. num. 1. fusè probo) prisca vocabula & vsitatoria, recentioribus aliis diuersis instrumentis adhibemus: & ne longus abeam, hodie etiam scriptoriam nostram pennam, adhuc veteri vocabulo calami & styli, appellamus: sic & olim *calamarium*, pro *pennario* si fas dicere, siue theca pennarum dici potuit. Vsos verò etiam veteres penna, probat citatus Hermanus Hugo cap 9. ex illo loco Iuuen. [Auson. Herman. Hugo. Iuuen.]

Tanquam de Cattis aliquid, toruisque Sicambris
Dicturus, tanquam diuersis partibus orbis,
Anxia, præcipiti venisset epistola penna.

Frustra enim recurrunt Interpretes, ad nuntios Pterophoros, qui erectas pinnulas dicuntur attulisse: cum facilius verba explicentur, de anxietate scribentis manu celeri, volante penna, notitiam gestorum, per litteras daturi. Adde pulchrum locum Statij lib. 5. Sil. 1. quem olim adolescens, sic interpretabar, vbi de Abscantij munere multiplici subdit, post multa. [Statius.]

Omnia non latas pila attollentia, frondes,
Multáque fumosa signatur lancea, pennâ.

Id est: Omnes nanque victoriæ Cæsaris, pilis, ac lanceis laureatis insignes, vnius Abscantij scribis Præfecti, fumosa penna notantur, & in accepti, expensique libros referuntur. dicitur autem *fumosa* penna, ni fallor, quasi fumo exposita, & temperata: sic enim apud nos hodie fieri consueuit: vt pennæ duriores & aptiores fumo reddantur. Hæc ego ad Statium olim notaram: cum deinde Cruceus prodiit, qui ibi ita. *Pennam expono instrumentum inscriptionis. quem fumosum Statius appellat, id est nigram, & atramento aut vetustate infuscatam. Sic fumosos Equitum magistros apud Iuuen. recte exposuerit imagines quæ vetustate fumeam quandam nigredinem contraxerunt.* Sed dummodo maneat hic rata penna, de fumo nihil contenderim: ad rem fit ex dictis probabile, non temerè posse Prophetis pennam assignari. Capit ni fallor ex dictis lucem Dauid Ps. 44. v. 2. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Fatetur Lorinus ibi, calamum, pro quouis instrumento scribendi, sicut & postea pro *penna* sumi posse, quod ego supra innui: & plura idem Lorinus in Ioan. epist. 3. v. 13. Noto tamen, in loco Psalm. Hebræam voculam esse עט, quam licèt aliqui deducant à radice עטה, alij tamen vt fatetur Sanct. Pagn. & fortè probabilius, ducunt à עיט, quod si probes, probabilissimum credo, ipsissimam nostram pennam [Cruceus. Psalm. 44. v. 2. Lorin. Sanct. Pagn.]

deuntem prima vidit, quia vnicè sperabat, corpore & desiderio defixa.

Ouid. *Aspicis immensum, meles natina, profundum:*
Meus fuit æquoris illa resistit aquis:
Hinc ego vela tua, prospexi prima, carinæ.

Verto adhuc, in tui gratiam Lector, amœnissima
Oppian. carmina Oppiani lib.4 quæ ille Græco genio, rei futili, (Sargorum scilier desideriis, Capras prosequentium,) accommodauit: quæ Latino metro reddita, sic habent.

Dilectum sic mæsta solet dimittere Mater
Natum in longinquas oras: Noua nupta maritum
Sic lachrymis mittit fusis, peregrina petentem
Littora: depressos animos dolor occupat ingens:
Protinus immensi subeunt pericla profundi,
Et longas, mora longa trahit, sub pectore, caras.
Inde maris, sæpè ac iterum, diffusa frequentant
Littora sollicita, largus de lumine fletus
Emanat: petit astra sonus, clamore fatigant
Vota Deos reduces; nec mœstis, inde mouerè
Posse datur: totis oculis rapiantur ad vndas.

Iam verò ad mysticos sensus, quos Prodigi parabola intendit, quam apta veniat prædicta explicatio: quámque inde cupientis Dei pœnitentiam & reditum nostrum, affectus comendentur, si tropologus nunc scriberem, fusè probarem: sed non eo tendit calamus: alibi ad hanc rem dedit non pauca, plura iterum, cum res postulet, daturus.

5. Hinc illud Psalmi 36. v. 31. Vbi iustus com-
Psalm.36. v.31. mendatur, quia, *Lex Dei eius in corde ipsius*, de quo Isaias: *Audite me, qui scitis iustum, populus*
Isaias 51. v.7. *meus, lex mea in corde eorum.* cap.51.v.7. in quam mentem sæpè legitur, è tabulis lapideis, in cordis tabulas legem transferendam: non ita capias, quasi solummodo velit, indita à Deo præcepta sic suauiter à iustis impleri, & amari: vt illa in corde gerere, eisdémque esse cordi appareat: sed ita insuper, vt videatur inculcari illud Apostoli
Rom. 2. v.14. Rom. 2. à v. 14. *Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: eiusmodi legem habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptam in cordibus suis.* Nisi quod Apostolus hîc arctius potest explicari de quibusdam: & Prophetæ fusius omnes comprehendant, qui non tam legum stabilimento, quam ipsâ morum
Aristot. decentiâ dirigantur. Est hoc illud Aristotelis 4. Ethic. cap.8. *Politus & liberalis homo, ita animo affectus erit, vt sibi lex esse velit:* quod longè diuinius ipse Paulus dixit: *Lex iusto non est posita.*
1.Tim.1. v.9. Iustin. Salust. Virg. Cruceus. Seruius. 1.Timoth.1.v.9. huc faciunt ex profanis, ipso naturæ ductu instinctis, Iustinus, Salustius, Virgilius, quos dedit Cruceus ad illa carmina Statij lib. 4. Sil.5. quæ aptè sic corrigit.

Pax secura locis, & desidiosa vita,
Et nunquam turbata quies, somnique peracti,
Nulla foro rabies, aut strictæ iurgia legis:
Mores, iura viris: solum sine fascibus æquum.

Vbiuis huius sacræ, & profanæ politiæ multa le-
Philo Iud. ges: do tantum pulcherrima verba Philonis Iud. lib. de Abrahamo. *Nunc quoniam ordo postulat, vt leges scrutemur: dilatis ad tempus particularibus earum ceu imaginibus: generaliores, & quasi exemplares primum disquiremus. Hæ sunt viri, qui rectè, ac sine culpa vixerunt: quorum virtutes publicatæ sunt in sacrarum litterarum tabulis, acatantum ad laudem illorum, verum etiam ad lectores in æmulationem prouocandos. fuerunt enim illi, animatæ rationalesque leges, duabus de caussis venerabiles: alterâ, quoniam ostendunt, quod præcepta legis, à naturâ non discrepant? alterâ, quod hinc liquet non esse opus magno labore, ad corrigendam vitam, iuxta legum regulam: quando illi prisci, ante leges singillatim proditas, non scripto iure vsi, pari facilitate atque fœlicitate vixerunt: vt meritò quis possit dicere, leges scriptas, nihil aliud esse, quam vitarum Patrum commentarios, in quibus eorum vita, factáque narrantur.*

Christus Dominus ita apud Matth. cap.7. à v.13. 6.
Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spa- Matth.7. v.13.
tiosa via est, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt, qui intrant per eam quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt eam. Vbiuis piissimus Saluator diuinas suas parabolas, & similitudines, auditorium ingeniis attemperauit: nullibi tamen fortasse apertius, quam in vtraque hac via designanda: Sic enim ferè omnes illius æui homines loquebantur: huc collimabat, littera illa Pythagoræ discrimine secta bicorni; huc duplex illa via Herculi exhibita, quarum altera decliuis & florida, ad vitium: altera senticosa & ardua ad virtutem ducebat: quas Hesiodus vbiuis versibus celebrauit. Hinc Tragi- Senec. Tragic.
cus Seneca in Fur. dixit: *Non est ad astra, mollis è terris via.* Et alter Philosophus epist. 51. tribuit Et Philos.
virtutibus, *in eiusm eundi arduum.* Ouid. 4. Trist. Ouid.
eleg. 3. arduæ gloriæ assignat *iter præceps.* & ferè idem repetit lib.2. de Ponto, eleg. 2. Sil Ital de do- Sil.Ital.
mo virtutis lib.15. ait. *Celso stans colle penates.* quis finis, cum omnes prisci ita? Statius lib 4. Sil.7. Stat.
illud etiam designauit, paucos iter virtutis aggredi.

Duret in longum generosus infans,
Pérque non multis iter expeditum,
Crescat in mores patrios, Auúmque
Prouocet actus.

Credo ita factum, vt cum postea Gentibus Euangelium prædicaretur, Christianæ virtutis viam arduam non possent incusare, quam ipsimet semper arduam testati fuerant: Suauiúsque admitterent doctrinam veræ gloriæ destinantem, eiusdem penè verbis traditam, eadémque metaphorâ obuelatam: quibus doctrinam, vanitati inducentem, amplectebantur.

Obscura sunt, vt ferè alia eiusdem sacri volu- 7.
minis, illa Ioannis, de Angelo illo forti, siue Christo: *Et posuit pedem suum dextrum super mare: sinistrum autem super terram.* Apoc. 10. v. 2. Apocal.10. v.2.
multa hîc Interpretes ad litteram, plura ad mysterium Patres: quæ videris apud illos. Fortè fallor, puto tamen significari curam illam & sollicitudinem, qua Christus, vtrique tunc populo Iudæo & gentili, (quos nonnulli Patres, in Mari terráque repræsentatos volunt,) in vnam fidem iungendo assistebat: aut qua iustis, peccatoribúsque, illos iustificans, istos vocans attendit: Sic omnibus licèt inter se longinquis, ad remedium, & rerum notitiam præsens, & curâ & affectu; quasi corpore vtrobique præsens esset. Certè sic solemus loqui de aliquo, qui omnia diligenter curat, cuiúsque notitiam fugit nihil: *vbique esse videtur.* Imò eadem penè phrasi, & formulâ loquendi, qua Ioannes mysterium sacrum; Aristophanes in equitib. simile aliquid significa- Aristoph.
uit: Ἀλλ' οὐχ οἷόν τε τὸν Παφλαγόνα οὐδὲν λαθεῖν· ἐφορᾷ γὰρ αὐτὸς πάντα· ἔχει γὰρ τὸ σκέλος, τὸ μὲν ἐν Πύλῳ, τὸ δ' ἕτερον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. *Non potest fieri, vt Paphagonem aliquid lateat, qui videt cuncta: habet enim alterum pedem in Pylo, alterum vero hic in concione.* Similis est illa locutio Prophetæ, vbi de eodem Christo: *Et ponam in mari manum eius, & in flumini*

Psalm. 88. v. 26. *fluminibus dexteram eius.* Psalm. 88. v. 26. intellige sinistram apprehendentem mare, & dextram terræ flumina, vt terræ marisque imperium denotetur: id enim vtriusque manus apprehendentis longissimos terminos apprehensione, declaratur: de quo fusissimè ibi Lorinus. Vt ergo per manus vtrumque distans, apprehendentes, absoluta potestas: sic per pedes vtrobique infixos, potens & amatoria assistentia declaratur. Vbi obiter illustro optimam, sed non nouam loquendi formulam, à Propheta vsurpatam: quippè quæ priscis in vsu: vnde eloquentissimus ille barbarus Scytharum legatus, apud Q. Curtium, ita ad Alexandrum Magnum, Q. Curt. *Si Dij habitum corporis tui, auiditati animi parem esse voluissent, orbis te non caperet: altera manu Occidentem, altera Orientem contingeres: & assecutus scire velles, vbi tanti numinis fulgor conderetur.* Id ergo Christus, non tam habitu corporis, quam maiestatis Imperio assecutus canitur à Prophetâ. Neque desunt, qui non tam mare & & terras, quam diuersas appetentis, oppetentisque solis plagas à Christo imperatas, à Dauide significatas, hic accipiunt. Vide Lorinum, vtcunque sit, formula illa ex dictis optimè declaratur.

8. De Iacob amplexante insperatum suum Iosephum, ita sacer scriptor: Genes. 46. v. 29. *Videásque eum irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit.* Ergo & præ gaudio prosiliunt lachrymæ. Sic Tobiæ 11. v. 11. Tobiæ 11. v. 91. *Et suscipiens osculatus est eum, cum vxore suâ: & cœperunt ambo flere, præ gaudio.* Caussam aperit Philo Iud. lib. de transmigrat. Abrah. Philo Iud. *Cum enim incidit in Animam, ob insperatam aliquam fœlicitatem ingens lætitia: nouâ quadam mole anget eam, vt vix capiatur à corpore: ex qua compressione manat liquor ille, nominatus lachryma* innumeros congerit Cerda ad illud Virgil. Æneid. 1. Cerda. Virgil. *constitit & lacrymans.* de obortis Æneæ lachrymis ob gaudium. Nec paucos Morellus ad illud Statij lib. 5. Sil. 2. Morell. Statius. *Quanto manarent gaudia fletu.* Dono tantum Latinitate, quos ille ibi Græcos dedit. Homerus: Homer. *Lachrymor in risu.* Sophocles. Sophocl. *Statim præ gaudio, impleo oculos lachrymis.* Ioannes Geometra. Ioann. Geom. *Lachrymas, mœstitia, aut lætitia, aut amor, mouerunt: aut sperato malo, aut sperato bono.* Inde apud Græcos compositum illud verbum δακρυγελᾶν. Dubitari ergo potest an illud Apocal. 7. v. 17. Apocal. 7. v. 17. *Et deducet eos ad vita fontes aquarum: & abstergat Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* De mœroris, an de gaudij lachrymis sit capiendum? quorsum enim præ mœstitiâ fleant iusti, postquam iam ad consolationis vitales fontes, deducti prædicantur? nisi fortè figuram ὕστερον πρότερον hic agnoscas, & prius abstersas lachrymas, quam comparatos fontes dixeris, quamuis figuratiuè transponantur: nihil tamen apparet, vnde figuratam constructionem admittere cogamur. At, inquis: non tam gaudij, quam mœroris lachrymæ solent in sacro textu, à Deo abstergendæ dici: Vt eodem lib. cap. 21. v. 4. & Isai. 25. v. 8. Apocal. 21. v. 4. Isa. 25. v. 8. Dulces enim & hilares lachrymæ cur abstergantur? quia hæ lachrymæ ad nouam & insperatam lætitiam solent prouenire: Statim verò eiusdem percepto plenè affectu, (vt nouimus experti,) exsiccantur. Hæc mera litteræ coniectura. Alibi me dixisse memini magis mysticè, has lachrymas tanquam suauissimum poculum à Christo exsuctas: porrexisse aquam vitæ, & lachrymas amoris ebibisse. Sed hæc arguta magis & tenera, quam solida, litteræ non obtrudo: Si cui tamen videatur, posse hunc amoris affectum hic deglutiri: præter Iuuenalem, quem ibi dedi, addat Ouid. 2. de Arte am. Ouid.

Et sicco lachrymas combibat ore tuas.

Et 3. Fast. Idem.

Occupat amplexu, lachrymásque per oscula siccat.

Et quæ ad hæc loca alij adnotarunt.

Salomon de se Sap. 7. v. 3. Sap. 7. v. 3. *Et primam vocem similem omnibus emisi plorans.* Vbi interpretes multa de solemnibus his in ortu lacrymis: & Pineda in Sal. Pr. lib. 1. cap. 12. addo ex Græcis, Floril. lib. 1. vbi de incolis Rheni.

Ἄρτι γὰρ ὠδῖνα μητρὸς ὀλισθήσας διὰ κόλπον, Anthol.
Νηπίαχος, πρῶτον προχέει δάκρυ, τὸν μὲν ὁ πατὴρ
Αὐτὸς ἐπ' ἀσπίδι θῆκε, &c.
Simul ac matris labens per sinum
Infans primus fundit lacrymas, hunc tollens quidem
Ipse, in scuto ponit, &c.

Ibidem iterum.

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω, Ibidem.
Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.
Lachrymans natus sum, & lachrymans morior.
Lachrymis in multis totam vitam duxi.

Plura dixi alibi ad hunc locum.

Minutius Fœlix inter Ecclesiasticos Patres pius, Min. Fœl. & acutissimi styli scriptor, irridens Iouis fabulam, qui defunctum filium dicitur deplorasse, sic subdit. *Sarpedonem filium, quoniam morti non poterat eripere cruentis imbribus fleuit.* Non est, (quod cuidam subiit,) quasi fingatur Iupiter, tunc temporis in prodigiosi doloris argumentum, pluuiam, (quod sæpè aliàs legitur euenisse,) sanguinis misisse: Sed planius, quia fingebant veras sanguinis lachrymas fleuisse. Homerus Iliad. 16. Homer. αἱματοέσσας ψιάδας, *sanguineas guttas* fleuisse ait. Non tamen negabo fortassè fecisse fabulæ occasionem. Quod tempore occisi Sarpedonis, rubeus imber casu caderet: quem veteres superstitiosè interpretantes, (cum pluuias Ioui tribuerent, & aliunde vt nosti; omnes Heroas illustriores, Iouis filios appellarent,) pluuiam ipsam, sanguineas Iouis lachrymas esse testarentur. Aduerto etiam hæc verba, quæ Minutio fœlici tribuuntur: non facilè apud illum, inueniri à me potuisse: vnde suspicabar, an ob consimile argumentum, nec stylum omnino dissimilem: Vir doctus Minutium cum Arnobio, μνημονικὸν ἁμάρτημα confunderet: certè apud Arnobium lib. 8. contra gentes, paulo post medium ita lego, vbi de Homero. Arnob. *Ioaem narrat Briareo liberatum, ne à Diis cateris ligaretur: & Sarpedonem filium quoniam morti non poterat eripere, cruentis imbribus fleuisse.*

9. Tam Gentibus, quam Hebræis in more positum fuit, vt morientibus, chariores quæ fortè adessent necessitudines, oculos clauderent. Vide sacros Interpretes ad illud Genes. 46. v. 4. Genes. 46. v. 4. vbi Deus ad Iacob: *Ioseph quoque ponet manus, super oculos tuos.* Et de Tobia erga soceros dicitur: *Et ipse clausit oculos eorum,* cap. 14. v. 15. Tobiæ 14. v. 15. Ex profanis, lege Guichard. lib. 1. de Fun. cap. 11. Guichard. vbi ex Græcis multa. Nec pauciora Delr. ad illud Senecæ in Troi. Delr. Senec.

Cum coniux oculis imposuit manus.

Et quæ Passerat ad Propert. lib. 4. eleg. vlt. Passerat. Propert.

Condita sunt vestro, lumina nostra sinu.

Et Interpres Statij lib. 6. Sil. 1. Vbi Statius.

——— *Et charâ pressit sua lumina dextrâ.*

Illud singulare erat, apud Romanos, quod in rogo iamiam cremandis cadaueribus, iterum oculos aperiebant: & huic ceremoniæ Mercurium præesse existimabant. Sic Scholiastes explicant illud Virgil. lib. 4. Æn. de virga Merc. Virgil.

Dat

deuntem prima vidit, quia vnicè sperabat, corpore
& desiderio defixa.

Ouid. *Aspicit immensum, moles natiua, profundum:*
Mons fuit æquoreis illa resistit aquis:
Hinc ego vela tua, prospexi prima, carina.

Verto adhuc, in tui gratiam Lector, amœnissima
Oppian. carmina Oppiani lib. 4 quæ ille Græco genio, rei
futili, (Sargorum scilicet desideriis, Capras prose-
quentium,) accommodauit: quæ Latino metro
reddita, sic habent.

Dilectum sic mœsta solet dimittere Mater
Natum in longinquas oras: Noua nupta maritum
Sic lachrymis mittit fusis, peregrina petentem
Littora: depressos animos dolor occupat ingens:
Protinus immensi subeunt pericla profundi,
Et longas, mora longa trahit, sub pectore, curas.
Inde maris, sæpè ac iterum, diffusa frequentant
Littora sollicita, largus de lumine fletus
Emanat: petit astra sonus, clamore fatigant
Vota Deos reduces; nec mœstis, inde moueri
Posse datur: totis oculis rapiuntur ad vndas.

Iam verò ad mysticos sensus, quos Prodigi para-
bola intendit, quam apta veniat prædicta expli-
catio: quamque inde cupientis Dei pœnitentiam
& reditum nostrum, affectus comendentur, si
tropologus nunc scriberem, fusè probarem:
sed non eo tendit calamus: alibi ad hanc rem
dedit non pauca, plura iterum, cum res postulet,
daturus.

5. Hinc illud Psalmi 36. v. 31. Vbi iustus com-
Psalm. 36. v. 31. mendatur, quia, *Lex Dei eius in corde ipsius*, de
quo Isaias: *Audite me, qui scitis iustum, populus*
Isaias 51. v. 7. *meus, lex mea in corde eorum.* cap. 51. v. 7. in quam
mentem sæpe legitur, è tabulis lapideis, in cordis
tabulas legem transferendam: non ita capias,
quasi solummodo velit, indita à Deo præcepta
sic suaoiter à iustis impleri, & amari: vt illa in
corde gerere, eisdémque esse cordi appareat: sed
ita insuper, vt videatur inculcari illud Apostoli
Rom. 2. v. 14. Rom. 2. à v. 14. *Cum enim gentes, quæ legem non
habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: eius-
modi legem habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt
opus legis scriptum in cordibus suis.* Nisi quod Apo-
stolus hic arctius potest explicari de quibusdam:
& Prophetæ fusius omnes comprehendant, qui
non tam legum stabilimento, quam ipsâ morum
Aristot. decentiâ dirigantur. Est hoc illud Aristotelis
4. Ethic. cap. 8. *Politus & liberalis homo, ita animo
affectus erit, vt sibi lex esse velit:* quod longè diui-
nius ipse Paulus dixit: *Lex iusto non est posita.*
1. Tim. 1. v. 9. 1. Timoth. 1. v. 9. huc faciunt ex profanis, ipso na-
Iustin. turæ ductu instinctis, Iustinus, Salustius, Virgilius,
Salust. quos dedit Cruceus ad illa carmina Statij lib. 4.
Virg. Sil. 5. quæ aptè sic corrigit.
Cruceus. *Pax secura locis, & desidie otia vita,*
Statius. *Et nunquam turbata quies, somnique peracti,*
Nulla foro rabies, aut stricta iurgia legis:
Mores, iura viris: solum sine fascibus æquum.

Vbiuis huius sacræ, & profanæ politiæ multa le-
Philo Iud. ges: do tantum pulcherrima verba Philonis Iud.
lib. de Abrahamo. *Nunc quoniam ordo postulat, vt
leges scrutemur: dilatis ad tempus particularibus ea-
rum ceu imaginibus: generaliores, & quasi exemplares
primum disquiremus. Hæ sunt viri, qui rectè, ac sine
culpa vixerunt: quorum virtutes publicata sunt in
sacrarum litterarum tabulis, non tantum ad laudem
illorum, verum etiam ad lectores in æmulationem pro-
uocandos. fuerunt enim illi, animatæ rationalésque le-
ges, duabus de caussis venerabiles: alterâ, quoniam
ostendunt, quod præcepta legis, à naturâ non discre-
pant? alterâ, quod hinc liquet non esse opus magno
labore, ad corrigendam vitam, iuxta legum regulam:
quando illi prisci, ante leges singillatim proditas, non
scripto iure vsi, pari facilitate atque fœlicitate vixe-
runt: vt meritò quis possit dicere, leges scriptas, nihil
aliud esse, quam vitarum Patrum commentarios, in
quibus eorum vita, factáque narrantur.*

Christus Dominus ita apud Matth. cap. 7. à v. 13. 6.
Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spa- Matth. 7. v. 13.
*tiosa via est, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt,
qui intrant per eam quam angusta porta, & arcta via
est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt
eam.* Vbiuis piissimus Saluator diuinas suas para-
bolas, & similitudines, auditorium ingeniis at-
temperauit: nullibi tamen fortasse apertius, quam
in vtraque hac via designanda: Sic enim ferè
omnes illius æui homines loquebantur: huc col-
limabat, littera illa Pythagoræ discrimine secta
bicorni; huc duplex illa via Herculi exhibita,
quarum altera decliuis & florida, ad vitium: al-
tera senticosa & ardua ad virtutem ducebat: quas
Hesiodus vbiuis versibus celebrauit. Hinc Tragi- Senec. Tragic.
cus Seneca in Fur. dixit: *Non est ad astra, mollis
è terris via.* Et alter Philosophus epist. 51. tribuit Et Philos.
virtutibus, *in eiusm eundi arduum.* Ouid. 4 Trist. Ouid.
eleg. 3. arduæ gloriæ assignat *iter præceps.* & ferè
idem reperit lib. 2. de Ponto, eleg. 2. Sil Ital de do- Sil. Ital.
mo virtutis lib 15. ait. *Celso stant colle penates.* quis
finis, cum omnes prisci ita? Statius lib 4. Sil. 7. Stat.
illud etiam designauit, paucos iter virtutis ag-
gredi.

Duret in longum generosus infans,
Pérque non multis iter expeditum,
Crescat in mores patrios, Auúmque
Prouocet actis.

Credo ita factum, vt cum postea Gentibus Euan-
gelium prædicaretur, Christianæ virtutis viam
arduam non possent incusare, quam ipsimet sem-
per arduam testati fuerant: Suauiúsque admitte-
rent doctrinam veræ gloriæ destinantem, eiusdem
penè verbis traditam, eadémque metaphorâ ob-
uelatam: quibus doctrinam, vanitati inducen-
tem, amplectebantur.

Obscura sunt, vt ferè alia eiusdem sacri volu- 7.
minis, illa Ioannis, de Angelo illo forti, siue
Christo: *Et posuit pedem suum dextrum super
mare: sinistrum autem super terram.* Apoc. 10. v. 2. Apocal. 10. v. 2.
multa hîc Interpretes ad litteram, plura ad my-
sterium Patres: quæ videris apud illos. Fortè
fallor, puto tamen significari curam illam & sol-
licitudinem, qua Christus, vtrique tunc populo
Iudæo & gentili, (quos nonnulli Patres, in Mari
terráque repræsentatos volunt,) in vnam fidem
iungendo assistebat: aut qua iustis, peccatori-
búsque, illos iustificans, istos vocans attendit:
Sic omnibus licèt inter se longinquis, ad reme-
dium, & rerum notitiam præsens, & curâ & af-
fectu; quasi corpore vtrobique præsens esset.
Certè sic solemus loqui de aliquo, qui omnia di-
ligenter curat, cuiúsque notitiam fugit nihil:
vbique esse videtur. Imò eadem penè phrasi, & for-
mulâ loquendi, qua Ioannes mysterium sacrum;
Aristophanes in equitib. simile aliquid significa- Aristoph.
uit: Ἀλλ' οὐχ οἷόν τε τὸν Παφλαγόν' οὐδὲν λαθεῖν· ἐφορᾷ
γὰρ αὐτὸς πάντα· ἔχει γὰρ τὸ σκέλος, τὸ μὲν ἐν Πύλῳ,
τὸ δ' ἕτερον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. *Non potest fieri, vt
Paphlagonem aliquid lateat, qui videt cuncta: habet
enim alterum pedem in Pylo, alterum vero hic in con-
cione.* Similis est illa locutio Prophetæ, vbi de
eodem Christo: *Et ponam in mari manum eius, & in*

flumini

Psalm. 88. v. 26. *fluminibus dexteram eius.* Psalm. 88. v. 26. intellige sinistram apprehendentem mare, & dextram terræ flumina, vt terræ marísque imperium denotetur: id enim vtriusque manus apprehendentis longissimos terminos apprehensione, declaratur: de quo fusissimè ibi Lorinus. Vt ergo per manus vtrumque distans, apprehendentes, absoluta potestas: sic per pedes vtrobique infixos, potens & amatoria assistentia declaratur. Vbi obiter illustro optimam, sed non nouam loquendi formulam, à Propheta vsurpatam: quippè quæ priscis in vsu: vnde eloquentissimus ille barbarus Scytharum

Q. Curt. legatus, apud Q. Curtium, ita ad Alexandrum Magnum. *Si Dij habitum corporis tui, auiditati animi parem esse voluissent, orbis te non caperet: altera manu Occidentem, altera Orientem contingeres: & assecutus scire velles, vbi tanti numinis fulgor conderetur.* Id ergo Christus, non tam habitu corporis, quam maiestatis Imperio assecutus canitur à Propheta. Neque desunt, qui non tam mare & & terras, quam diuersas appetentis, oppetentisque solis plagas à Christo imperatas, à Dauide significatas, hic accipiunt. Vide Lorinum, vtcunque sit, formula illa ex dictis optimè declaratur.

8. Genes. 46. v. 29. De Iacob amplexante insperatum suum Iosephum, ita sacer scriptor: Genes. 46. v. 29. *Vidénsque eum irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit.* Ergo & præ gaudio prosiliunt lachrymæ.

Tobiæ 11. v. 11. Sic Tobiæ 11. v. 11. *Et suscipiens osculatus est eum, cum vxore sua: & cœperunt ambo flere, præ gaudio.*

Philo Iud. Caussam aperit Philo Iud. lib. de transmigrat. Abrah. *Cum enim incidit in Animam, ob insperatam aliquam fœlicitatem ingens lætitia: nouâ quadam mole auget eam, vt vix capiatur à corpore: ex qua compressione manat liquor ille, nominatus lachryma* innumeros congerit

Cerda. Virgil. Cerda ad illud Virgil. Æneid. 1. *constitit & lacrymans.* de obortis Æneæ lachrymis ob gaudium.

Morell. Statius. Nec paucos Morellus ad illud Starij lib. 5. Sil. 2. *Quanto manarent gaudia fletu.* Dono tantum Latinitate, quos ille ibi Græcos dedit.

Homer. Sophocl. Ioann. Geom. Homerus: *Lachrymor in risu.* Sophocles. *Statim præ gaudio, impleo oculos lachrymis.* Ioannes Geometra. *Lachrymas, mœstitia, aut lætitia, aut amor, mouerunt: aut sperato malo, aut sperato bono.* Inde apud Græcos compositum illud verbum δακρυγελᾶν.

Apocal. 7. v. 17. Dubitari ergo potest an illud Apocal. 7. v. 17. *Et deducet eos ad vitæ fontes aquarum: & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* De mœroris, an de gaudij lachrymis sit capiendum? quorsum enim præ mœstitiâ fleant iusti, postquam iam ad consolationis vitales fontes, deducti prædicantur? nisi fortè figuram ὕστερον πρότερον hic agnoscas, & prius abstersas lachrymas, quam comparatos fontes dixeris, quamuis figuratiuè transponantur: nihil tamen apparet, vnde figuratam constructionem admittere cogamur. At, inquis: non tam gaudij, quam mœroris lachrymæ solent in sacro textu, à Deo abstergendæ dici:

Apocal. 21. v. 4. Isa. 25. v. 8. Vt eodem lib. cap. 21. v. 4. & Isai. 25. v. 8. Dulces enim & hilares lachrymæ cur abstergantur? quia hæ lachrymæ ad nouam & insperatam lætitiam solent prouenire: Statim verò eiusdem percepto plenè affectu, (vt nouimus experti,) exsiccantur. Hæc mera litteræ coniectura. Alibi me dixisse memini magis mysticè, has lachrymas tanquam suauissimum poculum à Christo exsuctas: porrexisse aquam vitæ, & lachrymas amoris ebibisse. Sed hæc arguta magis & tenera, quam solida, litteræ non obtrudo: Si cui tamen videatur, posse hunc amoris affectum hîc deglutiri: præter Iuuenalem, quem ibi dedi, addat Ouid 2. de Arte am. Ouid.

Et sicco lachrymas combibat ore tuas.

Et 3. Fast. Idem.

Occupat amplexu, lachrymásque per oscula siccat.

Et quæ ad hæc loca alij adnotarunt.

Salomon de se Sap. 7. v. 3. *Et primam vocem similem omnibus emisi plorans.* Vbi interpretes multa de solemnibus his in ortu lacrymis: & Pineda in Sal. Pr. lib. 1. cap. 12. addo ex Græcis, Floril. lib. 1. vbi de incolis Rheni. Sap. 7. v. 3.

Αἶψα γὰρ ὠδῖνα μητρὸς ὀλισθήσας διὰ κόλπων, Anthol

Νηπίαχος, πρῶτον στεχίει δάκρυ, τὸν μὲν ἀείρας

Αὐτὸς ἐπ᾽ ἀσπίδι θῆκε, &c.

Simul ac matris labens per sinum

Infans primas fundit lacrymas, hunc tollens quidem

Ipse, in scuto ponit, &c.

Ibidem iterum.

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω, Ibidem.

Δάκρυσι δ᾽ ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.

Lacrymans natus sum, & lachrymans morior.

Lachrymis in multis totam vitam duxi.

Plura dixi alibi ad hunc locum.

Min Fœl. Minutius Fœlix inter Ecclesiasticos Patres pius, & acutissimi styli scriptor, irridens Iouis fabulam, qui defunctum filium dicitur deplorasse, sic subdit. *Sarpedonem filium, quoniam morti non poterat eripere cruentis imbribus fleuit.* Non est, (quod cuidam subiit,) quasi fingatur Iupiter, tunc temporis in prodigiosi doloris argumentum, pluuiam, (quod sæpe aliàs legitur euenisse,) sanguinis misisse: Sed planius, quia fingebant veras sanguinis lachrymas fleuisse. Homerus Iliad. 16. αἱματοέσσας ψιάδας, *sanguineas guttas* fleuisse ait. Homer. Non tamen negabo fortasse fecisse fabulæ occasionem. Quod tempore occisi Sarpedonis, rubeus imber casu caderet: quem veteres superstitiosè interpretantes, (cum pluuias Ioui tribuerent, & aliunde vt nosti; omnes Heroas illustriores, Iouis filios appellarent,) pluuiam ipsam, sanguineas Iouis lachrymas esse testarentur. Aduerto etiam hæc verba, quæ Minutio fœlici tribuuntur: non facilè apud illum, inueniri à me potuisse: vnde suspicabar, an ob consimile argumentum, nec stylum omnino dissimilem: Vir doctus Minutium cum Arnobio, μνημονικῷ ἁμαρτήματι confunderet: certè apud Arnobium lib 8. contra gentes, paulo post medium ita lego, vbi de Homero. Arnob. *Iouem narrat Briareo liberatum, ne à Diis cæteris ligaretur: & Sarpedonem filium quoniam morti non poterat eripere, cruentis imbribus fleuisse.*

Tam Gentibus, quam Hebræis in more positum fuit, vt morientibus, chariores quæ fortè adessent necessitudines, oculos clauderent. 9. Vide sacros Interpretes ad illud Genes. 46. v. 4. vbi Deus ad Iacob: *Ioseph quoque ponet manus, super oculos tuos.* Genes. 46. v. 4. Et de Tobia erga soceros dicitur: *Et ipse clausit oculos eorum,* cap. 14. v. 15. Tobiæ 14. v. 15. Ex profanis, lege Guichard. lib. 2. de Fun. cap. 11. vbi ex Græcis multa. Guichard. Nec pauciora Delr. ad illud Senecæ in Troi. Delr. Senec.

Cum coniux oculis imposuit manus.

Et quæ Passerat ad Propert. lib. 4. eleg. vlt. Passerat. Propert.

Condita sunt vestro, lumina nostra sinu.

Et Interpres Statij lib. 6. Sil. 1. Vbi Statius.

——— *Et charâ pressit sua lumina dextrâ.*

Illud singulare erat, apud Romanos, quod in rogo iamiam cremandis cadaueribus, iterum oculos aperiebant: & huic ceremoniæ Mercurium præesse existimabant. Sic Scholiastes explicant illud Virgil. lib. 4. Æn. de virga Merc. Virgil.

deuntem prima vidit, quia vnicè sperabat, corpore & desiderio defixa.

Ouid.
Aspicit immensum, moles natiua, profundum:
Mens fuit aquoreis illa resistit aquis:
Hinc ego vela tua, prospexi prima, carina.

Verto adhuc, in tui gratiam Lector, amœnissima carmina Oppiani lib. 4 quæ ille Græco genio, rei
Oppian.
furili, (Sargorum scilicet desideriis, Capras prosequentium,) accommodauit: quæ Latino metro reddita, sic habent.

Dilectum sic mœsta solet dimittere Mater
Natum in longinquas oras: Noua nupta maritum
Sic lachrymis mittit fusis, peregrina petentem
Littera: depressos animos dolor occupat ingens:
Pretians immensi subeunt pericla profundi,
Et longas, mora longa trahit, sub pectore, curas.
Inde maris, sæpè ac iterum, diffusa frequentant
Littora sollicita, largus de lumine fletus
Emanat: petit astra sonus, clamore fatigant
Vota Deos reduces; nec mœstis, inde moueri
Posse datur: totis oculis rapiuntur ad vndas.

Iam verò ad mysticos sensus, quos Prodigi parabola intendit, quam apta veniat prædicta explicatio: quámque inde cupientis Dei pœnitentiam & reditum nostrum, affectus comendentur, si tropologus nunc scriberem, fusè probarem: sed non eo tendit calamus: alibi ad hanc rem dedit non pauca, plura iterum, cum res postulet, daturus.

5. Hinc illud Psalmi 36. v. 31. Vbi iustus com-
Psalm. 36. v. 31. mendatur, quia, *Lex Dei eius in corde ipsius*, de quo Isaias: *Audite me, qui scitis iustum, populus*
Isaias 51. v. 7. *meus, lex mea in corde eorum.* cap. 51. v. 7. io quam mentem sæpè legitur, è tabulis lapideis, in cordis tabulas legem transferendam: non ita capias, quasi solummodo velit, indita à Deo præcepta sic suauiter à iustis impleri, & amari: vt illa in corde gerere, eisdémque esse cordi appareat: sed ita insuper, vt videatur inculcari illud Apostoli
Rom. 2. v. 14. Rom. 2. à v. 14. *Cum enim gentes, qua legem non habent, naturaliter ea qua legis sunt, faciunt: eiusmodi legem habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Nisi quod Apostolus hic arctius potest explicari de quibusdam: & Prophetæ fusius omnes comprehendant, qui non tam legum stabilimento, quam ipsâ morum
Aristot. decentiâ dirigantur. Est hoc illud Aristotelis 4. Ethic. cap. 8. *Politus & liberalis homo, ita animo affectus erit, vt sibi lex esse velit:* quod longè diuinius ipse Paulus dixit: *Lex iusto non est posita.*
1. Tim. 1. v. 9. 1. Timoth. 1. v. 9. huc faciunt ex profanis, ipso naturæ ductu instructis, Iustinus, Salustius, Virgilius,
Iustin. Salust. Virg. Cruceus. Statius.
quos dedit Cruceus ad illa carmina Statij lib. 4. Sil. 5. quæ aptè sic corrigit.

Pax secura locis, & desidis otia vitæ,
Et nunquam turbata quies, somnique peracti,
Nulla foro rabies, aut stricta iurgia legis:
Mores, iura viris: solum sine fascibus æquum.

Vbiuis huius sacræ, & profanæ politiæ multa le-
Philo Iud. ges: do tantum pulcherrima verba Philonis Iud. lib. de Abrahamo. *Nunc quoniam ordo postulat, vt leges scrutemur: dilatis ad tempus particularibus earum ceu imaginibus: generaliores, & quasi exemplares primum disquiremus. Hæ sunt viri, qui rectè, ac sine culpa vixerunt: quorum virtutes publicata sunt in sacrarum litterarum tabulis, non tantum ad laudem illorum, verum etiam ad lectores in æmulationem prouocandos. fuerunt enim illi, animata rationalésque leges, duabus de caussis venerabiles: alterâ, quoniam ostendunt, quod præcepta legis, a naturâ non discrepant: alterâ, quod hinc liquet non esse opus magno labore, ad corrigendam vitam, iuxta legum regulam: quando illi prisci, ante leges singillatim proditas, non scripto iure vsi, pari facilitate atque fœlicitate vixerunt: vt meritò quis possit dicere, leges scriptas, nihil aliud esse, quam vitarum Patrum commentarios, in quibus eorum vita, factáque narrantur.*

Christus Dominus ita apud Matth. cap. 7. à v. 13. 6.
Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spa- Matth. 7. v. 13.
tiosa via est, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt, qui intrant per eam quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt eam. Vbiuis piissimus Saluator diuinas suas parabolas, & similitudines, auditorium ingeniis attemperauit: nullibi tamen fortassè apertius, quam in vtraque hac via designanda: Sic enim ferè omnes illius æui homines loquebantur: huc collimabat, littera illa Pythagoræ discrimine secta bicorni; huc duplex illa via Herculi exhibita, quarum altera decliuis & florida, ad vitium: altera senticosa & ardua ad virtutem ducebat: quas Hesiodus vbiuis versibus celebrauit. Hinc Tragi- Senec. Tragic.
cus Seneca in Fur. dixit: *Non est ad astra, mollis è terris via.* Et alter Philosophus epist. 51. tribuit Et Philos.
virtutibus, *in tium eundi arduum.* Ouid. 4. Trist. Ouid.
eleg. 3. arduæ gloriæ assignat *iter præceps.* & ferè idem repetit lib. 2. de Ponto, eleg. 2. Sil Ital de do- Sil. Ital.
mo virtutis lib. 15. ait. *Celsô stant colle penates.* quis finis, cum omnes prisci ita? Statius lib 4. Sil. 7. Stat.
illud etiam designauit, paucos iter virtutis aggredi.

Duret in longum generosus infans,
Pérque non multis iter expeditum,
Crescat in mores patrios, Auúmque
Prouectet actis.

Credo ita factum, vt cum postea Gentibus Euangelium prædicaretur, Christianæ virtutis viam arduam non possent iocusare, quam ipsimet semper arduam testati fuerant: Suauiúsque admitterent doctrinam veræ gloriæ destinantem, eiusdem penè verbis traditam, eadémque metaphorâ obuelatam: quibus doctrinam, vanitati inducentem, amplectebantur.

Obscura sunt, vt ferè alia eiusdem sacri volu- 7.
minis, illa Ioannis, de Angelo illo forti, siue Christo: *Et posuit pedem suum dextrum super mare: sinistrum autem super terram.* Apoc. 10. v. 2. Apocal. 10. v. 2.
multa hîc Interpretes ad litteram, plura ad mysterium Patres: quæ videris apud illos. Forrè fallor, puto tamen significari curam illam & sollicitudinem, qua Christus, vtrique tunc populo Iudæo & gentili, (quos nonnulli Patres, in Mari terráque repræsentatos volunt,) in vnam fidem iungendo assistebat: aut qua iustis, peccatoribúsque, illos iustificans, istos vocans attendit: Sic omnibus licèt inter se longinquis, ad remedium, & rerum notitiam præsens, & curâ & affectu; quasi corpore vtrobique præsens esset. Certè sic solemus loqui de aliquo, qui omnia diligenter curat, cuiúsque notitiam fugit nihil: *vbique esse videtur.* Imò eadem penè phrasi, & formulâ loquendi, qua Ioannes mysterium sacrum; Aristophanes in equitib. simile aliquid significa- Aristoph.
uit: Ἀλλ᾽ οὐχ οἷόν τε τὸν Παφλαγόνα οὐδὲν λαθεῖν· ἐφορᾷ γὰρ αὐτὸς πάντα· ἔχει γὰρ τὸ σκέλος, τὸ μὲν ἐν Πύλῳ, τὸ δ᾽ ἕτερον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. *Non potest fieri, vt Paphlagonem aliquid lateat, qui videt cuncta: habet enim alterum pedem in Pylo, alterum vero hic in concione.* Similis est illa locutio Prophetæ, vbi de eodem Christo: *Et ponam in mari manum eius, & in flumini*

Psalm.88. v.26. *fluminibus dexteram eius.* Psalm. 88. v.26. intellige sinistram apprehendentem mare, & dextram terræ flumina, vt terræ marisque imperium denotetur: id enim vtriusque manus apprehendentis longissimos terminos apprehensione, declaratur: de quo fusissimè ibi Lorinus. Vt ergo per manus vtrumque distans, apprehendentes, absoluta potestas: sic per pedes vtrobique infixos, potens & amatoria assistentia declaratur. Vbi obiter illustro optimam, sed non nouam loquendi formulam, à Propheta vsurpatam: quippe quæ priscis in vsu: vnde eloquentissimus ille barbarus Scytharum
Q Curt. legatus, apud Q. Curtium, ita ad Alexandrum Magnum. *Si Dij habitum corporis tui, auiditati animi parem esse voluissent, orbis te non caperet: altera manu Occidentem, altera Orientem contingeres: & assecutus scire velles, vbi tanti numinis fulgor conderetur.* Id ergo Christus, non tam habitu corporis, quam maiestatis Imperio assecutus canitur à Prophetâ. Neque desunt, qui non tam mare & & terras, quam diuersas appetentis, oppetentisque solis plagas à Christo impetratas, à Dauide significatas, hic accipiunt. Vide Lorinum, vtcunque sit, formula illa ex dictis optimè declaratur.

8. De Iacob amplexante insperatum suum Iose-
Genes.46. v.29. phum, ita sacer scriptor: Genes.46. v.29. *Vidensque eum irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit.* Ergo & præ gaudio profiliunt lachrymæ.
Tobiæ 11. v.91. Sic Tobiæ 11. v.11. *Et suscipiens osculatus est eum, cum vxore suâ: & cœperunt ambo flere, pra gaudio.*
Philo Iud. Caussam aperit Philo Iud. lib. de transmigrat. Abrah. *Cum enim incidit in Animam, ob insperatam aliquam fœlicitatem ingens lætitia: nouâ qua iam mole auget eam, vt vix capiatur à corpore: ex qua compressione manat liquor ille, nominatus lachryma* in-
Cerda. Virgil. numeros congerit Cerda ad illud Virgil. Æneid.1. *con itsit & lacrymans,* de obortis Æneæ lachrymis
Morell. Statius. ob gaudium. Nec paucos Morellus ad illud Starij lib.5. Sil.2. *Quanto manarent gaudia fletu.* Dono tantum Latinitate, quos ille ibi Græcos dedit.
Homer. Sophocl. Ioann. Geom. Homerus: *Lachrymor in risu.* Sophocles. *Statim præ gaudio, impleo oculos lachrymis.* Ioannes Geometra. *Lachrymas, mœstitia, aut lætitia, aut amor, noverunt: aut sperato malo, aut sperato bono.* Inde apud Græcos compositum illud verbum δακρυγελᾶν. Dubitari ergo potest an illud Apocal.7.v.17.
Apocal.7. v.17. *Et deducet eos ad vita fontes aquarum: & abstergent Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* De mœroris, an de gaudij lachrymis sit capiendum? quorsum enim præ mœstitiâ fleant iusti, postquam iam ad consolationis vitales fontes, deducti prædicantur? nisi fortè figuram ὕστερον πρότερον hic agnoscas, & prius abstersas lachrymas, quam comparatos fontes dixeris, quamuis figuratiuè transponantur: nihil tamen apparet, vnde figuratam constructionem admittere cogamur. At, inquis: non tam gaudij, quam mœroris lachrymæ solent in sacro textu, à Deo abstergendæ dici:
Apocal.21. v.4. Isai.25. v.8. Vt eodem lib. cap.21.v.4. & Isai.25. v. 8. Dulces enim & hilares lachrymæ cur abstergantur? quia hæ lachrymæ ad nouam & insperatam lætitiam solent prouenire: Statim verò eiusdem percepto plenè affectu, (vt nouimus experti,) exsiccantur. Hæc mera litteræ coniectura. Alibi me dixisse memini magis mysticè, has lachrymas tanquam suauissimum poculum à Christo exsuctas: porrexisse aquam vitæ. & lachrymas amoris ebibisse. Sed hæc argutа magis & tenera, quam solida, litteræ non obtrudo: Si cui tamen videatur, posse hunc amoris affectum hic deglutiri: præter Iuuenalem, quem ibi dedi, addat Ouid 2. de Arte am. Ouid.

Et sicco lachrymas combibat ore tuas.

Et 3. Fast. Idem.

Occupat amplexu, lachrymásque per oscula siccat.

Et quæ ad hæc loca alij adnotarunt.

Salomon de se Sap.7.v.3. *Et primam vocem similem omnibus emisi plorans.* Vbi interpretes multa de solemnibus his in ortu lacrymis: & Pineda in Sal.Pt.lib.1.cap.12. addo ex Græcis, Floril. lib.1. vbi de incolis Rheni. Sap.7.v.3.

Ἄλφα γὰρ ἐοῦσα μητρὸς ὀλισθήσας διὰ κόλπων, Anthol

Νήπιος, πρῶτον προχέει δάκρυ, τὸ μὲν ἀείρας

Αὐτὸς ἐπ' ἀσπίδι θῆκε, &c.

Simul ac matris labens per sinum

Infans primas fundit lacrymas, hunc tollens quidem

Ipse, in scuto ponit, &c.

Ibidem iterum.

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω· Ibidem.

Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.

Lacrymans natus sum, & lachrymans morior.

Lachrymis in multis totam vitam duxi.

Plura dixi alibi ad hunc locum.

Minutius Fœlix inter Ecclesiasticos Patres pius, & acutissimi styli scriptor, irridens Iouis fabulam, qui defunctum filium dicitur deplorasse, sic subdit. *Sarpedonem filium, quoniam morti non poterat eripere cruentis imbribus fleuit.* Non est, (quod cuidam subiit,) quasi fingatur Iupiter, tunc temporis in prodigiosi doloris argumentum, pluuiam, (quod sæpe aliàs legitur euenisse,) sanguinis misisse: Sed planius, quia fingebant veras sanguinis lachrymas fleuisse. Homerus Iliad. 16. αἱματόεσσας ψιάδας, *sanguineas guttas* fleuisse ait. Non tamen negabo fortasse fecisse fabulæ occasionem. Quod tempore occisi Sarpedonis, rubeus imber casu caderet: quem veteres superstitiosè interpretantes, (cum pluuias Ioui tribuerent, & aliunde vt nosti; omnes Heroas illustriores, Iouis filios appellarent,) pluuiam ipsam, sanguineas Iouis lachrymas esse testatentur. Aduerto etiam hæc verba, quæ Minutio fœlici tribuuntur: non facilè apud illum, inueniri à me potuisse: vnde suspicabar, an ob consimile argumentum, nec stylum omnino dissimilem: Vir doctus Minutium cum Arnobio, μνημονικῷ ἁμαρτήματι confunderet: certè apud Arnobium lib 8. contra gentes, paulo post medium ita lego, vbi de Homero. *Iouem narrat Briareo liberatum, ne à Diis cæteris ligaretur: & Sarpedonem filium quoniam morti non poterat eripere, cruentis imbribus fleuisse.* Min Fœl. Homer. Arnob.

Tam Gentibus, quam Hebræis in more positum fuit, vt morientibus, chariores quæ fortè adessent necessitudines, oculos clauderent. Vide sacros Interpretes ad illud Genes.46.v.4. vbi Deus ad Iacob: *Ioseph quoque ponet manus, super oculos tuos.* Et de Tobia erga soceros dicitur: *Et ipse clausit oculos eorum,* cap.14.v.15. Ex profanis, lege Guichard.lib.1.de Fun.cap.11. vbi ex Græcis multa. Nec pauciora Delr. ad illud Senecæ in Troi. 9. Genes.46. v.4. Tobiæ 14. v.15. Guichard. Delr. Senec.

Cum coniux oculis imposuit manus.

Et quæ Passerat ad Propert.lib.4.eleg.vlt. Passerat. Propert.

Condita sunt vestro, lumina nostra sinu.

Et Interpres Statij lib.6.Sil.1. Vbi Statius.

——— *Et charâ pressit sua lumina dextrâ.*

Illud singulare erat, apud Romanos, quod in rogo iamiam cremandis cadaueribus, iterum oculos aperiebant: & huic ceremoniæ Mercurium præesse existimabant. Sic Scholiastes explicant illud Virgil.lib.4.Æn.de virga Merc. Virgil.

Dat

deuntem prima vidit, quia vnicè sperabat, corpote & desiderio defixa.

Ouid. *Aspicit immensum, moles uatina, profundum:*
Mens fuit aquoreis illa resistit aquis:
Hinc ego vela tue, prospexi prima, carine.

Verto adhuc, in tui gratiam Lector, amœnissima
Oppian. carmina Oppiani lib. 4 quæ ille Græco genio, rei futili, (Sargorum scilicet desideriis, Capras prosequentium,) accommodauit: quæ Latino metro reddita, sic habent.

Dilectum sic mœsta solet dimittere Mater
Natum in longinquas oras: Noua nupta maritum
Sic lachrymis mittit fusis, peregrina petentem
Littora: depressos animos dolor occupat ingens:
Protinus immensi subeunt pericla profundi,
Et longas, mora longa trahit, sub pectore, curas.
Inde maris, sæpè ac iterum, diffusa frequentant
Littera sollicita, largus de lumine fletus
Emanat: petit astra sonus, clamore fatigant
Vota Deos reduces; nec mœstis, inde moneri
Posse datur: totis oculis rapiuntur ad vndas.

Iam verò ad mysticos sensus, quos Prodigi parabola intendit, quam apta veniat prædicta explicatio: quamque inde cupientis Dei pœnitentiam & reditum nostrum, affectus comendentur, si tropologus nunc scriberem, fusè probarem: sed non eo tendit calamus: alibi ad hanc rem dedit non pauca, plura iterum, cum res postulet, daturus.

5. Hinc illud Psalmi 36. v. 31. Vbi iustus com-
Psalm. 36. v. 31. mendatur, quia, *Lex Dei eius in corde ipsius*, de
quo Isaias: *Audite me, qui scitis iustum, populus*
Isaias 51. v. 7. *meus, lex mea in corde eorum.* cap. 51. v. 7. in quam
mentem sæpè legitur, è tabulis lapideis, in cordis tabulas legem transferendam: non ita capias, quasi solummodo velit, indita à Deo præcepta sic suauiter à iustis impleri, & amari: vt illa in corde gerere, eisdémque esse cordi appareat: sed ita insuper, vt videatur inculcari illud Apostoli
Rom. 2. v. 14. Rom. 2. à v. 14. *Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: eiusmodi legem habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Nisi quod Apostolus hîc arctius potest explicari de quibusdam: & Prophetæ fusius omnes comprehendant, qui non tam legum stabilimento, quam ipsâ morum
Aristot. decentiâ dirigantur. Est hoc illud Aristotelis 4. Ethic. cap. 8. *Politus & liberalis homo, ita animo affectus erit, vt sibi lex esse velit:* quod longè diuinius ipse Paulus dixit: *Lex iusto non est posita.*
1. Tim. 1. v. 9. Iustin. Salust. Virg. Cruceus. Statius. 1. Timoth. 1. v. 9. huc faciunt ex profanis, ipso naturæ ductu instinctis, Iustinus, Salustius, Virgilius, quos dedit Cruceus ad illa carmina Statij lib. 4. Sil. 5. quæ aptè sic corrigit.

Pax secura locis, & desidis otia vita,
Et nunquam turbata quies, somnique peracti,
Nulla fere rabies, aut stricta iurgia legis:
Mores, iura viris: solum sine fascibus æquum.

Vbiuis huius sacræ, & profanæ politiæ multa le-
Philo Iud. ges: do tantum pulcherrima verba Philonis Iud. lib. de Abrahamo. *Nunc quoniam ordo postulat, vt leges scrutemur: dilatis ad tempus particularibus earum ceu imaginibus: generaliores, & quasi exemplares primum disquiremus. Hæ sunt viri, qui rectè, ac sine culpa vixerunt: quorum virtutes publicatæ sunt in sacrarum litterarum tabulis, non tantum ad laudem illorum, verum etiam ad lectores in æmulationem prouocandos. fuerunt enim illi, animata rationalésque leges, duabus de caussis venerabiles: alterâ, quoniam ostendunt, quod præcepta legis, à natura non discrepant: alterâ, quod hinc liquet non esse opus magno labore, ad corrigendam vitam, iuxta legum regulam: quando illi prisci, ante leges sigillatim proditas, non scripto iure vsi, pari facilitate atque fælicitate vixerunt: vt meritò quis possit dicere, leges scriptas, nihil aliud esse, quam vitarum Patrum commentarios, in quibus eorum vita, factáque narrantur.*

Christus Dominus ita apud Matth. cap. 7. à v. 13. 6.
Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spa- Matth. 7. v. 13.
tiosa via est, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt, qui intrant per eam quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt eam. Vbiuis piissimus Saluator diuinas suas parabolas, & similitudines, auditorium ingeniis attemperauit: nullibi tamen fortasse apertius, quam in vtraque hac via designanda: Sic enim ferè omnes illius æui homines loquebantur: huc collimabat, littera illa Pythagoræ discrimine secta bicorni; huc duplex illa via Herculi exhibita, quarum altera decliuis & florida, ad vitium: altera senticosa & ardua ad virtutem ducebat: quas Hesiodus vbiuis versibus celebrauit. Hinc Tragi- Senec. Tragic.
cus Seneca in Fur. dixit: *Non est ad astra, mollis è terris via.* Et alter Philosophus epist. 51. tribuit Et Philos.
virtutibus, *in altum eundi arduum.* Ouid. 4 Trist. Ouid.
eleg. 3. arduæ gloriæ assignat *iter præceps.* & ferè idem repetit lib. 2. de Ponto, eleg. 2. Sil Ital de do- Sil. Ital.
mo virtutis lib. 15. ait. *Celso stant colle penates.* quis finis, cum omnes prisci ita? Statius lib. 4. Sil. 7. Stat.
illud etiam designauit, paucos iter virtutis aggredi.

Duret in longum generosus infans,
Pérque non multis iter expeditum,
Crescat in mores patrios, Auúmque
Prouocet actis.

Credo ita factum, vt cum postea Gentibus Euangelium prædicaretur, Christianæ virtutis viam arduam non possent incusare, quam ipsimet semper arduam testati fuerant: Suauiúsque admitterent doctrinam veræ gloriæ destinantem, eiusdem penè verbis traditam, eadémque metaphorâ obuelatam: quibus doctrinam, vanitati inducentem, amplectebantur.

Obscura sunt, vt ferè alia eiusdem sacri volu- 7.
minis, illa Ioannis, de Angelo illo forti, siue Christo: *Et posuit pedem suum dextrum super mare: sinistrum autem super terram.* Apoc. 10. v. 2. Apocal. 10. v. 2.
multa hîc Interpretes ad litteram, plura ad mysterium Patres: quæ videris apud illos. Fortè fallor, puto tamen significari curam illam & sollicitudinem, qua Christus, vtrique tunc populo Iudæo & gentili, (quos nonnulli Patres, in Mari terráque repræsentatos volunt,) in vnam fidem iungendo assistebat: aut qua iustis, peccatoribúsque, illos iustificans, istos vocans attendit: Sic omnibus licèt inter se longinquis, ad remedium, & rerum notitiam præsens, & curâ & affectu; quasi corpore vtrobique præsens esset. Certè sic solemus loqui de aliquo, qui omnia diligenter curat, cuiúsque notitiam fugit nihil: *vbique esse videtur.* Imò eadem penè phrasi, & formulâ loquendi, qua Ioannes mysterium sacrum; Aristophanes in equitib. simile aliquid significa- Aristoph.
uit: Ἀλλ' οὐχ οἷόν τε τὸν Παφλαγόνα οὐδὲν λαθεῖν· ἐφορᾷ γὰρ αὐτὸς πάντα· ἔχει γὰρ τὸ σκέλος, τὸ μὲν ἐν Πύλῳ, τὸ δ' ἕτερον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. *Non potest fieri, vt Paphagonem aliquid lateat, qui videt cuncta: habet enim alterum pedem in Pyle, alterum vero hic in concione.* Similis est illa locutio Prophetæ, vbi de eodem Christo: *Et ponam in mari manum eius, & in flumini*

Psalm. 88. v. 26. *fluminibus dexteram eius.* Psalm. 88. v. 26. intellige sinistram apprehendentem mare, & dextram terræ flumina, vt terræ marisque imperium denotetur: id enim vtriusque manus apprehendentis longissimos terminos apprehensione, declaratur: de quo fusissimè ibi Lorinus. Vt ergo per manus vtrumque distans, apprehendentes, absoluta potestas: sic per pedes vtrobique infixos, potens & amatoria assistentia declaratur. Vbi obiter illustro optimam, sed non nouam loquendi formulam, à Propheta vsurpatam: quippè quæ priscis in vsu: vnde eloquentissimus ille barbarus Scytharum

Q. Curt. legatus, apud Q. Curtium, ita ad Alexandrum Magnum. *Si Dij habitum corporis tui, auiditati animi parem esse voluissent, orbis te non caperet: altera manu Occidentem, altera Orientem contingeres: & assecutus scire velles, vbi tanti numinis fulgor conderetur.* Id ergo Christus, non tam habitu corporis, quam maiestatis Imperio assecutus canitur à Propheta. Neque desunt, qui non tam mare & & terras, quam diuersas appetentis, oppetentisque solis plagas à Christo imperatas, à Dauide significatas, hic accipiunt. Vide Lorinum, vtcunque sit, formula illa ex dictis optimè declaratur.

8. De Iacob amplexante insperatum suum Iosephum, ita facet scriptor: Genes. 46. v. 29. *Vidénsque eum irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit.* Ergo & præ gaudio prosiliunt lachrymæ. Sic Tobiæ 11. v. 11. *Et suscipiens osculatus est eum, cum vxore sua: & cœperunt ambo flere, præ gaudio.* Caussam aperit Philo Iud. lib. de transmigrat. Abrah. *Cum enim incidit in Animam, ob insperatam aliquam fœlicitatem ingens lætitia: nouâ quadam mole auget eam, vt vix capiatur à corpore: ex qua compressione manat liquor ille, nominatus lachryma.* innumeros congerit Cerda ad illud Virgil. Æneid. 1. *condidit & lacrymans.* de obortis Æneæ lachrymis ob gaudium. Nec paucos Morellus ad illud Statij lib. 5. Sil. 2. *Quanto manarent gaudia fletu.* Dono tantum Latinitate, quos ille ibi Græcos dedit. Homerus: *Lachrymor in risu:* Sophocles. *Statim præ gaudio, impleo oculos lachrymis.* Ioannes Geometra. *Lachrymas, mœstitia, aut lætitia, aut amor, mouerunt: aut sperato malo, aut sperato bono.* Inde apud Græcos compositum illud verbum δακρυγελᾶν. Dubitari ergo potest an illud Apocal. 7. v. 17. *Et deducet eos ad vitæ fontes aquarum: & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* De mœroris, an de gaudij lachrymis sit capiendum? quorsum enim præ mœstitiâ fleant iusti, postquam iam ad consolationis virales fontes, deducti prædicantur? nisi fortè figuram ὕστερον πρότερον hic agnoscas, & prius abstersas lachrymas, quam comparatos fontes dixeris, quamuis figuratiuè transponantur: nihil tamen apparet, vnde figuratam constructionem admittere cogamur. At, inquis: non tam gaudij, quam mœroris lachrymæ solent in sacro textu, à Deo abstergendæ dici: Vt eodem lib. cap. 21. v. 4. & Isai. 25. v. 8. Dulces enim & hilares lachrymæ cur abstergantur? quia hæ lachrymæ ad nouam & insperatam lætitiam solent prouenire: Statim verò eiusdem percepto plenè affectu, (vt nouimus experti,) exsiccantur. Hæc mera litteræ coniectura. Alibi me dixisse memini magis mysticè, has lachrymas tanquam suauissimum poculum à Christo exsiccatas: porrexisse aquam vitæ, & lachrymas amoris ebibisse. Sed hæc arguta magis & tenera, quam solida, litteræ non obtrudo: Si cui tamen videatur, posse hunc amoris affectum hîc deglutiri: præter Iuuenalem, quem ibi dedi, addat Ouid. 2. de Arte am.

Marg.: Genes. 46. v. 29. — Tobiæ 11. v. 11. — Philo Iud. — Cerda. — Virgil. — Morell. — Statius. — Homer. — Sophocl. — Ioann. Geom. — Apocal. 7. v. 17. — Apocal. 21. v. 4. — Isa. 25. v. 8.

Ouid. *Et sicco lachrymas combibat ore tuas.*

Et 3. Fast.

Idem. *Occupat amplexu, lachrymásque per oscula siccat.*

Et quæ ad hæc loca alij adnotarunt.

Sap. 7. v. 3. Salomon de se Sap. 7. v. 3. *Et primam vocem similem omnibus emisi plorans.* Vbi interpretes multa de solemnibus his in ortu lacrymis: & Pineda in Sal. Pr lib. 1. cap. 12. addo ex Græcis, Floril. lib. 1. vbi de incolis Rheni.

Anthol. Αὐτίκα γὰρ ὠδῖνα μητρὸς ὀλισθαίνων διὰ κόλπον,
Νηπίαχος, πρῶτον προχέει δάκρυ, τὸ μὲν ἀείρας
Αὐτὸς ἐπ' ἀσπίδι θῆκε, &c.
Simul ac matris labens per sinum
Infans primas fundit lacrymas, hunc tollens quidem
Ipse, in scuto ponit, &c.

Ibidem iterum.

Ibidem. Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω,
Δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς, τὸν βίον εὗρον ὅλον.
Lacrymans natus sum, & lachrymans morior.
Lachrymis in multis totam vitam duxi.

Plura dixi alibi ad hunc locum.

Min. Fœl. Minutius Fœlix inter Ecclesiasticos Patres pius, & acutissimi styli scriptor, irridens Iouis fabulam, qui defunctum filium dicitur deplorasse, sic subdit. *Sarpedonem filium, quoniam morti non poterat eripere cruentis imbribus fleuit.* Non est, (quod cuidam subiit,) quasi fingatur Iupiter, tunc temporis in prodigiosi doloris argumentum, pluuiam, (quod sæpe aliàs legitur euenisse,) sanguinis misisse: Sed planius, quia fingebant veras sanguinis lachrymas fleuisse. Homerus Iliad. 16. αἱματοέσσας ψιάδας, *sanguineas guttas* fleuisse ait. (Homer.) Non tamen negabo fortassè fecisse fabulæ occasionem. Quod tempore occisi Sarpedonis, rubeus imber casu caderet: quem veteres superstitiosè interpretantes, (cum pluuias Ioui tribuerent, & aliunde vt nosti; omnes Heroas illustriores, Iouis filios appellarent,) pluuiam ipsam, sanguineas Iouis lachrymas esse testareotur. Aduerto etiam hæc verba, quæ Minutio fœlici tribuuntur: non facilè apud illum, inueniri à me potuisse: vnde suspicabar, an ob consimile argumentum, nec stylum omnino dissimilem: Vir doctus Minutium cum Arnobio, μνημονικοῦ ἁμαρτήματι confunderet: certè apud Arnobium lib 8. contra gentes, paulo post medium ita lego, vbi de Homero. (Arnob.) *Iouem narrat Briareo liberatum, ne à Dijs cæteris ligaretur: & Sarpedonem filium quoniam morti non poterat eripere, cruentis imbribus fleuisse.*

9. Tam Gentibus, quam Hebræis in more positum fuit, vt morientibus, chariores quæ fortè adessent necessitudines, oculos clauderent. Vide sacros Interpretes ad illud Genes. 46. v. 4. vbi Deus ad Iacob: *Ioseph quoque ponet manus, super oculos tuos.* (Genes. 46. v. 4.) Et de Tobia erga soceros dicitur: *Et ipse clausit oculos eorum,* cap. 14. v. 15. (Tobiæ 14. v. 15.) Ex profanis, lege Guichard. lib. 1. de Fun. cap. 11. vbi ex Græcis multa. Nec pauciora Delr. ad illud Senecæ in Troi. (Guichard. Delr. Senec.)

Cum coniux oculis imposuit manus.

Et quæ Passerat ad Propert. lib. 4. eleg. vlt. (Passerat. Propert.)

Condita sunt vestro, lumina nostra sinu.

Et Interpres Statij lib. 6. Sil. 1. Vbi (Statius.)

——— *Et charâ pressit sua lumina dextrâ.*

Illud singulare erat, apud Romanos, quod in rogo iamiam cremandis cadaueribus, iterum oculos aperiebant: & huic ceremoniæ Mercurium præesse existimabant. Sic Scholiastes explicant illud Virgil. lib. 4. Æn. de virga Merc. (Virgil.)

Dat somnos, adimítque, & lumina morte resignat.

Plinius. Firmant ex Plinio lib.11. cap.37. vbi post multa de oculis, prædicti ritus caussam conatur explicare hoc modo. *Morientibus illos opperire: rursúsque in rogo illos patefacere: Quiritium magno ritu sacrum est: ita more condito, vt neque ab homine, supremum eos spectari fas sit: & cœlo non ostendi nefas.* Conatur inquam, quia saltem mihi, hebeti scilicet, inculcata hic à Plinio caussa caligat adhuc. Dicam tamen quid ex his verbis coniectem. Apud Hebræos aliásque gentes, videntur oculi statim post afflatum spiritum claudi solere, sicut apud nos fieri consueuit: apud Romanos verò, non tam mortuis, quam *morientibus* claudebantur: ideò Plinius non tam mortuos memorat, quam morientes: imo & ideò vtrumque, & tunc opperire, & postea patefacere, Quiritibus sacrum dicit: quia hi moribundis, cæteræ gentes iam mortuis claudebant: vnde tam singulare erat Romanis sic opperire, quam postea in rogo aperire. capit & facit lucem Statius citatus vbi post multa de Priscillâ moribundâ, Maritúmque allocutâ. Stat.

Hæc dicit labens, sociósque amplectitur artus,
Hærentémque animam non tristis, in ora mariti
Transtulit: & charâ, pressit sua lumina, dextrâ
At iuuenis magno flammatus pectora luctu,
Nunc implet sæuo, viduos clamore penates,
Nunc ferrum laxare cupit, &c.

Quis pressit? certè non maritus, de quo statim per oppositionem dicitur: *At iuuenis magnus, &c.* Ergo ipsamet Priscilla iamiam moritura, charam mariti dexteram apprehendens, eadem sibimet pressit suos oculos: quasi nollens ne alius piissimo illo officio fungeretur: & cauens ne ipsemet doloris impatiens, huic muneri, animo non sufficeret. Nota secundò, apud Romanos, nullibi animam signatius habitare creditam, quam in oculis: ipse Plinius ibidem. *Profectò in oculis animus inhabitat: ardent, intenduntur, humectant, conniuent: hinc illa misericordia lachryma: hos cum osculamur, animum ipsum videmur attingere.* Nota tertiò: Animam ipsam, quam diuinæ particulam auræ putabant, è cœlo prouenisse existimari. Seneca epist. 41. *Quemadmodum radij solis, contingunt quidem terram, sed ibi sunt vnde mittuntur: Sic animus magnus & sacer, in hoc demissus, vt propius diuina nossemus: conuersatur quidem nobiscum: sed hæret origini suæ, illinc pendet: illuc spectat & nititur.* Vnde illud Poëtæ:

Plinius.

Senec.

Os homini sublime dedit, cœlúmque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Nunc iam ad rem. Claudebant moribundis oculos, ne sacra illa anima iam iam eruptura, hebes quodammodo & afflicta in oculorum speculo ab hominibus, in extremo illo conflictu cerneretur: néve oculi qui meliorem vitam spirarant: torpentes tunc & fracti apparerent. Aliunde verò post mortem, in rogo ostendendi cœlo aperiebantur, vt anima ibi iam habitans, priscam sedem suam recognosceret: & à cœlo tunc ad pietatem aspicerentur illi oculi, quod ipsi semper ad desiderium spectabant. Hæc mihi de Pliniana gnome, parato doceri, si quis meliora. Nos verò hodie mortuis iam oculos claudimus, sic & Hebræi olim cæteræque gentes, de pietatis affectu: dolentes horrida, & lapsa, extinctáque lumina intueri, quæ paulo antè viuida & gratissima intuebamur. Est enim natura insitum vt illius obiecti aspectum vitemus, quod visum acriores excitat cruciatus: horror autem cadentium oculorum, aspicientibus luctuosissimus: hinc Statius citatus Pathos excitat. Stat.

Iámque cadunt vultus, oculísque nouissimus horror

Et lib.4. Sil.5. Idem.

Aspexi, tenuique oculos iam morte cadentes.

Et lib.2. Sil.1. Idem.

——— Frigentia lumina torpent.

Similem affectum excitat D. August. reddens rationem, cur Deus sepulchrum Moysis abscondisset lib.1. de Mirab. script. cap.15. *Quatenus illam faciem, quæ consortio sermonis diuini rutilauerat, mortis mærore repressam nemo videret.* Mouetet enim intuentibus dolorem acerbissimum, tanta sub tantillo spatio demutatio: sic mouet, certè nobis, dum oculos paulo antè splendidos, iam horridos intuemur: cum nulla pars corporis fœdius commutetur: cum nulla paulo antè pulchrius coruscaret. D. Aug.

10. Nihil in huius vitæ vsurâ gratius, quam lucis vsura: vnde non defuere Philosophi, qui eo homines productos volebant, vt solem intuerentur: hincque apud Latinos *luce frui: lucem intueri*; sumitur pro viuere: Cicero pro Mil. *Negant fas esse lucem intueri, &c.* D.Chrysostom. serm.1. de orat. *Perinde vt sol iste luce sua corpora, ita animas suo splendore vestit oratio: quare si capto oculis grauissima pœna est, solem videre non posse: quanto grauius malum est homini Christiano, assidue non orare: & per preces, diuinos Christi radios, in animam inducere.* Philo Iud. in lib.de Resip. Noë. *Quando corporei quique oculi, & lux ista sensibilis, apud nos habetur in honore maximo: quamobrem multi visu amisso, vitam etiam vltro abiecerunt, existimantes mortem, malum esse cæcitate leuius.* Hinc Ethnici, ex lucis negatione, grauissimum iuramentum assumebant. Clymenes apud Ouid. 1. Met. ad filium. Tull. D.ChryS. Philo Iud. Ouid.

Per iubar hoc, inquit, radiis insigne coruscis,
Nate tibi iuro: quod nos auditque, videtque,
Hoc te quem spectas, hoc te qui temperat orbem,
Sole satum, si ficta loquor, neget ille videndum
Se mihi, sitque oculis, lux ista nouissima nostris.

Hinc etiam erat, vt errorem illum vagum, qui morientium oculis, quandoque accidit, sic interpretarentur veteres, quasi quærendæ vltimæ lucis auiditatem, & relinquendi solis desiderium testarentur. Amian.Marcell.lib.6. *Semineces labente iam spiritu, lucis vsuram oculis morientibus inquirebant.* Dedit hunc Cerda ad illud Virgil. lib.4. de Didone moriente. Amian. Marc. Cerda. Virg.

——— Oculísque errantibus alto
Quæsiuit cœlo lucem, ingemuitque repertâ.

Et plura ad illud lib.10. Idem.

Sternitur infœlix alieno vulnere cœlúmque aspicit.

Et iterum ibidem.

——— Contra Thyrrenus vt auras
Suspiciens hausit cœlum.

Vnde capies non leuem affectum Papin. lib. 5. Sil.1. de Priscilla moribunda erga maritum.

——— Illum vnum mediâ de morte, reuersa Statius.
Mens videt, illum ægris circundat fortiter vlnis
Immotis obuersa genis, nec sole supremo
Lumina, sed dulci mauult satiare marito.

Tandem hinc erat vox illa blanditiarum, *lux mea:* non solum apud meretricios amores, sed etiam in castissimis affectibus coniugum parentum. Cicero lib. 10. epist. 2. ad suam Terentiam: *Hem, mea lux, meum desiderium.* Quod innumeris locis Tull.

repetit,

Pontan. repetit, quorum quosdam congerit noster Pontanus ad illud Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 3. ad vxorem.

Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos
Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero.

Hæc pauca illustrant affectum Parentum Tobiæ: quorum vir luce, fœmina filio carens sic deflebant, ille cap. 5. v. 12. *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video.*
Tob. 5. v. 12.
Hæc cap. 10. v. 4. *Heu heu me fili mi: vt quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum.*
Et 10. v. 4.
Patet etiam ex dictis cur viri magni Patriæ suæ lumina & soles appellentur, de quo Interpretes ad illud Maronis lib. 2. Æn. vbi ad Hectorem.
Virgil.

O lux Dardania, ô spes fidissima Teucrum.

Apocal. 20. v. 23. Sic in sacris Apocal. 20. v. 23. cœlestis patria sole non egere dicitur, quia *lucerna eius est agnus.* Sic Christus ipse & Apostoli, lux mundi appellantur. Iam verò quod Ethnici Tartaream miseriam exaggeraturi, lucis & solis carentiam deplorarent, de quo vide Interpretes ad Virg. lib. 6. qui dixit.
Virgil.

Et tristes sine sole domos, regna inania vinus.

Claudian. Et quæ alij ad illud Claud. 2. de rap. vbi puella desponsanda Plutoni, sic questa fingitur.

O fortunatas alias quas tuoque tulere
Raptores, saltem communi sole fruuntur.
Sed mihi virginitas pariter, cœlúmque negatur,
Eripitur cum sole pudor, terrásque relictis
Infœlix Stygio ducor capt na Tyranno.

Hoc inquam deductum videtur, à verbis sancti Iob, cap. 10. v. 21. *Antequam vadam & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum.*
Iob 10. v. 21.

11. Casaub. Casaubonus ad Athen. lib. 13. cap. 5. quendam refert, *habentem tabellam in manibus, & thecam atr. mentariam appensam de Zona.* Ego in Latino codice, (Græco dum hæc scribo, careo,) Athenæi hæc verba non inuenio. Aliquid tamen simile reperio cap. 16. vbi Athenæus hæc ex Machone, prout vertit Nat. Com.
Athen.

Corinthiam dixere quondam laudem,
Euripidem vidisse in horto quodam: & huic
Pendere tabellas, atque pugillaria.

Sed quidquid sit de Athenæo, Casaubonus ibi occasione huius loci, adducit illum alium sacrum Ezech. 9. v. 2. *Vir quoque vnus in medio eorum, vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius.*
Ezech. 9. v. 2.
Symmach. Commendárque Symmachum qui pro atramentario, vertit, *manikhn*, i. *tabellam scriptoriam*, mirum foret si homo hæreticus, non plus aliis, quam vulgatæ nostræ tribuat versioni. Sed sibi habeat Symmachus suam minus aptam interpretationem, suúmque ineptissimum laudatorem: certè vir iste siue Angelus, vt ex toto capitis contextu apertè constat, non tam sibi scripturus, quam aliorum frontes signo. Tau, (id est, Crucis, quidquid blasphement hæretici,) inscripturus vocabatur: vnde non tam tabella vel pugillari, quam atramentario indigebat sic Hebræa הספר
Aquila. קסת de quibus contendimus, Aquila vertit μελανοδοχεῖον, *atramentarium*, Origenes etiam, qui Symmacho consentit, reiiciendus. At L X X. qui
LXX. Interp. verrunt, *Zona saphirina super lumbum eius.* Videntur significasse cingulum, vnde atramenta-
Rabbin. rium pendebat. Non displicet tamen Rabbinus quidam apud Hieron. qui Hebræa vertit *calamarium.* Fortè enim voce illa & calamorum theca, & ipsum simul vas atramenti denotatur, nos dici-
Sanch. mus, vt benè notauit Sanctius noster, *escrivanias* quo vtrunque significamus.

Porrò inter tot alia genera scribendi, quibus veteres vtebantur, etiá arraméto vsos, nemo nescit. Æuo autem Ezechielis, iam agnitum, atramentum, satis constat ex Ieremia antiquiori, ibi enim cap. 36. v. 18. ita. *Et ego scribebam in volumine atramento.* Imo penè à diluuio atramenti vsum increbuisse, iam alij pleno volumine ostenderunt, quos inter meus Hermannus Hugo, libro de Origine scribendi. Illud difficilius quæri potest, an Prophetæ prædicti *calamo*; an sicut nos *penna* vterentur? Ad calamos recurrendum videtur ex versione prædicti Rabbini: sic & Persius Sat. 3. de pueris delicatis.
Ierem 36. v. 18.
Herman. Hugo.
Pers.

Iam liber, & bicolor positis membrana capillis
Inque manus charta, nodosáque venit arundo.
Tum queritur iratus calamo, quod pendeat humor,
Nigra quod infusa vanescat sepia lymphâ,
Dilutas queritur geminet quod fistula guttas.

Audis nodosam arundinem, calamum fistulam: sic Ausonius epig. 1. ad Grat. & alij sic luenter. Nihilominus non obstant, quo minus hoc propheticum calamarium de pennarum theca possimus explicare: Sæpissimè enim (vt supra cap. 34. num. 1. fusè probo) prisca vocabula & vsitatoria, recentioribus aliis diuersis instrumentis adhibemus: & ne longius abeam, hodie etiam scriptoriam nostram pennam, adhuc veteri vocabulo calami & styli, appellamus: sic & olim *calamarium*, pro *pennario* si fas dicere, siue theca pennarum dici potuit. Vsos verò etiam veteres penna, probat citatus Hermannus Hugo cap 9. ex illo loco Iuuen.
Auson.
Herman. Hugo. Iuuen.

Tanquam de Cattis aliquid, toruaque Sicambris
Dicturus, tanquam diuersis partibus orbis,
Anxia, præcipiti venisset epistola penna.

Frustra enim recurrunt Interpretes, ad nuntios Pterophoros, qui erectas pinnulas dicuntur attulisse: cum facilius verba explicentur, de anxietate scribentis manu celeri, volante penna, notitiam gestorum, per litteras daturi. Adde pulchrum locum Statij lib. 5. Sil. 1. quem olim adolescens, sic interpretabar, vbi de Abscantij munere multiplici subdit, post multa.
Statius.

Omnia non latas pila attollentia, frondes,
Multáque fumosa signatur lancea, penná.

Id est: Omnes namque victoriæ Cæsaris, pilis, ac lanceis laureatis insignes, vnius Abscantij scribis Præfecti, fumosa penna notantur, & in accepti, expensique libros referuntur. dicitur autem *fumosa* penna, ni fallor, quasi fumo exposita, & temperata: sic enim apud nos hodie fieri consueuit: vt pennæ duriores & aptiores fumo reddantur. Hæc ego ad Statium olim notaram: cum deinde Cruceus prodiit, qui ibi ita. *Pennam expono instrumentum inscriptionis, quem fumosum Statius appellat, id est nigram, & atramento aut vetustate infuscatam. Sic fumosos Equitum magistros apud Iuuen. rectè exposueris imagines quæ vetustate fumeam quandam nigredinem contraxerunt.* Sed dummodo maneat hic rata penna, de fumo nihil contenderim: ad rem sit ex dictis probabile, non temerè posse Prophetis pennam assignari. Capit ni fallor ex dictis lucem David Ps. 44. v. 2. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Fatetur Lorinus ibi, calamum, pro quouis instrumento scribendi, sicut & postea pro *penna* sumi posse, quod ego supra innui: & plura idem Lorinus in Iosn. epist. 3. v. 13. Noto tamen, in loco Psalm. Hebræam vocem esse עט, quam licèt aliqui deducant à radice עוט, alij tamen vt fatetur Sanct. Pagn. & fortè probabilius, deducunt à עיט, quod si probes, probabilissimum credo, ipsissimam nostram pennam
Cruceus.
Psalm. 44. v. 2.
Lorin.
Sanct. Pagn.

Isai 46. v.11. Ierem.12. v.9. Iob 19. v.24. nam in Psalmo significari : ab eadem enim radice Isai. 46. v. 11. & alibi, item Ierem. 12. v. 9. עוף siue *auc*, deducitur : omnia denique huius radicis significata, vt ex Hebræis lexicis norunt pueri, aliquid volucre seu pennatum importan. Dices apud Iob cap. 19. v. 24. haoc eandem Hebræam voculam, pro *stylo* vsurpari, cui statim additur, *f rreo.* Sed tam abest, vt hinc coniecturæ meæ rimeam, vt potius confirmari credam : cum enim iam tunc pennæ vsus esset, nolebat vt vulgari quadam penna in chartis delebilibus, sed illâ ferreâ in laminis penè æternis, sua insculperentur : pulchrè autem ad cothurnatum Iobi dicendi tenorem, *penna ferrea* pro stylo ferreo, (quod meritò vtpotè notius, Interpres noster posuit,) vsurpatur. Hæc habui quæ adderem, tot illis paginis eruditissimis, quas ad omnia citata loca noster Sanctius, Lorinus, & Pineda impleuerunt: fortasse minus probanda, certè nondum ab illis delibata.

Sanch. Lorin. Pined.

12\. Delr. Claudian. Doctissimus, in notulis ferè extemporaneis, quas intulit Claudiano, noster Martinus Delrio: posset enim facilè quiuis non malè affectus, ex illo vngue, leonem recognoscere : & tamen ad illud Claud.in 3.Cons.Honor.

——— Sic ense rubent, sic flamine crebro,
Turbidus, & grato respersus puluere belli:

Gaspar Barth. Quod minus attentè explicuit : Sic in tantum Doctorem, tumidus inuehitur Gaspar Barthius: *Flamine crebro turbidus, id est, ex labore atque campestri sudore, graue turbidúmque spirant. Ridicule prorsus Delrio, de vexillo flammeo: cuius acumen, cum tantum in plana re cacutiat: nobis profectò conniuentia in leuioribus non negabitur.* Quasi verò error, in re leuissima, tanti ponderis sit, vt propterea vir aliàs magnus, meritò ludibrio exponatur. Sed iam genio magis, quàm iure in Societatis scriptores Barthius inuehatur auctor damnatus, & & quantumuis hæresim dissimulet, recenti, de libris expurgandis, catalogo traductus. Semper enim similis farinæ homines, Societatis scripta conantur maculare. Sed iam ad rem, pro loco Prophetico infrà dando, aliter puto capiendum Claudianum exploso Barthio de vento scilicet sæuius flante, vultúmque, & flatu : & excitato puluere, turbante. Sic Lucretius lib.5. in re simili.

Lucret.

Flabráque ventorum violento turbine vexant.

Iul. Flor. Et Iulius Florus lib. 2. cap.6. de bello Punico secundo : *Insuper callidissimus Imperator patentibus in campis, obseruato loci ingenio, quod & sol ibi acerrimus, & plurimus puluis, & Eurus ab Oriente semper quasi ad constitutum flaret : ita construxit aciem, vt Romanis aduersa hæc omnia obuersis, secundum cœlum tenens, vento, puluere, sole pugnaret.* Sed de puluere bellico multa dedi ad cap.1. vtriusque Caut. tam mystica, quam litteralia : hic solummodo & ventum & puluerem in re bellica coniungi noto de quo iterum Claud.in 4.Cons.

Claudian.

Ipse labor, puluisque decet, confusáque motu
Cæsaries.

Noto deinde hunc bellicum puluerem, vento, & procedentium pedibus concitatum, per *nebulam*, aut per *nubem* benè explicari : Lucretius citatus in re simili.

Lucret.

Principia part terrai nonnulla perusta
Solibus assiduis, multâ pulsata pedum vi
Pulueris exhalat nebulam, nubésque volantes,
Quas validi, toto dispergunt aëre venti.

Virgil. De nube vide multa apud Interpretes Virgil. ad illud lib.8.

Stant pauida muris matres, oculisque sequuntur
Pulueream nubem, & fulgentes ære cateruas.

Statius. Et quæ alij ad Stat.lib.5. Sil.1.

Dum te puluerea bellorum nube videret
Cæsarei prope fulmen equi,

Nahum 1. v.3. LXX Interpr. Paraph. Chald. Statius. Vide nunc, quam ex prædictis omnibus illustretur phrasis Prophetica Nahum cap.1.v.3. *Dominus in tempestate, & turbine via eius, & nebula pulnis pedum eius.* LXX. pro nebulis, legunt νεφέλη *nubes.* Obscurius Paraphrastes Chald. *Nubes caliginis.* Forte sic vocauit pulueream nubem, quia nigra, & caligans: Vnde ab Statio 4.Theb.per vmbram variatur.

——— Vmbrâque immane volanti
Implet agros, longóque attollit puluere campum.

Ergo in hostes suos, (metaphoram enim à bello & properante exercitu sumptam, fatentur omnes Interpretes, licet in eâdem varient accommodandâ,) venti turbine flatibus sæuiente, & pulueris nubes seu nebulas concitante, (quem puluerem pedes eius, id est exercitus sui milites procedentes extenuarant,) procedit Deus.

13\. Psalm 36. v.24. Psalm.73. v.21. Dauid Psalm.36. v.14. de Impiis, ita. *Vt decipiant pauperem, & inopem.* Et Psalm.73.v.21. *Pauper & inops laudabit nomen tuum.* Et sæpe alibi. Scio in vtraque paginâ, confundi sæpe inopiam cum paupertate, quando tamen coodistinguuntur, vt in prædictis locis, sic cape vt paupertas, luxus carentiam, & abundantiæ defectum : inopia vero, rerum omnium indigentiam, & mendicitatem importet: ergo pauper idem est ac non diues. Inops vero, indigus & mendicus. Statius lib.3.Sil.1.

Statius.

Vix opera enumerem : mihi pauper & indigus vni,
Pollius.

Val. Max. Valerius Max. lib.4. cap. 8. comparans Fabium in re liberalitatis, cum quodam alio. *Saluo tamen statu fortunarum suarum, munificum se populo Romano præstitit : Fabius in honorem patriæ, paupertatem inopiâ mutauit,* id est vt patriæ laboranti subueniret, sic sua, aliunde non diues impendit, vt è paupertate, ad inopiam deueniret. Sic nihil vulgatus noster interpretes molitur ineptum.

14\. Prou. 17. v.16. Senec. Libet similia quædam è profanis congerere, qui diuinam illam Salomonis sententiam edidere: *Qui altam facit domum suam, quærit ruinam.* Prou. 17.v.16. Seneca Trag.in Hypol.

Præbet somnos casa securos.
Admota æthereis culmina sedibus
Euros excipiunt, excipiunt Notos, &c.
Metuens cælo Iupiter alto,
Vicina petit : non capit vnquam
Magnos motus, humilis tecti
Plebeia domus :
Circa regna tonat.

Vbi obiter caussam reddit, quod scilicet hæ arces in cœlum videantur inuectæ, quibus proinde, quasi cœlo suo insultando, Deus præcaueat, præparat ruinam. Et in Octauia.

Idem.

Quid me potens fortuna, fallaci mihi
Blandita vultu, sorte contentum mea,
Alte extulisti : grauius vt ruerem edita
Receptus arce?

Idem. Iterum in Oedip.

Vt alta, ventos semper excipiunt iuga,
Rupemque saxis vasta diri mentem freta,
Quamuis quieti, verberat fluctus, maris :
Imperia sic excelsa fortunæ obiacent.

Horat. Horatius lib.2.Oda 10.de sua aurea medioctitate.

Sæpius ventis agitatur ingens

Pinus:

Pinus : & celsa grauiore casu
Decidunt turres, feriúntque summos
Fulmina montes.

Lucret. Lucretius, quem dat ibi Lambinus.

Inuidia quoniam, ceu fulmine summa vaporant
Plerumque, & quæ sunt aliis magis edita cunque.

Statius. Statius lib.2.Sil.vlt.

O Sæua nimium grauésque Parcæ!
O nunquam data festa longa summis!
Cur plus ardua casibus petatis,
Cur sæuâ vice, magna non senescunt?

Idem. Et lib.5.Sil.1.

Quisnam impacatâ consanguinitate ligauit
Fortunam inuidiamque Deus, quis iussit iniquas
Æternum bellare Deas: nullam ne notabit
Illa domum, toruo quam non hæc lumine figat
Protinus, & sæuâ perturbet gaudia dextrâ?

Claudian. Claudianus tandem.

In breuibus nunquam se probat Æolus vndis,
Nec capit angustus Boreæ certamina collis;
Alpes ille quatit, Rodopeia culmina quassat,
Incubuit nunquam cœlestis flamma salictis,
Nec parui frutices iram meruere tonantis.

In hos ego incidi: Sunt innumeræ aliæ auctorum veterum sententiæ in hanc rem, quas dant Interpretes in prædicta loca, ex quibus Seligo Publ Syr. tantum quatuor pulchriores. Publ.Syr.

Excelsis multo facilius casus nocet.

Apollod. Appollodorus Comicus.

Habent perampla dona fortunæ, metum,
Periculóque non carent præluStria;
Nec vlla celsa, tuta sunt mortalibus,
Quæ euertere vel inuidia, vel tempus solet,
Fœlicitatis culmen, vbi quis attigit.

Senec. Seneca Philosophus epist.19. *Quid enim ad rem pertinet, an tu quiescere velis? fortuna tua non vult: quod si illi etiam nunc permiseris crescere, quantum ad successum accesserit accedet ad metum. Volo tibi hoc loco referre dictum Mæcenatis, vera in ipso equuleo docuit.* Ipsa enim altitudo attonat summa. *Voluit di-* Herod. *cere, attonita habet summa.* Herodotus. *Vides vt prægrandia animalia fulmine Deus ferit, nec sinit insolescere, parua verò, nihil lædit? vides vt magna semper ædificia, magnásque arbores, huiusmodi fulminum tela percutiunt? gaudet enim Deus, eminentissima quæque deprimere.* Hæc collegisse minus necessarium erat, sed tamen non inutile.

15. Inter viros Principes, qui abducti fuerant captiui ad Regem Babylonis, refert sacer textus: *Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de po-* 4.Reg.25. v.19. *pulo terræ* 4.Reg.25.v.19. probare in hoc loco, idem ferè esse ac examinare, sentire videntur Interpretes, Sanch. vide Sanctium: quasi huius Sopher partes essent, examinare tyrones, an iis artibus venirent instructi, quæ præuiè ad militiam rectè obeundam requiruntur: Sícque idoneos in censum retulisse, repulsis cæteris. Aliter puto locum interpretandum: & probare in hoc loco, capio pro exercere, instruere: ita vt Sopher iste, (siue à coniuncto alio munere, siue proprio nomine ita diceretur, nam ספר scriba est,) ipsissimus esset tyronum magister, sub cuius disciplinâ isti, aut merè tyrones, aut suscepto iam sacramento sic dicti, militaria præcepta, modósque certos infligendi & euitandi ictus, omniáque belli stratagemata perdiscerent, futurísque Paraph. Chald. laboribus assuescerent. Fauet Paraphrastes Chaldæus, qui vertit. *Et scribam magistrum exercitus, qui congregabat populum terræ.* Quasi vtrique muneri vacaret, & describendo populi delectui, id est, militibus in censum redigendis, tanquam scriba: & eisdem instituendis tanquam magister. Certè hic tyronum instructor Latinissimè magister appellatur: ideò Euander Pallantem suum tradens Æneæ instituendum, ita apud Virg.lib.8. Virgil.

Hunc tibi præterea, spes & solatia nostri,
Pallanta adiungam, sub te tolerare magistro
Militiam, & graue Martis opus tua cernere facta
Assuescat: primis & te miretur ab annis.

Nec absonant L X X. licèt paululum differant: καὶ LXX. Interpr. γραμματέα τοῦ ἄρχοντος τῆς δυνάμεως τὸν ἐκτάσσοντα τὸν λαὸν τῆς γῆς. *Et scribam Principis exercitus, scribam scilicet ordinantem populum terræ.* Hæc enim ordinatio, non inepta magisterium poterit denotare.

Dices non ineptam videri explicationē, nisi duplici ex caussa claudicaret. Prima, quia Sopher iste dicitur in vulgatis Princeps exercitus, Tyrones verò ad exercitum adhuc non pertinebant: vnde D.Isidorus. *Tyrones dicti, qui antequam sacramento* D.Isid. *probati sint, milites non sunt. Romanus autem militiæ mos fuit, puberes primo exercere armis: nam decimo sexto anno tyrones militabant, quo etiam solo sub custodibus agebant.* Secunda, quia institutio Tyronum, ad principem exercitus non pertinebat. Vtraque tamen ratio, (licet ponamus Hebræam militiam cum Romana in hoc conuenire, quod gratis assumitur,) eneruatur. Prima, quia tyrones etiam dicebantur, (quidquid neget Isidorus,) qui accepto iam sacramēto rudimēta asperioris militiæ, per discrimē ad veteranos, aggrediebātur, nos dicimus *bisoños*. Vnde & partem exercitus cōstituebant. Secunda, quia in hoc loco nō ita dicitur Sopher Princeps exercitus, vt Dux, apud quem summa belli esset, intelligatur necessariò: & fortasse ideò LXX non Principem, sed scribam Principis appellarunt, Principis scilicet illius & ducis, quem Ieremias ipsam rem commemorans vocat, c.52.v.25. *Eunuchum vnum,* Ierem 52. *qui erat præpositus super viros bellatores:* ibidémque v.25. nostrum hunc Sopher statim vocat: *Scribam principem militum, qui probabat tyrones.* Erat ergo Sopher vir princeps, licèt non præcipuus dux. Sed esto gratis demus summum belli principem fuisse; non id obstaret, quo minus tyronum esset instructor: quandoquidem alias apud gentes, licèt non semper, non tamen rarò vtrumque munus eidem conueniret. Noua hæc fortassè, tam profanis, quàm sacris interpretibus videantur: faxo tamen vt vera esse fateantur.

Alexander Augustus sic Maximino scribit, vt in huius vitâ habet Capitolinus. *Veteres milites tibi* Iul Cap. *Maximine mi charissime non credidi, quod veritus sum, ne vitia eorum sub aliis insolentia, emendare non posses: habes tyrones; ad tuam virtutem ad tuum laborem eos fac militiam addiscere: vt mihi multos Maximinos optabiles Reip. efficias.* Putes ergo gentem hanc traditam Maximino, totam absque sacramento fuisse: & cum nulli adessent veterani, Tyrones hos verè milites non fuisse: nugæ. Vnde enim Maximinus verè dux diceretur, & exercitum ducere agnoscatur: at vide iam, quomodo iste ipse Dux, apud quem summa exercitus tunc erat: tyrones suos instituat; *accepta igitur legione statim eam exercere cœpit: quinta* Idem. *quoque die iubebat milites discurrere, inter se simulacra bellorū agere, loricas, scuta, galeas, gladios, tunicas, & omnia arma illorū quotidie circumspicere.* En ipsi tyrones de quibus paulo antè, iā legio, iam milites dicūtur, & ab ipso Maximino instituuntur. Satis hæc fidei datæ liberādæ. Sed en alius locus insignis Suet. lo- Sueton. quitur de Galba, c.6. apud quē, aut summa, aut præcipua pars exercitus iam tunc erat. *Veteranū ac tyronē militem opere assiduo corroborauit: maturíque bar-*

baris, qui iam in Galliam vsque proruperant, coërcitis: præsente quoque Caio, talem & se, & exercitum approbauit: vt inter innumeras, contractásque ex omnibus prouinciis copias: neque testimonia, neque præmia ampliora, vlli perciperent: ipse maximè insignis, quod campestrem decursionem scuto moderatus: etiam ad essedum Imperatoris per viginti passuum millia cucurrit. Habes & veteranum, & tyronem pari militis titulo insignitum: habes ipsum ducem Galbam, campestris exercitij magistrum. quamuis ergo vera sint quæ alij de tyronibus nondum militibus,

Seru. ex Seruio ad 7. Æn. scripsere, (vnde sua, licèt variato anno sumpsit Isidorus:) déque munere magistri tyronum dedere: quæ tamen diuersa scripsi, verissima interdum esse non negabis. Hinc &

Statius. Statius lib. 5. Sil. 2. Crispini nobilissimi iuuenis, & militis tyronis, ipsosmet militares voluit magistros.

Surge animo & fortes castrorum concipe curas,
Monstrabunt acies Mauors, Actaá que Virgo,
Flectere Castor equos, &c.

Concludo igitur Sophet istum, non solum consul dedisse tyrones examinatos, sed tyrones, (etiam iam milites,) instituisse: hócque munus esse viri Principis: à quo etiam licèt dux summus esset, (quod minus probo,) non abhorteret.

16. Militarem virtutem, & vetè generosos spiritus

2 Reg c. 1. v. 10. exhibuit Vrias, de quo ita 2. Reg. 11. à v. 10. *Non iuit Vrias in domum suam.: & ait Dauid ad Vriam: Nunquid non de via venisti? quare non descendisti in domum tuam? & ait vrias ad Dauid: Arca Dei, & Israel, & Iuda, habitant in papilionibus: & Dominus meus Ioab, & serui Domini mei super faciem terræ manent: & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore mea? per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ, non faciam rem hanc.* Hæc Vriæ, quæ certissimis certiora, longè præstant illis, quæ de suo Stilcone, fortasse

Claudian. palpans, canit Claudianus lib. 1.

Assiduus castris aderat, rarissimus vrbi,
Si quando trepidâ princeps pietate vocaret,
Vixque salutatis laribus, vix coniuge visâ,
Deterso nec dum repetebat sanguine campum,
Nec stetit Eucherij dum carperet oscula saltem
Per galeam: Patris stimulos, ignésque mariti
Vincit cura ducis.

Illud etiam quod inserit Vrias, de Ioab duce, eiúsque militibus, manere scilicet, *super faciem terræ:* non exigua militaris est laus, sed quam grauissimi scriptores Ducibus suis tribuere stu-

Salust. dent. Salustius in Bel. Iug. sic Marium inducit iactantem: *At illa multo optima edoctus sum, hyemem & æstatem iuxta pati, humi requiescere.*

Plinius. Plinius in paneg. ad Traianum: *Veniet ergo tempus quo posteri visere, visendum tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit campus; quæ refectiones tuas, arbores; quæ somnum saxa prætexerint.*

Claudian. Theodosius Imperator apud Claudian. in 3. Cons. Hon.

——— *Dalmaticas pariter prostrauimus alas*
Ripæáque simul, fessos porreximus artus,
In glacie.

Sic passim occurrunt innumera, in historiis nostris sacris, vnde non solum spiritus, sed etiam militaris & politica disciplina optimè instituantur.

17. Rotatâ fundâ percussit Dauid Philistæum:

1. Reg. 17. v. 49. *Et infixus est lapis in fronte eius.* 1. Reg 17. v. 49. prætermissis hic Rabbinorum deliriis nugacissimis, dupliciter hunc euentum nostri explicant: vel quia virtute diuinâ, ea firmitas dexteræ, ea duritia lapidi data, vt cassidem perfringeret: ita Sanchez: Sanch.

vel quia Philistæus Dauidem inermem spernens, eam partem armare non curauit: in quam proinde Deus excussum à Dauide lapidem direxit: Sic alij. Ego putarem non tam ab incuriâ ob despectum Dauidem, quam ab illius æui more, apertam frontem, gestasse Philistæum: qui enim etiam ad despectum Iuuenem, cum gladio, hasta, & clypeo properabat, credo non præteriret frontis armaturam, si moris esset: ideò fortasse supra v. 5. *Cassis ærea super caput eius.* Quasi solum caput ad summam videlicet frontis partem, illâ muniretur. Quæ si vera sint, non etiam necessarium puto, recurrere ad specialem Dei prouidentiam ictui dirigendo: erant Hebræi egregij funditores vt ex lib. Iud. constat, nec etiam tenuem pilum aberrantes: quid ergo mirum si Dauid, destinaret sibi inermem partem, & destinatam feriret? in eo ergo diuina prouidentia visa splendere, quod Goliath sic stupidus perseueraret, vt neque motu corporis, neque capitis inclinatione, rotatum lapidem curaret euitandum.

Iam verò quod summa tantum pars frontis casside tegeretur, inde videtur probabile quod apud antiquiores, potius vdo tegendo capiti, quam galea ad modum nostrarum tegendæ etiam faciei in vsu videatur. Nota est illa vox Cæsaris in Pharsalico prælio: *Miles faciem feri.* Cuius caussam licet sic reddat Plutarchus in vita Cæs. Plutarch.

Præcepit vt faciem ferirent, conuulnerarentque, haud substituros cum fuco suo, pulcellos illos & floridos saltatores. Sic Appianus lib. 2. Ciuil. & Poly. lib. 8. Appian.

stratag. & alij, nihilominus satis colligitur, detectam faciem milites hos pulcellos gestare solitos: Polyb.

claré tamen rem sic aperit Lucanus.

Sed tum tela micant, non vos pietatis imago
Vlla, nec aduersa conspecti fronte parentes
Commoueant, vultus gladio turbate verendos.

Ne scilicet ciuis ciui, & consanguineo consanguineus agnosci posset, vnde à feriendo retardarentur: quod frustra diceretur, nisi quia, vtpotè detecta fronte inuicem agnosci poterant. Dixi apud antiquiores: quia paulo pòst, iam armatas etiam facies videor colligere: Germanicus Romanus dux, sic ad suos: apud Cornel. Tacit. Corn. Tac.

Anal. 2. *Densarent ictus, ora mucronibus quærerent: non loricam Germano, non galeam.* Quasi si lorica esset non ictus corpori; si galea, non mucro oribus, tam facilè intendi posset. illud etiam Clau- Claudian.

diani supr. num. citati.

——— *Dum carperet oscula saltem*
Per galeam.

Satis innuit, non ita ab armato ore, oscula facilè libari potuisse. imò non colligo, sed claré rem percipio ex Quintil. declamat. 3. qui licèt de milite Quint.

Mariano, Cæsarianis illis antiquiore loquatur, tamen vt solet fieri, cum gustu ad æui sui milites videtur exponendus. Ego ibi ita. *Non hic profusus est furor? non manifesta dementia? vides nuntium gladio latus: loricam ferro asperam: clausam galea faciem: & ad terrorem belli, cristas minantes: inscriptum in scuto C. Marij nomen: totum denique virum Martio habitu horrentem: hic tibi cultus prostituti videtur?*

Sint hæc merè coniecturaliter dicta; de fronte 1. Reg. 17.

Goliath percussâ: quibus fauere videntur loca v. 38.

alia, vbi perpetuò galeæ armandis potius capiti- Isai. 59.

bus, quam oribus assumuntur: 1. Reg. 17. v. 38. v. 17. 1. Mach. 6.

Isai. cap. 59. v. 17. 1. Machab. 6. v. 35. v. 36.

Pruuer

18. Prouerbialis est, vt notant omnes illa formula. 3.Reg.20.v.21. *Non glorietur accinctus, æquè vt discinctus*: Sumitur autem è re militari, qua taxantur, qui præproperè & immaturè sibi applaudunt, & dum adhuc in procinctu, sub periculosâ aleâ, manus cum hoste conserunt, iam epinicium canunt: ac si discincti spolia, iam victoriâ parta, condiuiderent: & quasi in tuto inermes conquiescerent. Certè non aliunde aptius, miles in prælio, aut in otio describitur: quàm dum cinctus, aut discinctus appellatur: Caussa illa, quia etiam pacis tempore, baltheum suum gerebant milites, quem nonnisi ad somnum, aut ad epulum, similésve delicias resoluebant. Hinc historiola illa Trebel. Poll. in Gallienis. *Vnum ponam, quod incunditatem, sed vulgarem habuit: morem tamen nouum fecit. Nam cum cingula sua, plerique militantium, qui ad conuiuium venerant, posuerunt hora conuiuij: Saloninus puer siue Gallienus, his auratos constellatósque balteos rapuisse perhibetur: & cum esset difficile in aulâ palatinâ requirere, quod perisset: ac taciti militares viri detrimenta pertulissent: postea rogati ad conuiuium, cincti accubuerunt, cúmque ab his quæreretur, cur non soluerent cingulum, respondisse dicuntur, Salonino deferimus. Atque hinc tractum morem, vt cum Imperatore, cincti discumberent. Negare non possum, alium plerisque videri, huius rei certum esse morem; dicunt enim militare prandium, (quod dictum est prandium, eo quod ad bellum milites paret:) à cinctis initum: cui rei argumentum est, quod à discinctis etiam, cum Imperatore cœnatur.* Vbi obiter notas nouam prandij notationem, diuersam ab aliis, quas lexica Latina ferunt. ad rem. Vides ex dictis aptissimè in vulgatis חגר במתניו per cinctum, & discinctum explicaui: aliter L X X. ὁ κυρτὸς, ὡς ὁ ὄρθιος: *gibbosus vt rectus*. Quod licèt ad sensum perinde fuerit, non tamen è bello metaphoram deduxisse credo: quidquid contra conetur ibi suadere, noster Sanctius. Chald. Paraphrast. magis ad nostra. *Ne laudet se expeditus, & descendens in prælium: si ut vir qui vincit, & ascendit ex eo.* Viderit Sanctius, an miles iste expeditus, cum gibboso illo, (id est, vt ille explicat, militaribus sarcinis grauato & incuruo,) satis conueniat.

Marg.: 3.Reg.20. v.21. — Treb Pol. — LXX. Interp. — Sanch. — Paraphr. Chald.

19. Ex fœlici illo iactu lapidis, quo Dauid Gigantem percussit, vt paulò antè vidimus: Somniant Rabbini ortum esse, vt Circumcisio, quæ vsque tunc lapideo; iam deinceps, ferreo cultro perageretur: nihil magis insanum fingi potuit. Cur huius materia cultri mutaretur, nescio: cur prius lapidea foret, (vt colligitur ex lib. Exod. 4. v.25. & Ios.5.v.2.) non diuino: coniecto tamen, periculoso alias vulneri, minus lapidem noxium, quam ferrum haberi: ideóque præponi. Facit huc Gallorum mos, qui se in Deæ suæ honorem castrabant, & testa, aut silice virilia sibi abscindebant: vt ex Plinio, Iuuenali, Nonio, Catullo, probat Ramirez ad illud Mart.lib.1.epigr.81.

Marg.: Exod. 4. v.25. Ios.5.v.2. — Ramirez. Mart.

Abscissa est quare Samiâ, tibi mentula, testâ.

Silice etiam factum exprimit Catullus: fortè quia testa vel lapis, in id opus salubrior, quam ferrum credebatur. Sic puto capiendum esse Plinium adductum, qui lib.35.cap.12.ita. *Samiâ testa Matris Dei Sacerdotes, qui Galli vocantur, virilitatem amputant: nec aliter citra periculum, si M. Cœlio credimus.* Ergo si non pari, saltem simili circuncisionis vulneri, salubrior etiam lapis putaretur. Lege innumera quæ de lapideis cultris affert noster Serarius ad locum Iosue, quibus se variæ gentes circuncidebant: ni fallor, quia lapis & testa, eiusdem innocentiæ credebantur.

Marg.: Plinius. — Serar.

Non solum fide nitet, sed etiam experientia constat, verissima illa sententia Ecclesiast. *Qui aceruat ex animo suo iniustè, aliis congregat: & in bonis illius, alius luxuriabitur.* cap.14. v.4. Horat. lib.2.Sat.3. 20.

Marg.: Eccles. 14. v.4. — Horat.

Filius, aut etiam libertus vt ebibat hæres,
Dijs inimicè senex custodit.

Idem in Lyricis lib.2.Oda 14. Idem.

Absumet hæres cæcuba dignior
Seruata centum clauibus, & mero
Tinget pauimentum superbum,
Pontificum potiore cœnis.

Non hinc absunt, quæ Statius lib.4. Sil 7. & alij passim scribunt: & quotidianis exemplis videmus, auaris compilatoribus, vt plurimum luxuriosos hæredes insultare. Statius.

Exponi, adhuc desiderant illa Ioëlis. *Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore vestro.* cap.1. v.5. minatur futura, & impendentia mala, vt ex toto capite constat: Sic & Iacobus in sua Canonica: *Agite nunc diuites, plorate vlulantes, in miseriis vestris, quæ aduenient vobis. cap. 5. v. 1.* Et tamen vterque vt vides, non tam ad pœnitentiæ lachrymas, in futuri mali remedium inuitat: quam desperati doloris anticipatum ploratum. visus commouere. hoc ne piè? hoc ne prudenter dictum? omnino: neque enim tam re ipsâ præcipitur faciendum, quam sub vulgari & vsitata formulâ, mala imminentia, & fletu tunc prosequenda prænuntiantur. Sic Græci & Latini, cum malam alicui fortunam prænuntiabant, eos plorare iubebant. Lucianus in Dial. Diogenis & Pollucis. Σὺ δὲ οἰμώζειν αὐτοῖς, παρ' ἐμοῦ λέγε. *Tu verò, verbis meis plorare eos iube.* Aristophan. in Conc. Τοῦτον μὲν μακρὰ, κλαίειν κέλευε. *At hunc, in longum tu plorare iube.* Cicero ad Q Fratrem. Ἀλλὰ οἰμωζέτω. *Nos modo valeamus*, id est, *sed ploret*, &c. Horat. lib.1. Sat.vlt. 21.

Marg.: Ioel 1.v.5. — Iacob 5. v.1. — Lucian. — Aristoph. — Tull. — Horat.

——— Tèque Tigelli
Discipulorum inter, iubeo plorare, cathedras.

Et sæpè alibi.

Inter alia ludibria, quæ Christus Dominus, bono nostro passus est: non est leue illud, quòd veste alba ab Herode indueretur: *Et illusit indutum veste alba, & dimisit ad Pilatum.* Luc. 23. v.11. Ego aliquando sic explicabam. Candidâ veste honorum petitores induebantur apud Romanos, vnde *Candidati* dicti: ignorat nemo. Cum ergo Saluator id temporis, regni & supremæ dignitatis ambitiosus denotaretur: more Romano illudens Herodes, Pilato domesticis ludibriis adblandituus, Christum alba veste induit: quasi dicat: lepidum regni petitorem mihi misisti: hunc Romano igitur tuo more, tibi indutum *candida* remitto. Quia tamen multi sunt, qui Christum æternam sapientiam, instar fatui, in hoc loco habitum volunt: proptereáque splendenti, sed ludicra veste indutum: aduerto, vt hodie, sic & olim, inter aulæ delicias, amentes atque fatuos, Principibus haberi. Seneca epist 50. *Si quando fatuo delectari volo: non est mihi longè quærendus: me rideo.* pro priori tamen explicatione facit, quod paulo pòst, rex ludicrus allusus est: de quo plura alibi. 22.

Marg.: Luc. 23. v.11. — Senec.

De Lazaro suscitato, sic habet Ioannes cap.11. v.44. *Et statim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes,* 23.

Marg.: Ioann.11. v.44.

des, & manus institis. Fasciæ istæ, siue institæ solemnes erant cadaueribus condendis. do lepidum
Anthol epigramma ex ἀνθολ.ϛ.

> Ἰατρὸς κρατέας, καὶ δάμων ἐνταφιαστής,
> Κοινὴν ἀλλήλοις θέντο συνωμοσίην:
> Καὶ ὁ μὲν οὓς ἐκλέπτεσκεν ἀπ' ἐνταφίων τελαμῶνας.
> Εἰς ἐπιδεσμεύειν πέμπε φίλῳ κρατέᾳ:
> Τὸν δ' ἀνταμειβόμενος κρατέας εἰς ἐνταφίασιν
> Πέμπεν ὅλους αὐτῷ τοὺς θεραπευομένους.
> *Medicus Crateas, & Damon vespillo,*
> *Communem inuicem statuere coniurationem:*
> *Et hic quidem quas furabatur à sepultis institas,*
> *Adliganda vulnera misit amico Crateæ.*
> *Cui correspondens Crateas, ad sepeliendum*
> *Remisit illi, omnes ægrotos, quos curat.*

Clemens. Clemens Græcus in cathena ad cap.1.Iob, fasciatum infantem, cadaueri componens. *Simul atque editus in lucem, & susceptus est, manus pedesque eius institis constringuntur: atque sic vinculis impeditus, potitur vberibus. O vitæ primordium, mortis prodromum? nuper iste infans ad vitam ingressus: nec interpositâ morâ, mortuorum pannis amicitur.* Quasi nihil cadaueri solemnius, quam institis ligari. Non ergo aliunde aptius, quam ab his debuit Ioannes, mortuum Lazarum, sepultúmque describere.

Quæres an etiam Christus Dominus his fasciis ligatus sepeliretur? Nullus Interpretum, quem viderim, rem tractauit: dabo igitur trepidam pro parte negante coniecturam. Visus affirmare Ioannes, qui ita. *Acceperunt ergo corpus* IESV, *& ligauerunt eund linteis, cum aromatibus, sicut mos est Iudæis*
Ioan.19. v.4. *sepelire*. cap.19.v 4.Sed in his verbis solum videtur intelligi, id quod reliqui tres Euangelistæ exposuerunt, qui nulla ligaturæ facta mentione, tantummodo sindone munda inuolutum corpus scripserunt. Et certè Ioannes longè aliter de Lazaro ligatis manibus & pedibus loquitur, quam de Christo: ideò Græca hic, *ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις*. Sunt ὀθόνια, linea integumenta, & in hoc loco, meram aliorum Euangelistarum sindonem videntur designare. At vbi de Lazaro sermo est, dicitur ille *δεδεμένος κειρίαις*: ligatus *fasciis*. Videtur deinde pro parte negante robustum argumentum, quod sacri cadaueris spolia, memorans deinde Ioannes, sic habet de Petro ingrediente sepulchrum. *Et vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim, in-*
Ioan. 20. v.6. *uolutum in vnum locum*. c.20.v.6. non absque mysterio, sic minutim ista exprimuntur, quia inde euidens resurrectionis argumentum eruebatur: neque enim si fur corpus auferret, (vt benè notant Interpretes, cum Iansenio,) tam morosè lintea separaret, & sudarium conuolueret: quin potius ambita spolia auferret, aut per trepidationem turbaretur, celerius fugiturus. At in hanc rem quantum ponderis haberet, solutas morosius fascias enarrare, si illas sacrosanctum corpus prætulisset? At inquis cur non conuolutum, sed ligatum linteis, dicitur à Ioanne? quia inuolutio ipsa, quodammodo ligatio est: vel quod planius, quia inuoluenti, sindonis summitates, vt & hodie fit fuerant colligatæ: Sic enim aptè loquimur, ligatus est Petrus sindone, quia ligatâ sindone inuolutus.

Nihilominus, cum Ioannes dicat *sicut mos est* nobilium saltem Iudæorum sepultum esse Christum, (sic enim *τὸ de more* restringit Maldonatus,) & aliunde nobilis Lazarus, etiam pedes manúsque ligatus fasciis, sepultus describatur: idem de Christo mihi certum, saltem probabilius habendum videtur Et fortassè ideò Ioannes non ligatum dixit linteo, sed linteis: vt & sindonem, & fascias sepulchrales denotaret: has enim fuisse lineas satis colligitur ex Græco epigrammate supra dato, vbi ligandis vulneribus aptæ dicuntur. Quod autem Interpretes quæstionem non ventilent, inde oriri puto, quia sententiam quam teneo, verissimam & planissimam ex D. Augustino supposuerunt. Is D.Aug.
ergo lib.3.de cons. Euang. cap.23. ita, (post multa ad rem aliam,) obiter de re nostra. *Neque enim illi, qui de Nicodemo tacuerunt, affirmarunt à solo Ioseph, Dominum sepultum, quamuis solius commemorationem fecerunt: aut quia illi vna sindone à Ioseph inuolutum dixerunt: propterea prohibuerunt intelligi, & alia lintea potuisse afferri a Nicodemo, & superaddi: vt verum narraret Ioannes, quod non vno linteo, sed linteis inuolutus sit. Quamuis & propter sudarium, quod capiti adhibebatur, & institas, quibus totum corpus alligatum est; quia omnia de lino erant, etiam si vna sindon ibi fuit, verissimè dici potuit, ligauerunt eum linteis: lintea quippe generaliter dicuntur, quæ lino texuntur.* Hæc vnus Augustinus (apud alios Patres, nihil quod huc faciat, legisse memini,) litteraliter locum expendens: à quo solum euidentes in contrarium rationes, me possent dimouere: quas tamen in hoc negotio non inuenies. Coniecturæ verò, quas in contrarium tuli, facilè corruunt: supposuerunt scilicet Euangelistæ morem, ideo non expresserunt: & in separato linteamine, sudarióque inuoluto, apertè solutas institas denotarunt.

CAPVT XLV.

De Christo Domino, pluscula.

PERIOCHA.

1. *Prætorium, quid. de Pilati prætorio multa Euangelistarum, & aliorum verba discutiuntur. Christum in loco tribunalis illusum non fuisse, probatur.*
2. *Mos lacerandi vestimenta puniendis. Vestes non laceratæ sed exutæ, eximiam Christi testantur patientiam. Quid de tunicis Apostolorum scissis dicendum Act.16.v.22.*
3. *Pilatus, non Prætor: sed Præses. Syria & Iudæa diu Præsidialis fuit Prouincia. Præsidatus dignitas.*
4. *Milites olim, carnificum impio munere functi, apud varias nationes. horum aliqui priuatis necibus, à dura indole, & arte sæua destinati, quibus Centurio præerat, vel quis similis. Spiculator quis. Publicus carnifex seu δήμιος. Multa interim sacra euoluuntur.*
5. *Sputorum iniuria. Damnati capite, impunè ab omnibus despuebantur. Hæc sputamenta, vt plurimum colaphis coniuncta. Inde quædam è sacris.*
6. *Militibus, Seruis, Rusticis & Pauperibus quibusuis, ordinarius olim potus,*

acetum,

acetum. an Hebræis id in vsu. De aceto sitienti Saluatori porrecto, fusè quæritur.

7. *Insignes tituli olim, diuersis linguis, & characteribus scripti.*

8. *Audacia Iosephi in petendo Christi corpore à Pilato: eodémque, inuitis Iudæis honorificè sepeliendo, vnde orta. Lex Augusti, quædam natorum cadauera propinquis reddi iussa: vigens interim consectatur.*

9. *Mos militaris, quæuis spolia & prædas diuidendi sorte: ab vtraque paginâ notissimus. Obiter de vsu commutandi mancipia pro vino.*

10. *Christum non videri sub peregrini habitu, Discipulis euntibus in Emaus apparuisse: inde enim immeritò ignorantia reprehenderetur: Sed quia indigena creditus, ansam admiranti Cleophæ, visus fecisse.*

OCCASIONE illorum, quæ ad finem superioris capitis, de Christo Domino, veste alba illuso: & institis ad sepeliendum ligato, dixi: pluscula de eodem recolui Seruatore, quæ hîc seorsim scribere, non superuacaneum duxi. Operæ pretium aliquod me facturum sperans, dum locis adhuc caligantibus, si minus lucidam, fumigantem saltem faculam adhiberem.

1. Ioann. 18. v. 28. Ioannes cap 18. v. 28. ita: *Adducunt ergo* IESVM, *à Caipha in Prætorium, erat autem manè, & ipsi non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.* Præter ordinarios Euangelistarum Interpretes, vide Iosephum Stephanum ad 1. Mach. cap. 4. v. 38. qui obiter Marc. c. 15. v. 16. explicat de prætorio Iudiciali; vt in ipso Tribunalis throno, Christus, per ludibrium collocaretur, & rex salutaretur. Sed quæ frons, quis militum pudor, Christum vili chlamyde, ignominiosa corona, ridiculo sceptro deformatum, in eodem Præsidis throno, cum eiusdem Pilati dedecore collocaret? Erat thronus iste, & iudicum tribunal tactu purpuræ sacrum apud Romanos: & apud alias gentes, (vt dixi supra cap 39. num. 2.) sic thronus venerandus, vt nullo modo temerè attingendus haberetur: & hunc ludibrio profanatum existimaueris? ego non crederem: Sed id apertè colligo ex Ioanne, in suo hoc Prætorio ab Euangelistis citato, Pilatum, suum tribunal & thronum, non habuisse. Ex capite & versiculo adducto Ioannis constat, Iudæos Prætorium non introiisse: tunc v. 29. prodit foras Pilatus ad illos, & v. 33. intus ingreditur vbi erat Christus, & v. 38. prodit secundo foras ad Iudæos. tunc cap. 19. v. 5. regressus iterum est ad locum vbi Christus illusus flagellabatur, quod inde probatur, quia v. 4. foras tertio exiisse, cum Christo dicitur: v. vero 9. cum eodem IESV regreditur ad Prætorium, vt ab illo, secreto & à Iudæis seorsim quæreret, vnde esset. tunc tandem v. 13. dicitur: *adduxit foras* IESVM, *& sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostratos.* Vnde adduxit foras? certè à prætorio, quo paulo antè dicitur ingressus, ad secretam illam interrogationem: foris verò quid agit? ascendit tribunal: ergo intus in illo Prætorio, vbi Christus includitur & flagellatur, non erat Tribunal Pilati.

Ioseph. Steph. Marc. 15. v. 16.

Ego cæcus, nisi hoc euidens videatur. Vnde patet minus attentè tot Interpretes scripsisse, qui Euangelium hoc Prætorium, de loco Tribunalis explicarunt.

Sed contra est Ambrosius serm. 17. vbi de Iudæis: *Hi enim arte insinuant se hominibus, domos penetrant, ingrediuntur Prætoria, aures Iudicum inquietant, & ideò magis præualent, quo magis sunt impudentes. nam olim iam & Dominum Saluatorem, intra Prætorium persecuti sunt, & Præsidis eum iudicio condemnarunt. In prætorio ergo à Iudæis innocentia opprimitur, secretum proditur, religio condemnatur.* Sic & alij Patres nonnulli. Sed hi, (eorundem, quos summisse venerot, pace,) dum mores formant, & mystica attendunt, quandoque minus firmandæ litteræ intendunt: in quo casu, cum veritas aliunde constet, nullâ irreuerentiæ notâ ab Interpretibus solent præteriri. Videtur autem æquiuocationi caussam fecisse, quod iam istorum Patrum æuo, iudicum tribunalia, Prætoriorum nomine dicerentur. Vnde Iustinianus Imper. nou. 24. *τὰ δικαστικὰ καταγώγια, πραιτώρια καλεῖν, ἔταξαν. Iudicialia cubicula, Prætoria vocare decreuerunt.* At prioribus sub Cæsaribus, quo tempore Euangelistæ scripserunt, longè aliâ significatione, vt plurimum Prætoria sumebantur: pro domo scilicet, & aula superbiori. D. Amb. Iustinian. Imp.

Ecquod tandem, inquis, Prætorium istud Pilati? nihil aliud, quam ampla illa aula, quæ in Principum palatio, ab atrio venientes excipit, vbi milites custodes, faciendis excubiis commorantur Hinc passim apud Romanos prædicti milites, Prætoriani dicebantur: & prætorianæ legioni, seu prætorio Præfectus apud Græcos: *ἔπαρχος αὐλῆς* dicitur, *Præfectus aulæ:* vt multis ad rem suam probat Faber sem. 5 cap 1. imò & superbiora quæuis etiam villarum ædificia, Prætoria dicebantur. Ausonius in Mosella. Petr Fab. Auson.

—— Quas medio dirimit sinuosis flexibus errans
Amnis, & alternas comeant prætoria ripas.

Stat. lib. 1. Sil. 3. de villa. Statius.

—— Alternas seruant Prætoria ripas.

Vide quæ alij ad Mart. lib. 10. epig. 79. qui etiam Prætoria hæc celebrat: Vnde merito Sanch. *Prætoriola* illa, Ezech. 27. v. 6. De pulzellis cubiculis explicanit. Imo & D. Hieron. lib. 2. contra Iou. dolium Diogenis, *Prætorium* ex dictis lepidè appellauit. Nec aliter capiendum puto locum illum Act. 23. v. 35. *Iussitque in Prætorio Herodis custodiri eum* Quàm de aulâ, vbi Herodis milites excubabant. Quæ iam apud Romanizantes Hebræos Prætorium dicebatur: ipsam enim Tribunalis domum, quis vnquam ad custodiam deputauerit, Ni ergo fallor, tantummodo locus Pauli ad Philip. cap. 1. v. 13. de Prætorio iudiciali, capi potest. Martialis. Sanch. D Hier. Act 23. v. 35.

Sed mihi mirum, non solum communi aliorum sententiæ, minus vt vides veræ oculatissimum alias Maldonatum adhæsisse. Sed insuper ad illud Matth. 27. *Suscipientes Iesum in Prætorium,* sic scripsisse. *Id est in locum vbi Prætoris tribunal erat, qui Prætorium appellabatur. Qualis fuerit locus Marcus exponit c. 15. v. 16.* Milires autem duxerunt eum in atrium Prætorij. *Erat ergo tribunal Prætoris in atrio aliquo, aut atrio vicinum, vt eò qui caussas habebant conuenire possent. Cur milites in eum locum Christum deduxerint, ex euentu licet facere coniecturam, voluisse eos Christum in tribunali, quasi regem, irrisionis caussa collocare.* Quid sit Prætorium, id est, locus, vbi Dominus illusus fuit, hucusque ex Ioanne ostendi: cum ergo Marcus eundem successum hic scribat: aliunde verò locum minus Maldon.

elatè deſcribat: non tam ex illo explicandus eſt Ioannes, aliàs apertiſſimus, quam ipſe per Ioannem interpretandus. Tota ergo difficultas eſt, cur quod cæteri Euangeliſtæ *Prætorium* appellarunt,
Marc. 15. v. 16. vnus Marcus, *atrium Prætorij* appellet. Sciendum ergo, tam in locis Euangelicis, quam in lib. Eſther, & ſæpè alibi, vbi Græcè legitur *αὐλὴ aula*, à vulgato noſtro, ſemper exponi *atrium*: ergo, *atrium Prætorij* nihil aliud eſt, quam *aula Prætorij*: id eſt, ipſiſſimummet Prætorium: ſicut aulam triclinij, benè dicimus pro triclinio. Longè clarius in Græco res habetur: *ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς ὅ ἐστι πραιτώριον. Abduxerunt illum, intus aula, quod eſt prætorium*, id eſt, *in interiorem aulam*, &c. alij Codices habent *εἰς τὴν αὐλήν: in aulam.* Vnde colligo, aulam iſtam, (id eſt, prætorium,) propriè ſic dici, ſub dióque fuiſſe: Si enim tecta fuiſſet, vix atrium appellari potuiſſet. Ergo duplex erat atrium ſeu aula in domo Pilati, alia exterior vbi Tribunal, alia interior, quæ Prætorium erat vbi milites excubabant, & vbi Saluator tam aſperè exceptus Sicut in domo Pon-
Marc. 14. v. 66. tificis, Marci 14. v. 66. ex opinione Ioſephi Stephani citati & aliorum, *atrium deorſum* dici, atrium quoddam inferius, per ordinem ad aliud ſuperius: videtur. alia ibidem immiſcet Stephanus de Tribunali Caiphæ, quæ minus ad guſtum.

Addit Marcus citatus: *Et conuocant totam co-*
Matth. 27. v. 27. *hortem:* Sic & Matth. cap. 27. v 27. *Congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem.* Tam ne ad manum tot milites? ita planè: vel quia tota cohors prætoriana id temporis, ad Præſidis excubias aſſiſtebat: vel quia in vicina aliqua domo erat: vnde facilè tota vocaretur: agebat enim Pilatus id temporis ſub Tiberio, ad cuius imitationem, non vagos per diuerſa hoſpitia, idque in aliena Prouincia, pateretur cohortis milites: quando nec
Sueton. Romæ id Tiberius patiebatur. Sueton. in Tib. cap. 37. *Romæ caſtra conſtituit, quibus prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus, & per hoſpitia diſperſa, continerentur.* Hæc ſunt quæ mihi de Prætorio hoc Euangelico, viſa: quibus vt verum fatear, tantummodo à nouitate timendum, credo, ad alia veniamus.

2. Pergit Matthæus. *Et exuentes eum, chlamydem*
Matth. 27. v. 28. *coccineam circumdederunt ei.* v. 28. iam iterum, quamuis non exprimatur, exutus fuerat Dominus ad flagella. Noto igitur in hac vocula *exuentes*, Græcè, pari ſuauitate *ἐκδύσαντες*: latenter miram Saluatoris manſuetudinem & patientiam, fortaſsè ſignificari. Cum enim de vſu veterum carnificum eſſet Reorum reluctantium veſtes lacerare, ſcindendóque detrahere, víxque vnquam, (aut neque vix,) veſtes reorum niſi laceras audiamus: Summa Agni noſtri videtur patientia ſignificari, dum non ad quæuis, ſed etiam ad grauiſſima ſpinarum ludibria, arundineique ſceptri ictus, non tam laceræ, quam exutæ, eius veſtes deſcribuntur. Non reluctabatur Chriſtus, imò nec deprecabatur, qui rabidos etiam carnifices coëgit, vt ab vſitata veſtium laceratione abſtinerent. Dedit
Faber. Senec. huius pluſcula ad rem ſuam Faber Semeſt. 2. cap. 10. inde mihi vnum, aut alterum delibo. Seneca lib. 1. de Ira cap. 16. *Quid ſi ille viderit deſilientem de Tribunali Proconſulem, & faſces lictori auferentem, & ſua veſtimenta ſcindentem: quia tardius ſcinde-*
Plutarch. *bantur aliena?* Plutarchus in Camillo: *Præcepit lictoribus, illius veſtimenta hominis dilacerari, manúſque poſt terga religari, puerí que flagella dari, vt & verberarent, & verberatum in vrbem ducerent pro-*
ditorem. Addo magis ad rem meam Quintillia- Quint.
num, in quem incidi declamat. 7. *Sed ſi ſuſ eſt, iudices, dubitare de fide quæſtionum: alius debet eſſe ſuſpectus, ille ſcilicet, in quo ſeruilium pectorum receſſus, in quo verniles excutiuntur artus. Quoties tortori, eſt rixa cum membris, tum cruciatus agnoſcit, aſſiduis ſupplicijs durata patientia: & homini non eſt noua res, dolor corporis applicitus, quod ſciſſa laceratáque veſtis, primum ferro non poteſt pudorem, quod neſcit ad flagellorum vices membra componere: nec vllo verbera frangit occurſu: nos inquam ſumus, quos leges ſupernacuum putauere torqueri. Vnde nobis, inter iſta ſecretum? in tormentis, libero homini opus eſt patientia, vt verum dicat. Sed inquit, ideò torqueri non debes, quia exigis, vt torquearis: aliud ſunt, inimice, tormenta, aliud velle torqueri: fœlices illos, qui recuſare voluerunt: meretur clementiam, & fauorem, quiſquis ad illa tremens, exanimiſque perducitur, quem vix à genibus tortor abducit, cui iam ſciſſas quoque, difficile poſſis eripere veſtes.* Habes obſtinati animi, & tormento inhiantis verba: vnde tamen optimè diſcis, qualis eſſet aliorum miſerorum geſtus, qui tortorum genibus ſupplicabundi obuoluebantur tenacius: qui ſciſſas etiam veſtes, ne penitus nudarentur, retinebant. habes aliunde liberi hominis in tormentis patientiam, cui nec opus veſtes ſcindere, nec à genibus amouere. Deme huius obſtinationem: & in affectum pietatis, miſericordiæque patiendi pro ſuis muta, & habes Chriſtum, ideò nec illius deprecationes timidas audis, nec à tortoribus ſciſſas veſtes legis, ſed exutas. Sed iterum Quintillianus Idem.
declam. 18. *Adeò non potuit libertis, aut ſeruulis, neceſſitas iſta mandari? non carnifex potius adhiberi? Pater in tormentis filij non auerſos oculos tenuit, ipſe veſtes ſcidit, velamenta lacerauit, manibus flagella concuſſit, renouauit ignes.* Hæc ſatis de Chriſti veſtibus non laceris, ſed exutis.

Obiter examinanda illa verba Actor. 16. v. 22. Actor. 16. v. 22.
de tumultuante populo, in Paulum & ſocios: *Et concurrit plebs aduerſus eos, & magiſtratus ſciſſis tunicis eorum, iuſſerunt eos virgis cædi.* Pari æquiuocatione fermè in Græco textu: *καὶ οἱ στρατηγοὶ, περιρρήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια ἐκέλευον ῥαβδίζειν. Et Duces dilacerantes eorum veſtimenta, iuſſerunt virgis cædere.* Non liquet, an Apoſtolorum, an Magiſtratuum veſtes laceræ dicantur. Sanchez cum multis, ſciſſas Apoſtolis veſtes ait, vt exciperent expeditas virgas, & addit. *Conſciſſa ergo ſunt tunicæ à furenti populo, vt nudus exciperet expeditas virgas: quaſi enim multum poneretur mora in exuendis veſtibus, compendio vtuntur in lacerandis ex quo conſtat furori hæc agi potius, quam conſilio.* Oblitus videtur expoſiti hucuſque moris meus Sanchez, licèt alias eruditiſſimus: neque enim id furori tantum, ſed ſolito furori, id eſt, duro illius temporis mori tribuendum: quo Reis, etiam præuio conſilio tortis, veſtes lacerabantur: huicque alluditur, ſi Apoſtolorum veſtes ſciſſas dixeris. Sunt alij qui de veſtibus Magiſtratuum rem explicant: hi verò ſubdiuiduntur, quidam magiſtratus hos, Hebræos putant, & ideò tanquam ad auditam blaſphemiam veſtes ſcidiſſe: Sed vt benè vidit
Sanchez, abſque fundamento dicitur Iudæos Sanch.
fuiſſe, nec aliunde in hoc loco, aliquid quod blaſphemiam ſonaret, audiſſe leguntur. Quidam autem putant fuiſſe Romanos: quod probat Sanchez, ſed tunc illorum veſtes laceras inde negat: *Magiſtratus quorum exiſtimari poſſent laceratæ tunicæ, Romani erant, apud quos*

inſolitum,

insolitum, eiusmodi edere, siue religionis violata, siue offensionis signa. Duo assero: in primis non videri Hebræos, hos Magistratus, cum vix vllum appareat fundamentum: non tamen rectè infertur, si tales essent, nonnisi audita blasphemia potuisse scindere vestimenta sua: Hebræi enim non solum ob blasphemiam auditam, sed etiam ob quemuis dolorem, vestes sibi lacerabant: norunt id Pueri, Iud. 11. v. 35. Iudic.cap.11.vers.35.& 2.Reg.13. vers.31. & sæpe alibi. Dico secundo, frustra & gratis negari hic scissas vestes Magistratibus, ex eo quod Romanis, hæc signa, offensionis saltem ergo, edere insolitum: falsum id,& ne longius eam, audisti paulo Senec. ante ex Seneca, Proconsulem ira percitum, & lictoribus offensum, sibi vestimenta scidisse, quod isti tardius Reo lacerarent.

Vnus ergo, quem viderim, Faber loco citato (qui licet alienæ litteraturæ Professor, sacræ tamen interdum, optimus est Interpres) scissas Apostolorum vestes, prædicto mori tribuit, quem tamen nollem perturbater, cum aliunde vt iacet, possit intelligi, & legi debeat. Sed ex dictis, fortasse mihi aliquis obiiciat: ergo Apostolis quasi impatientibus, & retractantibus, non exutæ, sed scissæ vestes sunt: an id dicendum? absit: sed cum impetu ruerent, cumque verè noxios Apostolos iudicarent, non speratis vllis innocentiæ & mansuetudinis indiciis, in illos instar cæterorum reorum dilaceratis vestibus sæuierunt. Hoc autem in Christo locum habere non potuit: quem cum à totius accusationis initio mitissimum, & neque leuissimo nutu resistentem intuerentur milites, vestium laceratione nudare prætermiserunt. Imo, si verum est quod grauissimi Auctores putant, non solum flagella, sed insuper hæc doloris ludibria, militibus à Pilato fuisse impetata, Maldon. (ideo citatus Maldonatus: *Hac autem omnia, qua milites fecisse legimus, Pilati iussu, ex Ioanne colligimus: tunc inquit apprehendit Pilatus* IESVM, *& flagellauit, & milites*, &c.) Tunc crederem ipsum Pilatum, qui non tam ita percitus in Christum, quam Iudæis satisfacturus, illum puniebat, vestium lacerationem prohibuisse. Mihi tamen hoc secundum Pilati Imperium adhuc dubium: & saltem, non plus ex Ioanne, quam ex cæteris Euangelistis colligi, semper existimaui: quin ipsa verba, quæ citat Maldonatus, pro me videntur facere: dicitur enim, *Pilatus* IESVM *flagellauit*, quia eius imperio milites flagellarunt: sic ergo, si spinas & ludibria ipse imperasset, addendum videbatur, Ioan.19.v.2 *& plectens coronam de spinis, imposuit*, &c. at quam diuersus tenor? *Tunc ergo apprehendit Pilatus* IESVM, *& flagellauit: & milites coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & veste purpureâ circumdederunt eum.* cap.19.vers.1. & 2. quasi flagella de Præsidis præcepto, cætera vero de impio commento militum prodirent.

3. Sed priusquam ad pauca quædam alia priuatim descendam, duo non inutilia, pro sacro dominicæ totius passionis textu declaranda. Primum, quis & qualis sit titulus iste Præsidis, quo toties apud Euangelistas Pilatus insignitur. Secundum, cur nulla facta carnificum mentione, Romanis ipsis militibus, impium & indecorum carnificinæ ministerium tribuatur. non sunt ista aliunde abstrusa, & è recondito sunt eruenda; sed tamen, quod nostris Interpretibus desint necessaria. De primo, prius. Qui Prætorium de loco Tribunalis explicarunt, sic videntur loqui, quasi Pilatus Prætor fuisset, ideo Maldonatus, vt dixi, Prætorium explicauit, *vbi tribunal Pratoris.* Hi ergo tales, sic de Præsidis nomine locuti videntur, ac si designet communem potestatis titulum, & non priuatum & certum dignitatis gradum, vnde propriè Præses dicatur: vtrobique tamen, si syncere loquendum, falluntur. Nam neque Prætorium, quando pro loco iudiciali sumitur, de solo Prætoris tribunali sic appellatur, (& si prima vocis origo inde orta videatur) sed à cuiusuis magistratus tribunali, & Ducis sic diceretur, vt passim legimus: neque Pilatus Prætor, sed Præses fuit, Græcè ἡγεμὼν: quæ vox vtrobique, certum dignitatis gradum à cæteris distinctum significat: rem vt capias aduerte Prouincias Romano Imperio subiectas, quadrifariam vt plurimum diuidi solitas: de quibus audiendus Alexander Neapol.genial.2.cap.26. Alexand. Neapol. *Illud quoque admonitu non inutile duxi, quasdam Prouincias proconsulares fuisse, ad quas soli mittebantur Proconsules: quasiam consulares, nonnullas præsidiales, plerasque pratorias: quibus Consules, Prasides, Pratoresque prafecti erant.* Vide quæ ibi multa Tiraquell. Tiraq. qui ad finem commentarij prædicti capitis, alias adducit, *quastorias* scilicet, & *Equestres*, quibus nimirum Quæstores, & Equites Romani assistebant. Sicut ergo ab aliis Magistratibus dignitates proprio titulo vocabantur, scilicet consulatus, proconsulatus, prætura, &c. sic Præsidis dignitas, *Prasidatus* vocabatur. Discis ex Vopisco, Vopisc. in Carino, vbi ita. *Audiebat pater eius, qua ille faceret, & clamabat, non est meus. Statuerat denique Constantium, qui postea Casar est factus, tunc autem Prasidatum Dalmatia administrabat, in eius locum subrogare.* Cum ergo tam disertè Euangelistæ Latinè Præsidem, Græcè ἡγέμονα, Pilatum vocent: & aliunde, distinctum ab aliis titulum hunc noscamus: immerito, immo proterue iam deinde Pilatum hunc Prætorem existimemus. à quo autem tempore Syria (cuius pars erat Iudæa) Præsidialis prouincia foret ex Iosepho discis, auctor est autem veritatis quandoque non iuratæ) saltem illud ex Euangelio nobis certum est Luc.cap.2. vers.2. Luc 2.v.2. Augusto Imperante talem fuisse, & ad æuum vsque Neronis in hoc statu perdurasse satis colligitur ex c.23. Act.v.26. vbi de Præside Fælici: nec est vlla ratio, aut Auctor, ni fallor, qui medio hoc tem- Act 23. pore in Prætoriam aut similem prouinciam, fuisse commutatam cogat asserere. An vero ante Augustum, aut post Neronem titulos mutarit, quod passim aliis Prouinciis euenisse scimus, non est huius loci examinare. Parco integro titulo de offic.Præs.apud ius ciuile.

4. Iam secundum. Apud priscos maximè apud Romanos, milites sumendis pœnis, & exercendis suppliciis deputati: vno verbo, puti puti erant carnifices: quod ex Dominicæ Passionis historiâ apertè constat: sic benignè capiendus (cum aliis) noster Maldonatus, qui ad illud de Herode: *& mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem:* Matth.2.vers.16.ita scribit. *Mittens subaudi carnifices.* Nam planè hi carnifices vt dixi, milites erant. Ideo Hymnus Ecclesiasticus: *Satelles i, ferrum Hymn. Eccles. rape.* D.Petrus Chrysulog.serm.152.de hoc impio D.P. Chrys. gesto. *Ad sinus Matrum, militum cogit castra, inter vbera, arcem pietatis oppugnat.* D.Augustin. serm.1. D.Aug. huius festi, signatissimus. *Ad carnificem mater clamabat, quid separas à me, quem genui ex me?* & statim explicans, quis esset iste carnifex, subdit. *Alia contra clamabat: veni iam veni Saluator mundi, quandiu quareris? nullum times: videat te miles, & nostros non occidat infantes.* Ergo aut à Præsidio Romano

desumptos, vt puto, aut aliunde barbaros comparatos, milites contra infantium innocentiam expediuit Herodes. Hinc Patres, crurifragij ministros, de quibus Ioannes, *venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura*: cap.19. vers.32.
Ioan 19. v.32 — Tertull.
pleno ore carnifices vocant: Tertull. Apol. cap.21. *Spiritum cum verbo sponte dimisit, præuenta carnificis officio.* Sic Origenes lib. 3. contra Cels. ad med.
Origen.
Emisso clamore magno, exhalauit spiritum, priusquam carnifices, crura crucifixorum frangerent. Lactant.
Lact. Firm.
lib.4. cap.26. *Suffixus itaque Christus cum spiritum deposuisset, necessarium carnifices non putarunt ossa eius suffringere.* Ideo D. Ambros. lib. de Virgin. Marty-
Ambros.
rij B. Agnetis ministros, nunc carnifices, nunc milites vocauit. *Hæc inter cruentas carnificum impauida manus: hæc stridentium grauibus, immobilis tractibus catenarum: nunc furentis mucroni militis totum offerre corpus: mori adhuc nescia, sed parata, vel si ad aras inuita raperetur, tendere Christo inter ignes manus atque in ipsis sacrilegis focis, trophæum Domini signare victoris.* Quin & Tertull. citatus cap.2. acu-
Tertull.
tius ita loquitur. *In reos maiestatis, & publicos hostes, omnis homo miles est.* Id est carnifex. Dedi ad rem nostram hos plusculos ex sacris, in quorum aliquos ego, alij in alios, sed ad rem aliam inciderunt. Iam vero alias etiam nationes, in simile ministerium Milites destinasse, vidit iam noster San-
Sanch.
chez ad illud Dan.2 vers.24. *Post hæc Daniel ingres-*
Dan.2 v.24
sus ad Arioch, quem constituerat Rex vt perderet sapientes. Cuius verba tanquam Magistri optimi, hic transcribere non pigebit. Ergo Sanctius ita.
Sanch.
Arioch iste videtur fuisse militia Princeps, qui Chaldaicè, Princeps interficientium, *appellatur: executio vero capitalis supplicij, militibus olim committebatur. Sic Salomon 3. Reg. 2. præcepit Banaiæ, vt damnatum iam morte, occideret Ioab: & eodem cap. iterum Abeniam. Sic Saul emissariis suis, nempe militibus præcepit 1. Reg.22. v.27. vt Sacerdotes, quos morti destinarat, occideret. Et est exemplum optimum in Christo Domino, quem Romani milites in Crucem egerunt. Sic Arioch eiusque cohortibus id datum negotij, quasi lictores essent, vt iuxta regium decretum, sapientes illos Chaldæorum neci dederent.* Hæc Sanchez verissime, & ex iis quæ dixi illustrandus: à quo tamen, in vno verbo dissentio, de quo infrà.

Hinc etiam capies, quid sit illud de alio Hero-
Mar 6.v.27
de Ioannem decollante: *misso speculatore, præcepit afferri caput eius in disco.* Marci 6. vers.27. est enim
Firm.
Miles, ab spiculo gestato sic dictus. Firmicus lib.8. cap.26. *Spiculatores faciat, qui nudato gladio, hominum amputent ceruices.* Viri quidam doctissimi, non per i. sed per e. hos milites putant scribendos, hoc modo, *speculatores*: volunt enim fuisse vt plurimum, ad hæc ministeria desumptos, ex illorum numero, qui ad Principum custodiam, quasi in
Cerda. Suidas.
specula magnæ vitæ excubabant; vt notauit Cerda ad Tertull. lib. 15. num. marg. 26. citans inter alios Suidam, qui Inde σπεκουλάτωρα explicat δορυφόρον: *hastiferum.* Doriferi autem, seu hastiferi milites, è Principum erant excubiis, vt nosti. Quæ si vera habeas, clarius quæ dixi de Prætorianis militibus Pilati patebunt. Certè Græca Marci sic habent: ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτωρα: vbi per, e, eadem formâ, quâ apud Suidam scribitur. Erat ergo spiculator, seu speculator iste qui Ioannem decollauit, ex hastiferis, seu prætorianis militibus Herodis.

Duo adhuc breuissimè aduerto, alterum, extra eos casus in quibus ad publicam aliquam pœnam vel stragem, tota cohors, imo tota quandoque legio Militum mittebatur, (quod Innocentium æuo factum puto, & sæpe alibi legimus:) non videri, totam militarem cohortem indifferenter huic impio ministerio destinatam, sed è singulis cohortibus nonnullos, quos & proterua indoles, & artis impietas, carnifices egregios commendaret. Talis erat ille de quo Sueton. in Calig. cap.32. Sueton.
Miles decollandi artifex, quibuscunque è custodia, capita amputabat. Alterum assignati his carnificibus cum ad priuatam aliquorum necem destinabantur, ducem vel centurionem, quorum ductu carnificinam exercerent. Seneca lib.1. de Ira, cap.16. Senec.
Tunc centurio propositus, condere gladium, spiculatorem iubet. Hinc explicabam Matth. cap.27. vers.54. Matth. 27. v.54.
Centurio autem, &c. Militibus enim qui Dominum, & latrones cruci dederant, de more (quod ex Romanis historiis passim constat) centurio præsidebat. Ergo Arioch ille Danielis, nullo modo *Princeps militiæ* videtur interpretandus. Si hic titulus eum designat, apud quem summa exercitus esset: hæ enim partes minori longè Magistratui dandæ. Imo suspicor fuisse apud Chaldæos determinatum aliquem Magistratum militarem, cui illi milites qui in particulares cædes mittebantur carnifices, priuato iure subiecti essent: indéque ex Chaldæo, vocari Arioch, *Principem interficientium* Sic Genes.40. vers.3. *misit eos in carcerem Principis militum.* Vatab. vertit: *Magistri suppliciorum.* Et in notis: *militum, aut laniorum.*

Nemo tamen putet, ob tot ista quæ de militibus carnificibus dixi, negari mihi, fuisse apud aliquas Prouincias vilem aliquem homunculum, qui vt & hodie publicus carnifex diceretur: fuit sanè, & adeo infamis, vt alicubi extra vrbem habitare cogeretur. hic est quem Græci vocabant δήμιον, & Valerius Max. lib.3. cap.2. vbi de Tharomenis cicuta, *seruum publicum* appellauit. Sed non est ad præsentis capitis institutum, in eo diutius immorati.

Tot ergo Christo tormenta à militibus infli- 5.
cta, ex prisco talium carnificum vsu explicanda.
An vero illi de quibus Marcus cap.14. vers.65. *Et* Marc. 14.
cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius v.65.
& colaphis eum cædere. Essent pariter cum Iudæis ministris, Romani milites, non video quid opus sit disputare: illud certissimum, vtriuis vel vtrique essent, ingentem æui illius iniuriam Domino intulisse, eámque Hebræis, Ethnicísque ad dedecus vsurpatam: de illis lege Deuteron.25. v.9. Deut.25. v.9.
alluditur & Numer.12. v.14. de his Seneca epist.14. Num 12. v.14.
Obrutus sputis, & deportandus extra forum traheretur. Nicephorus Constant. in Breuiar. Histor. Senec. Niceph.
Multis ab spectante populo contumeliis, ac sputis etiam dehonestari. Hinc è contra erat, vt Christiani olim, in protestationem fidei Idola conspuerent: illustrat id Cerda, ad illud Tertull. de Ido- Cerda.
lol. cap.11. *Quo ore Christianus thurarius, si per tem-* Tertull.
pla transibit, fumantes aras despuet. Hinc etiam erat, vt iam vulgari formulâ, *despuere* pro vilipendere vsurpetur: dant alij plenas paginas, addo Epicra- Epicrat.
tem apud Athen. dipnos.13. cap.10. de Laide olim superbâ, iam de rugis abiecta: *Ipsam videre ac inspuere est facillimum.* Archidicus ibidem lib.7. c.15. *expuunt in me, fero.* Lucifer Calarit. lib.2. aduer- Archid.
sus Const. *Ausus fuisti iubere nobis Domini Sacerdo-* Lucif. Cal.
tibus, vt innocentem condemnaremus, vt hæresim tuam suscipientes, Apostolicam fidem despueremus.

Sed in re nimis tritâ; duo, loco nostro necessaria, & tamen minus obuia, notanda velim: primum, videri apud priscos in vsu positum, vt vbi

primum

primum quis morti damnaretur, impunè iam à
Plutarch. quibusuis despueretur. Colligo ex Plutarcho in
Apophth. Imperat. vbi ita. *Post Antipatri mortem,*
cum Athenienses Democratiam renouassent, Phocion
cum amicis, in concione, morti fuit adiudicatus. Alij
igitur flentes quidem ducebantur: Phocioni vero, qui
cum silentio procedebat, quidam ex inimicis obuiam
factus in os expuit. Tunc ipse ad Magistratus respi-
ciens: non aliquis istum, ait, indecorè se gerentem
coercebit? Quod si probes, constabit iam apertius,
Marc. 14. v. 64. cur cum vers. 64. omnes Christum damnarent, tan-
quam *reum mortis*: consecutiuè statim vers. 65.
Et v. 65. quasi impunè, illum despuere auderent. Secun-
dum, quod obseruari debet, sputis his ignominio-
sis, vt plurimum (quod ibidem legis) colaphos con-
Lucian. necti. Lucianus in conuiuio: ἀπέπτυσεν τῷ Ζηνοθέ-
μιν, καὶ ἐπαίσε παίειν κατὰ κόῤῥης: *Expuit in Zeno-*
Idem. *themin, eum iam maxillam eius percussurus.* Et alibi.
Καὶ κατὰ κόῤῥης ἔπαισε, καὶ καταπτύσας μου: *& percus-*
Petr. Arb. *sa maxilla, me despuit.* Petron. Arbit. in Satyr. *Con-*
uocat omnes quasillarias familiaque sordidissimam
partem, ac me conspui iubet. Oppono ego manus
oculis meis, nullisque precibus effusis, quia sciebam
quid meruissem: verberibus sputisque, extra ianuam
eiectus sum.

6. Sublatus in Crucem Dominus, sitiuit: & ad-
Matth. 27. v. 48. dit Matthæus de militibus adstantibus: *Continuo*
currens vnus ex eis acceptam spongiam implenit aceto,
& imposuit arundini, & dabat ei bibere. cap. 27. v. 48.
Ioan. 19. v. 28. signatior Ioannes: *Vas ergo erat positum aceto ple-*
num. &c. cap. 19. vers. 28 ex quibus non dubitat
Maldon. doctissimus Maldonatus, vas ibi fuisse de more:
de moris autem ratione addubitat: suspicatur er-
go dari Crucifixis acetum, aut vt citius more-
rentur: aut vt recrearentur, si quis metu mortis,
antequam in Crucem sublatus esset, forte exani-
maretur. Hæc secunda coniectura videtur proba-
Plinius. bilior: si placeat, lege quæ multa Plinius lib. 23.
cap. 1. & Medici de remediis ex aceto disseruere.
Puto tamen longe aliò rem fore deducendam. Di-
cendum igitur Milites Romanos, acetum sibi vt
potarent detulisse: quia cum penè diem integrum
essent ibi consumpturi, quidni, vt solet fieri, escu-
lenta & poculenta extra vrbem secum asporta-
rent. Obtulerunt ergo illud domino sitienti, quo
viles & gregarij milites vti solebant: licet enim
Impij, tamen Crucifixis quandoque postulanti-
bus vilissimum negare poculum, inhumanitati
deputabant.

Solitos vero milites Romanos aceto ad potum
vti, aut saltem *posca*, id est aceto aqua permixto,
ex mille constat Auctoribus: subdo quosdam è
nostro penu, alios è Lypsiano lib. 5. de Milit. Ro-
Vulcat. man. sed ad rem aliam. Vulcatius in Auidio. *Præ-*
ter laridum, ac buccellatum, atque acetum, militem
Spart. *in expeditione quidquam portare prohibuit.* Spartia-
nus in Pescenio *Iussit vinum in expeditione neminem*
Capitol. *bibere. Sed aceto vniuersos esse contentos.* Capitolinus
in Gordian. de Misitheo, commeatus militares
parante. *Cuius viri tanta in Rep. dispositio fuit, vt*
nulla esset vsquam ciuitas limitanea potior, quæ non
posset exercitum Populi Romani, ac Principem ferre:
quæ totius anni in aceto, frumento, & larido, atque
hordeo, & paleis, condita non haberet. Hinc erat vt
Duces ipsi, quo se gratiosiores & Comes militi-
bus commilitones exhiberent, quandoque reli-
Spart. cto vino, eodem aceti potu vterentur. Spartianus
in Adriano. *Cibis etiam castrensibus in propatulo*
libenter vtens, hoc est larido, caseo, & posca & be-
nè, *in propatulo*: quasi in occulto longè sibi sua-
uius indulgeret. Plutarchus de Catone Censo-
rino. ὕδωρ δ' ἔπινεν ἐπὶ τῶν στρατειῶν, πλὴν εἴ ποτε διψήσας περιφλεγῶς ὄξος ᾔτησεν: *Aquam in exerci-* Plutarch.
tu bibebat preterquam si acri siti, & vehementi calo-
re æstuans, acetum posceret. Erat itaque vilissimus
iste potus, ideo gregariis militibus, aut frugalissi-
mis ad ostentationem Ducibus vsurpatus, quan-
uis his rarissimo. Pauperes etiam extra militiam,
eodem vsos, probat Serarius ex Theocrito, Plau- Serar.
to, Iuuenali, Persio ad illud Ruth 2. vers. 14. *intin-* Ruth 2. v. 14.
ge bucellam tuam in aceto. Lypsius etiam citatus Lyps.
Dial. 16. Seruis hunc potum ordinarium iam pro-
bauit.

Quidni ergo putemus, milites Romanos ad
Crucifixorum, quos torserant, custodiam, diu ex-
tra vrbem commoraturos, ex hoc vsu, sibi vas ace-
to plenum detulisse: indéque potum Domino por-
rexisse? nec inde minus valida illa querela Chri-
sti Domini, *in siti mea potauerunt me aceto*: Psal. 68. Ps. 68. v. 22.
vers. 22. quia licet non in pœnam nouam, potus
iste a militibus porrigeretur: reapse tamen, noua
fuit, & acerba pœna, quod Rex ille cœlestis, in
extremo articulo, tot inter dolores, suauiori ali-
quo poculo non recrearetur: sed illo quo grega-
rij milites, quo serui & tantum Iudæi meliores
fortasse vtebantur. Dixi *forte fse* de Iudæis meliori-
bus, quoniam ex loco Ruth non liquidò constat
apud Interpretes, an ibi ad potum, an ad panis &
herbarum condimentum acetum memoretur: vi-
de Serar. & Sanctium: quorum hic variis & pul- Serar. Sanchez.
cherrimis adductis explicationibus, nihil de aceti
potu, putauit insinuandum. Iam vero si nec etiam
Iudæis melioribus potus vsitatus (cum tamen re-
frigerando æstui vtilis censeatur) satis colligitur
nec etiam aliis illius gentis pauperibus tunc in
vsu: vnde insueto Christi palato esset acerbior.
Nihil tamen obest si dicamus Christi æuo, iam
Hebræos, ex Romanorum vsu, aceti potum for-
tasse didicisse: imo & olim (quanuis id ex loco
Ruth, non habeatur) posset aliquis contendere,
illa Numer. 6. vers. 3. de Nazaræis: *Acetum ex vino,* Num. 6.
& ex qualibet alia potione, & quidquid de vua expri- y. 3.
mitur non bibent: Satis probare apud illos aceti po-
tionem vsitatam, frustra aliàs Nazaræis interdi-
cendam: demus id verum: nihil tamen, vt dixi,
obest: quominus tanquam de acerbo tormento
queratur Dominus, quod in extrema siti in mediis
cruciatibus, saltem vilissimum poculum degusta-
ret. Forte fallor, sed hæc explicatio vasis aceto
pleni, si non probabilior, certè cæteris planior
intelligitur: neque video cur Maldonatus qui ini- Maldon.
tio dixerat, exanimatis, antequam in Crucem tol-
lerentur, recreandis, dari acetum: tandem post
multa concludat, porrectum Christo cum Hysso-
po; *tanquam medicamento, quod vna cum aceto, exa-*
nimatis dari soleret: scribit enim Galenus, hyssopum
aceto mixtum, exanimatis animum reddere. Si enim
ante crucifixionem, ideo, vt videtur, recreaban-
tur, quò, vsque ad Crucem durarent: iam subla-
tis, & aliunde morituris, quid opus erat, ne exa-
nimarentur, recreatio? nisi dicas voluisse vt diu
viui in Cruce torquerentur quod tamen de aliis
diuinare est: & in hoc loco minus aptè diceretur:
hæc enim tanta impietas Iudæis suadentibus tri-
buenda videbatur: at hi non de pietate, sed
de superstitiosa religione mortem accelerandam
cupiebant: ideo crurifragium, vt nosti, soli-
citarunt.

De titulo Crucis Christi, exhausit iam ab 7.
omnibus, omnia scitu digna, noster Pinto tom. 1.
lib. 4.

Pinto. lib.3. tit.7.loco 1.& 2.folom addo, illud quod ait Lucas scriptum fuisse, *literis Græcis, Latinis, & Hebraicis*. Luc.23. v.38. cap.23.vers.38.ex vsu esse prisco,quo insigniora quæuis, quorum notitiam latius diffundi cupiebant, diuersis linguis scribenda curabant. Capitol. Capitolino, quem iam alij hic dederunt, subiungo Herod. Herodotum in Melp. de Dario Europam ingresso: *Contemplatus item Bosphorum; duos super eum cyppos erexit, è candido lapide, litteris incisis: vnum quidem Assyriis, alterum vero Græcis*, &c. iam Matth.27. v.37. hæc superscriptio,à Matth.27. v.37. *causa* appellatur: à Ioanne vero 19.vers.19.*titulus*: Ioan.19. v.19. quia titulus damnatorum, non solum damnati nomen, sed etiam, pœnæ causam, id est, culpam, propalare solenet.De quo Sueton. in Calig.cap.32.in Domit. Pinto. c.10.quos cum aliis cumulauit iam Pinto.

8. Mortuo iam Domino, addit Matthæus de Io-Matth.27. v.58. sepho. *Accessit ad Pilatum, & petiit corpus* IESV,&c. cap.27.vers.58.addit Marcus cap.15 vers.45.*& au-* Marc.15. v.45. *dacter introiuit*, vnde hæc audacia? an ex lege Deut.21. Deuteron.cap.21.quæ iubebat, vt eodem damnationis die cadauera è Cruce tollerentur? non id diceret noster Sanchez, qui ad caput 9. Esther, postquam num. suo marg. probat vsum Ethnicorum, quo punitorum cadauera in cruce relinquebantur aut corrumpenda, aut coruis deuoranda: adductá ex aduerso pia Deuteron. lege, sic con-Sanch. cludit. *Quod si necessaria fuit Præsidis auctoritas, vt Christus, eo quo mortuus est, die deponeretur è ligno, ideo fuit, quia non à Iudæis, sed à Romanis, Crucifixus fuit: qui cum Iudæorum non tenerentur legibus, Cruci fixos diu relinquebant in Cruce.* Dices: Præsidem. & si Romanus, Iudaicis tamen legibus Prouinciam gubernasse, sicut hodie Hispanus Monarcha, exteras Prouincias,indigenis legibus, aduena gubernat. At non ita pia, & comis erat Romana dispositio, vt Catholica. Sed esto demus in aliquibus, indulsisse Pilatum, Iudæis legibus, tamen in hac morte Christi, cuius prætextus erat, regni affectatio, & in Cæsarem rebellio,toto Romano iure visus processisse: quod inde colligis, quia Iudæi aperte fatentur, *nobis non licet interficere quemquam* Ioan 18. v.31. Ioan.18. vers. 31. vel quia ad occidendum omnis eis potestas fuerat à Romanis sublata, quod minus probabile: vel quia, & si alio mortis genere, non tamen Cruce poterant, aut Maldon. solebant: vt vult Maldonatus ad Matth. cap. 27. vers.2. quod putat probabilius, cum ab ipsis Stephanum legamus lapidatum. Nisi dixeris, non tam iure, quam furore in Stephanum desæuisse: aut fortè, quamuis id non exprimatur, facultatem à Præside obtinuisse: quod vellem Interpretes Actor.7. Actor.7.adnotassent. Potior tamen illa,quam innuebam, ratio videtur, de rebellione in Cæsarem, in quo, similibusque casibus, ereptam sibi potestatem fateantur: cum & potuisse occidere, probabilius colligatur ex Stephano: & Crucis mor-Deut.21. tem apud Iudæos in vsu aliquando,apertè ex Deuter.cap.21. vers.22.& 13.constet, nec video vnde probabiliter abolitum iam apud Iudæos hoc pœnæ genus, & à Romanis denuo introductum dicatur: & quamuis dicatur, non satis illa illorum verba apud Ioannem constarent, *nobis non licet*,&c. Responderet enim Pilatus: si quod filium Dei se dixit, blasphemum creditis, vos illum secundum legem vestram lapidate: sed quia rebellionem pariter accusabant, non potuit se à causa excusare. Sed ad rem: non itaque ex Deuter.lege, audax illa fiducia Iosephi orta:cum, vt dixi,quamuis aliunde legibus Iudaicis stetisse Præsidem concederemus, in re tamen rebellionis, necessario Romanis legibus staret, & corpus diu in Cruce retineret. Id vlterius sic cõfirmo ex Ioanne: *Iudæi ergo quia Parasceue erat, vt nõ remanerent in Cruce corpora Sabbatho, erat enim magnus dies ille Sab-* Ioan.19. v.31. *bathi, rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorũ crura, & tollerentur*.c.19.v.31.duo rogãt,& frãgi crura,& tolli corpora, immo ideo fracta volunt, vt citius obeant, & tollantur: à Pilati ergo libito, non à Iudæorum lege res pendebat. Dices vnum tantum rogati à Pilato crurifragium vt morerentur, at depositionem cadauerum, fuisse legitimam: quasi dicat: rogarunt crurifragium, vt quod consequens erat, iam per legem tollerent defunctos ipso iure. Fateor attentis solis verbis, non inuitè sic posse Ioannem explicari: ex prædictis tamen non debere, ni sis proteruus, facile concedes.

Vnde ergo, inquis, hæc Iosephi audacia, quà quasi iure armatus, munitus lege, iudicem adit: & præter priscum Romanum morem,quo corpora diu in cruce retinebantur, corpus Christi obtinet? immo, vnde inquis tanta audacia, quæ furentes Iudæos spernat, & inuisum perfidæ genti honorifico sepulchro tradat? à pietate, inquiunt Interpretes,& eximio in Dominum amore: addit Maldonatus, ad illud: *Venit quidam homo diues*: D.Aug. Maldon. hæc ex Augustin. *Voluit tacitè rationem reddere, cur ausus fuerit corpus Christi a Præside petere, & cur tam facile impetrauerit, quia homo diues erat: cuiusmodi homines apud Præsides, & Iudices, gratiosi esse solent: vt Augustin. animaduertit, & Marcus vno verbo significauit: & audacter introiuit*, &c. verissima ista, & pro audacia ad petendum corpus, satis visa: non dum tamen fortassè satis, ad idem tam honorificè sepeliendum, ídque distortis absque dubio interim impiis Iudæis, nec tamen mutire audentibus. Addam ergo pro vtroque coniecturam, fortè non importunam: ex qua etiam obiter intelligitur, pia pariter Sanctarum fœminarum audacia, in dominico corpore vngendo.

Apud Tiberium, qui tunc imperabat, & cuius legibus Pilatus obtemperabat, Patris Augusti decreta, & constitutiones aliquandiu viguisse, illas maximè, quas sibi, & nullo fore incommodo,callidus hæres præsumebat: ex Cornel. Tacito & aliis, passim colligimus. Fuit autem celebris & pia Augusti lex, impietatem priscam quodammodo abrogans,quæ damnatorum cadauera, propinquis eorum concedebat. Putat alicubi in var. Ruthgersius, fusè hanc ordinationem scripsisse Ruthg. Augustum, in commentariis de vita sua, de quibus Sueton.cap.85. sed quidquid sit de hoc, colligitur prædicta lex, ex l.1.ff.de Cad. Punit ex Vl-Vlpian. piano lib.9.de offic.Proc.vbi ita.*Corpora eorum,qui capite damnantur, cognatis ipsorum, neganda non sunt: & id se obseruasse, etiam Diuus Augustus, libro decimo de vita sua scribit*. Ex Augusti decreto, fortassè orta verba Quintil.Decl.*Cruces succenduntur: percussos sepeliri, carnifex non vetat.* Et iterum ibi-Quint. dem. *Me miserum! dicendum est, quod hoc ipso admoneor exemplo: in honorem pietatis, etiam damnati sepeliuntur.* Cum ergo sciamus decretum hoc Augusti, nec appareat ratio manifesta, cur à Tiberio iam tunc abrogatum suspicemur: ex eo animatum Iosephum, & facilem Pilatum, nec ausos mutire Iudæos, haud temerè coniectamus. Cautè dixi, non apparere rationem cur, *iam tunc* à Tiberio, pium Augusti decretum abrogatum suspicemur. Nam paulo post mortem Christi,abrogatum scio. Cornel. Tacit. Annal. 6. *Damnati publicatis bonis, sepulturâ*

sepulturâ probibebantur. Affert hoc Tacitus de Tiberij immanitate, ad finem Consulatus Fabij, & Vitellij post quem, vsque ad Tyranni mortem solummodo tres Consulatus, id est tres annos, nec fortassè consummatos, ibidem apertè legis. At Christus Dominus obiit anno Imper. Tyberij 18. vt Baronius apertè euincit, Tiberius post mortem Christi, plus quam quatuor annos superuixit, vt ex eodem Baronio satis constat: vnde colligo ferè biennium, certè plusquam annum à morte Christi, vsque ad derogatum decretum interfluxisse. Suetonius, qui in Tiber. cap. 61. scribit: *Interdictum, ne capite damnatos, propinqui lugerent. Nemo punitorum, non in Gemonias abiectus, vncóque tractus*: Cum Historiam, non Annales scribat, ex computatione Taciti explicandus. Quid? fortassè hæc Tiberij immanitas, non vltra Romam sæuiit: cum Tiberius ibi tantum insidias (quæ immanitati causam fecerunt) pertimeret: in subiectis vero Prouinciis, non temerè, pium Augusti decretum, semper stetisse possumus coniectare. Hæc certè planiora videntur, quam quæ alij, de quibus supra, ex lege Deuteron. attulerunt: quorum tamen sententiæ si subscribas, lege Cerdam Adn. cap. 90. num. 3. mihi tamen nullatenus ad gustum.

9. Restat addendum vnum verbum de vestibus Domini, de quibus ita Matthæus. *Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes.* cap. 27. vers. 35 factum id ex vsu militum, quo sicut prædas bellicas, sic cuiusuis generis spolia deuidenda, sorti committebant. Sic Abdias cap. 1. vers. 11. *Quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebant sortem.* Nahum. 3. v. 10. *super inclytos eius miserunt sortem.* Homer. Iliad. de Achillis præda.

Math. 27. v. 35.

Abd. 1. v. 11

Nahum. 3. v. 10.

Homer.

Ἄλλον δ' ἐνθένδε χρυσὸν, καὶ χαλκὸν ἐρυθρὸν,
Ἠδὲ γυναῖκας ἐϋζώνους, πολιόν τε σίδηρον
Ἄξομαι, ὅσσ' ἔλαχον.
Aliud inde aurum, & æs erythræum,
Seu fœminas pulchrè cinctas, ferrumque
Auferam, quæ mihi sors dedit.

Eurip. Euripides in Troiad. de miseræ vrbis præda, ita.

Πολλοῖς δὲ κωκυτοῖσιν αἰχμαλωτίδων
Βοᾷ σκάμανδρος δεσπότας κληρουμένων
Καὶ τὰς μὲν ἄρκας, τὰς δὲ θεσσαλὸς λεὼς
εἴληχε.
Multis autem cum lamentis captiuarum,
Vocat Scamander, Dominos illarum, quæ sorte ductæ fuerant:
Et has quidem Arcades, illas vero Thessali sortito capiunt.

Ioël. 3. v. 3 Magis tamen patheticus, diuinus Ioël 3. vers. 3. *& super populum meum, miserunt sortem: & posuerunt puerum in prostibulum: & puellam vendiderunt pro vino vt biberent.* Vbi obiter aduerte τὸ *vendit* idem esse ni fallor, ac mutauerunt, ex vsu militum, qui recentis prædæ tempore, preciosa quæuis aut vili vendunt, aut commutata gulæ sacrificant: Homer. Iliad. 7.

Homer.

Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοὶ,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι, τίθεντο δὲ δαῖτα.
Inde vina emebant criniti Achiui,
Alij mancipiis commutabant, & parabant epulum.

Plutarch. Sed redeo. Plutarchus tandem in Lucullo de Militibus Tigranis. *Paucitatem exercitus Luculli contemnentes, & iam sibi certam victoriam promittentes super Romana spolia, quasi iam parta essent miserunt sortem.* Sed ad hanc rem vbiuis passim plura incurres.

Addo vnum verbum de ostendente se Domino iam triumphatore, sed dissimulato, duobus Discipulis euntibus in Emaus: ad quem sic Cleophas. *Tu solus Peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti, quæ facta sunt in illâ his diebus?* Luc. 24. v. 18. Absit vt tanquam falsam, & nouam vulgatámve reiiciam, (quam tamen aliqui his titulis temerè impugnant) illam sententiam, quæ asserit, sub Peregrini specie Dominum apparuisse: cum Magno Augustino, Bedæ, Theophylactoque placuerit: quibus multi recentiores adhærent cum Maldonato. Assero tamen non satis ex Euangelicâ historiâ id colligi: immo planius contrarium, videri tuendum. Certè peregrino & hospiti reputato, sic vsitatus videbatur Cleophas locuturus: *Tu satis peregrinus es, & recens è viâ, qui quæ nundinis tertius tulit, ignoras adhuc.* Sic ille alius ad Iuuenem peregrinum, apud Apul. lib. 2. Miles. *Satis peregrinus es, meritóque ignoras Thessaliæ te consistere, vbi sagæ mulieres ora mortuorum passim demorsicant.* Hæc enim recentis hospitis conditio est, vt quæ alias vulgo notissima, ignoret vnus. Vnde benè Donatus ad illud Terentij in Phorm. Act. 4. scena 2. *dum hanc adorior hospitem:* sic scribit. *Astute, inquit hospitem, de eo qui superuenit: nomen aptum imprudenti rerum, atque alieno ab earum scientiâ.* Cum igitur verba Cleophæ, vt melior habet opinio, increpatoria sint, quasi notissimi gesti, quod ignorare non deberet, ignarum redarguant: nemo autem recenti peregrino, illorum ignorantiam merito obiiciat, quæ nisi diuinans consequi non poterat: planius vt dixi iusta increpatio explicatur, si homo sub ciuili habitu indigena creditus, negotium sic celebre & vulgare ignorare arguatur. Certè sic vulgo loquimur, vt instar peregrinorum taxemus, quos vrbis suæ publica gesta ignorare arguimus. Cicero 2. Academ. *Nos in nostra vrbe peregrinantes, errantésque, tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt.* Et idem orat. pro Mil. *Hospitem esse, & aures peregrinari,* dixit, rei notissimæ ignorantiam subsannans.

10.

Luc. 24. v. 18.

Maldon.

Apulæius.

Donat. Terent.

Tull.

Idem.

CAPVT XLVI.

Adhuc alia de Christo Domino.

PERIOCHA.

1. *Virtus, de fortitudine bellica. Formositas, & eloquentia militaris. Ira Ducibus, mansuetudini commixta. Loci ex Psalterio explicati.*
2. *Aratrum ædificiis designandis idque aliquando argenteum: locus Psalm. 128. vers. 3.*
3. *Occentare, quid: quamque probrosum. Ex Ps. 68. v. 13.*
4. *Manare, & fluere, & cur de luce dicantur. Locus Sapient. 7. v. 25.*
5. *Multiloquium, Battologia, & murmur Ethnicorum, inter orandum. Matth. cap. 6. v. 7.*

8. Seru*i*

6. *Serui olim apud Principes, potentissimi: inde eiuimis querela. consectatur de loco Luca 19.v.14.*

7. *In conuiuiis, non temerè, sed suo singuli ordine, distribuentéque locos Præfecto discumbebant. Locus Luc. 14. vers.8.*

8. *In nuptiali epulo, quando ipse sponsus ministrabat: aut Architriclino disposita tradebat. Sapidiora ad initium epuli apponebantur. Locus Ioan. 2. à vers.9.*

9. *Præfectus, qui conuiuas legitimos numerabat. Ad Regis epulum, non solum Proceres, sed etiam tenuiores alij admissi. Vestis nuptialis, munda. Locus Matth.22.à v.11.*

1. Ps.92.v.1. DE Christo Domino ita habet Dauid Psalm. 92.v.1. *Dominus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.* Aliquibus mouet dubium, quod non pauci codices legant: *præcinxit se virtute.* Et quidem Romani Breuiarij antiphonæ, sic etiam hunc versiculum circumferunt. Non disputo, an lectio sit germana: noto tamen (si forte admittatur,) virtutem in hoc loco, idem esse, atque fortitudinem, vt frequentissimo Hebraismo, in epitasim idem repetatur. Ideo Psalm.17.vers.1. *Diligam te Domine fortitudo mea.* Paulinus epistol.4. legit. *virtus mea.* Nec immerito: est enim latinissima locutio. Cicero 4. Tuscul.quæst.ita. *Vide, ne cum omnes rectæ animi affectiones, virtutes appellentur: non sit hoc proprium nomen omnium, sed ab ea vna, quæ cæteras excellit omnes, nominatæ sint: appellata est enim à viro, virtus: viri autem propria maximè est fortitudo: cuius munera duo maxima sunt, mortis dolorisque contemptio.* In loco autem prophetico signatius res habet, cum Deus sub militari habitu describatur: bellicum autem robur, & castrensis fortitudo, optimè virtus dicitur. Idem Cicero pro leg.Man. *Non enim solum bellandi virtus, in summo, atque perfecto Imperatore, quærenda est.* Sed quis Romanorum non ita? ideo Plutarchus in vita Coriol. *Id temporis Romæ, virtutem in bello, militaribusque exercitiis, pluris omnibus faciebat: idque testans, vni fortitudini bellicæ, virtutis tribuebat appellationem: generale nomen, cum eo, quo robur bellicum dicitur, confundens.* Idem de voce Græcâ ἀρετὴ facile probarem, si huc faceret.

[Ps 17 v.1. D.Paul. Tull. Idem. Plutarch.]

Illud difficilius est, cur Deo militariter descripto, *decorem* & Græcè ὡραιότητα adscribat hic Propheta? augetque dubitandi rationem Tertullianus, qui ad illud Psalm.44.vers.3. *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum: accingere gladio tuo, super femur tuum Potentissime: specie tuâ, & pulchritudine tuâ, intende prospere, procede, & regna.* Sic scribit lib. contra Iudæos cap.9. post med. eos irridens & merito, qui ex hoc loco Messiam sperabant militarem. *Accingere, inquit, Dauid, ensem super femur. Sed quid supra, legis de Christo, ὡραῖος τῷ κάλλει, &c. tempestiuus decore super filios hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: valde enim absurdum est, si quem ad bellum ense cingebat, ei de tempestiuitate decoris, & labiorum gratiâ blandiebatur, de quo subiungens dicebat, extende & prosperare, procede & regna: & adiecit propter lenitatem & iustitiam tuam. quis ense accingitur, & non contraria lenitati, & iustitiæ exercet: id est dolum, & asperitatem, & iniustitiam: propria scilicet negotia præliorum?* Sed dandum Tertulliano, non probari hinc Christum cum armis venturum: quem pacificum in præsepio adoramus. Negari tamen non potest, metaphoram à Duce bellico desumi: vnde iam in verbis propheticis difficultas, ab explicatione Tertull. scindes potius, quam dissolues. Scio Roam lib.3. singul. cap.3.4.5. pulchrum pro optimo, & speciosum pro forti vsurpandum, multis probasse: sed etiam non ad gustum. Capio igitur omnia vt iacent, eaque militari locutioni aptissima venire, inuito Tertulliano, luce clarius probo. In primis pulchritudinem militi decentissimam venire, testatur Cepola in tract. de Imperat. mil. elig. *Laudandi sunt milites ex formositate, & pulchritudine, cum, vt dicitur, in dubio formosior sit eligendus.* Lege Interpretes Virg. ad illud Æneid.5.

[Ps.44.v.3. Tertull. Roa. Cepola. Virgil.]

Tutatur fauor Euryalum, lachrymæque decoræ,
Gratior & pulchro veniens è corpore virtus.

Et fortassè ideo in Olympicis certaminibus, Athleta pulchritudinis, post victoriam: non alio præmio, nisi armis donabatur: quasi ipsam pulchritudinem, militaris roboris sumerent indicium. Athenæus dipnos.13. cap.33. *His etiam temporibus hoc certamen esse apud Eleos, de formæ præstantiâ, iudiciumque fieri magno cum studio, atque eos qui vicerint, arma referre præmium, quæ Palladi deponi consueuisse, scriptum reliquit Dionysius.* Calpurnius Eclog.7. de Imperatore:

[Athen. Calp.]

———Vtcunque tamen conspeximus ipsum,
Longius: ac nisi me decepit visus, in vno,
Et Martis vultus, & Appollinis esse putaui.

Cui credo, adhæsit Italus Tassus de quodam canens, si memini. Tassus.

S'l miri fulminar, ne arme appolto,
Marte lo'stimi, Amor se scopre il volto.

Statius Theb.9. de Parthenopæo. Statius.

——— Multumque seueris
Asperat ora minis, sed frontis seruat honorem,
Ira decens.

Quod autem dicitur: *diffusa est gratia in labiis tuis:* vim eloquentiæ puto, explicauit: diuiditur enim ista passim in ciuilem & militarem: ideo Sueton. in Iulio cap.55. *Eloquentia militari, quâ re aut æquauit præstantissimorum gloriam, aut excessit, post accusationem Dolabellæ, haud dubiè principibus Patronis annumeratus est.* Et iterum cap.7. laudatur idem Cæsar, quod *vna voce* milites in officio contineret. Quidni ergo labiorum gratiam, in Duce nostro commendaret Propheta?

[Sueton. Idem.]

Adde in vtroque loco, vbi Christus sub metaphora Ducis dicitur aut *indutus decorem*, aut *speciosus forma* vel quod maluit Tertull. *tempestiuus decore:* posse decorem sumi, non solum de formæ venustate, sed etiam de modestia, & decenti mansuetudine, sicut Græca εὐπρέπεια, non solum significat pulchritudinem & εὐμορφίαν, sed etiam id quod decet, κατὰ τὸ πρέπον. Quasi dicat Dauid: in ipso militari vultu, & habitu, non solum allucere fortis iræ scintillas, sed etiam decentis cuiusdam tranquillitatis notas: vt in mediis belli signis, modesta pacis vestigia exprimerentur. Vnde pulchrè additur eodem Psalm.44. v.1. *Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam,* &c. Quæ si Tertullianus cogitaret, credo, nihil contra decentis Ducis insignia putaret his immixtum, neque insipidam belli metaphoram irrideret, Ps.44.v.5.

irrideret, cur enim non posset Dauid, immo non deberet Duci suo allegorico id gloriæ, verissimè attribuere, quod falso per summam laudem Ducibus suis attribuunt scriptores? aut cur dolus, asperitas, & iniustitia, sit Ducibus necessario obtrudenda? bene Martialis lib.7.epig.5. de hoste Imperatorem contemplante.

Martial.

Terrarum dominum propius videt ille, tuóque
Terretur vultu barbarus, & fruitur.

Quasi terreretur fortitudine, decore frueretur. Eleganter Statius de eodem Domitiano, lib. 1. Sil.1.

Statius.

——Iuuat ora tueri
Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem.

Idem. Et lib.2. Thebaid. de Pallade locutus.

Diua ferox, magni Dei, ingeniumque parentis,
Bellipotens, cui torua genis horrore decoro
Cassis.

Claudian. Suauissime Claudianus de bello Getico, comparans Stilconem suum Herculi.

Sic Duces aspectu cuncti stupuere rebelles:
Inque vno, Princeps, latium, & tota refulsit
Roma viro: frons læta parum, non tristior æque,
Non deiecto malis: mixta sed nobilis ira:
Qualis in Herculeo, quoties infanda iubebant
Euristheus, fuit ore dolor: vel qualis in atram
Sollicitus nubem, mæsto Ioue cogitur æther.

Vbi vides naturæ ipsius instinctu, Ducis iram futore armatam, sed ornatam simul decore, & mansuetudine attribui. Vnde illud etiam obiter explicatur Psalm.29.v.8. vbi Dauid de se. *Præstit sti decori meo virtutem.* Id est fortitudinem.

Ps.29.v.8.

2. Eiusdem Christi Domini sunt verba illa Ps.128.
Ps.128.v.3. vers.3. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.* Notissima metaphora, non solum Hebræis, sed etiam Græcis, immo & Hispanis. Quam tamen obscuriorem reddidit conuitata trium manus, Theodoreti scilicet, Aquilæ, & Theodotionis, qui legunt: ἠροτρίασαν. Id est: *arauerunt peccatores.* Cur ergo ædificationem vel fabricam, per arationem isti explicarint, inde illustro: quod olim aratro notaretur ambitus ædificij: ideo credo verbum חרש apud Hebræos, pariter *arare* significat, & *fabricare*: vnde & pro *cogitare*

Oleast. ponitur, vt notat Oleaster c.24. Genes. quia intetim mente aliquid fabricatur. Hinc Latinè vrbs,

Acron. quod nemo ignorat, ab *vrbo* dicitur, id est, aratri curuatura. Ideo Acrō ad Horat. lib.1. Oda 16. *Condendis, & euertendis vrbibus hæc consuetudo fuit, vt*

Cæl. Rhod. *aratro fieret.* Multa de hoc vsu Cælius Rhodi-
Fabre. gin. Petrus Faber, & Cerda ad illud Æn.5.
Cerda.
Virgil. *Interea Æneas vrbem designat aratro,*
Sortiturque domos.

Ipsas etiam domos priuatorum sortito designatas, aratro notatas, docet idem Poeta lib.1. de Char-

Idem. taginis ædificiis:

Pars optare locum tecto, concludere sulco.

Rhodig. Explicat obiter Rhodiginius lib.26. c.4. adagium illud: *argenteo vomere arare.* Cuius originem, ad oraculum Delphicum refert, quo consulentibus Lacedæmoniis, responsum est: *Semidei Ioue sati, prolem ex alieno solo in vestrum reducite, sin minus, argenteo vomere arabitis.* Putátque inter alia, significare inutilem fore agrorum cultum, cum argentea instrumenta, ob innatam mollitiem, proscindendæ terræ, non durent. Firmabis id ex Cle-

Clem. mente Alexand. lib.2. Pedag. cap 3. *Nemo ligonem*
Alex. *argenteum, nemo aureum facit falcem: aptâ enim ad*
Prudent. *agriculturam, non diuiti materiâ vtimur.* Prudentius lib.1. contra Symmachum.

Haud aliter quàm si rastris, qui tenent eburnois
Carosum versare solum, limóque madentes
Excolere aureolis si forte ligonibus vluas:
Splendorem dentis nitidi, scrobis inquinat atra,
Et pretiosa acies squalenti sordet in aruo.

Sed hæc quamuis vera: noto tamen ad rem nostram, quandoque Iudæos ad ædificationem, argenteis aratris vsos fuisse: id testatur Theodore- Theod.
tus, histor.3. cap.17. *Dicunt illos ligones ex argento, pallas etiam, & sportas construxisse.* Loquitur de illo æuo, quando Apostatæ Iuliani iussu, Iudæi perfidâ contumaciâ, Templum ædificare curabant: tunc ergo denotandis sulcis ædificij, argenteis ligonibus vsi, non tam instrumenti robur, quam impietatis iactantiam venditantes: qui tamen pridem viuo templo Christo, si possent auertendo, sulcos ferreis verberibus indixerunt.

Christo etiam tribuitur illud Psalm.68. vers.13. 3.
Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & Ps.68.v.13.
in me psallebant, qui bibebant vinum. In Græco, ab- Græca.
solutè est ἔψαλλον: nihilominus puto ψάλλειν in hoc loco, poni pro κελάδειν: id est, *occentare*: quod vtplurimum carminibus fiebat. Hebræa habent: Hebræa.
facti cantiones, bibentibus vinum. Quod sic vertit Vatabl.
Vatablus: *De me fabulabuntur, qui desident in porta, & carmina canunt. qui siceram bibunt.* Est au-
tem *occentare*, inquit Festus, *conuicium facere, cum* Fest.
id clare, & cum quodam canore fieret, vt procul exaudiri posset: quod turpe habetur, cum non sine probro fieri putatur. Quàm autem id probrosum esset, constat ex pœna occentatori assignata, in lege illa 12. tabul. *Si quis carmen occentassit, quod alteri flagitium faxit: capitale est.* Plura Cerda ad illud Æneid.2.

—— Et mihi iam multi crudele canebant.

Frustra tamen, ibi enim Sinon, non tam occentatores dolet in se maleuolos: quam dolentes amicos, vaticinari sibi quodammodo, exitus infau-
stos. Nec etiam probo nonnullos qui ad illud Sta- Statius.
tij lib.1. Sil.2.

Cessent mendaces obliqui carminis astus:

Occentationem aduocant: alia est hæc obliquitas, vt dixi alibi. Occentationes ergo iniuriam sibi irrogatam dolet sanctissimus Vates. Christi Domini typus: cui milites & Iudæi, toties in Pilati Prætorio, & ad Crucem verbis inluserunt penè occentantes. Hodie apud nos, maximè apud Nauarros, durant nocturnæ occentationes, sed non adeo probrosæ, vocant illi, ab strepitu tinnulo, *cencerradas.*

Ad Christum, quà verbum est, & æternâ gene- 4.
ratione productum, pertinent illa Sap.7. vers.25. Sap 7.v.25
Vapor est enim virtutis Dei: & emanatio quædam est, claritatis omnipotentis Dei syncera. Scilicet vt filius lumen à lumine productum intelligatur. Sumitur autem, ni fallor, ratio prædictæ phrasis, ex vsu priscæ opinionis, & vulgatis locutionis: (quibus vt supra monui, & iterum in Proleg. Cantic. dempto errore, se accommodat scriptura) qua quidem id probabilius putabant Philosophi, de lumine & splendore, esse nimirum emanationem quandam, & profluuium à corpore luminoso: inde Etymologiam *mane* scilicet quod inde dies manet,
ex Varrone & Festo, norunt pueri. Videndus de Varro.
hac sententia Aristotel. lib.2. de Anima. Cælius Fest.
item Rhodig. ex probatissimis Auctoribus, de ex- Aristot.
halationibus ignitis, vulgo caducis stellis, sic scri- Cæl.
bit. *Sunt qui opinentur, esse ignis ætherei ἀπορροίας* Rhodig.
quasdam siue defluxus. D. Synesius Episcopus hymno 3. ad Deum, de animâ suâ.

Ὅθεν ἁ ψυχᾶς, *Vnde Anima*
Προρέει παγὰ *Profluit fons,*
Λιβὰς οὐρανία *Gutta cælestis*
Κέχυμαι κατὰ γᾶς. *Effusio sum in terram.*

Et paulo post, hunc fontem, de luce explicat: vnde concludit.

Νάσσον, προχύτῳ *Fac vt genitrici*
Φωτὶ, μιγεῖσα. *Luci misceatur.*

Idem. Et hymno 5. ad Deum cui famulantur creaturæ.

Σοὶ μὲν ἵππευει
Ἡοῦς ἀσβέστου παγὰ
In cuius obsequium sol equitat
Diei perennis fons.

Nonn. Nonnus Dionys. 17. de gemmis.

Τῶν ἄπο μαρμαρόεν πολυδαίδαλον ἔρρεεν αἴγλη.
Vnde purus, & satis artificiosus effluebat splendor.

Tull. Senec. Cerda. Tertull. Parco Latinis, quia notiores: legendus Tullius in somn. Scip. Seneca quæst. Nat. 7. c. 1. vide quæ Cerda ad Tertull. lib. 2. n. 637. quæ etiam huc faciunt, Imo alludens ad locum Sapient. citatum videndus ipse Tertullianus adu. Prax. cap. 4. qui forte lib. de Patient. cap. 2. quando de benefico creatore ait: *Qui florem lucis huius super iustos & iniustos æqualiter spargit.* Non tam scripsit *florem*: quam *fluorem*, vel potius *fontem*: alludit enim ad Matth. 5. v. 45. Math 5. v. 45. Sol autem, passim apud alios, fons lucis appellatur. ex dictis factum putarem, vt apud Hebræos אור, vox æquiuoca, & lucem, & riuum, siue pluuiam significet. Vnde apud Iob cap. 37. vers. 11. Iob 37. v. 11. *& nubes spargunt lumen suum* alij vertunt: *pluuiam* seu *riuum suum*. Quæ versio, quàm torqueat Interpretes, lege apud Pinedam: cum tamen, quæque sit hæc lux, vel pluuia nubium (neque enim nunc vacat examinare) pro eodem splendore, facile sumi possit.

5. Matth. 6. v. 7. Instituturus Christus Dominus, Discipulos suos, sic habet Matth. 6. v. 7. *Orantes autem, nolite multum loqui, sicut Ethnici, putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur.* Alludit diuinum verbum, ad verba multa & inania, quibus Deos suos exoratos, credebant veteres; hinc enim importuna illa mussitatio in templis, de qua vel contra quam Persius Sat. 2. Pers.

Haud cuiuis promptum est, murmur, humilesque susurros,
Tollere de templis & aperto viuere voto.
Mens bona, fama, fides: hæc clare, & vt audeat hospes.
Illa sibi introrsum, & sub linguâ immurmurat: ô si
Ebullit patrui præclarum funus: & ô si
Sub rastro, crepet argenti, mihi seria, dextro
Hercule: pupillúmve vtinam, quem proximus hæres,
Impello, expungam: namque est scabiosus, & acri
Bile tumet: Nerio, iam tertia ducitur vxor.

Quasi hæc omnia vota, non solum corde, sed etiam ore concipi necessarium foret: idque multis prius compositè apparatis, sub longo verborum textu, & studioso rationum pondere vtplurimum: quod etiam ipsi, apud illos, viri prudentiores despiciebant. Plinius. Inde Plinius Paneg. *Ac ne illud quidem vereor, ne gratus, ingratúsve videar: prout satis, aut parum dixero: animaduerto enim: etiam Deos ipsos, non tam accuratis adorantium precibus: quam innocentiâ & sanctitate lætari: gratiorémque existimari, qui delubris eorum, puram castamque mentem: quam qui meditatum carmen intulerit.* Græca, pro *multum loqui*, habent βαττολογεῖν, quod verbum, ab insulso Poëta Batto, deductum volunt, qui sæpe eandem cantilenam stultè repetebat, iterabat insipide. Ideo Ouid. 2. Metam. rusticum illum, verba hiulce Syno nomissantem, Battum appellauit, sicque re- Ouid. spondentem inducit Mercurio:

——— *Sub illis*
Montibus, inquit, erant, & erant sub montibus illis.

Vnde eius repetitionem, irridens imitatur Mercurius.

——— *Et me mihi, perfide prodis:*
Me mihi prodis ais.

Similem itaque battologiam inter orandum, reprehendit Christus, apud Ethnicos, qui non repetitis cordis gemitibus, sed iteratis eisdem verborum nugis obstrepebant. Paulo aliter rem explicat, cum alijs Theophylactus ibi: Theoph. *Battologia est nugacitas, vt exempli gratiâ, petere aliquid terrenum, gloriam, diuitias, victoriam: battarismus enim est inarticulata vox, qualis est puerorum.* Non probo: si tamen his acquiescas, fortassè res deducenda ad Ethnicorum aliquorum morem, quibus inter orandum, non tam formata verba quam tacita quædam murmura, edi videbantur: ideo citatus Persius dixit: *sub linguâ immurmurat*: & iterum Sat. 5. de Romanis Iudaizantibus.

——— *At cum*
Herodis venere dies, vnctâque fenestrâ
Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ,
Labra moues tacitus, recutitaque sabbata palles.

Iuuenalis Sat. 10.

Formam optat modico pueris, maiore puellis
Murmure.

Petron. Arb. in Satyr. *Timidissimo murmure, votum feci.* Pet. Arb. Hæc enim murmura, vix articulatâ voce quandoque emittuntur.

In illa celebri Parabolâ de Domino, mnas suas, 6.
apud seruos diuidente, & abeunte comparare regnum, addit Christus: *Ciues autem eius, oderant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: nolumus hunc regnare, super nos.* Luc. 19. v. 14. Luc. 19. v. 14. In tota Parabola, nihil aliud de his ciuibus dicitur, neque facile videas quorsum huc admittantur, cum ad propositam doctrinam, de præmio, pœnâve seruorum, nihil videantur conducere: dicam trepide, quid cogitarim. Allusit forte Christus, ad illius sæculi vsum, quando Principes, à seruorum suorum arbitrio pendebant vnice, illis stabant, illorum ope & opera gubernabant: vnde mille, ac mille, ingenuorum ciuium querelas excitabant. Eò autem visus collimare Parabolæ scopus, vt sciremus, Deum seruis, id est, humilioribus familiæ suæ magis addictum: qui Imperatorum & Principum despecto fastu, Piscatorum, Ecclesiæ gubernandæ, elegit vilitatem, inde Seuerius in officio continendi, & mali torporis, otiosique talenti, duriores pœnas daturi: quo clementius ab stabulo ad thronum, etiam per ciuium despectum, euehebantur. Hinc igitur, postquam seruis tradit mnas, negotia committit, ciues in questus commouentur, quasi ciuibus aliis regni acquirendi, missâ legatione id dicant: cauete vobis ab huius imperio, qui totus seruis addicitur: videtéque quid vobis faciendum: nos enim, nolumus hunc regnare super nos. Illud aduertendum, nec approbari, nec vsurpari in Parabola vitiosa affectio, quo Principes seruis indulgebant, spretis ciuibus, sed tantum merum vsum assumi, in similitudinem: vnde & iustus Rex Parabolicus, qui nullo prauo affectu id fecisse putandus: & iniustæ ciuium querelæ, qui rectam illius carpebant ordinationem: idque maximè in omnibus parabolis attendendum: ne si

cuncta

cuncta ad amussim digerere velimus, ab omnibus analogiam exprimentes, sanguinem pro lacte sugamus. In hoc ergo sensu tantummodo, exempla Plin. quæ adhibuero, sumenda volo. Plinius in Paneg. ad Traianum, *Nec enim iam serui, Princeps noster, amici, sed nos sumus: nec Pater Patriæ, alienis se man-* Q. Curt. *cipiis chariorem, quam ciuibus suis credit.* Q. Curt. lib. 10. apud quem ita miles ad Alexandr. *Quousque animo tuo, etiam per supplicia, & quidem externi moris, obsequeris? milites tui, ciues tui, incognitâ causâ captiuis ducentibus, trahuntur ad pœnam.* Pulchrum Senec. hinc scomma illud Senecæ in ludo de Mor. Claud. *Iusserat illi* (scilicet Febri) *collum præcidi: putares omnes, illius esse libertos, adeo illum, nemo curabat.* Quoniam liberti pridem viuum principem spre- Amian. Marcel. uerant. Amianus de Eusebio Constantini Imper. seruo. *Mercari complures nitebantur Eusebij fauorem; apud quem si vera dici debent, multa Constantius potuit.* Quidam ad Gordianum Imperat. vt Capitol. auctor est Capitolinus in eius vita. *Voluptati nobis est, & eo magis, quo tibi gratior emendatio est: neque enim quisquam ferre potuit, datas Eunuchis suffragantibus, militum præpositurae, negatum laboribus præmium: aut interceptos, aut liberatos, pro libidine atque mercede, quos non decebat.* Poëtas Satyrographos ab Augusti æuo in hanc rem, nemo nō legit.

7. Diuinum illud Christi monitum: *Cum inuitatus fueris ad nuptias non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te, sit inuitatus ab illo, & veniens is, qui te & illū vocauit, dicat tibi: da huic locum*, &c. Luc. 14. Luc. 14. v. 8. v. 8. inuoluit certè vsum, ex mediâ antiquitate petitum: solebat enim Præfectus quidam cui hæ partes commissæ, conuiuis vocatis loca distribue- Athen. re. Athen. dipnos. 4. cap. 4. de Spartanis, locutus. *Prorsus vero, velut quadam parua Respub. hac constituitur: nam quem primum accumbere oporteat, quémve secundam sedem in Epaclis occupare, seruatur.* Vnde mirum illud Cleomenis Regis de quo ibidem Philarc. Philareus sic scribit. *Cum multa ad eum legationes accessissent, nihil cumulatius, quam consueuerat, parauit: sternebatur Pentaclinium, vt nunquam plus: quando vero nulla aderat legatio, Triclinium: neque mandatum, per prægustatorem fiebat, quis primus sedeat, atque accumbat: sed primus dux erat senior ad mensam, nisi quempiam, is accersisset.* Hebræa vero illius temporis conuiuia; quo ad luxus, & splendoris ceremonias, Ethnicis conuenire, iam sæpe monui, notiusque, quam sit opus hic probare.

8. In sacro illo nuptiarum epulo, Ioan. cap. 2. quas Christus piissime præsens beauit: difficilia sunt Ioan. 2. v. 10. nonnulla: mihi præcipuè, illa quæ habentur v. 10. *Vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei*, &c. quorum Maldon. difficultatē, vidit certè, nescio an superet magnus Maldonatus, qui ibi ita. *Indicant hæc verba, sponsum cum reliquis conuiuis ad mensam non accubuisse: sed in curandis, quæ ad conuiuium pertinebant, fuisse occupatum: non enim à mensâ illum Architriclinus seuocasset. Nisi fortè malimus interpretari, vocauit, id est, appellauit: non quod ad se venire iusserit, quod minimè fuisset vrbanum: sed quod, recumbentem appellans interrogauerit.* Prima coniectura, vtputo, verissima & germana est: quam vt explicem aduerto, variatum olim in nuptiis, circa locum, vel officium sponso assignandum: legimus quandoque recumbentem ex aduerso nouæ nuptæ, quæ in alio lecto discumbebat: quandoque, in sinu suo collocatæ sponsæ, adblandientem: de quo in Cant. non semel dixi. Nihilominus solitos quandoque sponsos, nuptiali epulo ministrare, non accumbere, ex Homero probat Athenæus lib. 1. cap. 11. subdens, *Menelao nuptias faciente, sponsus Megapenthes vi-* Athen. *na ministrat: nunc autem vsque adeo decidimus, vt sedeant etiam conuiuia præbentes.* Non tamen negem, solitos quandoque conuiuij dominos, alternis sedere & ministrare: id tamen luxus videbatur, & intemperantiæ, ne dum inurbanitatis, quam etiam hinc merito amouet Maldonat. Polybius hist. 31. Polyb. de Regis Antiochi conuiuio. *Ministerij totius, curam ille suscepit: nam ad Tricliniorum aditus subsistens, alios introducebat, ad mensam accumbere iubebat: ministris fercula gestantibus dux ipse præibat, circum epulantes inambulans, nunc assidebat, nunc conuiuio proximus cadebat: aliquando frusto panis, in mensam interea deposito, poculóve, exsiliebat, locum mutabat, conuiuia circumlustrabat.* Quod autem obiter inculcatur, sponsum omnia disposuisse, quæ deinde Architriclinus, cæterique ministri diuiderent: vnde nouitas seruandi optimi vini ad finem, præter morem, illi defertur: satis insinuunt, quamuis nouum, prouidum tamen iam patremfam. tale est illud Lampridij, in Alexandro Seuero. *Vsus conuiuij* Lampr. *diurnus, hic fuit: vini ad totum diem, sextarij triginta: panis mundi, pondo triginta: panis sequentis ad donandum, pondo quinquaginta. Nam semper de manu sua, ministris conuiuij, & panes, & partes, aut olerum, aut carnium, aut leguminum dabat, senili prorsus maturitate patremfam. agens.* Tandem quod dicitur. *Omnis homo, primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, id quod deterius est*, &c. naturæ consentaneum est, hebetior enim iam gustus, minus aptè saporem preciosi vini commendaret. Hinc illud Lyncæi in epist. apud Athen. lib. 3. c. 3. Lynceus. nescio de quibus pomis commendabilibus: *Non post cœnam, velut vbi gustu iam subuerso; sed intacto adhuc desiderio, ante cœnam adposui.*

Nolo pereant hæ micæ, sacrorum ad nuptias 9. epulorum, quando iam doctiores fercula dede- Matth. 22. v. 11. runt. Ergo Matth. 22. vers. 11. ita de Rege faciente nuptias filio suo. *Intrauit autem Rex, vt videret discumbentes.* Græcè θεάσασθαι, quo ita visus explicatur, vt aliquid grati spectaculi importet, attentius attendendi. Fortasse igitur obibat idem Rex partes Præfecti illius, qui conuiuio præerat, exploraturus an aliquis præter assignatum numerum, aut quauis ratione illegitimus conuiua obreperet. De quo Athenæus lib. 6. cap. 5. ita. *Cherephon parasitus,* Athen. *cum non vocatus, ingressus esset ad nuptias, extremusque accubuisset, ac Præfecti vocatos adnumerarent, iubentque ipsum recurrere, quando præter legem, se intra triginta inseruisset: numerate rursus, inquit, à me incipientes. Quod autem inualuisset consuetudo, vt Præfecti Symposia inspicerent, ac perquirerent conuocatorum numerum, si esset secundum legem, testatur his verbis Timocles in Philodicaste.* Timocl.

Vt simus ad lumen, patentes iam fores
Expande, lustres vt magis, quo numerum,
Præfectus ex lege accipiat, velut soles
Conuiuij.

Menander in Curiphalo. Menand.

Sunt apud Arbitros, ministri in nuptiis
Scripti, eo quoque omnes iubet, quod lex noua,
Intelligant vt si vocatis venerint
Plures.

Philocorus lib. 7. rerum Atticarum. Præfecti inquit Philoc. *vna cum Areopagitis, conuentus qui fiunt in domibus, in nuptiis, ac in aliis, obseruant.* Hæc Athen. Idē lib. 4. Athen. cap. 1. *Carano in Macedonia nuptias parante, viri viginti conuocati ad illas accesserunt.* Diphil. ibi c. 3. Diph.

Quot sunt tibi numero vocati huc hospites
Ad nuptias.

Sed neque nouum, quod Rex ad nuptias, conuiuas vocaret; id enim olim in vsu, & cum Principe non solum Dynastæ & Proceres, sed etiam humiliores ciues discumbebant. Inde illud Eucharisticum Statij, vbi mille mensis, Domitiano exceptos
Stat. conuiuas scribit.

Hic cum Romuleos proceres, trabeatáque Cæsar
Agmina, mille simul iussit discumbere mensis.

Vbi etiam idem Statius conuiua Principis legitur.
Athen. Athen. lib. 23. c. 4. *Dicuntur vero Eleatri, qui ad mensam Regiam vocant, ab Eleo, mensâ: quos tamen Artemidorus, conuocatores cœnarum appellauit.* Parco innumeris. De veste nuptiali & festiua (quæ hic legitima supponitur) est locus celebris Homeri, in
Homer. nuptiis illis fictis Vlyssis lib. 4.

Πρῶτα μὲν ἄρ λύσασθε, καὶ ἀμφιέσασθε χιτῶνας.
Primum quidem mundate, & induite vestes.

Et post similes apparatus, ait, hinc coniectandum: *γάμον ἔμμεναι nuptias celebrari.* Adde ad Regias domos olim, vili habitu indutos accessisse, culpæ da-
Serar. ri, de quo Serar. Esther c. 4. v. 2. à fortiori ergo ad
Esth. 4. v. 2. Regis epulum noptiale. Nihil ergo in hac Parabola, ex prisco vsu epulorum & nuptiarum, non petitum.

CAPVT XLVII.

De sacrificiis nonnulla.

PERIOCHA.

1. *Vsus soluendi victimam, ad aras, apud Ethnicos: non ita apud Scythas. Locus Genes. 22. v. 9.*
2. *Electio victimarum, à colore: ab immunitate iugi: à loco pastus: à non vsu Veneris: ab integritate corporis: ab ætate: à genere, & sexu Locus 3. Reg. 18. vers. 23. sacrificia vltro incensa apud Ethnicos, Dæmonis dolo.*
3. *Pluribus Diis, humana victima mactata, nec mares tantum sed fæmina: hoc sacrum, à Parentibus ipsis, pretiosius: dolosum tamen quandoque. Ex Sacro penu obiter nonnulla.*
4. *Animalia ad conniuium, prius sacrificata Cœna ex sacrificiis orta. Coquorum ibi ministeria Quædam ex sacro penu.*
5. *Victima spontanea, probata apud Paulum, quæ sit. Roman. c. 12. à v. 1.*

1. ABRAHAM immolaturus filium sic descri-
Gen. 22. v. 9 bitur: *Cúmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in Altari, super struem lignorum.* Genes. 22.
Lyran. v. 9. de quo ibi ita Lyranus. *Abraham ligauit filium, non propter hoc, quod timeret eum fugere, vel rebellare: sed vt immolaret eum, sicut & animalia, quæ offerebantur in holocaustum, quæ ligata immolabantur.* Quæro, an hæc victimæ colligatio, haberetur in Leuitico, an pridem ante iam in vsu esset? si in Leitici lege, (quod non ita facile probabis, immo neque
Ribera. Ribera noster lib. 4 de Templo cap. 2. id obseruat; minutissimus alias rerum similium scrutator) vnde id, tota ante sæcula, didicit Abraham? si vero ante Leuiticum, victimarum ligatio in vsu erat, vnde id quæso, didicit Lyranus? coniectandum potius de re duco, quam asserendum. Aduerte igitur solenne fuisse apud gentes, nullo vinculo colligatas victimas Diis mactare: ideo Seruius Virgil.
ad illud Sinonis Æneid. 2. Seru.

Eripui fateor letho me, & vincula rupi:

Sic scribit. *At qui soluta sunt hostiæ: cum piaculum sit, in sacrificio aliquid esse religatum.* Vnde verba Sinonis explicat ex vsu, quo victimæ aut seruatæ, aut ducendæ, quandoque ligabantur, ipso immolationis tempore penitus exsoluendæ. Sic etiam vt Interpretes notant capiendus Iuuenalis Sat. 12. Iuuen.

Sed procul extensum, petulans quatit hostia, funem:

De fune quo ducebatur, non quo iam mactanda teneretur. Dat, accipitque mutuo lucem Amia- Amian.
nus Marcel. lib. 24. nescio de quo. *Complures hostias* Marcel.
Marti parabat vltori, & ex tauris pulcherrimis decem, ad hoc perductis, nondum aris admoti, voluntate sua nouem procubuere tristissimi: decimus vero, qui disruptis vinculis lapsus, ægrè reductus est. Magis ad rem illud Virgil. lib. 4. Æneid. de Didone se ipsam Virgil.
immolatura.

Vnum exuta pedem vinclis, in veste recinctâ,
Testatur moritura Deos.

Vbi iterum Seruius citatus: *quia vt supra diximus,* Seru.
in sacro, nil solet esse præligatum. Itaque & Sinon & Dido, humanæ licet victimæ, solutæ, immolandarum instar pecudum, creduntur Seruio. Coniectare ergo possumus, ligatas pecudes Deo, solitum immolare Abrahamum, quandoquidem charissimum filium pariter immolauit colligatum. Cur autem, cum apud Ethnicos vidisset Abraham mactandas victimas solui: ipse è contra suas colligaret, vero numini offerendas: illud fortè fuit in causa: quod hæc vinculorum solutio apud gentes, superstitiosa erat: ex eo quippe, quod soluta victima, lubens aris admoueretur, patiens ictum speraret, coniectabant Deos propitios, sacra non irrita, certam litationem. Seneca in Oedip. Senec.
actu 4.

Stat ecce ad aras hostia, expectat manum,
Ceruice prona.

Vbi verbum *stare* significat pacatam victimam, nec ictus renuentem. Ouid. lib. 1. Fast. *cum stabis ad* Ouid.
aram, &c. de quo per plures paginas alij, cum Brissonio. Addo pauca, sed de victimis humanis, quæ magis huc faciant. Virgo Sacerdos apud Euripid. in Taur. de adolescentibus Dianæ mactandis, Eurip.
ita ad Ministros.

——Τὰ τῆς θεοῦ μὲν πρῶτον ὡς καλῶς ἔχοι
Φροντιστέον μοι. μέθετε τῶν ξένων χέρας
Ὡς ὄντες ἱεροὶ, μηκέτ' ὦσι δέσμιοι.

——*Primum, vt Deæ sacra ritè gerantur,*
Curandum mihi: soluite hospitum manus,
Vt quia iam sacri sunt, non sint amplius legati.

Idem Euripides in Hecuba, de sacrifico immola- Idem.
turo Polyxenam.

Mox autem auratum ensem à capulo capiens,
Extraxit vagina lectis autem exercitus
Iuuenibus imnuit, virginem apprehendere:
Ipsa vero vt sensit, sic locuta est.
O meam, qui euertistis Argiui, vrbem,
Volens morior, ne quis atsingat corpus
Meum: prabebo enim ceruicem forti pectore,
Liberamque me, vt libera moriar.

Quasi non solum vincula, sed etiam manus renentium respueret constans victima: fugiens etiam notam captiuitatis seruilis, vt ibidem additur, quiquam incurreret, si teneretur. Aliquam ergo Deo-

rum

rum suorum prouidentiam, aliquid miraculi aucupabantur Ethnici, si victima lubens staret, si non fugeret, huius enim ab aris fugâ, nihil ominosius

Lucan. credebatur: Lucan. lib. 7.

Admotus superis discussâ fugit ab arâ taurus.

Alios passim incurres. Prudenter itaque Abraham, ne Deum tentare videretur, totiusque Augurij expers procederet, pecudes immolandas ligasse crederem: quarum ad instar deinde, filium colligauit. Et fortassè modus iste ab Adam, Noë, tanquam congruentior, & ab omni superstitione alienus, subsequentibus fidelibus fuit traditus. Nihilominus

Phil. Iud. Philo Iudæus, visus hanc adolescentis colligationem, tanquam nouam mirari, ait enim de Abraham: *reddit vinctum pedibus, & noui generis victimam.* Facilè tamen potest responderi, noui generis victimam, non à ligatis pedibus, sed ab humana conditione, quam Deus nondum in sacrificium admiserat, appellari.

Herod. Tandem, ne quid celem, lego apud Herodotum, lib. 4. de Scythis, victimas ligatas. *Victima ipsa, prioribus implicita pedibus, sistitur: cuius à tergo stans immolator, amota in primis infulâ, pecudem ferit: eâque concidente Deum inuocat, cui illam mactat.* Idque visus mirari Herodotus, dum exprimit: nec enim apud alias nationes, id tale obseruatum, facile memineris.

3. Reg. 18. v. 23. In contentione illa pijssima, quam cum veneficiis Baal habuit Elias, præ alijs ita subdit. 3. Reg. 18. v. 23. *Dentur nobis duo boues: & illi eligant sibi bouem vnum, & in frusta cadentes ponant super ligna*, &c. Puto non solum ex prædictis duobus, sed ex numeroso grege, dari falsis Prophetis, hanc eligendi optionem: ita vt τὸ *dentur nobis duo boues:* solum determinet numerum sacrificandæ victimæ, vt Elias vnicum, illi alterum immolarent: non vero determinet numerum vnde electio facienda esset.

Sanch. Videtur fauere Sanch. ibi, qui ita. *Iubet, ne qua in sacrificiis posset esse fraudis, calliditatisve suspicio, vt ipsi eligant duos boues suo arbitratu, & ex illis eligant, quem magis suis votis, & rationibus opportunum esse putauerint*

LXX Interp. Probant hanc mihi conjecturam LXX. qui vertunt: [illegible], *dent vobis duos boues.* Itaque id voluit Propheta verus, vt falsi præsentarent populo duos boues, quos ad libitum eligerent, deinde ex his iterum sumerent, quem mauellent: quasi dicat: vos ex numeroso grege eligite vobis duos, vt libuerit: alterum quem vobis putetis opportunissimum: alterum, quem mihi credatis omnino importunum: qua ratione, miraculum, quod propono, clarius affulgebit. Hac ratione ni fallor explicatus locus, inuoluit multa de ratione Ethnici sacrificij, sacris nondum libata Interpretibus, necessaria tamen sacro textui explicando. Vates quippe Baal, qui nunnisi legitimè electa victimâ, se litaturos putabant: videntes iam præmissâ sibi electione, incassum laborasse, & aliunde Eliam, victimâ non solum non electâ, sed etiam, ex industriâ, illegitimâ & ad illorum gustū ineptâ, litasse: apertius absque dubio confunderetur: subdo igitur multa, quæ in victimis suis eligebant & spectabant veteres: quorum non pauca fortassè Baalitæ in boue suo affectarunt, relicto illegitimo alio boue Eliæ, quem inutilem fore suspicarentur: deque singulis, quia aliunde apud eruditos iam nota, dabo vnum verbum.

In primis eligeretur color, quo nonnisi certo, certis diis litabatur. Ioni ergo, candidus vtplurimum, postulatus. Virgil. lib. 9.

Virgil. *Et statuam ante aras, aurata fronte Iuuencum*

Candentem.

Virgil. Plutoni, Diisque infernis, nonnisi niger, & sic in cæteris, de quo plenas paginas alij ad illud Virg. 3.

Val. Max. *Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.*

Item electus sexus. Valerius Max. lib. 2. cap. 1. *Apud eandem aram, publicè nuncupatis votis: cæsisque atris bobus: Ditis, maribus, fœminis, Proserpina.*

Virgil. Deinde expers iugi, Virg. lib. 4. Georg.

Quatuor eximios præstanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis, depascunt summa, Lycæi
Delige, & intactâ totidem ceruice Iuuencas.

Deinde locus, & pastus vnde duceretur: & fortè Virgilius citatus, Lycæi montis religionem voluit denotatam. Sed non moror: en eiusdem locum expressiorem 2. Georg.

Idem. *Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus*
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro.

Licet enim Interpretes videantur rem deducere, ad naturalem causam, qua ille fluuius, albos greges reddebat, vt ex Plinio, & aliis probant: tamen re vera Poeta, in illâ sacri fluuij perfusione, aliquid, præter colorem voluisse denotatum, etiam obæsus Lector intelligat.

Claudian. Ideo fortè Claudianus 6. cons. Honor. dixit: *sacras vndas Clitumni.*

Seruius. Simile est illud Seruij de Fonte Iuturnæ ad lib. 12. Æneid. *Cum omnis aqua, naturaliter noxia sit, extraneorum corporibus: hic omnibus saluberrimus fons est. De hoc autem fonte, Romam ad omnia sacrificia, aqua afferri consueuerat.*

Alex. Neap. Alexander Neapol. lib. 4. c. 17. *Verbenas apponunt, quas ex sacro loco decerpere conuenit.* Quasi profanæ ad sacrificium, si aliunde legerentur. Vide ibi Tiraquell. vt ergo aqua, & herba nunnisi ex certo quandoque loco, sumebatur: sic & in victima fieri potuit. Pergo. Pusset etiam in victima captari, an adhuc veneris expers, hæc quippe aliquando, inter delectionis notas.

Senec. Teresias Vates apud Senecam in Oedypode, *innuptam bouem* immolat.

Donat. Virgil. Vide Donatus ad illud Virgil. Æneid. 6. *Sterilemque, tibi, Proserpina, vaccam* sic scribit. *Demonstrat quatuor: colorem, genus animalis: cum primo vellere intactum, non attonsum: & Veneris immune.* Deinde eligebant ne victima esset manca, aut quauis simili defectu insignita: hac enim nunquam posse litari tenebant Veteres.

Tiraq. Alexand. Neapol. Dat ex Auctoribus probatissimis, quosdam Andreas Tiraq. ad illud Alex. Neap. lib. 3. cap. 12. *Lectæ autem dicuntur hostiæ, maiores, & vberius depastæ, quæ claudæ, morbosæ, & vitiosæ non sunt, (quia prænosci, nisi ex sana victimâ, futura non possunt:) quæve fixam aurem, vel caudam aculeatam, aut nigram linguam, non habent.* Aliquid tale, in sacris victimis præcipit Leuiticum: vnde ex hac parte, nec etiam illegitimum bouem, sumeret Elias. Tandem deligebatur ætas victimæ.

Plinius. Idem Alexander ibidem ex Plinio. *Fœtus bouis, trigesimo die: pecoris, septimo: suis vero, nisi decimo, à partu, die, puri habentur.* Vbi iterum

Tiraq. plura Tiraquell. Parco aliis, quia prædicta satis, quorum nonnulla, in victimâ sua eligerent Baalitæ. Si autem quæras cur Elias, non illis etiam optionem fecerit, vt & animalis genus, & sexum, eligerent; non diuino: fortassè nouerat iam legitimum illis ad certa sacra, Baali non à grege, sed ab armento victimam sumendam: nec tam vitulas, quam tauros, (Boues, enim in hoc loco, non vaccas, sed mares: & hos integros, vt aliunde constat, satis apertè ex Hebræo, & Græco fuisse noscitur) sacrificandos. Vel etiam quia id parum interesset, aliæ quippe conditiones sibi spretæ, Ethnicis affectatæ, plusquam satis probando mysterio intercederent.

Iam vero quod falsi Prophetæ, lubenter pacto acquiescerent, sperantes illorum precibus ignem deicensurum, non mirot: sæpicule enim dæmon, falsis hisce miraculis Ethnicos decipiebat. Valer.
Val.Max. Max.lib.1 cap.1. *Maxima Virginis ex milia discipulam, extincto igne, tutam ab omni reprehensione, Vestæ numen præstitit: qua adorante, cum carbasum, quem optimam habebat, foculo imposuisset, subito ignis emicuit.* Pausanias lib.2. siue in Atticis, vbi
Pausan. de Seleuco. *Cum in Pella victimam faceret, ligna aris imposita, vltro arserunt.* Plinius lib.2.cap 107.
Plinius. *Reperitur apud Auctores, in Salentino oppido Egnatia, imposito ligno in saxum quoddam ibi sacrum, protinus flammam existere: in Lacinia Iunonis ara sub dio sita, cinerem immobilem esse, perflantibus vndique procellis.* Hoc tamen Egnatiæ miraculum
Horat. sic irridet Horat. lib.1.Sat 5.

——Dehinc Gnatia lymphis
Iratis extructa dedit risusque, iocosque,
Dum flammâ sine, thura liquescere sacro,
Persuadere cupit: credat Iudæus appella, non ego.

In quo loco, quod minus aduertunt Interpretes, non solum alludit ad falsum opinionem, quam de Iudæis Romani conceperant, quod nimirum, creduli perstarent Mosaicis verbis, tótque tantaque Ethnicis impossibilia visa, deglutirent: sed figuratè ad hunc locum Eliæ, & item ad lampadem Abrahæ, ignemque Manue, sacrúque Machabæorum: quasi dicat: ipse hoc Egnatiæ miraculum probet, qui tot alia similia, defendit mordicus. Certè legebant Ethnici Græcas à Ptolomæo scripturas: vel audiebant hæc mira passim ab Hebræis prædicata. Sed quidquid rideat Horatius, videtur probabilius ex historiis, non germano miraculo, sed dæmonis machinamentis & præstigiis, Ethnica sacrificia, vltro quandoque arsisse.

3. Dauid Psalm.105.vers.37.ita de Apostatantibus
Ps.105. v.37. Hebræis. *Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.* Nihil notius, quàm Saturno ab Ethnicis, pueros immolari: æquè planum, quod de Taurica Diana, narrant
Plin. scriptores. Plinius etiam lib.8.cap.22. Ioui Lycæo solitum immolari puerum, testatur: præterea alios, qui singulares Deos, referunt, quibus hu-
Sil.Ital. manæ victimæ, mactatæ. Silius Italicus lib.4.omnibus Pœnorum Diis,id attribuit.

Mos fuit in Populis quos condidit aduena Dido,
Poscere cæde Deos veniam, & flagrantibus aris,
Infandum dictu, paruos imponere natos.

Merito igitur, non vni Idolo, sed Idolis, pueros factos, deplorauit Psalmista.

Difficilius, quod de filiabus, & puellis addit, an aliquibus regionibus, præterquam in Chanaan, puellæ Diis mactarentur? respondi quærenti, id etiam in vsu. Alexand.Neapol.lib.6.cap.26.
Alexand. Neapol. *Scythæ tauri,pro hostiis Dianæ, aduenas immolabant: Laodicæi, Palladi virginem.* Et paulo post. *Dionysio templum in Arcadia fuit, in quo puellæ ad aram, flagellabantur ad necem, sicut Spartæ, in ara Mercurii, & Iribra Dinna, Fueri.* Legendus Home-
Homer. Herod. rus de Iphigeniâ, & Polyxenâ, quas Græci immolarunt. Herodotus lib.7. de Persis. *Audientes enim locum, nouem vias Herodotorum appellari,totidem illic pueros, ac virgines: puellarum indigenarum filios, viuos defoderunt.* Non igitur singulare, si vtrunque sexum, exprimat Propheta.

Dantur autem hæ partes ipsis parentibus, quoniam ab his,vt tenerius,sic etiam gratius hæ victimæ venire credebantur, quam ab alienis. Plutarch.
Plutarch. de superstit. scribit in Saturni sacris: *extare Matrem rigidam, & absque gemitu,si enim ingemuisset,iacturam faciebat & honoris, & filii.* Signandus in hanc rem, margaritâ Minutius Fælix, de eodem
Minut.Fæl. Saturno locutus *Mense ei, in nonnullis Africæ partibus,a Parentibus infantes immolabantur: blanditiis, & osculo comprimente vagitum,ne flebilis hostia immolaretur.* Hucusque plana ista.

Non tamen celauerim notandum, visam emphasim in τῷ *suorum*:quasi dicat Dauid:Per omnia superstitiosiores sunt Israëlitæ Apostatæ,ipsis Ethnicis: Ethnici enim,quandoque Deos suos fallunt, & factorum legitima violant:dum scilicet,suppositios aliunde pueros, pro filiis quos diligunt, conseruatosque volunt, immolant: at Israëlitæ, suos quidem, suos ipsissimus, quos mihi genuerunt, scrupulosâ conscientiâ, impiâque religione, mactare consuescunt. Fortassè id voluit Deus, apud Ezechielem c.16. vers.20. *Et tulisti filios tuos,* Ezech 16. v.20.
& filias tuas,quas genuerasti mihi, & immolasti eis, ad deuorandum. Sic Ieremias cap.7.vers.31.exprimit, Ierem. 7. v.31.
suos: suas. Sic 4. Reg.23. quamuis hic postremus, 4.Reg.23.
non de nece,sed de lustratione,possit explicari. Allucet prædictæ cogitationi Diodorus Sicul.lib.20. vbi narrat cognouisse Chartaginenses, propterea Saturnum sibi aduersari: quia eum pridem vnusquisque filios suos, & ingenuos libenter immolarent: postea alienos filios mercatentur, quos suis connutritos, postea in victimas, subdolè porrigerent: ὕστερον ὠνούμενοι λάθρα παῖδας, καὶ θρέψαντες, ἔπεμπον ἐπὶ τὴν θυσίαν: *deinde emebant clam pueros, quos nutriebant, suorumque loco, dabant sacrificandos.* Tu plura.

De Iosepho, fratribus epulum paratuto, ita 4.
facet scriptor: *Præcepit dispensatori domus suæ, dicens: introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium.* Genes.43.vers.16.Delrius noster Gen.43. v.16. Delr.
ibi, cum aliis Interpretibus, eximium egregis postulari, & pinguius armenti, explicauit: quale in Deorum victimas, tanquam egregius, solebat deputari, indéque victimas dici, nullo etiam sacro intercedente. Hæc explicatio, inde minus legitima videri posset, quod apud Ægyptios, quibus Ioseph immorabatur, victimarum talium vsus, non in vsu, à quo is modus loquendi sumeretur: ideo enim postea Moyses, abominationem Ægyptiorum, Deo immolandam dixit, id est animalia, quæ illi non tam sacrificabant: quam Deorum instar, sacrificiis etiam condecorabant. Nisi fortè dicas, ad mores Patrios, recurrisse Ioseph, qui priuatis ceremonias, victimis Deo mactabant, indéque modum loquendi vsurpasse: immo & Moysem, verborum Iosephi sensum, sui æui & moris phrasi, quod potuit, significasset. Nihilominus puto, vera hic sacrificia intercedere potuisse, nec tam per similitudinem, quam reapse victimas immolatas. Solebant quippe id temporis fideles, hædos, Agnos, vitulos, & similia, quæ conuiuis hospitibus parabantur, Deo prius in victimas consecrare. Ergo τῷ *occide victimas.* ego explicarem: para victimas, quas Deo occidam: nisi fortè Domini doctrinâ, proselitus esset dispensator, qui proinde [illegible] Deo faceret ipsissimus.Ex boc vsu illud Iacob Genes.31.vers.54.*Im-* Gen.31. v.54.
molatisque victimis in m[illegible], vocauit fratres suos, vt ederent panem. Sic Prouerb.9.vers.2.de sapien- Prou.9.v.2.
tia: *immolauit victimas suas miscuit vinum, & proposuit mensam suam.* Cui deinceps vt nostri, aduocantur

cantur contiuæ. Præterea multa ex facris quæ huc facerent: ex profanis vno Athenæo contentus, qui hunc Ethnicis etiam familiarem vsum, ex innumeris Auctoribus probauit.

Athenæ. Ergo lib. 4. cap. 6. de Persarum regum cœnis. *Regi mille victima eodem die mactantur: inter quas sunt equi, cameli, boues, asini, cerui, & plurima oues: multa sunt & aues, quæ absumuntur, passeres Arabici, sunt enim magna animalia, anseres & Galli: ex quibus moderate singulis regis conuiuis apponitur: quorum vnusquisque, quod ex prandio reliquum fuerit, aufert. maxima pars horum ciborum, victimarúmque, quas rex nutrit, in scutatorum, stipatorúmque aulam deuoratur.* ibidem cap. 11. ex

Idem. Philarcho, vbi de Ariane Galatarum ditissimo, qui vniuersum populum excepit epulo. *Postea, sacrificia taurorum, suum, ouium, aliorum iumentorum, singulis diebus multa persoluit: vini dolia, farinaque irrigata magnam copiam parauit: ita vt non solum ij Galata, qui ex vicis ciuitatibúsque conuenerant, his vescerentur, verum etiam omnes qui accedebant externi, non prius à pueris detinent hus demittebantur, quam sumpsissent.* Et cap. 20. ex Calli-

Idem. strato. *Cum ius Tarentinorum singulus fere mensibus boues sacrificat, conuiuiáque publica facit: ita vt priuatorum multitudo, ferè semper sit inter pocula.* Hæc ferè capienda de epulis, quorum occasione, præmittebantur sacrificia: de iis enim epulis, quæ destinatum in rem aliam sacrificium, subsequebantur, vel pueri passim innumera legerunt. do tantum vnum vel alterum verbum ex eodem

Idem. Athenæo, non ita obseruatum. Ibidem cap. 23. de Deliis. *Nec ea sanè prætereunda, quæ de Deliis Apollodorus Athenien. scripta reliquit, quod coquorum in structorúmque opere prenuntiabantur iis, qui ad sacrificia procedebant: quódque ex ipsis actionibus,*

Idem. *singulis nomen obtinebant.* Vnde & lib. 8. cap. 13. cœnas potissimas à sacrificiis ortas esse scribit, lib. item 14 cap. 71. post multa. *Non est itaque admiratione dignum, si antiquis coqui, sacrificiorum etiam essent periti, nam & sacrificiis præerant, & nuptiis.* Condigna scilicet diis talibus sacrificia: quorum mysteria, coquorum & gustus, & scientia penetrabat. prudentet itaque Achæus Eretriæus

Idem. ibidem lib. 4 cap. 23. *Cariopeas aspiciens abominor, quoniam victimas circumcidentes, manifestè coquum agunt.*

5. Rom. 12. v. 1. Paulus ad Rom. cap. 12. v. 1. ità. *Obsecro ig tur vos fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem.* &c. Adnotarunt iam multi In Græco clarius legi: παραστῆσαι τὰ σώματα, *vt sistatis corpora vestra.* Quod verbum proprium est sacrificiorum. Nemo tamen, quem viderim, adnotasse memini, quod hoc verbo *sistendi*, sibi velit Apostolus. Credo igitur sic locutum ad Romanos ex vsu, quo illi spontaneam, & gratam hostiam significabant: q. d. quemadmodum spontaneas, & litaturas victimas, offerebatis dæmoni, sic modo, spontanea, nec recalcitrantia corpora offerte Deo. Macrobius

Macrob. Saturn. 3. cap. 5. *Obseruatum est à sacrificantibus, vt si hostia quæ ad aras duceretur, fuisset vehementius velut acta, ostendisséque se altaribus inuitam admoueri, amouretur: qua verò stetisset oblata; hanc volenti animo dari existimabant.* Dixi supra in hoc cap. num 1. hunc volentem animum victimæ per verbum *standi*, vt in hoc ... vult Macrobius, significari. Habes plura testim... apud Brissonium lib. 1. Formul. Ergo sistere victimas, nihil aliud est, quam sistentes, siue stantes victimas admouere: sic sæpè dicitur, sistere aris victimas.

In hoc sensu explico quod additur v. 2. *Vt probetis quæ sit voluntas Dei, bona, & beneplacens, & perfecta.* Rom. 12. v. 2. Vbi verbum *probare* significat, examinare, accuratè perpendere: quod in Græcis clarius, δοκιμάζειν. quasi dicat Apostolus. Volo vos fieri hostiam Dei viuentis, sed eam hostiam, quæ nihil vitiosum habeat: videte ergo prius quæ sit illa victima beneplacens, id est, litatura; perfecta, id est, ritè electa: bona, id est, non vitiosa: quæ Dei voluntati bonæ: &c. satisfaciat, dixi supra de electione victimarum: Iam verò de probandis victimis. Vide Plin. lib. 8. cap 45. & quos alios affert citatus Brissonius. do tantum Tertull. in Apolog. *Vt miror cum bestia probentur pene vos à vitiosissimis Sacerdotibus: cur præcordia potius victimarum, quam ipsorum sacrificantium examinentur.* Plinius. Brisson. Tertull. Vt ergo intestina electarum victimarum probabant deinde Sacerdotes, sic præcordia sua Deo offerenda, fidelibus probanda, & examinanda præcipit ibi Paulus.

CAPVT XLVIII.

Pro silentio, sermonéque nonnulla.

PERIOCHA.

1. *Linguæ, militaris quodammodo custodia adhibenda.* Circumstantia, *vox bellica, ex sacris nonnulla explicantur.*
2. *Silentium manu indictum, signat indicentis auctoritatem: voce verò, superbiam. Locus ex Actis cap. 13. v. 16.*
3. *Sermo obscurus, obliquus. Sap. 1. v. 11.*
4. *Volatilia cursu sequi: ventum regere, prendere, ad loqui, agriculturâ exercere, de re vana dicitur. Ventos nutrire, Ventis verba dare, & labores Vento nutriri, de caduca gloriosa. Folia scripta oracula, vento ludibria: vento afflati vates. Multa hæc ex sacro penu.*
5. *Verba Meretricis, blanda, dulcia, lubrica. Peregrina, pro Meretrice: peregrinus sermo, fæminis lasciuus. Locus Prou. 7. à v. 4.*
6. *Pulchritudo in fœminis superba. Plusculæ ex Baruch cap. 6. Meretrices Babylonicæ cinctæ: harum pityra; extra templum prostabant.*
7. *Ethnici apud Hebræos, Canes dicti. Hoc commitum apud quas gentes, & quibus denotandis, in vsu. Iactus talorum infœlicior, canis dicebatur. Canis etiam sacrificio data, obscœna dicta. Nonnulla ex sacro textu, hinc explicata.*

DAVID Psalm. 140. v. 3. ità. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantia, labiis meis.* 1. Psalm. 140. v. 3. Vbi benè, vt solet, Genebrardus. *Metaphora à custodibus, & excubitoribus, qui loca firmant, ne quis temerè exeat.* Sed quidem Genebr.

verbum נצר quod hic ponitur, licèt indifferens sit ad quamuis custodiam, hic tamen bellicam custodiam videtur denotare: probat id mihi vulgata nostra versio, quæ absque dubio, in hac *circunstantia*, bellum vidit: Sic enim Græcè, Latinéque, circunstantiam capi, certò certius.
1 Mach. 15. v. 32. 1. Machab. 15. v. 32. *Et venit Athenobius amicus regis, & vidit gloriam Simonis, & claritatem in auro, & argento: & apparatum copiosum: & obstupuit.* Græca habent. Καὶ παράστασιν ἱκανὴν, καὶ ἐξίστατο. *Et circunstantiam copiosam, & obstupuit.* Dicitur itaque apparatus hic bellicus, ceu circunstans mi-
A.Gell. litum globus, *circunstatio*, vel *circunstantia*. Aulus Gellius lib. 7. Noct. cap. 4. *Circunstatio, militum*
Tertull. *corona appellata.* Graphicè Tertull. lib. de orat. cap. 3. *Cæterum, quando non sanctum est, & sanctificatum per semetipsum, nomen Dei, cum cæteros sanctificet ex semetipso: cui illa Angelorum circunstantia non cesset dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Vbi interpretes meritò, militiam cœlestem, à culto Afro expressam explicarunt. Hinc illud sanctissimi
Iob 29. v. 25. Iob cap. 29. v. 25. *Cúmque sederem quasi rex, circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.*
LXX Interpr. Pineda. LXX. *Sicut rex in accinctu.* De quo vide Pinedam: quem tamen vulgaris hæc circunstantia præteriit: addo Hebræum גדוד quod in Hebræo est, sic exercitum significare, vt etiam sonet *globum*: vnde optimè, non solum absolutè exercitum dixit vulgaris Interpres, sed circunstantem, quo maximè conglobata corona denotatur. Explicabis
Hebr. 12. v. 1. hinc Paulum Hebr. 12. v. 1. *Deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum: per patientiam curramus, ad propositum nobis certamen.* Græcè cum epitasi. εὐπερίστατον: *benè*, siue, *sedulo circunstans.* Sic
Psalm. 34. v. 7. Psalm. 34. v. 7. *Immittet Angelus Domini, in circuitu timentium eum:* iste circuitus, circunstantia est militaris. Hebræa claré. חונה סביב: id est: *Castra metabitur in circuitu* Commendat itaque Propheta silentium, verbáque quasi exercitu circunstante custodienda, ne temerè elabantur. Similis est illa
Homer. locutio Homeri Odyss. 1. quam sæpè alibi repetit.

Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.
Quale verbum fugit vallum tuorum dentium.

1 Quasi stultum verbum, instar transfugæ, castra desereret: dentésque non tam tenendo cibo, formandæ voci, quàm retinendæ potius linguæ excubarent Eodem verbo נצר, & in eandem rem, ha-
Psalm. 34. v. 13. bet iterum Propheta Ps. 34. v. 13. *Custodi linguam tuam a malo*, &c.

2. Manu hoc, vel illo modo motâ, silentium captabatur: quo quidem auctoritas personæ notabatur.
Persius. Persius Sat. 4.

Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ, maiestate manus.

Lucan. Lucanus lib. 1. de Iulio.

Compoint vultum, dextrâque silentia iussit.

Tiraq. Cerda. Tiraquell. lib. 2. cap. 19. Alexand. Item Cerda ad 1. Georg. præ aliis adducunt huc Statium lib. 1. Sil. 1. *dextra vetat pugnas.* Sed falsò, longè aliud
Geuart. voluit Poeta: Vide Geuartium. Hinc explicatur illud Pauli in Synagoga dicturi: *Surgens autem*
Actor. 13. v. 16. *Paulus, & manu silentium indicens.* Actor. 13. v. 16. τὸ enim *indicens*, manus prædicat maiestatem. Adhuc tamen, aliquid aliud in hoc loco visum latere: quasi dicat Lucas: manu silentium indixit, quo comem & vrbanam signabat auctoritatem: non voce: quod arrogans nimis esset, & fastuosum. Pulcher in hanc rem locus ille
Dio Cass. Dionis Cassij, in Adriano. *Romanum populum acerbe magis, quam indulgenter tractauit: nam cum olim quadam, per vim & superbe, in ludo armorum peterent, nihil ei distribuit: imo iussit, illud Domitiani pronuntiari:* Silete. *Quod verbum minime prolatum est: nam Præco manum continuo sustulit: ita eo signo, quod fieri solet, eos quiescere fecit, atque tacere: quare inquit, non opus est vt ex præcepto sileant, qui iam tacuere, hoc enim vult Princeps, neque tamen ideo iratus est Præconi: imo vero maiori in honore habuit: propterea quod grauitatem mandati non exposuisset.* Alludit autem ad illud Suetonij de Domi- Sueton.
tiano cap. 13. de arrogantia eius, cuius titulus: *Elatio eius & vana gloria.* Vbi ita post multa. *Capitolino certamine, cunctos ingenti consensu precantes, vt Palfurium Suram restitueret, pulsum olim Senatu, ac tunc oratoribus coronatum: nullo responso dignatus tacere tantummodo iussit voce Præconis. Pari arrogantia, cum Procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam: Sic cæpit: Dominus & Deus noster, sic fieri iubet.* Pende τὸ *pars*: quasi eiusdem ferè arrogantiæ esset, Dei titulum affectare, atque strepenti turbæ, imperare silentium voce datâ.

Sapientiæ cap. 1. v. 11. sic habetur. *Custodite* 3.
ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodest, & a de- Sap. 1. v. 11.
tractione parcite linguæ: quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem quod mentitur occidit animam. Quis sit obscurus iste sermo, mihi obscurum. Vatablus vertit: *Sermo clandestinus:* videtur- Vatabl.
que murmurationes & detractiones denotare. Forsitasse capiendus est locus, de obliquo sermone, quo alicuius vitia, aut dissimulanter, aut mutato nomine proferuntur. Fortunatianus in Chriis lib. 1. Fortun.
Rhetor. *Ductus orationis sūt quinque: Simplex, subtilis figuratus, obliquus, mixtus.* Et de penultimo ita *Obliquus, cum palam dicere, pudor impedit, &c. & cum periculum probibet, agere apertè.* Sueton. c. 2 de Do- Sueton.
mitiano, aduersum fratrem Titum. *Defunctumque, nullo præterquam consecrationis honore dignatus sæpe etiam carpsit, obliquis orationibus, & dictis.* Innumera congerunt interpretes Statij ad illud lib. 1. Statius.
Sil. 2.

Cessent obliqui mendacis carminis astus.

Inde, si placet, repete.

Prouerb 10. v. 4. ita Salomon. *Qui nititur men-* 4.
daciis, hic pascit ventos: idem autem sequitur Aues Prou. 10.
volantes. Vide quam multa eruditè hic congerat v. 4.
noster Salazar, nec improbo: habeo tamen ali- Salazar.
quid quod addiderim, sit autem hic versiculus obscurior; quoniam ab Hebræo fonte non solùm non claret, verum nec propinatur. Græca exemplaria variant, in quibusdam reperitur, deest in aliis. Puto virum nixum sermonibus mendacibus, qui sibi pro scopo verum non proponit, incassum & frustra laborare, dici à Salomone: ac si dicat: nihil proficiet, nihil ad exitum perducet: & sicut non satiatur, neque nutritur, qui ventos pascit: neque fit voti compos, qui gradiens sequitur volantes aues, sic & ille, dum nugis, & mendaciis indulget Patent vltima verba ex Græca parœmia Parœmia
τὰ πτερωτὰ διώκειν. *Cursu sequi volatilia.* Quæ in Græca.
illos qui frustra desudant, & non insequendis laborant, iactari solet. Pulchrè Persius Sat. 3. Pers.

Est ne aliquid, quo tendis, & in quod dirigis arcum?
An passim sequeris coruos testâque lutóque,
Securus quo pes ferat. atque ex tempore viuis.

Vbi Stoicus in virtutem collimandum esse dicit, alioqui nil boni consequendum.

In Græcis exemplaribus: τὸ *ventos pascit*: Vertitur: ποιμαίνει: id est: *ventos ad pastum ducit*: Siue, *ventorum,*

ventorum pastor est. Videndum ergo, quid sit in viro mendaci & improbo, ventos regere & gubernare, instárque gregis, pastoritiâ solicitudine curare. Et quidem parœmia est, qua aliquid frustra tentatum, significatur: quia venti instabiles, mobiles, regimen non admittunt. Inde vagi dicti

Horat. Horatio lib.3. Oda 29.

—— Cavétque

Ripa vagis taciturna ventis.

Tibull. Tibullus lib 4.

Et vagus a terra qui surgere nititur aër.

Eodem sensu dicitur, *Ventos adloqui*, & ventos

Plaut. *percutere.* Plautus in Mostell. *Hic nescit quidem*

Catull. *nisi fœnus fabulari vento.* Catullus de nuptiis Pelei.

Sed quid ego ignaris nequidquam conqueror auris.

Et passim Latini, & Græci etiam: ἀνέμοις ἀγορεύειν. De vento item incassum percusso, nullibi

Idem. testimonia non incurres: Catullus ibidem de Minotauro.

Ne quidquam vanis, iactantem cornua ventis.

Res trita. Sed magis ad rem, nostram, parœmia apud Zenodorum: ἀνέμους γεωργεῖν: *Ventos agricultura exercere.* Vt ergò hic a re rustica, sic à re pastoritiâ, longè pulchriùs formulam deduxit Salomon.

Sed quid si τὸ *pascit ventos*, identicè vt sie dixerim, explicemus? id quidem Græco non repugnare, sicut nec Latino, meritò attestatur ipse Salazar: ac si dicat Salomon: vir mendaciis studens, vana sectans, & semetipso, aut saltem de suis, pabula ventis præstat: quia nimirum mendacia verba, dum vento dantur, ventum quodam-

Idem. modo nutriunt. Catullus citatus.

Immemor at iuuenis fugiens pellit vada remis,

Irrita ventosæ linquens promissa procellæ.

Ouid. Ouid. de eodem.

Cunctane, in æquoreos, abierunt irrita, ventos.

Sic falsa verba, & fidem fallacem, ventis datam vbiuis legimus. ventis etiam traditum cupiebant quidquid ingratum, & abiiciendum cupiebant.

Horat. Horat. lib.1. Oda 26.

—— Tristitiam & metus

Tradam proteruis in mare Creticum

Portare ventis.

Ac si etiam dicat Salomon, hominem mendacem eiúsque verba, tanquam quid inutile ventis tradi:

Psalm.1. & hinc etiť illud Psalm.1. de impio, quem proiicit ventus à facie terræ.

Tandem, *Pascit ventos* homo mendax, in contrario sensu, id est, ventis nutritur, & vanitatibus.

Virgil. Simile est illud Virgil.10.Æn.

Agnoscat ventosa ferat cui gloria laudem.

Et Statius lib.4. Silu. ad Marcell.

—— Nos otia vitæ

Solamur cantu, ventosáque gaudia famæ

Quærimus.

Oseæ 12. v.1. Ex dictis obiter explicanda illa Oseæ cap.12. v.1. *Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum: tota die mendacium, & vastitatem multiplicat.* In Græco etiam est διώκει: hoc est: *secutus est* eodem verbo, quo supra, captatas frustra aues vidisti: quasi vulgatus noster Interpres, pro eodem dixerit ventos pascere, siue tegere: quam ventos sequi, siue æstum captare, quod etiam inter ἀδύνατα,

Virgil. poni solet: Virg.lib.2. Æn de vmbra Creusæ.

Ter frustra comprensa manus, effugit imago,

Par leuibus ventis.

Eccles.34. v.2. Sic qui tecta vento parat, irridendus: ideò Ecclesiasticus cap.34. v.2. *Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia.* Tandem explicabis Ieremiam c.22. Ierem.22.

v.22. *Pastores tuos pascet ventus.* Græca etiam pa- v.22.

storitium illud verbum ποιμανεῖ habent: quasi præ aliis dicat Propheta: Si ventus pastores vestros pascit & nutrit gloriola ventosa: quo ab illis, nisi ad ventosa pabula ducemini? Quod si non tam nutritos, quam ductos & gubernatos à vento, falsos pastores & prophetas taxat: erit illud Apostoli Ephes.4. v.14. *Vt iam non simus* Ephes.4.

paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento v.14.

doctrinæ. Licèt enim hic è re nautica sumatur allegoria, vento tamen leuia Doctorum capita gubernari, attestatur.

Fortassè tamen Ieremias explicandus de vsu illo Ethnicorum, (à falsis Hebræorum Prophetis forsan vsurpato,) quo Vates fallaces oracula sua, falsáque verba, foliis inscribebant: quæ si vento ludibria, id est, pabula ministrabant, vana credebantur, q.d. vani sunt & falsi Prophetæ tui, qui oraculis suis pascunt ventos, non solum verba irrita illis ministrantes, sed ea oracula, quæ etiam ab Ethnicis falsa, certè minus vtilia, haberi solent. Vide quæ multa Interpretes Virgil. ad Virgil.

illud Æn.3.

Quæcumque in foliis descripsit carmina virgo,

Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit:

Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt:

Verum eadem verso tenent cum cardine ventus,

Impulit, & teneras turbauit ianua frondes,

Nunquam deinde cauo volitantia prendere saxo,

Nec reuocare situs, aut iungere carmina curat.

Ideò vota Æn ad illam lib.6. Idem.

—— Foliis tantum ne carmina manda

Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Quamuis enim demus falsos Hebræos Vates, ab hoc diuinationis abusu alienos, potuit tamen Ieremias, inde similitudinem capere. Potuit etiam recurrere ad vsum, quo falsi Vates oracula susurri, diuino se afflari vento testabantur, de quo alibi dixi.

5. Prouerb.7. à v.4. ita Salomon habet. *Dic sapientiæ soror mea es, & Prudentiam voca Amicam* Prouerb 7.

tuam, ut custodiat te, à muliere extranea, & ab v.4.

aliena, quæ verba sua dulcia facit. Explico hæc verba dulcia, de verbis mollibus, fractâ voce, & lasciuienti pronunciatione prolatis: itaque non solum amatoria verba, sed etiam verecundo quodam sono prurientia intelliguntur: eam vim captare licet, ex verbo *facit*, id est, affectat. Scholium in Sixtianis: ῥήματα αὐτῆς ὀλισθηρά: Sixt.

verba eius lubrica. Ductâ metaphorâ à locis lubricis, vbi vix te à lapsu contineas. Sic Horat. lib.1. Horat.

Oda 19.

Vrit me Glyceri nitor, &c.

Et vultus nimium lubricus aspici.

Id est, quem vix aspicias, quin labaris, & Cle- Clem.

mens Alexand. Pædag. lib.3. cap 5. ait, oportere, Alex.

φυλάττεσθαι τὰς ὄψεις, τὰς ὀλισθηράς: *cauere nos lubricos aspectus.* nam certè nihil lubricum magis, quam affectata illa verborum mollities & dulcedo: idem Clemens in Protrept. de fabula Sire- Idem.

num. *Fugiamus ô socij: hæc vnda ignem eructat: mala est insula, accumulata ossibus, & cadaueribus: in ea autem canit formosa meretricula voluptas, quæ publicâ oblectat musicâ.*

—— Gloria Græcorum age, veni huc, illustris Vlysses,

Siste

Siste ratem, diuina audire vt carmina possis.
Laudat te, ô nauta, & celebrem te dicit, & illustrem,
& Græcorum gloriam, sibi vendicat meretrix, siue eam
possidere cadauera: fert tibi opem animus Spiritus,
prætergredere, voluptatem abige:
Atque caua meretrix te fœmina fallere compta
Possit, dulce loquens, quærens te auertere nido.
Hæc ille. Horat. lib. 1. Oda 22.
Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

Senec. Seneca controu. lib. 1. *Cantandi, saltandique nunc obscœna studia effœminatos tenent, & capillum frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare: mollitie corporis certare cum fœminis.* Hucusque ista planissima.

Vatabl. Difficilis non nemini visa est Hebræa versio apud Vatabl. *Vt custodiat te, à muliere extranea, & peregrina, qua verbis suis blanda est.* Quasi in vulgato nostro, *aliena* non tam ob vitum, quam ob patriam dicatur: quærendum ergo quidnam per mulierem peregrinam intelligatur, & cur huius maximè verba, tanquam lubrica & blandiora, sint cauenda. Affero in primis Meretricem hanc fœminam, meritò peregrinam appellari, quoniam apud Priscos, imo & hodie, fœminæ peregrinæ, suspectæ & meretrices habentur: inde Hispani: *Poco va de romera, à ramera.* Terent. in And. act. 1. sc. 1. indignum facinus dolet, adolescentem ingenuum, *pro vxore habere, hanc peregrinam.* Et iterum: *Adeò ne est demens ex peregrina,* Vbi Donatus. *Ex peregrinâ, id est, ex meretrice: mulieres enim peregrinæ, inhonestæ & meretrices habentur.* Multa habet Tiraquell. lege 10. Connub. Hinc etiam apud Euripidem Medea se excusat.

Hispana paræmia. Terent. Idem. Donat. Tiraq. Eurip.

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
Μή μοί τι μέμψησθ'.
Corinthia fœmina, Patriam reliqui,
Ne mihi improperetis.

Quasi alias meritò impropetanda, qua vaga & peregrina. Vnde de hac ipsa Medea sic Hypsipile ad Iasonem in epist.

Ouid. *Prodidit illa patrem, rapui de cæde Thoanta,*
Deseruit Colcon, me mea Lemnus habet.

Quasi quod deseteret patriam, impudicitiæ suspecta haberetur. Sed cur, inquis, signatius, huic peregrinæ meretrici, verborum blandimenta tribuuntur? Fortassè recurrendum ad quotidianam experientiam, qua ferè semper peregrinus sermo in ore fœminarum, (licet aliàs barbarus,) facetior, lepidior, & pellacior, haberi solet. Inde factum credo, vt suspectæ fœminæ Romanæ, adolescentibus miseris expiscandis, Græcè non solum comerentur, sed loquerentur. Mordet Iuuenalis Sat. 6. illis versibus.

Iuuen. *Nam quid rancidius, quam quod se non putat illa,*
Formosam, nisi quæ, de Tuscâ, Græcula facta est:
De Sulmonensi, mera Cecropis: omnia Græcè,
Cum sit turpe magis nostris nescire Latinè.
Hoc sermone pauent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi secreta; quid vltrà?
Concumbunt Græcè: dones tamen ista puellis:
Tunc etiam quam sextus & octogesimus annus
Pulsat, adhuc Græcè? non est hic sermo pudicus,
Ζωὴ καὶ ψυχή.

Martialis. Martialis item lib. 10. epigr. 68.
Cum tibi non Ephesos, non sit Rhodos, aut Mitylene,
Sed domus in vico, Lalia, patritio,
Déque coloratis, nunquam Lota mater, Hetruscis,
Durus aruicinâ de regione, pater:
Ζωὴ καὶ ψυχή, lasciuum congeris vsque,
Proh pudor, Hersilia ciuis, & Egeria.
Lectulus has voces, nec lectulus audiat omnis,
Sed quem lasciuo, strauit amica viro, &c.
Tu licèt edisces, totum referásque Corinthum,
Non tamen omnino, Lalia, Thais eris.

Hinc credo tantummodo, Salomonis hæc meretrix, eiúsque verba dulcia, siue lubrica explicantur.

Sermo adhuc alius meretricius, sed ille exprobratorius huc venit expendendus, in cuius gratiam obiter quædam alia explicabuntur. De meretriculis illis Babylonicis, quæ ad sacrificium Veneris prostabant, ita Baruch 6. v. 43. *Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte, dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat, quod ea non sit digna habita, sicut ipsa, neque funis eius disruptus sit.* Nauauit primus, quem viderim, egregiam operam loco perdifficili Roa, singul. 3. cap. 9. & 10. Deinde Sanchez ibi, quorum illud tantummodo minus placet, quod hanc, fœminæ, ad fœminam, exprobrationem, tantum redigant ad voti solutionem: quasi gloriabunda, quod illam Venus audiret, vt amatoriis veneficiis, citius constupratorem inueniret, sícque litato numine, domum rediret. Puto igitur alterius, in alteram tumorem, exprobrantémque subsannationem, etiam ex propriâ oriri pulchritudine maiori. Testis mihi idem Herodotus eodem lib. 1. quem in hunc labyrinthum induxerunt, & solum in hunc angulum, non deduxerunt: is ergo subdit, eas, quæ formâ sunt perelegant, citius, vt par est, expediri: quæ verò deformes diutius cogi diffidere pro templo, antequam legi faciant satis, concludens fieri interdum, *vt vno, atque altero anno, aut etiam triennio atque vltra,* expectare miseras oporteat. Neque mirum: cum enim venientibus hospitibus, optio daretur eligendi, deligerent pulchriores. Erat ergo ibi tacitum quoddam certamen pulchritudinis: vbi quæ stupro turpissimo eligebatur citius victrix proximam victam contemnebat. Certè nil fœminis, pulchritudine superbius. Ouid. 2. eleg.

6. Baruch 6. v. 43. Roa Sanch. Herod.

Dat facies animos, facie violenta Corinna,
Et quæ sequuntur; notum illud Menandri, ὑπερήφανον πρᾶγμα, ὡραία γυνή, *res superba est, fœmina pulchra.* Aut vnde proxima illa exprobrationibus sugillata, ardentius inuideret? Ouid. 9. Metam.
Et si qua est illic formosior, inuidet ille,
Concinit Musæus, in Poëmatio Leandri.
Καὶ γὰρ ἐπ' εἴδεϊ, ζηλήμονες εἰσὶ γυναῖκες.
Propter pulchritudinem fœminæ sunt inuidæ.

Ouid. Menand. Ouid. Musæus.

Hæc ergo maxima exprobrationis caussa, qua altera insultat, altera sugillatur. Quod dixi, de hospitum electione, firmat idem Herodotus. *Neque mulieri permittitur, hospitem repudiare, sed quicunque is sit, qui pecuniam obtulerit, primum hunc illa sequitur citra delectum: postremo, vbi iam congressa fuerit cum externo, mulier: Deâ expiatâ domum reuertitur.* Etant hæc satis titulo nostro, sed ne iterum ad Baruch locum tedeamus, libuit obiter pauca his inserere.

Herod.

Sanchez. Noster Sanchez in paraphrasi huius versiculi, ita. *Eóque sibi gratulatur nomine, quod rupto fune, intra illa septa, adulter & amator peregrinus irrupit.* Visus magnus interpres hic, & supra v. 41. *Mulieres autem circumdatæ funibus,* quod etiam de septis explicat, sola diuerticula funibus distincta putasse:

sicque

sicque ex Herodoto, huc adducta intellexisse:
Roa. non probo: videndus Roa citatus, vbi multa de
cingulis & zonis, quibus ipsissimæ meretrices
ligabantur: staret illis Sanchez absque dubio,
Interpres si Roam legisset; adde Interpretem Aristophanis
Aristoph. in Auibus, qui lectionem Græcam, (quam hic
probat Roa,) firmat optimè: H' ℨ κειρία εἶδ۞
ζώνης ἐκ σχοινίου, σπαρτικὸς ἱμάντι. *Kiria, est cin-
guli siue zonæ species, e iunco: similis loro.* Vnde no-
Claudius ster Claudius Dausq. ad Basil. Sel. orat. de Elis.
Dausq. τελεφίγγω κηεραις: meritò corrigit κειρίαις. Ob-
scurissimum est illud quod de *ossibus oliuarum* ad-
ditur v 42. fœliciter prius olim explicatam à Gue-
uara, inde à Roa, Delrio disq.mag.lib 3 p.1.q.3.
& Sanchez, qui nescio quo facto se inuicem non
legerunt, vnde vnusquisque, sub eisdem Aucto-
rum testimoniis, fœliciter inuentam explicatio-
nem sibi non inuidet. Addo tantum de his ossibus
Demosth. siue Pityris mysticis, imo magicis, locum Demo-
sthenis, de coronà; contra Æschinem, cui ob-
iicit: *Ma ri tua initiami libros lectitabas*, &c. *no-
ctúque hinnulorum pellibus contectos, irrorans lu-
stránsque initiatos: tandem luto, & pity is a stergé-
bas*: Græcè: τῷ πηλῷ, καὶ τοῖς πιτύροις. Tandem
cum dicitur hæc meretrix attracta ab aliquo, sic
explico, vt intelligatur abducta, in aliquem lo-
cum extra templum, vbi pollueretur: deinde ite-
rum reditura, peracti turpissimi sacrificij apud
Herod. infame numen gratiis reddendis. Herodotus cita-
tus: *Porro cum semel ibi contenderint, non prius do-
mum regrediuntur, quam hospitum aliquis, pecuniam
lucri in sinum iniecerit, & cum eâdem, a fano seorsim
Strab. abducta, rem habuerit.* Id etiam testatur Strabo
lib 16. *Babyloniorum mulieribus mos est, cum hospi-
tibus permisceri, cum turba & cultu plurimo: qui verò
ad mulierem admitteretur, posito super eius genibus
argento, quantum sibi v detur: coit, longe ea à fano
abducta: id vero argentum, Veneri sacrum est.* Id
verò ex prisco vsu, quo in ipsius Veneris templis,
ne dum in aliis numinum aliorum, venereum
exercitium illicitum habebatur: de quo multa
Tiraq. Tiraquell. l.15. connub. num 105. tu legeris. So-
lum aduerto: Locum illum Athenæi, (quem in-
nuit potius, quam exprimit,) videri sumptum ex
lib.13. Dipnos. cap. 11. is tamen non satis expri-
mit, an in ipso templo venerea exercerentur, vt
Athen. vult Tiraquellus: quod tamen, tanquam quid
ratissimum, si foret, explicaret clarissimè Athe-
næus. posses etiam obiicere Strabonem lib. 12.
vbi de Corintho, ita scribit, vt videatur fauere
Tiraquelli circa Athenæum, explicationi: sed
neque certè iste rem declarat; quos potius inter-
pretarer, de lucis illis & ædiculis ad templa Ve-
neris collocatis, vbi reapse venerea exercebantur.
Lucian. Sic Lucianus in Amoribus, post multa de Tem-
plo Gnidiæ Veneris; pósque alia de luco adia-
cente. Ἦν ℨ ὑπὸ τῆ ἄγαν τελιωτικίοις ὕλαις, ἱλαραὶ
κλισίαι, τοῖς ἐνδιαίτᾶ θέλουσι: εἰς ἃς τῶν μὲν ἀστικῶν,
σπανίως ἐπεφοίτων τινες: ἀθρό۞ ℨ ὁ πολιτικὸς ὄχλ۞
ἐπανηγύριζεν, ὄντως ἀφροδισιάζοντες. *Erant autem sub
vmbras satis opacis, hilares quædam cellæ, illorum
vsui, qui ibi conuiuari vellent: in quas, rarò nobilio-
res conueniebant: è populo tamen, frequens eo festiua
turba commeabat, & rem ipsam veneream exercebat.*
Sed redeo: nam tot multa, quæ de templis for-
Roa. nicatione pollutis, dat Roa singul. 2. cap. 10. &
ego alibi, occultè & ex abusu facta intelli-
genda.

7. Postquam Hazaël Syrus, quam multa sibi
prophetauerat Elisæus, audiuerat, sic subiunxit.
*Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciam rem
istam magnam.* 4 Reg. 8. v.13. Putat non nemo 4 Reg 8. v.13.
Hazaël Syrum, hominem scilicet Ethnicum,
ideò apud Hebræum Prophetam, se canem pro-
fessum, vt sub hoc facto sibi conuitio, tanquam
humiliori blandimento, ex Hebræorum phrasi
se abiiciens, conceptam, vt ibi legis, Elisæi
tristitiam minueret, & timorem euerteret. Sicut
enim Græci, per despectum, cæteros Morta-
lium, *Barbaros* appellabant: sic Hebræi, Ethni-
cos omnes appellabant, *Canes*: de quo tam multi
ad illud Christi Domini: *Non est bonum sumere
panem filiorum, & mittere Canibus.* Matth.15.v.26. Math 15. v 26.
vnde erat, vt cum aliquid abiectissimum inter
suos dicere volebant, Canem proferrent. Sic
Dauid, se *canem mortuum* dixit, 1. Reg 24. v.15. 1.Reg.24. v 15.
Abner etiam se dicit *caput canis*, 2. Reg 3. v.8. & 2. Reg 3. v 8.
Miphiboseth ibidem cap. 9. v 8 *canem mortuum*
se appellat: eodémque conuitio Abisai. affecit, Ibidem 9. v 8
maledicum Semei ibi, cap.15. v 9. Hinc explica- Et cap 15. v 9.
tur illud Ecclesiastici 13. v.22. *Quæ communicatio
sancti hominis ad canem? aut quæ pars diuiti, ad pau-
perem?* Videtur enim idem, ac si diceret: nulla Ecclesi.13. v.22.
conuentio inter fidelem Hebræum, Ethnicúm-
que idololatram: seu iusti ad peccatorem: & sta-
tim mero Hebraismo, idem diuersis verbis repe-
tente, iustum gratia diuitem, & peccatorem vi-
tiis inopem, nihil inter se conuenire, profert.
Hæc igitur tam vsitata loquendi ratio apud He-
bræos, potuit Syro Hazaëli ansam facere, vt
apud Elisæum Hebræum se canem appellaret,
quasi solito Hebtæorum conuitio assentiens di-
cat: cum Ethnicus sim, & canis apud vos, quid
magnum de me istud timeri possit: Sic Chananæa
loco citato Matthæi se catellam professa, Christo
visa adblandiri.

Nihilominus, cum apud Græcos, & Latinos,
aliásque gentes olim, (imo & apud nos, qui infi-
deles omnes, Canes appellamus,) hoc conuitium
esset in vsu: potuit apud Syros reperiri, indéque
ad propriam etiam formulam recurrere Hazaël.
Prætereo innumera testimonia, quibus obtrecta-
tores, dicebantur Canes, id enim in confesso
apud omnes: satis illud Suetonij vbi Imperator Sueton.
Demetrium Cynicum, *Neque assurgere, neque sa-
lutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid:
satis habuit, Canem appellare.* in Vespas. cap.13.
Plautus in Menech. ad fœminam maledicam. Plaut.

Quia idem faciebat Hecuba, quod tu facis,
Omnia mala ingerebat quemquem aspexerat,
Itaque adeò iure cœpta appellari est, Canis.

Sed de mero conuitio, nonnulla congesserant ad
rem aliam viri eruditi. Chremes apud Terent. in Terent.
Eunucho act.4.sc.7. conuiciantem, mutuo lacessit
ob impudentiam: *Ain verò Canis, siccine agis?* ad
despectum Cicero in Pisonem: *Ego istius pecudis,* Tull.
*aut putidæ canis, consilio scilicet, aut præsidio vti vo-
lebam.* Sic enim legendum locum, persuasit mihi
alicubi, vir doctissimus Petrus Faber. Vbi obiter Petr. Fab.
noto, sic dici hic *canem putidam* vt supra apud
Hebræos legisti, *Canem mortuum.* Apud Græcos
etiam Diogenes Cynicus, etiam à pueris contu-
meliosè κύων seu Canis, audiebat, cum allu-
sione, scilicet ad cognomen, sed in ipsa allu-
sione, sectæ impudentiâ denotatâ. Pulchrum il-
lud quod Apophthegmatum lib.3. refertur. *Cum* Tertull.
*Adolescentuli circumstantes Diogenem acclamassent.
Canis, Canis: ac mox territi fugere cœpissent, roga-
tique cur fugerent, dixissent: ne mordeas nos, Canis:
bono, inquit, animo sitis filioli: Canis non edit betu-
lam.*

lam. rectè illis exprobrans mollitiem. Hinc passim à Tertulliano idem, Canis dicitur. Vlysses apud
Homer. Homer. Odyss.aa. Procos, ad despectum, vocat Canes.

Ὠ κύνες, ὔ μ' ἔτ' ἐφάσκεθ' ὑπότροπον.
O canes, non me vltra putabatis rediturum.

Helena ob impudentiam, apud eundem Home-
Idem. rum, canis dicitur: vnde ipsa de se Iliad. a. *Δᾶερ ἐμεῖο κυνός.* Læuir meus, *quæ canis sum.* Vnde & *κυνώπης, caninos oculos habens* pro lascitia ponitur.
Nonus. Nonus Dionys.28. sic inducit Clytum, Dexiriocho Duci contrario, ad despectum exprobantem.
Idem. *στῆθι κύων μὴ φεύγε. Siste Canis, ne fuge.* Et iterum alibi. *στῆθι κύων μὴ φεύγε κορύμβαζε. Siste Canis, ne fugias Corimbaze.*

Fecit hæc Canis vilitas, vt Romani infœlicissimum talorum iactum, *Canem* appellarent. Lege
Sueton. Sueton.in Aug.cap 71.Propert.lib.4.eleg.9.
Propert. *Me quoque per talos, Venerem quærente, secundos,*
Semper damnosi subsiluere Canes.

Mille notis locum quendam desperatum Senecæ in lodo de morte Claudij,mactarunt hucusque In-
Senec. terpretes: mirum non vidisse sic legendum: *tam facile homines occidit, quam Canis excidit,* id est, quam facile fritillo suo addictus infœlicem Canis iactum edebat; tam facilè, lethalem sententiam pronuntiabat: nihil clarius pro Imperatore, sic addicto Talis, vt in Inferno perforatum fritillum illi parari, fingat infra Seneca. Sed de hoc iam alij. Tandem hinc erat, vt in illis sacris, vbi necessariò Ethnicis Canes erant sacrificandi: (de quibus multa
Alexand. Neapol. Scaliger. Alexander Neapol lib. 3. cap. 12. & Scaliger in Coniectaneis ad Var. lib.6. ling Lat. qui probat Canes etiam mactari solitas ad Caniculæ Sidus placandum, vocarique apud Græcos, *σκυλακευτικάς,*) ipsa sacrificabilis victima, obscœna diceretur.
Ouid. Ouid.4 Fastor.

Thura focis, viuúmque dedit, fibrásque bidentes
Turpiáque obscœna, vidimus exta canis.

Delr. Lege Delr. Adag.182.& 189. à quo transcribendo peperci.

CAPVT XLIX.

Ex veteri Testamento, quædam.

PERIOCHA.

1. *Magnatibus olim, Medici, inter seruos. Medici etiam, cur sepelitores dicti. Locus Gen.50.v.2.*
2. *Ædificare domum apud Hebræos, est, filios tollere: filius, cur Parentis ædificium dicatur. Locus Exodi 1.v.21.*
3. *Sepulchra olim domestica, maximè apud Ægyptios. Sepeliri in natali solo, dulce. locus Exodi 14.v.11.*
4. *Musica serenandis affectibus apta. Locus 4.Reg.3.v.15.*
5. *Vsus stibij, oculis fucandis, qualis. in re pulchritudinis, etiam gustus variat, apud varios. multa ex sacro textu obiter explicata.*
6. *Inter epulas, Diis libabant. Locus Esther 14.v.17.*
7. *Pluuia, ad Manna, pulchrè transfertur. Psalm.77.v.24.*
8. *Inter seruos, diuersi splendoris ordo notatus, apud gentes: varij in his, officiorum gradus. Idem de Hebræis præsumitur. multa huc, ex sacris libris, aduocata.*
9. *Tapetes belluati, olim ad lectos: maximè ab Ægypto celebrati. Ægyptij funes: horum vsus, in lectis. Locus Prouerb.9. v.16.*
10. *Quales olim salutationes matutinæ, apud Romanos: an Hebræis etiam, inter officiosa obsequia, conectatur ex sacro textu.*
11. *Symbola in conuiuio, quæ altercationes de symbolis his soluendis. Locus ex Ecclesiastico 9.v.12.*
12. *Vinum liquatum, saccatum, quale foret: cur ita fieret aptius bibacitati. Locus Amos 6.v.6.*
13. *Euersis vrbibus, aratrum, ad infamiam, immissum. Locus Michea 3.v.12.*
14. *Illorum fallus, qui dextra sua, tanquam numini, blandiebantur. Vbi quædam ex sacris.*
15. *Anathema Hebræis familiare, an Ethnicis notum.*
16. *Primus, non tam temporis serie, quam dignitatis excellentiâ, optimè dicitur. 1.Mac.1.v.1.*
17. *Pyramides, ad sepulchra, vulgatissima. 1.Mac.13.v.27.*
18. *Confœderatos suos vocabant Romani, socios & Amicos. an etiam Hebræorum instar, fratres vocarent. quædam sacra.*
19. *Vteri pondus molestum de prægnantibus. 2.Mac.7.v.27.*
20. *Expenduntur lapides igniti, 2.Mac.10. v.5. vbi obiter, de sacro fulminum igne, ignitísque lapidibus, apud Ethnicos.*

DABO in hoc capite, vaga quædam, quæ minus aptè in certum aliquem scopum dirigi potuerunt: grana vt soleo, dum neque fasciculum: ex nouo testamento, similia quædam daturus sequenti capite.

Gen.50.v.2. narrato Iacob obitu, sic additur de 1.
Ioseph: *Præcepitque seruis suis medicis, vt aromatibus* Genes.50.
condirent Patrem. Non de famulis, non de clienti- v.2.
bus capias, sed de ipsissimis seruis: olim enim Principes, seruis suis vel libertis ad Medicinam vtebantur. Tullius pro Deiotaro: *Philippum medi-* Tull.
cum, seruum regium, qui cum legatis missus esset, ab ipso adolescente esse corruptum. Suetonius in Nerone Sueton.
cap.2. de Domitio huius atauo. *In desperatione rerum, mortem timore appetitam ita expauit, vt haustum venenum, pœnitentiâ euomuerit, Medicúmque manumiserit, qui idem sibi prudens, ac sciens, minus noxium temperasset.* Vide eundem in Iulio cap.4. Quibus Idem.
adde, quæ Tiraquell. de nobil.cap.39.v.410. Hîc Tiraq.
autem nomine Medicorum, non tam Chimicos intelligas, quam Chirurgos: ad hos enim maximè, condiendi cadaueris, spectabat cura.

Sed

Sed si libet paululum iocari, nota ex Græco legi, *Precepit seruis suis sepelitoribus:* caueant ergo sibi, qui nimis medicè viuunt, non enim solum misertimè, sed ocyus morituri viuent: si namque medici sepelitores sunt, quid aliud ab his speres, quàm sepulchrum? prætereo innumera, quæ in hanc rem,
Tiraq. prisci luserunt de quibus citatus Tiraq. num. 431.
Dio Caff. audiendus vnus Dion Cassius in vita Adriani. *Multum in graui morbo, de se conquerebatur, quod nullam potestatem haberet, nec sibi mortem consciscere posset, maximè quando etiam multa super alios posset. Denique consilio Medicorum, super vitâ, abstinuit cibo & potu: qua non ad salutē, imo ad morbum exaugendum facerent: mortuus est tandē, dicens illud in populo vulgatum: Turba Medicorū interfecit regem.* tam vetus scilicet est querela, vt iam tunc in Parœmiam abiret.

2. Exodi cap. 1. v. 21. *Et quia timuerunt obstetrices*
Exod. 1. v. 21. *Deum, ædificauit eis domos.* De quo D. Hieron. citatus à Glossa ad illud Gen. 16. v. 3. vbi Sara ad Abra-
Genes. 16. v. 3. ham: *Ingredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illa*
D. Hieron. *suscipiam filios.* sic scribit. *Nota diligenter, quod procreatio filiorum in Hebræo, ædificatio dicta est: legitur enim ibi: Ingredere ad ancillam meam, si quando ædificer ex eâ Forte, hoc est, quod in Exodo: benedixitque Deus obstetricibus, & ædificauerunt sibi domos* Videtur hæc germana explicatio, cum enim obstetrices, Hebræorum pusiones ab impio Pharaone seruassent, in præmium à Deo, fœcunditatem procreandis sibi
Genes. 30. v. 30. filiis, acceperunt. Sic Gen. 30. v. item 30. *Habeo famulam Balam, ingredere ad illam, vt pariat super genua mea, & habeam ex ea filios.* in Hebræo est: *vt ædificer*
Psalm. 112. v. vlt. *ex eâ.* Et ad illud Ps. 112. v. vlt. *Qui habitare facit sterilem in domo Matrem filiorum lætantē.* legit Euthy-
Euthym. mius: *Quidam domum hic, pro puerorum familiâ intel-*
Deute. 25. v. 9. *lexerunt* ideò tandem Deut. 25. v. 9. *ædificare domum fratris* est, illi semen ex lege suscitare. Et licet, vt
Delr. fatetur Delrius Adag. 18. hæc ædificandi phrasis, Ethnicis foret ignota, tamen vt ipse probat ex Euripide, Tacito, & Plauto, saltem apud eosdem,
Statius. filij, *fundamenta domus* vocabantur. adde Statium lib 4. Silu prolem amico gratulatum.

Sed damus læto veniam, quod olim
Prole fundasti, vacuos penates.

Benè ergo *domus ædificata* obstetricibus, de filiis
Genes. 12. v. 17. susceptis explicatur. Si enim Deus Gen. 12. v. 17. Pharaonem flagellauit, id est, illi filios negauit, &
Lyran. vxorum vuluas conclusit, (vt voluit cum aliis Lyranus,) quod alienæ vxori inhiarit: quidni fœcunditatem obstetricibus attribueret, quæ alienæ fœcunditati non inuiderunt? Hinc etiam Poëta apud
Turneb. Turnebum lib. 27. cap. 11.
Vet. Poet.

Regat per regnum, statuásque, sepulchráque quærunt,
Ædificant nomen, summa nituntur opum vi:

Quanto ergo aptius dicentur ædificari gloriosiori nomine, qui nomen suum in filiis animant: pérque viuas statuas litant æternitati? Patet tandem ex dictis cur Hebræi, filium vocent בן id est, *ædificium:* scilicet à verbo בנא quod est *ædificare.* vnde & בית domus: paruo discrimine, vt & filius *Ben,* & domus *Beth* dicatur. parco pluribus.

3. Exod. 14. v. 11. *Forsitan non erant sepulchra in*
Exod. 14. v. 11. *AEgypto: ideò tulisti nos, vt moreremur in solitudine? quid hoc facere voluisti vt educeres nos ex AEgypto?* Querela est Hebræorum, promiscuíque populi: sed vox ironica, vt fatentur Interpretes: cuius tamen vim, & doloris epitasim fusius aperiam. Solitum apud innumeras nationes domi suæ, mortuos
Statius. suos sepelire: Statius lib. 3. in lachrymis Hetrusci.

Non totus rapiere tamen, nec funera mittam
Longius hic Manes, hic intra tecta tenebo.

Tertull. Tertull. lib. de Resurr. Carn. *Scilicet quod apud Maiores, omnes homines suis domibus sepeliuntur.* Vide multa apud Cerdam ad 11. Æn. v. 205. not. 5. adde Cerda.
Plat. de legib. lib. 7. in Minoë. *Nos quoque audiuisti,* Plat.
quales quondā leges, circa inferias seruauerimus, hostias iugulantes, antequam efferretur cadauer, Præfi. atque accercētes: & qui iis antiquiores, etiam domi defunctos sepeliebant: quorum nos his temporibus, nihil omnino seruamus. Hinc fortè illud 1. Reg. 25. v. 1. *Mortuus est* 1. Reg 25. v. 1.
autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum, & sepelierūt in domo sua, in Ramatha. Hæc licèt vera, nullibi tamen morē lego solemnius obseruatum, quam apud Ægyptios. Tull. 1. Tusc. ad Tull.
fin. *Condunt AEgyptij mortuos, & eos domi seruant.* Pomponius Mela lib. 1 c. 5. de his: *Mortuos nec cre-* Pompon.
mare, nec fodere fas putant: verum arte medicatos intra penetralia collocant. Hinc ergo erat, vt singulis domibus Ægyptiorum pluscula sepulchra reperirentur; vnde de illis Diodorus Sicul. lib. 2. c. 1. *Quibus* Diod. Sic.
in modicis diuersoriis degere, sepulchra vero magnificentissimè extruere, patrij moris erat. Id ergo dolebant Hebræi, & Ægyptij qui cum illis: ac si dicerent: Ægyptum reliquimus vbi optima, & domestica sepulchra passim haberemus: quo miserè in deserto cadentes cœli auibus escas præbeamus, atque bestiis famem saturemus. Fallor, aut vidit rem absque dubio, Drogo, Hostiens. lib. de Sacram. Dom. Pass. Drogo.
vbi allegotizans illa sepulchra electa Gen. 23. sic Hostiens.
scribit. *Habet mundus electa sepulchra: illos vtique quos elationis fastigium, vel superstitionis operositas, perspicuos reddit: denique tota AEgyptus sepulchris plena est: neque enim erat domus, in qua non iaceret mortuus: illa sepulchra. filij Israel cupierant in deserto, cum dicerent: fortè deerant nobis sepulchra in deserto?* Licèt enim Peccatores allegoricè vocet sepulchra portatilia: putridáque cadauera in semetipsis sepulta: at certè allegoriæ ratio satis clarè innuitur, petita ex dictis. Videndus adhuc Stob. serm. 120. vel vt alij compu- Stobæus.
tant 122. Lucian. libello de luctu: Plin. lib. 11. c. 87. Lucian.
Quid verò sibi Ethnici vellent ab hoc vsu, di- Plin.
scis ex Seruio, qui ad illud Æn. 6. Seruius.

Ædibus hunc refer ante suis, & conde sepulchro.

Sic habet: *Vt supra diximus, omnes homines in domibus suis sepeliebantur: vnde ortum est, vt lares colerentur: vnde etiam vmbras laruas vocamus.* Scilicet cum mortuorum Manes, pro Diis laribus colerent, (Manes autem vt alibi noto, planúmque est eruditis, cadaueribus suis assistere credebant,) cadauera domi retenta volebant, quo Manium fauore vterentur. ideò Statius initio citatus de Hetrusco Statius.
illo defuncto Domi retento:

Tu custos, Dominúsque laris, tibi cuncta tuorum
Parebunt: ego ritè minor, sempérque secundus,
Assiduè libabo dapes, & pocula sacris
Manibus, effigiémque colam.

Silius Ital. de bel. Pun. lib. 13. magis ad rem Ægy- Sil. Ital.
ptiorum, quam versamus.

——— *Ægyptia tellus*
Claudit odorato, post funus, stantia saxo
Corpora: & à mensis exanguem haud separat
Vmbram.

Id est, ni fallor, Epitrapeziam quodammodo, & mensis tutelarem vmbram faciunt: cui dapes sacrant, cui delibant pocula, quod autem *stantia* dicit corpora in sepulchro, siue saxo, quia stantes apud Ægyptum mortui condebantur: de quo Li- Lilius Gir.
lius Gyraldus syntagm. de sepulchris.

Nota tandem posse in prædictis Israëlitarum, & maximè Ægyptiorum verbis, innui affectus ille, quo vnusquisque in Patria sua cupit sepeliri, quia grauius infœlicitatis genus haberi solet extra solum patrium iacere. Ouid. 3. Trist. eleg. 3. Ouid.

Ossa tamen facito parnâ referantur in vrnâ,
Sic ego non etiam mortuus, exubero.

Idem. Et lib. 2. Pont. eleg. 2.

Sæpe precor mortem: mortem quoque deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum, contegat ossa, solum.

Idem. Et iterum eleg. 3.

Denique si moriar, subeam pacatius aruum,
Ossa, nec in Scythicâ, nostra premantur, humo.

Sic illud Iacob cupientis sepeliri in terrâ suâ, licèt indidem altius collimaret. Gen. 45 v. 25. & 46. v. 5. (Genes. 45. v. 25. & 46. v. 5.)

4. (4 Reg. 3. v. 15. Athen.) Lib. 4. Reg. cap. 3. v. 15 prophetaturus Elisæus ait: *Adducite mihi Psaltem.* Scilicet, vt scintillantes adhuc, iustæ iræ igniculos sopiret: quod iam firmarunt Interpretes: addo paucula quæ nondum adducta video, ex Athenæo: Ergo lib. 14. cap. 10. hæc de Musicâ, quæ mirè huc faciant. *Mores instituit, iracundiam mitigat, minùsque rectis mentibus moderatur. Iccirco Clynias Pythagoricus, vt testatur Chamæleon Ponticus, cum & viuendi ratione, & moribus paulo esset difficilior, si quando ob iracundiam, se grauem esse, contingeret: Lyram accipiens eam pulsabat: ad interrogantes autem caussam, respondebat: Mitigor. Achilles etiam Homericus cithara leniebatur, quam solum ex Eetionis spoliis, Homerus illi permisit, quæ illius iracundiam posset cohibere.* (Idem. Homer.) Et cap. 11. ita. *Videtur Homerus antiquam Græcorum constitutionem seruare, cum dicit.* Conuiuij citharam, quam Dij fecere sodalem: *Quasi vero hac ars, conuiuiis etiam sit accommodata. Erat autem lege constitutum, vt par est, primum quidem vt singuli, qui ad potum repletionemque accederent, medium lasciuia ac temperantiæ musicam acciperent: quæ audaciam, & temeritatem mitigaret: nam cum animi mœrorem expurget, facilitatem, liberalémque hilaritatem operatur.* (Idem.) *Ex quo Homerus Deos induxit musicâ vtentes, in principio Iliadis, post contentionem de Achille.*

Formosam citharam manibus tenebat Apollo.
Musarum vocem variantes, hasque canebant.

Nam placari contentiones, veluti dicebamus, seditionésque oportebat. visi sunt verò plures disciplinam hanc tradidisse correctionis vtilitatisque gratia. Vnde & obiter explicabis cur in sacris non semel, musica in conuiuio commendetur: scilicet pacatura animos, vino si fortè æstuantes.

5. (4 Reg. 9. v. 30 Ierem. 4. v. 30.) Eodem lib 4. Reg. cap. 9 v. 30. sic dicitur de Iesabel se comente. *Depinxit oculos suos stibio.* Sic & Ieremias cap. 4 v. 30. *cum pinxeris oculos stibio.* quæ loca similiáque, Synedochicè explicant nonnulli: quasi ideò picti dicantur oculi, quia in illorum gratiam, supercilia fuligine nigrabantur, in lunásque obumbratiuras gratius arcuabantur. Et quidem vt verum fatear, sicut hodie, lacunata, rariorisque pili supercilia, dicuntur fœminæ; fuligine quadam opplere, vel deducere, sic & olim fecisse passim lego. (Perictyon.) Perictyon Pithag. apud Tiraq. l. 3. connub. gloss 1. p. 2. de quadam: μελαίνουσα ὀφρύας τε καὶ ὀφθαλμούς. *denigrans supercilia simul, atque oculos.* (Artemid.) Artemidorus lib. 2. cap. 27. conciliandæ pulchritudini, depicta nigredine ponit supercilia ὀφρύας. (Aristæn. Plin.) Aristenetus lib. 1. etiam in re simili, fuliginatum ponit ὀφρύν supercilium, Plinius lib. 3. cap 15. medicamenta affert, quibus ait *denigrari supercilia.* quos tres, nescias quorsum, quóue iure, non tam de superciliis, quàm de ciliis explicet noster Cerda, ad illud Tertull. de hab. mul. (Cerda. Tertull.) cap. 2. *Ipsum illum nigrum pulverem, quo oculorum exordia producuntur.* Ipse viderit: quod enim ait inumbrationem oculorum totam esse à proximis ciliis, non cogit: hanc enim vmbracula oculorum, arcuata supercilia dicentur. Fatendum igitur necessariò ex tot Auctoribus olim etiam, vt modo, supercilia depingi solita: de ciliis verò, neminem expresse loquentem legisse memini: (quamuis fortasse vt modo, etiam pingerentur.) quod enim Cerda affert ex Athenæo, qui sic ab illo citatur, (Athen.) quasi dixerit *cilia pingere*, non placet, liberior quippè versio: nam Græca expresse habent ὀφρύς supercilium.

(Cerda.) Nihilominus, quamuis verissimum habeam contra Cerdam, supercilia etiam depingi solita, puto loca sacra, aliáque similia, quæ oculos, (& quandoque à superciliis distinctos vt vidisti ex Perictyone,) exprimunt depictos: de ipsissimis oculis fuliginatis, non verò de superciliis explicanda. Sic capiendus Martial. Arnob. Petron. quos ibi ad rem suam inuitos traxit Cerda. itero sic explicandi Cyprianus, Ambr. Clem. Alex. Basil. Athen Plin. Pollux, quos dat idem Cerda, ad illud Tertull. de cultu (Idem.) fœm. cap 5. *oculos fuligine collinunt*: vt & ipse Cerda iam ibi videtur insinuare: Et certè neque debent de ciliis, neque possunt de superciliis explicari: quod clarius ab ipsa experientia comprobatur. Hodie apud Mauros, quarum fœminis, hæc fuligo adhuc in vsu, cernuntur non solum cilia, sed etiam ipsissimæ interiores palpebrarum partes, leui adhibitâ plumulâ, stibio fucari. Vnde & Hispanæ fœminæ, quæ Madaurum incolunt, vicinæ gentis vsu delectatæ, similiter se comunt. Dicuntur autem, ab his qui passim rem notarût, fœminæ Africanæ, ipsummet fucum palpebrarum, ad extremam oculorum partem non longè à temporibus, paululúmque supra genas, deducere: quod fortè voluit Aldelmus de (Aldhemus.) virginit. *Stibio genas & mandibulas fucari satagit:* quia scilicet ab illo oculorum latere, ductus producebantur: viderisque an fortassè, hos oculorum fines, exordia vocauerit Tertull. inde enim ad nasum vsque, etiam exordiri oculi dici possunt: quasi iam æuo cultissimi Afri, Affricanus mos quem posui, deducendi ad genas stibium inolesceret.

Sed quidquid sit de hoc ductu, vt modo palpebræ interiores in circulum, ad margines, vt sic dicam, hodie fucantur: sic olim factum, satis colligitur ex Auctoribus: quid enim aliud est illud D. Cy- (D. Cypr.) priani lib. de Hab. virg. *Oculos circumducto nigrore fucare.* Nisi per palpebras fuliginem circunducere? (Herodian.) Herodianus lib. 5. Heliogabalo cuitatissimo: ὑπογραφόμενος τοὺς ὀφθαλμούς: *subtus pingens oculos.* Sic & de simili huic, monstro Sardanapalo, Athenæus (Athen.) lib. 12 ὑπογράφειν *subter pingere* ait: quibus saltem supercilia notata fuligine, nequeunt explicari: sed potius inuersas vt dixi palpebras innuisse credendi. (Pollux.) Pollux lib. 5. cap. 16. vtrumque posuit: *Oculos subtus inficit, supercilia denigrat.* in Græco ὑπογράφει. Signatius Ezechiel c. 23. v. 40. qui non tam *liniisti* dixit, (Ezech. 23. v. 40. Eubulus.) quàm: *circumliniisti stibio, oculos tuos.* Hinc Eubulus apud Athen. lib. 13. dipo. cap. 2. lepidè.

Non, per Iouem, neu sunt circumlita fuco,
Neque vti vos, Sycamino genas peruncta:
Quod si exeatis æstate, ex oculis alueî
Duo fluunt, aqua atra: ac ex genis,
Sudor in collum, sulcum, similem minio, facit.

(D Hieron.) Hinc D. Hieron. epist 10. ad Fur. de Magdalena locutus: *Non habuit crispantes mitras: nec stridentes alueolos: nec orbes stibio fuliginatos: quanto fœdior, tanto pulchrior.* Quæro qui sint isti *orbes*? certè nec cilia, nec supercilia, sed circulares palpebræ oculorum: de quibus Aristides alicubi: *O circuli oculorum clausi in æternum*! Et Statius lib. 2. (Aristid. Statius.) Sil. 1.

O vbi

O ubi purpureo suffusus sanguine Caador,
Sidereique orbes, radiatáque lumina cæ o.

Et certè nescit nemo, ideò stibium apud Græcos vocari πλατυοφθαλμον, quia de corrugandis, dilatandisque palpebris ex ipsâ etymologia seruiebat.
D.Cypr. Allusit credo notissimis illis verbis Cyprianus lib. de lapsis: *Qua nigri pulueris ductu, oculorum lineamenta depingis: vel nunc lacrymis, oculos tuos ablue.*
Tertull. Cerda. Fauent dictis, qui locum Tertulliani ventilatum, aliter legendum volunt: de quibus ibi Cerda: *loco,* exordia, *legunt aliqui,* exodia, *vt significentur fines oculorum, atque ambitus* quod cum explicatione quam à Madaurensium experientiâ, supra dedi, coincidit omnino.

Statuo igitur tam in locis sacris, quam in his Auctoribus adductis, & aliis, qui oculos stibio fucatos adducunt, non tam supercilia, ciliáue, quam ipsas palpebras expictas, capiendas: quo autem gustu hodie Africanæ, olimque cæterarum gentiũ fœminæ, oculos per pulchritudinis speciem sic fœdarent, ipsæ viderint: certè etiam in re pulchritudinis, diuersum gustum, & nationes diuersæ, itémque diuersa tempora prætulerunt. quis non miratur dentium candorem, hodie olimque apud tot nationes commendatum, apud Iapones sperni, adhibitóque fuco, ad pulchritudinem impensè denigrari? Ethyopissæ, vt quotidie Vlyssipone videmus, commendabilem dentium æquabilitatem, adhibitâ lima tollunt, vt omnes canini, & acuminati crescant, inde maxime pulchritudinem iactantes. Quid quod vultum, brachia, multúmque corporis ferro stigmatizant, & læuorem ipsum deperditum, vt pulchrum venditant? maius est,
Herodian. quod & olim Britanni, inde se comerent: Herodianus lib.3. de his: *Notant corpora, picturâ variâ, & omnifariam formis animalium, quo scilicet, nec induuntur quidem, videlicet picturæ in corporis, ne adoperiant:* referunt aliqui has Britannorum picturas, ad varios colores, quibus corpus fucabant, non abnuo: sic adhuc apud Occidentales Indos euenire scimus: sed quid hoc ad pulchritudinem? Certè ipsi Britanni hodie ad fœdum terrorem, carnifices fuliginato vultu immittere dicuntur.
Claudian. pro priori tamen explicatione, stat Claudianus de Bel. Get.

Venit & extremis, legio prætenta, Britannis
Quæ Scoto dat frena truci, ferroque notatas
Perlegit exangues, picto moriente, figuras.

Vtcumque sit, nihil hic ad pulchritudinem nuperi gustus inuenies: illiusque & æui & gentis mores aut miraberis, aut irridebis. Idem itaque de fuliginatis oculis dicendum.

6. Esther cap.14. v.17. ita ad Deum, inter alia: *Et*
Esther 14. v.17. *nec biberim vina libaminum.* Capi possunt non quæuis alia vina, Diis oblata: sed in ipso conuiuio, inter ipsas epulas de quibus loquebatur Re-
Sanchez. gina piissima. multa hic doctissimus Sanchez, addo pauca, iure notissima, nondum à cultis, quos viderim, adducta.
Athen. Homer. Athen. lib.4. cap.14. vbi de Homero. *Libare etiam facit conuiuantes.*

Crateras pueri statuunt, vinóque coronant,
Libaatésque dedere viris tunc omnibus, illos,
Ast vbi libarunt, &c.

Quæ Plato etiam in Symposio obseruauit, post cœnas enim, libamina Diis offeruntur & carmine Deum celebrant statutis honoribus, quod Xenophon etiam seruauit. Apud Epicurum autem, neque primitiæ, neque libamen Diis offeruntur: Sed, veluti de inordinatâ muliere, inquit Simonides, illibata sæpè sacra
Athen. *comedit.* ibidem cap. 23. de Tyranno. *Priusquam primitias Diis persoluant, ministri securitatis gratiâ, gustare iubentur.* Et lib.10. cap. 9. *à principio illud* Idem.
erat libare Diis dicatum, vt Cottabus amantium. Sed innumera in hanc rem passim inuenies: legendus
Varro ex Nono: & Plutarchus lib. de Romanorum Fortuna. Varr. Plutarch.
Erubescant fideles, quandoque minus religiosè epulantes: nos saltem audiamus D. Vincentium Ferrer, tract. de vita spirit. vbi post multa, ita: *Et generaliter, de eo omni, quod comedis, aliquam particulam Christo pauperi dimittas, & bolos meliores, & non viliores.* D.Vincent. Ferr.

7. Psalmo 77. v 24. post multa, de Deo benefico, in Hebræus, sic subdit: *Et pluit illis manna: ad manducandum.* Psalm.77. v.24.
Latet adhuc lepos, & cœlestis Parnassi παιπαλοεσσαν elegantia, quæ absque dubio quæsita in verbo pluendi, addito verbo manducandi: pluuia enim, quæ in poculum mitti solet, hic in ferculum ministratur, Phrasim, vt familiarem, nouit optimus, Poëta Arator 2. Act. Apost. Arator.

—— Nimbique coloni
Dant epulas, pluuiámque vorant, & manditur imber.

Grata semper antithesi affectatâ Hinc Tertullianus, (cuius quandoque acumina e Musis,) lib. de Tertull.
Pat. cap 5. *Post manna escatilem pluuiam: post petram aquatilem sequelam, desperant de Domino.* Vbi obiter aduertes perperam aliquos, τὸ *aquatilem sequelam* deducere ad factum Moysis: Cerda ibi: Cerda.
ita enunciat, sequentes ad ictum virgæ aquas: nam reuera alludit ad verba Apostoli 1. Corinth. 10. 1.Cor.10.
v.4: *Bibebant autem de spiritali, consequente eos petra:* ἀκολουθούσης. Ideò lib. de Bapt. cap 9. *Hæc est* v.4. Tertull.
aqua, quæ de comite petrâ populo defluebat. Sub hac opinione, Hebræorum magis, videtur adhæsisse Tertull. vide ad locum Pauli nostrum Iustinianum. Iustinian.

8. Psalm.133. v.1. ita Dauid: *Ecce nunc benedicite*
Dominum, omnes serui Domini, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri, &c. cur Propheta, quasi sub diuisione facta, domesticos Psalm.133. v.1.
seruos, & maximè in atriis commorantes inuitet: aliis quodammodo si non dimissis, saltem detentis: non adhuc satis adlucet. Ego non nimis contenderem, si quis putaret, eodem dignitatis ordine distingui seruos, apud Hebræos, quo apud alias nationes distingui soliti: Equidem apud Ægyptios, vt ex tota Iosephi historiâ constat, serui per suos ordines distinguebantur: vt etiam de his posses dicere illud Claud. 1. in Eutrop. Claudian.

—— Discrimina quædam
Sunt famulis, splendórque suus.

Vnde tandem Ioseph toti domui præpositus legitur: quod etiam apud Romanos factum, passim legimus. Quod si vera fortè sit illa Lyrani explicatio, ad illud de Domino Ioseph: *Nec quidquam aliud nouerat, nisi panem, quo vescebatur:*
Genes.39. v.6. vbi ille ita: *Id est, cibum, qui nomine panis intelligitur: omni enim sero petebat Ioseph à Domino suo, quid in crastino vellet comedere: & de solo hoc, Dominus Ioseph disponebat:* Si vera, inquam, sit ista explicatio: crediderim Iosephum etiam penu procuratorem, quod munus Genes 39. v 6. Lyranus.
in re seruorum, inter prima. apud Plautum in Pseudolo, iactat se seruus, quod sit: *Condus, promus, procurator penu.* Plaut.
Si ergo diuersos dignitatis ordines habebant Ægyptij serui, cur non etiam vicini Hebræi. Sed iam proximius ad locum Dauidis. Diuidebantur serui apud Ethnicos, in rusticos & domesticos, quod nemo nescit: illu-

ſtriores domeſtici, in ſuis tenebris: ruſtici longè ignobiliores. Scatent eruditæ vbique paginæ, quæ rem firmant: ideò Iuuenal. Sat. 8. inter ſeruorum pœnas ponit, è domo, in agrum amandari. Vide Senecam 3. de ira, cap. 29. Intellige autem prædictos ruſticos ſeruos, de his, qui laborioſiſſimam agris operam nauabant: nam ſerui villici, & ſaltuarij, de honore, & gratia apud Dominum, penè eum Domeſticis contendebant. Lege Iuriſc. in l. cum quær. ff. de leg. & fid. commiſſ. & Interpretes Plauti in Caſſ. Act. 2. Sc. vlt. vnde putare poſſis villicum illum iniquitatis Luc. 16. non locatorem ſed verè ſeruum fuiſſe, vnde & locantem toties vocat Dominum: non tamen id iuratem. Ex hoc ergo vſu viſus Propheta hic domeſticos Dei ſeruos commendare, id eſt, familiariores, gratioſioréſque: per ordinem ad alios homines, qui quaſi ruſtici ſerui, & foris commorantes habentur. Nunc capies, quid ſibi velit hic, aut magnus Hieronymus, aut certè Hieronymaſter, dum ſic ſcribit. *Dicamus eſſe aliquem Dominum ditiſſimum: iſte habet familiam, habet & ſeruos qui ſibi miniſtrent: nunquid tantam habens fiduciam ſerui qui in villis ſunt, quantam illi, qui quotidie miniſtrant? illis magna dignitas eſt, qui faciem vident Domini, & miniſtrant ei: Denique cæteri ſerui, qui faciem non vident Domini ſui, ſi voluerint aliquid impetrare, conſeruos petunt. Hoc totum quare dixit Dominus noſter* IESVS, *habet & ipſe multam familiam, habet quaſi ad faciem ſuam, qui ſibi miniſtrant, habet alios in agris: Monachos & Virgines, ego puto illos eſſe, qui ad faciem miniſtrant Domino ſuo: ſæculares autem, qui ſunt quaſi in agro de familia ſua*, &c. Vbi multa, quæ vel dicta probant, vel probantur dictis.

Tandem concludit Hieronymus. *Quid autem ſignificet*: in atriis domus Dei noſtri: *& quæ ſit differentia domus, & atriorum, in ſequenti Pſalmo cum lectus fuerit differetur*. Vtinam: ſed in illo, de his atriis, nec verbum: & certè ſi characterem noras commentatiorum, vel inſcius affirmabis, prædictorum ſtylum, cum aliis non conuenire: diuerſique Auctoris partus eſſe. Quid ergo ſuſpicer de his ſeruis ad atria commorantibus, iam aperio. Inter Domeſticos, numerabantur cum primis *Atrienſes*, quod ex Plauto ſupracitato diſcis, lege apud illum. Sed clatius in Aſin. act. 2. Sc. 2. vbi ſeruus: *Ex templo facio factum me, atque magnificum virum: dico me eſſe Atrienſem*, cuſtodiebant iſti atria interiora, & obibant partes excubitorum, vel illorum quos modo dicimus *Gentiles hombres*. Cauo autem Atrienſes ſeruos confundas, cum ſeruis Attiariis, hi viliores longè, vt pulchrè obſeruauit Pater Faber Semeſt. 2. cap. 12. ad medium: Vide illum. Quid ergo ſi ſomniem Prophetam Hieroſolymitanos miniſtros Tabernaculi, ſeruorum Dei atrienſium titulo inſigniiſſe, quod ſancto atrio, vbi diuina maieſtas colebatur, certis prodita indiciis, vigilarent? certè mille loca facta, hoc ſomnium à corneâ potius, quam ab eboreâ portâ miſſum, videntur ſignificare. Certè legimus in Euangelio ſeruum villicum, vt vidiſti: & bonorum Domini negotiatores, Luc. 19. & bona ruſtica curantes Matth. 13. & Præpoſitos vniuerſæ familiæ Matth. 24. vigiles & cuſtodes Luc. 12. cum ergo tot ſeruorum ordines legamus apud Hebræos, ſicut apud alias gentes: cur etiam atrienſes, non admittamus? Fallor, aut non inuita huic, ſimilibúſque locis venit explicatio.

Iuuen. Senec. Iuriſc. Luc 16. Hieron. Plaut. Idem. Pater Fab. Luc. 19. Matth. 13. & 24. Luc. 12.

Prouerb. 9. v. 16. ita habet famoſa illa meretrix. 9.
Intexui funibus lectum meum, ſtraui tapetibus pictis ex AEgypto. Explicabo magis vberius locum iſtum, quia doctiſſimus noſter Salazar, illum prætermiſit; lucubrationes alias in Cant. manuſcriptas citans, non adducens: ergo dum iſta meliora deſunt, cape vtcunque noſtra. Pictos ergo tapetes, cape figuris variis, opere textorio inſignitis: Sic enim *pictura* paſſim capitur: ſicut & acu *pingere* paſſim legis. Claudian. de celebri illa tela à Proſerpina lib. 2. de rapt.

Necnon & Patrui pingit ſacraria Ditis,
Fataléſque ſibi Manes.

Quid autem in his tapetibus pingeretur, & quas maximè effigies animarent, ex vulgato noſtro non patet: & minus ex LXX. qui legunt: *ἀμφιτάπεις διέστρωκα, τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου. amphitapetibus ſtraui ab AEgypto*. id eſt, tapetibus vtrinque elaboratis, & pari viſo, pari figurarum picturâ ex vtraque parte inſignibus: ea eſt vis ni fallor, præpoſitionis *ἀμφί*. qua voce vtuntur iterum 2. Reg. 17. v. 28. meminit horum in re conuiuij Iulius Pol. lib. 6. cap. 1. At Theodotion in Sixtian. legit: *διαγράμμασι ζωγραφίαν Αἰγύπτου*: vbi aduerte *τὸ ζωγραφίαν* licèt abſolutè pro pictura ſumatur: tamen ex verbi etymologia *ἀπὸ τῶν ζώων καὶ τῆς γραφῆς*: ſignificare picturam animalium: nam vt plurimum in his tapetibus, belluæ, feræque depingebantur: ſicut modo apud nos: in periſtromatis: quæ inde dicimus, *colgaduras de monteria*, ſiue *Belluata* Latinè, propter belluas ibi effigiatas, indidémque Græcis *ζωωτά*.

Celebrantur vt plurimum hi tapetes, ex Babylonia: vt videre eſt ex Plinio lib. 8. cap. 48. Lucretio lib. 4. Martiali lib. 8. epigr. 29. Plauto, Petronio, & aliis, quorum teſtimonia paſſim ab eruditis adducta legis. At Athenæus lib. 2. cap. 5. etiam apud Cyprios, videtur commendare: vbi ita. Poëta ſic ſcribit, *in lecto pedibus eburneis ſtrato, purpureis & puniceis pannis & ſardiacis ornatus iacet. Floruit ipſa varietatum textura maximè artificioſarum in ſtratis, Aceſa & Helicone Cypriis eas facientibus: erant hi ambo textores famoſi*. Hæc varietas adducet aliquid verbis Dauid Pſalm. 44. v. 10. pergo. Sed & apud Ægyptum, quod locus præſens indicat, celebres etiam hos tapetes, diſcis ex Plauto in Pſeudolo, qui ita: *Vt ne periſtromata quidem æquè picta ſint campanica: neque Alexandrina belluata, conchyliata tapetia*. Quæ ſit iſta Alexandrina Ægypti, huiúſque vrbis delicias, pueri norunt. Martial. lib. 2. epig. 26.

Quid torus à Nilo, quid ſindone cinctus olenti.

Vbi Ruthgerſius Var. 6. cap. 11. ſtragulum Nilotide acu pictum.

Porrò hos tapetes, ad vtrumque lectum, Dormitorium ſcilicet & diſcubitorum, ſtratos, paſſim inuenies. Statius lib. 1. Theb.

——— Pars oſtro tenues, auróque ſonantes
Emunire thoros, altóſque inferre tapetas.

Virgil. lib. 9. Æn.

——— Simul enſe ſuperbum
Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis
Extructus, toto proflabat pectore ſomnum.

Quæcunque dixi tam de effigiatis belluis, in tapetibus: quàm de celebritate illorum ab Ægypto, quàm denique de vſu ad lectum: (quo locus præſens plenè explicatur,) aperit mihi Athenæus lib. 5. cap. 5. de luxu, regalibúſque deliciis Ptolomæi Philadelphi, imperantis Ægypto. *Diſpoſiti erant præterea aurei lecti, qui pedes in Sphyngum ſpeciem formatos habebant*, centum

Prouerb. 9. v. 16. Claudian. LXX. Inte. pr. 2. Reg. 17. v. 28. Iu. Pol. Theodot. Plinius. Martialis. Plaut. Petr. Arb. Athen. Pſalm. 44. v. 10. Plaut. Mart. Ruthgerſ. Stat. Athen.

centum in binis lateribus: aspectus autem, qui prior occurrebat, apertus relinquebatur. Substernebantur his, purpurei tapetes villosi ex vtraque parte, in primo pauimento: aderant etiam peristromata, egregieque laborata: atque pertenues persici panniculi locum qui erat medius interpedes, cooperiebant: qui exquisitam lineamentorum seriem, intextorum animalium continebat. Nisi quod animalium texturam, quam per picturam, vt colligo ex Theodor. interpres noster explicauit, signatéque tapetibus assignauit, hic peristromatis & panniculis assignauit. Negari tamen nequit, tapetes etiam, quando ab stragulis, & peristromatis condistinguuntur, (sæpè enim coincidunt) animalibus effigiari: vnde idem
Athen. Athen. lib. 11. cap.8. affert ex prisco poëta illud: *Sed vel tapetem quendam exoptabilem, Persas habentem, & gryphas, &c.* Sic autem apud Hebræos in vsu, belluata hæc stragula, tapetia, & vela, tanque miro artificio picturata, vt inde diceret Claudianus lib.1. in Eutrop.

Claud. *—— Iam fingibus aptum*
Æquor, & assuetum syluis delphina videbo:
Iam coleis hominis iunctos, & quidquid inane
Nutrit Iudaicis, quæ pingitur India, velis.

Tam floridè monstrosa erant, quæ ibi pingebantur. De funibus, qui his tapetibus præmittuntur, vide quæ Roa singul.2.cap.10. Ego planius putarem hos funes explicandus, de fasciis scilicet quibus lectuli sternuntur blandius, loco tabularum; quibus deinde culcitræ, & stragula superstruuntur: videmus hodie in eundem vsum gossypinas, & depictas fasciolas ab India deportari, quibus delicatissime lectulos sternit Vlyssipo. Et fortè erant funes in hanc rem, etiam ab Ægypto pretiosi: certè inde duriorum saltem funium artem deriuatam, disco ab Euripide in Troiad.

Euripid. Βάντωμι πλεκτὰν Αἰγύπτω
Παίδευμ' ἐξηρτημένα.
Euntes tortam Ægypti:
Disciplinam extendistis.

Vbi vulgaris interpres: *Id est, nauticos funes tortos ostentastis, quorum faciendorum artem, ab Ægypto didicistis.* Sed in his non diutius immoror, tu explica vt libuerit.

10. Prouerb.27. v.14. ita. *Qui benedicit proximo*
Prou. 27. v.14. *suo voce grandi, de nocte consurgens, maledicenti similis est.* Græca fere eodem modo habent; nisi quod τὸ de nocte vertit, πρωΐ. Quæ vox cum aliquando significet, *immature* vel *intempestiue*, facile aliqui locum explicant, quasi immatura, & intempesta laudatio, sit probro similis: sed re verà πρωΐ ex propriâ notatione est *summo mane*: Sicque
Sixtian. locus ex Græco vertitur in Sixtianis: imo & ex Hebræo, eadem ratione vertit Vatablus. Ex quibus explicanda vulgata versio, quæ pulchrius noctem dixit ad epitasim, quia lux illa dubia, quæ summo mane nitet, nondũ fugatis omnino astris, aptè nox vocatur. Iam ad rem. Non audeo affirmare, æuo & vrbe Salomonis, tam frequentes fuisse salutationes amicorum, & clientium matutinas & intempestas: vt postea apud Romanos: quantum tamen ex hoc loco colligi fas est, non videtur hoc palpationis genus, ab illa gente fuisse alienum. Consonant isti, loca alia sacra, licet parabolica; vix nisi ex hoc vsu, ad gustum explican-
Prouerb.8. v.17. da: Prou.8.v.17. vigilare præcipimur ad sapien-
Et cap.9. tiam, quasi Reginam (quæ postea cap.9. parat
Sap.6.v.13. conuiuium) inuisendam: deinde vers. 34. beatus
Seneca. vocatur, *qui obseruat ad postes ostij sui.* Sap.cap.6. vers.13.14. & 15. salutantium labores (quos infra dabo ex Seneca) ordinarios: à salutatoribus sapientiæ videntur amoueri. Idem habes Ecclesia- Ecclesiast.
stici c.4. à v.12. Restat scire cur ille qui importu- 4.v.12.
nè salutat, seu benedicit summo mane, seu ferè de nocte, maledicenti similis, hîc dicatur. Respondeo, quia & salutato intempestiuus, & rumpendo clamoribus somno, veniret: vnde post tantum laboris non solum adulationis præmium non refert, sed etiam magnatis irata fastidia, & amici tædiæ, sibi comparat. Prætereo innumera, de matutinis, intempestis, & semicrudis olim salutatoribus, quia vbiuis trita: do tantum verba Senecæ Seneca.
lib. de Breuit. vitæ: loquitur contra hos maiorem & meliorem vitæ partem, sibi salutatisque importunè eripientes. *Isti qui per officia discursant, qui se aliosque inquietant, cum omnium limina quotidie perambulauerint, nec vllas apertas fores prætierint, cum per diuersas domos meritoriam salutationem circumtulerint: quotum quemque, ex tam immensâ, & variis cupiditatibus districta vrbe, poterunt videre? quam multi erunt, quorum, illos, aut somnus aut luxuria, aut inhumanitas submoueat? quam multi, qui illos cum diu torserint, simulatâ festinatione transcurrant? quam multi per refertum clientibus atrium, prodire vitabunt? & per obscuros adium aditus, profugient? quasi non inhumanius sit decipere, quam excludere. Quam multi hesterna crapulâ semisomnes & graues, illis miseris somnum suum rumpentibus, vt alienum expectent: vix allenatis labiis, insusurratum millies nomen, oscitatione superbissima reddent:* Pende verba, videbisque, quàm merito, sic sibi post laborem multis, amicóque grauis, & vel delusus, vel fastidiosè exceptus; vices maledici potius videatur egisse.

Ecclesiasticus cap. 9. vers.12. ita. *Cum aliena* 11.
muliere ne sedeas omnino. nec accumbas cum ea super Eccles.9.
cubitum: nec altercaris cum illa in vino. Accum- v.12.
bere super cubitum, explico de vsu accumbendi in lectis, super cubitum enim innixi discumbebant conuiuæ, de quo multa dedi supra cap. 9. inde repete: esse enim legitimam huius loci explicationem istam, non dubito. Difficilius est quod additur: *& non altercaris cum illa, in vino.* Id est, ex communi vtriusque scholæ loquendi formula, *in epulo*: vt nemo nescit. Rem ergo vt capias aduerte. Solebant olim conuiuia quædam sic instrui, vt singuli conuiuarum suas partes afferrent, vel nummus emendis ferculis singuli conferrent: vocabant has omnium collationes, symbola, vel symbolas. vel symbolos, de quibus multa ex Timocle, Eubulo, Diodoro, Dromone, Machone, Synotide, & aliis Athenæus lib.4. dipnos. cap.1. lege. Adde eun- Athen.
dem cap.14. lib.8. vbi postquam collatiuas has cœnas describit, vbi singuli partem suam impendebant, addit. *Nunquid hoc fortasse est, quod* Idem.
ex symbolis vocatur? quid nam sit symbolum, his verbis declarauit ipse Alexis in Mandragarat. veniam ferens symbolas igitur, simul. At Argini, sicut Hegesander narrat: in suis commentariis, &c. Symbolum, quæ à bibentibus, in communia inferretur, Argi-
michon vocant. Vide iterum ibidem c.12. vnde ex- Idem.
plicabis Vatablum, qui locum nostrum sic vertit:
Nec comittas cum ea, compotandi gratiâ, symbolum. Vatabl.
Eadem phrasi pene Græca versio in Regiis. Καὶ μὴ Reg.
συμβολοκοπήσῃς μετ' αὐτῆς ἐν οἴνῳ Quod ibi vertitur, *& ne conuerseris cum ea in vino.* Ni fallor diminutè: quoniam vt vides, non est ibi simplex κοπάω, sed vt vite, compositum cum symbolo, συμβολοκοπάω.

germane vertes: *Nec symbolo tumultueris cum ea, in vino.* Quo optimè & vatabli, & vulgati nostri
Clemens Alexand. interpretis versiones cohærent. Clemens Alexand.
Pædag. lib.2.cap.7. legit: *μηδὲ συμβολὰς ποίει μετ' αὐτῆς ἐν οἴνῳ: neque symbolas facias cum ipsa in vino.* Sed verbum *κωμάζω* additum symbolo, tumultum & molestiam vt pueri norunt, inuoluit: licet enim hic tantum reperiatur, aut coincidit cum vsitatissimo *κωμάζω*, aut inueterato errore, dempta litterulà circunfertur. Optimè itaque verbum *altercandi* posuit vulgatus interpres: quia de iustâ symbolarum & collatione, vt plurimum ortæ altercationes. Testor Agricolam Poëtam qui
Agricolam Poeta. Athen. apud Athen. lib.3. cap.19. sic quendam; à quo symbola petebatur inducit altercantem.

A me nec aris duodecimam partem feres,
Ni singulatim tu prius, des omnia,
Est sermo iustus chartâ tu numerum, refer.

Vbi deinde strictissimè ratio expensi profertur, & de reddendo symbolo altercatur. Huc etiam re-
Epicharm. ducenda illa Epicharmi ibidem lib.5. cap 5. parco transcribendis. Sic puto obscurum locum tantisper allucere: ni placeo, in promptu sunt, quæ alij interpretes meliora: saltem & Græcam, & Vatabli lectionem, hinc illustratam, non negaueris.

12. Amos 6. vers. 6. Sanctius. Amos Propheta cap.6. vers. item 6. reprehendens luxuriantes Hebræos, arguit: *bibentes vinum in phialis. & optimo vnguento delibuti.* De vnguento hoc Prophetico, multa Sanctius noster: de vino quod præterit, dabo quæ intelligendo loco, ma-
LXX Interpr. Tertull. ximè apud LXX. credidi omnino necessaria. Tertull. lib.4. contra Marcionem, hunc locum ita citat. *Qui bibunt vinum liquatum, &c.* nec immerito, adhæsit enim Græcæ versioni, quæ tunc in vsu, quæ habet *οἶνον διϋλισμένον*. Est autem *διϋλίζω* propriè defæco, percolo, liquo. Ergo de vino
Horat. liquato vide interpretes Horat. ad lib.1.od.11.

——Vina liques, & spatio breui,
Spem longam reseces.

Martialis. Item interpretes Martialis lib.14. epig. 103. de vinario colo.

Setinos moneo nostra niue frange trientes,
Pauperiore mero tingere lina potes.

Et item de sacco vinario ibidem epig.104.

Attenuare niues, norunt & lintea nostra,
Frigidior colo, non salit vnda tuo.

Vsus liquandi, colandi, atque saccandi vina aliquibus creditur vsurpatus, vt potio defæcaretur,
Martial. vide Mart. epig 62. lib.12.

Turbida sollicito transmittere cæcuba sacco.

Sed licet ob id quandoque fieret saccatio, vt plurimum tamen alio collimabant deliciæ: (& has contra credo, ex LXX. versione, inuehitur hic Propheta:) neque enim multum erat, si vinum, alias turbidum, ad defæcationem saccaretur Igitur hoc vsu id efficiebant, vt vinum retento gustu, eneruaretur, & fumosis fractis spiritibus, ad satie-
Plinius. tatem absque capitis grauedine potaretur. Plinius lib.14. cap.22. post multa. *Nos vinum bibere, & iumenta cogimus: tantoque opere, tanto labore, & impendio constat, quod hominis mentem mutet, ac furorem gignat: millibus scelerum huic deditis tanta dulcedine, vt magna pars, non aliud vitæ præmium intelligat: quin imo vt plus capiamus, sacco frangimus*
Tullius. *vires.* Ex Cicerone lib.2. de finibus & aliis explicat
Horat. bonus interpres Horatium lib.1. od. 18. vbi *Lesbium*, vocat *innocentem*. Plura passim incurres non tamen grauabor transcribere Plutarchum lib.6.
Plutarch. quæst. Conuiu. cap.7. vbi ita. *Cœnantibus nobis apud Aristonem, cum reliquum apparatum, vt profusum, & luxuriosum perstringebat, tum vinum negabat, debere percolatum diffundi: Sed esse id, ex Hesiodi præscripto, à dolio hauriendum, dum genitiuum robur adhuc, & vires retinet: quippe vt primum incidit ista defæcatio, eius neruos, & feruorem restinguit: exolescit enim, & euanescit, dum tam crebro diffunditur: deinde affectationem, fucum, & luxum refert in delicias, exhauriens emolumentum. Sicut enim gallinaceos castrare, & porcos; (quo delicata reddatur contra naturam, & effeminata eorum caro) hominum est non sanorum, sed gula perditorum. Sic vt metaphora vtar, castrant merum, & effeminant, qui id colant: dum neque ferre id ex imbecillitate, neque potare moderate, ex intemperantia queunt: Sed fucus hic eis est, & ad bibacitatem, commentum: detrahunt namque vino firmitatem, relicta blandimento.* Ex his iam patet hebræa phrasis apud Vatab. qui legit: *vinum in* Vatabl.
pateris. Deinde in notis, sic habet: *in pateris id est, vasis magnis, & amplis.* Castratum quippe vinum, & enetue ebrietatis torporis periculo amoto, fœcundius potabatur. De his pateris grandioribus, dixit lepide Athenæus lib.5. cap. 5. *Bibitque ex argenteo puteo: ita enim peruenuste magna pocula quidam nominauit.* Tandem Tertullianum de Tertull.
Pœnit. cap.11. quem de mera defæcatione explicant interpretes, de prædicta castratione, puto omnino capiendum.

Micheas Propheta cap.3. v.12. de vrbis perfidæ 13.
excidio, ita. *Propter hoc causâ vestri, Sion quasi* Micheas 3.
ager arabitur: & Ierusalem quasi aceruus lapidum vers.12.
erit. Putaui aliquando excitari à Propheta pathos illud, quod in euersione vrbium solet cõmoueri, nimirum non iam vrbem, sed agrum: nec iam illustrem ædificiis, sed herbis luxuriantem apparere: tale est illud Virg.lib.3. Æneid. Virgil.

Littora tunc Patriæ lachrymans, portusque relinquo,
Et campos, vbi Troia fuit.

Nihilominus locus præsens, propriè capiendus: & sacrum illud Sionis propugnaculum, euersum in pœnam Iudaicæ perfidiæ, aratum postea fuisse, dicendum est. Sic apertissimè D.Hieron. ad hunc D.Hieron.
locum, & sæpè alibi: ferunt enim Litum Anium Ruffum, in sempiternum gentis dedecus, Templo in cineres redacto aratrum deinde immisisse. Neque id nouum. Solet enim hoc euersis vrbibus, tanquam summa ignominia imponi. Horat.lib.1. Horat.
od. 16.

Ira Thyestem exitio graui
Strauere: & altis vrbibus vltimæ
Stetere causa, cur perirent
Funditus: imprimeretque muris,
Hostile aratrum, exercitus insolens.

Ad quem locum dedit Lambinus, illud Cicero- Lambin.
nis Philip. 1. *Vt vexillum tolleres, vt aratrum cir-* Tullius.
cumduceres, cuius quidem vomere, portam Capuæ penè perstrinxisti, vt florentis territorium colonia minueretur. Adde elegantissimum locum Senecæ lib.1. de Seneca.
Clement. cap.26. *Apud homines tantum, nec à necessariis quidem, rabies temperat sibi, sed externa suaque, in æquo habet: quo possit exercitatior à singulorum cædibus deinde in exitium gentium serpere: & iniicere tectis ignem; aratrum vetustis vrbibus inducere, potentiam putat.* Plusculа in eandem rem
affert Cælius Rhodig. lib. 26. cap.5. quos inde Cælius
adducit Faber Semest.5. cap.18. credoque idem Rhodig.
insinuasse Virgilium loco supra adducto: quod Faber.
tamen ex decoro, clarius exprimere formidauit, ne cum euersione vrbis, aratri infamiam narrare, ex ore afflicti ducis videretur: nam certè Troiam aratrum

aratrum passam, voluit alicubi Propertius his carminibus.

Prosper. *Maniacum Graio, Neptunia pressit, aratro*
Victor Palladiæ, ligneus artis equus.

Quin & Virgilius idem alibi, arasse Thraces, vbi
Sanchez. Troia fuit, scribit: Sed hoc minus, ad infamiam. Mirum fugisse ista, nostrum Sanchez, qui cum vidisset saxosa esse loca Solymitana, nec aratro apta, putauit rem, non propriè, sed ad prouerbialem formam, siue modum loquendi deducendam; non probo: licet enim demus agriculturæ ineptam Sionem, (idque forte gratis) tamen hostes, non tam à loco per infamiam sulcato, fruges: quam ipsius loci infamiam metere, prædictâ oratione procurabant.

14. Habacuc. c.v.11. Sanchez. Habacuch Propheta cap.1. v.15. sic habet de Nabucodonosore: *Tunc mutabitur Spiritus, & pertransibit, & corruet: hæc est fortitudo eius Dei sui.* Explicauit pulcherrime hunc locum Noster Sanchez: vt Deus iste sit ipsemet Nabucodonosor, de quo paulo post v.15. sub metaphora retis & sagenæ, dicitur, vitiuli, potentiæque suæ immolasse: id est, dexteræ suæ robori tanquam diuinæ, omnia tribuisse. Et rem ipsam, & modum loquendi, sic aptè firmauit Sanchez: vt frustra plura addere præsumam. Tantum ergo ex hoc loco inuicem maiorem lucem fortituro, aperio alium, fortasse non incongrue: qui & reipsâ, & loquendi modo, illi mirè consentit. Is est Esther cap. 4.
Esther 14. v.8. vers.8. ibi ad Deum, sanctissima Regina, ita. *Et nunc non sufficit, quod durissimâ nos opprimunt seruitute: sed robur manuum suarum, idolorum potentiæ deputantes: volunt tua mutare promissa.* Quod iam
Sanchez. Serarius. aptè, Sanchez, Serarius & alij ibi explicarunt: quasi ethnicus Imperator, Principesque, idolis suis potentiam referrent in acceptis. Aliter capio; quasi dicat: Robustam potentiam suam sic extollunt, sicque sibi de illâ blandiuntur, vt quasi diuinam, & idolorum potentiæ comparem, deputarent. Certè verbum *depute*, raro significat, si excipis
Tertull. Tertull. apud meliotis notæ auctores, *attribuere* vel *referre*: Sed frequentius, idem est, atque *reputo, existimo*: quod vel tyrones grammatici fatebuntur. Si ergo hoc verbum propriè, vt par est explicetur, & *τῇ potentia* non ad tertium, sed ad secundum casum referatur: clarissimè prædictus sensus apparebit. Sed cur, inquis, de nouo isto sensu laboremus: cum vetus ille bonus aptus, & aliunde expressior habeatur? fateor veterem bonum aptum, expressiorem nego attendenti: sed esto vetus expressior; certè recentior, totius capitis contextui deducendo, non incommodior vt iam videbis: & aliunde Græco cohærentior. Attende. vers.10. additur curari ab Ethnicis Hebræorum euersionem: *Vt aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem Regem in sempiternum.* Hic carnalis rex non est alius nisi Assuerus, qui vt nosti Deus (sicut cæteri Reges, apud Persas) colebatur, imò & Deos creare putabatur, vt Serarius & alij annotarunt. Solito igitur hebraismo vnum idemque hic potest explicari, quasi dicat: vt laudetur Rex carnalis, cuius instar Idolorum habetur fortitudo. Hoc autem verum esse, probat mihi vers.11. vbi ita: *Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui non sunt: ne rideant ad ruinam nostram, sed conuerte consilia eorum super eos, & eum qui in nos cœpit sæuire disperde.* Certè ista de hominibus, Principibusque Persis capienda fatetur ipse Sanchez: sed tu pende vocari hi tales: *hi qui non sunt*: cur ita in hoc loco signatè? credo, quia eo ipso quod superbi sibi diuinam potentiam arrogabant, iam penè in idolorum naturam transibant: Sicque explicauit clare, quos nomine idolorum intellexit: idolum enim mera vanitas: & ideo Græca loco supra citato, pro *idolis* habent *ματαίοις*, id est, *vanos*, *vmbratiles*, *nihil*. Tandem vide quod addit vers.12. *Da mihi fiduciam Domine rex Deorum.* Vbi Serarius & meritò, sic scribit: *videntur Reges, Principes, & potentes, hic dici Dei.* Hæc licet ad vulgatam nostram versionem, spernantur: tamen pro LXX. versione LXX Interpret. videntur non inepta, nam vers.8. qui supra ponitur, sic habet apud illos, *ἔθηκαν τὰς χεῖρας αὐτῶν, ἐπὶ τὰς χεῖρας τῶν εἰδώλων αὐτῶν.* Verto. *Posuerunt manus suas, contra manus idolorum suorum.* Nam præpositio ἐπὶ in quarto casu, optimè prædicto modo explicatur: quid autem est ponere manus suas aduersus manus idolorum suorum: quam idola contemnere, & dextris suis tribuere diuinitatem? huc facit notissima illa arrogantia cuiusdam, apud Statium lib.10. Theb.

—Ades mihi dextera tantum, Statius.
Tu præses belli, & ineuitabile numen,
Te voco, te solum, superum contemptor, adoro.

Sic illud Iob 31. vers. 27. de osculandâ dextrâ Iob.31.v.27. à Gregorio magno ibi, à Chrysostomo & Olympiodoro in Cath. literalissimè, de arrogantissimo hoc ingenio explicatur. Et certè Esther, hac illorum arrogantia apud Deum exposita, aptius, quam quouis alio Deum commoueret.

Propheta Malachias cap.4. vers.6. ita Deum inducit loquentem. *Ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.* Id est, ne iræ meæ, & iustæ vindictæ deuoueam, quidquid in hac terra fuerit, vt pœnæ incendio, tanquam gratissimo furoris holocausto, consumatur. Vide quæ multa hic Sanchez. Huc veniunt quæ alij fusè scripserunt ad Deut.13. art. vers.12. vsque ad 18. & Iosuè 6. vers.17. vbi ita. *Sitque ciuitas hæc anathema, & omnia, quæ in ea sunt Domino.* Et sæpè alibi. Quærebat non nemo, an apud ethnicos, simile deuouendi genus legeretur: respondi, à me saltem nullibi lectum, præterquam apud Alexand. Neap. lib.3. Geniàl. cap.22. vbi ita de Hermunduris habet. *Apud Hermunduros, inter solennia vota belli Duces sacrare diuersam aciem, illamque Marti & Mercurio denouere, consueuerunt: quo voto, equi, viri, spolia, machinæ, & cuncta bello quæsita, occisioni dantur.* Ergo quamuis passim legas horum singula, & alia similia Diis deuota, occisionive aut incendio tradita: tamen, vt omnia simul quæ apud hostes, erant, penitus euertenda deuorentur: præter quàm in hoc loco, non memini aduertisse: quo propriè anathema illud sacrû expressum puto. 15.

Machab.1. cap.1. vers.1. de Alexandro, sic habetur: *Et factum est, postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia, &c.* 16. 1.Machab. 1.v.1. Rident Hæretici, & hic in primis oppugnant canonicam huius sacri libri fidem: quomodo enim, inquiunt, *primus* verè dicatur Alexander, qui post alios Principes imperauit? respondent nostri optimè, & apertissimè: fuisse primum Alexandrum inter Reges, non serie, sed dignitate: ideoque merito primum appellari. Vide ibi Iosephum Stephanum, Sanchez, & alios. Et mihi mirum nostros Ioseph. Steph. Sanchez. auctores mere Grammaticos, non vidisse, (aliud est, si, quod puto, videre noluerunt) optimè ex vsu Grammatico habere phrasim, quam, quia nostri prætererierunt paucis confirmo. Statius in summam sibi visus fælicitatem euectus, quod apud

Statius. Cæsarem cœnatet, lib.4.Sil. 2. ita.

—Steriles transmisimus annos,
Hæc æui mihi prima dies, hæc limina vitæ.

Lytanus. Vnde bene Lytanus in cap.7.Genes. *Primus annus Alexandri magni, vocatur primus annus regni Græcorum, propter facta notabilia Alexandri: & tamen ante eum, fuerunt plures reges in Græcia.* Et merito quia quidquid in quouis genere excellit, *primum* dicitur, quod præcedentia, vix ad illud computentur. Statius Sic explicandus Statius lib.1.Sil.1.de Iulio Cæsare.

Primus iter nostris, ostendit in æthera, Diuis.

Et tamen saltem Romulus multo ante iam à Romanis Deus colebatur: sed palpator poëta, vt Cæsaribus blandiretur, dum Iulium, Romulo præponit, primum vocat. Iam alij post expugnationem Troiæ, venerant prius in Italiam, quam Æneas illuc appelleret, vt ex scholiastibus Maronianis, norunt pueri: & tamen quia Æneas dignior, maiorique apparatu tandem accessit, *primus* Virgil. nullo mordente Lutbero, à Virg. appellatur.

Arma virumque cano, Troiæ qui primus ab oris,
Italiam, fato profugus, Lauinaque venit littora.

Tiraquil. Vide multa quæ huc facerent apud Tiraq. in Præfat. primogen. n.63. à quo tamen nihil volui delibatum.

17. Machab.1.cap.13.v.27.*Ædificauit Simon super*
1.Machab. *sepulchrum Patris sui, & fratrum suorum, ædificium*
13.v.27. *altum visu, lapide polito retro, & ante: & statuit septem pyramidas vnam contra vnam Patri, & Matri, & quatuor fratribus.* Nihil hic Interpretes de his pyramidibus ad sepulchrum, cum tamen, multa impendat ex vtroque penu, vbi Serarius, plura Sanchez: forte, quia rem obuiam existimarunt: fateor; non tamen propterea locus omni penitus ornatu destituendus. Igitur moris huius Statius. meminit Statius lib.5.Sil.3.vbi dolet non potuisse addere paterno sepulchro, *audacia saxa pyramidum.* Claud. Claud.lib.2. in Ruf. insultat misero membratim discerpto.

Qui sibi pyramidas, qui non cedentia templis,
Ornatura, suos, extruxit culmina, Manes.

Lucanus Lucanus lib 8. dolet, vili sepultum Pompeium, cum tamen Ægyptios Principes. *Pyramides claudant.* Et lib 9. *Non mihi pyramidum tumulis*, &c. D.Isidor. allusit D. Isidorus lib.15. cap.11. *Apud maiores enim, potentes aut sub montibus, aut in montibus sepeliebantur: vnde tractum est, supra cadauera, aut pyramides fierent, aut ingentes columnæ collocarentur.*

18. Machab.1.cap.14.v 40. de Demetrio: *Audiuit*
Machab.1. *enim, quod appellati sint Iudæi à Romanis, Amici &*
c.14.v.40. *socij; & fratres & quia susceperunt legatos Simonis gloriosè.* Romanos confœderatis suis, sociorum nomen dedisse, passim legas: frequenter etiam hos tales socios, addito amicorum titulo exornatos, quod sacro huic textui apprimè cõuenit, iam illu-T.Liuius. stro. Titus Liuius Dec. 5. lib.5. *L. Cornel. Scipio missus est obuiam Prusiæ regi, amico socioque populi* Idem. *Roman.* Et iterum Dec.4 lib.1.*Vermina filio Syphacis regis per legatos petenti, vt rex sociusque & ami-*Idem. *cus ab Senatu appellaretur.* Dec.5. lib.5. *Rhodios non ita meritos eo bello, vt amicorum, & sociorum nomine habendi sint.* Tota ergo difficultas est an Romani, prædictos hos socios, & amicos, insuper aliquando, *Fratres* appellarent? de fraternæ appellationis Val.Max. dulcedine apud Romanos, multa Valerius Maximus lib.5. cap.5. hinc erat vt priuatos amicos & Quintil. sodales, fratres etiam vocarent: ideo Quintil. *Quoties blandiri volumus his qui & amici esse videntur, nulla adulatio procedere potest, quam vt fratres vocemus* Erat autem priuatis Romanis hæc vox ita frequens vt Græculus poëta, putam potam Græcis suis commiscens, sic irrideat Florileg. lib.1. Anthol.

Ἢν ὁ φίλος τι λάβῃ, δόμινε φράτερ εὐθὺς ἔγραψεν
Ἢν δ' αὖ μή τι λάβῃ, τὸ φράτερ εἶπε μόνον:
Ὤνια γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα: αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐκ ἐθέλω δόμινε, οὐ γὰρ ἔχω δίδομαι.

Si amicus aliquid accipiat, Domine frater, statim scribit:
Si vero non accipiat, frater solum dicit:
Venalia quippe etiam hæc verba: Ego vero
Nolo τὸ Domine, nec enim habeo quod donem.

Lepos est in Paranomasia Græca, quam Latinè assequor. Hæc de priuatis Amicis Romanorum: de publicis Imperij socijs & amicis, nil tale, quantum memoria suggerit, inuenio. Putarem igitur scriptorem Hebræum, τὸ *fratres* addidisse explicationis gratiâ, q. d. apellatos à Romanis socios & amicos, quos sic confœderatos, Hebræi, *fratres*, vocamus. Certè Hebræis, cæterisque Orientalibus, hoc confœderationis genus, fraternitas dicebatur: vt habes hîc cap.12.v.6. vbi renouando priscæ societatis iuri, scribit Ionathas & populus: *Spartiatis fratribus salutem.* Et inuicem cap.14. 1.Machab. vers.20. Spartiatæ Hebræos confœderatos, *fratres* 12. v. 6. & vocant. Sic Hyram Tyrius Rex, Salomonem con- 14.v 20. fœderatum; *fratrem* vocat: 3 Reg.9.v. 12. quin 3 Reg.9. & apud Nabatæos, intimus Amicus Regis, & v.12. qui cæteris prudentiâ præest, regis frater dicitur: Strabo. Auctor est Strabo lib.16.

Iam vero quis esset honor iste, quo solebant Romani, sociorum legatos, & amicos, publico iure, hospites excipere, disces ex Valer Max.lib 5. cap.1. vbi illis, quæ de Rege Prusiâ diximus supra ex Liuio: hæc addit. *Obuiam illi Scipionem* Val Max. *quæstorem, Capuam misit: censuitque vt domus ei Romæ, quam optima conduceretur: & copia non solum ipsi, sed etiam comitibus eius, publice præberentur: in eoque excipiendo, tota vrbs vnius humani amici vultum habuit.* Hæc autem non fuisse, erga bene meritum Regem innouata, sed iam in prisco more positum, vt plus minus pro singulorum dignitate, id officij impenderetur, apertè colligis, ex iis quæ statim subdit idem Valerius de Ptolomæo Ægyptio, qui subitus & clandestinus Romam venit. *Id postquam Senatui relatum est, accersito iuuene,* Idem. *quàm potuit accuratâ excusatione vsus est, quod nec quæstorem illi, more maiorum obuiam misisset: nec publico cum hospitio excepisset: eáque non sua negligentia, sed ipsius subito, & clandestino aduentu facta dixit.* Præbebantur autem hi, similesque honores, iis tantum aut Principibus, aut legatis, qui iam familiari consuetudine Romanis noti erãt, & amici, quales tum Simonis tempore, erant Iudæi, quem Iudas scilicet, & Ionathas diu confœderati præcesserant: diuerso enim modo, & aliis ceremoniis, ij qui primum pacem oratum veniebãt, excipiebantur, quod ex Seruio ad lib.7. Æneid. ostendit Alexander Neopol. Gen.2.cap. item 2. Seruius. Vbi etiam plura miscet, de vsu excipiendi quosuis Alexand. legatos siue nouæ, siue antiquæ amicitiæ, tempo- Neopol. re Imperatorum, Romæve, iam potentissimæ, quando nullâ ex parte Orbis, Curia, Senatus, Romanusque populus non adibatur: (nos autem non hoc, sed priscum magis tempus nunc versamus) tunc enim, tot publica impendia, necessario vitata: nam quæ in tantum sufficerent? posset tamen excipere Alexander singulares aliquos casus, in quibus etiam Imperatorum æuo, ingens impendiũ fiebat erga legatos vel amicos principes extraneos

extraneos excipiendos : scimus enim v.g. quæ Nero in excipiendo impenderit Tyridate : de quo Sueton. Suetonius cap. 13.

19. Macch. 7. v. 27. Lib. 2. Machab. 7. vers. 27. *Fili mi, miserere mei, quæ te in vtero nouem mensibus portaui.* Vox est Salomonæ Heroinæ, martyres filios adhortaræ, vltimum tandem, in exempla fratrum commouentis: noto solummodo illius emphasim in τὸ *portaui* : onus enim significat & sarcinam : ne grauaretur Matri moτem gerere, qui pridem eiusdem vterum pondere grauauerat. Arnob. Sic Arnob. lib. 3. fœtum appellauit, *intestini ponderis morositatem* : Apulæius. Apulæius lib. 10. *sarcinam pregnationis*: Prudent. Prudentius Cathem. *alui pondus* : Quint. Quintil. declam. 6. *pondus vteri*: Ouid. Ouid. 2. fast. *tumorem vteri, ponderis indicium*. Lucret. Lucret. lib. 4. dixit prægnantes *pondere ingraue centes*: Cerda. quos fusius omnes dedit Cerda ad illud Tertull. lib. ad vxorem cap. 5. *quæncunque pressuram, persecutionemque liberè perferrent, nulla in vberibus astuante sarcinâ nuptiarum*. Passerat. Propert. Adde ex Passeratio, ad illud Propertij lib. 4. eleg. 1.

Et facerent vteri pondera lenta moram:

Ouid. Ouidium 6. Metam. 3. fast. & lib. 2. Amor. eleg. 3. Ego in alia incidi, quæ iam subdo, non tam necessaria doctis, quam huic scribendi generi non Ouid. importuna. Ouid. 9. Metam.

——— *Maturo pondere ventrem.*

Idem. Et in epistola Hypsipylis.

Nunc etiam peperi, gratare ambobus Iason,
Dulce mihi graue fecerat auctor onus.

Idem. Canace Macareo.

Eamque tumescebant vitiati pondera ventris,
AEgráque furtiuum, membra grauabat onus.

Idem. Vbi plora deinde. Paris Helenæ item.

Matris adhuc vtero, partu remorante tenebar,
Tam grauidus, iusto pondere, venter erat.

Nonn. Ex Græco penu do Nonum Dionys. 7.

Εἰ δὲ μὲν ἀγλαόφορ@ ὑποχθονίοιο γαστήρ.
Si autem me, praclarum pondus habens, terrestris peperit venter :

Idem. Idem. Et lib. 8. γαστέρι φόρτον ἔχουσα: *in ventre pondus habens*. Et lib. 14.

Et cursum nouem circulorum complens Luna,
Pondus leuauit :

Græca habent, φόρτον ἐλαφρίζει. Nil obstitit hæc inseruisse, crescit enim materiæ rationis pondus, ex hoc pondere fastidioso ventris, toties apud Autores buccinato.

20. 2. Macch. 10. v. 5. Lib. 2. Macchab. cap. 10. vers. 5. ita. *Et de ignitis lapidibus igne concepto sacrificia obtulerunt.* Locus est satis perplexus & difficilis, cui tamen bonam Serar. Sanch. lucem impendit Serarius : at Sanchez meo iudicio meliorem, ad hunc lib. cap. 1. vers. 18. vbi *dies ignis* præcipitur celebrandus. Sumo ergo libérer à Sanch. tanquam probabilius, hos lapides esse residuos, ab illis aliis, quos aquâ crassâ olim superfuderat Nehemias, è quibus deinde, missis Nehemiæ precibus diuinitus flamma exarsit, vt habes prædicto cap. 1. v. 31. illud minus probo, tanquam liberius dictum, ex his residuis lapidibus, precibus Macchabæorum & populi clamore ad Deum, iterum flāmam emicuisse : tantum enim prodigium, videbatur expressius enarrandum : neque tantæ Ioseph. Gorion. auctoritatis est Ioseph. Gorionides apud Catholicos, qui, licet cum Sanchez videatur sentire, in re aliunde sic dubia credendus venerit : maximè, quia ille nihil, de residuis à Nehemia lapidibus, sed simpliciter de singulari lapide, qui erat in al-Serar. tari, id affirmet. Serarius expendens Græcum textum, qui habet πυρώσαντες λίθους, καὶ πῦρ ἐκ τούτων λαβόντες, ἀνήνεγκαν θυσίαν. *Cum incenderent lapides, & ex illis ignem sumerent, obtulerunt sacrificium*: Nihilque examinans, qui nam, & vnde fuerint isti lapides, ait tribus modis ignitos fieri potuisse: primo, si egregiè calefierent, sicut ad sudores balneorum fieri solet : ex quibus deinde aridior materia facilius ignes combiberet : secundo, si ita aduersis radiis solaribus collocarentur, vt ex reflexu, flamma excitaretur : tertio, si precibus è cœlo ignem deuocarent : huicque postremo sensui à Gorionide lib. 13. vult allusum : concluditque : *Omnibus hisce modis, hoc vnum quod quærebatur, quadam tenus accedebat, vt sacrificiorum ignis, non omnino communis, & è vulgari loco sumptus esset.* Sed certè ex postremo modo, non *quadamtenus*, sed omnino diuinus ignis haberetur, nec enim aliter Nehemiæ tempore factum est, nisi quod crassa illa aqua è puteo, insuper est iniecta. Duobus autem primis, nec etiam *quadam tenus* sacer, sed omnino vulgaris ignis habendus videtur, licet nouus is quem hodie Paschali Cereo, è silice excutimus, vnde mirum, etiam quartum hunc modum excutiendi ignes à silicibus, non aduocari cæteris, à Serario.

In re coniecturali, facilius est cuiuis Doctiorum dicta improbare, quam addere probanda: trepidam igitur solummodo adducam coniecturam. Puto humanam industriam non à precibus, sed à manibus, incendendis his ignibus addictam, nam miraculum, nullo adhibito indicio, ponere non audeo : ne autem ignis profanus haberetur, satis sub tantâ rerum anxietate videbatur, si ab illis lapidibus semiexustis, quos olim Nehemiæ tempore, cœlestis flamma accendit, excuteretur impresso aliquo ferreo instrumento, & fomento deinde adhibito aridiori, sicut modo solemus à silicibus : vel quod mauellem, non tam impacto ferro, quam mutuo ipsorum lapidum attritu. Affero non tam argumentum, absit, quàm exemplum in re simili. Putabant Ethnici, ignem Iouis diuinum, fulminibus adesse, inde erat vt lapides tacti fulmineo igne sacri haberentur : quandoque igitur, horum lapidum attritu mutuo, ignes sacros captari, quasi intus sacratioris fulminei ignis, reliquias conseruarent, disco ex Nono Nonn. Dionys. 37. vbi de quodam.

Ignem generantes lapides, rustica artis instrumenta
Duxit ex scopulo, & dum signa victoria,
Ex aere decidentia confirmarunt fulmina,
Reliquias diuini ignis duxit vt accenderet focum.

Græca: λείψανα θεσπεσίου πυρός. Deinde addit modum, excutiendi.

Vtriusque iunxit lapidis aspera latera,
Ignem generantis, & tenuem rubentis corymbi
Surculum detrahens gemino miscuit lapidi :
Ferens vero hinc & hinc, & masculo
Fœminam pulsans
Occultum per se editum extraxit lapideum ignem.

Surculus ille hederaceus, fomes erat, igni excipiendo, vtriusque fulminati lapidis collisione, deducto. Quanto ergo piissime prudentiores potuerunt Hebræi, ab illis lapidibus cœlesti incendio olim iam correptis, ignem denuo exceptum, sacrum quodammodo habere : & licet non veras, interpretatiuas saltem, prisci illius reliquias existimare?

Vocantur autem & merito, prædicti isti lapides, à vulgari interprete *igniti*. Sic enim Latini

vocant

vocant quosuis lapides , vnde ignem excutere so-
lemus, licet vt plurimum Græco vocabulo *pyrites*
dicant, quod perinde est : ratio illa , quia fabula-
bantur Iouem Hominum tædio , autea illis sæcu-
la inuidisse , & vt loquitur Virgil.1. Georg. inter
Virgil. alius effectus huius damni.

Atque decussit foliis, ignémque, remouit :

Remouit scilicet (non abstulit) ad ignitos lapi-
des,vnde postea humano labore axcuteretur.Ideo
Idem. addit

Et silicis venis , abstrusum excuderet ignem.

Bene igitur , igniti lapides nostri dicerentur , qui
quasi abstrusum adhuc cœlestem illum ignem
quodammodo retinere videbantur. Vide quæ mul-
ta de vario genere ignitorum lapidum, siue Pyre-
Plinius. tum,habet Plinius lib.36.cap.19. Quid autem sit
Alexand Neapol. illud Alexandri Neapol.lib.4.cap.17. *Lusitani igni-*
tis lapidibus,sacrificales carnes coquunt. Inquiro ad-
Tiraq. huc cum Tiraquello : nisi quod Strabo lib. 3. de
Lusitanis ait , vti *ignitis lapidibus ad calefaciendum.*
Nam hi lapides videntur , non tam de eminenti,
vt Philosophus loquar , quam de formali igne
commendari : aliquid non omnino formalis , sed
Plin. plusquam eminentis ignis , visus tribuere Plinius
citatus , quibusdam pyritum : vbi ita. *Vsus eorum*
in medicina , excalfacere , siccare , discutere , humo-
rem extenuare , & duritias nimias mollire. Sed isti,
minus aptè loco nostro venire videntur , nam ni-
hil in his lapidibus, vel e se , vel aliunde,vt puto,
concepta flammâ, (quod saltem ex Alexandro &
& Strabone verius puto) visum reperiri , quod
non omnino profanum ignis vsum præstaret , si à
Macchabæis crederes admotos: vnde & hunc mo-
dum reiicio sicut similes à Serario , supra non
probauimus.

CAPVT L.

Ex nouo Testamento , pauca.

PERIOCHA.

1. *Lachryma ad funus. Locus D. Ioan. 11. vers. 13.*
2. *Corpus varie vsurpatur. Locus Pauli Rom. 6. vers. 6.*
3. *Musica metaphora, vnde ad rem nuptiarum apta. Locus Pauli 2. Cor. 11. vers. 2.*
4. *Stigmata sacra, excussa diligenter: assumpta ad pulchritudinem. Locus Pauli Galat 6. vers. 17.*
5. *Prafectura successores, quomodo apud Romanos exciperentur. Locus Actor. Apostol. 24. vers. 27.*
6. *Apocalyps. 14 v. 10. vbi miscere merum, simpliciter sumitur , pro infundere. Et cur ita.*
7. *Locusta , & Cicada esibiles. Locus Matth. 3 vers. 4.*
8. *Vestis splendida, & annulus aureus, insignia nobilitatis. Iacob. 2. v. 2.*
9. *Pecunia vel voto assignata , vel profana , ab aliu pecunia seiuncta. Argentei, quibus venditus Christus. Locus Matth. 27. vers. 6.*

IOANNES c.11. à vers. 33. ita de Christo. 1.
IESVS *autem, vt vidit eam plorantem , &* Ioan. 11. v. 33.
Iudaos qui venerant cum ea plorantes : infre-
muit spiritu, & turbauit se ipsum : & dixit : vbi posui-
stis eum? dicunt ei: Domine veni, & vide : & lachry-
matus est IESVS *, dixeruntque Iudai : ecce quomodo*
amabat eum. Duplex erat plangendi ritus, erga de-
functos suos,apud Iudæos,alter solennis,licet abs-
que præsentibus singulorum lachrymis fieret , &
penè ab exequiis non distinctus : qualem capio il-
lum Iudith cap.16.v.28. *Luxitque illam omnis popu-* Iudith. 16. v. 28
lus diebus septem & 1.Reg.25.v.1. Samuel : *Et con-* 1. Reg 25. v. 1.
gregatus est vniuersus Israël, & planxerunt eum Et in
Actis Apostol.8.v.2.de Stephano:& sæpe alibi: vbi Act. 8. v. 2.
non est opus fusas singulorum lachrymas intelli-
gas. Alter priuatus & tenerior, quo in Amoris si-
gnum , vere lachrymæ mittebantur : de quo præ-
sens locus: & paulo ante de Maria dicitur vers.31.
Vadit ad monumentum,vt ploret ibi. Quasi in more Ioan. 1. v. 31.
esset veras lachrymas sepulchro exhibere. Sic ca-
pio illud 2.Reg.3.v.32. *Cumque sepelissent Abner in* 2. Reg. 3. v. 32.
Hebron,leuauit Rex Dauid vocem suam,& fleuit super
tumulum Abner : fleuit autem,& omnis populus. Qui
mos etiam gentibus vsurpatus: vnde & lachrymæ,
inter inferias : etiam Cenotaphiis , (vt alibi con-
tra nescio quos Criticos probaui) dari solitæ. Vi-
de Interpretes Statij ad illud lib.2.Silu. Statius.

At Domini fletus , hos tantum hausere fauilla,
Hos bibit ipse rogus.

Et lib.3. Idem.

Semper & Assyrios felix bibat vrna liquores,
Et lachrymas.

Multa Cerda ad illud Virgil.11.vers.191.nota 11. Cerda.
Spargitur & tellus lachrymis. Ergo æterna Christi Virgil.
sapientia , in rebus quandoque grauioribus absti-
nens à lachrymis:in hoc loco,vt se hominem pro-
baret : mori & amori gentis suæ , putauit indul-
gendum.

Paulus Rom.6.v.6.dixit: *vt destruatur corpus pec-* 2.
cati. sto Origeni, Chrysostomo, aliisque Patribus Rom 6. v. 6.
(quos hic affert,& sequitur noster Iustinian.) asse- Origen.
rentibus *corpus peccati*,in hoc loco intelligi,totam Chrysost. P. Iustin.
omnium peccantium congeriem,quod quia Chri-
sto morienti , vt ipse Paulus scribit Ephes. 3. v.6. Eph 3. v. 6.
concorporatum erat:cum illo pariter fuit crucifi-
xum, vt penitus destrueretur. Solum restat inqui-
rendum , an hæc metaphora , sapiat translationis
virtutem:an potius neruosè magis,quàm pulchrè,
à Paulo excogitata ? & quidem si translationum
virtus,ab vsu classicorum Auctorum est probāda:
hanc ego (quam deinde Patres omnes Catholici,
vsurpant teuetenter) non solum prudentissimam,
vtpore diuinam,sed etiam, (quidquid gāniant hæ-
retici grammatici)pulcherrimam existimo.Amian. Amian.
Marcel.lib.51.circa finem. *Rhodanus spumans,Gal-* Marcel.
lico mari concorporatur,per patulum sinum. Et lib.19. Idem.
Inflabant itidem has malorum ciuilium buccinas , Po-
tentes in Regiâ, vt damnatorum petita bona, suis ac-
corporarent. Capitolin. in Maximinis, ita. *Occiso* Capitol.
Alexandro,Maximinus è corpore militari,& nondum
Senator,sine decreto Senatus, Augustus ab exercitu ap-
pellatur. Dedit hos Cerda ad illud Tertull.in Apol. Cerda.
c.26. *Videto igitur,ne illa regna dispenset,cuius est &* Tertull.
orbis,qui regnatur:ne ille vices dominationum ipsis tem-
poribus in saculo ordinarit,qui ante omne tempus fuit:&
saculum,corpus temporum fecit. Plutarch.in leg.con- Plutarch.
nub.n.35. *Corpora Philosophi dicunt,alia ex discretis*
constare,

constare, vt classem & exercitum : alia ex coniunctis, vt domum,& nauim : quæ iam vnita esse,atque ingenita,vt singula animalia Quod idem,ferè eodem te-
Senec. Virgil. Cæsar. Rom 7. v 24. nore habet Seneca:& ex Virgil.1.Æn.& Cæsare 3. de Bel. Gal. probare poteris. Pulcherrime igitur, Apostolus locutus:vnde infra c.7.v.24.cum sentiret rebellantia membra rationi,*corpus mortis* dixit: quasi hæc omnia membra, (quamuis separato lenocinio, & lenocinanti varia titillatione) vnum corpus efficerent, vnum exercitum, morti, id est, peccato promouendo.

3. 2.Cor. 11. v.2. Paulus 2.Corinth.11.v.2.ita ad illos : *Despondi enim vos,vni viro, virginem castam exhibere Christo.* Vbi se Auspicem,& Paranymphum exhibet Apostolus : Horum autem muneris erat etiam, manus
Treb. Pol. Marini nuptæque coniungere. Trebell. Pollio in Galienis : *Cum fratrum suorum filios iungeret,& omnes Poetæ Græci Latinique epithalamia dicerent : cum*
Vatabl. *ille manus sponsorum teneret*, &c. Ideo Vatablus legit:*adiunxi enim*:quod ferè idem est, in Græco,vbi legis : ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς. Propterea inter alios D.
D Prosp. Aquit. Prosper.Aquitan. de Promiss.Dei c.15.p.2.de peccatrice per pœnitentiam conuersâ locutus, ait: *Quam Pronubus in se Paulus, casto spiritualique connubio,componit dicens : aptaui enim vos vni viro*,&c. sæpe ad Pronubos, & non raro ad pronubas id spectabat.Tantum in verbo hoc *aptaui*,quo vtitur S. Doctor, & multo clarius in verbo ἡρμοσάμην, quod Græce habet Paulus,latere aliquid non spernendum puto : nam ἁρμόζω proprium est musicorum,ad rythmum, numerosque harmonicos,cuncta adaptantium : licet enim harmonia,de quauis re, tamen præcipuè dicitur de Musicâ. Ergo dum Apostolus ait ex Græco, *harmonizaui enim vos* dixit : id visus significare,cupere se nimirum, super omnia illam Ecclesiã Christo aptari : vt quasi sub harmonico concentu, nihil discrepante,sacratum hoc connubium cohæreret.Neque hæc similitudo aliena, quin potius præ omnibus,quæ ad conformitatem coniugum afferri solent, excellentior, ni fallor : inde enim erat, vt olim apud somniorum coniectores,nuptiarum tempore somnia captantibus,*lyra* faustissimi ominis haberetur:de quo mul-
Artemid. Pier. Val. ta Interpretes Artemidori. Allusit Pierius Valer. lib.47.c.6.*Illud ex Onirocritarum disciplinâ deprompsimus : vt si quis nuptiarum tempore, Lyram,per somnium videre, imaginatus fuerit : concordiam id, inter maritum & vxorem,futurum significare.* Ideo ni fallor Græcè ἁρμόζειν τὸν γάμον : *harmonizare nuptias*, non solum pulchrè, sed emphaticè dicitur : nihil enim in nuptiis ardentius exoptatur; quam ista
Anthol quasi musica symphonia:ideo in Floril. de coniugio infælici.

Οὕτως οὐδέποτε ἐστὶ γυνὴ σύμφωνα ἀνδρί.
Sic nunquam est fœmina symphona marito.

Id est,*marito consona.* Similia passim leges.

4. Gal.6.v.17. Apostolus ad Galat.c.6.v.17.ita.*Ego enim stigmata Domini* IESV *in corpore meo porto.* Solebant Ethnici,in obsequium Deorum suorum, stigmata inusto ferro,corporibus imprimere,vnde se numi-
Prudent. ni deuotos, & sacratos existimabant : vnde Prudentius περὶ στεφ. hymno 10.

Quamcunque partem corporis, feruent nota
Stigmarit, hanc sic consecratam prædicant.

Multa vbique vtriusque paginæ Doctores : sic ex-
Leuit.16. v 28. plicandum videtur illud Leuit 19. v.28. *Neque figuras aliquas aut stigmata facietis vobis ego Dominus.*
D.Greg. Nazianz. Et fortassè, has vocauit D.Greg. Nazianz.orat.1. contra Iulianum,*mysticas vitiones*.Noto etiam Assyrios Hebræis vicinos,huic superstitioni apprimè dediros:Lucianus in Dea Syria,de miseris eiusdem cultoribus,ita στίζονται δὲ πάντες, οἱ μὲν ἐς καρπούς, Lucian.
οἱ δὲ ἐς αὐχένας : καὶ ἀπὸ τοῦδε, ἅπαντες Ἀσσύριοι στίγματα φορέουσι. *Habent notas inustas alij in volis: alij in ceruicibus : vnde fit, vt omnes Assyrij stigmata gerant.*Quid ni ergo Hebræis,merito cauenda vicina superstitio præciperetur?Ex dictis,non ineprè fortasse putaret aliquis, prædictum locum Pauli explicandum, ac si ex hac impiâ consecrationis formâ,piissimam consecrationi suæ similitudinem vsurparet : dixerat supra à v.13.*Volunt vos circum-* Gal.6.v.13.
cidi, vt in carne vestra glorientur : mihi autem absit gloriari,nisi in Cruce,&c.tunc vero, totius contextus sensus erit : non vt legis obseruatores sitis, (quippe quam nec ipsi obseruant Iudæi vobis circuncitionem insusurrant:sed vt hac ratione inaniter se iactent vos ab illis legi Mosaycæ initiati: sicque vulnus carnis vestræ,sibi sumant ad pompam vanæ gloriæ. Mihi autem tota gloria è Cruce manat:neque quod circuncisionis: sed quod Crucis notâ insignior, incedo gloriosus : Crucifixi enim stigmata mihi quodammodo impressa, plus longè, re ipsâ, conferunt ad sacrationem & cultum, quam,vanâ spe delusis Ethnicis,furæ illæ notæ inustæ : Iudæisque tam sacrilegis,temere adhuc religiosa præsumpta, circuncisio.

Communis tamen explicatio, vocare se Apostolum seruum stygmatiam,vult : vide Interpretes cum Caiet.tantum noto,videri id probari ex eodẽ Caietan.
Paulo 1.Cor.9. vbi ait : *Castigo corpus meum & in* 1.Cor 9.
seruitutem redigo : quæ autem seruitus abiectior, quam stigmatiarum ? cum enim vt benè habet Claudian. lib.1. in Eutrop. Fortunam increpans, Claudian.
quod seruum hominem, euexerit in Consulem :

Si tibi seruili, placuit fœdare curules
Crimine, procedat laxata compede Consul,
Rupta, quirinales, fumant ergastula cinctus,
Des saltem quemcunque virum, discrimina quedã,
Sunt famulis,splendorque suus.

Cum inquam varia sint genera seruorum. discrimina diuersa,alia aliis viliora:omnium est vilissimum stigmatiarum, vt multis probat Fab.Semest. P. Fab.
2.c.12.Alex.Neap.lib.3.c.20. & Tiraq. ibi:quæ ea- Alex.Neap.
dem cum aliis affert Lypsius.elect.2.c.15.& omni- Tiraq. Lyps.
bus prior Cælius Rhod.lib.8.c.vlt & lib.15.c.24. Cæl. Rhod.
qui eodem lib.c.27. docet solitos Athenienses, in summam pœnam, stigmata Samiorum frontibus inurere : ideo Alexand.Neap.lib.2.c 22.affert illud Alexand. Neapol.
Vitruu. lib.2.c.8. *Artemisiam deuictâ Rhodo, eo§ hoc* Vitruu.
*loco duas statuisse imagines aneas,vnam Rhodia ciuitatis, alteram suam, illi stigmata inurentem, pro æternâ memoriâ dedecoris, ignominiaque conceptâ : proditum memoria est.*Inde Valer. Maximus lib.6. c.8. vocat Val.Max.
seruum stigmatiam siue litteratum*inexpiabili litterarum notâ,per summam oris contumeliam,inustum.* Vnde me iudice,emphasis verborum Pauli erui videtur,qui vt asperrimam seruitutem, qua corpus ab spiritu tenebatur explicaret; vilissimum illud, stigmaticum scilicet mancipium appellauit : subhoc tamen ni fallor ab aliis mancipiis litteratis discrimine; quod serui profani notas suas erubescebant : vnde mille artibus stigmata aut abolere, aut tegere studebant, de quo vulgarissimum & salsum habes Epigramma apud Martialem : addo & Diphilum apud Athen.lib.6.c.2.de proteruo quo- Diph.
dam piscium venditore :

Excedit hic quidam proterui terminum,
Qui nutrit, (vt refert) sacram comam Deo:
Haud propter hoc tamen, quod ipsam stigmate
Signatus est frontem,educat velamen id.

Fingebat

Fingebat nimirum, prolixiorem comam Diis ſacrandam nutrire, quam proinde velaturam fortis ſtigma demittebat. At Paulus Crucis ſtigmata iactabat, déque illis ob Chriſtum gloriabatur. Sic Thracum fœminæ aliquãdo pet ignominiam ſtigmatizatæ, poſtea variis adhibitis notis corpus denuo inuſſerut, inſtar Ethiopũ de quibus ſup.c. dixi, Athen. n.5.ad finẽ: teſtor Athen.lib.12.c.8.de Scythis victoribus has fœminas ſtigmatizantibus, deque harum induſtriã. *Scythæ Thracum mulieres, eorũ qui ad Occidentem, Septentrionẽque incolunt, ac finitimi ſnut, ſtylis diſtringebant, ac variabant, picturamque imprimebant. Quamobrem Thracum mulieres iniuriâ affecta, multis annis poſtea propriam iniuriam abolentes, reliquam corporis partem picturâ variegarunt: ita vt iniuria pudoriſque impreſſa nota, in varietatem conuerſa, ornamenti nomine vituperationem, ignominiamque abolerei.* Sic Paulus de notis ſuis, tanquã in ornamentum verſis, viſus gloriari. Adde, non ineptè ad contextum: ſulitos Hebræos aliquos gentilizantes, vt circuncifionis notam, quaſi iam ſibi infamẽ, & riduculam Ethnicis, abolerent: varia medicorum arte, præputium attrahere & ſupplere: de quo multa Serar. Ioſeph. Steph. Serarius, plura Ioſephus Stephanus ad illud Macchab.1.c.1. v.16. *fecerunt ſibi Præputia*: quod (vt id obiter nutem) tunc factum arbitror, ne, vt ex contextu infero, athletæ nudi, in gymnaſio, verpi à gẽtilibus riderentur: ſed & ſimpliciter ob alias cauſas: nam & conuerſi ad Chriſtum, quaſi Moyſis ſignum dedignantes, præputium attrahebant, de 1 Cor. 7. v.18. quo nuſter Iuſtinianus ad illud eiuſdem Pauli: *Circumciſus aliquis vocatus eſt? non adducat præputium. in præputio aliquis vocatus eſt? non circũcidatur.* 1.Cor 7. verſ.18. uptimè ergo Paulus Crucis ſignum, & ſtigmata Crucis Circuncifioni præponens ſtigmata ſua oſtentat: hæc enim aliquibus ignominioſa viſa aboleri curatur; ſtigmata vero Chriſti glorioſiora ille iactabat nullibi abolẽda. Neque hoc modo illuſtrata priſca explicatio, primæ illi quã adhibui, videtur contraire: nam Ethnici, qui ſe in Deorum cultum ſtigmarizabant, id etiã videbantur cuPhil.Iud. rare, vt Deorum ſuorum mancipia ſtigmatica religioſè viderentur. Phil.Iud.lib.1.de Monarch. *Nec deſunt tamen quidam, prolapſi eo inſania, vt ne receptũ quidem, ad pœnitentiam, ſibi reliquum faciãt, ad cultum ſimulachrorum præcipites, confirmantes eam ſeruitutem, litteris non in chartulâ ſcriptis, vt mos eſt mãcipiorum, ſed inuſtis in corpore ferro ignito, ne deleri queant.* Id obiter venturis ſæculis pietatis exemplum non inuidebo. Pater Simon Rodericus Luſitanus è primis decem ſociis Patriarchæ noſtri, iam moriturus, fratrem Antonium Miſte, qui ægro aſſiſtebat: ſibi aduocatum monuit: ne ſupernaturali prodigio daret, ſi in defuncti pectore impreſſum ſignum Crucis inueniret: nam omnes prædicti Ignatij Socios, cõuerſionis ſuæ initio, ſacrum ſibi ſtigma impreſſiſſe notum fieri volebat. Credo, vt inſtar Pauli, ſtigmatici Chriſti ſerui haberentur. Audiui rem, vt ſcripſi, à grauiſſimo viro P. Michaële Orenna, nuper huius Caſtellanæ Prouinciæ defuncto Pruuinciali: qui ab eiuſdem Antonij ure hominis piiſſimi, Anſelm. acceptam conſeruabat.

Tandem ſi cum D. Anſelmo, locum Pauli explices de ſtigmatibus, quæ militibus imprimebantur, quaſi ſe Chriſti militem teſtetur Paulus: vide quas Cant 8.v.6. ſcripſi fortaſsè non omnino pœnitendas paginas, ad c.Cant.8. v.6. nec habui quid vltra addendum, putarem neceſſarium.

5. Act.24. v.17. In Actis Apoſtol.c.24.v.27.ita D.Lucas. *Biennio autem expleto accepit ſucceſſorem Fælix Portium Feſtum.* Erat Fælix id temporis Cæſareæ Præſes vt conſtat ex toto præſenti capite: eóque primum appulit Feſtus: qui poſt triduum, Hieroſolymam, Pro- Act.25.v.1. uinciæ ſibi delaræ caput, viſurus adiit, vt additur c.25.v.1.è qua poſt 18.dies, rediit Cæſaream, vnde iam Fælix Romam diſceſſerat. Accepit ergo Fælix, ſucceſſorem ſuum Feſtum, cum quo per triduum egit: idque ex lege Corneliã, vt ſucceſſor accipiendus, ad triginta dies, ſi opus eſſet, à præceſſore expectaretur, iubente. Idqoe factũ, ne Prouincia abſque Præſide, forte tumultuaret, ni fallor: vrque Tull. præceſſor, ſucceſſorem de rebus publicis, redderet certiorẽ, traditis inſuper tabulis pecuniarum. Tull. lib.3. Famil. epiſt.6. *Non modo ibi non fuiſti, vbi me quam primum videre poſſes, ſed eo diſceſſiſti, quo ego te ne perſequi quidẽ poſſem triginta diebus: qui tibi ad de-* Sueton. *cedendũ lege, vt opinor, Corneliâ, conſtituti eſſent* Hinc illud culpæ datum Cæſari, apud Sueton.cap.18.in eius vitã. *Pacatâ Prouincia, non expectato ſucceſſore, ad triumphum ſimul, conſulatumque deceſſit.* Erat vero ſucceſſoris officioſa gratia, erga Præceſſorem, eo loci in Prouinciâ appellere, vbi Præceſſor eſſet, ne Tull. iſte cogeretur in inſtituendo, in aliam ciuitatẽ, qua prædictus ſucceſſot ſubſiſteret, commigrare. Tull. citata epiſt.ad initium. *Ego Brunduſij quæſiui ex Phania, &c. quam in partem Prouinciæ, maxime putares te velle, vt in ſuccedendo, primum venirem: cum ille reſpondiſſet, nihil me tibi gratius facere poſſe, quam ſi ad Sidam nauigaſſem; & ſi minus dignitatis ille aduentus, & ad multas res mihi minus erat aptus. tamẽ me ita dixi eſſe facturũ.* Ideo ergo Feſtus, quãuis plus dignitatis habiturus, ſi Hieroſolymitano applauſu, ad primũ Prouinciæ appulſum exciperetur: maluit Cæſaream venire: ne Fælix relictâ Cæſarea, ſucceſſorem ad Hieroſolymam ſubſequi cogeretur: hoc Idem. enim neceſſariũ fore, ex tota prædictâ epiſtolâ colligeretur apertiſſimè: vnde additur. *De tuo in me animo, inquis, ſecus exiſtimandi, videris nonnihil loci dediſſe: id ſi correxeris, mihi valde gratum erit: & vt habere rationem poſſis, quo loco me, ſaluâ lege Corneliâ,* Idem. *conuenias.* Vnde aut priuato iuri, aut certæ iniuriæ dandum, quod ibidem annotatur: *Te in primâ Prouinciâ velle eſſe, vt quam primum decederes, quin, niſi* Idem. *ego ſucceſſor eſſem, quem te cuperc videre, antea quàm tibi ſucceſſum eſſet, deceſſurum fuiſſe.* Quod autem de tabulis pecuniarum dixi, conſtat ex eodem Tullio Fam.5.epiſt.20.quod ex Iulia lege factum affirmat ibi Cicero: quæ rabulæ vel ſaltem illarum copiæ, poſtea ad Romanos Quæſtures delatas inde, ſcimus aliunde. Itaque in ſacro noſtro loco, *Accepit ſucceſſorem*, &c. non ſolum ſignificat, Fælix functus officio, habuit ſucceſſorem: vt hucuſque, Interpretes quos viderim, videntur exiſtimaſſe: ſed propriè, excepit, inſtituit, & rationes depoſuit apud illum. Mutuo igitur functi munere ſuo Fælix, Feſtuſque: hic comis adiicit Cæſareã: ille obligatus ſubſtitit, negotiis ſuggerendis: inter quæ illud Pauli, de quo hîc agitur. Quod autem additur: *volens gratiam præſtare Iudæis, Felix, reliquit Paulum vinctum.* mouit alicui dubium, cur gratiam iam diſceſſurus ab his captaret? reſpondi, viſum mihi præ aliis, voluiſſe allicere ſibi animos Iudæorum, ne de cæteris forte acceptis iniuriis, & extortis rapinis, perperamque geſto magiſtratu, illum inſecuti, Romæ apud Cæſarem & Senatum incuſarent: ſic enim vſu veniebar, vt læſi Prouinciales, Romam venirent, & perperam officio functum Præſidem Prætorem, Conſulem, accuſarent. res notiſſima.

6. Apocal.14.v.10. ſic ſcribitur. *Hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum eſt mero, in calice iræ ipſius.* Vbi Apoc.14. v.10.

P.Alcaſ.

P. Alcaf. ita habet. *In hac locutione manifesto apparet, certum omnino esse, quod a nonnullis obseruatum est, videlicet,* miscere, *plerunque non esse idem quod vinum aquâ temperare: sed vinum, quamuis sit merum, in poculum infundere. Vt Psalm. 97. v. 9 Calix in manu domini, vini meri, plenus mixto.* An vero apud Hebræos phrasis in vsu, dubium mihi ingerit
Paraphr. Chald. Chaldæus Paraphrastes, qui locum Psalmi explicans, accipit calicem plenum mero vino, sed tamen sub mixturâ amaritudinis: vt merum tantum dicatur, per ordinem ad aquam denegatam. Cui
Geneb. deinde adhæret doctissimus Genebrard. De Græcis & Latinis, sto Alcasari. Ergo præter illa, quibus iam alij hanc Phrasim passim illustrant, adhibeo quædam, ni fallor minus trita, ex Athenæo
Athen. dipnos. 10. cap. 11. vbi ita ex vetustissimis Auctoribus. *Mihi igitur meracius misceas ô puer, &c. sed de Meraciore primo mihi erit sermo. Antiphanes in Melaniene. Hunc ego indico post primum sanitatis bibere, meraciore vtentem Pincernâ. At in Lampone. O gratus lapis, misceto meracius: Ephippus in Ephebo. Phialãque dedit miscens purius.* In quibus locis τὸ meracius, & purius, quod mixtũ dicitur: simpliciter pro mero & puro dici, sic confirmat. *Quidam, Homericum illud: miscent purius: non purum, significare inquiunt; sed calidum a vitali, & feruore: præsentibus tamen sodalibus absurdum est profectò, nuper à principio, craterem misceri.* Vnde benè infert, purius, pro puro, poni. Tunc sic concludit. *Alij meracius, velut dexterius, pro dextero.* Quod tandem ad finem capitis, similibus exemplis confirmat. Ratio illa: quia cum in conuiuiis, mixtum reapse, vt plurimum infunderetur, etiam dum merum porrigebatur, misceri dicitur, pro infundi. Sic Romani, quia prius, passim fictilibus vtebantur: postea etiam aurea, argenteáque vasa, à prisco vocabulo, fictilia appellabant, quod alibi ex eodem probaui Athenæo. Sed in alium eiusdem locum lib. 5. cap. 5. & quod magis mitere, non loquitur de Romanis, sed de
Idem. Pompa Philadelphi Ægyptij. *Post quos alij pueri fictilia gestabant, ad rerum dulcium vsum: quorum viginti erant aurea, quadraginta argentea: & trecenta: innitta, variis coloribus picta.* Ex hoc vsu, Hispani, Aurificem vocamus: *Platero de oro*: & vice versa Lusitani, Argentificem dicimus: *Ourines de prata.* Sic quia olim Quindecim viri curabant apud Romanos, Sybillina volumina: tamen cum postea numerus cresceret in plures, semper quindecim vi-
Seru. ri, appellati sunt: quod Seruius ad Æn. 6. annotauit. Dedi plura cap. 34. num. 1.

7. Matth. 3. v. 4. Leuit. 11. v. 22. Matthæus cap. 3. v. 4. ita de Baptista. *Esca eius erat locusta, & mel siluestre.* Habebantur locustæ inter cibos mundos Leuit. 11. v. 22. *Locusta singula iuxta genus suum* Nouum hoc aliquibus visum, sed immeritò: certè cum aliis, etiam gustus cum tempore variatur. Inter locustarum genera, vt id saltem notem, cicadæ numerantur, sed & has esibiles etiam
Athen. Idem. apud Græcos, disco ex Athen. lib. 4. c. 2. *Fæniculum, lentes, cicadæ assata, laserpitium.* Et c. 3. affert illud ex
Aristoph. Aristophane. *Vescebantur Cicadis præterea, venarum aperiendarum gratiâ: hinc Aristophanes Managyro.*

Gaudes cicadas, per Deos, vesci: capis,
Tenuique, Cercopas per arua, arundine.

Athen. Alexis. Et lib. 9 c. 3. memorat inter edulia: *Oliuas, intestina, hirundinem, cicadas.* Alexis item apud eundem, lib. 2. c. 13. *Pyrus silnestris, & cicada, bulbus, carica.*

8. Iacob. 2. v. 2. Ad illud Iacobi in epist. cap. 2. v. 2. *Etenim si introierit in conuentum vestrum, vir aureum annulum habens, in veste candida.* Et de quo nobilitatis insigni, iam multi multa, addo pauca forte non inu-

tilia ex Græcis. Aristophanes in Pluto, vbi quidam. Aristoph.

Ἐπεὶ πόθεν θοιμάτιον εἴληφας τόδε,
Ἐχθὲς δ' ἔχοντ' εἶδόν σ' ἐγὼ τριβώνιον.
Et vnde tam mirum pallium, habuisti,
Nuper enim, te vidi, trito alio indutum!

Et respondet iste.

Οὐδὲν προτιμῶ σου· φορῶ γὰρ πριάμενος,
Τὸν δακτύλιον τονδί.
Nihili te pendo, gero enim etiam, quem emi,
Annulum istum.

Itaque ex veste & annulo, fastus & arrogantia Lucian.
elucebat. Lucianus in Nigrino, de illustribus. Καὶ τὰς πορφυρίδας προφαίνοντες, καὶ τοὺς δακτυλίους προτείνοντες. Quæ verba licet aliter capi possent, sic tamen vertit Erasmus. *Qui & purpuras suas expectandas exhibent, & digitorum annulos ostentant.* 9.

Matthæus cap. 27. vers. 6. ita de argenteis illis, Matth. 27. v. 6.
quos Iudas reddidit. *Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis dixerunt: non licet eos mittere in Corbonam, quia pretium sanguinis est* Ride superstitiosum scrupulum, & sacrilegam horum stultitiam, plus gazophylacio deferũt, quam Deo: hunc crucifigere, non formidant: & illud, vel per somnia abstinent temerare. Similem superstitionem Alexand. Neapol.
obseruo apud Ethnicos, de quibus Alexander Neapol. lib. 3. cap. 22. *Ex incerta quoque pecuniâ quæ non extaret, votum concipi posse, animaduersum est: si tamen semel votum emissum foret, illud denuo irritum facere, non licebat: quod si incerta pecunia fuisset* (lego, certa) *pro qua votum conciperetur, eáque bello vsui non esset; illam reponere, nec cum aliâ misceri, oportebat: quod nisi factum esset, votum non ritè missum, nec religione, vouentem exsolui putarunt.* Itaque ex aliarum pecuniarum mixturâ, deuotam hanc pecuniam profanari credebant: sicut hic Iudæi, cæteras Corbonæ pecunias, prædictis argen- Oleast.
teis, putabant profanandas. Hieronymus Oleaster ad cap. 45. Gen. vers. 22. de his argenteis, ita habet. *Ostenditur hodie Parisiis, in æde D. Ioannis ad Lateranum, vnus ex iis, quos Iudas ad templum reiecit: ex altera parte habens hominis effigiem aduersam, & integram, ex altera flosculum, nullo indice.* Coniectabam an essent ex illis, quos Florus sibi cussit, inde floribus, inde humana effigie excussis: vide Cerda. Virgil.
Cerdam ad illud Virg. Ecl.

Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores!

Numos enim Romanos, apud Iudæos tunc in vsu Euangelium testatur. Sed hæ Flori monetæ, non vnum, sed plures flores exhibent, idque sub scriptionis indice.

CAPVT LI.

De optimo genere scribendi.

PERIOCHA.

§. I.

Scriptori sacro adsit virtus, Peritia, sordidi quæstus immunitas, vulgi despectus.

§. 2.

Libros, optimos potius edere, curet, quàm ingentes: aliena importune non coaceruet: sed curet aliquid denuo laborare.

§. III.

In ſcientiâ diuinâ, ſemper nouum aliquid ſupereſt inquirendum: nouitas Caietani damnata. Nil (licet vltra Patres, pium aliquid addi poſſit) contra Patres, ſanctum.

§. IV.

Vlterius de reuerentiâ erga ſanctos Patres. Græcorum verſio, quomodo probanda: & quid, vt rectè prodeat, curandam.

§. V.

Criſis in corrigendis Auctoribus: & in illorum libris aſſignandis. Auctor ſuſpectus, non laudandus. Citanda diligenter examinentur.

§. VI.

Fugienda, ab Eruditionis fructibus, arrogantia: item in ſupprimendis Auctoribus, diſſimulatio. Non trahendi obtorto collo, Patres: ne dum ſacræ Scripturæ ſenſus contorquendus.

§. VII.

Sacri Textus obſcuritas, quî ſoleat declarari. Senſus, ſi adhuc obſcurior, fuſius proſequendus. Verborum ſeries ſeruanda, non tamen in Parabolis, & Figuris. Hiſtorici, Myſticique ſenſus collatio, vſus, Abuſus.

§. VIII.

Vni eidémque, ſacræ Scripturæ, voci, non vt libet, ſed vt licet, contrarij, ſenſus poterunt aſsignari. Fabularum vſum, & vulgi locutiones, quomodo admiſerit Scriptura. Prudentis ſcriptoris, & ſcioli diſcrimen multiplex.

§. IX.

Profana litteratura, ſacræ litteraturæ adminiſtrans: illius vſus firmanda litteræ ſacræ, ſiue formandis Moribus, qui futurus, & quantus.

§. X.

Auctorum lapſus, non ad infamiam traducendi. Communem, contra vitia, doctrinam, nullus, quaſi in ſe vnum, directam interpretetur. Durus illorum Genius qui ſolos defectus colligunt è libris: quique contentioſo ſtudio perturbant omnia.

§. XI.

Quàm cautè ſcriptoris error, ſub expreſſo nomine deſpiciendus: cuius potius laudes fuerint euulgandæ. Apologiarum tenor periculoſus: quid, in illarum vſu, obſeruandum. Quomodo ſcriptores, Cenſoréſque ...rem debeant conuenire.

§. XII.

Res, non verba ſectanda: non tamen propterea barbarè ſcribendum, & elegantia vtilis deſerenda. Styli obſcuritas vitanda. Aliud eſt rem eſſe ex ſe obſcuram: aliud obſcurè dici ab ſcriptore: cuius rei priuatum adducitur exemplum.

§. XIII.

Stylus ſponte quaſi natiuus fluat, pro ſubiectâ materiâ variatus. vtilitas, præferenda eſt Elegantiæ. Stylus cothurnatus, quando vitioſus. Orationis floridæ quis vſus, & quomodo temperandus. Scriptoris Mores ab ſtylo arguuntur.

§. XIV.

Index, pro Concionibus pangendis, an adhibendus. Quid de imperitis aliquibus Concionatoribus ſentiant Doctores.

DABO mi Lector in iſto capite, quidquid ex Sanctorum Patrum, & Catholicorum Doctorum aſſiduâ lectione obſeruaui, vnde optimum ſcribendi genus deducatur: formo non meis coloribus, ſed illorum ductibus ſacrum Scriptorem, qui cupiat non liberâ proteruiâ, ſed libertate piâ, ſcriptutienti ſæculo deſeruire: qui non effrænes curſus ex ſuperbiâ, ſed illos non impeditos, ex alicuius potius reuerentiâ, quàm ex veritatis amore, ſolicitarit. Prudenter enim Gerſon Cancel. Pariſienſ. in epiſtol. ad Fratrem Bartholom. Chartuſian. ita. *Amicus Plato, Amicus Socrates, magis amica veritas: peruertit enim affectio nimia ad Doctorem aliquem, vel doctrinam, iudicium non ſolum practicum, quod ſæpiſſime contingit, ſed etiam ſpeculatiuum, quod minus videretur. Quaſi vero, more Pythagoricorum, non liceat aliud interrogare, quam ſi Magiſter hoc dixerit. Tollenda eſt igitur è medio ſicut odioſa concertatio, & inſectatio inuidioſa: ſic pertinax & animoſa, huius vel illius doctrinæ defenſatio.* Sola ergo Diuini verbi veritas Romanæ Eccleſiæ iudicio explicata, communique Sanctorum Patrum calculo confirmata: mordicus, & ad ſanguinem vſque defendenda, vtpote in quâ, nihil niſi certiſſimum eſſe poteſt. Cæteri Doctores, quandoque è Patribus nonnullis, vtpote homines, priuatum aliquid immiſcent: cuius contrarium apud alios, longè probabilius aſſeritur: ſola ergo pertinacia relicto vero, improbabile illud, nec raro falſum, ex cæco amore doctrinæ defenſaret. Inde Oleaſter in additionibus ad cap. 1. Geneſ. ita. *Dico etiam, illud creſcite & multiplicamini, non eſſe præceptum, quod S. Thomas præceptum eſſe affirmat. Non iurauimus in verba Magiſtri, & ſecuti ſumus Ioannem Cocleum: vt eo mucrone Lutheranos configerimus: & ſubiecta ratio, id apertè probare videtur.* Non diſcutio nunc, vtra ſententia ſit verior: ſolum obſeruo, non detentum Dominicanum ſcriptorem merâ reuerẽtiâ Magni Thomæ, ne id quod verius putabat, tueretur. Et ſtatim iterum. Super illud: *Omne quod vocauit Adã, hoc eſt nomen eius: teneo Adam non fuiſſe ſapientiſſimum: cum S. Thom. 1. part. oppoſitum teneat cum multis aliis Theologis, &c. iam diximus*

Gerſon. | Oleaſt. | Idem.

que-

diximus nos in verba non iurasse D. Thomæ. Quisquis ergo non ex priuato alicuius Doctrinæ affectu, sed ex veritatis amore scripturit, non pœnitendam fortasse ex hoc capite institutionem comparabit.

§. I.

Scriptori sacro adsit virtus, Peritia, sordidi quæstus immunitas, vulgi despectus.

1. PRima scriptoris sacri virtus, illa esto, quæ iam per excellentiam, virtutis sibi symbolum, prætulit, titulum præfixit, mundiries scilicet cordis, nitela conscientiæ: hinc incudus labor, hinc calamus temperandus, ni tibi potius scripseris, quã Ecclesiæ: frustra alios cõpturus prodeas, incõptus ipse. Bene Ruffin. Aqui. Ruff. Aq. lib. 1. de Ben. Patriarch expẽdẽs cur Christi dẽtes, à candore præcipuè cõmendatur. *Aptissime etiã, candidos eius dentes dicit: omnes enim, qui perfecti sunt, & scripturarum cibos, dignis & competentibus interpretationibus explanantes: subtilem & minutũ intellectũ, qui spiritualis dicitur, Ecclesiæ corpori subministrant: candidi debent esse, & puri, atque ab omni macula liberi: ne forte dicatur eis, qui alios doces, te ipsum nõ doces.* Huc Patres omnes, huc passim diuina oracula conspirant: ideo putidum, in tantã rei notitiã, congerere testimonia. Ab hoc sole, tanquam radij manant, Modestia, Humilitas, quibus nihil de se temerè præsumit, nihil sibi grande arrogat: & de humana conditione, erroribus se expositu agnoscit: Iustin. verissimum quippe illud Iustin. Imp. Cod. de Vet. Iur. enucl. l. 3. §. 13. *In nullo aberrare, & in omnibus irreprehensibilẽ, & inemendabilem esse: diuinæ vtique solius, non autem mortalis est constantiæ, seu roboris.* Sic solius est Spiritus sancti, & illorum, quos sibi tanquam amanuenses aptat, nihil in scribendo, delinquere potuisse. Ideo semper in ore illud habuerit, Petr. Arb. quod in rem, aliam dixit Petron. Satyr. c. 42. *Nemo nostrum non peccat, homines sumus, nõ Dij.* Lege quæ ibi pulcherrima ex Xenophonte, dant Interpretes: abominabilis quippe typhi est, superbiæ detestandæ, erroris immunitatem tibi vindicare, & penè cum ipso Deo contendere de scientia, apud quem, si quid scires, vix vltra brutorum stoliditatẽ efferreris. Origen. Orig. hom. 14. in Matth. post alia in hãc rem: *Fortificans se aliquid intelligens & Propheta, dixit se factum quasi iumentum, &c. vt iumentum factus sum apud te: nam quantum ad Deum, iumenta sumus non solum nos, sed etiam multo nobis prudentiores.* Sed paratum est, expositum se erroribus fateri: ne etiam quãdoque dum res postulet, ingenue ignorantiam suã fateatur: certè apud prudentes, nihil ruboris subit, qui aliquãdo obiectæ quæstionis ignarum se prodit, immo inde, cæteris, quæ vel disputat, vel dissoluit, auctoritas cõciliatur, fides adhibetur: effrontis animi est, frontosi sensus, inde confusionem timere, Hieron. vnde sibi gloriam parauit magnus Hieron. qui in epitaphio Fabiolæ, ita. *Reuoluens librum, peruenit ad eum locum, vbi catalogus describitur omnium mansionum, per quas de Ægypto egrediens populus, peruenit vsque ad fluenta Iordanis: cumque causas quæreret, & rationes singularum, in quibusdam hæsitaui: in aliis inoffenso cucurri pede: in plerisque simpliciter ignorantiam confessus sum.*

2. Post vitæ sanctimoniam; rerũ, quas acturus peritiã non vulgari floreat: necesse est. insaniæ est hodie pruriginis, ridiculi cacoëthis ordinem præuertere, priusque docendo impendi, quam discẽdo: vix manum subtraho ferulæ admouendus, cũ hanc adhibeo calamo, instituturus: non ita Nazianz. orat. coram 150. Episc. *Neque optimi est ordinis, prius docere, & postea discere, non dicam diuina, tanquam alta &* D. Greg. Nazianz. *sublimia, sed nec aliud quidquam paruum, & contemnendum.* Et tamen cum nihil periculosius fiat, nihil tamen abruptius aditur: & qui à vulgaris, contemnendæque artis professione, absque legitimo apparatu abstinerem, sublimibus diuinisque tractandis vndique destitutus obtrudor. Sed ardor, inquis, est, votumque pium, iuuandi quà quisque possit Proximos: nollem tamen, ardor præpropereris in rabiẽ verteretur: certè à temeritate nõ excusatur. D. Hieron. ep. ad Pammach. D. Hier. *Sitiote diuinis ardere doctrinis: nec temeritate quorundam docere, quod nesciat: sed ante discere quod docturus sis.* Dimittenda ergo cura scribendi, dum potius, legendi onus incumbit necessario adhuc post longissimos addiscendi labores, labor quandoque dictandi, venerit aliquibus præsũptuosius. Neque tarditatem moreris, aut moras doleas: etiam post canos, sat scripseris cito, si sat benè. Idem Hieron. ibidem. *Scitum est illud quoque Catonis: sat cito, si sat benè. Quod nos quondam adolescentuli, cum a perfecto oratore in præfatiuncula diceretur, risimus. Meminisse te puto erroris mutui, quando omne Athenæum Scholasticorum vocibus insonabat: sat cito, si sat benè.* Idem

3. Iam scientiã iuxta instructus, ac pietate, si te tandem scriptorij sæculi agonibus accinges: caue vendendo scribas, sed docendo: ne, nõ tam videaris salutarem doctrinam propinare, quam venalẽ publicare tabernã, quæstui tuo potius negotiator desudans, quam cœlesti margaritæ: paterẽtur, si qui forent eiusmodi scriptores, censorem Dauidem illis verbis: *Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentiam Domini, memorabor iustitiæ tuæ solius.* Ps. 7. v. 15. quæris quæ sit litteratura ista, cuius cognitio Ps. 70 v. 15. negata, diuinæ iustitiæ commercium adduxit vati? pende Hebræam versionem: *Quoniã ignoraui negotiationem, &c.* nõ ergo fiat litteratura tua negotia- Hebr. tio, ne forte obliuiscaris iustitiæ, neque ad delicias Domini admittaris. Iustissima est, in hanc rẽ, querela Venerabilis Ricardi lib. 1. de erud. inter. hom. Ric. Vict. c. 3. *O quoties ipsam veritatem, non pro veritate, sed pro vanitate quærimus, & inuentam veritatem, non in veritate, sed ad vanitatem diligimus: & quod miserrimum est in verbis vitæ, ad mortis lucra negotiamur!* maiora sunt hæc studia, quam vt precio vilissimo exponãtur: atq; vt nulla ignauiã discipulus, quo his frueretur cuncta in illorum redemptionem impendere debuisset: sic nulla auaritiã Doctor, ad eorumdem debet publicationem moueri: ideo P. Cellens. de Panib. c. 10. P. Cellens. *Communi vtilitate seruata, procul sit ambitio, a vendentis auaritia, aut ementis assistat ignauia: par enim scribentis & legentis, secundũ officiosam distributionem debet esse sedulitas: istius, vt dignè scribat: illius, vt benigne legat. Istius vt componat ad vtilitatem: illius vt legat ad ædificationem: istius, vt erogeti illius vt roget. Istius, vt deferat: illius, vt referat. Istius, vt largus sit, illius vt gratus sit in accipiẽdo.* Dolemus hodie ingentis litteraturæ viros, qui dum priuati degebant, radios, in proximorum salutem emittebant clarissimos: qui tamen vbi in publicã honoris promouentur, quasi obscurati conticent, in ipsomet fastigio, tenebris, quas pedibus non ita pridem conculcauerant, inuoluti: ac si propterea è modio, sub quo fœcundi latuerant, ascenderent candelabrum, vt miserè, ad sui met dedecus, ad proximorum inopiam sterilescerent. Quod cur ita fieret, nullus, aut grauius fleuit, aut funestius ingemit, quàm citatus Ricardus: expendens enim illud Dan. 2. v. 5. apud quẽ Nabuchodonosor

Rich. Vict. ad Sapientes ait: *peribitis vos, & domus vestra publicabuntur*: sic scribit, dicto lib. 1. c. 4. *Quid per sapientum domos, rectius intelligitur, quam priuata illa, & secreta quietis sua otia, quibus solent studiosi quique, doctrina studiis vacare? sapientum igitur nostrorum domus quodammodo publicantur, quando studiosa illa quietis nostra otia, ad omnem dissolutionis euagationem exponuntur, docti magnis secreta penetralia, ad omnem curam, vel curiositatem prostituuntur. Quam multos videmus post praclara sinaiorum suorum insignia, scientiaque magnalia: cum forte ad qualemcunque honoris gradum, promoti fuerint: vel forte administrationis cuiuscunque curam susceperint: omnem statim doctrinarum suarum disciplinam despicere: sacularibus negotiis semper, solumque vacare: cunctos sapientia cultores, sub vno die perdere, eorumque abdita secreta publicare.* Scilicet, quamuis latenter, venalem suam habebant sapientiam, gratiorique honoris commercio expositam: ergo iam venditam deserũt, & accepto pretio hilares, turbulentis negotiis, gratissima prisca disciplinarum negotia cõmutant. Absit à vitis vere sapientibus, pestis tanta: magis certè in istis deploranda, quam in illis, de quibus

Spart. Spartianus, in Adriano: *Doctores, qui professioni sua inhabiles videbantur, ditatos, honoratosque à professione dimisit.*

Tull. Quod & ille alius fecit apud Tull. orat. pro Archia, qui nescio quos nequam scriptores, donis affecit, *sed sub ea conditione, ne quid postea scriberẽt*. Hi nãque profanæ, abiectæque doctrinæ vẽditores, vtcunque condonandi, quãdoquidem pretio venit æstimabilis: at diuinam qui vendidit doctrinã, aut non agnouerat, aut plane iam habuerat interpolatam. Sed forte, iam se fatentur, inhabiles tãtæ scietiæ professores, ideo ditati, & honorati dimittuntur, nec tã emeriti cessant, quã exauctorati.

4. Ni eadem, at certè vicina prædictæ, labes est, illorum scriptorum, quibus aut vna, aut non vulgaris cura est, vulgo placere: insanumque, multiplicis huius bestiæ, fauoré captare, sãnas pertimere, stare iudicio. Fuisset equidem studiorum nostrorum miserrima conditio, si vulgi fabis, horum causa casura, vel constitura crederetur. Salsæ est grauitatis

Hieron. illud, quod refert D. Hieron. ad Nepot. *Praceptor quondam meus Gregorius Nazianz. rogatus à me, vt exponeret, quid sibi vellet in Luca Sabbathum δευτερόπρωτον: eleganter lusit: docebo te, inquit, super hac re in Ecclesia: in quâ, mihi omni populo acclamante, cogeris inuitus scire, quod nescis: aut, certè si solus tacueris, solus ab omnibus stultitia condemnaberis. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam, & indoctam concionem, lingua volubilitate decipere, qua quidquid non intelligit, plus miratur.* Tu videris, an merito, ad sic deceptæ trutinæ examen, scripta tua probaueris castigata: debuerit scientia nostra ventis ludibrium, si ventoso fauentis vulgi pabulo inhiarit: nihil hinc, nisi vanum & fallax aucupabitur, cum nihil inde ponderantis iudicij deduci possit: pergit Hieron.

Idem. *Marcus Tullius in orat. pro Q. Gal. quid de fauore vulgi, & imperitis concionatoribus loquatur, attende. Ne his fraudibus laudaris, loquar enim, qua sum nuper ipse expertus: vnus quidam Poeta nominatus, homo perlitteratus, cuius sunt illa colloquia Poetarum ac Philosophorum, cum facit Euripidem, & Menandrum inter se, & in alio loco, Socratem & Epicurum disserentes, quorum atates, non annis, sed saculis, scimus esse disiunctas; quantos is plausus, & clamores mouet? multos enim condiscipulos habet in theatris, qui simul litteras non didicerant.* Pudeat Ecclesiasticum oratorem, inde se probatum credere, probare commendabilem, è cuius plausu etiam profani

artifices, opera sua, reprehensibilia esse augurabantur. Pulsabat citharam, immo canebat fistula, si rectè memini, Hyppomachi discipulus apud populum: interim vero, cum alio forte intenderet Hyppomachus, ingẽti clamore fauens, discipulo vulgus applausit: quem tunc conuersus baculo percussit magister, subdẽs: *bis rasti absque dubio arte: nec enim nisi delictum, stultitia vulgi non sernile commendaret.* Auctor est Ælianus lib. 4. var. Hist. qui iterum Ælian. alibi refert, virum quendam grauem, cum è vestibulo Theatri audisset, populum festiuissimè applaudentem, dixisse: *turpius aliquid probatur in scenam.* Idem. Quasi ineptissimo vulgo, tantummodo ineptum aliquid probaretur. Et tamen huc plures attendunt hinc pendent: hinc animos vlterius scribendo aut roborant, aut amittunt: instar Anaxandridis illius, de quo Athenæus dipnos. 9. cap. 4. *Quotiescunque apud populum recitans, non vicisset, chartas concidebat, amiciendo thuri & piperi destinatas: neque, quod alij faciunt, emendabat; sic itaque multos actus, qui perbelle habebant, perdidit, spectatoribus indignatus.* Athen. Infælix homo, qui eisdem, quibus litare posset æternitati, dum populo conatur adblandiri: & se dolore confecit, & posteros elegantissimis operibus defraudauit. Hoc ergo sacro Scriptori in primis statuendum, subeundam sibi æquo animo, hanc vulgaris iudicij tempestatem, vt quo tectius scripserit, eò minus placuerit: morosi genij est, ni prudentum suffragio contentus degas: delicati, si hos plebeculæ fluctus timeas: stulti aut arrogantis, vitare si præsumas. Prudenter D. Hieron. ad Pammach. hæc subdit in rem nostram. D Hier. *Fælices (inquit Fabius) essent artes, si de illis soli artifices iudicarent.* Quint. *Poetam non potest nosse, nisi qui versum potest struere: Philosophos non intelligit, nisi qui scit dogmatum varietates: manifesta, & oculis patentia, magis probant artifices: nostra quam dura sit necessitas, hinc potes animaduertere, quod vulgi standum est iudicio: & ille in turba metuendus, quem cum videris solum, despicias.* Loquitur Fabius, de oratoris officio, cuius saltem gestus, & pronuntiatio, tot ferè iudices numerat, quot auditores. Sed staret his olim orator, quando ab horum suffragiis, res pendebat: Auctor, qui Christo scribit, & Ecclesiæ, cur vulgi leuitate moueatur? standum ergo Hieronymo, qui prædictis Fabij verbis, hæc subiungit. D Hier. *Hoc praeteriens tetigi, vt eruditis contentus auribus, non magnopere cures, quid imperitorum de ingenio tuo rumusculi inclitent.* Si autem quæras, quos nam vulgi nomine, catenus intellexerim? respondeo cum Seneca lib. de vitâ beatâ c. 2. vbi ita. Senec. *Quaramus quid optimè factum sit, non quid vsitatissimum, quid nos in possessione aterna fælicitatis constituat, non quod vulgo, veritatis pessimo interpreti probatum sit: vulgus autem tam chlamydatos, quam coronatos voco: non enim colorem vestium, quibus pretexta corpora sunt, inspicio: oculis, de homine non credo* Immo quandoque tota vulgi rusticitas, & si occultius cumulatius tamen sub purpurâ reperitur.

§. 2.

Libros, optimos potius edere, curet, quàm ingentes: aliena importune non coacernet: sed curet, denuo aliquid laborare.

Hinc fiet vt scriptor serius, oculato potius Doctorum iudicio quã deprauato vulgi palato, libros suos ab excellẽtiâ, quam à mole cupiat metiendos: vulgo enim non tamen vtilis breuitas, quã palmaris crassities, & fastuosa longitudo venit admiranda.

miranda. Festiua visa multis censura illa viri docti Martin. Gonis. Martini lib. de gener. c. 4. disp. vn. vbi ita. *Incidit in manus, (opprimeret, si in caput) prægrandis logica: tam turgida certe, vt primo intuitu, ne quidem logicam, sed Calepini Lexicon putarim. Logica, in vasto dorso libri, inscriptio erat: semilecta terruit, sed leniuit perlecta. Consideraui namque, logicam non futuram fortasse esse vt messem vallis. Quid est hæc pauciora reddit granula, cum vberius paleis luxuriatur. Nec fefellit opinio. Nam vnde secus, tam aceruatam molem compegisset? Sic, heu dolor! cæteri, quotquot modo videas, ex libidine scribendi instigatos: nihil enim augent, sed verrunt solum, quidquid ruderum in fimetis iuniorum reporerunt. Recte igitur, quos Auctores, vulgo, Philosophiæ vocitant, versores nomino. Dicitur in istos: muta stylum, & facies librum: Sed immerito: efficiunt namque libros, qui nec satis sunt mutando stylo: Sic namque (aduerte) scribunt omnes.* Et post nonnulla, huiusce tenoris, adducta paradigmata, sic concludit. *Ecce stylus omnium, ecce methodus: sic aceruant, quod veneranda antiquitas cribrauerat. Quin immo (quod putidius est) ventorum more, relictis fructu, nucleoque, quisquilias legunt, ac putamina. Laudantur vulgo, quod clare scripserint: at cur non carpuntur, quod obscura nesciant?* Ipsemet ego, expertus nonnullos sum, qui, cum nostri Sanctij in Canticum commentarios, aliis titulis non possent improbare: inde maximè despiciendos prædicabant, quod cum ingentibus illis Ghisletij, & aliorum, de tomorum turgiditate non certarent: totum æstimationis pondus, de tumida voluminis mole trutinantes: quasi scilicet in hoc scribendi negotio, nil tutum, de medio; Seneca. comparetur. Sed contra emunctæ naris homo, Senecam laudo, qui epist. 93. ita. *Et paucorum versuum, liber est, & quidem laudandus; atque vtilis. Annales Volusij, scis quàm non decori sint, & qui vocentur. Æque est vita quorumdam longa, & quod Volusij sequitur Annales.* Erant vero prægrandes & turgidi annales isti, qui tamen fœdo vocabulo Catulli. notarentur: tritum illud Catulli: *Annales Volusij, charta*: æquè vero notum pueris, quid de libello illo breuissimo, sed aureo Persij, sentiat limatissimus Martialis. Commendandi ergo & merito Ghislerius & alij, quia vt grande, sic etiam optimum opus ediderunt: non tamen proinde merito damnandus Legionensis, & Sanctius, qui politissimam amplectuntur breuitatem. Mihi semper Statius. visum grauissimum acumen illud Statij lib. 4. Syl. vbi de pusillâ statuâ Herculis Epitrapezij.

—— Quanta experientia, docti
Artificis curis, pariter gestamina mensæ,
Fingere, & ingentes animo versare Colossos.

Sic etiam maximum est, in scribendo, sublimia quædam, & magna imaginari, quæ tomum quemdam vastissimum possent occupare: & tamen eadem in breuiores angustias redigere, vbi absque perspicuitatis dispendio, compendio vtilissimo fruatis. Non probatur certè iudicio prudentiorũ, vulgi gustus, quo cupit, vt augendo volumini, quidquid vtcumque veniat, obtrudatur: immo nec etiam selecta, sed minus necessaria, fundenda penitus, vbiuis inserenda: sed sunt pauciora, doctrinæ, acuminisque Auctoris exhibendo: Theodor. pulchre Theodoretus orat. de charit. *Non totum aurum, quod affertur consumens lapis, sed eius paululo affricatus, ostendit esse vel probum, vel improbum. Similiter quoque sagittarium, ex paucis quæ emittuntur telis, vt te didicerit quispiam, an recte sagittet, & ad scopum dirigat, an ab eo aberret, in arte minimè exercitatus. Ita etiam alij artifices, ne dicam de singulis, possunt dignosci.* Ergo vt in cæteris rebus, sic etiam in scribendo, non moles, sed libri dignitas dispicienda: nec quantum, sed quale volumen edat, verset sacer scriptor: quod si vulgo de paruitate mordeatur: ad manum est solatio, Nazianzenus orat. in sancta lum. qui reprehendens eos, qui indecenter Spiritum sanctum sub forma paruæ columbæ apparuisse, blasphemabant: sic subiungit. *Quod si* D. Gregor. *mole ac pondere Diuinitatem æstimas, ac propterea Spiritum paruum esse censes, quia in columbæ formâ cernitur: homo sordide, atque in maximis rebus, minima quæque anxiè vrgens: iam tibi regnum quoque cælorum, contemnendum, ac pro nihilo putandum est, quia Sinapis grano comparatur: ac maiestati Iesu, præferendus aduersarius, quoniam hic quidem Zachar. 4. mons magnus vocatur, & Leuiathan, & rex torum, qui in aquis degunt: ille autem agni, & margarita, & gutta, idque genus nominibus appellatur.*

2. Hoc ergo fixo, ne tibi de mole vasta, tomus venerit commendandus: iam ab aliis coaceruata, vt plurimum ambitiosè, sed inutiliter transcribenda, fastidias necesse est: prudenter Guillielmus Hamerus prologo suo in Genes. illa protulit. Guillielm *Potuissem quidem huc afferre veterum Theologorum commentationes, quas illi partim ad litteram, partim allegorice in Genesim scripserunt, & in iustam aliquod volumen congerere: Sed occurrebat hinc laborem mihi ab aliis præreptum, & complures in hoc argumento sudasse: destiti, actum quod aiunt, agerem. In manibus est Eucherius, & Beda, vterque veterum Theologorum studiosus, suppressis tamen nominibus, quorum scripta suppilarunt. Sunt è recentioribus quoque, quos in Genesim scripsisse accipio, congestis huc veterum Theologorum sententiis & allegoriis: vt iam alio campo, mihi decurrendum sit, nisi Aesopicæ corniculæ more, alienis pennis adornari voluissem, atque alienis diuitiis diues esse.* Neque id tantum hoc temporis, vbi Doctorum diligentia librorum seges ullular vbiuis, sique transcribendum foret, & pueri libros edere potuissent: Sed & olim sub magnâ librorum inopiâ: Sanctissimi Ecclesiæ Doctores id obseruarunt, ne inutiliter acta agerent, & aptè ab aliis cusa, recuderent in pottunè. Nazianzenus orat. 5. de Theol. D. Gregor. *Atque quod modo, vel Spiritus vel sanctus, apud Scripturam sacram intelligatur, ac dicatur, accurate excutere atque distinguere, commodumque cuique speculationi testimonium adhibere: quodque etiam peculiari quodammodo, id quod ex vtroque connexum est, nimirum Spiritus sanctus intelligatur: dicere supersedebimus: aliisque, qui & sibi ipsis, & nobis quemadmodum nos quoque illis, ista pertractarunt, hoc muneris relinquemus: ipsi autem ad ea, quæ deinceps sequuntur orationem conuertemus.* Sed quid, inquis, faciendum, cum sæpè nostra, quæ damus, supponant necessario, quæ dederunt iam alij: nec possint capi quæ ingerimus, nisi & illa aliorum suggerantur? id cum euenit, non vero aliorum, cursim tantùmodo, dicta referantur, sub eaque breuitate, vt appareat, adduci necessariò, non obtrudi: alias ambitiosi fastus incurrimus suspicionem, quasi in aliorũ fundamento, & ab illo, molem nobis excrescere cupiamus. Gregor. Nazianz. ibidem, de eodem Spiritu S. ab Idem. orbis incunabulis adorato. *Quanquã iam a pluribus ostensũ sit, qui de eo pertractarunt, atque in diuinis Scripturis, nec ignaue, nec perfunctoriè versati sunt, sed litterã penetrantes, atque introspicientes reconditã pulchritudinem diu no beneficio perspexerunt, scientiaque luce collustrati sunt: tamen ipsi quoque cursim, quantum res patitur, ostendemus: ne alioqui superuacaneam quamdam operam sumere ac plus æquo ambitioni indulgere*

Rich. Vict. ad Sapientes ait: *peribitis vos, & domus vestræ publicabuntur*: sic scribit, dicto lib. 1. c. 4. *Quid per sapientum domos, rectius intelligitur, quam priuata illa, & secreta quietis sua otia, quibus solent studiosi quique, doctrinæ studiis vacare? sapientum igitur nostrorum domus quodammodo publicantur, quando studiosa illa quietis nostra otia; ad omnem dissolutionis euagationem exponuntur, doctrinæque secreta penetralia, ad omnem curam, vel curiositatem prostituuntur. Quam multos videmus post præclara studiorum suorum insignia, scientiæque magnalia: cum forte ad qualemcunque honoris gradum, promoti fuerint; vel forte administrationis cuiuscunque curam susceperint: omnem statim doctrinarum suarum disciplinam despicere: sæcularibus negotiis semper, solumque vacare: cunctos sapientiæ cultores, sub vno die perdere, eorumque abdita secreta publicare.* Scilicet, quamuis latenter, venalem suam habebant sapientiam, gratiorique honoris commercio expositam: ergo iam venditam deserũt, & accepto pretio hilares, turbulentis negotiis, gratissima prisca disciplinarum negotia cõmutant. Absit à viris vere sapientibus, pestis tanta: magis certè in istis deploranda, quam in illis, de quibus Spart. Spartianus, in Adriano: *Doctores, qui professioni suæ inhabiles videbantur, ditatos, honoratosque à professione dimisit.* Quod & ille alius fecit apud Tull. Tull. orat. pro Archia, qui nescio quos nequam scriptores, donis affecit, *sed sub ea conditione, ne quid postea scriberet.* Hi nãque profanæ, abiectæque doctrinæ vẽditores, vtcunque condonandi, quãdoquidem pretio venit æstimabilis: at diuinam qui vendidit doctrinã, aut non agnouerat, aut plane iam habuerat interpolatam. Sed forte, iam se fatentur, inhabiles tãtæ sciẽtiæ professores, ideo ditati, & honorati dimittuntur, nec tã emeriti cessant, quã exauctorati.

4\. Ni eadem, at certè vicina prædictæ, labes est, illorum scriptorum, quibus aut vna, aut non vulgaris cura est, vulgo placere: insanumque, multiplicis huius bestiæ, fauorẽ captare, sãnas pertimere, stare iudicio. Fuisset equidem studiorum nostrorum miserrima conditio, si vulgi fabis, horum causa casura, vel constituta crederetur. Salsæ est grauitatis Hieron. illud, quod refert D. Hieron. ad Nepot. *Præceptor quondam meus Gregorius Nazianz. rogatus à me, vt exponeret, quid sibi vellet in Luca Sabbathum δευτερόπρωτον: eleganter lusit: docebo te, inquit, super hac re in Ecclesia: in quã, mihi omni populo acclamante, cogeris inuitus scire, quod nescis: aut, certè si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiæ condemnaberis. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam, & indoctam concionem, linguæ volubilitate decipere, quæ quidquid non intelligit, plus miratur.* Tu videris, an merito, ad sic deceptæ trutinæ examen, scripta tua probaueris castigata: debuerit scientia nostra ventis ludibrium, si ventoso fauentis vulgi pabulo inhiarit: nihil hinc, nisi vanum & fallax aucupabitur, cum nihil inde ponderantis iudicij deduci possit: pergit Hieron. Idem. *Marcus Tullius in orat. pro Q. Gal. quid de fauore vulgi, & imperitis concionatoribus loquatur, attende. Ne his fraudibus laudaris, loquar enim, quæ sum nuper ipse expertus: vnus quidam Poeta nominatus, homo perlitteratus, cuius sunt illa colloquia Poetarum ac Philosophorum, cum facit Euripidem, & Menandrum inter se, & in alio loco, Socratem & Epicurum disserentes, quorum ætates, non annis, sed sæculis, scimus esse disiunctas, quantos is plausus, & clamores mouet? multos enim condiscipulos habet in theatris, qui simul litteras non didicerant.* Pudeat Ecclesiasticum scriptorem, inde se probatum credere, probare [illegible] nendabilem, è cuius plausu etiam profani [illegible]

artifices, opera sua, reprehensibilia esse augurabantur. Pulsabat citharam, immo canebat fistula, si rectè memini, Hyppomachi discipulus apud populum: interim vero, cum alio forte intenderet Hyppomachus, ingẽti clamore fauens; discipulo vulgus applausit: quem tunc conuersus baculo percutit magister, subdẽs: *[illegible] absque dubio artem: nec enim nisi delictum, stultitia vulgi tam feruide commendaret.* Ælian. Auctor est Ælianus lib. 4. var. Hist. qui iterum alibi refert, virum quendam grauem, cum e vestibulo Theatri audisset, populum festiuissimè applaudentem, dixisse: *ineptum aliquid profecto in scenam.* Idem. Quasi ineptissimo vulgo, tantummodo ineptum aliquid probaretur. Et tamen huc plures attendunt hinc pendent: hinc animos vlterius scribendo aut roborant, aut amittunt: instar Anaxandridis illius, de quo Athenæus dipnos. 9. cap. 4. *Quotiescunque apud populum recitans, non vicisset, chartas concidebat, amiciendo thuri & piperi destinatas: neque, quod alij faciunt, emendabat; sic itaque multos actus, qui perbelle habebant, perdidit, spectatoribus indignatus.* Athen. Infælix homo, qui eisdem, quibus litare posset æternitati, dum populo conatur adblandiri: & se dolore confecit, & posteros elegantissimis operibus defraudauit. Hoc ergo sacro Scriptori in primis statuendum, subeundam sibi æquo animo, hanc vulgaris iudicij tempestatem, vt quo rectius scripserit, eò minus placuerit: morosi genij est, ni prudentum suffragio contentus degas; delicati, si hos plebeculæ fluctus timeas: stulti aut arrogantis, vitare si præsumas. Prudenter D. Hieron. ad Pammach. hæc subdit in rem nostram. D. Hier. *Fælices (inquit Fabius) essent artes, si de illis soli artifices iudicarent.* Quint. *Poetam non potest nosse, nisi qui versum potest struere: Philosophos non intelligit, nisi qui scit dogmatum varietates: manifesta, & oculis patentia, magis probant artifices: nostra quam dura sit necessitas, hinc potes animaduertere, quod vulgi standum est iudicio: & ille in turba metuendus, quem cum videris solum, despicias.* Loquitur Fabius, de oratoris officio, cuius saltem gestus, & pronuntiatio, tot ferè iudices numerat, quot auditores. Sed staret his olim orator, quando ab horum suffragiis, res pendebat: Auctor, qui Christo scribit, & Ecclesiæ, cur vulgi leuitate moueatur? standum ergo Hieronymo, qui prædictis Fabij verbis, hæc subiungit. D. Hier. *Hoc præteriens tetigi, vt eruditis contentus auribus, non magnopere cures, quid imperitorum de ingenio tuo rumusculi iactitent.* Si autem quæras, quos nam vulgi nomine, catenus intellexerim? respondeo cum Seneca lib. de vitá beatâ c. 2. vbi ita. Senec. *Quæramus quid optimè factum sit, non quid vsitatissimum, quid nos in possessione æternæ fælicitatis constituat, non quod vulgo, veritatis pessimo interpreti probatum sit: vulgus autem tam chlamydatos, quam coronatos voco: non enim colorem vestium, quibus prætexta corpora sunt, aspicio: oculis, de homine non credo.* Immo quandoque tota vulgi rusticitas, & si occultius cumulatius tamen sub purpurâ reperitur.

§. 2.

Libros, optimos potius edere, curet, quàm ingentes: aliena importune non coacernet: sed curet, denuo aliquid laborare.

Hinc fiet vt scriptor serius, oculato potius Doctorum iudicio quã deprauato vulgi palato, libros suos ab excellẽtiã, quam à mole cupiat metiendos: vulgo enim non tamen vtilis breuitas, quã palmaris crassities, & fastuosa longitudo venit admiranda.

miranda. Festiua visa multis censura illa viri docti
Martin. Gonis. Marrini lib. de gener. c. 4 disp. vn. vbi ita. *Incidit in manus, (opprimeret, si in caput) prægrandis logica: tam turgida certe, vt primo intuitu, ne quidem logicam, sed Calepini Lexicon putarim. Logica, in vasto dorso libri, inscriptio erat: semilecta terruit, sed leniuit perlecta Considerani namque, logicum non futuram fortasse esse vt messem vallis. Quid est huc pauciora reddit granula, cum vberius paleis luxuriatur. Nec fefellit opinio. Nam vnde secus, tam aceratum molem compegisset? Sic, heu dolor! cæteri, quotquot modo videas, ex libidine scribendi instigator: nihil enim augent, sed verrunt solum, quidquid ruderum in fimetis iuniorum repererunt. Recte igitur, quos Auctores, vulgo, Philosophia vocitant, versores nomino. Dicitur in istos: muta stylum, & facies librum: Sed immerito: efficiunt namque libros, qui nec satis sunt mutando stylo: Sic namque (aduerte) scribunt omnes.* Et post nonnulla, huiusce tenoris, adducta paradigmata, sic concludit. *Ecce stylus omnium, ecce methodus: sic acernunt, quod veneranda antiquitas cribauerunt. Quin immo (quod putidius est) ventorum more, relicto fructu, nucleoque, quisquilias legunt, ac putamina. Laudantur vulgo, quod clare scripserint: at cur non carpuntur, quod obscura nesciant?* Ipsemet ego, expertus nonnullos sum, qui, cum nostri Sanctij in Canticum commentarios, aliis titulis non possent improbare: inde maximè despiciendos prædicabant, quod cum ingentibus illis Gislerij, & aliorum, de tomorum turgiditate non certarent: totum æstimationis pondus, de tumida voluminis mole trutinantes: quasi scilicet in hoc scribendi negotio, nil rutum, de medio;
Seneca. compateretur. Sed contra emunctæ naris homo, Senecam laudo, qui epist. 93. ita. *Et paucorum versuum, liber est, & quidem laudandus; atque vtilis. Annales Volusij, scis quàm non decori sint, & qui vocentur. Æque est vitu quorundam longa, & quod Volusij sequitur Annales.* Erant vero prægrandes & turgidi annales isti, qui tamen fœdo vocabulo
Catulli. notarentur: tritum illud Catulli: *Annales Volusij, charta:* æquè vero notum pueris, quid de libello illo breuissimo, sed aureo Persij, sentiat limatissimus Martialis. Commendandi ergo & meritò Ghislerius & alij, quia vt grande, sic etiam optimum opus ediderunt: non tamen proinde merito damnandus Legionensis, & Sanctius, qui politissimam amplectuntur breuitatem. Mihi semper
Statius. visum grauissimum acumen illud Statij lib. 4 Syl. vbi de pusillâ statuâ Herculis Epitaperij.

—— Quanta experientia, docti
Artificis curis, pariter gestamina mensa,
Fingere, & ingentes animo versare Colossos.

Sic etiam maximum est, in scribendo, sublimia quædam, & magna imaginari, quæ tomum quendam vastissimum possent occupare: & tamen eadem in breuiores angustias redigere, vbi absque perspicuitatis dispendio, compendio vtilissimo fruatis. Non probatur certè iudicio prudentiorũ, vulgi gustus, quo cupit, vt augendo volumini, quidquid vtcumque veniat, obtrudatur: immo nec etiam selecta, sed minus necessaria, fundenda penitus, vbiuis inserenda: sed sunt pauciora, doctrinæ, acuminisque Auctoris exhibendo:
Theodor. pulchre Theodoretus orat. de charit. *Non tantum aurum, quod affertur consumens lapis, sed eius paullulo affricatus, ostendit esse vel probum, vel improbum. Similiter quoque sagittarium, ex paucis quæ emittuntur telis, vt te didicerit quispiam, an rectè fugittet, & ad scopum dirigat, an ab eo aberret, in arte minimè exercitatus. Ita etiam alij artifices, ne dicam de singulis, possunt dignosci.* Ergo vt in cæteris rebus, sic etiam in scribendo, non moles, sed libri dignitas dispicienda: nec quantum, sed quale volumen edat, verset facere scriptor: quod si vulgo de paruitate mordeatur: ad manum est solatio, Nazianzenus orat. in sancta lum. qui reprehendens eos, qui indecenter Spiritum sanctum sub forma paruæ columbæ apparuisse, blasphemabant: sic subiungit. *Quod si* D. Gregor.
mole ac pondere Diuinitatem æstimas, ac propterea spiritum paruum esse censes, quia in columba formâ cernitur: homo sordide, atque in maximis rebus, minima quaquauersiè vrgens: iam tibi regnum quoque cælorum, contemnendum, ac pro nihilo putandum est, quia Sinapis grano comparatur: ac maiestati Iesu, praferendus aduersarius, quoniam hic quidem Zachar. 4. mons magnus vocatur, & Leuiathan, & rex eorum, qui in aquis degunt: ille autem agni, & margarita, & gutta, idque genus nominibus appellatur.

Hoc ergo fixo, ne tibi de mole vasta, tomus ve- 2.
nerit commendandus: iam ab aliis coaceruata, vt plurimum ambitiosè, sed inutiliter transcribenda, fastidias necesse est: prudenter Guilhelmus Ha- Guilhelm
merus prologo suo in Genes. ita protulit. *Potuissem quidem huc afferre veterum Theologorum commentationes, quas illi partim ad litteram, partim allegorica in Genesim scripserunt, & in iustum aliquod volumen congerere: Sed occurrebat hunc laborem mihi ab aliis præreptum, & complures in hoc argumento sudasse: destiti, actum quod aiunt, ageret. In manibus est Eucherius, & Beda, vterque veterum Theologorum studiosus, suppressis tamen nominibus, quorum scripta suppilarunt. Sunt è recentioribus quoque, quos in Genesim scripsisse accipio, congestis huc veterum Theologorum sententiis & allegoriis: vt iam alio campo, mihi decurrendum sit, nisi Æsopica cornicula more, alienis pennis adornari voluissem, atque alienis diuitiis diues esse.* Neque id tantum hoc temporis, vbi Doctorum diligentia librorum seges pullulat vbiuis, sique transcribendum foret, & pueri libros edere potuissent: Sed & olim sub magnâ librorum inopiâ: Sanctissimi Ecclesiæ Doctores id obseruarunt, ne inutiliter acta agerent, & aptè ab aliis custa, recuderent importunè. Nazianzenus orat. 5. de Theol. D. Gregor.
Atque quod modo, vel Spiritus vel sanctus, apud Scripturam sacram intelligitur, ac dicatur, accurate excutere atque distinguere, commodumque cuique speculationi testimonium adhibere: quodque etiam peculiari quodammodo, id quod ex vtroque connexum est, nimirum Spiritus sanctus intelligatur: dicere supersedebimus: aliisque, qui & sibi ipsis, & nobis quemadmodum nos quoque illis, ista peroractarunt, hoc muneris relinquemus: ipsi autem ad ea, quæ deinceps sequuntur orationem conuertemus. Sed quid, inquis, faciendum, cum sæpè nostra, quæ damus, supponant necessariò, quæ dederunt iam alij: nec possint capi quæ ingerimus, nisi & illa aliorum suggerantur? id cum euenit, non vero aliorum, cursim tantũmodo, dicta referantur, sub eaque breuitate, vt appareat, adduci necessariò, non obtrudi: alias ambitiosi fastus incurrimus suspicionem, quasi in aliorũ fundamento, & ab illo, molem nobis excrescere cupiamus.
Gregor. Nazianz. ibidem, de eodem Spiritu S. ab Idem.
orbis incunabulis adorato. *Quanquã iam a pluribus ostensũ sit, qui de eo pertractarunt, atque in diuinis scripturis, nec ignaue, nec perfunctoriè versati sunt, sed litterã penetrantes, atque introspicientes reconditã pulchritudinem diuino beneficio perspexerunt, scientiaque luce collustrati sunt: tamen ipsi quoque cursim, quantum res patitur, ostendemus: ne alioqui supernacaneam quandam operam sumere ac plus æquo ambitioni indulgere*

Rich. Vict. ad Sapientes ait: *peribitis vos, & domus vestra publicabuntur*: sic scribit, dicto lib. 1. c. 4. *Quid per sapientum domos, nisi ut intelligam, quam priuata illa, & secreta quietis sua otia, quibus solent studiosi quique, doctrinæ studiis vacare? sapientum igitur nostrorum domus quodammodo publicantur, quando studiosa illa quietis nostra otia, ad omnem assolutionis euagationem exponuntur, doctrinaque secreta penetralia, ad omnem curam, vel curiositatem prostituuntur. Quam multos vidimus post præclara studiorum suorum insignia, scientiæque magnalia: cum forte ad qualemcunque honoris gradum, promoti fuerint: vel forte administrationis cuiuscunque curam susceperint: omnem statim doctrinarum suarum disciplinam despicere: sæcularibus negotiis semper, solumque vacare: cunctos sapientiæ cultores, sub vno die perdere, eorumque abdita secreta publicare.* Scilicet, quamuis latenter, venalem suam habebant sapientiam, gratiorique honoris commercio expositam: ergo iam venditam deserût, & accepto pretio hilares, turbulentis negotiis, gratissima prisca disciplinarum negotia cõmutant. Absit à viris vere sapientibus, pestis tanta: magis certè in istis deploranda, quam in illis, de quibus
Spart. Spartianus, in Adriano: *Doctores, qui professioni suæ inhabiles videbantur, ditatos, honoratosque à professione dimisit.*
Tull. Quod & ille alius fecit apud Tull. orat. pro Archia, qui nescio quos nequam scriptores, donis affecit, *sed sub ea conditione, ne quid postea scriberet.* Hi itaque profanæ, abiectæque doctrinæ vẽditores, vtcunque condonandi, quãdoquidem pretio venit æstimabilis: at diuinam qui vendidit doctrinã, aut non agnouerat, aut plane iam habuerat interpolatam. Sed forte, iam se fatentur, inhabiles tãtæ scientiæ professores, ideo ditati, & honorati dimittuntur, nec tã emeriti cessant, quã exauctorati.

4. Ni eadem, at certè vicina prædictæ, labes est, illorum scriptorum, quibus aut vna, aut non vulgaris cura est, vulgo placere: insanumque, multiplicis huius bestiæ, fauorẽ captare, sãnas pertimere, stare iudiciu. Fuisset equidem studiorum nostrorum miserrima conditio, si vulgi fabis, horum causa casura, vel constitura crederetur. Salsæ est grauitatis
Hieron. illud, quod refert D. Hieron. ad Nepot. *Præceptor quondam meus Gregorius Nazianz. rogatus à me, vt exponeret, quid sibi velit in Luca Sabbathum δευτερόπρωτον: eleganter lusit: docebo te, inquit, super hac re in Ecclesia: in quã, mihi omni populo acclamante, cogeris inuitus scire, quod nescis: aut, certè si solus tacueris, solus ab omnibus stultitiæ condemnaberis. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam, & indoctam concionem, linguæ volubilitate decipere, quæ quidquid non intelligit, plus miratur.* Tu videris, an merito, ad sic deceptæ trutinæ examen, scripta tua probaueris castigata: debuerit scientia nostra ventis ludibrium, si ventoso fauentis vulgi pabulo inhiarit: nihil hinc, nisi vanum & fallax aucupabitur, cum nihil inde ponderantis iudicij deduci possit: pergit Hieron.
Idem. *Marcus Tullius in orat. pro Q. Gal. quid de fauore vulgi, & imperitis concionatoribus loquatur, attende. Ne his fraudibus laudaris, loquar enim, quæ sum nuper ipse expertus: vnus quidam Poëta nominatus, homo perlitteratus, cuius sunt illa colloquia Poëtarum ac Philosophorum, cum facit Euripidem, & Menandrum inter se, & in alio loco, Socratem & Epicurum disserentes, quorum ætates, non annis, sed sæculis, scimus esse disiunctas; quantos is plausus, & clamores mouet? multos enim condiscipulos habet in theatris, qui simul litteras non didicerunt.* Pudeat Ecclesiasticum scriptorem, inde se probatum credere, probare commendabilem, è cuius plausu etiam profani

artifices, opera sua, reprehensibilia esse augurabantur. Pulsabat citharam, immo canebat fistula, si rectè memini, Hyppomachi discipulus apud populum: interim vero, cum alio forte intenderet Hyppomachus, ingẽti clamore fauens discipulo vulgus applausit: quem tunc conuersus baculo percussit magister, subdẽs: *becrasti absque dubio artem: nec enim nisi delictum, stultitia vulgi tam ferui de commendaret.* Auctor est Ælianus lib 4. var. Hist. qui iterum Ælian.
alibi refert, virum quendam grauem, cum e vestibulu Theatri audisset, populum festiuissimè applaudentem, dixisse: *ineptum aliquid profecto in scenam.* Idem.
Quasi ineptissimo vulgo, tantummodo ineptum aliquid probaretur. Et tamen huc plures attendunt hinc pendent: hinc animos vlterius scribendo aut roborant, aut amittunt: instar Anaxandridis illius, de quo Athenæus dipnos. 9. cap. 4.
Quotiescunque apud populum recitans, non vicisset, chartas concedebat, conciendo thuri & piperi destinatas: neque, quod alij faciunt, emendabat; sic itaque multos actus, qui perbelle habebant, perdidit, spectatoribus indignatus. Athen.
Infælix homo, qui eisdem, quibus litare poßet æternitati, dum populo conatur adblandiri: & se dolore confecit, & posteros elegantissimis operibus defraudauit. Hoc ergo sacro Scriptori in primis statuendum, subeundam sibi æquo animo, hanc vulgaris iudicij tempestatem, vt quo tectius scripserit, eò minus placuerit: morosi genij est, ni prudentum suffragio contentus degas: delicati, si hos plebeculæ fluctus timeas: stulti aut arrogantis, vitare si præsumas. Prudenter D. Hieron. ad Pammach. hæc subdit in rem nostram. D Hier. Quæst.
Faiices (inquit Fabius) essent artes, si de illis soli artifices iudicarent. Poëtam non potest nosse, nisi qui versum potest struere: Philosophos non intelligit, nisi qui scit dogmatum varietates: manifesta, & oculis patentia, magis probant artifices: nostra quam dura sit necessitas, hinc potes animaduertere, quod vulgi standum est iudicio: & ille in turba metuendus, quem cum videris solum, despicias. Loquitur Fabius, de oratoris officio, cuius saltem gestus, & pronuntiatio, tot ferè iudices numerat, quot auditores. Sed staret his olim orator, quando ab horum suffragiis, res pendebat: Auctor, qui Christo scribit, & Ecclesiæ, cur vulgi leuitate moueatur? standum ergo Hieronymo, qui prædictis Fabij verbis,
hæc subiungit. *Hoc præteriens tetigi, vt eruditis contentus auribus, non magnopere cures, quid imperitorum de ingenio tuo rumusculi iactitent.* D Hier.
Si autem quæras, quos nam vulgi nomine, eatenus intellexerim? respondeo cum Seneca lib. de vitâ beatâ c. 2. vbi ita. Senec.
Quæramus quid optimè factum sit, non quid vsitatissimum, quid nos in possessione æternæ fælicitatis constituat, non quod vulgo, veritatis pessimo interpreti probatum sit: vulgus autem tam chlamydatos, quam coronatos voco: non enim colorem vestium, quibus prætexta corpora sunt, aspicio: oculis, de homine non credo Immo quandoque tota vulgi rusticitas, & si occultius cumulatius tamen sub purpurâ reperitur.

§. 2.

Libros, optimos potius edere, curet, quàm ingentes: aliena importune non coacernet: sed curet, denuo aliquid laborare.

HInc fiet vt scriptor serius, oculato potius Doctorum iudicio quã deprauato vulgi palato, libros suos ab excellẽtia, quam à mole cupiat metiendos: vulgo enim non tamen vtilis breuitas, quã palmaris crassities, & fastuosa longitudo venit admiranda.

miranda.

miranda. Festiua visa multis censura illa viri docti Gonis. Martini lib. de gener. c. 4 disp. vn. vbi ita. *Incidit in manus, (opprimeret, si in caput) prægrandis logica: tum turgida certe, vt primo intuitu, ne quidem logicam, sed Calepini Lexicon putarim. Logica, in vasto dorso libri, inscriptio erat: semilecta terruit, sed leniuit perlecta. Consideraui namque, logicam non futuram fortasse esse vt messem vultis. Quid est hac pauciora reddit granula, cum vberius paleis luxurietur. Nec fefellit opinio. Nam vnde secus, tam ueratrum molem compegisset? Sic, heu dolor? cæteri, quotquot modo videas, ex libidine scribendi instigatos: nihil enim augent, sed verrunt solum, quidquid ruderum in fimetis iuniorum repererunt. Recte igitur, quos Auctores, vulgo, Philosophia vocitant, versores nomino. Dicitur in istos: muta stylum, & facies librum: Sed immerito: efficiunt namque libros, qui nec satis sunt mutando stylo: Sic namque (aduerte) scribunt omnes.* Et post nonnulla, huiusce tenoris, adducta paradigmata, sic concludit. *Ecce stylus omnium, ecce methodus: sic aceruant, quod veneranda antiquitas cribauerat. Quin immo (quod putidum est) ventorum more, relictis fructu, nucleoque, quisquilias legunt, ac putamina. Laudantur vulgo, quod clare scripserint: at cur non carpuntur, quod obscura nesciant?* Ipsemet ego, expertus nonnullos sum, qui, cum nostri Sanctij in Canticum commentarios, aliis titulis non possent improbrare: inde maximè despiciendos prædicabant, quod cum ingentibus illis Gislerij, & aliorum, de tomorum turgiditate nun certarent: totum æstimationis pondus, de tumida voluminis mole trutinantes: quasi scilicet in hoc scribendi negotio, nil tutum, de medio; compareret. Sed contra emunctæ naris homo, Senecam laudo, qui epist. 93. ita. *Et paucorum versuum, liber est, & quidem laudandus, atque vtilis. Annales Volusij, scis quàm non decori sint, & qui vocentur. Atque est vita quorumdam longa, & quod Volusij sequuntur Annales.* Erant vero prægrandes & turgidi annales isti, qui tamen fœdo, vocabulo notarentur: tritum illud Catulli: *Annales Volusij, charta:* æquè vero notum pueris, quid de libello illo breuissimo, sed aureo Persij, sentiat limatissimus Martialis. Commendandi ergo & merito Ghislerius & alij, quia vt grande, sic etiam optimum opus ediderunt: non tamen proinde merito damnandus Legionensis, & Sanctius, qui politissimam amplectuntur breuitatem. Mihi semper visum grauissimum acumen illud Statij lib. 4. Syl. vbi de pusillâ statuâ Herculis Epitraperij.

Martin. — Seneca. — Catulli. — Statius.

—— Quantus experientia, docti
Artificis curis, pariter gestamina mensæ,
Fingere, & ingentes animo versare Colossos.

Sic etiam maximum est, in scribendo, sublimia quædam, & magna imaginari, quæ tomum quendam vastissimum possent occupare: & tamen eadem in breuiores angustias redigere, vbi absque perspicuitatis dispendio, compendio vtilissimo fruatis. Non probatur certè iudicio prudentiorũ, vulgi gustus, quo cupit, vt augendo volumini, quidquid vtcumque veniat, obtrudatur: immo nec etiam selecta, sed minus necessaria, fundenda penitus, vbiuis inserenda: sed sunt pauciora, doctrinæ, acuminisque Auctoris exhibendo: pulchre Theodoretus orat. de charit. *Non totum aurum, quod affertur consumens lapis, sed eius paululo affricatum, ostendit esse vel probum, vel improbum. Similiter quoque sagittarium, ex paucis quæ emittuntur telis, vt te didicerit quispiam, an recte sagittet, & ad scopum dirigat, an ab eo aberret, in arte minimè*

Theodor.

exercitatus. Ita etiam alij artifices, ne dicam de singulis, possunt dignosci. Ergo vt in cæteris rebus, sic etiam in scribendo, non moles, sed libri dignitas despicienda: nec quantum, sed quale volumen edat, verset sacer scriptor: quod si vulgo de paruitate mordeatur: ad manum est solatio, Nazianzenus orat. in sancta lum. qui reprehendens eos, qui indecenter Spiritum sanctum sub forma paruæ columbæ apparuisse, blasphemabant: sic subiungit. *Quod si mole ac pondere Diuinitatem æstimas, ac propterea Spiritum paruum esse censes, quia in columbæ formâ cernitur: homo sordide, atque in maximis rebus, minima quæque anxiè vrgens: iam tibi regnum quoque cælorum, contemnendum, ac pro nihilo putandum est, quia Sinapis grano comparatur: ac maiestati Iesu, præferendus aduersarius, quoniam hic quidem Zachar. 4. mons magnus vocatur, & Leuiathan, & rex torum, qui in aquis degunt: ille autem agni, & margarita, & gutta, idque genus nominibus appellatur.*

D. Gregor.

2. Hoc ergo fixo, ne tibi de mole vasta, tomus venerit commendandus: iam ab aliis coaceruata, vt plurimum ambitiosè, sed inutiliter transcribenda, fastidias necesse est: prudenter Guilhelmus Hamerus prologo suo in Genes. ista protulit. *Potuissem quidem huc afferre veterum Theologorum commentationes, quas illi partim ad litteram, partim allegorice in Genesim scripserunt, & in iustum aliquod volumen congerere: Sed occurrebat hunc laborem mihi ab aliis præreptum, & complures in hoc argumento sudasse: destiti, actum quod aiunt, agere. In manibus est Encherius, & Beda, vterque veterum Theologorum studiosus, suppressis tamen nominibus, quorum scripta suppilarunt. Sunt è recentioribus quoque, quos in Genesim scripsisse accipio, congestis huc veterum Theologorum sententiis & allegoriis: vt iam alio campo, mihi decurrendum sit, nisi Æsopicæ corniculæ more, alienis pennis adornari voluissem, atque alienis diuitiis diues esse.* Neque id tantum hoc temporis, vbi Doctorum diligentia librorum seges; ullulat vbiuis, sique transcribendum foret, & pueri libros edere potuissent: Sed & olim sub magnâ librorum inopiâ: Sanctissimi Ecclesiæ Doctores id obseruarunt, ne inutiliter acta agerent, & aptè ab aliis cusa, recuderent importunè. Nazianzenus orat. 5. de Theol. *Atque quod modis, vel Spiritus vel sanctus, apud Scripturam sacram intelligatur, ac dicatur, accurate excutere atque distinguere, commodumque cuique speculationi testimonium adhibere: quodque etiam peculiari quodammodo, id quod ex vtroque connexum est, nimirum Spiritus sanctus intelligatur: dicere supersedebimus: aliisque, qui & sibi ipsis, & nobis quemadmodum nos quoque illis, ista peroraclarunt, hoc muneris relinquemus: ipsi autem ad ea, quæ deinceps sequuntur orationem conuertemus.* Sed quid, inquis, faciendum, cum sæpè nostra, quæ damus, supponant necessario, quæ dederunt iam alij: nec possint capi quæ ingerimus, nisi & illa aliorum suggerantur? id cum euenit, non vero aliorum, cursim tantùmodo, dicta referantur, sub eaque breuitate, vt appareat, adduci necessariò, non obtrudi: alias ambitiosi fastus incurrimus suspicionem, quasi in aliorũ fundamento, & ab illo, molem nobis excrescere cupiamus. Gregor. Nazianz. ibidem, de eodem Spiritu S. ab orbis incunabulis adorato. *Quanquã iam a pluribus ostentũ sit, qui de eo pertractarunt, atque in diuinis scripturis, nec ignaue, nec perfunctorie versati sunt, sed litterã penetrantes, atque introspicientes reconditã pulchritudinem diuino beneficio perspexerunt, sicutique luce collustrati sunt: tamen ipsi quoque cursim, quantum res patitur, ostendemus: ne alioqui supervacaneam quandam operam sumere ac plus æquo ambitioni indulgere*

Guilielm. — D. Gregor. — Idem.

Rich. Vict. ad Sapientes ait: *peribitis vos, & domus vestra publicabuntur*: sic scribit, dicto lib. 1. c. 4. *Quid per sapientum domos, rectius intelligitur, quam priuata illa, & secreta quietis sua otia, quibus solent studiosi quique, doctrinæ studiis vacare? sapientum igitur nostrorum domus quodammodo publicantur, quando studiosa illa quietis nostra otia; ad omnem assolutionis euagationem exponuntur, doctrinaque secreta penetralia, ad omnem curam, vel curiositatem prostituuntur. Quam multos videmus post præclara studiorum suorum insignia, scientiaque magnalia: cum forte ad qualescunque honoris gradum, promoti fuerint: vel forte administrationis cuiuscunque curam susceperint: omnem statim doctrinarum suarum disciplinam despicere: sæcularibus negotiis semper, solumque vacare: cunctos sapientia cultores, sub vno die perdere, eorumque abdita secreta publicare.* Scilicet, quamuis latenter, venalem suam habebant sapientiam, gratiorique honoris commercio expositam: ergo iam venditam deserũt, & accepto pretio hilares, turbulentis negotiis, gratissima prisca disciplinarum negotia cõmutant. Absit à viris vere sapientibus, pestis tanta: magis certè in istis deploranda, quam in illis, de quibus Spart. Spartianus, in Adriano: *Doctores, qui professioni suæ inhabiles videbantur, ditatos, honoratosque à professione dimisit.* Quod & ille alius fecit apud Tull. orat. Tull. pro Archia, qui nescio quos nequam scriptores, donis affecit, *sed sub ea conditione, ne quid postea scriberẽt.* Hi nãque profanæ, abiectæque doctrinæ vẽditores, vtcunque condonandi, quãdoquidem pretio venit æstimabilis: at diuinam qui vendidit doctrinã, aut non agnouerat, aut plane iam habuerat interpolatam. Sed forte, iam se fatentur, inhabiles tãtæ sciẽtiæ professores, ideo ditati, & honorati dimittuntur, nec tã emeriti cessant, quã exauctorari.

4. Ni eadem, at certè vicina prædictæ, labes est, illorum scriptorum, quibus aut vna, aut non vulgaris cura est, vulgo placere: insanumque, multiplicis huius bestiæ, fauorẽ captare, sãnas pertimere, stare iudicio. Fuisset equidem studiorum nostrorum miserrima conditio, si vulgi sabis, horum causa casura, vel constitura crederetur. Salsæ est grauitatis Hieron. illud, quod refert D. Hieron. ad Nepot. *Præceptor quondam meus Gregorius Nazianz. rogatus à me, vt exponeret, quid sibi velit in Luca Sabbathum δευτερόπρωτον: eleganter lusit: docebo te, inquit, super hac re in Ecclesia: in qua, mihi omni populo acclamante, cogeris inuitus scire, quod nescis: aut, certè si solus tacueris, solus ab omnibus stultitia condemnaberis. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam, & indoctam concionem, linguæ volubilitate decipere, quæ quidquid non intelligit, plus miratur.* Tu videris, an merito, ad sic deceptæ trutinæ examen, scripta tua probaueris castigata: debuerit scientia nostra ventis ludibrium, si ventoso fauentis vulgi pabulo inhiatit: nihil hine, nisi vanum & fallax aucupabitur, cum nihil inde ponderantis iudicij deduci possit: pergit Hieron. Idem. *Marcus Tullius in orat. pro Q. Gal. quid de fauore vulgi, & imperitis concionatoribus loquatur, attende. Ne his fraudibus ludaris, loquar enim, quæ sum nuper ipse expertus: vnus quidam Poëta nominatus, homo perlitteratus, cuius sunt illa colloquia Poëtarum ac Philosophorum, cum facit Euripidem, & Menandrum inter se, & in alio loco, Socratem & Epicurum differentes, quorum ætates, non annis, sed sæculis, scimus esse disiunctas, quantos is plausus, & clamores mouet? multos enim condiscipulos habet in theatris, qui simul litteras non didicerant.* Pudeat Ecclesiasticum scriptorem, inde se probatum credere, probare commendabilem, è cuius plausu etiam profani [illegible]

artifices, opera sua, reprehensibilia esse augurabantur. Pulsabat citharam, immo canebat tibula, si rectè memini, Hyppomachi discipulus apud populum: interim vero, cum alio forte intenderet Hyppomachus, ingẽti clamore fauens; discipulo vulgus applausit: quem tunc conuersus baculo percussit magister, subdẽs: *be...atti absque dubio arte: nec enim nisi delictum, stultitia vulgi tam seruile commendaret.* Auctor est Ælianus lib. 4. var. Hist. qui iterum Ælian. alibi refert, virum quendam grauem, cum e vestibulo Theatri audisset, populum festiuissimè applaudentem, dixisse: *ineptum aliquid prodiit in scenam.* Idem. Quasi ineptissimo vulgo, tantummodo ineptum aliquid probaretur. Et tamen huc plures attendunt hinc pendent: hinc animos vlterius scribendo aut roborant, aut amittunt: instar Anaxandridis illius, de quo Athenæus dipnos. 9. cap. 4. Athen. *Quotiescunque apud populum recitans, non vicisset, chartas concidebat, amiciendo thuri & piperi destinatas: neque, quod alij faciunt, emendabat; sic itaque multos actus, qui perbelle habebant, perdidit, spectatoribus indignatus.* Infælix homo, qui eisdem, quibus litare posset æternitati, dum populo conatur adblandiri: & se dolore confecit, & posteros elegantissimis operibus defraudauit. Hoc ergo sacro Scriptori in primis statuendum, subeundam sibi æquo animo, hanc vulgaris iudicij tempestatem, vt quo rectius scripserit, eò minus placuerit: morosi genij est, ni prudentum suffragio contentus degas: delicati, si hos plebeculæ fluctus timeas: stulti aut arrogantis, vitare si præsumas. Propterea D. Hieron. ad Pammach. hæc subdit in rem no- D. Hier. Quint. stram. *Felices (inquit Fabius) essent artes, si de illis soli artifices iudicarent. Poëtam non potest nosse, nisi qui versum potest struere: Philosophos non intelligit, nisi qui scit dogmatum varietates: manifesta, & oculis patentia, magis probant artifices: nostra quam dura sit necessitas, hinc potes animaduertere, quod vulgi standum est iudicio: & ille in turba metuendus, quem cum videris solum, despicias.* Loquitur Fabius, de oratoris officio, cuius saltem gestus, & pronuntiatio, tot ferè iudices numerat, quot auditores. Sed staret his olim orator, quando ab horum suffragiis, res pendebat: Auctor, qui Christo scribit, & Ecclesiæ, cur vulgi lenitate moueatur? standum ergo Hieronymo, qui prædictis Fabij verbis, hæc subiungit. *Hoc præteriens tetigi, vt eruditis con-* D. Hier. *tentus auribus, non magnopere cures, quid imperitorum de ingenio tuo rumusculi iactitent.* Si autem quæras, quos nam vulgi nomine, eatenus intellexerim? respondeo cum Seneca lib. de vitâ beatâ c. 2. vbi ita. Senec. *Quæramus quid optimè factum sit, non quid vsitatissimum, quid nos in possessione æternæ fælicitatis constituat, non quod vulgo, veritatis pessimo interpreti probatum sit: vulgus autem tam chlamydatos, quam coronatos voco: non enim colorem vestium, quibus prætexta corpora sunt, aspicio: oculis, de homine non credo* Immo quandoque tota vulgi rusticitas, & si occultius cumularius tamen sub purpurâ reperitur.

§. 2.

Libros, optimos potius edere, curet, quàm ingentes: aliena importune non coacervet: sed curet, denuo aliquid laborare.

Hinc fiet vt scriptor serius, oculato potius Doctorum iudicio quã deprauato vulgi palato, libros suos ab excellẽtia, quam à mole cupiat metiendos: vulgo enim non tamen vtilis breuitas, quã palmaris crassities, & fastuosa longitudo venit admiranda.

miranda. Festiua visa mihi censura illa viri docti [Martin.] Gonis. Martini lib. de gener. c. 4 disp. vn. vbi ita. *Incidit in manus, (opprimeret, si in caput) prægrandis logica: tam turgida certe, vt primo intuitu, ne quidem logicam, sed Calepini Lexicon putarim. Logica, in vasto dorso libri, inscriptio erat: semilecta terruit, sed leniuit perlecta Considerani namque, logicam non futuram fortasse esse vt messem valli. Quid est hac paucioru reddit granula, cum vberius paleis luxurietur. Nec fefellit opinio. Nam vnde fecisset, tam aceratam molem compegisset? Sic, heu dolor! cæteri, quotquot modo videas, ex libidine scribendi instigatos: nihil enim nugent, sed verrunt solum, quidquid ruderum in fimetis iuniorum repererunt. Recte igitur, quos Auctores, vulgo, Philosophia vocitant, versores nomino. Dicitur in istos: muta stylum, & facies librum: Sed immerito: efficiunt namque libros, qui nec satis sunt mutando stylo: Sic namque (aduerte) scribunt omnes.* Et post noonulla, huiusce tenoris, adducta paradigmata, sic concludit. *Ecce stylus omnium, ecce methodus: sic aceruant, quod veneranda antiquitas cribauerat. Quin immo (quod putidius est) ventorum more, relictis fructu, nucleoque, quisquilias legunt, ac putamina. Laudantur vulgo, quod claro scripserint: at cur non carpuntur, quod obscura nesciant?* Ipsemet ego, expertus nonnullos sum, qui, eum nostri Sanctij in Canticum commentarios, aliis titulis non possent improbeare: inde maximè despiciendos prædicabant, quod cum ingentibus illis Gislerij, & aliorum, de tomorum turgiditate non certarent: totum æstimationis pondus, de tumida voluminis mole trutinantes: quasi scilicet in hoc scribendi negotio, nil tutum, de medio; [Seneca.] comparetur. Sed contra emunctæ naris homo, Senecam laudo, qui epist. 93. ita. *Et paucorum versuum, liber est, & quidem laudandus; atque vtilis. Annales Volusij, scis quàm non decori sint, & qui vocentur. Atque est vita quorundam longa, & quod Volusij sequitur Annales.* Erant vero prægrandes & turgidi annales isti, qui tamen fœdo vocabulo [Catulli.] notarentur: tritum illud Catulli: *Annales Volusij, charta:* æquè vero notum pueris, quid de libello illo breuissimo, sed aureo Persij, sentiat limatissimos Martialis. Commendandi ergo & merito Ghislerius & alij, quia vt grande, sic etiam optimum opus ediderunt: non tamen proinde merito damnandus Legionensis, & Sanctius, qui politissimam amplectuntur breuitatem. Mihi semper [Statius.] visum grauissimum acumen illud Statij lib. 4. Syl. vbi de pusilli statua Herculis Epitraperij.

——— Quanta experientia, docti
Artificis curis, pariter gestamina mensæ,
Fingere, & ingentes animo versare Colossos.

Sic etiam maximum est in scribendo, sublimia quædam, & magna imaginari, quæ tomum quendam vastissimum possent occupare: & tamen eadem in breuiores angustias redigere, vbi absque perspicuitatis dispendio, compendio vtilissimo fruaris. Non probatur certè iudicio prudentiorũ, vulgi gustus, quo cupit, vt augendo volumini, quidquid vtcumque veniat, obtrudatur: immo nec etiam selecta, sed minus necessaria, fundenda penitus, vbiuis inserenda: sed sunt pauciora, doctrinæ, acuminique Auctoris exhibendo: [Theodor.] pulchre Theodoretus orat. de charit. *Non totum aurum, quod affertur consumens lapis, sed eius paululo affricatus, ostendit esse vel probum, vel improbum. Similiter quoque sagittarium, ex paucis quæ emittuntur telis, vt te didicerit quispiam, an recte sagittet, & ad scopum dirigat, an ab ea aberret, in arte minimè exercitatus. Ita etiam alij artifices, ne dicam de singulis, possunt dignosci.* Ergo vt in cæteris rebus, sic etiam in scribendo, non moles, sed libri dignitas dispicienda: nec quantum, sed quale volumen edat, verset sacer scriptor: quod si vulgo de paruitate mordeatur: ad manum est solatio, Nazianzenus orat. in sancta lum. qui reprehendens eos, qui indecenter Spiritum sanctum sub forma paruæ columbæ apparuisse, blasphemabant: sic subiungit. *Quod si* [D. Gregor.] *mole ac pondere Diuinitatem æstimas, ac propterea spiritum paruum esse censes, quia in columbæ forma cernitur, homo sordide, atque in maximis rebus, minima quæque anxie vrgens: iam tibi regnum quoque cælorum, contemnendum, ac pro nihilo putandum est, quia Sinapis grano comparatur: ac maiestati Iesu, præferendus aduersarius, quoniam hic quidem Zachar. 4. mons magnus vocatur, & Leuiathan, & rex eorum, qui in aquis degunt: ille autem agni, & margarita, & gutta, idque genus nominibus appellatur.*

2. Hoc ergo fixo, ne tibi de mole vasta, tomus venerit commendandus: iam ab aliis coaceruata, vt plurimum ambitiosè, sed inutiliter transcribenda, fastidias necesse est: prudenter Guillielmus Ha- [Guillielm] merus prologo suo in Genes. illa protulit. *Potuissem quidem huc afferre veterum Theologorum commentationes, quas illi partim ad litteram, partim allegorice in Genesim scripserunt, & in iustum aliquod volumen congerere: Sed occurrebat hunc laborem mihi ab aliis præreptum, & complures in hoc argumenta sudasse: destitei, actum quod aiunt, ageres. In manibus est Eucherius, & Beda, vterque veterum Theologorum studiosus, suppressis tamen nominibus, quorum scripta suppilarunt. Sunt è recentioribus quoque, quos in Genesim scripsisse accipio, congestis hunc veterum Theologorum sententiis & allegoriis: vt iam alio campo, mihi decurrendum sit, nisi Æsopica corniculæ more, alienis pennis adornari voluissem, atque alienis diuitiis diues esse.* Neque id tantum hoc temporis, vbi Doctorum diligentia librorum seges pullulat vbiuis, sique transcribendum foret, & pueri libros edere potuissent: Sed & olim sub magnâ librorum inopiâ: Sanctissimi Ecclesiæ Doctores id obseruarunt, ne inutiliter acta agerent, & aptè ab aliis cussa, recuderent importunè. Nazianzenus orat. 5. de Theol. [D. Gregor.] *At que quod modis, vel Spiritus vel sanctus, apud Scripturam sacram intelligatur, ac dicatur, accurate excutere atque distinguere, commodumque cuique speculationi testimonium adhibere: quodque etiam peculiari quodammodo, id quod ex vtroque connexum est, nimirum Spiritus sanctus intelligatur: dicere supersedebimus: aliisque, qui & sibi ipsis, & nobis quemadmodum nos quoque illis, ista pertractarunt, hoc muneris relinquemus: ipsi autem ad ea, quæ deinceps sequuntur orationem conuertemus.* Sed quid, inquis, faciendum, cum sæpè nostra, quæ damus, supponant necessario, quæ dederunt iam alij: nec possint capi quæ ingerimus, nisi & illa aliorum suggerantur: id cum euenit, non vero aliorum, cursim tantũmodo, dicta referantur, sub eaque breuitate, vt appareat, adduci necessariò, non obtrudi: alias ambitiosi fastus incurrimus suspicionem, quasi in aliorũ fundamento, & ab illo, molem nobis excrescere cupiamus. Gregor. Nazianz. ibidem, de eodem Spiritu S. ab [Idem.] orbis incunabulis adorato. *Quanquã iam a pluribus assertũ sit, qui de eo pertractarunt, atque in diuinis scripturis, nec ignaue, nec perfunctoriè versati sunt, sed litterã penetrantes, atque intraspicientes reconditã pulchritudinem diuino beneficio perspexerunt, scientiæque luce collustrati sunt: tamen ipsi quoque cursim, quantum res patitur, ostendemus: ne alioqui supervacaneam quandam operam sumere ac plus æquo ambitioni indulgere*

Martin. miranda. Festiua visa multis censura illa viri docti Gonis. Martini lib. de gener. c. 4 disp. vn. vbi ita. *Incidit in manus, (opprimeres, si in caput) prægrandis logica: tum turgida certe, vt primo intuitu, ne quidem logicam, sed Calepini Lexicon putarim. Logica, in vasto dorso libri, inscriptio erat: semilectu terruit, sed leniuit perlectu. Considerani namque, logicam non futuram fortasse esse vt messem vallis. Quid est hæc pauciora reddit granula, cum vberius paleis luxuriatur. Nec fefellit opinio. Nam vnde secus, iam aceruatam molem compegisset? Sic, heu dolor! cæteri, quotquot modo videas, ex libidine scribendi instigatos: nihil enim augent, sed verrunt solum, quidquid ruderum in fimetis iuniorum repererunt. Recte igitur, quos Auctores, vulgo, Philosophiæ vocitant, versores nomino. Dicitur in istos: muta stylum, & facies librum: Sed immerito: efficiunt namque libros, qui nec suis sunt mutando stylo: Sic namque (aduerte) scribunt omnes.* Et post nonnulla, huiusce tenoris, adducta paradigmata, sic concludit. *Ecce stylus omnium, ecce methodus: sic ucernant, quod veneranda antiquitas cribauerat. Quin immo (quod putidius est) ventorum more, relictis fructu, nucleoque, quisquilias legunt, vt putamina. Laudantur vulgo, quod clare scripserint: at cur non carpuntur, quod obscura nesciant?* Ipsemet ego, expertus nonnullos sum, qui, cum nostri Sanctij in Canticum commentarios, aliis titulis non possent improbrare: inde maximè despiciendos prædicabant, quod cum ingentibus illis Gislerij, & aliorum, de tomorum turgiditate non certarent: totum æstimationis pondus, de tumida voluminis mole trutinantes: quasi scilicet in hoc scribendi negotio, nil tutum, de medio,
Seneca. compararetur. Sed contra emunctæ naris homo, Senecam laudo, qui epist. 93. ita. *Et paucorum versuum, liber est, & quidem laudandus; atque vtilis. Annales Volusij, scis quàm non decori sint, & qui vocentur. Atque est vita quorundam longa, & quod Volusij sequitur Annales.* Erant vero prægrandes & turgidi annales isti, qui tamen fœdo vocabulo
Catulli. notarentur: tritum illud Catulli: *Annales Volusij, charta:* æquè vero notum pueris, quid de libello illo breuissimo, sed aureo Persij, sentiat limatissimus Martialis. Commendandi ergo & meritò Ghislerius & alij, quia vt grande, sic etiam optimum opus ediderunt: non tamen proinde meritò damnandus Legionensis, & Sanctius, qui politissimam amplectuntur breuitatem. Mihi semper
Statius. visum grauissimum acumen illud Statij lib. 4. Syl. vbi de pusilla statua Herculis Epitraperij.

—— Quanta experientia, docti
Artificis curis, pariter gestamina mensa,
Fingere, & ingentes animo versare Colossos.

Sic etiam maximum est in scribendo, sublimia quædam, & magna imaginari, quæ tomum quendam vastissimum possent occupare: & tamen eadem in breuiores angustias redigere, vbi absque perspicuitatis dispendio, compendio vtilissimo fruaris. Non probatur certè iudicio prudentiorũ, vulgi gustus, quo cupit, vt augendo volumini, quidquid vtcumque veniat, obtrudatur: immo nec etiam selecta, sed minus necessaria, fundenda penitus, vbiuis inserenda: sed sunt paucio-
Theodor. ra, doctrinæ, acuminique Auctoris exhibendo: pulchre Theodoretus orat. de charit. *Non totum aurum, quod affricatur consumens lapis, sed eius paululo affricatu; ostendit esse vel probum, vel improbum. Similiter quoque sagittarium, ex paucis quæ emittuntur telis, vt te didicerit quispiam, an recte sagittet, & ad scopum dirigat, an ab eo aberret, in arte minimè exercitatus. Itaetiam alij artifices, ne dicam de singulis, possunt dignosci.* Ergo vt in cæteris rebus, sic etiam in scribendo, non moles, sed libri dignitas dispicienda: nec quantum, sed quale volumen edat, verset sacer scriptor: quod si vulgo de paruitate mordeatur: ad manum est solatio, Nazianzenus orat. in sancta lum. qui reprehendens eos, qui indecenter Spiritum sanctum sub forma paruæ columbæ apparuisse, blasphemabant: sic subiungit. *Quod si* D. Gregor. *mole ac pondere Diuinitatem æstimas, ac propterea spiritum paruum esse censes, quia in columba formâ cernitur: homo sordide, atque in maximis rebus, minima quaque anxiè vrgens: iam tibi regnum quoque cælorum, contemnendum, ac pro nihilo putandum est, quia Sinapis grano comparatur: ac maiestati Iesu, præferendus aduersarius, quoniam hic quidem Zachar. 4. mons magnus vocatur, & Leuiathan, & rex eorum, qui in aquis degunt: ille autem agni, & margaritæ, & guttæ, idque genus nominibus appellatur.*

Hoc ergo fixo, ne tibi de mole vasta, tomus venerit commendandus: iam ab aliis coaceruata, vt plurimum ambitiosè, sed inutiliter transcribenda, 2.
fastidias necesse est: prudenter Guilielmus Ha- Guilielm
merus prologo suo in Genes. illa protulit. *Potuissem quidem huc afferre veterum Theologorum commentationes, quas ille partim ad litteram, partim allegorice in Genesim scripserunt, & in iustum aliquod volumen congerere: Sed occurrebat hunc laborem mihi ab aliis præreptum, & complures in hoc argumento sudasse: destiti, actum quod aiunt, agerei. In manibus est Eucherius, & Beda, vterque veterum Theologorum studiosus, suppressit tamen nominibus, quorum scripta suppilarunt. Sunt è recentioribus quoque, quos in Genesim scripsisse accipio, congestis huc veterum Theologorum sententiis & allegoriis: vt iam alio campo, mihi decurrendum sit, nisi Aesopicæ corniculæ more, alienis pennis adornari voluissem, atque alienis diuitiis diues esse.* Neque id tantum hoc temporis, vbi Doctorum diligentia librorum seges pullulat vbiuis, sique transcribendum foret, & pueri libros edere potuissent: Sed & olim sub magnâ librorum inopiâ: Sanctissimi Ecclesiæ Doctores id obseruarunt, ne inutiliter acta agerent. & aptè ab aliis cussa, recuderent importunè. Nazianzenus orat. 5. de Theol. D. Gregor.
Atque quod modis, vel Spiritus vel sanctus, apud Scripturam sacram intelligatur, ac dicatur, accurate excutere atque distinguere, commodumque cuique speculationi testimonium adhibere: quodque etiam peculiari quodammodo, id quod ex vtroque connexum est, nimirum Spiritus sanctus intelligatur: dicere supersedebimus: aliisque, qui & sibi ipsis, & nobis quemadmodum nos quoque illis, ista peruestigarunt, hoc munus relinquemus: ipsi autem ad ea, quæ deinceps sequuntur orationem conuertemus. Sed quid, inquis, faciendum, cum sæpè nostra, quæ damus, supponant necessario, quæ dederunt iam alij: nec possint capi quæ ingerimus, nisi & illa aliorum suggerantur: id cum euenit, non vero aliorum, cursim tantũmodo, dicta referantur, sub eaque breuitate, vt appareat, adduci necessariò, non obtrudi: alias ambitiosi fastus incurrimus suspicionem, quasi in aliorũ fundamento, & ab illo, molem nobis excrescere cupiamus.
Gregor. Nazianz. ibidem, de eodem Spiritu S. ab Idem.
orbis incunabulis adorato. *Quanquã iam a pluribus ostensũ est, qui de eo pertractarunt, atque in diuinis scripturis, nec ignaue, nec perfunctoriè versati sunt, sed litterã penetrantes, atque introspicientes reconditũ pulchritudinem diuino beneficio perspexerunt, scientiaque luce collustrati sunt: tamen ipsi quoque cursim, quantum res patitur, ostendemus: ne alioqui superuacaneam quandam operam sumere ac plus æquo ambitioni indulgere*

videamur, super fundamentum alienum ædificantes. Nec prætendas, necessario aliorum opiniones referendas, impugnandas, vt tua tandem solidior appareat: nam eum mutuo se iam alij oppugnarint, & expugnarint: satis erit illis indicatis, quæ denoo attuleris, afferre, aliàs ooo tam scriptorem te putes, quàm transcriptorem. Et quidem, qui telatis importune aliorum placitis, quæ vel approbet, vel repellat libros edit, alienis expensis ædificat: vt huc etiam, accommodari possit illud Tertull. lib. 2. cont. Marc. cap. 1. *Non poteras ædificare nisi mendacium, sine demolitione veritatis: aliud subruere necesse habuit, vt quod vellet extrueret. Sic ædificat, qui propria paratura caret.* Caue igitur ne mulris aliorum inuersis, aliis personatis, paucis è penu tuo obortis, imposito oouo titulo librum tibi adoptes: hic partus, ioiuriæ, nisi à natura destinatur. Adde excusari visos hodie scriptores, ab aliorum sententiis referendis, ex ipsa, referendi, seu redigendi placita ad numerum, impotentia: post eoim tot docta sæcula, io istoque doctissimo, vix quæstiooem assignes, quæ mille diuersas sententias non subeat: fac singulis discutiendis immoreris: ecquis finis? licet in diuersissimo genere, scilicet contra errores Hæreticorum: Simili se prætexto excusat D. Irenæus lib. 1. cap. 18. bis verbis. *Cum autem discrepent ad inuicem, doctrinâ, & traditione: & qui recentiores eorum agnoscuntur, affectent per singulos dies, nouum aliquid inuenire, & fructificare, quod nunquam quisquam excogitauit: durum est omnium describere sententias.*

Tertull.

D. Iren.

3. Prudens itaque scriptor totus incumbit, in receptis iam placitis denuo confirmandis: aut si noua vndique, veriuis Theologiæ lux effulserit, toto oisu ad eruendam penitos, conatur: mauult que talpa, nouam sed veram, quasi eruderatam scribere scintillam; quàm lynx, soles veteres transcribere lectori, putiores, in propriis Auctorum suorum epiciclis inueniendos. Aptè Petrus Cellensis lib. 2. de conse. *Aggredior proinde fodere cæcus, & mendicus in altum, sicut talpa; quærens venire ad lumen conscientiæ, quamuis caream lumine scientiæ: miro enim modo bestiola illa manibus, & pedibus reiicit oppressionem ponderis, & caliginis: appetens aeris libertatem, & forte lucem, etiam sine lumine oculorum.* Nimirum (quæ est diuina, in diuiendis scientiarum veois, prouidentia) ooo raro talpæ aliquid reuelatur quod etiam lyncæos oculos subterfugerat. Nec est, cur quidam mordeant nouitatem: non vsque dum humanarum, ne dum diuinarum scientiarum veritas est exhausta, eum ista oronino sit inexhauribilis: nouos non vitat, immo inuitat potius explicatores, dummodo catholicæ, id est, Romanæ fidei canone, & obsequio dirigantur. Idem Cellensis lib. de Pao. cap. 2. de sacris libris, sub metaphorâ panū explicatis. *Præter, & supra naturam nostri panis quotidiani, qui deficit cum reficit, panes dominici sunt, qui è conuerso crescunt, cum reficiunt: dum sumuntur, non consumuntur: comminuuntur, sed non imminuuntur: immutant sumentes, sed à sumentibus non mutantur.* Semper crescunt mysteriis, sacri libri, scientiæ diuinæ: vt quo plus penetrantur, eo amplius exhibeant inquirendum. Ideo in tandem rem elegantissimè Gellibertus serm. 5. de multiplici explicatione eiusdem versiculi sacri. *Quid enim? cur non ficus frequenter concutitur, cuius fructus plene nunquam excutitur? quid mirum si conuellitur sæpius, qua propria expoliatione fœcundior efficitur, cum velut cantis videtur certare manu: & decerpentis audit ..tem vbertate conuincere?* Grauior adhuc est illa comparatio, qua Scriptura, Margarito comparatur: vt enim pretiosa vnio, quamuis parte perforetur, semper oouo splendore pendet ad comptum, nouo lepore collucet ad ornatum: Sic sacræ Scripturæ sententias gemmatas, quouis verses doctè, piè, nouo sapore ad legentium vtilitatem condiuntur. Hieronymus ad Eustoch. *Et vt intelligas Scriptura in omnibus Sacramentum: Margaritum quippe est sermo Dei: & in omni parte forari potest.* Aggredere ergo artifex oon incultus gemmæ preciosissimæ sculpturam, mitte ingeniosâ pietate noua foramina, hinc enim animatus, vetustissimus & grauissimus Pater Cassiodorus, oouam psalmorum explicationem edidit, qua fruimur iocundissime: testatur id ipse, in operis magni prologo, his verbis. *Pater Hieronymus ait: Margaritum quoddam est Scriptura diuina, & ex multis partibus forari potest: quocirca Pater Apostolice, qui cælestis litteras, sanctis moribus reddidisti, præstante Deo, de tua imitatione pronocatus, abyssos diuinas ingrediar.* Viridarium est Scriptura, oouis identidem floribus amœnatum, quos dum auidius colligis, miraris succrescentes, & sub auido pollice, pullulantes: quo diligentior messueris, mittuntur pulchriores, quo numerosior turba collectorum, eo partus fœcundior: perenni scilicet fonte rigatur beata gleba, qui dum, quantumuis hauriatur, non exhauritur, ooua semper venustate colit areolas. Idem ibidem Cassiodorus cap. 15. *Sicut fœcundissimus ager, odoriferas herbas, saluti nostræ producit accommodas; sic lectio diuina, cum per singula verba requiritur. De cuius elegantia modis, multi Patres latini, prolixiusque dixerunt, quorum nomina, in libris introductoriis commemoranda perspeximus: sed fons ille cælestis, quantum assidue constat hauriri, tantum nescit expendi.* Sed quid mirum Cassiodorus, tot ante sæcula hæc scripserit, eum ætatis fere nostræ Oleaster, post tot aliorum labores fœlicissimos, quibus iam oihil, posteris laborandum videbatur, in sui Pentateuchi prologo, post alia, sic scribat. *Cum tibi, & omnibus notum sit, multa adhuc in sacris libris, adeo obscura, & inuoluta existere, vt multorum ingenia, etiam perspicacissima, in eis explicandis, summo labore indigeant, &c. Non enim meo iudicio, vsque hodie fuit aliquis Christianorum, aut Iudæorum, tam fœlicis ingenij, qui ita omnia, quæ in sacris litteris inuoluta sunt, explicaret, vt non sequentibus, amplum, exercendi ingenij, veluti campum reliquerit. Voluit enim, summus ille omnium rerum distributor, cunctorum desiderio, pro suo modulo satisfacere: neque vni, omnium locorum difficilium, intellectum concedere: sed alij plura, alij vero pauciora intelligere donauit. Neque mortalium aliquem, tam insolentem, atque arrogantem puto, qui se cuncta in Scripturis sanctis, aut intellexisse, aut explicasse glorietur.* Igitur sic labora non quasi Rapsodus, aliorum tantummodo construas centones, sed vt nouum aliqoid & vtile, sudoribus tuis posteri debuerint.

Petr. Cel.

Idem.

Gellibert.

D. Hieron.

Cassiodor.

Idem.

Oleaster.

§. III.

In scientiâ diuinâ, semper nouum aliquid superest inquirendum: nouitas Caietani damnata. Nil (licet vltra Patres, pium aliquid addi possit) contra Patres, sanctū.

NEque despondeas animo turbatus, si (quod frequenter euenit) post illum, sub eodem versando

versando argumento, scripseris: qui noper de re illa, omne tulisse punctum commendetur. Obstupuere Docti Pinedæ commentarios in Iobum, nihil iam desiderari videbatur: at statim post illum, Sanchez eam sacro volumini nouauit operam, vt non frustra laborasse intelligamus: nec pœnitendo calamo Iacobus Boldoc, quid denuo in idem condiderit, suspicimus. Quis priscorum Parrum post editos Augustini commentarios in Psalterium, non opus præclarissimum, plenis buccis decantauit? Nec tamen inter eos desperauit Cassiodorus, noua aliqua, diuino aspirante Numine, cudenda sibi? Ideo initio prædicti Prologi, commendato Augustino, sic subiungit. *Quadam vera noviter inuenta, post tam mirabilem magistrum, sola Domini præsumptione subieci, qui paruulis confidentiam, cæcis visum, mutis sermonem, surdis præstat auditum.* Nec certè ita arrogans, modestissimus Pater Cassiodorus, vt noois suis inuentis, iam nil nouum superesse addendum, existimaret: immo ad finem vsque sæculi noua semper quærenda, & inuenienda, non tam fateri visus, quàm vaticinari: vnde ad finem totius Psalterij, hæc appendit. *Explicitus est decor mirabilis, & ordo Psalmorum, numero quidem mystico terminatus, sed sacris virtutibus infinitus: solummodo illi ad dimensum cognitus, qui arenam maris, pluuiarum guttas, creaturarum omnium naturas, admirabili quantitate complectitur. Sed quamuis à nobis, ex toto comprehendi non possit, tamen vtiliter quæritur: quia perscrutatus, semper copiosior inuenitur. Quanta enim adhuc, hinc noua dicenda sunt? quantorum fidelium ingenia, vsque ad finem sæculi, curiosa sedulitate laborabunt?* Tantum ergo abest, vt quòd multi de eodem argumento præcesserint scriptores, ab scribendo denoo terrearis: vt inde ab vberiori plurium lectione, quasi semen percipias, facilius nouis aliis medinandis: aliod quippe est plures prædecessores legere, vnde furacissimus calamus dissimulato tenore transcribas, tomis in phantasticam pompam suffarcinatis: aliod ab eisdem, ingenio scrutaturo alia, fomitem ministrare. Grauiter vir ille magnus Domin. Sotus, in Prol. de Iust. & Iur. ad hanc rem. *Quanto plura, à præcessoribus, in re quauis inuenta sunt: tanto posteru, si vllo valent ingenio, vberiorem syluam subministrant, excogitandi noua.* Sic igitur priscorum lectione proficias, vt posteri te euoluto, se sentiant profecisse: quod quidem syncerus scriptor, facile, (nunquam, transcriptor subdolus) consequeris: talem se gessit Oleaster supra citatus: qui proinde, absque modestiæ iacturâ concludit. *Nam quemadmodum ego, aliorum laboribus, & industriâ profeci: multaque mihi prius obscura intellexi: ita possibile est alios, (absis verbo inuidia) nostro labore proficere.* Sic hodie scribunt, quique non tam pomposo scriptorum vocabulo, quam proximorum vtilitati, sedulo allaborant. Ideo Iacobus Boldoc, ad calcem libri sui de Ecclesia ante legem, hæc appofuit. *Proinde si noua quibusdam videantur, qua compegimus, en filius tuus ille dilectus, per quem licuit mihi, proferre de thesauro tuo, noua & vetera, ædes sacra, templumque nostrum est: cujus porta sunt Petri successores, Romani Pontifices: ad quorum pedes ista tanquam illius appensa foribus anathemata, & omnia mea humiliter subiicio, quamlibet ad eis censuram subire paratus: siquidem in istis portis nostris, omnia poma noua, & vetera, dilecte mi seruaui tibi. Cui soli honor, & gloria.* Multa idem Bolduc in Prol. & Prælud. Iob, tu legeris. Nunquam itaque deficiunt noua poma, fructus tempestiui,

Cassiodor.

Idem.

Sotus.

Oleaster.

Iac. Bold.

quos sponsa Ecclesia offerat dilecto. Desidis cultoris est, ligonis iam obtusi, agrique sterilis, solum veteribus apponendis assuescere: quasi aut sola lectoris nausea procuretur, aut diuinæ scientiæ inopia, & diuinæque virtus traducatur. Bene D. Ephræm Syrus orat. de Transfig. Dom. apud Lipom. *Ex agro messes, & lætitia: & ex vineâ, fructus esculenti: & ex scripturis doctrina viuifica. Ager habet vno tempore vindemiam: ex scripturâ autem, semper scaturit doctrina viuifica. Ager, quando fit messis, minuitur: & vitis, quando fuerit vindemiata, efficitur abiecta, & humilis: scriptura autem, quotidie metitur, & spica interpretum, ex eâ non deficiunt: & botri vinea eius, nunquam consumuntur. Accedamus ergo ad hunc agrum, & viuifico eius sulcis fruamur: & in eo metamus spicas vitæ.* Nec minus aptum exemplum & testimonium illud Euangelicum de thesauro proferente noua, & vetera, quod attulit Bolduc, quàm hoc ex cantico, de pomis nouis & veteribus asseruandis ibidem adductum: Sic enim Chrysost. Hom. *Aduersus eos, qui tan. in fest. conu.* habetur tom. 6. vbi ita. *Quod si hi, qui in pecunias insaniunt, tanto rerum periturarum, tenentur studio: multo magis nos, hoc in diuinis facere thesauris oportet: nec prius absistere, quàm totum hoc quod ibi vidimus, exhauserimus. Dixi autem, quod ibi vidimus, quia vniuersum exhaurire, non datur: sunt enim est perenniter manans, diuinarum vis sententiarum nunquam deficient, vnnquam interquiescens.* Dedeerunt iam, de hac Scripturæ sacrâ feracitate, paginas & paginas, viri doctissimi, quibus abstineo, ne in vitium incidam, qood reprehendo: qui tantum propriis micis contentus dego. Concludo, hanc esse liberam, & proinde vtiliorem proximis, hæreditatem, illorum, qui nullius nomen gerunt, solummodo Romanæ Ecclesiæ veritati, & Sanctorum Patrum doctrinæ, mancipati: quos visus expressisse Seneca, mittens ad Amicum libros suos: qui proinde sic subdit epist. 45. *Cæterum, quod libros meos, tibi mitti desideras: non magis ideo me disertum puto, quam formosum putarem, si imaginem meam peteret. Indulgentia scio istud esse, non indicij & si modo indicij est, indulgentia tibi imposuit. Sed qualescunque sint, tu illos sic lege, quasi verum quæram adhuc, non sciam, & contumaciter quæram: non enim me cuiquam mancipaui: nullius nomen fero: multum magnorum virorum indicio credo, aliquid & meo vindico: nam illi quoque, non inuenta, sed quærenda nobis reliquerunt.* Non Cynici, non Stoici, non Peripaterici nomini, Seneca mancipatur: vt dum nullius fert nomen, in nullius iurare verba teneatur, sed omnium possit percipere veritates, & nonis inuentis comere perceptas: nec tam sibi quasi testamento relictas iam inoentas, quam denuo quærendas gratulatur. Et vide quid addat: *Et inuenissent forsitan necessaria, nisi & superflua quæsissent.* Sic, ni in superfluis aliorum transcribendis, & euoluendis occupetis: fortè noua, & necessaria aucupaberis.

D. Ephr.

D. Chrys.

Seneca.

Idem

2. Quid ergo? inquis: probandus ne Caietanus, ob illa, quæ in prologo Genes. Scripsit de nooitate inuestiganda? absit, merito enim vapulat ab omnibus, & à non paucis erroris condemnatur: pende hominis verba. *Scripturus supra quinque libros Moysis, iuxta sensum litteralem, nonunque Scriptura sensum, quandoque allaturus, sub sancta Matris Ecclesiæ, ac Apostolica sedis censurâ: rogo lectores omnes, ne præcipites detestentur aliquid, sed librent omnia, apud sacram Scripturam, apud Christiana fidei veritatem, apud Catholica Ecclesia docu-*

Caietan.

menta, ac mores: & si quando occurrerit nouus sensus,
textui consonus, nec a sacra scripturâ, nec ab Eccle-
sia doctrinâ dissonus, (quamuis a torrente Doctorum
sacrorum alienus) aequos se praebeant censores: memi-
nerint ius suum vnicuique tribuere. Hæc sunt verba
Herice. Caietani quæ nuper merito improbat Herice no-
ster in suo Prol. & pridem damnantur penitus à
Canus. suo Cano, lib.7.cap.3. num.10. plenissimâ, quâ
pollet eruditione. Absit ergo vt dixi, vt in simile
barathrum, studio sectandæ nouitatis, Catholicum
Scriptorem (quem formare instituo) deductum
Caietan. velim. Damnatur ergo iuste Caietanus, quia *sen-*
sum à torrente sacrorum Doctorum alienum, Id est
omnino contrarium, voluit quandoque ample-
xandum: & sub hac mente, tam acriter in illum,
Canus fuit inuectus. Hinc illa nota marginalis,
Cani. quæ verbis Cani additur, in editione Salmantinâ
apud Matthiâ Gastinm, anno Dom. M.D.LXIII.
quæ ita. *Si nouus sensus esset, sed non a Sanctorum*
sensu discors, & dissidens: bene haberet fortasse. At
nouus, qui ita à priscorum sententia discrepet, &
abhorreat, vt sit vere contrarius: erroneus sit necesse
est: de hoc autem Caietanus loquitur, vt patet. Huc
vsque marginalis nota. Sed vnde inquis patet, vt
Caietan. Caietanus *sensum alienum*, (qui mitius explicari
posset) pro sensu contrario sacris Doctoribus, po-
suerit? puto, ex iis, quæ statim subdit, sic enim
ibidem. *Solis sacra Scriptura Auctoribus, reseruata*
est authoritas hac, vt ideo credamus sic esse, quia ita
ipsi scripserunt. Vbi plura, quæ tamen inique ex
D.Augustino, fota credidit: & tandem conclu-
dit: *Nullus itaque detestetur nouum sacræ Scriptura*
sensum, ex hoc quod dissonet, à priscis Doctoribus.
Nihil auctoritati igitur, & communi Patrum sen-
tentiæ, sed meræ rationi, attribuendum voluit
Caietanus: vnde si contraria ratio effulgeret, etiam
quoduis dissonum, & Patribus contrarium tutum
Canus. existimaret: ideo Canus citatus num.12. *Caietanus*
auctoritatem contemnit, ratione pugnat: quod pro-
prium Hæreticorum esse, apertissimè ibi confirma-
uit: denique hinc hortos, bellicosos illos, & pu-
gnaces spiritus, generosi in hac parte Cani, contra
suum Caietanum: quod scilicet hic, sic suum
nouum sensum, & prisco contrarium obtruderet,
vt obiter licet tacite, priscos Patres erroris insimu-
lasse videatur: satis ex citato cap. patet: vnde
grauiter num.16. Sic sanctos Patres inducit, cum
Idem. Caietano expostulantes. *Ita ne nos, fili Caietane,*
in sacrarum expositione litterarum, simul omnes erra-
mus? ita ne nobis omnibus, quos Ecclesia Christus
Praeceptores dedit, spiritus intelligentia, defuit? ita
ne tu vnus, aduersus nos, pugnare audes: & Ecclesiam
credis, vnius sensum hominis secuturam? huius vero
grauissimi, sanctissimique senatus commune iudicium
deserturam? Sibi ergo habeat Caietanus nouum
suum sensum: ego enim, quàm reuerenter, San-
ctorum Patrum sententia sit habenda, infra fusius
ostendam: Aliud enim est, quod hucusque, con-
tra scriptores rapsodos, & transcriptores, nihil
noui indagantes disserebam.

3. Ergo quod contra Patrum stabilem sententiam,
contrarium obtruditur, erroneum babuetis, &
plusquam temerarium euita: quod vero contra
aliorum Doctotum commune iudicium, idque
ventilatum, absque irrefragabili nouo fundamen-
to; hoc quidem præceps, atque temerarium iu-
D.Thom. dicatur: de quo cum D Thoma, Suarius de fide,
Suarius. disp.19. sect.2. Hurtadus disput.81. sect.7. & alij
Hurtadus. Quod vero non contra, sed vltra communem sen-
tentiam additur, illique non repugnat: quis
vnquam temerarium appellauerit? Exemplo, ex
Cantico Canticorum petito, res patebit. Omnes
Antiqui Patres, Canticum de Nuptiis Christi &
Ecclesiæ: vel de Nuptiis Christi, & cuiuslibet ani-
mæ sanctæ explicarunt. Et ecce tibi, post mille
fere annos, nescio quis considerans, nonnullos
sacri epithalamij versiculos, de Christo, & singu-
larissima sponsa Maria vsurpari: totum Canti-
cum, addito quodam tertio sensu, transtulit in
Deiparam: adhæserunt huic deinde Guillielmus,
Honorius, Rupertus, Dionysius, Hailgrinus, Ala-
nus, Ghislerius, & alij. Nunquid hi, ob tertium
hunc sensum, piissime & denuo excogitatum, te-
meritatis damnandi? logi. Quid oportebat scribe-
re, nisi inuenire, & innouare liceret, quibus prisca
communiter recepta, non tam condemnarentur,
quàm cumularentur? At ecce nuperrime quidam
alius considerans quosdam ex Cantico versiculos
ad Nuptias Verbi & humanitatis per hypostaticam
vnionem, à priscis explicari: veneratus tres istos
prædictos sensus, & tanquam legitimos & piissi-
mos osculatus, quartum addidit, totumque Can-
ticum de Incarnatione, Nuptiisque Verbi &
Humanitatis, non infœliciter, vt dicunt, exposuit
denuo. An iste temerarius? absit. Reueretur tres
priscos sensus, fatetur Germanos, & tenendos:
quid arrogantiæ est, si non contra, sed vltra illos,
quartum inducat? Certè Nuptias inter Verbum
& Humanitatem celebrant Patres, & scholastici.
D.Augustinus, ad illud Psal.18. expos.1. ita. *Et*
ipse tanquam sponsus, procedens de thalamo suo, Pro- D. August.
cedens de vtero virginali: vbi Deus natura humana,
tanquam sponsus sponsa copulatus est. Et iterum ex-
positione 2. *Hoc est: ille tanquam sponsus, cum* Idem.
Verbum caro factum in vtero virginali thalamum in-
uenit: atque inde natura coniunctus humana, tanquam
de castissimo procedens cubili. D.Thom. 3.p. q.30.
art.1. post tres alias rationes, cur Incarnatio Vir- D.Thom.
gini annuntiaretur. *Quarto vt ostenderetur, esse*
quoddam spirituale matrimonium, inter filium Dei,
& humanam naturam: & ideo per annuntiationem
expectabatur consensus virginis, loco totius humana
natura. Alios passim incutres. Nil ergo temera-
rium molitus est hic Auctor maximè, cum licet
primus sic totum Canticum ex professo explica-
ret, non tamen primus vidit, sic posse explicari, Salmeron.
nam Salmeron, quem in Prologo suo aduocat,
hunc quartum sensum, præ tribus aliis præcipuè
commendat.

Verissima igitur habenda verba D.Bernardi,
qui post illas diuinas homilias, in locum Lucæ.
Missus est Angelus, &c. sic concludit, modestissi-
mè se excusans, quamque debeamus intendere D.Bernard.
nouitatem, præmonstrans prudentissimè. *Lectionē*
Euangelicam exposui, sicut potui: nec ignoro, quod
non omnibus placebit: sed scio me ob hanc rem, multo-
rum fere indignationi obnoxium, & aut iudicabor
superfluus, aut præsumptor, quod videlicet post Pa-
tres, qui hunc ipsum locum plenissime exposuerunt:
rursus in eodem nouus expositor, ausus fuerim mittere
manum. Sed si quid dictum est post Patres quod non sit
contra Patres: nec Patribus arbitror, nec cuiquam
displicere debere. Vbi autem dixi, quod a Patribus
accepi, dum sic absit typhus præsumptionis, vt non desit
fructus deuotionis, patienter audiam, de superfluitate
causantes. Caueat ergo scriptor Catholicus aliquid
contra Patres scribere: tamen post Patres aliquid
denuo inquirere horum doctrinæ haud dissonum
satagat diligenter. Communis fuit ab initio Ec-
clesiæ Patrum sententia, locum illum Genes.49.
Beniamin lupus rapax: allegorice de Paulo intelli-
gendum: & tamen longè aliò, allegoriam deducens
Rufinus

Ruffinus Aquil. Ruffinos Aquileiensis, sic subiungit. *In Ecclesia autem apud plurimos, ista habetur opinio, quod ad Apostolum Paulum referri posse, quæ dicta sunt, videantur: quæ quidem, nec nos refugimus, aut improbamus: sed conamur facere sicut scriptum est Eccles. 21. Sapiens audiens verbum collaudat, & adiiciet ad illud. Et nos ergo, ad ea quæ rectè de Paulo dicta a præcedentibus non negamus, adiicimus etiam hæc.* tunc longè diuersam adducit allegoriam. Hanc sententiam Ruffini, adhuc Romani, id est, Catholici, nemo reiicit: imò nec etiam acerrimus hominis Censor D. Hieronymus momordit: prudentissima enim huc venit illa gnome D. Isidori Pelusiotæ lib. 2. epist. 46. (D. Isid. Pel.) *Nec enim graue ac sceleratum est, aliquid innouare, cum vtilitas nouitati adiuncta est: non enim noxium, & vtile, de vetustate perpenditur: verum id explorandum est, an in antiquioribus rebus vitium inueniatur: è contra verò, virtus recentioribus adhæreat.* tunc ergo nouitas, vt suspecta & temeraria reiicienda, cum Patrum aut sensui, aut verbis, opponi visa. Pulchrè Petrus Cellensis lib. de Pan. in Prol. (Petrus Cel.) *Quia multum altitudo, & ardua est in ascensu, & caliginosa in intuitu, temperatis passibus, ad campi planitiem conuersus, de segete Domini, quos potui manipulos legi: & nouos panes, non tamen ex nouâ sensuum fariná composui: nouitatem enim illam, quæ à Patrum vestigiis exorbitet, tam in fide, quam in moribus, nec non in vocum, seu nominum nouitatibus, semper anathemathisandam duxi. Si quid autem quasi nouum, sancti Spiritus illustratione apprehendere potui, quod tamen Cherubim, & propitiatorium, vultu tam sedulo, quam humili respiciat: non respui.* Tandem huc facit, quod citatus suprà Canus fatetur num. 10. de maioribus, non vt Dominis, sed vt Ducibus sequendis: ne ita addicti simus, & mancipati, vt in sacris litteris exponendis, nihil omnino iudicij habeamus. De quo vide Herice supra citatum.

§. IV.

Reuerentia erga SS. Patres: Græcorum versio, qui probandâ: & quid vt recta prodeat, curandum.

1. Licèt hucusque obiter, (dum scriptorem quem formo, à Rapsodorum genio, & inutili alienarum chartarum transcriptione, auoco,) sic noua inuestiganda dixerim, vt nullatenus à sacro Patrum sensu deuiarent, sed potius, communis illorum sententiæ adorandis vestigiis assuescerent: tamen pauca seorsim addenda volui, de hac sanctis Patribus exhibenda reuerentiâ: pauca inquam, (sed nostra,) si cum multis, quæ iam alij, fœlicius hac de re scripserunt, conferantur. D. Ioannes Damascen. orat. 3. de die natal. virg. (D. Ioann. Damasc.) *Neque enim nostrum est, antiquas regulas adulterare, aut nouos ritus inuehere; neque enim fas est antiquos terminos immouere, quos Patres nostri posuerunt.* Vltra id quod Patres dixerunt, nonnihil nouum, sed verum fert Catholicus: sed contra Patres, nonnisi noua mendacia fert Hæreticus: ille terminos comit, hic præuertit: ille sic noua inuenit vt tamen vetusto Patrum iudicio velit consona: quos licèt non semper commilitones habeat, at semper Duces subsequi laborat: is verò in pestiferâ nouitate, iudicium proprium, lucidæ Patrum faci, cupit sacrilegus præponendum. Ideo Magnus Hieronym. in Epitaphio Paulæ. (D. Hieron.) *Compulit me, vt vetus, & nouum instrumentum, cum filiâ, me disserente perlegeret: quod propter verecundiam negans: propter assiduitatem tamen, & crebras postulationes eius præstiti: vt docerem quod didiceram, non à me ipso, id est, à præsumptione, pessimo præceptore: sed ab illustribus Ecclesiæ viris.* Sed hodie nullus est Hæreticus, cui inter grammaticæ simeta, Hieronymus, & consimilis modestiæ Patres non veniant irridendi: nihil putant se sapere, ni contra Patres sapiant: meus tamen scriptor, tunc se eruditissimum putet, cum plura è Patribus didicerit, ab illorúmque purissimo hausta fonte fateatur. Iterum Hieronym. in Epitaph. Nepotiani. (Idem.) *Sermo eius per omne conuiuium, de scripturis aliquid proponere, libenter audire, respondere verecundè, recta suscipere, praua non acriter confutare: disputantem contra se, magis docere, quam vincere: & ingenuo pudore, quid cuius esset, ingenuè confiteri: atque in hunc modum, eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur: illud aiebat Tertulliani, istud Cypriani, hoc Lactantij, illud Hilarij est.* Eruditissimus erat Magnus Gregorius, & totius Ecclesiæ vt caput, sic lumen splendidissimum: & tamen, (D Gregor. Magn.) expendens Christi triumphum, palmis, ramisque virentibus excepti, Marc. 11. quid ipse de hac materiâ sentiat, aperit homil. 17. in Ezechiel. his verbis modesto illo spiritu plenissimis. *Alij autem ramos, vel frondes, de arboribus cædunt, & sternunt in viâ: quia in doctrina veritatis, verba atque sententias Patrum, ex eorum eloquio carpunt, & hæc in via Dei, ad auditoris animum venientis, humili prædicatione summittunt: quod indigni quoque & nos, modo facimus: nam cum Patrum sententias, in sermone exhortationis assumimus, frondes de arboribus cædimus, & has in viâ omnipotentis Domini sternimus.* Addo tandem Bernardum epist. 77. qui de hoc ita. (D Bern.) *Non quærimus pugnas verborum, nouitates quoque vocum, iuxta Apostolicam doctrinam, euitamus. Patrum tantum apponimus sententias, ac verba proferimus, & non nostra: non enim sapientiores sumus, quàm Patres nostri.* Hæc addenda pluribus illis, quæ de Patrum auctoritate, iam Canus, & alij dederunt, (quibus & mentem & affectum prosterno pariter,) vt viderit scriptor meus, quid communi Patrum sententiæ, & studij, & venerationis debuerit adhibere: sub hac enim reuerentiâ tutus assumet illud Hieronym. de Monog. ad Geront. (D. Hier.) *In veteri viâ, non nouam semitam quærimus, & in antiquâ, detritáque materiâ, rudem artis excogitamus eloquentiam: vt non eadem sint, & eadem sint: vnum iter, & perueniendi quo cupias, multa compendia.* Sicque noua meditabitur, vt à veteri Patrum doctrinâ non exorbitet.

Incitandis nonnullis Patrum verbis, & priscorum maximè, Auctorum testimoniis, incusantur hodie nonnulli viri doctissimi, quod aliter hæc soleant exhibere, quam prout in vulgaribus, & priscis, iamque vsu receptis versionibus, gestari solent: quæ tamen legentibus scrupulum iniiciunt: & assuetis sententiis, quæ aliunde nouerant, sub aliâ formâ datis, vix acquiescunt. Sed hæc ni fallor, ignorantis magis iudicij, quàm deprauati affectus, in viros tantos calumnia contorquetur: mutant hodie qui Græcè callent, Græcorum Auctorum versiones, non tamen semper, & vbique, sed quando res postulat: postulat autem non rarò, idque necessariò: quod vt capias, & Græcarum litterarum, si vacat, studio assuescas aduerte. Quatuor præ aliis requiruntur, vt peregrinus liber aptè, in linguam familiariorem vertatur: vtriusque idiomatis, exacta comprehensio: 2.

materiæ,

materiæ, de qua agitur, plena notitia: Specialis characteris, cui Auctor assuescit, atque vnde dignoscitur obseruatio: Scopi, in quem dirigitur, adhæsio. Ex primo requisito, fere omnes satisfaciunt, quorum Latinis vtimur versionibus: Ex cæteris, non ita omnes exacti reputantur, maximè in secundo requisito, quandoque deficientes: sæpè enim Philologi, & humaniorum litterarum professores erant, qui Patres olim verterunt, alij licèt doctiores, non tamen satis, Scripturæ sacræ notitiam assecuti, quæstionúmque pondus, quas versant Patres: ideò quandoque Patrum mentem vix expresserunt, quandoque illam penitus deprauarunt. ;Meritò igitur hodie Catholici doctiores, maximè cum contra Hæreticos decertant, (qui totius Theologiæ ignati, de sola grammaticâ gloriantur,) Græca Patrum lectitant, & inde, si quid minus aptum Latinè circumfertur, corrigunt diligenter. Dabo in hanc rem, exempla leuioris ponderis, in quæ nupertimè incidi, vt inde, quid in grauioribus accidat, cognoscatur: scriptórque meus, quomodo Græcis Patribus vsurus, iam aduertat.

Theodor.

De Aarone & Mariâ, locutus Theodoretus, ita vulgò legitur, quæst. 23. in cap. 12. Num *Quare cum ambo conniuati essent, illa sola pœnas luit in primis, quia grauius erat delictum vxoris: masculo enim, tum natura, tum lex, fœminam submittit*, &c. *per vxorem terruit illum, & simul erudiuit.* En tibi, si Deo placet, Maria soror, iam Aaroni fratri, vt vxor copulatur, tam contra Patris eruditissimi mentem, tam contra fidem veritatis, & fidei veritatem. Quæris erroris caussam? Scribebatur, ni fallor, (abest modo Græcus Codex,) Græcè *γυνή*, quæ vox æquiuoca, modo fœminam absolutè, modo vxorem significat: Interpres igitur, vtpotè historiæ ignatus, cum fœminam deberet, vxorem exposuit, & incestuosi matrimonij paranymphus sacrilegus, ingens vulgo mendacium affricauit. Magis maius mirum fuerit, Iacobum Billium, virum alias eruditissimum, quique similes aliorum lapsus, in suis Criticis annotauit, ad eandem historiam, etiam impegisse: sic enim ille vertit Isidorum Pelusiotam lib. 3. epist. 152. *Illud potius dixerim, quia scriptura Mariam viro suo, ac Pontifici præposuit*, &c. Quis est iste *vir suus*, nisi maritus? cum tamen in Græco solum legatur, *ἀνδρὸς καὶ ἀρχιερέως*: *viro & Pontifici*, quia tamen vox *ἀνήρ*, sicut alia supradicta, pari æquiuocatione apud Græcos laborat, nunc absolutè masculum, nunc Maritum significans: Billius oblitus historiæ, hunc intellexit, quem proinde addito *τὸ suo*, (ne excusari posset,) declarauit: ideò statim ad epistolæ finem, ita vertit. *Quamobrem ita statuo, quod Maria priori loco, Pontifex autem posteriori loco, collocatus est: cum aliis in locis Maritus priorem, vxor posteriorem obtineat.* Sic politissimi Patris mens, ab interprete, non puto per ignorantiam, sed tamen per incuriam deprauatur: qui tamen scitè in Græco habet: *ἐν τοῖς ἄλλοις, προτεταγμένου μὲν τοῦ ἀνδρὸς: ὑποτεταγμένης δὲ τῆς γυναικός.* Vbi clarè vir, fœminæ, de sexu: non vxori, de coniugio contraponitur.

Iacob. Bil.

D Isid. Pel.

Billius.

D Isid. Pel.

In alio etiam genere peccant quandoque Interpretes prædicti, qui licèt Patris sententiam, & Historiæ veritatem non corrumpant omnino, ex parte tamen fœdant, & commaculant. Ad locum illum Genes. cap. 21. v. 7. *Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium?* Sic habet idem D. Isidorus Pelus. lib. 3. epist. 180. ex Billij interpretatione. *Ob id autem non dixit, peperit, ne abortiuus fœtus esse, existimetur: verum, lactat, siquidem lactis fontes, partum confirmant: veri enim partus argumentum certissimum, est lactis profluuium.* Pulchra & valens è se ratio, caduca inditur, vitio interpretis: quorsum enim Sara abortus suspicionem vellet euitatam læto nuntio, quæ ad oculum legitimo tempore fœtum nuntiabat: Sed esto argutæris excusandæ ex hac parte interpretationi. Cur tamen lac probet partum tempestiuum, cum sæpè aborientibus lac occurrat? dices alia, quæ velis: sed nunquam benè, nisi Græca quæ habent: *ἵνα μὴ ὑποβολιμαῖον τὸ γέννημα δόξῃ.* Sic interpretetis: *Ne supposititius fœtus esse, putaretur.* poterant nimirum suspicari maleuoli, ne fortè anicula deludendo marito, alienum fœtum sibi supponeret: lactantem ergo se nuntiat, & exhibet: quia nullà arte, de suppositio fœtu, lac increscit. Neque certè *ὑποβολιμαῖον* aliud significat. Idem ferè habet Græcus Acacius in cath. paruâ: quem fœliciter vertit Franciscus Zephyrus ita. *Non peperit, inquit, sed lactat: ne qua suppositititius putaretur: lac enim, certissimum est argumentum puerperij.*

Genes. 21. v. 7.

D Isid. Pel.

Acacius.

Zephyrus.

Aliquando etiam nimia Interpretis elegantia, & succincta phrasis, qua cupit originali respondere, officete solet lectori. Vertit non ita pridem D. Basilium Seleucum, Morellus: quem tamen nuper longè facilius, & fœlicius expositum edidit noster Claudius Dausq. hic tamen dum elegantiam illam penè Poëticam D Patris, penitus curat exprimere, quandoque breuius loquitur, quàm capiatur. Vidi hoc ipso anno, viros non indoctos, decertantes de loco illo, quem obscurum putabant, eiusdem Basilij orat. 7. de Abraham, vbi S. Doctor, ad illud: *Super vnum montium.* Gen. 22. v. 2. ita scribit. *Super vnum montium: neque cadis locum, notum facit: montium producit numerum, capiens morum specimen.* ita cultissima versio Claudij. Sed quid est, clamabant illi, in hoc loco *τὸ capiens morum specimen*? quæue ista, propositi dubij responsio? ego interim Græca consulo, & lego ibi: *βασανίζων τὸν τρόπον*, id est: torquens illius virtutem, & quasi per equuleum examinans, eius mores. Incertus quippè Abraham montis alicuius certi, dum pergebat, quocunque viso monte, torquebatur, ne fortè foret ille, piissimo parricidio designandus, qui sibi indeterminato vocabulo dictus fuerat: sub hac ergo, opprimentis dubij luctâ examinatus, præclarissimum morum suorum specimen Deo exhibebat. hic erat scopus S. Doctoris, qui eo tendebat, vt sedulius tentatus, altius Patriarcha commendaretur. habes ergo acumen non vulgare, quod tamen ob breuissimam Interpretis elegantiam caligabat. Quam explico huiusce loci gnomen, habet etiam Chrysost. tomo 6. hom. de Abrah.

Morell.

P Claud.

D. Chrys.

Ex dictis verò, obiter discet scriptor meus, qui 3.
in interpretandis sanctis Patribus Græcis, aliisque eiusdem idiomatis scriptoribus debeat laborare: recolens illud Hieronym. ad Pamach. vbi de libro Origenis, quem fuerat interpretatus, ita. *Quid autem laboris in libris transcribendis περὶ ἀρχῶν, sustinuerim, vestro iudicio derelinquo: dum & mutare quippiam de Græco, non est vertentis, sed euertentis: & eadem ad verbum exprimere, nequaquam eius, qui seruare velit eloquij venustatem.* Caue autem venustatem eloquij, sententiæ præponas claritati: pereátque tibi potius omnis elegantia, ne germani sensus, vel minima scintilla amittatur,

D. Hieron.

tur. Nihil tamen attentius, (vt re vera nihil periculosius instat,) cauendum est: quàm, dum in rebus controuersis, adductum testimonium interpretaris: ne quid opinioni tuæ indulgens, illud expressius dogmati tuo consonum obtrudas, quam reuerà habet: nam & ignorantibus sic imponis: & apud Doctos, reliqua tua suspecta sic reddideris.

Ioannes Geom. Vertebat quidam nuper hymnos illos Ioannis Geometræ cultissimos pariter & piissimos in Deiparam: vtque piæ pro immaculata Conceptione sententiæ fautor erat, Pentametrum illud.

Χαῖρε καθηρημένη ἀχαλὲν πάθεος.

Sic in hac vltimâ editione Græcorum Poëtarum expressit.

Salue primæui, libera, labe Patris.

Nihil clarius dici poterat, vt Ioannes Geometra, qui vt bonus & priscus Poëta, sic excellentissimus

Corderius. Theologus fuit, (vt Corderius in Prol. cath. fusè, clarè probat,) sententiæ nostræ manifestans propugnator, haberetur: & quidem talem fuisse, satis in tomo nostro de Concept. conatus sum ostendere, imò ostendi puto: nihilominus prædictum carmen, & similia, licèt sic vulgo legantur, malui mihi inuideri, quàm à docto quouis reprehendi liberioris passim interpretationis: re enim verà, vt vides, nil aliud sonat carmen hoc, quam.

Salue libera, a mo està passione.

Quæ verba, pium dogma balbutiunt potius, quam loquuntur: vnde si sub versione illa vulgatâ à me obtruderentur: plausum fortasse vulgo, sed doctis suspicionem, in reliqua, commouerem.

Non tamen te deterreat in puncto aliquo, è maxime ventilatis, quod Græcorum Auctoritate satagis confirmatum: si illorum versio, iam à viris doctissimis, discussa fuerit, & probata, ne iterum illam examinare, nouúmque versioni addere, si potueris, splendorem, conclusioni tuæ asserendæ: re enim verà, qui Patres vetere Græcos sibi proponunt, nullo alio adhibito scopo, nisi vt vulgares, hos reddiderint: nonnulla implicitè inuoluunt, quandoque: quæ tamen illi, qui denuo in scopum certum collimant, rémque ipsam sollicitè inuestigant alio ducenda vident, & ingentis mercede fœnoris, laborem pensant. Semper ergo ex plenâ peregrini idiomatis notitiâ, aliquid denuo superest inuestigandum; aliàs frustra hodie, tot tædiis, tot sudoribus, Hebræa, Græcáque discere tentaremus, si horum exhausti iam thesauri. Exemplo res patebit. Deterrebat Augustinus, Hieronymum, ne vltra in vertendis sacris libris fatigaretur: rationémque reddebat in epistolâ illâ celebri, quæ incipit: *Nunquam æquè*, &c. Hisce verbis, quæ à viro magno, omnium, præter Hieronymi, animos, videbantur infringere po-

D.August. tuisse. *Satis autem nequeo mirari, si aliquid adhuc in Hebræis literis, & exemplaribus inuenitur, quod post Interpretes illius linguæ peritissimos, fugerit. Omitto enim LXX. de quorum, vel consilio, vel maiori spiritus concordia, quasi vnus sermo esset, non audeo, in aliquam partem, certam ferre sententiam: nisi quod eis præminentem auctoritatem, in hoc munere, sine controuersiâ, tribuendam existimo. illi me plus mouent, qui cum posteriores interpretarentur, & verborum, locutionumque Hebræarum, viam ac regulas, mordicus, (vt ferunt,) tenerent: non solum inter se non consenserunt: sed etiam reliquerunt multa. Quæ tanto post eruenda, & prodenda remanerent. Si enim obscura sunt, te quoque in illis, falli potuisse, creditur: si autem manifesta, superfluum est, te voluisse explanare, quod illos latere, non potuit. Huius igitur rei, pro tuâ charitate expositis caussis, certum me facias, obsecrauerim.* His monitis si acquiesceret senior, & peritissimus Hieronymus: careret hodie orbis præclarissimâ illa versione, quam postea Ecclesia tanquam canonicam, & omnium versionum regulam approbauit. Posset ergo respondere Hieronymus, (id quod erat,) aliorum clara, styli sui nitore, & puritate, longè fieri clariora: Obscura autem aliis, potuisse sibi diuini luminis fauore, (quod & euenit,) fieri manifesta: neque enim illa ratio vrget: hoc alios latuit, quid ergo illi impendor intelligendo? nam sæpè, (quæ est arcana in diuidendis scientiis Prouidentia,) experimur posteris imperitioribus quandoque, nedum æquè doctis, multa comparata, quæ Præcessores doctissimos latuerunt. Quid enim hodie in obscuris quibusdam laboremus, si vllam præferre facem desperamus? At Hieronymus, vt in summa pietate erat acris indolis, ingenij feruidi: sic Augustino, ad hominem, vt

dicitur, respondet. *Tuo tibi sermone respondeo. Omnes veteres tractatores, qui nos in Domino præcesserunt, & qui scripturas sanctas interpretati sunt: aut obscura interpretati sunt, aut manifesta. Si obscura, tu quomodo ausus est post eos disserere, quod illi explanare, non potuerunt? si manifesta, superfluum est, te voluisse disserere, quod illos latere non potuit: maximè in explanatione Psalmorum, quos apud Græcos interpretati sunt multis voluminibus, primus Origenes, &c. apud Latinos autem Hilarius, &c. respondeat mihi prudentia tua, quare tu post tantos, & tales Interpretes, in explanatione Psalmorum diuersa senseris? Si enim obscuri sunt Psalmi, te quoque in eis falli potuisse, credendum est: Si manifesti, illos in eis falli potuisse non creditur; ac pro hoc, vtroque modo superflua erit explicatio tua: & hac lege, post priores nullus loqui audebit: & quodcumque alius occupauerit, alius de eo licentiam scribendi non habebit: quin potius humanitatis tuæ est, in quo veniam tibi tribuis, indulgere & cæteris.* D. Hieron. Nec discas, pro Augustino, longè diuersam esse Interpretationis rationem, in verbis sacris ab hoc, in aliud idioma vertendis: aut in illorum mysteriis inuestigandis: nam quamuis fatendum sit, longè vberiorem esse segetem in mysteriis indagandis: tamen in Idiotismis agnoscendis, non est sterilis, & etiam post multos messores, semper aliquid restat colligendum. Hinc fit vt etiam hodie, post vulgatæ versionis Fidem canonicam Viri docti & Pij, nouas versiones edant, & liment, non quod putent, (absit nefas,) vulgatæ vllo modo præferendos, quod solum frontosa Hæresis, id est, diabolicus furor intentarit: Sed vt vulgatæ canonicæ fides, mutuâ collatione vlterius comprobetur: mysteriáque nostra fœcundius, saltem ad mores explicentur. Hæreticus ergo contra vulgatæ fidem, versiones suas præuertit: Catholicus nihil molitur contra: vnde non tam sententiam mutat, quam verba, nouo aut lepore aut mysterio idem referentia. Ad rem, cuius caussa longum, sed non inutile exemplum produxi: longè tutius sanctorum Patrum Græcos fontes scrutemur, necesse est, vt inde quo poterimus clarius, & salubrius Romanæ Ecclesiæ dogmata illustremus, aut fidelis populi mores instituamus.

Sunt denique errata alia, non tam versoris, quam Transcriptoris, vel typorum, ita Latinis codicibus inueterata, & dissimulata, vt vix dignoscantur. Sed nec minus subdola illa, quæ ex eo obueniunt,

quod

quod quandoque verbum Græcum, quod aliquando ad mysterium, in suo proprio tenore, relinquit versor: postea ab amanuensi Latinis characteribus scribantur: vnde in tam diuerso habitu vix agnoscitur, donec tandem fœdissimè corrumpatur. Subdo
Ruffinus. exemplum ex Ruffino Aquileiensi in Prol. Bened.
vbi ita ad D.Paulinum. *Ad palmitem v.eis, pullum asinæ suæ: Genes.49 v.11. quod tu scripsisti: ad cilicium, pullum asinæ suæ: quod in Græco est, ἐς τῇ ἕλικι &c. Arbitror ergo, quod hic ipse Græcus sermo, in* [illegible] *exemplaribus, antiquitus positus est, vt & alia nonnulla per tempus ab scriptoribus non intelligentibus,* [illegible] *ἕλικι, cilicium dici, putatum est.* Hæc & similia amanuensium, typotúmque errata, quando in illa incidimus: solum ex originalibus natiui idiomatis fontibus rectè restituuntur: vt nunc in alijs Auctoribus id agamus, quod olim in sacris
D. Hieron. Biblijs Patres laborabant: vnde illud D.Hieron. ad Lucin. *Septuaginta Interpretum editionem, & te habere non dubito: & ante annos plurimos, diligentissimè emendatam, studiosis tradidi. Nouum, Græcæ reddidi auctoritati. Vt enim veterum librorum fides, de Hebræis voluminibus examinanda est: ita nouorum, Græci sermonis normam desiderat.* Non enim aliunde aptè corrigi possunt.

§. V.

Crisis, in corrigendis Auctoribus, & illorum libris assignandis. Auctor suspectus, non laudandus. Citanda, diligenter examinentur.

1. SEd quamuis hoc sacræ crisis studium sit perutile & quandoque necessarium: tamen nullibi ingeniorum prurigo venit mordacior: attentissimè ergo exercendum, & quæ Græca vel Latina à suis ipsis Auctoribus orta sunt, nonnisi per summam reuerentiam, & cogente omninò manifestâ necessitate, sunt mutanda. Prudens ergo scriptor meus, non interpellet, imò interpolet prisca volumina, citatis manuscriptis vbilibet codicibus, (quasi verò sit difficile fingere Pantafoliensem quendam, aut Eumorphiensem, quos nulla Musarum mappa recognoscat,) citet ergo vt plurimam Auctores, vt castigatiores editi, quorum vulneribus de coniectura adhibeat quandoque medicinam: tædet enim viros Doctos, illorum Criticorum, qui passim ad rem quamuis, Auctorum manuscriptos, imò & Autographos ipsos sortiuntur: (& mihi mirum exustos olim Cumææ codices, non adduci, è cineribus rediuiuos,) vt typica inde exulcerent monu-
Athen. menta. Athenæus lib.7.dipnos.cap.vlt.post multa,
de Thrattâ, quodam scilicet pisce, tandem sic subdit. *At Dorotheus Ascalonites lib.108. pro hac voce Thratta, Thettam scripsit. Siue quod in minus castigatum exemplar incidit: siue quod ipse, parum vsitatum nomen emendauit, ac protulit.* Dorothisant hodie multi, quo ad primam partem: pauci sunt, quorum auctoritati, in secundâ Dorothisare veniat permittendum: nam, non tardò pro medela, nouum vulnus inferimus: & aliquando valenti loco, abhorrentique malagma, obtrudimus medicamen.
D.Hier. Locum illum D. Hieron. ad Anton. de modest.
Decem iam ni fallor epistolas, plenas tam officij, quam precum, misi: cum tu ne nutum quidem facere digneris. quia codices habent, *ne motum*, alij, *ne mutum*: Interpres colligit: *ne my*, vel *ne mu* quo quid aptissimè significetur, ibi probat, & tandem sic
Erasmus. concludit: *aliquis imperitus, cum non intelligeret, quid sibi vellet*, facere mu, *castigauit, hoc est, deprauauit*, mutum: *quod alius rursus offensus absurditate sensus, vertit in* motum. *tertius quispiam, cui nec hoc faciebat satis, ex* mutum, *fecit* nutum. Ecce quot vulnera ab imperitis accepit locus iste: qui fortassè nullo ex prædictis modis legi debet:
certè Marianus Vict. vult legendum: *ne muth* Mar.Vict.
quod minus probarem. Attentissimè igitur, & dispectis omnibus circunstantiis, crisis facienda: vt etiam in hac re, (quod supra dicebamus,) Patrum vestigia teneamus, qui olim Biblia non obiter, sed mille oculis, & omnibus intentis curis casti-
gabant. Audiendus Origen. homil. 8. in Matth. Origen.
Multam differentiam, inter exemplaria inuenimus: siue per negligentiam scribentium: siue ex temeritate quorundam: siue propter eos, qui negligunt emendare scripta: vel propter eos, qui quod ipsis videtur, in emendationibus vel adiiciunt, vel subducunt: & in exemplaris quidem veteris Testamenti, quæcunque fuerunt inconsonantia, Deo præstante coaptare potuimus, vtentes indicio cæterarum editionum: etenim quæ videbantur apud LXX. dubia esse, propter inconsonantiam exemplariorum, facientes iudicium ex editionibus reliquis, conuenientia seruauimus: & quædam quidem notauimus, quasi non posita in Hebræo, non audentes, ea omnino auferre: quædam autem, cum asteriscis addidimus: vt sit manifestum, quoniam quæ non fuerunt posita apud LXX. ex editionibus cæteris addidimus conuenienter Hebræo. In exemplariis autem noui Testamenti, hoc ipsum me posse facere sine periculo, non putaui: tantum suspiciones exponere me debere, rationes, caussásque suspicionum, non esse irrationabile, existimaui. Habes optimam Crisis praxim, quam in Auctores exerceas: Deo sint laudes, quod iam de Romanæ Ecclesiæ vigilantiâ, hoc studio sacra Biblia non indigent, quibus castigatissimis & Canonicis, inuitâ Hæresi vtimur, fruimur. Non tamen denegauerim etiam mediocriter doctis, illa menda librorum expurgare, quæ vel etiam oscitanti cuiuis
sese obiiciunt. de his Imperator Carolus Magnus, Car.Magn.
in Prologo Homiliarij, quod Alcuini vocant, ita habet. *Denique quia ad nocturnale officium, compilatas quorundam casso labore, licèt rectè intuitu, minus tamen idonee, reperimus lectiones: quippè quæ, & sine Auctorum suorum vocabulis essent posita: & infinitis vitiorum anfractibus scaterent: non sumus passi nostris in diebus, in diuinis lectionibus, inter sacra officia, inconsonantes perstrepere solæcismos: atque earundem lectionum, in melius reformare tramitem, animum intendimus.*

Sed inter omnia, periculosissimum est illud 2.
Genus Crisis, quo aliqua opera denuo, vel assignantur, vel etiam subtrahuntur, suis Auctoribus. Mirum est, quâ confidentiâ, inueterata tot sæculorum opinione libros certo Auctori assignatos, eidem denegamus: aliósque incertos & penè vagos, cuidam alij de leuibus coniecturis adoptamus. Multa debent concurrere, ne in tanto negotio, temerè videamur procedere, librorúmque parentes ad libitum commutare: Vide quæ de Ruffini operibus notaui in Prol. Cant. illud scio, in
his dubiis, ex mente Magni Hieronym. ad stylum D.Hieron.
& characterem Auctoris recurrendum: ideò epist. ad Pamach. librum quendam apocryphum, sub nomine Pamphili Martyris editum, hinc improbat: *Date aliquod aliud opus Pamphili, nusquam reperietis: hoc vnum est: vnde igitur sciam, quod Pamphili est: videlicet stylus & salina, docere*
me poterit. Et iterum ad Ruffin. *Præfatiuncula* Idem.
librorum περὶ ἀρχῶν ad me missa est, quam stylo intellexi

Idem. *lexi tuam esse*. Et lib. 1. apolog. contra eundem, sic ironicè. *Certe hac illius verba sunt, negare non potest: ipsa styli elegantia, & sermo compositus, quodque his maius est, simplicitas Christiana, Auctoris sui characterem probant*. Sed licèt non diffitear ex gustu, stylo, doctrina, moribus, characterem Auctoris vt plurimum deprehendi: tamen quis nesciat hæc omnia dolo subijci, nónque facilius aliquibus depictos atramento aliorum characteres, imitandos venire: quàm ab aliis, aliorum stylus, dicendi sentiendique character exprimatur? decipiunt inuicem passim in hac re ludentes, quos vsus & ingenium commendat. Non ouum ouo similius, quam cæteris Bernardi operibus, epistola illa de Concept. ad Lugdunenses: & tamen spuriam esse, & supposititiam, contendunt hodie viri non hebetes. Commentarij in Genes. qui D. Thomæ Angelici nomine circunferuntur, satis S. Doctoris methodum & phrasim videntur inculcare: & tamen Thomæ Angelici esse, multi iurant. Similia multa huc afferri possent, quibus parco studens breuitati: prædicta enim satis, vt scriptor meus, quam cautè huic se debeat negotio ingerere aduertat. ad alia ergo, quæ, in citandis priscis Auctoribus, incommoda & occurrere solent, & debent euitari, breuiter veniamus.

3. Cauendus est scriptori meo, zelus ille nimius, & feruor fauórque imprudens, quo quandoque, in Auctores minus syncerae fidei, acutos aliunde & elegantes, ferri solemus: Laudamus hos immodicè, citamus passim, & quasi nihil sciamus absque illis, omnia ab illorum penu deprompta volumus. Ego semper ingenio Tertulliani acerrimo, multum detuli: styli affectationem putidam, quæsitámque obscuritatem deglutiui: & aliquando, (fateor culpam,) ebibi iucundissimè: vitio ipso dicendi, tanquam puer acerbi pomi acredine, delectatus. Doleo tamen cæteris Patribus synceriissimis, à non nemine præponi, eum quibus, seu firmando dogmati, seu promouendæ virtuti, balbutit Afer: & tamen contentiosè ab aliquibus laudatur, ab illis maximè, qui non solum eius eruditionem, sed etiam sermonem penitus ignorant. Sic apud viros Catholicos aliàs grauissimos, iuniorum Hæreticorum scripta quædam erudita, immodicè commendantur: quæ tamen, cum aliis eiusdem argumenti, à fidei Romanæ scriptoribus, editis nequeant comparari. Euitandus omnino nimius iste feruor, ne quod damus similium Auctorum ingenio & studiis, obiter videamur erroribus deferre: & ob elegantiæ illecebras, perfidiæ mendaciis conniuere. Delectatus Origenis ingenio, multiplicísque eruditione D. Hieronymus, candidè quæ bona erant, commendauit; inde tamen, quos labores, quas suspiciones, per calumniam incurreret magnus Doctor, apud illum non semel legimus. Epist. ad Pammach. & Ocean. cum quæ dixi, tum quomodo erga prædictos Auctores, nos habituri simus, sic declarat. *Obiiciunt mihi, quare*

Idem. *Origenem aliquando laudauerim. ni faller duo loca sunt, in quibus illum laudaui: præfatiuncula ad Damasum in Homilias Cantici Cantic. & prologus in lib. Hebr. Nom. Quid ibi, de dogmatibus Ecclesiæ dicitur? Quid, de Patre & filio, & Spiritu sancto? quid de Carnis resurrectione? quid de Animæ statu, atque substantia? Simplex interpretatio, atque doctrina, simplici voce laudata est: nihil ibi de fide, nihil de dogmatibus comprehensum est: moralis tantum tractatur locus: & allegoriæ nubilum, serenâ expositione discutitur. Laudaui Interpretem, non Dogmaticum ingenium, non fidem: Philosophum, non Apostolum, &c. Qua enim stultitia est, sic alicuius laudare doctrinam, vt sequaris & blasphemiam? & Beatus Cyprianus, Tertulliano magistro vtitur, vt eius scripta probant: cùmque eruditi, & ardentis viri delectetur ingenio: Montanum cum eo, & Maximillámque, non sequitur. Fortissimos libros, contra Porphyrium, scripsit Apollinaris: Ecclesiasticam pulchrè Eusebius historiam texuit: alter eorum, dimidiatam Christi introduxit œconomiam: alter, impietatis Arrij, apertissimus propugnator est*. Vbi multa. Bretius

Idem. epist. ad Theophil. *Sicuti interpretationem, & ignorato scripturarum Origeni semper attribui: ita dogmatum constantissimè abstuli veritatem. Nunquid ego, in turbam mitto Origenem? nunquid cæteros tractatores? Scio me aliter habere Apostolos, aliter reliquos tractatores: illos semper vera dicere, istos in quibusdam, vt homines aberrare*. Et tamen qui tam bellè, tam dilucidè, tam prudenter, quid suspectis Auctoribus dandum esset, intelligebat, & declarabat: passus, quam dixi calumniam: quid nobis in re simili agendum sit, digiro ad oculum præmonstrat.

Nullum Auctorem citet scriptor Prudens, quem aut totum non legerit, & extraxerit, aut saltem in illo loco non examinarit sedulo: caueátque illorum nimiam credulitatem, qui scrupulosum hoc putant, (ideò scopulosa fundunt,) plenúmque tarditatis opus, & hebetudinis indicium singulare: raptim itaque properant ad libros, & aliorum dictata, & quidquid primo aspectu capiunt, vt putant penetrantes, sibi carpunt. Aliter tamen 4.

Senec. nos instituit Seneca prudentissimus epist. 33. vbi de plenâ Auctorum lectione, ita. *Quæcumque miseris oculum, id tibi occurrit, quod eminere posset, nisi inter paria legeretur. Quare depone istam spem, posse te summatim degustare ingenia magnorum virorum: tota inspicienda sunt, tota tractanda; res geritur, & per lineamenta sui ingenij, opus nectitur: ex quo nihil subduci, sine ruinâ potest*. Et quidem defectu diligentiæ in tam necessario monito obseruandæ, viri aliàs graues, haud leuem notam, apud germanos Censores solent incurrere. Protulit Andreas Tiraquellus alicubi operum suorum, testimonium quoddam ex Herodoto in Euterpe, sic illum, vt solet fieri abbreuiatâ notâ citans. *Her. in Eut*. & ecce tibi Cassanæus in Tiraquell. incidens, testimonium hoc sibi mutuaturus, nec satis callens, nec satis curans callere, cuius nam esset: tumultuariè verba transplantata, Hieronymo ad Eustochium, adaptauit. hinc postea Tiraquellus lib. 15. leg. conn.

Tiraq. num. 105. vbi de Venere olim in templis exercitâ scribebat, hæc subiungit. *Neque absurdum omnino videri debet, cum teste Herodoto in Euterpe, (non dicendum Herodoto, ad Eustochium, vt fecit Cassanæus, qui totum hunc locum, in suum Catalogum transplantauit: & cum meâ priori editione, scriptum esset concisè. Her. in Ent. is non intelligens nomen Auctoris, & libri. ita vt dixi adscripsit,)* &c. Ecquis, vt similem censuram euitaret, labori parceret, Auctoris euoluendi? quis furacem calamum, id opprobrij incursurum, ab alieni rapinâ, non arceret? At in rebus summi ponderis, quantum, in hoc negotio, periculi? Magister sententiarum, (vt notat Senensis citandus,) lib. 4. dist. 39. falsissimæ cuidam doctrinæ confir-

mandæ, adducit testimonium D. Ambrosij, sed mutilatum. Et ecce tibi Gratianus dist. 1. de Pœnit. idem, sub eadem adducit interpolatione; quid ita? quia alter, ab altero: aut vterque à compilatore aliquo, quin Ambrosianum Codicem adire curarent, locum excerpserunt: qui tamen in Ambrosio integer, contrariam gnomen continet, & verissimam. Id postquam fuse tractat Sixtus Senensis lib. 5. Biblioth. sanctæ, Annot. 62. ita concludit. *Hæc ideo animaduertenda existimaui, vt Ambrosium, ab hac suspicione vindicarem: simúlque eos admonerem, qui Rapsodis, Compendiariis, & summitlis, admodum delectantur: ne grauentur interdum, à riuulis, ad fontes reuerti, & ipsas Patrum sententias, apud Auctores suos exquirere, & diligenter expendere. Plerumque enim accidit, vt abbreuiatores, & Collectores, vel ex incuria, vel ex obliuione, vel ex nimio breuitatis studio, colligant aliorum sententias, aut mutilas, aut interruptas: sæpè transpositis verbis, sæpè etiam vsque adeò immutatis, vt ex his nouus, atque adeò diuersus sensus oriatur. Hæc autem dicta sunt, non vt horum labores damnem, quos toties superioribus libris commendaui: sed vt studiosos lectores, reddam multo diligentiores; ac solertiores.* Verè, scitè, & pro scopo, in quem opella ista nostra collineat. Possem multa Recentiorum huc afferre, sed abstinui, ne malignè traduci viderentur. — Sixt. Senes.

Ni ergo velit diligens scriptor, illorum computati numero, qui scribentes, quæ ignorare fatentur, veniam petunt, (nunquam hanc à Prudentibus consecuturi: libenter aliunde scribendi laboris indulgentiam, etiam dato pretio concessuris:) quos contra, grauiter Aul. Gell. Noct. Attic. lib. 22. cap. 8. scribit: Adhæreat Plutarcho, qui in rebus etiam parui ponderis, ne quid temerè proferret; totos citandi Auctoris tomos euoluebat. Ferebatur Hegesander, nescio quæ verba de Citreo protulisse: id Plutarchus vt falsum esse ostenderet, totum eius volumen lectitans durauit: ideò apud Athenæum lib. 3. dipnos. cap. 5. ita diligentissimus Philosophus: *Ego declarabo, nihil prorsus ab Hegesandro, de hac re dictum: nam hac præcipuè caussâ commotus, omnia eius volumina diligenter perlegi?* Leuis erat caussa de citreo, labori tanto: ideò tamen & grauior diligentia: ne vel etiam in leuibus, si quid scribendum, temerè scribatur. Huc tamen non peruenies, nisi tibi innatum fuerit illud Comici veteris. — Athen.

Ve. Poët.

Nunquam tam manè egredior, neque tam vesperi,
Domum reuertar, quin te librorum fundo conspicier,
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique.
Nullum remittis tempus, neque te respicis.

Tantummodo ex labore isto sedulo, securè eruditionis segetes metuntur.

§. VI.

Fugienda, ab eruditionis fructibus, arrogantia: item in supprimendis Auctoribus, dissimulatio. Non trahendi obtorto collo Patres: ne dum Scripturæ sensus contorquendus.

1. ORitur tamen, nescio quomodo, ab hoc assiduo, in euoluendis Auctoribus, labore: nonnihil modestis aliàs scriptoribus, arrogantiæ: vnde notamus, post quæstionem aliquam diligentissimè ventilatam, sententiam suam indubitanter proferre, addentes, nihil omnino, apud priscos Auctores contrarium reperiri. Viter scriptor meus, tanquam pestem, præcipitem hanc dicendi rationem: neque enim vllus est mortalium, puto: qui priscos omnes Auctores in promptu teneat, vt absque præsumptionis temeritate, possit illud iactare, quasi omnes omnium apices, retineat memoriter. Quid, quod aliquando, ad illorum ruborem, gigantes à pusionibus redarguuntur, incassum iam præteritæ arrogantiæ pœnitentes: & in iis, quæ scripserunt, æternas, apud Lectores, pœnas dantes? Eruditissimus Virgilij Scholiastes ad illud Bucol. *inscripti nomine Regum, nascuntur flores*: explicans ad rem suam, veterem parœmiam: *Noctuas, in Athenas portare*: probat intelligendum, de Noctuis in moneta cussis. durum hoc: sed durissimum quod addit: apud nullum classicum Auctorem celebrari has aues, tanquam reapse Athenis frequentissimas. Vidi postea adolescentem spei non pœnitendæ, quamuis tunc, vix vltra proletaneos eminerer: qui contra doctissimum magistrum, rem optimi pro subiectâ materiâ Auctoribus probabat, Athenæo & Luciano: dictis insultans. Effluxere mihi quæ essent Athenæi verba, & & vbi: Lucianus ita habet in epistolâ ad Nigrinum. Ἡ μὲν παροιμία φησὶ: γλαῦκα εἰς Ἀθήνας. ὡς γελοῖον ὄν, εἴ τις ἐκεῖ κομίζει γλαῦκας: ὅτι πολλαὶ παρ' αὐτοῖς εἰσίν. *Vetus Parœmia habet: Noctuam in Athenas: tanquam ridiculum sit, si quis eo noctuas afferat: cum multæ ibi reperiantur,* Similia exempla passim incurres, quibus parco, ne tam vitia, quam Auctores, taxare videar. — Lucian.

Illud etiam vitij fugere debemus omnino, quo ita nostris probandis assuescimus, vt priscorum Auctorum nomine, & sententiâ suppressâ: aut nihil contra illos sentire videamur, aut eos non legisse denotemur. Inuehitur in hoc, meritò D. Bernardus epist. 77. his verbis. *Sed Miror admodum, si nouus iste, nouarum inuentor assertionum, & assertor inuentionum, inuenire in hoc rationem potuerit, quæ sanctos Patres latuerit, Ambrosium, & Augustinum: nam, si nescit, idem profectò sensit, quod fatemur, tenere & nos. Librum certè Ambrosij, de Morte Valentiniani, recolas, si non legit: non dissimules, si recolit.* Neque obiicias illud D. Isidori Pelusiotæ lib. 3. epist. 181. *Viderit vt fertur alienis laboribus, te ipsum ornare: atque alienis frui laboribus: illi quidem hoc nomine, te accusant: ego verò, nonnihil laudo: multò enim satius est, aliena scripta in ore habere, quam torpere desidiosè, atque nugari.* In ore enim habenda patitur, & vt puto, tanquam aliena recitanda, maiori ignauiæ damno auertendo: non tamen in libro, tanquam propria venditanda. Oritur autem id ex alio vitio, de quo ibi statim, prædictus Bernardus. *De homine tamen, qui ista loquitur, pace ipsius, dico paucis, quod sentio: videtur plus nouitatis curiosus, quàm studiosus veritatis: grauarique de omni re, sentire cum aliis, & dicere, quod aut solus non dixerit, aut primus: vnde fit, vt in his, quæ sentit, aut loquitur: modum omnino tenere, aut nesciat, aut dissimulet.* Sed de scriptoribus transcriptoribus, déque nouitate non proteruâ: iam fusè supra dixi, quid sentirem. — D. Bern. — D. Isid. Pel. — D. Bern.

Prolixior quãdoque est prudẽs scriptor, pluribus lineis transcribẽdis, vt ex contextu, mens vocati in testem Auctoris, planius intelligatur vanũ quippè, & temerariũ est, vno verbo sua formare: connectere dissita 2.

dissita membra, truncatis mediis, quibus alio S.Doctor intendebat: & nouam quandam emittere ab illis verbis speciem, & certe solam speciem. Veniant ergo sancti PP. Scriptoribus piis, in sententiam, non vocentur in iudicium: vtantúrque ductis horum tractibus, non tractis eorundem ductibus: aduocandi quippè sunt sancti Doctores, tanquam doctrinæ suæ testes, non verò tanquam vanitatis nostræ ponderatores: non somnij & insomnij nostri coniectores, sed vigiliarum suarum lucubratores: neque insano vulgo hinc placere studeamus, cum addi[...]ti testimonij sensum, per vanissima acumina distorquemus. Sed in re morum, quamuis turpiter & fœdissimè Patres in varia acuminum insomnia tractos doleamus: tamen id absque fidei periculo deglutitur: ingens est periculum, cum in re dogmatum, sic Patres in alienam sententiam distorquemus. D.Gregor. Naziauz. Gregorius Theologus, Christi resurgentis gloriam celebraturus orat. 2. de Pascha, sic scripsit. *Hodie salus mundo tam visibili, quam inuisibili.* Hæc sententia sic expressa, mille & illos sanos, sensus habere potest: maximè quia ex hoc mysterio Ecclesiæ militanti visibili, gratia: at inuisibili triumphanti, gloria accidentalis aucta est: terra; homines in Christo consurgentes excipiens veram salutem admisit: Cœlum, Angelorum lapsu, quodammodo læsum: saluandis iam per Christum hominibus, suo modo, in salutem restituitur. tu plura. Nicetas. At ecce Nicetas Theologi vetustissimus Interpres, cum tunc minus rectè de Angelis sentiret: in idem barathrum, Doctorem summum deducere conatur. ergo postquam de mundi visibilis salute, quædam protulit, de inuisibilis, id est, Angelorum salute, sic explicat Gregorium. *Angeli autem qui prius hanc rationem habebant, vt difficulter quidem, & agrè admodum, moueri possent: post Christi resurrectionem, id consequuti sunt, vt iam non moueri quidem ad malum queant, non natura, sed gratia: atque ita illis salus esse possit, ipsa status confirmatio: non iam mutentibus, ne in deterius mutentur: atque eam ob caussam perrant.* Hæc opinio, noua est, apertè falsa, vt docet Vasq. Vasquez disp. 229. cap. 1. in 1. part. imo vt ex scriptura colligitur, & ex iis quæ ibi habet Vasquez, contra fidem: excusandus tamen Nicetas ab hæresi, quia neque proteruè, neque ventilato iam tunc plenius hoc puncto, illam protulit: non tamen ab illa temeritate excusandus, qui magnum Doctorem, labe sui fœdare præsumpsit. Fugiamus ergo similia præcipitia, etiam in sententiis dogmaticis non periculosis, ne cum hæreticis vtcumque facere videamur, quibus Patrum sententias adulterare & distorquere, vsu venit frequenter. Non tamen propterea vero, in re morum, vt quandoque vel obscuris, vel emphasi grauibus Patrum dictis, aliquis argutiæ gustus exciterur, & lepos ipse amœnius condiatur. Cur enim quod ipsi Patres fecerunt, D.Bonau. imitari prohibeamur? Audi D.Bonauenturam, de reform. ment. cap. 4. *Omnes alta desideramus præmia, sed pauci perseueranter studens, ad alta virtutum exercitia. Gregorius.* Ad magna præmia, perueniri non potest, nisi per magnos labores. *Non dicit, per graues, sed per magnos: id est, ad magnas virtutes, promouentes: vel magnæ vtilitatis, & si non semper magnæ austeritatis.* Hic explicandi tenor, Gregorium non violat, sed extollit: quia licèt tantisper, vltra illius mentem: nullo tamen modo, præter, ne dum contra verborum sensum comprobabitur. Adhuc tamen in similibus euentibus, scriptor prudens, cui de plenâ citandi loci mente, aqua hæret, solet subiungere timidus, *fortasse: videtur:* aut similes cautiones: ne ex abrupto, & quasi de tripode tumidus, Patres non tam edat, quam prodat, insciis imposturus.

3. Maius adhuc periculum, cum non solum Patrum, sed etiam sacræ Scripturæ testimonia, obtorto collo quodammodo, in sententiam nostram trahuntur. Elegantet Petrus Cellensis lib. 1. Petr Cel. de Tabern. in vectibus circulo immissis, qui Arcam portabant, expositores scripturæ capiens, sic subiungit. *In Euangelio, sensu vtatur Euangelico, non circulos extorquens, & extrahens, de lateribus Arcæ: Sed vectes inducens per circulos, qui sunt in lateribus arcæ: vt non ad sensum suum, inclinet Dei verbum: Sed ad Euangelium flectat, & sermonem, & verbum.* Vnde iterum lib. 2. de eadem Idem. scripturâ explicans, Mensam propositionis, ita scribit. *Mensa ista, nec viles, nec veteres panes habet: quia sicut duritiam vetustatis, in Panibus non nouit, ne errore putrescant: sic vilitatem materiei respuit, ne vanitate sæculari sordescant: neque enim vltra septennarium gratiæ, panes in mensâ morantur, ne sine gratiâ loquaris: nec nisi de similâ conficiuntur: ne veritatem, falsorum admixtione adulteretis.* Ponderet nunc æquior rerum æstimator, an qui scripturæ sensus, e sactis suis circulis abductos, sic torquet: donec in alios circulos contorqueantur: probè egerit: certè synceram penitus similem adulteramus, vanitatis sæcularis argutiæ inseruituri. Gillibert. Explicabat mysticè Gillibertus serm. 14. illud ex Psalm. 73. *Posuerunt signa sua, signa*: tunc sic in istos. *Ponunt, quæ non inueniunt: ponunt, quæ prauè postea exponant. Signa, inquit, sua: se ipsos enim, in signum ponunt, cum ex sua prauitatis regulâ, alios metiuntur. Signa inquit: quasi dicat: signa tantum, & non veritatem.* Tale est, quod in re nostrâ, Prudentes hodie gemunt: ponimus non rarò, scripturæ & Patribus sensum, quem non inuenimus, (quid mirum si tendit alio?) Sed ibi comminiscimur: ponimus acumina probanda, quæ postea ab scripturâ, & Patribus probata, praue exponamus, sed acumina nostra ponimus, & sola acumina, quibus penè doctrinæ solidæ imponimus. Hinc D.Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 254. D Isid Pel. ita. *Qui diuina oracula deprauant, atque ad arbitrium suum, velut obtorto collo trahunt, grauius peccant, quàm vt ipsis ignosci debeat, neque enim erroris, & deceptionis ergo se se tueri poterunt: vt qui non simplicitate, sed malitiâ, & animi peruersitate lapsi sunt.* At, inquis, in re dogmaticâ, id verissimum, ad rem vero tropologicam, cur non contorqueantur verba? hîc quidem, licèt non tam seuerè examinanda, nunquam tamen cogenda, aut per oscitationem, aut per malitiam, aliter quàm ipsa postulant, interpretanda: si enim ex contextu clarè, diuersissima gnome educitur: quis prudens ferat, ad insomnia nostra, subdolè, vel negligenter declinari? lege quæ idem S.Doctor habet, lib. 4. epist. 12. vbi non adeo vitiosum explicandi genus, vocat ἔκλεον, id est, futile, atque putidum: meritò proinde Idem. ibidem epist. 125. sic scribit. *Sæpenumero eos miratus sum, qui diuinas scripturas perperam interpretantur, suúmque proprium sensum potius, quam eum, qui in ipsis situs est, tueri conantur.* Et post pauca, Idem. vbi illos Cauponibus Isaiæ assimilat, subiungit. *Non dictum est: Caupones tui aquam, vino admiscent: (quod facere solent Caupones.) sed vinum aqua: siquidem puros ac limpidos Scripturæ*

sacra sensus, euanidis suis placitis admiscentes doctrinam adulterant. Sic verto Græcum ἀ(...)ma: neque enim solum in rebus fidei,sed etiam in quauis aliâ materiâ, prauum scripturæ abusum, voluit auctruncatum.

Huiusce, apud Catholicos nonnullos, vitij, duplex, vt obiter vidisti, potest ratio assignari: aut ignorantia: aut putida probandi, somniati acuminis, licet extra fidei periculum, affectatio. de primâ, ita habet doctissimus, & modestissimus

Ribera. noster Ribera, in cap. 1. Oseæ, num. suo marg. 20. *Ex his plerique, studia Theologica attingunt: sed ita attingunt, vt quidquid habet aliquid ponderis, aut difficultatis, exhorrescant, & fugiant: nihil exactè intelligant: flosculos tantum delibent, qui vulgò placeant, & magis grati, ac venusti sint, quam vtiles. Cum scripturam, nec à limine quidem salutarint; quam audacter exponunt! quàm liberè pronuntiant! quàm multa testimonia proferant! quàm multas figuras! nihil aliud sonant, quam Apostolos, & Prophetas. Videas vim, scripturæ verbis afferri: inuitos Prophetas citari: figuris figuram & formam suam adimi: lacerari sacra verba, & in alienos sensus detorqueri: fieri in libris diuinis, & cum plausu multorum excipi, quod in Terentio, non ferrent Grammatici.* Verè dicta. Venio ad secundam caussam. Cogitat, & sæpè, non indoctus quidam, aliquid quod pulmo animæ prælargus, anhelet: idque, vt putat, pungens & acuminatum, dúmque illud scripturæ suffragio firmare nititur, dúmque laborans diuinam mentem præit, non subsequitur, violenter verba circumrotet, necesse est. Grauiter proinde D. Isidorus

D. Isid. Pel. Pelusiota epist. 292. *Eum, qui præclarum aliquod attingit argumentum, inundique sacrarum litterarum mentem explicare, oportet, vt verba habeat grauia, claráque: mentem verò, religiosam pariter, atque sanctam: deinde vt scripturas subsequatur, non præeat: neque in id quod vult, earum sensum contorqueat. Qui enim eas interpolare, & sinistrè interpretari audent: maximo animæ periculo subiiciuntur.* Quid ni, si quos longissimè, ab Hæreticorum ingenio abesse, fas erat: illis videmur adblandiri, dum (licèt extra fidei dogmata,) Scripturam, & Patres interpola-

Theodor. mus? Benè Theodoretus quæst. 24. in Exod. Agni typici mysteria allegorizans. *Ossa conterunt agni, qui malè intelligentes eloquia diuina, ad suam impietatem, illa detorquere conantur.* Nobis ergo, vt ab impio hoc ossifragio penitus secedamus, cauendum maximè, ne ob nimiam, doecndi floridè, & acutè pietatem; vim adhibeamus. Nam si minus contrita ossa; at saltem contorta dabimus, & conuulsa: penè eiusdem farinæ futuri, cum

D. Iustin. Mart. illis de quibus D. Iustinus Mart. in tract. de vitâ Christ. ita. *Iam verò quosdam scimus, qui carnali profectu, eo vsque promouerint: vt ad iracundiam suam, Euangelium pertrahentes: ad sententiæ suæ præcipitium, oracula Saluatoris nostri, accommodare velint.* Nisi fortè & peiores existimemur: hos enim iracundia, affectus sui impotens præcipitabat: nos leui, vanæ gloriolæ aurâ, ni fortè turpiori lucro commouemur. Sed iam quo ad hanerem, abundè eredo scriptormeus, ex dictis instituetur. pergo ad alia.

§. VII.

Sacri Textus obscura, qui soleant declarari. Sensus, qui adhuc abstrusior, fusius prosequendus. Verborum series scrutanda: non tamen in Parabolis, & figuris. Historici, Mysticique sensus, collatio, vsus, abusus.

M. Varro lib. 4. de ling. Lat. sic ad rem suam. *Vetustas, non pauca depr(...): multa tollit,* 1. Varro. *quem puerum vidisti formosum, hunc vides deformem in senectâ: tertium sæculum non vides eum hominem, quem vidit primum: quare illa, quæ iam maioribus nostris ademit oblimo, fugitiua: secuta seduitas Mutij & Bruti, retrahere nequit. Non, si non potuero indagare, eo ero tardior: Sed velocior ideò, si quiuero: non mediocres enim tenebræ in syluâ, vbi hæc captanda: neque eo, quo peruenire volumus, semita trita: neque non in tramitibus, quædam obiecta, quæ euntem retinere possint.* Simile quid, scriptor sacer sibi proponat, cum opus aliquod arduum aggreditur: multa eredat, vetustate, deprauata, sublata multa: quæ ni per obliuiosam hominum incuriam interirent: facilè hodie ingentibus dubiis nostris adlucerent. Ergo difficultates aggrediatur, tanquam si sub alta nocte, tenebris obuolutis easdem scrutetur. Sic Magnus D. Gregor. Magn. Gregor. in Præf. lib. 2. homil. in Ezechiel. *Obscurum quidem valdè, est opus quod aggredimur: sed ponamus in animo, quia nocturnum iter agimus: restat ergo, vt hoc palpando, carpamus.* Neque mirum, si in mysteriis grauissimis diuinorum caligemus: cum etiam naturalium notitia, dum viuimus, hebescat. Grauissimè D. Gregor. Nazianzen. orat. 2. de Theolog. *Exacta & absoluta* D. Gregor. Nazianz. *rerum creatarum perceptio, (nam harum quoque, solas vmbras abs te teneri, tibi persuade: cum scripturam ad hunc modum, loquentem audieris Psalm. 8. Videbo cœlos, opera digitorum tuorum, lunam & stellas, firmamque illam, & stabilem rationem, quæ ipsis infixa est. Perinde scilicet, atque in hac vita, ea minimè videns, sed aliquando perspecturus,) non hæc inquam solum, ingenij nostri captum excedunt, sed,* &c. Verumtamen in haoc rem, si Sanctorum Patrum dicta congerere vellemus, nulla propemodum charta satis esset.

Igitur sacris his tenebris, sic aliqui hodie lucem afferre putant, si diuersas cæterorum Interpretum faces in medium cooferant: quidque tum prisci, tum recentiores Auctores, de illâ quæstione scripseriut, exponant: addunt, (neque id semper,) si quid denuo inuenerint, aut quid ab aliis probabilius sit habendum, admonent lectores. Hanc vnam è præcipuis rationibus, visque, interpretandæ sacræ Scripturæ esse, non solum tot ingeniosissimi Neoterici, hac incedentes probant: Sed & suo calculo confirmat Doctor Maximus: nam Apologiæ lib. 1. contra Ruff. ita habet Hieronym D. Hier. *Commentarij, quid operis habent? alterius dicta edisserunt: quæ obscurè scripta sunt, plano sermone manifestant: multorum sententias replicant, & dicunt; hunc locum quidam sic edisserunt, alij sic interpretantur: illi sensum suum & intelligentiam, his testimoniis, & hac nituntur ratione firmare: vt prudens Lector, cum diuersas explanationes legerit, & multorum vel probanda, vel improbanda didicerit, iudicet quid verius sit: & quasi bonus Trapezita, adulterinæ monetæ pecuniam*

pecuniam reprobet. Ego temere tam inueteratum interpretandæ scripturæ tenorem, conuellere præsumerem: aduerterent tamen optarem, qui sibi in illo maximè complacent, longè sub diuersissimis temporis circunstantiis, à nobis hodie edi commentarios, quam suos illos ederet Hieronymus: Tunc enim rari Auctorum Codices, & vt magno labore conscripti, sic ingenti pretio comparati: deinde non ita multi Auctores illi, & commentariorum concinnator, vnus tantum aut alter, qui aliorum sententias vtiliter conferret: quia facilius foret abbreuiata ista emere, & inuenire, quam tot dispersa seorsim. At hodie typorum industria, Codices innumeri, & viliores: Auctores propemodum infiniti: & fere totidem, qui ex his Auctoribus concinnent commentarios: Si ergo commentatores singuli, easdem Auctorum sententias, & si quid denuo inuenerint, transcribunt: non ne sub diuerso tantum stylo, eademmet repetita, vbique inueniemus? certè hodie hæc interpretandi methodus, non caret periculo illius vitij, quod supra in scriptoribus transcriptoribus notabamus: qui tamen ea adhuc vti voluerit, quasi etiam nunc auctoritate Hieronymi confirmetur: discat saltem ab eodem sancto Doctore, qua potuerit breuitate, ab aliorum sententiis se expedire, ne ex illis tantummodo nouum libri phantasma edere videatur: nam D. Hieron. lib. 4. Comment. in Matth. in quæstione illa de Zacharia occiso, ita habet. *In diuersis diuersa legi, & debeo singulorum opiniones ponere. Aly Zachariam filium Barachia dicunt, qui in duodecim Prophetis vndecimus est, Patrisque eius eo nomen consentit: sed vbi occisus sit scriptura non loquitur, maximè cum temporibus eius vix ruina templi fuerit. Aly Zachariam Patrem Ioannis intelligi voluerunt, ex quibusdam Apocryphorum somniis approbantes, quod propterea occisus sit: quia Saluatoris prædicarit aduentum. Aly istum esse volunt Zachariam, qui occisus est à Ioas Rege Iuda inter templum & altare. Sicut Regum narrat historia, &c.* Qui ergo etiam hodie, putas te debere, singulorum quos legeris opiniones ponere: nota quam breuiter & sententia, & fundamentum, & obiecta difficultas, aut tandem impugnatio exprimatur.

Idem.

Alij sunt, qui vt à transcriptionis vitiosæ periculo vacent, aut in scholasticis, aut in expositiuis, selecta quædam arripiunt, nondum satis ventilata, aut saltem adhuc obscura, quæ discutiant & declarent: vt videantur dicere id quod Iacobus de Vitriaco Cardinalis, in suo prologo. *Ex his, quæ de pascuis & noualibus eorum pascendo, & assiduè ruminando congregare potuimus, velut Ruth, post messores Booz spicas colligendo: vel vt Apostolus, Sacramenta quibus ignem succendentes calefaciamus, in vnum congregando: Sicut sine fictione didicimus, ita paruulis sine inuidia communicamus.* Habet hic explicandi tenor, non parum vtilitatis, dum enim spicas ab ingentibus messoribus, aut spretas, aut fortasse non visas, denuo portas, non protetuæ nouitati, sed laudabili illi, de qua supra, videris studere. Bene Canus lib. 7. de loc. cap. 4. *In sacris Bibliis loci sunt multi, atque adeo libri integri, in quibus interpretum diligentiam Ecclesia desiderat: in quibusque proinde, iuniores possent, & eruditionis & ingenij, posteris ipsi quoque suis monumenta relinquere.* Licet enim non tam facile concedam esse hodie librum aliquem integrum, qui torus vndique desideret hanc diligentiam: tamen in singulis libris, multos esse locos, neque breues tractus, qui illa egeant, solus is qui interpretes non versat; aut

Iacobus de Vitriaco.

Canus.

occurrentes passim difficultates non agnoscit, denegauerit. His ergo in spicilegio lucem adhibere, & pro sua quemque industria, facem præferre, vt nihil fastidij lectoribus, sic scriptoribus laudem videtur conciliare non vulgarem.

2. Sed vtrumuis tenorem eligat scriptor meus, vel pro diuersitate argumenti, vtrumque: id necessario recoleret velim, ne si omnes scripturæ sensus dare cupiat, æque etiam in omnibus immoretur: Sed in eo attentior incumbat, & prolixior, qui ab aliis, minus adhuc lucis creditur accepisse. Exempli gratia Canticum Cant. huc adduco. Certè tale est hoc opus, vt superioris sæculi scriptoribus, nullatenus pro Dramate explicabile putaretur: audi Sixtum Senens. lib. 8. Bibl. Hær. 8. vbi sic putat Hæreticos, qui Canonicum negabant hunc Codicem, conuincendos. *Sed quantum horum carnalis opinio, a scopo huius diuini Cantici aberret, ipsa Cantici verba demonstrant, quæ se iuxta litteram, non patiuntur exponi: tales enim sunt similitudines, per quas adamatam illam sponsam describunt, vt secundum exterioris vocis sonum intellecta, magis eam deforment, & deturpent: quam illustrent, & exornent. quid enim potest dici, aut fingi ineptius, quàm quod hic de sponsa refertur? videlicet, quod habet amplum caput, instar montis Carmeli? Oculos persimiles piscinis, qui sunt in Esebon? nasum præferentem magnitudine sua, turrim, quæ respicit contra Damascum? dentes, sicut greges ouium? collum, sicut arcem Sion, ex qua clypes mille dependent? manus tanquam sphæras aureas? crura sicut columnas marmoreas, super bases aureas, erectas desuper? insuper quod sit pulchra, sicut locus Terza? decora, vt Ierusalem: terribilis, vt castrorum acies ordinata? quæ omnia, si vel, de filia Salomonis, vel de Sulamita intelligantur, adeo sunt rudia, incondita & agrestia: vt longè elegantiora, & politiora sint illa, quæ rudis ille Cyclops apud Poetas, in Galatheam suam, ineptissime canere fingitur. Oportet igitur, si Salomonem omnium sapientissimum, (vt par est) ineptia nota liberare velimus: verba Cantici huius, à carnali, ad spiritualem, & mysticam intelligentiam reuocare.* Hæc Senensis vir inter superioris sæculi doctissimos, non postremus. Cui deinde, fere totidem adhæsit magnus Bellarminus. At postquam nostræ ætatis Doctores, Legionensis, Delrius, Hortulanus, Ghislerius, Sanctius, & alij, benigniori luce, curâ diligentiori (ne tam effugio, quàm solida veritate Hæreticos confunderent) drama etiam penetrabile reddiderunt: & aptissimâ parabolâ ingentem illum deliere Spiritum, ostenderunt, quasque exhorruit Senensis, similitudinum salebras, bellissime læuigarunt: nihil dignius venit sequentibus scriptoribus, quàm si apertam iam venam, sed occultam adhuc vberiorem fodinam, noua ac noua face, reddant clariorem: vt nihil in re amoris casti, & festi nuptialis, dulcius, aut consonantius, ab exteris auctoribus scriptum intelligatur: quam ipsa littera parabolica Canticorum, tot diuini Amoris mysteriis fœcunda. Ergo vix indiget iam Canticum, nouis ad mysticum sensum additamentis, cui omnes fere Patres cui innumeri Auctores desudarunt: eget tamen adhuc Luce, dramati capiendo, cui & nunc altæ tenebræ adhærescunt. Non ergo nouas allegorias, Ecclesia iam & orbis, desiderat in Cantico: non quòd allegoricus, sensus ibi, non sit infinitis numeris preciosior, quàm dramaticus: Sed quòd tot Auctores, & maximè Patres allegoricam hanc palæstram fœliciter decertarunt: at vero scire, quæ sit

Sixt. Sen.

facræ allegoriæ basis, quam aptas similitudines Salomoni dictaret Spiritus sanctus, & maximè, quam non interrupto filo, facri huius libri feries procedat: hoc opus, hic labor est: hoc vnum iam diu suspirant docti, & vix tandem optatis frui possunt: immo ni vanus augutor, hoc erat, quod iam olim orbis cupiebat: puto enim de Cantico præcipuè capienda verba Ruffini (alius est ab Ruff pius. Aquileiensi, vt alibi probaui) in Præf. Oseæ, vbi ita. *Salomonis voluminibus disserendis, dispositionum eius gloriam, summus, in quantum posse comulit, executi: ita vt nunquam nos consequentia, (penes quam explicationem debet esse auctoritas) desereret.* Vix enim aliud opus Salomonis, consequentiæ, & feriei ordinem explicandum, sic requitit: periit autem hic Ruffioi liber, quaotum inuestigare potui, temporum iniuriâ. Discat ergo ex dictis scriptor meus, illi sensui vberius inhærere, qui adhuc densiori caligine laborat: Nec eos curet mordaces, qui in his sensibus tractandis, æquam lineam, paremque Ruf Aquil. mensuram deseri, taxare solent. Ruffinus Aquileiensis lib.1. de Bened. Pat. sic scripsit: *Arca qua construebatur a Noe, bicamerata, & tricamerata fieri iubetur. Conemur & nos postea quam dupliciter ista, prout potuimus sentire, descripsimus, id est, secundum historiam simul, & mysticum intellectum: nunc in quantum recipere locus potest, iam moralem in eo disserere sermonem.* Eodem tenore, quantum licet, procedunt hodie quandoque graues scriptores: qui immerito certè cacodædali denotantur, quod diuersas cameras, non sub eiusdem magnitudinis mensurâ fabricarint: cum pro diuerso vsu, diuersa potius magnitudo laudanda venerit: nec mensuram hanc ineptam, secutus ibi est Aquileiensis.

Sed non est leuiter prætereundum illud monitum Ruffini illius Catholici, de seruandâ explicationis consequentiâ, quasi hinc maximè explanationis auctoritas desumatur: labimur enim sæpè in hâc materiâ, dum vt aliquid, quod vel graue, vel pungens, vel nouum subit, obtrudamus, & mentis libri sacri, & propositi instituti, seriem & consequentiam, aut disrumpimus fœde, aut subdole dissimulamus: absit hoc, ab scriptore meo: Sint enim quantumuis optima quæ apponenda: ni tamen ad explicationis seriem conferantur, doctiorum iudicio ludibrium debebunt. Hinc illud D.Hieron. D Hieronymi ad Pamach. *Vetus narrat historia: quidam cum disertè diceret, ferreturque impetu, ac volubilitate verborum, causamque omnino non tangeret: prudens auditor, & Iudex: bene inquit, bene: Sed quo, istud tam bene? imperiti medici ad omnes oculorum dolores, vno vtuntur collyrio.* Caue itaque mali pictoris notam, qui etiam fractæ inter vndas naui, cupressum, quam fortè nouerat, appingebat: nullo enim recto methodi tramite, eo diuertimus, vnde facri libri syncera consequentia interrumpa-Ruff pius. tur. Ideo idem Ruffinus in cap. 10. Oseæ: *Optima est exponendi regula quæ de consequentia lectionis assu-*Idem. *mitur.* Et iterum libro in Ioël, post multa: *Apud lectorem duntaxat eruditum, nunquam sinitur consequentia fidem negare.* Vt enim lector imperitus, flosculos vtcumque inserantur commendat, his applaudit: Sic eruditus, extra consequentiæ normam hos vituperat, solidiori fructui assuescens. Idem. Tandem cap. 2. Oseæ: *Apparet hoc solidius esse, per quod consequentia tota decurrit*, &c.

Mihi tamen mirum accidit, nonnullos qui in aliis, vbi in primis religiosè tenor, prædictæ consequentiæ, seruandus videbatur, totam consequentiæ methodum corrumpunt: in allegoriarum serie deducendâ, summopere quandoque laborare. Putant ergo minus esse ingeniosum, si omnia, quæ in parabolâ, etiam ornatus causâ apponuntur; postea deductâ consequentiâ ad sensum spiritualem non accommodentur. Sed minus ingeniosum (quod non credo) forsasse fuerit: certe Doctis, magis verius esse, non negatur. Serius autem scriptor, debet potius iogenio cedere, quam lædere veritatem. Parabolas si sic premamus, vt omnia verba ad amussim, proposito scopo respondere velimus: aut inaniter laborabimus, aut futilia eruemus, sæpè pro lacte sanguinem exsugentes. Optima est illa D.Chry- D.Chryf. sostomi regula homil. 65. in Matth. *In parabolis non oportet nimiâ, in singulis verbis, curâ perangi: Sed cum, quid per parabolam intendat, didicerimus: inde vtilitate collectâ, nihil vlterius anxie est conatu inuestigandum.* De quo, quia iam multa alij, subdo tantummodo pauca, sed illa nostra. D.Isidorus Pelusiota, in hac re, sicut in cæteris, D.Isidor. Pelusiot. addictissimus D. Chrysostomi discipulus, lib. 2. epist. 63. ita prudenter. *Ita se gerere interpretes debent, vt si commodè, ac nulla vi adhibitâ, omnia peragrare possint: id impigre, ac sedulo faciant. Sin autem id fieri n queat: ne iis, quibus minimè opus est, vim afferant: (ne scilicet in locis, qui id requirant, deprauationis ac præposteræ expositionis suspicionem pariant: atque Iudæis quidem, & gentilibus, & Hæreticis, ansas præbeant: ad Christum autem, abiecta quædam, & ipsius dignitate inferiora referant:) Sed potius hanc sibi statuant rationem, vt humilia & abiecta prætereant, aut si congruentem notam accipiant, assumptæ humanitati conuenire existiment: Sublimia autem, & excelsa, dignitatis duntaxat causâ, dicta fuisse concedant. Quod si quid, eorum, quæ tunc contigerunt causâ, actum est, illud ob ea dici fateantur: ac non in eum sensum, qui minime conueniat, violent.* Equidem ab hac violatâ regula, violentiam & indecentiam, in diuinæ aut parabolæ, aut figuræ dolemus aliquando interpretatione. Vnde idem Isidorus Idem epist. 195. de Christi Domini rebus, præclare hoc admonuit, dandus, alibi. Tandem lib. 3. epist. 107. *Quoniam per litteras quæris, quomodo Christus, postquam initio verbum seminari dixisset, subdit: hic est, qui secus viam seminatus, cuius improbus ille, semen rapit*, &c. *cum tamen idem in zizaniorum parabola, filios regni, bonum esse semen, pronuntiaret? In primis illud potissimum respondeo, vnamquamque parabolam, in id solummodo de quo agebatur, rescribendam fore: ac non vnius omnia, per ordinem ad aliarum omnia explicari debere. Sed ne aliquibus prætexiuum, & euasionem videar excogitare: dicam aliquid*, &c. Vbi duo aduerte: primum, id quod in vna parabola certam significationem habet, non necessario in aliis, consimili tenore explicandum: neque argutias quærendas, vt omnia distinctarum parabolarum verba, sibi consonent. Alterum, iam tunc, ab indoctis, cautum prudentis Interpretis tenorem, euasioni, & ingenio tribui minus perspicaci. Ne in re simili, tu deterrearis.

Idem quod de parabolis dixi pressè sumptis: etiam de figuris (vt innuebam) allegoricis est certissimum. Est pulcher locus in hanc rem ille, Ruffini pij, in cap. 1. Oseæ: Vbi latè expendens in meretrice illa muliercula, quæ typus erat Israelis, nonnulla poni pro decoro, & ornatu figuræ, quæ tamen figurato nequeant conueni-

re

re: Sic concludit. *Qua vtique consequenter vniuersa subtexuit, respiciens ad personam mulieris, quam induxit clandestinus quasi semitis, flagitij sui frequentantem Auctorem: haud vtique, quod Israelitis populus clanculo profanis gentibus misceretur: Sed quod a muliere, vt sæpè diximus, similitudo translata, hunc descriptionis ordinem postularet.* Quot ergo puerilia, quot frigida, quot inepta, quodque grauius est, quot extorta & indecora, de non obseruando prudenter hoc tenore, oriantur: ille notare poterit, qui ipsa nonnullorum scripta, quæ vulgo applauduntur ingeniosissima, lectitarit. Habeatur igitur potius scriptor meus, hinc hebes & tardissimus: dummodo nullo æstimandi ingenij pretio adducatur, vt aut torquere audeat sacrum sensum futili acumini aucupando, aut Patrum grauiorum iudicium spernat. Audiendus
Theoph. vous Theophylactus Præfat. in Ionam. *Significatur igitur in Iona, tanquam in figura, de Christo mysterium. Attamen non per omnia necessum est, quærere similitudinem: neque enim nobis postulandum est, vt omnino quæ sunt historia, ad spiritualem contemplationem vertamus: nam vt generatim exempli vice dicam, cum aliquem priscorum sanctorum figuram Christi dixerimus fuisse, non opus est per omnia quærere similitudinem.*

4. Illud tandem hic admonitum vellem, ne qui sensu mystico, per allegorias & tropologias, vel tandem anagogias deducto delectantur, sic illi incumbant: vt omnino litteralem & historicum nullatenus recolant: quin potius, quoad potuerint, mystica sua, litteræ tanquam basi curent conformata: puerile quippe est, sic mystica contexere, vt litteræ videantur repugnare: quod non solum in vitis, & scriptoribus, sed etiam in fœmi-
D. Hieron. na commendat D. Hieronymus, qui in eiusdem Epitaphio, ita habet. *Scripturas sanctas tenebat memoriter, & cum amaret historiam, & hoc veritatis diceret fundamentum, magis tamen sequebatur sensum spiritualem.* Et certè absque hoc fundamento Mystica illa corruant, necesse est: aut vana, ineptaque,
Hypolit. tantummodo vulgo inscio arridebunt. Ideo Hyppolitus in Cathena patrum ad cap. 49. Genes. allegorizatis benedictionibus Patriarcharum, sic subiungit. *Illud autem meminisse velim, historiam non præferre allegariæ: vt quo fidem, sibi magis conciliet.* Iam vero multa, quæ optimè in sensu historico veniunt sponte explicanda, ad solas allegorias deducere, vt importunum est, sic etiam maximopere periculosum: hinc errores Origenis ansam sumpserunt: hinc non raro ineptit Philo Iudæus, hinc illorum sequaces infantiunt vt plurimum. Sed & intercedit in huius optimæ regulæ vsu (aduerte tyro) abusus aliquando: quidam enim plus nimio Historiæ indulgentes, sic allegorias spernũt, vt etiam necessarias prætermittant. Peccauit in hoc genere Ruffinus pius sæpè citatus: qui locum illum Ioelis 1. de brucho, eruca, locusta, & rubigine, quem post Hieronymum, hodie doctiores Interpretes ad Chaldæorum, aliorumque hostium deducunt allegoriam meritissimo: ipse ad meram litteram voluit deducendum: Sic enim ibi scribit,
Ruff pius. de populo Israëlitico. *Cum famem grauissimam, & prodigialem, sicut Beati Eliæ temporibus siccitatem & mortem subitam, variasque corruptiones protulisse doceantur: quid fuit necesse, eam quoque penuriam quamuis locustarum & bruchorum intulerit mentionem, gratium incursionibus explicare? intelligentes ergo simpliciter verba Prophetica, magis quam aliò, quò libuerit, transferentes: locustas & erucas, non cataphractos equites, aut clypeatos pedites: Sed vermiculos raripedes, & minutas pennatas accipiamus animantes: quæ ita sibi tunc in profano genere tormenta successerunt, vt sedulo custodirent vices nocendi, & si qui præcedentibus remansisset, id totum, quæ sequebantur, absumerent.* Fallitur certè, dum litteræ hic amore, amouit allegoriam: nam Hieronymi opinio, viget hodie, atque à doctioribus interpretibus, fere absque controuersiâ defenditur. Ergo mediâ viâ tutior incedit scriptor meus, vt nec omnia allegoricè velit explicanda: nec è contra, nihil allegoriis putet concedendum. Vnde D. Gregor. Nazianz. orat. 2. de Pascha. *Nos me-* D. Gregor. Nazianz.
diâ quadam viâ incedentes, inter eos qui crassiori sunt ingenio, & eos qui allegoricâ speculatione, abstrusioribusque, & sublimioribus sensibus impensè delectantur: vt nec prorsus inertes, & torpidi maneamus, nec rursus curiosiores simus, quam par sit: atque à proposito argumento excidamus, & euagemur. Quippe hæc nimia, aut in vtroque, aut in vtrouis sensu, curiositas, præterquam in immensum auget scriptoris laborem: immane est, quàm frustra, & inutiliter serium lectorem defatiget.
Prudenter Guillielmus Hamerus in cap. 40. Genes. Guillielm. Hamer.
sic scribit. *Nec minus ridiculum est quærere, quæ in re peccauerint Eunuchi Pharaonis: quam scire velle: quæ mater fuerit Hecubæ; quod Achilli nomen, inter virgines, fuisset: quid Sirenes cantare solitæ. Græcorum iste morbus est, ait Seneca, quærere quem numerum remigum Vlysses habuisset: prior scripta esset Ilias, an Odyssea. Insectatur Satyricus Poëta tantam curiositatem, scire*

—— Quot Acestes vixerit annos
Quot Siculus, Phrygibus vini donauerit vrnas

Hæc Hamerus. Neque putes protetuiæ esse. Inutiles his curiositates, lectoribus denegare: non inuidetur, quod æquius adimitur, quàm
profertur. Est hoc illud D. Gregor. Nazianzeni, D. Gregor.
Homil. vn. in cap. 19. Matth. vbi ita. *Christus* Nazianz.
quasdam quæstiones soluere, & explicare solet, quasdam comprimere, atque obstruere. Cum ex eo quæritur: in qua potestate hæc facis? propter arrogantiam, vecordiam, & impietatem, vicissim ipse quoque interrogat: baptismus Ioannis, de cœlo erat an ex hominibus? atque vtrinque interrogatores suos 7
premit, atque constringit. Vnde etiam nobis nonnunquam, ad Christi imitationem, eos qui curiosâ imitatione nos lacessunt, comprimere: quæstionumque absurditatem, absurdioribus interrogationibus soluere licet. Nam ipsi quoque interdum (vt in his quæ sunt insipientiæ glorier) in rebus vanis sapientes sumus.

§. VIII.

Vni & eidem, Scripturæ, voci, non vt libet, sed vt licet, contrarij sensus potuerint assignari. Fabularum vsum, & vulgi locutiones, quomodo admiserit Scriptura. Prudentis scriptoris, & sctoli discrimen multiplex.

INgeniosa est allegoria illa Stephani Cantuar. 1.
apud Godef. qua expendens verba illa Abrahæ Stephan.
ad vxorem Saram, de Agar: *Ecce ancilla tua, in* Cant.
manu tua est, vtere ea vt libet. Genes. 16. ita habet. *Per Saram gratia noui testamenti: per Agar, lex intelligitur. Gratia siquidem vtitur lege, vt libet: quia multis modis frangit litteram, & exponit: & sic per*

diuersas expositiones affligis, ceremonia fracta sunt, & panes dum franguntur, multiplicati sunt. Vetus enim lex, est quasi cera, quæ quamlibet formam suscipit. Ingeniosa inquam allegoria: verum tamen doctrina, non ita certa, quin imo venit insciis periculosa. Non ergo scriptori meo, quamlibet spiritualem formam, littera suscipiat, nisi eam, quæ ex superioribus regulis, apta venerit. Fateor tamen quandoque, vt vna eademque cera, sub diuersis sigillis contrarias formas suscipit, & nunc ignem, nunc aquam: modo agnum, modo lupum repræsentat: Sic vnam, eandemque historiam, & frequentius, vnam, eandemque vocem sacram, ex diuersâ proprietate, in contraria significata deduci posse: & diuersas omnino explicationes sustinere, quia tamen hoc fusissimè iam ab aliis, ostensum est: obuiaque exempla, mediocriter erudito passim occurrunt: dabo tantummodo pauca in exemplum, eaque nostra: quibus, quæ alibi de Leone, & columba protuli, ad cap. 1. Cant. v 9. vlterius roborentur. Dedit huius rei plenissimum, & do-

D.Chrys. ctissimum opusculum D. Chrysost. tom. 6. serm. in illa verba: *vidit Deus cuncta, &c.* Genes. 1. vbi post multa, ita ad rem meam. *Si sis inconsideratus, minimeque discretus, accusat te scriptura, vt imprudentem: Ephraim enim, inquit, Ose 7. quasi columba insipiens, quæ cor non habet: Si vero insipientiam fugeris, simplicitatem cum laude præ te tuleris, habes prudentiam perfectam, si eam cum malitiâ ne commisceas, & audis à Domino: estote prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut columbæ. Ne igitur nullo delectu scripturam lege mi frater, aut similitudines ad vitia, malamque in partem accipias ab illâ prolatas: dum distribuit huic quidem illud, illi vero aliud. Vis ne hoc intelligere planius? attende diligenter iis quæ sequuntur. Vocat Leonem Scriptura, Catulus Leonis Iuda: hic vt Leo fortitudinem significat,* &c. *Appellatur & Leo, diabolus: non vt potens & tremendus, sed vt percussor, vt tyrannus, & exterminator: de hac re dicit B. Petrus Apostolus, tanquam Leo rugiens. Diuide itaque rerum, quæ leguntur, notiones ac sententias: ne forte quæ in verbis apparent contraria, tuam mentem perturbent. Commemorauit Scriptura Leonem, & Leonem: Sed hunc quidem secundum regiam dignitatem, & potentiam: illum autem, ob vim*

D.Isidor. *perdendi, atque delendi.* Adhæsit, vt solet D. Isidorus Pelus. lib. 2. epist. 175. *Columba simplicitatem admisceamus, non vt ipsius stoliditatem exprimamus: infamatur enim Ephraim, vt stulta columba, non habens cor: verum vt ipsius simplicitatem, ab omni fraude remotam imitemur,* &c. *Leo vocatus est, non modo Christus, sed etiam vir iustus, & diabolus, at non eadem ratione: vt enim ante dixi, non iuxta rationes omnes exemplum vsurpatur: sed iuxta illam dumtaxat partem, quæ instituto sermoni conducit: & quod reliquũ*

Ruf. Aquil. *est, iubetur valere.* Ruffinus Aquileiensis de Bened. Pat. lib. 2. vbi de Dan. ita. *Si redeamus ad scripturas, sicut inuenimus Leonem dici diabolum, qui circuiens quærit, quem transuoret: & tauros dici contrarias virtutes, sicut ibi, tauri pingues circumdederunt me: at iterum Leonem dici etiam Dominum, paulo ante à nobis expositus Iudas docuit: taurum etiam dici ipsum Dominum, inuenimus illum, qui occisus est pro salute & reditu filij pœnitentis. Sed & alia multa in scriptura similia sunt, quæ nunc ad bonam, nunc ad ma-*

Ruff alius. *lam partem trahuntur.* Ruffinus alius in cap. 7. Oseæ, vbi de columba seducta: in hunc modum. *Nos autem meminisse debemus, omnes similitudines, quas de creaturis sermo diuinus consueuit assumere, tam pro vituperatione, quam pro laude posse consistere: Sicut nunc columbis vituperabilem stultitiam Propheta composuit, quas in Euangelio Dominus, pro laudabili innocentia nominauit.* Attuli tantum Leonis, & columbæ exempla, ne illa quæ in Cantico nuda dedi, inopiæ Auctorum potius, quam mysterij claritati tribuantur. Porrò quod de Equinâ naturâ ibi dixi, firmabis multis, quæ in siluâ suâ dedit Laurerus: puduit enim in re tam manifesta, plura congessisse. Sed redeo. Non itaque quidquid libet, sed quidquid licet, è littera in mysterium eruatur: quamuis cum sub vna appellatione, discrimen rerum, vel diuersæ proprietates continentur, hunc, vel contrarium sensum assumere, scri-

ptori alias docto permittamus. Bene Acacius in Cath. patrum ad cap. 1. Genes. id expressit. *Si quis tamen cerniculosus, malam tenebrat continuat ex illo loco eiicite illum in tenebras exteriores; & id genus alia: non lateat ipsum apud scripturam, vnum & idem nomen accipi frequenter in vtramque partem pro discrimine rerum, quæ vnâ denotantur appellatione: nam & si Lucem laudari plerumque dicamus, interdum tamen cum vituperatione vsurpatur, quale est illud, incedite in luce vestri ignis.* Esto hoc ratum, quia verissimum. Acacius.

Noo timeat scriptor Doctus, quando res postu- 2.
let, sacræ Scripturæ verba sic explicare, quasi sentiat, instituit sermonem diuinum de re, non prout in se est, sed prout in hominum sermone versatur: re enim vera ita fit: ita Phrases & voces assumit sacer textus, non quod rem probet, sed quod quotidiano loquendi apud homines vsui se accommodet. Hæc doctrina, quamuis aliquibus olim dura visa, planissima tamen est, & plenissime à Doctoribus confirmata. Subdo è priscis paucos, in quos incidi, quia nondum ab alio, adductos vidi. Ruffinus ille secundus, quem sæpe laudo, Ruff. pius. ad illud Oseæ 4. vers. 19. *Ligauit eum Spiritus in alis suis.* Ita scribit. *Alas Spiritus, quibus gens alligata discesserit, posuit secundum vulgarem opinionem, quæ ventorum imagines, pennis instruere consueuit.* Vnde pennæ ventorum, quæ alibi in scriptura occurrunt, explicantur. Legimus apud Amos, *Arcturum, & Orionem*, cap. 5. vers. 8. de quo ibidem iterum, idem Ruffinus, ita. *Quod autem astrorum* Idem. *ea vocabula intulit, quæ à gentibus videntur imposita, (quanquam alij interpretes, sola sidera dixerint) possemus consequenter accipere, quia obuiis vocabulis ad distinctionem Astrorum, non ad confirmationem fabularum, sit vsus Propheta: Secundum illud, quod & Apostolus, Poetarum sententias, nequaquam est dedignatus assumere.* Prudenter dictum: quo non leuiter confirmantur, quæ sæpe dixi in Cantico Dramatico, maximè Prolegomeno 4. vnde & Nicetas, (quod iam alij notarunt) ad illud Iob, Nicetas. qui tertiam filiam vocauit. *Cornustibij* vel vt legunt lxx. *Cornu Amalthea*: cap. 42. vers. 15. sic scribit. *Cum scriptura ait cornu copiæ; aut Sirenum, aut vallis Titanum, aut gigantum mentionem facit: tantum vtilitatem illis fabulis significatam, non vero falsitatem illam nobis propinare.* Ego vero in hoc Iobi loco, vt quod sentio dicam, alio rem putarem dedocendam. Probabile est apud Auctores (vide ibi Sanctium) non à Iobo, sed à populo, hæc nomina filiabus eius fuisse imposita: populus autem vtpotè ethnicus, non solum fabularum vtilitatem, sed etiam ipsasmet fabulas potuit vsurpare. Scriptor diuinus, non tam è se assumptas, quam ab aliis creditas, potuit, & debuit easdem enarrare: Sicut passim falsos Deos, mendacia, fraudes, & similia exponit, non tam probans

assertiue,

assertiuè, quàm historicè narrans. Quid enim vetat, vt scriptor diuinus, cum Ethnicorum historias contexit, illorum & phrases licet stultas, & opiniones exponat, licet falsas? Attendendum ergo, quæ persona loquatur, aut cuius res tractentur, vt illi & phrasis, & mendacium, diuino vero textui, tantum falsitatis narratio, quæ à vera fide non aberrat, imo eum illâ, optime consentit, tribuatur. Firmat optime mihi hanc regulam Theodoretus, quæst.86. ad cap.30. Genes. vbi apud LXX. legitur, *Fortuna prospera* de quo ille ita. *In Scripturâ, piorum hominum diuina institutiones, spiritus eloquia sunt: reliqua autem verba, historico more proferuntur: non solum ergo sermo ipse spectandus est, sed qua etiam loquitur persona. Porro verbum Prospera fortuna, non est verbum Iacob, sed vxoris eius Lia, qua, vt dixi, in impietate fuerat educata, & parum in diuinis instituta: sic & Pater eius inquit, Auguratus sum: atqui lex diuina, prohibet auguriis vti. Quare nemo putet, huiusmodi sermones esse Scriptura diuina: siquidem diuinissimus Moyses, vt qui historiam scribat verba, qua ab impiis prolata sunt, inseruit.* Id est, non sunt sermones Scripturæ diuinæ approbantis, sed narrantis. Vide plura apud eundem Doctorem ibidem, quæst.96. Hunc igitur etiam secundum modum obseruet scriptor prudens, vt facile similes tricas, valeat extricare. — Theodor.

Nec etiam spernendus tertius quidam modus, passim hodie à viris Doctis vsurpatus, & in quem, immerito ni fallor, quidam animaduerrunt. Sunt Hebraismi nonnulli, & priuatæ sacri idiomatis phrses, quæ optimè, per alios Latinismos, explicantur, vel Hispanismos. His ergo & similibus locutionibus, addere quandoque, vernaculæ cuiusuis linguæ proprietates, quibus optimè cognoscantur, tam abest à puerilitate, vt potius iudicium scriptoris maturum, & linguarum peritiam manifestet. Cur enim non sequamur, doctissimos in hac re, Patres præcedentes, D. Augustin. exponens illud Psalm.140. vers.5. *Oleum autem Peccatoris non impinguet caput meum.* Post alia de adulatoribus, sic subiungit. *Propterea & homines, cum falsa laude aliquem irrise int, hoc etiam de illo dicunt: vnxi illi caput.* Vt ergo Latinismo assequitur Hebraismum D. Augostin. sic nos vtrunque, Hispanismo nostro dicentes, *vntar el casco.* Verba illa Dei apud Oseam: *Perditio, tua Israël: tantummodo in me auxilium tuum.* cap.13. vers.9. ex prædicto modo explicat Ruffinus Pius, ita, *Animaduertenda illa distinctia, qua id, quod ambiguum putabatur, illustrat: non enim hic irridet fidem plebis, in solâ Dei potentiâ, spem sui gaudij, reponentis: (quod vtique, cum non fecisset, offenderat) sed pronuntiauit tantum impendere plagarum, vt auxilium ferri, nisi diuinâ virtute solâ, non possit. Quod si diligenter consideres, non solum non absurde, sed etiam moraliter, & de vsu sermonis humani videbis illatum: inde est enim, quod si quando vel graui morbo aliquem, vel desperabili calamitate appressum viderimus: spem eius in Deo esse dicimus: non vtique mentis afficium, sed pondus cladis, qua deprimat, indicantes.* Sic nos in re simili: *ya està en las manos de Dios*, non tamen negare possum, esse aliquos, qui pueriliter hoc explicandi tenore abutuntur, illa obtrudentes, quæ risum potius, quam facem Lectori admoueant: non tamen horum vitia, debent aliorum peritiæ obstrepere. — D. Aug. — Ruff. Pius.

3. Assuescat ergo scriptor Prudens, doctiorum vestigiis inhærere: nec ad sciolorum obiecta, quidquid contra obganiant, diuertere. Si enim quod quidam, prædictos illos tres modos interpretandi in sacro textu, aut fabularum narrationem, aut Hebraismorum tenoré, mordent, & irrident: nos etiam, desertis doctioribus, eorundem vsum timeremus: insuperabiles hinc incurreremus difficultates: inde ab scribendi officio, per tædium cessaremus, cum illa ferre, quæ omnia, omnibus placeant, impossibile sit: displicere vero aliquibus, etiam sciolis, (quos irridere oportuerat) feramus ægre, durum habeamus. Congeram ergo scriptori meo instituendo pluscula in hoc loco, quæ cum sciolis displiceant, (quos tamen vulgus, per magnum vocabuli abusum, *Criticos* vocat, pérque parem laudum prodigalitatem, commendat mitè) viris nihilominus, de iudicio limato prudentioribus, magnique scriptoribus nominis placere video.

Parerga importunè vbique subdere: versiones idiomatis peregrini immiscere, etiam vbi fontis fides neutiquam desideratur: neque eius synceritas turbari visa: Prudentia vetat, sciolorum crisis probat: vtri standum? impendamur ergo seriis, grauioribus, & necessariis: minuta quæuis occurrentia, ni sint spernenda penitus, saltem tantummodo leuissime pertractentur: aliàs, otium & chartam eripiunt vtilioribus. Facit huc illud Capitolini in Macrino. *Iunio quidem Corda studium fuit, eorum Imperatorum vitas edere, quos obscuriores videbat: qui non multum profecit, nam & pauca reperit, & indigna memoratu, asserens se minimá quaque persecuturum. Quasi vel de Traiano, aut Pio, aut Marco sciendum sit, quoties processerit, quando cibos variauerit, & quando vestem mutauerit, & quos quando promouerit. Quæ ille omnia exequendo, libros mythistoriis repleuit, talia scribendo: cum omnino rerum vilium, aut nulla scribenda sunt, aut nimis pauca, si tamen ex his mores possint animaduerti, qui reuera sciendi sunt, sed ex parte, vt ex eis cætera colligantur.* — Iul. Capit.

Non solum Classicos Ecclesiæ Doctores, sed etiam alios quosquos potest, etiam inferioris notæ, adducit scriptor prudens: at sciolus, hos vocat proleraneos: quasi vero quandoque, & si minus grauior, at magis gratior, è tibiâ, quam è tubâ, sonus non veniat, suauiórque & oculis, & naribus, flosculus è campestri gramine, quàm è viridario cultissimo non blandiatur. Bibat ergo iste semper, Ganges, quos vocat, Nilos, & Euphrates: scriptor vero meus, ex Tago quandoque, Duria, & Ana, dulcius ob varietatem, nouerit aliquando sitim restinguere; interque tenuiores arenas, sed aureas, illimem & splendentem haurire veritatem.

Sciolus sub vno, eodémque titulo Tropologico, varie gyrat, hinc inde congerit, rémque morum formandorum, logicis Aristotelis, figuris, & & quandoque sophisticis concludit. Scriptor vero meus, eadem semitâ totus, id apponit, quod titulo proposuerat, centesimam consequentiam formandis motibus otiosam, & inutilem arbitratus, morosiorique metaphysicæ reseruans. Quàm hoc ad gustum Petri Cellensis, qui lib.1. de Tabern. ita. *Inconsonum quidem est, si auro Dei, inferas lignum tuum nudum, sensu humano profunda mysteria discutiens: & claue ligneâ, venerabilium thesaurorum, ostium aureum resoluens: certè res Dei, sermonibus diuinis explicanda sunt: & non est nemus Aristotelicum plantandum, iuxta altare: fidei sacramenta obumbremus, infinitis & superfluis inquisitionibus, qua non sunt vtiles, nisi ad subuersionem audientium.* An qui etiam à Fidei dogmatibus à sacramentis, nemus Aristotelis, — P. Cellens.

telis,& inutilia argumenta, multiplicemque consequentiarum seriem amandat : in re inorum planissimâ, aduitteret ?

Locos, sacros, neruosius veritati probandæ, prudens scriptor dum potest, seligit clariores, hos commendat : fastidit istos, sciolus ; omnia de vmbris, putat illustriora, fassus fortassè obiter, omnia illa sua vmbratilia : nimirum ille saturare fructibus, hic delectare floribus contendit : gustui alter prouidus, alter olfactui vanus, palpatum pergit.
D.Amb. Grauiter D.Ambros.lib.6.examer.cap.2. de Moysis scriptis. *Non ille putauit dicendum, quantum de spacio aëris, occupet vmbra terra, cum sol recedit à nobis, diémque abducit inferiora axis illuminans; & quemadmodum in regione mundi huius incedens Luna globus eclipsim faciat : quoniam, quasi nihil ad nos, quasi nihil profutura, præteriit. Vidit enim in Spiritu sancto, non illas marcescentes iam sapientiæ vanitates sequendas, quæ rebus inexplicabilibus mentem nostram occupant, ludumque operam : sed ea potius describenda, quæ ad virtutis spectauere profectum.* Si ergo sacras litteras, in rebus tropologieis, eo spiritu explices, quo à Deo dictatæ sunt, à Moyse explicatæ : non obscuras, & ænigmaticas ferè quæstiones his immisceas : sed illa clariora selige, quæ robustiori suauitate Animas penetrariut legentium.

Sciolus, quidquid quærit probandum, vbiuis se, de facilitate ingenij, déque multi[illegible]ci verbi sacri sensu, iactat inuenire. Audiui aliquem dicentem, nunquam se Aucturem sacrum aperuisse, è quo, quidquid tunc quærebat, post paucas lectas lineas non erueret. Proh miraculum fælicissimæ mentis! caueat Lector præstigias : nec enim in re doctrinæ, innoxia acetabulorum, & calculorum deceptio delectat, sed funestat. Cautus ergo scriptor meus, sit in hac re tardissimus, sudet vt inueniat, inuentum si forte, examinet morosè : habet enim verissimum illud Cellensis lib.de Panib. cap. 23. *Tanquam enim multis inuolucris veritas circumtegitur, multis spoliis superinduitur : spoliis igitur suis cum multâ reuerentiâ est spolianda : vt species & pulchritudo eius, tanquam stella matutina, & sicut sol in virtute appareat.*
P.Cellens.

Tandem modesto, & Prudenti scriptori, vbique
Martial. verum est illud Epigrammatatij :

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura,
Quæ legis : hic aliter, non fit Amite, liber.

Sciolus vero, quæuis afferat, iurat selectissima, nec nisi gallinaceum lac emulger, sibi habeat, nec
Cassiod. inuideas. Modestior Cassiodorus in Prolog. epist. *Quapropter, humile de nobis, verecunde promittimus, mediocre non improbe pollicemur : summum vero, quod propter nobilitatem sui est in editiori constitutum, nos attingere non credimus. Verumtamen sileant disputationes, vel præsumptiones illicitæ : qui legendi sumus, incongruè nostras de nobis disputationes ingerimus, quique vestra iudicia sustinemus.* Hinc ergo est vt quemuis Auctorem, aut codicem sumat interpretandum sciolus homo, geniis cæteris præponendum, contendat mordicus : quamuis Marsyas prouocet Appollinem. Tu vero, caue fe ceris : habeberis quippe, Midæ tui simulacrum à Doctis : sic auritus credétis, immo sic totus ad aurium tenorem deformatus, quem nulla vnquam Milesia reformauerit.

Habes iam scriptoris Prudentis, & scioli mores diuersissimos : nusquamque aptius venit, quam
Horat. vtrique ad inuicem, Lyricum illud lib.Epod.

Lupis, & agnis, quanta sortito obtigit,
Tecum mihi discordia est :

Dum prudens ille, à sciolo videtur, & vocatur ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης : dum iste ronchos amat, nec verâ pietatis fame, solida quærit fercula, sed vano famæ æstu, ventosa laudis pabula suspirat. Meus ergo scriptor, quanuis non vndique Prudenti conferri queat, nullibi tamen sciolo velit comparari : si non poterit totam Prudentis lineam attingere, at conetur totam scioli mentem euitare : assuescátque in librorum suorum Præfationibus, quid, & quomodo extra omnes sciolorum conditiones intendat scribere, Lectori declarare : vt iste aut allectus accedat, si placuerit : aut si minus, & legendi fastidium, & percurrendi laborem euitarit. Sub hoc tenore Cellensis, datâ ad librum de Cellens. Conscient. Præfatiunculâ, sic subiunxit. *Epistolam istam, pro foribus, libri de Conscientia, volo appendi, vt delibatione istâ prægustatâ, vel respuat Lector, si male capit, quod dicitur : vel audiùs penetret, interiora velaminis.* Sic scribit quisquis non tam vult δοκησίσοφος appellari, quàm σοφὸς haberi.

§. IX.

Profana litteratura, diuina administrans : illius vsus firmandæ litteræ sacræ, siue formandis Moribus, qui futurus, & quantus.

DE profanæ litteraturæ vsu, prout diuinis scientiis administrans, diuersi quidem sentiunt diuersissime. Nullum esse virum doctum, qui 1.
hanc apprimè non reputet necessariam, probe scio, firmissimum statuo, vulgaria Proletaneorum iudicia, non pendenda : at inter Doctos humaniorum litterarum vsus, vbi aptus venerit, mirâ varietate ventilatur. Suggeram ergo scriptori meo, quid è SS.Patrum sententiâ, quid ab assiduo optimorum Interpretum sensu, in ipsa scribendi methodo, apertè declarato ; iudicem in hac quæstione tenendum probabilius.

Non vsus, sed abusus est profanæ litteraturæ, cum sacræ Scripturæ sensus litterales, hac aliquando maximè indigentes, nudos relinquimus : è contra vero mysticos & tropologicos, Poëtarum centonibus, sophistarum argutiis, Philosophorum sententiis, Ethnicorum fabulis, & meris nugis infercimus : nam ad mystica certè & tropologica, non nisi raro, & cum summo delectu, salsamenti instar leuandoque Lectorum fastidio, profana hæc eruditio, videtur aduocanda : at vero pro meræ litteræ commentariis, nulli labori parcendum, in scrutandis profanis voluminibus, si inde forte diuina, densis tenebris delitescentia, clariora nobis reddenda præsumuntur. Quis enim æquus rerum æstimator, cum videat, Hæreticos, vulgatam, & canonicam nostram versionem, passim locutionis barbaræ insimulantes, & per summam blasphemiam irridentes : totius Latinitatis fontes non euoluat, vt haustâ inde veritate, vulgaris noster versor propugnetur? Agebat D.Augustinus tom.4. lib. in Genes. quæst. 31. de vsu Scripturæ, circa hanc vocem, *æternum* : tunc post multa, sic scri- D.Aug. bit. *An potius locutionis est Scripturarum, vt æternum appellent, cuius rei finis non constituitur : aut non ita fit, vt deinceps non sit faciendum, quantum pertinet ad curam, vel potestatem facientis : sicut ait Horatius :* Seruiet æternum, qui paruo nesciat vti.

vti. *Non enim potest aternum seruire, cuius ipsa vita, quâ seruit, aterna esse non potest. Quod testimonium non adhibrrem, nisi locutionis esset: verborum quippe illi sunt nobis Actores, non rerum, vel sententiarum.* Fac ergo ventilaretur, sacri alicuius verbi germana significatio, apud illius ætatis hæreticos: certè nullum præteriret, priscum verborum Auctorem Augustinus, si inde forent Hæretici redarguendi. Nosco, qui putat se non lusisse operam, dum per plures dies, & fortè per mensem desudauit, in tam Græcis quam Latinis euoluendis, pro asserenda proprietate illius vocis *Redemptio*, quâ Auctores pij vtuntur meritissimo, cum de Deiparâ, ab originali næuo, disputant præseruatâ. Hæc de verbis.

Venio ad ritus, & mores, Hebræis, gentilibusque communes. Peccant in hac re, meo iudicio, nonnulli aliunde grauissimi scriptores: qui vbi primum locum aliquem sacrum vident subobscurum, paululum ritui Ethnico annuentem: subito eò verba detorquent: & ritum vsumque illum Ethnicum, Hebræis etiam legitimum asseuerant: quod quidem plusquam libere exequuntur. Conueniunt mores, & ritus vtriusque gentis quandoque: vtplurimum tamen, differunt omnino: multa ergo debent concurrere, vt in caligante sacro loco, aliquid communis ritus subodoremur, & primi aperiamus: nisi enim alibi Scripturarum, mos ille pro Hebræis apertus ostendatur: aut nisi signa aliqua & validæ coniecturæ eò inclinent, non volenter ducimus, sed cogimus violenter Scripturam: quidquid sit eruditionis, non tam traditur, quam obtruditur ibi si congeratur: suo quippe tempore, & opportuno allata tenore vt delectat, sit extra rem producta, & ipsa desipit, & insulsam pariter reddit explicationem. Innumeri sunt Patres, qui Ægypriam spoliationem, allegoricè ad rem ipsam de qua agimus transtu-

D.Greg. Nazianz. lerunt: dedit nonnullos Delrius tom. 1. Adag. 62. addo vnum Nazianzenum orat. 2. de Pascha: vel inde maximè, quia Nicetæ explicatio mihi fauet. *Vasa aurea, atque argentea ab AEgyptiis accommodato pete, cum his te itineri committo, ex alienis facultatibus viaticum tibi para, immo ex tuis potius, seruitutis enim & lateritij operis merces tibi debetur: callide aliquid circa mercedis flagitationem comminiscere, praclarè extorque.* Sin-

Nicet. gula verba multum habent ponderis: nunc mihi satis Nicetæ explicatio, qui ibi ita. *Per Ægyptias etiam opes, moralis, & naturalis, & ea qua in differendo versatur philosophia designari potest, atque omnes illa disciplina, in quarum studium incumbunt, qui ab Ecclesiâ alieni sunt. Eos igitur, qui liberam vitam per virtutem consectantur, externa quoque doctrina opes, sibi comparare, iubet Theologus: atque ab alienigenis, quo ad fidem attinet, mutui nomine exceptas possidere, vt in tempore profuturas: nempe cum res ita nata fuerit, vt spiritualibus hisce opibus Ecclesia arca exornanda sit.* Explicemus Nicetam, vt & ille Theologum explicauit. Non semper, sed in tempore profecit hæc litteratura: debet res, ad quam exigitur, enata nobis venire, non obducta cogi: Philistæi quidem, tunc aptè & è re natâ, arcam circulis & muribus aureis exornarunt, quando Arca consimili vulnerum circularium & murium apparatu triumpharat. Ni ergo locus ipse & Hebraicus ritus apertè profano ritui cohæreat: non tam his eruditionis munusculis comitur, quam fœdatur: ergo de ritibus moribusque
vtriusque gentis, sic habendum. 2.

Aliter se res habet in affectibus, itemque in comparationibus, quibus tam affectus ipsi, quàm quæuis alia solent explicari: in his consonant omnes; & naturæ communi, omnia huiuscemodi veniunt communia: omnes nationes similiter irascuntur, inuident, cupiunt, amant, atque abhorrent: omnibus, clara soli, nocti obscura, calida igni, niui frigida, aquæ fluxa, plumæ leuia comparantur. Quando ergo sacrum aliquod oraculum, affectu vel comparatione grauidum obscuratur: nunquam aptiori methodo, & sensu planiori explicabitur: quam si apud alias gentes dederis manifesta, quæ ibi caligare videbantur. Hinc est vt cum liber verbi gratia Canticorum, quo ad drama, totus ferè affectibus & comparationibus, Ethnicæ Hebrææque genti communibus scateat: eruditionem exigat humanam, illámque profusiorem quam alibi, vt infra dicam. Iterum ad rem.

Iam vero vbi constat, locum sacrum de communi ritu, affectu, vel comparatione illustrandum, necessario humanâ eruditione indigere: diligenter tunc tibi aduertendum est, an quod intendis probare, vulgare sit, & aliunde notum: licet denuo tali loco, pérque singularem ingenij tui perspicaciam, accommodetur: tunc enim, rem intellectu facilem, innuere satis est, & vnum aut alterum testimonium adhibere. Excellit in hoc acumine Sanchez accommodandæ denuo, eruditionis aliunde notæ, sacro textui: sed excellit etiam prudentiâ, in ipsâ allatæ eruditionis sobrietate. Putidum est, protritam & rancidam aliorum eruditionem, sub nouæ explicationis sacræ prætextu, in immensum tibi coaceruare: nam quantum tibi inde concilias fauoris apud vulgus: tantum despectus, & fastidij apud sapientes, apud quos importunus tantummodo, & inutilis rapsodus audis, plus æquo his indulgens, fortassè vtilioribus tem-

pore subtracto. Huc facit D. Gregor. Nazianzen. D.Gregor. Nazianz. orat. in sanct. Baptis. licet in ipsum nimium studium præcipuè inuehatur. *Quod si qua etiam, ventris illius purgandi ratio est, qua mentis cibos capit, & distribuit: praclarum quoque fuerit videre: ne cum per luxum & diffluentes cibos, Deum efficiamus: quin potius eum accuratissimè purgemus, & extenuemus,* Qui mentis ventrem, id est memoriam, à nimiâ & quasi per luxum quæsitâ profanâ eruditione purgare iubet: iuberet ne, vt hos cibos quasi indigestos, in chartas cum tantâ Lectorũ nauseâ euomeremus? ne vero putes immerito huc Gregor. trahi,

audi Nicet. ibi. Nicet. *Porro spiritualis ventris, hoc est memoria luxus est, auscultatio studiumque externa & profana sapientia: iucunda quidem illius, & amœna, sed non proinde fructuosa, ac leporis, & elegantia illius condimentum.* Ergo è memoriâ cibos istos effusos, quid aliud, quàm vomitum appellaueris?

Si autem quæ noua, è sacro textu affers, arcana sunt & obscura, ac in profundo constituta: vnde eruditione non vulgari, sed etiam denuo è profanis Auctoribus eruderandâ, egeant: tunc habenas laxa: quæuis attuleris profana, nunquam vt nimia fastidientur: fælix fueris, si diuinorum pariter, & humaniorum, primus venam inueneris: si altè fodias, fælicior: fælicissimus si exhauseris. At equidem exhaustus iste, nunquam, aut certè raro, inuentori primo conceditur: cui satis gloriæ fuerit, viam aliis præmonstrasse,

qui

qui deinde facilius inuentis addant. In prædicto itaque euentu, vt dixi, quæquæ potueris inuenire, profer: qui tunc eruditionem tuam mordeat, aut inscium tarde, aut impudenter maleuolum, non temerè arbitrantur Doctiores. Congerenda est ergo hic eruditio, & citandi semper Auctores, pro subiectâ materiâ quosquos poteris: ingentis enim foret supercilij, noua, illaque primo aspectu durissima, proponere: ipsaque tantùm, de iudicio tuo, propinare credenda Frontosum in studiis nostris, merito existimatur, quod fortasè modestius in studiis suis

Senec.

Seneca olim protulit, epist. 39. vbi ita. *Tu, à me, non est, quod illum, aut illum exigas: qui notorem dat, ignotus est.* Sed hodie non ignoscendus, qui quò ad hanc rem, ignotum se non putet: quique tam nouæ explicationi confirmandæ, notores non adhibeat, & quotquot putuerit testes, non aduocet. Sic igitur hæc argumenta tractes, vt nihil ibi requisitum, per inscitiam, aut incuriam prætermittas: etiam in minimis, te diligentem exhibeas artificem.

Athen.

Pulchrum est illud Athenei dipnos. 4. cap. 18. *Est autem Stoicum dogma, quod omnia rectè, sapiens faciet: prudenterque lentes condiet.* Quàm flocci est lentes coquere, & condire? nec tamen lentium ius, imprudenter condire, permittitur sapienti. Quid ergo minima (puta voculæ significationem) in scribendo condere imprudenter? nihil in profanâ litteraturâ vilius, quam grammatica: & tamen

D.Gregor. Nazianz.

etiam hinc Magnus Nazianzen. sapientissimum Basilium putauit commendandum, sic orat. de eius laudibus. *Quis in Rhetoricâ illâ vim ignis spirante, cum eo comparandus, quamuis à Rhetorum moribus longè dissideret. Quis in Grammaticâ, quæ Græcas phrases dolat, historias componit, que metris adstat, & carminibus legem imponit?* Pendis quantus Doctor, à quanto, de quibus laudetur?

Quæ hucusque de vsu Humanioris litteraturæ, circa litterales Scripturæ seusus dixi, nusquam clarius apparent, quam in explicando Dramare Canticorum: cum enim ibi, (vt supra innuebam) ritus, affectus, & comparationes, Hebræis gentilibusque communes, sint innumeri, humana penitus eruditione indigemus: cum vero prædicta omnia obscurissime interim proferantur, & penè impenetrabiliter, nihílque vulgare contineant: non vulgari sunt eruditione, elucidanda: sed illâ selectiori: nulláque superflua, credo, reputanda, dummodo maiorem lucem afferre cognoscatur. Sed cur, inquis, non adducantur potius ad explicandum hoc Drama, sacri Patres, atque prisci Ecclesiæ Doctores? benè est: ecquos huc cupis, & requiris Patres, qui in Canticum, vel qui alia scripserunt? hos? sed certè sunt extra chorum. Illos? frustra: da vnum ex Patribus omnibus Latinis iuxta & Græcis, vnum solummodo inquam, qui sensum merè Dramaticum exposuerit: túncque meriro vapulet interpretatio, quæ his Patrum luminibus spoliatur. Quid? cedo vel vnum ex germanis huius Cantici Interpteribus, (quales numero Legion. Ghisler. Sanct.) qui aliquem ex Patribus huc vocaret? certè non dabis: nullus enim Patrum, hunc sensum putauit persequendum, quia mystico, vtpote magis necessario, tori impendebantur. Ni ergo ficta proferas, aut prolata refingas: frustra in adducendis huc Patrum testimoniis desudaueris. At, inquis, illa saltem longa in humanioribus diffusio, hic taxanda. Taxa prius, si potes, hanc ipsam diffusionem vt minus necessariam, vt superfluam: non enim quidquid longum est, eo ipso malum est: sed solum quando superfluum reputatur. Est pulchrum in hanc rem monitum illud D. Isidori Pelus. lib. 3. D.Isid. Pel.
epist. 57. *Vera breuitas perspicuitatique coniuncta, non ae prætermissis solidis argumentis, aucupanda: sed de rebus iis reiectis, quæ subiectæ materiæ minus conferunt. Quemadmodum enim frustra id congeritur, quod quæstioni non conuenit, ita necesse est nihil prætermittere, quod vtcunque conducat comprobanda. Vnde si forte in contentiosum apodicticumque tractatum incidas: ne accuses prolixitatem, sed considera, non aliter nisi per longum circuitum, potuisse materiam declarari.* Iam vero quod cum alij huius Dramatis Scholiastes, pauca ab humanioribus libasse contenti sint: alij multo, plusquam in quadruplum, plura, congerere putarent necessarium: neutris vitio dandum: vtrique provt opus habebant, his profanis thesauris vsi sunt, confer enim vtrorumque theses: & videbis illos prodigalitatis damnandos, si plura: hos auaritiæ, si pauciora contulissent. Quid ita? quæ enim vtplurimum proponunt illi, solida & neruosa, raro, vt approbentur, multis indigent fulcimentis: è contra verò, quæ isti, (quod tute ipse legens poteris experiri) primo aspectu futilia & paradoxica, corruent necessario, nisi diligentissimè fulciantur.

Hucusque de vsu profanæ litteraturæ, circa litteralem sensum in scripturis. De eiusdem vero vsu 3.
circa mystica & tropologica, audiendus D. Basilius magnus in epistol. ad Chilon. vbi de legendis libris Gent. *Ea magis illorum recipiemus, in quibus virtutem laudauerunt: velut enim florum, reliquis quidem vsque ad odorem, vel colorem est vsus: apes autem, mel ex ipsis excerpere nouerunt: sic & qui diligentes in legendo existunt: non solum quod dulce iucundumque fuerit, in eorum libris prosequuntur: sed quandam ex eis vtilitatem, animo referre contendunt: velut item apes, (quando nobis probe huic exemplo suppeditant) non omnibus floribus similiter insidunt, neque ex eis ad quos accedunt, omnia auferre conantur: sed quantum ipsis ad opus necessarium fuerit, comprehendentes, reliquum dimittunt. Nos idem, vt sobrij sapientésque, quantum congruum nobis, propinquum veritati, ex ipsis fuerit, persequamur, reliquum prætereamus: & sicut in legendis rosis, sentes vitamus: sic in talibus sermonibus, quidquid est vtile carpentes, noxium vitemus.* Hæc ille. D.Basil. Magn.

Vbi tamen aduerte post lectas Ethnicorum rosas, sentibus relictis: non adhuc totos calathos scriptis infundendos. Suadetur quandoque virtus, vitiumque aptè reprehenditur, ad Christiani errantis confusionem, ex Senecæ, Plutarchi, similiumque Ethnicorum sententiis, & doctrina: nihilominus has passim, & sine apum delectu superfluas obtrudere, puerile est, nucibus ludere, inludere diuinis, quibus non solum graniores, sed & gratiores sonant Patres sanctissimi: ni forte dubires an formandis moribus veniant aptiores, Ecclesiæ Doctores, quam Ethnici Philosophi.

Iam vero si fabula aliqua quandoque inseratur, & instar salsamenti, tollendo Lectorum fastidio, Poëtica Priscorum commenta huc adducenda, attentius considerandum, ne quid quod leuitatem oleat, vel spurcitiæ aliquid commisceat, adhibeatur: vt enim vbique vera, de vsu profanæ eruditionis: maximè in fabularum electione verissima, illa D. Hieronym. ad Pammachium de

obitu

Hieron. obitu Paulinæ, quæ sic habent. *Christum scimus sapientiam: hic thesaurus in agro Scripturarum nascitur: hac gemma, multis emitur margaritis. Sin autem adamaueris captiuam mulierem, id est, sapientiam secularem, & eius pulchritudine captus fueris: decalua eam, & illecebras crinium, atque ornamenta verborum, cum emortuis vnguibus seca: laua eam prophetali nitro, & tunc requiescens cum illâ, dicito: sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me: & multos tibi fœtus captiua dabit: ac de Moabitide, efficietur Israelitis.* Re enim verâ, si fabulæ, similiaque Poëtarum commenta, quo luxu diffluunt, quibusque pigmentis comuntur, formandis Christianis moribus obtruduntur: non tam fructum, quam pestem importabunt: sicque in domum tuam (vt allegoriâ vtar Hieronymi) non tam vxorem induces, quam meretricem: nec tam instituendis moribus doctrinam, quam corrumpendis lænam apparabis.

P.Cellens. Hinc venuste Cellensis lib. 1. de Tabern. *O delicata, & deliciosa nimis Anima! si domum Pharaonis, si Nabuchodonosor, si Principum huius mundi, habitacula depicta, & curiositate inexplebili subornata, desideras aspicere: collige ligna de syluis Poëtarum: vt de lectione eorum, luxuriosa gentilium lupanaria constituas, non religiosa Christianorum templa. Libri enim Auctorum, theatra quærunt, publicum amant, frequentiam, frequenti plausu appellant; non enim conscientiam, sed popularem gloriam suspirant.*

4. Hæc mihi, de eruditionis profanæ, putantur decernenda, ministerio: dum diuinæ famulatui aduocatur: nec audiendi scioli, qui cum vtrique assequendæ non sufficiant: toti, in illâ irridendâ, vere ipsi Doctis ridiculi occupantur: rubore potius, (si quæ frons) suffundendi, quod in re illâ iudicium suum arroganter interponant, cuius comparandæ notitiæ, nullum vnquam laborem apposuerunt. Vnde enim, nisi fragilior Ecclesia, absque Hieronymo: aut vnde Hieronymus tantus, si humanâ eruditione decurtatus, diuinam explicare conaretur? quale habemus Augustini ædificium, in ciuitate Dei? prætereo Nazianzenos, Tertullianos, Paulinos, Arnobios, Minutios: & quos non? de Scripturâ ergo profanâ, prædictis addicta regulis, capio

Guillelm. Ham. Hamerum in Prologo Comment. in Genesim vbi ita. *Nec mihi vitio vertendum, quod subinde in profanis Auctoribus verser, & illorum scripta, ad sacra Scripturæ auctoritatem accommodem. An non Moyses, cum desertum peragraret, totum illum Synagogæ apparatum, quo Maximus Sacerdos Aaron, in sacris operaturus erat: ab Ægyptiis opibus confecit? Rex Salomon, regum omnium opulentissimus & domesticis affluens deliciis, sumptuosissimum illud in Hierosolymis templum ædificaturus, ligna habebat ab Hiram, Syriorum Rege, suppeditata.* An vero Hamerus ipse, prædictis hucusque regulis adduceretur, (quod negat nonnullus) non interpono iudicium: vnum scio, quidquid in vsu deficeret, prædictam tamen eius sententiam esse verissimam. Sed longè pulchrius D. Gregor.

D.Greg. Naziant. Nazianzen. orat. 2. de Pasch. his verbis. *Si Rachel quadam es, aut Lia, hoc est Patriarcha, & illustris anima, Patris quoque tui idola quacunque inueneris, surripe, non vt serues, sed vt deleas: si autem sapiens Israëlita, ad terram promissionis transfer: eoque nomine, discrucietur persecutor; atque ex fraude sibi factâ, intelligat, frustrà se tyrannide, atque seruitute, meliores oppressisse.* Quibus, quid sibi Gregorius voluerit, sic aptè ibi, explicat

Nicet. Nicetas. *Sapiens Israelitis dici potest, qui omnem cogitationem Christo, in captiuitatem redigit: ac profanam eruditionem, quasi præclarum quoddam viaticum secum offert: eámque ad ædificationem Dei transuehit, maximumque dolorem diabolo, ex eo inurit: quod externas disciplinas, quibus Alienigenæ, hoc est, à rectâ fide auersi homines, mirifice gloriantur: ipsi Deo consecrarit, ac ipsum malitiæ artificem, arte deluserit: quippe qui in Gentilium studiis ac disciplinis, magno cum labore versatus: eum idcirco impurus illum spiritus, in eam opinionem adduxisset, vt per eas, ipsum iuris sui, mancipiique factum esse, existimaret: non tamen ab eis detrimenti quidquam acceperit: quin potius eiusmodi eruditione, tanquam materiâ ad optimas res, vsus sit.* Cruciabimus nos pariter dæmonem, dum hanc eruditionem, quâ hodie Hæretici, maximè & vuicè, (vtpote qui, omni aliâ meliori litteratura spoliati sunt) gloriantur, ab illorum iniquo vsu eripientes, Romanæ Ecclesiæ obsequio mancipamus, sacramus ministerio.

§. X.

Auctorum lapsus, non ad infamiam traducendi. Communem, contra vitia, doctrinam, nullus, quasi in se directam interpretetur. Durus illorum Genius, qui solos defectus colligunt è libris: quique contentionis studio perturbant omnia.

1. DIxi hactenus, qualem se, in scribendis suis, tractandisque doctrinæ quæstionibus, haberet, cuperem, scriptor. Quia vero in hoc scribendi munere, non leuius aliunde imminet periculum, in taxandis, impugnandis, & aliorum sententiis censurandis, vnde sæpe Christianæ charitatis ardor, aut extinguitur, aut saltem relentescit: dicam fusius quid sanctissimi Patres, de hac re sentiant, vt in negotio, quod grauissimum puto, calcatis illorum vestigiis præcedentes, non tam famosos, in cæteros Auctores, libellos: quam religiosos doctrinæ libros, ad Populi vtilitatem edere videamur.

Absit ergo in primis, vt Auctorem aliquem pium, obliquæ vocis velo, ne dum expresso nomine taxet scriptor meus: absit vt alicuius lapsus & defectus, (non approbandos quidem, sed homini suauiter condonandos) veneno imbuat, felle condiat, aut irrideat sarcasmo: hoc certè, Catholicum scriptorem omnino dedecet. Quis enim illorum ferat ingenium patienter, qui solum Auctorum lapsus inquirunt traducendos, in eosque ferantur potius, quam incidant: quasi eò tantummodo legant libros, codices euoluant, vt colligant defectus: ac si rosetum adirent, non tam flores, quàm spinas decerpturi. Peccasse fertur simili vitio olim Vlpianus: ad quem proinde Cynulcus apud

Athen. Athen. dipnos. 15. cap. 5. ita. *Non ita libros euoluo, veluti tu, vt spinas colligam, sed ea quæ vtilissima sunt.* Nec fortassè hac peste liber, Cynulcus, si apologizanti credimus Vlpiano, qui ad

Idem. illum ibidem c. 9. ita. *Tu vero is es, qui nefaria solum ex libris eligis, vel potius effodis.* Deprecemur ergo hanc indolem, vtpote à pietate remotissimam.

Aliud est, quando aut labentium errores, aut

magis affectantium contumaciam, idque suppresso Auctorum nomine, designare potius videmur, quam denotare. Neminem, lædit, qui vitandos scopulos manifestat; prodesse cupit, foueas qui præmonstrat. Non mordet sanè, qui fugienda vitia, cauendos defectus præsignificat: & quandoque suoimet ipsius, quasi Palinodiam cantet, & in ipsâ retractatione, non solum humilior, sed doctior agnoscatur. D. Hieronymus
D.Hieron. ad Nepotian. *Aut scri. endum n h l fuit, ne hominum iudicium vitemus, quod tu facere prohibuisti: aut scribentes nosse, cunctorum aduersus nos, tela maledicorum torquenda: quos obsecro, vt quiescant, & desinant maledicere: non enim vt aduersarijs, sed vt amicis scripsimus: neque inuecti sumus in eos qui peccant, sed ne peccent monuimus: nec in illos tantum, sed in nosmetipsos seueri iudices fuimus: volentesque festucam, de oculo alterius tollere, nostram primum trabem eiecimus.* Et quidem ita est: nullius generis vitia insectamur, quin maledicorum telis exponamur: sed subeunda: eadem quippe charitas quæ iubet, vt peccantium nomina, sub certis circunstantiis prætereantur: requirit etiam vt ipsamet peccata, ad aliorum exponantur correctionem. Sed non satis est, (vt dixi) Auctores expresso nomine non taxare: ni etiam ab obliquæ vocis velo, & dissimulatis figuris abstineamus. Vnde idem Hieronym.
Idem. lib. 1. Apolog. contra Ruffin. *Ad alias eius accusationis partes, quibus nos mordere nititur, transeamus: è quibus prima est, me hominem maledicum, omnium detractorem, in Præcessores meos genuinum semper infigere. Det vnum enim, in opusculis meis, nomen taxauerim; vel quem, iuxta artem illius, figuratâ arte præstrinxerim*, &c. Quasi nec dato nomine expresso, neque figuratâ arte, dissimulatâ alicuius persona, dum sola vitia taxat, nullus scriptor, detrectatoris vocabulo, afficiatur merito. Quid? in ipsos etiam Romanæ Matris Ecclesiæ hostes verba temperanda, suauitérque illorum, reprehendendos errores, volunt Patres, vt dum sententiis magis solidis, quàm dicteriis mordacibus (quibus illi tantummodo, in nos indulgent) tuemur veritatem: ad huius cognitionem, miseros attrahamus: & quasi indomitas feras blandius eicuremus. qua arte magnus Suarius, dexterrimè in Angliam præliatur, quanuis illa dissimulatis potius, quàm non visis piis vulneribus rebellet adhuc. Dabo multa, sed pulcherrima in hanc rem, ex Nazianzeno oration.
D.Gregor. Nazianz. coram 150. Episcopis, quæ sic habent. *Non enim inscite, atque ineruditè docemus: nec aduersarios, contumeliis, & conuitiis incessimus, quemadmodum plerique faciunt, non cum dogmate, sed cum dogmatis aduersariis confligentes: ac rationum, & argumentorum infirmitatem, maledictis interdum contegentes: non aliter ac sepias, atramentum ante se vomere, aiunt, vt piscatores effugiant, ac conspectum sui, eis eripiant. Verum nos, pro Christo bellum gerere, præcipue argumento declaramus: dum secundum clementem illum, ac pacificum Christum, atque infirmitates nostras portantem, dimicamus. Neque enim cum vera, atque orthodoxa fidei pernicie, paci studemus, nonnihil de animorum contentione remittentes, vt moderationis, atque æquitatis famam colligamus, (nec enim, quod bonum est, male aucupamur) sed potius, interim quidem pacem colimus, legitime nimirum pugnantes, atque intra limites nostros, spiritusque regulam, nosmet continentes.* Hæc de se summus Theologus; quibus nihil grauius, nihil plenius, pro subiecto argumento, dici poterat. Deinde paucis, eandem regulam, Catholico cuiuis scriptori seruandam, sic statuit. *Atque de his quidem, ita sen-* Idem.
tio: cunctisque Animarum dispensatoribus, veræque doctrinæ velut Promis, Condis, legem statuo: vt nec asperitate sua, aduersariorum animos exulcerent, nec summissione insolentiores efficiant: sed prudenter, & consultè in fidei causa se gerant, ne in alterutro horum, mediocritatis lineas transiliant. Si quid vltra, his addiderim desipiam: satis hinc scriptor meus, admonetur, qualem se in re simili gesturus.

Iam si quis Auctorum, vitia, errores, & opi- 2.
nionem aliquam sub prædicta regula fuerit insectatus: immo si quis illorum, (homines enim sumus, nec semper æquitati plenissime adhæremus) quanuis suppresso nomine, exhibitis tamen subobscurioribus signis, aliquem videatur reprehendere: caueat scriptor, acre illud in se dictum interpretari, & quasi in defensionem iustam se accingere: intercedit quippe in his rebus & periculum violandæ charitatis: & certa apud Prudentes vitij suspicio, immo infamia. Quid enim, si ille verum reapse vitium reprehendit, quanuis modum excedat; (ne dum si germanâ modestiâ procedit) tu aliunde querulus, reprehensionéque exasperatus effeceris, quàm te vitij illius participem denotare? Extremæ stultitiæ est, & obstinatæ aliunde proteruiæ, quæ in communi dicuntur, in te vltro, aut importunâ excusatione, aut reprehensoris accusatione, deriuare. Prudenter D. Iustinus Martyr tractat. de vit. Christ. *Quid attinet* D.Iustin. Mart.
de iis dicere, qui pro malâ conscientiâ suâ, proximorum colloquia & sermones, in se ipsos trahunt: & vbi aliud quispiam, de quocunque referat, ad se dictum pertinere, existimant: actionesque scenicas, & fabulas inde, vt consuetudo recepta est, confingunt. Dolemus hodie, mille ac mille tragœdias excitatas, apud Auctores, quæ tantum ab hac ineptâ interpretatione, transferendi in se vitia, exortæ sunt. Sed nemo prudens id fecerit: ideo Hieron. Hieron.
epist. ad Nepotian. *Nullum læsi, nullius nomen meâ scripturâ designatum est, neminem specialiter meus sermo pulsauit: generalis de vitiis disputatio est: qui mihi irasci voluerit, ipse de se, quod talis sit confitebitur.* Nihilominus scribendum foret, si etiam generalis de vitiis disputatio, seu communis de Auctorum placitis disquisitio, inuectiuis statim fuerit exponenda: nisi quod optimè diuinâ Prouidentiâ factum est, vt sic delicatus genius, qui etiam communia sibi applicans, priuatim in vindictam exsurgit importunus, multo peius de se ipso, quam de reprehensore suo iudicare, apud Iudices æquos arguatur. D. Hieronym. ad Ru- Idem.
sticum, de viu. for. ita. *Scio offensurum esse, quam plurimos, qui generalem, de vitiis disputationem, in suam referunt contumeliam, & dum mihi irascuntur, suam indicant conscientiam: multóque peius de se, quam de me iudicant. Ego enim, neminem nominabo, nec veteris comœdiæ licentiâ, certas personas eligam, atque præscribam. Prudentis viri est, ac prudentium fœminarum, dissimulare, immo emendare, quod in se intelligant, & indignari sibi, magis, quam mihi; nec in monitorem, maledicta congerere; qui etsi eisdem teneatur criminibus, certè in*

eo

eo melior est, quod sua, ei mala non placent. Idem. Et iterum Apol. 1. in Ruffin. *Tota illa epistola, qua pro me satisfacio, contra hæreticos, & accusatores meos dirigitur, quid ad te, qui & orthodoxum, & laudatorem meum, te esse dicis, si asperior sum in Hæreticos, & illorum in publicum, strophas profero? lætare inuectione mea, ne si dolueris, hæreticus esse videaris. Quando sine nomine, contra vitia scribitur, qui irascitur, accusator est sui. Prudentis hominis fuerat, etiam si dolebat, dissimulare conscientiam, & cordis nubilum, frontis serenitate discutere.* Illud in hac re, scriptorem meum tandem obseruare, ex Hieronymo voluissem; ne timore istorum qui communem doctrinam in se trahunt, & in monitoris inuidiam conspirant; desinat, quando res postulet, huic scribendi generi, præuiâ charitate alluescere: verissima enim sunt illa eiusdem S. Doctoris ad Demetriad. quæ sic habent. Idem. *Ante annos circiter triginta, de virginitate seruanda, edidi librum; in quo necesse fuit mihi, ire contra vitia, & propter instructionem virginis, quam monebam, diaboli insidias patefacere. Qui sermo offendit plurimos, dum vnusquisque, in se intelligens, quod dicebatur: non quasi monitorem libenter audiuit, sed quasi criminatorem sui operis, auersatus est. Verumtamen, quid profuit, armasse exercitum reclamantium; & vulnus conscientiæ dolore monstrasse? liber manet, homines prætereunt.* Sic & hodie passim, nonnullorum scripta, falso Lectorum interpretamento, durissime excepta: iam sub æquiori rationis trutinâ, in festiuis doctiorum plausibus mollissime quiescunt: & vt prolata pie, lectitantur piissime

3. Parum tamen est, sic vitia taxare, & errores arguere ad legentium correctionem: vt inde contentus, quod Auctorem expresso nomine non mordeas, nec arte figurata præstringas: de cætero iam te credas liberum, vt in quosuis illius errores, & defectus etiam minutulos debaccheris: vt enim initio dicebam, est hoc, viridarium ingredi non tam flores, quam sentes collecturus. Durissimum planè est illorum ingenium, qui omnia ventilant, discutiunt, augent, deterioraque reddunt, & quasi muscæ, vlceribus libentius insiguntur: quod vnde oriatur, aperit grauiter vt solet D. Gregor. Nazianzen. orat. 1. de Theolog. D.Greg. Nazianz. *Summo studio res nostras explorant, nihilque magis optarint, malorum nostrorum scintillam, in flammam assurgere: quam etiam furtim excitant, atque accendunt, auraque sua afflatu, cælum extollunt: & Babylonicâ flammâ, in orbem omnia populante, sublimiorem reddunt. Quoniam enim in suis dogmatibus, nihil sibi præsidij, roborisque constitutum vident, hoc, in nostrarum rerum imbecillitate, venantur: ac proinde, quemadmodum musca vulneribus, ita nostris calamitatibus, aut si mauis erratis, imminent.* Loquitur S. Doctor, de non admittendis his talibus, ad sancta illa colloquia & disputationes, vbi de fidei dogmatibus agebatur: sed in re librorum periculosius agitur, nemini quippe iam editi, interdici possunt: vtcunque sit, vtrobique verum est, ex debilitate sententiæ nostræ cui iam diffidimus, nasci vtplurimum, vt in contrariæ sententiæ libris, instar muscarum videamur volitare. Non possumus hodie post tantam typorum facilitatem, rogare illud Ricardi Venerabilis, ad calcem tractatus, de Grad. Hum. Ric. Vict. *Hæc pauca ita suscipiat charitas tua, vt cùm à te perlecta fuerint, nulli transcribenda concedas, nisi quibus ad ædificationem animæ, talia credideris expedire. Nosti enim quam praui sunt simplicia dicta conspuere: his solum intenti, quæ quæstiones verborum generant, quarum nullus est finis, & fructus modicus.* At saltem possumus, & debemus inuicem parcere: & in ore semper habere illud Cellensis in Prologo libri de Panib. P Cellensi. *Vtinam, & si non de proprio, saltem de alieno fideliter, idoneas Salomoni ad templum ædificandum, præpararem expensas! quis proinde me præsumptuosum, nisi præsumptuosus dixerit, quia panes de arca, ad mensam detulerim? si domini arca, & domini est mensa, domus quoque conuiua: cur seruus Domini, pro debitis obsequiis redarguitur? comede igitur, quicunque librum legis, panes appositos: & non corrodas sudores apponentis, valde laboriosus: potius pro obsequio gratia, quam inuidia debetur. Si pra inopiâ librorum, vel lectionum, indiges quotidiano pane, fame, & pro indultis sine precio, gratias age: si vero abundas, non habentibus pauperibus, gratulare: alioqui, vel superbus de tua paupertate, vel inuides de nostrâ miseratione: in alio tibi nequam, in alio proximo: in alio miserabilis, in alio damnabilis.*

Pessimum tamen est illorum ingenium, qui natura ipsa impacati, & contentiosi, ipsâ iniquâ in alienos libros inuectione, nomen sibi parare student: minimos inde quosquos inueniunt lapsus, extollunt in immensum, aut nec inuentos etiam, conantur affingere, arguta, sed dolosa interpretatione; Auctorum verba, quæ pie capi possent, in sensum aliquem præposterum, traducentes: idque sub habitu pacifico, quasi eruendam tantummodo veritatem, errorem amandandum, non vero Auctorem curent confundendum: in altero vere histriones: in altero noxij sacrorum bacchanalium administri: quibus proinde aptiora veniunt verba D. Iustiniani Martyris citanda, quàm cæteris maleuolis, quos ibi reprehendit. Ergo S. Doctor lib. de vit. Christ. ita. 4. D. Iustin. Mart. *Quemadmodum qui clamore ingenti, Orestem personâ referens, terribilis & magnus, ab insipientibus esse putatur, propter pedes ligneos, & ventrem facititium, & vestem peregrinum & faciem monstrosam: eodem modo, & qui emulationem obtinere præseferunt, & libertatem dicendi ostentant, quia vincere volunt libertatis simulata specimen omne, sibi ipsis assumunt, homines contentionis studiosi: & cum æmulatorem deuorarint, proinde atque Baccha, sub schemate, & habitu pacifico, hastas in thyrsis circumferunt.* Ita est: histrionicos veritatis defensores nos ingerimus, & quasi tantummodo pro dogmatum veritate decertemus, nomen sed comicum, apud inscium vulgus, nobis comparamus: subque zeli & synceritatis inuolucris, quasi sub viridantibus thyrsorum foliis, cruentas hastas dilacerandis aliorum scriptis, præclaræque famæ titulis abscondimus. Eiusdem farinæ sunt, (furfuris dixerim) qui pari contentionis œstro agitati, cum videant impares se certamini, abstinent à dicendi libertate, nec rationes opponunt, vtpote quas norunt futiles; séque inde facillime debellandos; & tamen peruerso ordine corrodunt, sicque victoriam affectant, vt extra congressus periculum, occulta tela iaciant, & aliorum scriptis, dolosos ignes applicent. De his etiam idem D. Iustinus, ibidem, post multa. Idem. *Comendus etiam contentiosus ille, qui contra non nitendo, vt vincatur, arte quadam efficit. Conducibile quippe ei est, (cum vincere studeat extra periclitandi aleam)*

non rectâ in certamine insistere ratione. Quamuis & isti peiores videantur, quos lædentes neque agnitos, vix poteris propulsare. Vtcunque sit, nimius iste ardor omnia impugnaodi, cacozelus conteodendi, inde maximè cauendus nobis est, quia non solum charitati perniciosus, sed etiam periculosus fidei, solitus desæuire. Ruffinus Aquileiens. lib. a. Eccles. Histor. cap. ao. *Interea apud Laodiciam Syria, ante idem tempus Apollinaris Episcopus, vir sanè in cateris instructus: sed dum contentionis vitio nimius agitur: & aduersus omnia, qua qu sque dixerat, ire obuius delectatur, iactatione ingenij malè fortis, Haresim ex contentione generauit: asserent solum corpus, non etiam unimam, in dispensatione à Domino susceptam.* Fugiat ergo scriptor meus, quoad poterit, barathrum hoc immane: omoique contentionis animo deposito, vt cupit beniuole excipi, pari beniuolentiâ, aliorum scriptis blandiatur: verissima reputans illa Cassiodori, ad finem Commentar, in Psalm. vbi ita. *Hac, quantum Dominus prastare dignatus est, pro nostra mediocritate decursa sunt. Vos autem Magistri, qui cælestium litterarum copiosâ lectione pinguescitis, parcite rudi, dimittite confitenti, estote beniuoli: difficile opus humanum reperitur, quod non patiatur aliquam questionem, Iacobo Apostolo protestante: si quis in verbo non offenderit, hic perfectus est vir. Cum si nonnullis sacris litteris calumnias parent, quid infirmis faciant, quos audacter accusant? proluta, semper ad animum dicentis, aptanda sunt: num omnia, contentiosâ altercatione destruere volumus, piam deuotionem incautâ potius contradictione damnemus.*

Ruffinus Aquil.

Cassiod.

§. XI.

Quàm cautè scriptoris error, sub expresso nomine despiciendus: cuius potius laudes euulgandæ. Apologiarum tenor periculosus: quid in illarum vsu, obseruandum. Quomodo scriptores, Censoresque inuicem debeant conuenire.

1. PErgo in idem. illud maximopere contendat scriptor pius, vt, si aliquando necesse fuerit, Auctorem expresso nomioe taxare, (quia illius generis ast error, vel qui iam passim ab omnibus reprehenditur, vel periculum contagij fuerit, ni prodatur) sic se habeat, vt attentissime cuncta dispiciat: oe dubia, pro certis arguat, nec aliquid, vltra id quod res habet, accumulet & exageret: quò ipsis statim verbis, animus pius in hominem, solumque in errorem desæuiens agnoscatur. Sic Hieronymus ad Pammach. de erroribus Ioannis Hierosolymitan. *Te rursum Lector admonitum volo, vt cum timore, & in iudicio Dei, me scias loqui, & te audire debere: neque enim tanta stultitia sum, vt, si in expositione illius, fides mera est, & perfidia nulla suspicio, quaram accusandi rationem: & dum volo alium accusare culpa, ipse noter calumnia.* Imo potius, si aliquod verbum interim pullulet, quod piam interpretationem possit capere, & ad cuius gustum, cætera defendi possint: huc aduolet scriptor meus, quamuis in huiusmodi rebus captiunculam, instar pestis auertuncans. Benè enim Dionysius Charthusian. in cap. 4. Exodi. *Verba Doctorum, & expositorum, non sunt captiosè sumenda, nec reprobanda, quando rationabiliter queunt saluari.* Iam vero si manuscriptus fuerit Codex, cui facile Amanuensium errata obrepere potuerunt: aut apud Hæreticam Chalcographiam impressus, quæ proinde suspectæ fidei haberi debeat; (videmus enim passim scriptores Catholicos hinc mutilatos, & sæpè interpolatos) caue errorem tanquam Auctoris traducere: quin prius conster, an falsariorum industriâ obduretur: à quouis enim Auctore quem euolueris, tibi intellige dictum quod Licinio, D.Hieronym. *Si paragrammata repereris; vel minus aliqua descripta, qua sensum legentis impediant: non mihi debes imputare, sed tuis: & imperitia notariorum, librariorumque incuria: qui scribunt non quod inueniunt, sed quod intelligunt: & dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos.*

D.Hieron.

Dionys.

Hieron.

Deinde vero errorem alicuius, necessario traducendum, eo tenore refuta, vt memineris te hominem esse, potuisseque in foueam consimilem delabi. Neque si forte ibi, error alius, eiusdem periculi fuerit, hunc dissimules: ne qui alterum pupugisti: dum alteri conniues, aut non notasse inscius, aut consensisse suspectus videaris. Vtrinque merito arguit Nouatum D Gregor. Nazianzen. orat. in sancta Lum. his verbis. *Quid autem Nouati inhumanitatem, atque importunitatem, pro lege habeam: qui auaritiam, id est, alterum Idololatria genus, non repressit: stuprum autem ita seuè, acerbèque condemnauit, quasi carnis ipse, & corporis expers esset.* Illud vero præcipuè fugias necesse est, ne vltra crepidam, quod aiunt, te iudicem constituas: ne forte reprehendens, quæ tamen ignorare deprehenderis, ludibrio responsuri exponaris. scripserat nuper Andronicus Epithalamium Regium, quod variâ eruditione depictum, dum doctissimis viris commendatur, à quodam nescio quo, asperrimè exceptum, multis scatens vitiis traducitur: ô præcipuè, quod plus æquo rancidâ, & protritâ Ethoicorum eruditione refereiatur. Ad quem tunc Andronicus, vt noo est edentulus Apolog. cap. 9. ad initium, sic responder. *At vndenam, amusissime homo, pepo insulsissime, scriptis nostris, iudicium tuum, audeas interponere? proba prius, potuisse te, Graca qua dedi, legere: & qua Latina attuli, intelligere: & ecce vincis: si autem (quod omnes norint, qui te norunt) illorum nec characteres, horum vero nunquam mentem attigisti, quid irridendus rides?* Quodque peius est, licet asperè, quod non laudo, tamen verè, quod doleo, dicitur respondisse Andronicus. Sic vapulat, qui se veritis intermiscet. Nescio an peius, certè durius est illa reprehendere publice in aliis, quibus tamen priuatim, & furtim, quasi è penu tuo frueris, & assuescis. Pende, quid idem Andronicus scribat ibidem cap. 13. post multa. *Arripis auidè, quod inuiaè corroseras. Audiuit et quidam nostru nonnullu, quasi è thesauro tuo, recitantem: immo turpiter deprauantem: addita quippe inscitia tua signo, vt longus et, corripienda vocabula, producebas.* Similia passim hodie adnotamus.

D Gregor. Naziauz.

Andron.

Idem.

Ergo scriptor meus, diuersissimâ longè viâ gradiatur, quàm potuerit verè, alios scriptores velit commendatos; raro vllus vnquam prodit, cui non merito laudis aliquid tribuatur. Est 2.

hæc

hæc veterum Patrum consuetudo pia, & charitatis, candidiorisque pectoris index apertissimus: D.Hieron. ideo D.Hieron. ad Paulinum. *Librum tuum, quem pro Theodosio Principe, prudenter ornateque compositum transmisisti, libenter legi: & præcipuè in eo subdiuisio placuit: cumque in primis partibus vinceas alios; in penultimis, teipsum superas. Sed & ipsum genus eloquij; pressum est, & nitidum, & cum Tullianâ niteat puritate, crebrum est, in sententiis, iacet enim, vt ait quidam, oratio, in qua tantummodo verba laudantur. Præterea, magna est rerum consequentia, & alterum pendet ex altero: quid, quod assumpseris, vel finis, superiorum; vel initium, sequentium est. Fælix Theodosius, qui tali Christi oratore defenditur! illustrasti purpuras eius, & vtilitatem legum, futuris sæculis consecrasti?* Hæc ideo lubentius transcripsi, quia obiter multa, instituendis scriptoribus immiscent. Quid? etiam dum necesse est, alicuius sententiam impugnare, immo tunc maximè, Auctoris nomen, non nisi adhibito aliquo honoris titulo, exprimendum: ne tam homo, quem te magni ducere testaris, quam illa illius displicere sententia, videatur. Idem. Hinc iusta illa querela, eiusdem D. Hieron. ad Theophil. *Tota epistola, non tam expositione, quàm nostra plena est contumeliis. Nomen meum absque vllis officiis, quibus inuicem palpare solemus homines, frequenter assumitur, carpitur, ventilatur: quasi de libro viuentium deletus sim.*

3. Venio ad id, quod in præsenti materia est periculosissimum, scilicet quæ sit Apologiæ ratio, Christiano, modestoque scriptori requisita: facilè quippe, in aliis temperatè nos gerimus, at in Apologizando, & maximè cum vltra meritum reprehendimur: toto cælestis gratiæ auxilio opus est, ne iustæ mensuræ lineam excedamus. In primis oratem ab scriptore meo, vt si fas, vel etiam ab ipso Apologiæ vocabulo abstineret: nescio enim quomodo, sed ita est, iam hæc vox, apud vulgares aures male sonet, dum aliquid piperatæ mordacitatis afferre visa. Sed quidquid sit de vocabulo, certè à re, omnis amaritudo abesse debet: nam ructus felleus, à Dæmone, non ab homine, contra monitiones melleas erumpit. Iustin. Martyr. Prudentissima sunt illa D.Iustini Martyris libro sæpè citato. *Monitorem nequaquam despiciemus: quem tamen si de rebus nostris non rectè sentiat, commonefaciemus: Sin vera dicat morem ei geremus, & obsequemur. Vir namque contentiosus delictum conduplicat, & cum is mutari deberet, cadmæam, vt in fabulis dicitur, vincere victoriam contendit. Id vero facit, vt cum inani se gloriâ iactet; quasi nihil ipse committat: tum in sententiâ periculosa suæ affectionis acquiescat.* Habes originem, vnde cruentas aliquando Apologias distringamus: Superbiam, quasi erroris simus incapaces: Philautiam, qua tantummodo propriis acquiescimus: vnde & si victoriam consequi videamur, cadmæa illa erit: in qua victrix, inuicem, & victa acies cecidit miserrimè.

Facilius tamen æquis censoribus, victoriam indulgemus: at iniquis saltem veniam concedere, & quos nouimus in nos venenum despuentes, consimili veneno non respergere: hoc opus, hic labor. Meminerit tamen Catholicus scriptor, verborum Origenis Homil.7. in Matth. vbi expendens scribas & Pharisæos tentantes Christum, sic subiungit. *Ergo accedentium, & interrogantium Christum, erant quidam tentantes: tantum autem Domino tali, quis discipulorum eius grauiter ferat, qui positus est ad docendum, si tentatus fuerit à quibusdam?* Certè hac ipsâ patientiâ, non iam cadmæam, sed veram, id est, Christianam victoriam comparamus. Non tamen propterea vetuerim, similibus in nos inuectiuis respondere: Sed sub eâ modestiâ, qua contentioso Cetuantez in lib. Sapient. respondit Lorinus: quáque Suarius in Defens. Fidei lib.5. cap.9. num.14. & 15. Maluendæ satisfecit: alter pleno opusculo, alter obiter, vterque modestissimus. Lorinus. Suarius. Optima planè est illa respondendi ratio, qua vtitur D Bernardus epist. 77. D.Bernard. *In fine mihi insinuas, amicabiliter quidem moueri aliquos, super quadam meâ sententiâ, qua dixi, cum Euangelium exponerem, consilium Dei, nulli etiam Angelorum beatorum, antequam Virgini reuelatum. Primo quidem inde, vt arbitror, quia non satis iustè mouentur, aduertere possunt, quod eandem sententiam non constanter affirmo, sed cum temperamento suspendens, sub disiunctiua particula:* vel ideo, *inquam*, dictum est à Deo, *&c. Siquidem præmissâ vnâ causa, quæ mihi videbatur cum Euangelista, cum diceret, missus est Angelus Gabriel, nominatim subiiceret à Deo: alteram quoque temperate quidem, & sub distinctione subiunxi: quo & mihi non incumberet defendendi necessitas, & lectori daretur eligendi facultas, quam è duabus voluisset.* Habet hic respondendi modus, cum illo pro subiecta materia vti licet, facilitatem magnam, & viam euitandæ contentionis expeditam Pareat autem scriptor prudens, minimis, & fere nullius ponderis in se obiectis, singillatim satisfacere: ne dum vel etiam vmbratilia metuit, verioribus succumbere videatur.

At cum grauia opponuntur, nullum ex capitibus insultantibus prætermittat, cui suo ordine, sed plenis modestiæ verbis, aptiorem, quam potuerit responsionem, non adhibeat: nam qui alia supprimens, alia excusat, illa omnia suppressa, aut visus fateri ingenuè, aut caute dissimulare: vtrobique datis manibus conuictus. Hieron. Hinc D.Hieron. epist. ad Pammachium, contra errores Ioannis Hierosol. sic hominem redarguit. *Qui arguitur in pluribus, & in dilutione criminum, aliqua prætermittit, quidquid tacuerit, confitetur. Octo, vt statim probabo, de spe fidei Christianæ, quæstionum capita obiecta sunt: tria tantum tangis, & præteris: in cæteris, grande silentium est. Si ad septem absolutissimè respondisses: hærerem tamen in vno crimine, quod tacueras: hoc tenerem: nunc vero, quasi auribus lupum apprehenderis, nec tenere potes, nec audes dimittere.* Et quidem sic detento lupo, nil consequeris, præterquam aut malignorum ludibrio, aut amicorum exponi miserationi: satiusque foret cruentari ex parte, quam hærere vndique. Nec etiam illud vetuerim, vt cum captiosis calumniatoribus captiosus inuicem, aliquando procedas Apologista: ne fortè nimius vbique candor tuus, apud proteruos, nouis calumniis ansam præbere visus. Bene Origenes supracitato opusculo homil. Origen. 21. de Christo respondente tentatoribus, an Cæsari tributum soluere, oporteret: post multa, ita. *Hoc discamus ex hoc loco præsenti, quoniam si quando tentati fuerimus, ab eis, qui volunt occasionem, & proponunt nobis quasdam propositiones, non vt discant, sed vt causam accusationis inueniant contra nos: nec omnino tacere debemus, nec simpliciter respondere: Sed cum cogitatu, & circunspectu: vt quantum possibile nobis fuerit*

præcidamus in nobis occasionem quærentium in nobis occasionem: & doceamus irreprehensibiter ea, quæ possunt saluare, volentes saluari.

Sed nec dedecet etiam aliquãdo, *cum ineptis, ineptire*, vt ait D Cyrillus Hierosf. lib. contra Anthropomorph. & illos, qui planissimam & Catholicam nostram doctrinam, nugis, & delyriis oppugnant: è suis ipsis delyriis irridere: scatent hoc responsionis genere SS. Doctores: quo tunc vtemur solommodo, quando inde necessaria veritas, clarior redditur ignorantibus. Subdo par exemplorum: è Patribus alterum, alterum ab scholasticis petitum. Impognabant Hæretici olim sacros libros, Genesim maximè: & rerum omniũ causas, interminabilibus illis Æonibus tribuebant: bis

D. Iren. D. Irenæua, vt nosti, egregio suo opere, grauissimè respondet: Sed quandoque, mixto efficaciæ lepore, etiam suauissimè. Do tantum, quæ lib. 1. habet, cap. 1. vnde cæteris gustum moueas. *Quis enim non eroget omnia, quæ sunt eius, vt discat: quoniam à lachrymis Enthymeseos, quæ ex passione Æonis, maria, & fontes, & flumina, & vniuersa humida materia, generationem acceperunt? de risu autem eius, lumen: de pauore autem, & inconstabilitate, corporalia mundi elementa? volo & ego aliquid conferre, fructificationi eorum. Quoniam enim video, dulces quidem quasdam aquas, & fontes, & flumina, & imbres, & alia, quæ autem sunt in mari, salsas: inuenio, non omnia a lachrymis eius immissa, quoniam lachryma salsa sunt qualitate: manifestum est igitur, quoniã salsæ aquæ, hæ sunt à lachrymis. Opinor autem eam in agonia, & inconstantia grandi constitutam, & sudasse: vnde etiam & secundum argumentationem ipsorum suspicari oportet, fontes & flumina, & si quæ sunt alia aquæ dulces, generationem habuisse, è sudoribus eius. Non est enim suadibile, cum sint vnius qualitatis, lachrymæ, alteras quidem salsas, alteras dulces aquas, ex eis exisse: hoc autem magis suadibile, alteras quidem esse à lachrymis, alteras à sudoribus. Quoniam vero, & calidæ, & austeræ quædam sunt aquæ in mundo: intelligere debemus, quid faciens, & ex quo morbo, misit has: apti sunt enim eiusmodi fructus, argumento ipsorum.* Vt nihil festiuius, sic nec etiam grauius, potuit responderi. Et disce obiter à sancto Doctore, sic salsè in re seria procedere, vt nusquam verbum vile misceatur: cum ille nec *lotium* putaret exprimendum: è quo tamen calidas & austeras illas aquas, arguit irridens producendas. Ex scholasticis satis subtilissimus Doctor Scotus. Opponebat nescio quis Bernardus Iurisc. ideo in Baptismo, v.g. Sacramentum iu eodem instanti incipere & desinere, simultatemque materiæ & formæ indiuisibilem requiri: quia aliàs, posset Asinus fortè accedens, haurire Sacramentum.

Scotus. Scotus ergo in 4. dist. 6. q. 4. ita. *Illa bene possunt esse obiectiones, & subtilitates Bernardicæ, & quidem satis asinina, timendo ne Asinus bibat Sacramentum: quia aqua, nec ante prolationem verborum, nec in vltimo instanti, breuiter vnquam, neque sine verbis, vel cum verbis, est Sacramentum, sed ipsa ablutio in aqua: & ad bibendum illam non potest venire aliquis Asinus.* Excellit in hoc genere respondendi ad Hæ-

Becanus. reticos noster Becanus: vix cum virtute dicendi, & arguendi energiâ, nisi consimilis genij scriptoribus, rarissimo inuentis, imitandus: qui enim inuito genio id conamur: aut frigidè: aut scurriliter procedimus, elumbéque sic reddimus responsum.

4. Euitarentur quidem fælicissimè, varia, ex Apologiarum vsu, incommoda subsultantia: Si sanctorum Patrum monitis acquiescentes, scriptoribus censoribusque inuicem, communis pacis tenor, & publicæ vtilitatis fructus quæreretur. Ideo D. Irenæus in Prologo lib. supra citato. *Ea quæ tibi cum dilectione scripta sunt, cum dilectione percipies, & ipse augeas ea penes te, vt magis idoneus quam nos, quasi semen & initia, accipiens a nobis, & in multitudine sensus tui, in multum fructificabis ea, quæ in paucis à nobis dicta sunt.* Optimè cum re litterariâ actum esset, si legentium singuli sic Auctoris librum euoluerent quasi ab amicissimo viro sibi missum: si singuli scriptorum sic libros ederent, quasi omnium correctionem sperarent: facit huc illud Petri Cellens. in Pròl. lib. de Pan. *Ad te itaque mi clarissime, vnum hoc opusculum nostrum mitto,* Pett. Cel. *vt tuâ licentiâ prout dignum fuerit ingrediatur ad secretum, vel egrediatur ad publicum: rogo vt apponas manum, approbando vtilia, resecando superflua, supplendo minus plena, illustrando minus plana, vestiendo indecora. Testor Deum, te aquo offensurum amicitiam nostram, si indigna laudaueris, ac si digna vituperaueris: tolerabiliori enim patientia sustinebo, erroris redargutorem, quam improbum adulatorem. Non itaque grauetis, propter eam, quæ ad inuicem est, dilectionem: vel partem, vel etiam totum sermonem, si iustum fuerit, delere, & vt aliter tractetur remandare.* Si talia, sibi quiuis legentium, dicta intelligat: Si cuiuis scriptorum, hæc grata fuerint: vtrinque non mediocre commodum orietur: vt enim scriberetur suauius, sic vtilius legeretur: aptè Cellensis iterum ibidem, cap. 10 post multa de scriptoris, legentisque officiis, sic concludit. *Neuter* Idem. *decipiat, aut decipiatur: fraudet, aut fraudetur. Decernat scribens, vtrum sic scribere debeat: discernat legens, vtrum sic scripta recipere. Nullam patior iniuriam, si meam volens statuere sententiam, vbi bene, assensum: vbi male, repulsam legentis sensero.* Quam enim est, aut tardi lectoris, nihil vnquam inuenire reprehendendum: aut maliuoli, cunctis obstrepere: ita inuicem, vel superbientis scriptoris est, nihil in scriptis suis præsumere reprehensibile; vel impij, monitoribus non cedere. Merito proinde D. Iustinus Martyr lib. sæpè citato. *Audire etiam* D. Iustin. Martyr. *debemus, qui nobis consultum volunt, & non tantum docere, & consilium monendo, aliis dare. Persuasione vero pari ratione afferendâ vtetur, qui proximum, vt secum quid probet, in sententiam suam adducere volet. Prudentes esse alios existimabimus: & intelligentiam nobismet ipsis non arrogabimus.* Absit ergo vtrioque enormitas hæc piaculi: vt aut scriptor sufficienter conuictus, tergiuersetur adhuc: & durus in stimulum recalcitret: aut censor legitimam excusationem, non admittat. Sub hac enim æquitatis normâ, nec scriptor, sua edere timebit, nec censor male cynicus reputabitur. Hoc volebat D. Greg. D. Gregor. Naziauz. Naziauz. orat. coram 150. Episcop. vbi ita. *Nec enim subire iudicium erubescimus, quandoquidem & ipsi vicissim iudicamus, atque vtrumque, cum pari charitate. Quod etiam ipsum in more, consuetudineque maiorum positum est: nam ipse quoque Paulus, cum Apostolis Euangelium conferebat, non vt ambitiosè ostentaret (procul enim ab omni gloria cupiditate, remotus est Spiritus:) sed vt vel approbaretur, & confirmaretur, quod rectè, & cum laude faciebat: vel etiam corrigeretur, quod ipsi deerat.*

* * *

§. XII.

§. XII.

Res, non verba sectanda: non tamen propterea barbarè scribendum, & elegantia deserenda. Styli obscuritas vitanda. Aliud est rem esse ex se obscuram: aliud obscurè dici huius exemplum.

HVcusque scriptorum rem protulimus: iam verba, siue stylum, ex SS. Patrum mente instituamus. Non est animus, omnia styli vitia denotare, quæ scriptor meus fugere teneatur, qualia sunt, inflatio, cacozelus, frigiditas, puerilitas, parenthyrsus, scholasticus tenor, Poëticus rythmus, phillalegoria, periphrasis, mixtio, siccitas, antiquitas, humilitas, ruditas, fluctuatio, dissolutio, & similia, de quibus abundè Rhetores; & maximè summi iudicij vir, censorque acerrimus, noster Caussinus lib. 2. Parallel. sed tantummodo quædam denuo addere, vnde commendabilis character, scriptoris Ecclesiastici delineetur. Fugiendum ergo in primis vitium illud, quo score tanquam pestis contagium auerruncant illa omnia verba, quæ Nizolianæ tabulæ, aut saltem Terentiana non afferant duplomata. Tu quæuis insere, à probatis Auctoribus vsurpata, præterquam obsoleta, & obscœna.

Campian. Martyr.

Perme equidem, (ait inclytus Martyr, Campianus noster, in suis Instit. Rhetor.) totus Cicero in Tyberim demergatur, si mihi dulcissimas voces, *Saluator. Incarnatio. Passio. Sacramentum*, negauerit scribendas. Non itaque effrenis sit meus scriptor, sed tamen liberiores sibi metas decernat: minus seueros terminos, cursui admittat.

Varro.

Si enim licuit Varroni dicere lib. 4. de Ling. Lat. *Non videbatur consentaneum, quærere me in verbo, quod finxisset Enius, causam: & negligere, quod ante rex Latinus finxisset: cum poeticis multis verbis, magis delecter, quàm vtar? antiquis magis vtar, quàm delecter: an non potius mea verba illa, quæ hereditate a Romulo rege venerunt, quàm, quæ à Poeta Linio relicta?* Cur mihi dicere non licuerit: an non potius, mea verba illa, quæ hæreditate, ab Ecclesiæ incunabolis, & è re natâ, formata optimè, à sanctissimis Patribus, immo & ab Apostolis venerunt: quam quæ, à Cicerone & Terentio relicta? Sed hæreticis, vtpotè iam spuriis, ab Ecclesiaque semotis, vt rerum, sic etiam verborum hæreditas interdicitur: & nullius religionis homines, dum religiosissimæ dictionis Auctores haberi satagunt, toti Apostolico choro, verbulum Tullianum anteponunt. Caue ergo ab hac sæpe sacrilegâ, & semper superstitiosâ verborum electione. Scilicet, vt illi tantum foliis, sic Catholici fructibus maximè assuescant.

Petr. Cell.

Grauiter proinde Cellensis in Prologo lib. de Pan. *Fructum in ficulneâ, non tantummodo quæro: absit enim, vt vmbram solum, & non escam, præberent arbores cultura nostra. Verumque mihi placet & habere, & parare, & vmbram foliorum, & escam fructuum: quod si altero carere cogor, patientius foliis, quam fructibus renunciabo.* E contra Hæretici libentius fructibus renunciant, quàm foliis: & ne Tulliana illa verba deserant, rebus Sacramentorum, Incarnationis, Passionisque Christi cedunt, quasi ab Ecclesia, sub minus comptis foliolis apponantur.

D. Iren.

Hinc illis displicent D. Irenæi scripta, qui in Prolog. lib. 1. ita. *Non autem exquiras a nobis, qui apud Celtas commoramur, & in barbarum sermonem plerumque auocamur, orationis artem, quam non didicimus, neque vim conscriptoris, quam non affectauimus, neque ornamentum verborum, neque suadelam, quam nescimus: Sed simpliciter, & vere, & idioticè, ea quæ tibi cum dilectione scripta sunt, cum dilectione percipies.* Mauellent (quid ni?) ne contra hæreses scriberet Irenæus, quam inelegans: sed ille, patientius foliis, quàm fructibus bono nostro renuntiauit: his enim fructibus, non solum contra priscos hæreticos, sed etiam contra Lutherum, Caluinum, & consimiles roboramur. Adde non tam monstrante conscientiâ, quam dictante humilitate, barbariem sibi tribuere Irenæum: Scimus enim cultissimè, pro subiectâ materia scripsisse. Rebus itaque potius tibi, quam verbis studendum: Si illas captas, quid his caperis?

D. Hieron.

ideo D. Hieronym. aliundè elegantissimus scriptor, epist. ad Nepotian. *Nolo te declamatorem esse, & rabulam, garrulumque sine ratione, sed mysteriorum peritum, & Sacramentorum Dei tui eruditissimum. Verba voluere, & celeritate dicendi apud imperitum vulgus, admirationem tui facere: indoctorum hominum est. Attrita frons interpretatur sæpè, quod nescit: & cum aliis persuaserit, sibi quoque vsurpat scientiam.* Supplet dicendi celeritatem, nimia, in scribendo, verborum exquisitio: Sed vtraque, doctis indigna, instarque foliorum vento sibilantium, auribus vulgi, non vero sapientis palato satisfaciunt. Nihil inanius est; quam rerum despectu, mysteriorumque incuriâ, verborum elegantiæ putidissimæ inhiare, huicque vni præcipuè incumbere: vitium planè vt & modo, sic etiam olim Hæreticis affectatum.

D. Gregor. Nazianz.

D. Greg. Nazianz. orat. 1. de Theolog. *Hi vero de quibus orationem habemus, vtinam quemadmodum linguam volubilem habent, atque in nobilioribus, probatioribusque verbis sectandis, acrem & vehementem: Sic etiam circa res ipsas, nonnihil opera collocarent: id quod si facerent, parum, aut fortasse minus essent sophistæ: nec tam absurde & insolenter in verbis, ac in alea ludo versarentur: libet enim ridiculè, in re ridicula loqui. Quoniã autem omni pietatis via sublata, atque deleta, hoc vnum sibi proponunt, vt quæstiones vel nectant, vel soluant, quemadmodum qui in theatris, palestræ artem proferunt: eaque certaminum genera, quæ non iuxta palestræ leges, ad victoriam ferunt; sed imperitorum duntaxat oculos perstringunt, ac laudem à spectatoribus captant, &c.* Ita est: aliter reuera exercetur palæstra, aliter luditur: hic spectantium voluptas & applausus, ibi decertantis victoria procuratur. Qui grauissimas quæstiones, non tam pondere rerum, quam verborum pertractat lenocinio: imperitorum duntaxat aures decipit, à quibus, desperatâ victoriâ, laudem captat. Syncera veritas, quamuis ornatum admittat, fucos spernit: nisi quod isti, cum è sanâ doctrinâ fructum vitæ porrigere non possint: arboris vetitæ fructum, sub toties prædictis foliis inuolutum præbere curant.

Guillielm. Hamer.

Vnde Guillielmus Hamerus ad cap. 2. Genes. ita. *Potest lignum scientia boni, & mali, quod tamen edendum non est, referri ad astutum ingenium, quale est Rhetorum, quorum est pro arbitrio, candida in nigrum vertere, in nigra candidum: posse quæcumque noluerint tollere, abiicere, amplificare, extenuare dicendo: denum res ipsas viribus eloquentiæ, in quam libuerit faciem, habitumque transformare: vt non qualia sunt suopte ingenio, sed qualia voluerint, non fiant quidem: Sed cum non sint, esse tamen audientibus appareant.* Non edendus ergo fructus sic peruersus, qui Circis instar verborum pharmaco, hospites transformat. Vis ipsa rationis, & veritatis pondus quæ asseritur, tibi lectores beniuolos conciliet, conuictos trahat.

Iam ista satis, contra verborum delectum superstitiosum: puridamque eorundem, nulla aut tenuiori rerum habita cura, affectationem. Absit autem à me, vt propterea styli concinnitatẽ putauerim spernendam: famulentur verba rebus, non imperent: & in arbore vitæ, Catholicaque doctrina, fructum non tam suffocent per luxuriem, quam protegant per sobrietatem. Vt ridicula hæreticorum proteruia, solis verbis vt plurimum ludentium: Sic etiam non probanda quorundam Catholicorum opinio, nihil omnino verbis tribuentium. Sed sibi habeant impolitissimi illius sermonis, salebrosam barbariem: blasphement elegantiam, quam ignorant. Ego malo luminibus Ecclesiæ, & sanctorum Patrum iudicio stare, qui vt res præcipuè tractarunt, sic in secundis, verba posuerunt: Scilicet Arcæ, Tabernaculique inuolucra, & cortinæ, non nisi pretiosissimæ expetebantur. Gauisæ sunt etiam scholæ, (quid cætera scribendi genera non requirant?) Cani grauitate, puritate Fonsecæ, Conimbricensium candore, Molinæ suauitate, Vasquis facilitate, Lessij claritate, acumine Becani: prætereo innumeros, qui hæresi insultantes: non tam docere, quam sperni quandoque Catholicis stylum præmonstrarunt. Sed quid nuperos testor, audi Criticorum Principem Hieronymum, nonnullos sui æui Auctores, non solum de doctrina, sed & de mero stylo, aduocans ad iudicium: ergo ad Paulinum ita de scripturarum notitia locutus. *Si haberes hoc fundamentum, imma si quasi extrema manus operi tuo induceretur: nihil pulchrius, nihil doctius, nihil dulcius, nihil Latinius tuis haberemus voluminibus. Tertullianus creber est in sententiis, sed difficilis in loquendo. Beatus Cyprianus instar fontis purissimi, dulcis incedit, & placidus: & cum totus sit in exercitatione virtutum, occupatus persecutiorum angustiis: de Scripturis diuinis, nequaquam disseruit. Inclyto Victorinus martyrio coronatus, quod intelligit, eloqui non potest. Lactantius, quasi quidam fluuius eloquentia Tulliana, vtinam tam nostra confirmare potuisset, quam facile aliena destruxit. Arnobius inæqualis, & nimius, & absque operis sui partitione, confusus. Sanctus Hilarius, Gallicano cothurno attollitur, & cum Græcia floribus adornetur, interdum, periodis inuoluitur, & a lectione simpliciorum fratrum procul est. Taceo de cæteris vel defunctis, vel adhuc viuentibus: Super quibus in vtramque partem, post nos, alij iudicabunt. Ad te ipsum venio Symisten, sodalem meum, & amicum, &c. Magnum habes ingenium, & infinitam verborum supellectilem, & facile loqueris, & pure: facilitasque & puritas, mixta prudentia est: capite quippe sano, omnes sensus vigent. Huic prudentia, & eloquentia, si accederet vel studium, vel intelligentia scripturarum, viderem te breui, arcem tenere nostrorum: & ascendentem cum Iacob, tectum Sion, canere in domatibus, quod in cubilibus cognouisses.* Habes optimam Doctoris maximi Crisim, circa doctrinam & stylum aliquorum Patrum ex veteribus: circa alios, non audeo meum interponere iudicium, nec is sum, quem Hieronymus, post se, illos in vtranque partem sperabat, iudicaturum, adoro potius, admoto labiis digito, silentium reuerenter indicente, quæ scripserunt: euoluo illos, vt discam, non vt examinem. Tantum ergo in re styli, secutus Hieronymi vestigia, apponam instituendo scriptori meo, quanti germana & pura elocutio facienda: quamque vitia, quæ obiter perstringit ille, sint euitanda.

Difficultas ergo Tertulliani taxatur, in loquendo. Ita est, & illa putidiuscule affectata, omnes in larium obtrudens atticismos, magnum aliquid innuens potius, quam exprimens: contexta ibi durius verba, sensum iam tenendum, aut subito abripiunt, aut ferè interturbant. Hinc sciolis, sæpè in contrariam mentem adducuntur, & quæ minus capiunt, distorquent: quidquidque dici vellent, dictum exponunt. Fugiat ergo scriptor meus, huius, similiumque Auctorum scribendi tenorem, sphyngas referentem, qui non nisi ænigmata loquuntur, nulli vnquam Oedipodi satis dissoluenda: nec mille in singulis periodis, condat, inextricabiles labyrinthos, nulli penetrandos Theseo, nulli filo euadendos. Si legi cupis, cur recuses intelligi? cur post longum vocalium ferculorum apparatum, lectores ieiunos penitus dimittas? quorsum rem explicas, quam implicas sermone, multis gordianis nodis intricatiori? cur effundis, quæ infundi auditoribus non possint? emunctus in hanc rem Cellensis lib. de Panib. cap. 27. *Plano autem, & pedestri stylo vtendum dispono, in fabrica Tabernaculi, quod dicitur sanctum sæculare: ne si alto elatus sermone, potius domum diaboli intricarem, quam templum Dei contexerem; inexplicabilis prætaretur circuitus, non deuotus pararetur affectus. Habeat quidem qui vult, in Timæo Platonis de mundi creatione palatium, visibilis huius creaturæ gunbis,* (lego gomphys) *appensum: vbi amplius laborat lector subtilitate relatoris, quam impinguatur admiratione, siue delectione creatoris.* Habet etiam hæc affectata obscuritas, præter prædicta nocumenta, aliquid etiam adhuc periculosius: videmur enim, dum intelligendi subtrahimur, suspecti reddi: ideoque amare tenebras verborum, ne sub illorum claritate, patefactis erroribus denotemur. Innatum inde hoc vitium Hæreticis, laruatas interim edere sententias, dummodo sibi laruam non deponunt. Prudentissimè, vt solet D. Hieron. ad Pammach. de erroribus Ioannis Ierosol. ita. *Oramus, petimus, & obsecramus, vt aut simpliciter nostra fateamur, aut apertè defendat aliena. Nolo verborum ambiguitatem, nolo mihi dici, quod aliter possit intelligi, &c. Certè si hæreseos nulla suspicio est, vt cupio, & credo; cur non verbis meis, meum sensum loquitur? quam ille simplicitatem vocat, ego malitiam interpretor: persuadere mihi vult, quod pure credat, pure ergo & loquatur. Et si quidem vnum verbum, vel vnus sensus esset ambiguus, si duo, si tres, ignorantia veniam tribuerem, & ea quæ obscura, vel dubia sunt, de certis & perspicuis æstimarem. Nunc vero, qua ista simplicitas est, quasi super oua, & aristas, inter theatrales præstigias, pendenti gradu incedere, vbique dubium, vbique suspectum?* Absit ergo id, tanquam in eloquentiæ cultum affectare, maximè in re dogmatum, vnde periculosa de te, moueri potest suspicio, præiudiciumque parari.

3. Aduertendum tamen in hoc loco, (priusquam ad reliqua instituti præsentis descendamus) aliud longè diuersum esse, obscuros de affectata styli peruersitate procedere scriptores: aliud res ipsas in se obscuras explicari, (maximè dum breuitas necessaria) quæ quauis claritate dicantur, semper de mysterio videntur sublatere. Dabo igitur legentium venia in huius rei paradigma, quæ nuper cum viro amicissimo iuxta, atque doctissimo, obtigit contulisse, postquam secundum illum & breuissimum librum nostrum lectitarat, vbi Canticum Canticorum, de Nuptiis Verbi, atque naturæ humanæ explicaui: Sic enim ille ad me.

Margin notes: D. Hieron. (beside "cipem Hieronymum"); Petr. Cell. (beside "possint? emunctus … Cellensis"); D. Hieron. (beside "solet D. Hieron. ad Pammach.")

Do lobens, inquit, bene habere nouam illam tuam explicationem:nec damnatem, quam ibi ſolicitaſti breuitatem: ni in tam ſuccincto dicendi tenore, ſubſequens obſcuritatis virium obreperet: audi ſodes. Vſque ad caput ſextum, loqueris de Humanitate deſponſata, tanquam de natura humanâ abſolutè, fideliúmque omnium congregatione: vnde illi tribuis defectulos, incurias, & ignorantias: à capite vero ſexto, loqueris de Humanitate, vt indiuidua eſt, & hypoſtaticè verbo adunita. Hoc autem, (quod bona tua pace dictum vellem,) confundentis cuiuſdam obſcuritatis næuum non euitat: ſic enim, haud imbelli, ni fallor, dilemmate impeteris: vel in toto opuſculo intelligis verbum deſponſatum Fidelium congregationi per fidem & charitatem, (quod mediante indiuidua Humanitate hypoſtaticè vnitâ, factum eſt,) aut verbum ſolummodo indiuiduæ Humanitati deſponſatum: Si primum, non ſtas promiſſis, nil enim nouum profers, cum ſit hic ſenſus omnium communiſſimus: Si ſecundum, erroris intolerabilis, quod abſit, argueretis, ſi ſponſam Humanitatem Chriſti, defectibus & ignorantiis diceres conſpurcatam. an ergo non obſcura procedit illa verborum breuitas, & contextus, quibus prima Lectoris non tardi attentio hæret defixa? Hæc ille.

Tunc ergo ſubridens, faxo, inquam, Deo auſpice, ne prædictis dilematis cornua, quaſi Acheloica, eximio aliquo Hercule, ſed tantum vulgati antagoniſtâ videantur egere. Pono igitur tanquam planum, & vel leuiter erudito paſſim obuium, Patres & Doctores qui Canticum explicarunt, ferè ſem per ſponſi partes, non verbo Diuino, qua tale, ſed Chriſto, Deo ſimul & homini attribuere: ſponſàmque, non naturam humanam vniendam hypoſtaticè: ſed Eccleſiam vel Animam, fide, charitatéque coniunctam appellare: immen ſum foret Auctores citare, cum ita omnes. Aliæ ſunt nuptiæ, de quibus ego; quas carò, ad aliquos Cantici verſiculos innuunt Patres, & extra Canticum etiam: Scilicet incarnatione peractas, vbi Verbum purum tanquam ſponſus, & natura humana, tanquam ſponſa, non quouis alio, ſed hypoſtatico modo, in virginei vteri thalamo copulantur. ita plures Patres, ita nonnulli Scholaſtici, quorum aliquos alibi citaui:
D Laurent. Iuſtin. adde D.Laurent.Iuſtin.de Caſto Con.cap.9. *Sponſus námque Verbum eſt: Sponſa, humana natura; Sponſa ſancta Eccleſia: Sponſa, fidelis anima.* Et de ſingulis his tribus nuptiis, agit deinde fuſiſſimus. Iam ergo ex dictis corruit primum dilematis cornu: Cæteri enim in Cantico alias nuptias, ego has per vnionem hypoſtaticam cecini celebratas. Imò, licèt omnes alij, de verbo nudo, vt ſponſo loquerentur, adhuc minus trita noſtra venirent: illi enim, dum Eccleſiam ſponſam vocant, aliud à me intenderent, qui naturam humanam, ſponſam appellaui: longè enim aliæ ſunt nuptiæ Verbi, Eccleſiæ per fidem coniuncti, aut naturæ per hypoſtaſim copulati. Has itaque, quas in vno vel altero verſiculo Cant.Patres adnotarunt, in toto operis decurſu contexere, non vile pretium operæ, neque detritam ſemitam putaui.

Tota ergo difficultas, ab altero cornu reſtat, quam vt ſoluas, aduerte, eante me in Prolegomenis, & item in argumento illius ſecundi libri, non ita preſsè. Humanitati indiuiduæ, quàm indefinitè quodammodo, naturæ humanæ has partes tribuiſſe. Quid ita? primo, quia Patres, cum de his nuptiis agunt, ſic loquuntur, quos duces habui. Secundò, quia id omnino erat expoſitioni neceſſarium, vbi prius deſiderium, deinde ſponſalia, tandem matrimonium erat proſequendum: at indiuidua Humanitas, nec deſideria ſuſtinuit, nec ſponſalia contraxit, quæ in ipſo inſtanti quo fuit, pariter fœliciſſimis nuptiis potita eſt, iam ad rem. Huic naturæ humanæ, quæ talis, & ſecundum ſuam ſpeciem, benè poterant defectus adhæreſcere: non ita, (abſit,) ſi in indiuiduo, vnita verbo intelligatur, quod ſæpè ibi monui, vt Lectori non oſcitanti, ſatis & pluſquam ſatis innoreſceret. Dices. Sequitur ſaltem, naturam humanam vt ſic, ſiue congregationem fidelium à me explicatam, ab Eccleſiâ non diſtingui, & proinde ſaltem ex hac parte, cum aliis coincidere. diſtinguo ſequelam, quando rem Theologicos tedigis ad calculos: non diſtinguitur materialiter concedo, formaliter nego: aliud eſt enim vniri naturam per fidem & charitatem, aliud, per hypoſtaſim, vt ſæpè monui: vnde eadem, iam ſub hoc diuerſo reſpectu conſiderata, diuerſa quodammodo intelligitur. Inſtas. Hoc ipſum, breuiſſimè ibi inſinuatum, obſcuritatem patere Lectoribus. Nego inſtantiam: audi, mi homo, ſis.

Aliud longè eſt, cum ſtyli breuitas, & locutionis difficultas patit obſcuritatem, aliud, cum ipſiſſima res de ſe obſcura eſt, ita, vt quantumuis diffusè, & mira verborum ſimplicitate proferatur, ſemper ſuo ipſo ingenio deliteſcat. Sic in re noſtrâ: doctis quantum potui, clarè dixi: indoctis, (vt in Prologo aduertebam,) neque ego, neque alij hæc ſcribimus. Tota obſcuritas, in breuiſſimo illo noſtro commentario, inde præcipuè ſuggillatur; quod de hac ſponſa, ſiue natura humana, loquor diuerſimodè; nunc vt in ſe ſumitur: iterum, vt indiuidua Chriſto copulatur: nonne ita? maximè inquis. At ſi oſtendero ſplendidiſſima Eccleſiæ lumina, ſanctos Patres, cum de Chriſti myſteriis agunt, ſic locutos, (nec tamen obſcuritatis reprehenduntur,) arguar deindè certè immeritò. Huc ergo, meutem.

D.Chryſ. D.Chryſoſtomus ſerm 2. de Aſcenſ. tom.6. ita *Ipſa natura, per quam cuſtodiebant paradiſum Seraphim, iam eucta eſt, & adoratur.* Et ſerm. 11. *Natura propter quam Paradiſum ſeruabant Cherubim, ipſa ſuper Cherubim ſedet hodie.* id eſt: natura illa, cuius cauſsâ, ſpiritus beati, excuhias præſtabant, ne temerè ingrederetur paradiſum: ipſa hodie iam Deus adoratur, & ſedet ſuper Cherubim.
D.Nilus. D.Nilus de eodem feſto. *In barathro mortis iacentem, in ipſis impietatis adytis complectitur, inenarrabilibus amoris diuitiis: & illam ex infernorum penetrabilibus retrahens, vna cum diuinitate ſuâ, Creator creaturam eleuans paterno ſinui impoſuit.* Sic D. Maximus
D Maxim. hom. 43. (ni fortè is eſt Auguſtinus,) captiuam appellauit Humanitatem, & ferè nullum in hoc feſto legiſſe memini, qui ſimiles locutiones non vſurpet, quas in vno Chryſoſtomo examino, è quo cæteri omnes iam clareſcent. Quid enim hoc Pater & Doctor optime, Eccleſiæ? ecce te forti, monitoris mei, dilemmate conſtringo. Aut loqueris de indiuiduâ Chriſti naturâ, aut de natura humana, vt ſic? Si de illa, malè à paradiſo olim propulſam aſſeris: Si de hac, perperam illam adoratam dicis, & Cherubico throno inſidentem. Rideret Chryſoſtomus, qui probè nouerat, ſolitum ſub hac piâ permixtione, inſtitui ſermones: non vt communis naturæ defectus, ſacroſanctæ humanitati

humanitati tribuantur. Sed vt huius Humanitatis gratias, toti naturæ suo modo communicatas intelligamus: vixque in quauis materiâ, de bonis humano generi à Christo prouenientibus, nisi sub prædicto tenore loquuntur Patres. Sed propius, in re Incarnationis, quam versamus, paucis idem aperio. Ad illud D. Pauli: *Semen Abrahæ apprehendit.* Hebr.2.v.16. sic scribit D.Chrysostomus: *Apprehendit, non assumpsit, quasi longè fugientem consequens.* At, credo, illa indiuidua portio humanitatis sanctissimæ, non fugerat elongans: Sed (quod bis in commentario monui,) naturæ vt sic, rebellio declaratur. Cuius erat immaculata portio, humanitas illa sacra: aliàs enim, dilemmate toties facto, pungeretur Chrysostomus. Quid ergo mirum, si ego, (neque ita permixtim, cum diuersa tempora, suo ordine distribuerim,) sic de sponsâ, naturâ loquerer, vt modo Humanitatem purissimam assumptam; modo naturam specificam, quà talis est, minus puram insinuarem? Certè, qui ista, aut obscura putat, aut perplexa, & inde minus probanda, Patres arguit: cum & ipse D. Thomas etiam, toto procedens rigore scholastico, 3 part. quæst 30. art. 1. vt alibi adductis verbis probaui, sic loquatur, & totius humanæ naturæ consensum sperari diceret, quasi in his nuptiis, tota esset hypostaticè vnienda. Sed quid per partes procedo? totum, quotum in illo commentario dixi, summatim habet D. Laurentius Iustin. loco citato, his verbis. *Humana enim natura, quæ prius iacebat deformis, & contemptibilis, vt adultera: nunc ad diuinitatis thronum euecta, residet vt charissima sponsa: & quæ ante, diaboli tyrannide premebatur vt serua; nunc super omnium spirituum eleuatur gloriam, & venerabiliter honoratur vt regina. Totum hoc fit, quia Deo copulata est, quia Verbi sponsa est, vna persona, & vnus Emanuel.* Hæc ego Amico. Quæ ideò in exemplum attuli, vt ad oculum videat scriptor meus, non vocandum stylum obscurum, qui obscura describit, dummodo pro subiecta materia clarè procedat. redeo.

Hebr.2. v.16.

D.Chrys.

D Laurent. Iustin.

§. XIII.

Stylus sponte, quasi natiuus fluat, pro subiectâ materiâ variatus. Vtilitas, elegantiæ est præferenda. Stylus cothurnatus, quando vitiosus. Floridæ orationis quis vsus, & quomodo temperandus. Scriptoris mores ab stylo arguuntur.

1. STylum B. Cypriani commendat Hieronymus, quod instar fontis purissimi, dulcis incedat, & placidus. Ademit orator optimus, iam Christo militans, fucos quibus pridem demulserat auditores: Sed adhuc sic denudata oratio procedit, vt rapiat, & natiuo splendore gratior alliciat, fortassè aliis, dempti calamistri placerent impensius: at scriptori meo, suauior longè sub naturalibus & eximiis dotibus, Cyprianus maximè veniat imitandus. Sapiunt aliquibus conditæ potiones: Sano palato, nihil, saliente natiui fontis haustu, venit sapidius. Optimè ergo sacer interpres scribes, si instar Cypriani fontem, & aquam refers, quæ, de nullo colore, odore, vel sapore, pretiosior. Si plurimum adfectui tribuas, nihil adfectatui vitioso, rem habes, omne tulisti punctum. Eleganter Petronius Arb. in Satyr. cap. 2.

Petr. Arb.

Grandis, & vt ita dicam, pudica oratio, non est maculosa, & turgida, sed naturali pulchritudine exsurgit. Nuper ventosa ista, & enormis loquacitas, Athenas, ex Asiâ, commigrauit: animosque Iuuenum ad magna surgentes, veluti pestilenti quodam sidere adflauit. Hæc homo Ethnicus: tu videris, quid scriptor Ecclesiasticus sentire debeat.

Hic tamen natiuus comptus, & inuiolata synceritas, mirè pro subiectâ materia, incorrupto tenore, cum Cypriano, tibi variandus. Præit in exemplar, ipsamet aqua: de qua eleganter D. Ambrosius Hexam.3. cap.15. ita. *Vna nempe, atque eadem est aqua & in diuersas plerumque, se mutat species: aut inter arenas, flaua: aut inter cautes, spumea: aut inter nemora, viridantior: aut inter florulenta, discolor: aut inter lilia, fulgentior: aut inter roseta, rutilantior: aut in gramine, liquidior: aut in palude, turbidior: aut in fonte, perspicacior: aut in mari, obscurior: assumpto locorum colore, quibus accurrit. Rigorem quoque, pari ratione commutat, vt inter vaporantia forneas: inter vmbrosa frigescat: Sole repercussa exæstuet: niuibus irrigata, glaciali humore canescat: quemadmodum sapor eius ipse conuertitur: & nunc asperior, nunc amarior, nunc vehementior, nunc austerior, nunc dulcior, pro specierum qualitate, quibus infusa fuerit aqua, varietur.* Sic scriptoris docti stylus, licèt idem vnúsque sit, pro rerum tamen diuersitate variandus: vt perspicuus in scholasticis, in litteralibus succinctus, planus in mysticis, comptus in tropologicis procedat. Ipse verò Tropologiæ ornatus, natiuâ quadam lenitate fluens, lacteo candore stillans, acuatur exhortans, ardeat reprehendens, dulcescat consolans, describens amœnetur: denique illorum omnium quæ agit induat speciem: & induet absque dubio, si non putidioribus artis præceptis cohibitus, naturæ impetu, sub temperato, & quasi iam innato artificio, permittatur decurrere: ideò D. Ambros. citatus, lib 5. cap. 12. *Fit enim naturâ quadam, vt hi, qui aliquid intuentur, vel dicendo exprimere volunt: eorum qualitatem, quæ vel intuentur, vel loquuntur, assumant: vt cum pigrioribus immoremur; & cum velocioribus, celeri rapiamur aspectu: stylóque aut tardiore vtamur, aut rapidiore.* Sed neque solum pro rerum, sed etiam legentium, & auditorum varietate, quibus te impendis, stylus variandus. Miraris phrasim, & characterem orationis illius, quam D. Gregor. Nazianzen. in Nouam Dominicam, composuit: re enim vera, à cæteris longè alia videtur: audiendus tamen Nicetas, in eius argumento. *Hanc orationem, in vrbe quidem Nazianzena scripsit Gregorius: verum in sancti Martyris Mammantis templo, vrbi vicino pronuntiauit, in quo tunc, & in hunc vsque diem, Dominica a Paschate proxima, mirâ incolarum frequentiâ, conuentus celebrantur. Atque hac de causâ hac oratio, vt ad promiscuam plebeiámque multitudinem habita, magis ad perspicuitatem, & facilitatem attemperata est, plúsque suasorij generis habet, quam demonstratiui.* Est hoc prudentiæ, scriptoribus omnino requisitæ. Sed pro fonte Cyprianico, dicta satis.

D. Ambr.

Idem.

Nicetas.

De inclyto Martyre Victorino, Pitabionensi Episcopo, dicebat Hieronym. eloqui non potuisse, quæ intellexerat: lege eius opera, ipsaque veram Crisim restabuntur. caussam videtur indicare idem D. Hieronym. lib. vir illustr. vbi ita. *Victorinus Martyr, cum non æquè Latinè, vt Græcè nosset, scripsit sermone Latino opera multa, grandia quidem* 2.

D. Hieron.

quidem in sensibus, sed compositione verborum vi-
liora. Credidit absque dubio sanctissimus Do-
ctor & Martyr, necessaria tunc magis opera sua
Latinis, quàm Græcis: vnde licèt his elegantior,
illis tamen vtilior venire maluit. Et quidem in
simili euentu facili Catholico scriptori concesse-
rim, vt legentium communi vtilitati, priuatam
elegantiam postponat: quod in re simili confir-
Treb. Pol. mat etiam Ethnicus scriptor, Trebellius Pol. de
30. Tyr. vbi adducto nescio quo minus compto
epigrammate, sic concludit. *Hos ego versus, à*
quodam grammatico translatos ita posui, vt fidem
seruarem, non quòd melius non potuerint transferri,
sed vt fidelitas historiæ seruaretur, quam ego præ ca-
teris custodiendam putaui, qui id quod ad eloquen-
tiam pertinet, nihil curo: rem enim vobis proposui
deferre, non verba. Vbi ergo aut veritas historiæ,
aut Lectoris, quem institutum cupis, vtilitas,
elegantiæ cedere præcipiat: incultum scriptorem
excusarem: alibi verò sobriam elegantiam sper-
Ri. à Vict. nere, desipere est: vera enim sunt illa Richardi
venerabilis de Erudit. Int. Hom. lib. 2. cap. 16.
vbi de arbore symbolica Danielis, ita. *Adhuc*
additur de hac arbore: folia eius pulcherrima, & fru-
ctus eius nimius, & esca vniuersorum in ea. In folia
verba, in fructu scientia, in esca doctrina. foliis fru-
ctus vestitur, & verbis compositis scientia ornatur:
vt enim sapientia, ornat scientiam, &c. Folia itaque
pulcherrima, sunt verba diserta. Quæ de Lactantij
Firmiani candore, Tullianáque eloquentia, addit
Hieronym. satis ex his quæ de Cypriano diximus,
capiuntur: Licèt enim alius & alius sit stylus,
vterque tamen Pater in tam diuersa materiâ, ferè
eisdem in scribendo virtutibus insignitur. Arnobij
etiam nimietas & confusio, satis ex his quæ supra
dedi, reprehenduntur: licèt in aliis, cultissimus
procedat.

3. Sanctum Hilarium, Gallico elatum cothurno,
& Græciæ floribus adornatum, celebrat magnus
Criticus: Sed aliquando periodis inuolutum, vt
simpliciores fugiat. Sed alta illa mens Hilarij,
certè simplicioribus non scribebat, altius enim,
maximè in libris de Trinitate, volat, quam vi-
deat, ne dum sequatur vulgus: doctis autem
periodorum inuolutio non officit, licèt succin-
ctio suauius præniteret. De cothurno illo Gal-
lico sic habe. Tonant quandoque SS. Patres, &
si res postulet, de tragico norunt perstrepere co-
thurno: ibidem tamen, (obseruet tyro,) soli-
dum magis eloquentiæ fulmen, quam vanum
verborum fulgur euibratur, ne tam tumidis buc-
cis, quam accensis affectibus loqui existimentur.
Nesciunt ampullas sacri Scriptores, sesquipedalia
verba euitant: & in ipso grandiloquo scribendi
genere, Diuini verbi pro nobis limitati, humi-
lem conditionem roridâ lenitate, visi imitari:
quasi sub Leonum rugitibus, Agnorum balatus
Petr. Cel. pios dissimularint. Ideo Cellensis lib. 2. Tabern.
de sacræ Scripturæ mensâ, ita habet. *Aureo ita-*
que plenitudine ferculorum labio, & summâ dapum
concordi prædicatione mensa eructans, non inflatione
buccæ, & labiorum distentione vtitur, loquens, gran-
dia, & magnificans labia sua: quanto enim sensu
altiora diuina sunt eloquia, tanto voce modestiora,
& prolatione suppressa: Agni enim sunt voces, qui
clamauit, neque audita est vox eius in plateis. Qui
ergo vt fas est, Agni nostri sacras voces inter-
pretatur, in ipsis cothurnatis clamoribus, mo-
destioris animi soccos redolet. Pulchri ergo
gressus Hilarij, in cothurnis & calciamentis suis:
alij enim sunt, iique damnabiles, quos idem
Hieronym. scribens ad Pammach. reprehendit: D. Hieron.
Simplices epistola tua olent Prophetas, Apostolos
sapiunt: non cothurnatam affectas eloquentiam, nec
more puerorum argutas sententiolas in clausulis striis:
citò turgens spuma dilabitur: & quiuis grandis tumor,
contrarius sanitati est. Hos ergo tumores, has tur-
gentes spumas, euitet scriptor sacer, necesse est, ne
in profana contagia dilabatur.

Floribus etiam Græciæ, adornatur quidem,
sed nullatenus luxuriat Hilarius. non adimo
itaque ornatum sacro Interpreti, sed ornatum
meretricium, & adulterinum fucum, repello pe-
nitus: vt oratio, quod supra dixit Petronius,
pudica prodeat. Castus animus, minus castâ ora-
tione vtens, monstrum horribile. Laboret ergo
sacer Interpres, munditiem, & nitorem scri-
pturæ diuinæ, mundissimè tractare: de qua Pe- Petr. Cel.
trus Cellensis lib. 2. de Tabern. *Scriptura, quasi*
Matrona quædam grauis & grandæua, licèt stibio,
purpura, & cerisso, recusat ornare genas suas, ru-
bentes satis naturali vigore, & decore: tamen illis
Philosophorum studiis, & doctrinis, quæ tantummodo
in facie verborum gloriantur, nequaquam inferior in-
uenitur: Sensu namque, maiestas eius venustior: nu-
merosa sententiarum interpretatio validior: intellectus
vtilior: fructus vberior: lectio modestior. Hæc tam
habitum, quam vitium Meretricum respuit: vt am-
plius placeat nucleus sub cortice, quam mendax fru-
ctus in vertice. Quisquiliæ sunt, & puerilia nuga-
menta, quæque calamistrata, & cincinnata, ex-
tra rem, & pro vulgari laudum aucupio, pias
aliunde chartas solent conspurcare. Matronæ
tantæ, pudica stola, non toga meretricalis adhi-
benda: amœnetur quandoque, verumtamen nun-
quam lasciuiat eius interpretatio: impensius
vbertate fructuum, quàm florum varietate dele-
ctatur.

Lubet in hoc loco, flores nonnullos è Patri-
bus colligere, qui scriptori meo, pro subiecta
materiâ fuerint in exemplar, vt simili, quando
res postulet tenori assuescat: Vestes quippè re-
rum, sunt verba, neque aptè, aut lugubria, fe-
stiuè; aut horride, deliciosa vestiuntur: pruden-
tissimè enim, vt solet, Nazianzenus orat. 2. de D. Gregor.
Theol. dixit. *Date hoc mihi quoque, vt delicioso* Nazianz.
dicendi genere vtar, dum Dei delicias, oratione com-
plector. Aliàs enim monstra edes, Delphinas Syl-
uis appingens, fluctibus Apros. Adsit ergo in
exemplar, totius elegantiæ apex, id est, Hierony- D. Hieron.
mus: qui Saluinam viduam consolans, floridis-
simè relictos sibi puerulos sic describit. *In breui*
ætate, tempora multa compleuit. tenemus pro eo dul-
cissimos liberos: vxor hæret, pudicitia pretium est.
Nebridius pusio, patrem quærentibus exhibet, sic ocu-
los, sic ille manus, sic ora ferebat: scintilla vigoris
paterni lucet in filio, & similitudo morum, per spe-
culum carnis erumpens, ingentes animos, angusto in
corpore versat. Iungitur ei germana, rosarum & li-
liorum calathus, eboris ostrique commercium: Sic
refert ore Patrem, vt ad venustatem propensior sit:
Sic matrem mixta similitudine pingit, vt in vno cor-
pore vtrumque agnoscat. Ita suauis est, & mellitula,
vt honor sit omnium propinquorum: hanc tenere, non
dedignatur Augustus, hanc fouere in sinu, regina læ-
tatur: certatim ad se omnes rapiunt, pendet ex collo,
hæret in brachiis singulorum: garrula atque balbutiens,
lingua offensione, fit dulcior. Si agerem Hieronymi
Interpretem,

Interptetem, collatis in re simili Priscorum vtriusque & linguæ & elegantiæ testimoniis, ad oculum probarem, nihil aut dulcius, aut tenerius, in re simili vnquam scriptum: Sed & hoc eruditis constat: & babaris, nullum fuerit operæ pretium demonstrasse. Tale est illud eiusdem ad

Idem. Pammachium, de obitu Paulinæ. *Quæ enim aures tam duræ, quæ de silice excisa præcordia, & hyrcanarum Tygrium lacte nutrita, possunt sine lachrymis Paulinæ tuæ nomen audire? Quis parturientem rosam, & papillatum Corymbum, antequam in calathum fundatur orbis, & tota rubentium foliorum pandatur ambitione, immaturè demessum, æquis oculis marcescere vidsat? Fractum est pretiosissimum margaritum: virens smaragdi gemma, contrita est.* Per plures paginas verni temporis delicias orat. 2. de Paschate sic describit Gregor. Nazianz. vt quæque ad hanc rem, Poëtæ, declamatoresque omnes olim luserunt, ibi admixtâ grauitate solita, congerat & concinnet. Sic sæpè & alij Patres Græci, Latinique, sed illi maximè.

4. Tantummodo aduerto, cauendum maximè scriptori meo, ne hoc stylo florido abutatur, in fœminæ pulchritudine prolixius describenda. Puella adhuc balbutiens, (vt in Hieronymo vidimus,) vir, siue Iuuenis pulcherrimus, vt sine periculo videntur, sic etiam pari gratia, cum res postulat, describi possunt: vt verò pudici oculi, fœminæ conspectum euitant, sic nonnisi lasciuus calamus, eius pulchritudinem, molliter fuséque

D.Chrys. depingit. Dabit magnus Chrysostomus exempla: ergo tom. 6. Homil. de Ioseph, ita habet. *Conueniens & expetenda Iuuenibus, vita Iosephi: & Iuuenculis, præcipuè quæ in matrimonio viuunt, Susannæ illustre certamen: par enim vtriusque certaminis laus est*, &c. *Beatus Ioseph ex nobilibus ortus parentibus, cum Iuuenis adhuc esset, tum primum pilorum lanugine in genis eius efflorescente: florida rosæ in morem, flaua barba in medio pulchritudinis florem effundens: in oculorum pupillis, purpurascentis violæ vernæ speciem, præ se ferens: candidis instar lactis dentibus: labiis ignis colore rubentibus: expansis lactea sub fronte superciliis, pilorum inter se densitate connexis. Sed quid ego Iuuenis pulchritudinem conor describere, quem supra modum scriptura laudauit cum dixit: decorus aspectu valdè.* Sperares longè tenerius Susannam describendam: at prudentissimus

Idem vno verbo, sic conclusit in eiusdem serm. *Hæc ita B. Susanna, cum genere nobilis esset, & à teneris vnguiculis, in conclaui domi recondita: cúmque eleganti formâ esset, & castis moribus prædita; iuuenili florens ætate, legitimis matrimonij vinculis copulata est.* Nec dabis ex Patribus vllum, qui si aliquando fœminæ pulchritudinem prolixius visus describere, non ea interim immisceat, vnde illius occultum venenum, & lubricus aspectus castigetur.

Itaque licèt quandoque, amœnitas ista florum delectet; vt plurimum, grauibus & seueris te im-

D.Hieron. pende: benè enim Hieronym. ad Iulianum. *Diuina scriptura loquitur: Musica in luctu importuna narratio, vnde & nos leporem artis rhetoricæ contemnentes, & puerilis, atque plausibilis eloquij venustatem: ad sanctarum Scripturarum grauitatem confugimus: vbi vera vulnerum medicina est, vbi dolorum certa remedia.* Licèt enim non semper, plerumque tamen, quidquid in venustiori hoc stylo è floribus, plausibile est, puerile aliquid inuoluit. Certè nihil puerile nihil non graue molitur Nazianzenus, solida & neruosa, si quæuis alia est eius eloquentia; & tamen comptus ille modestissimus, apud maleuolos, fucus audiuit: propterea ille orat. coram 150. Episcop. ita. *Horum quispiam sermonum nostrorum quoque fructus, atque opus est, non eorum quos proiecimus, sed quos amore complexi sumus: nec meretriciorum, (vt quidam nostri nominis insectator, detrectatórque dicebat, homo & moribus & vitâ Cynædus:) verum admodum etiam grauium, & pudicorum.* D Gregor. Nazianz.

Hæc habui, quæ de prudentis scriptoris stylo, breuius quam par erat, adnotarem: est quippè negotium hoc ponderis non exigui: maximè, cum non tam rebus, (quæ ab aliena segete possunt transplantari, vt passim fit Rapsodis,) quam stylo, genius scriptoris deprehendatur: nec aliquis, nisi stolidissimè, ita nominis sui prodigus fuerit, qui ab styli vitiis, vitiatæ cupiat indolis redargui. Nescio enim quomodo, sed ita euenit, mores nostros videmur stylo affricare: Allusit Seneca epist. 19. *Volo tibi hoc loco, referre dictum Mæcenatis, vera in ipso equuleo docuit: Ipsa enim altitudo, attonat summa. Si quæris in quo libro, in eo, qui Prometheus inscribitur: hoc voluit dicere, attonita habet summa. Est ergo tanti vlla potentia, vt sit tibi, tam ebrius sermo? ingeniosus vir ille fuit, magnum exemplum Romanæ eloquentiæ daturus, nisi illum eneruasset fœlicitas, imò castrasset.* Mens itaque fastu ebria, styli ebrietatem hanc euomuit. Lege fragmenta alia, quæ ex Mæcenate circumferuntur, iurabis è castrato iam animo, euiratam orationem processisse, séque in chartis expressisse totum. Senec.

§. XIV.

Index, pro Concionibus pangendis, an adhibendus. De imperitis Concionatoribus, quid sentiant Doctores.

POst rerum, post styli institutionem: restat adhuc scriptori pio, vsus Indicis libro affigendi, demonstrandus. Habetur hodie Index impensè laboratus, pars quædam edendi libri, non temnenda: indéque fastidioso Lectori, & scriptori saltem venali, vtilitas haud vulgaris prouenire præsumitur. In cæteris Indicibus, non moror; in eo verò, qui pro pangendis Concionibus solet concinnari, longè dissita video, prudentium nonnullorum iudicia scriptorum: quidam, id in primis conducere arbitrantur: vnde in hoc apparando, laborant seduli: Soliciti impenduntur. Alij rem importunam autumant, imò & noxiam: malúntque Vulcani officinis, papyraceum fomitem ministrare, vtque scripta sua ad tabernas properent, vicos adeant, vendentes thus, & odores, & piper, & quidquid chartis amicitur ineptis: quam indoctis concionatoribus, cum tanto doctrinæ sacræ discrimine, ansam vel leuissimam, propagandæ suæ iactantiæ parare. Ego quidem primos non damno, quorum non paucos, pios iuxta veneror, atque doctos: Sed tamen secundos, vbique sequor, solidiori ni fallor, fultos fundamento: Hoc iam, quàm potui breuiter, exposui in Prolegomenis Cantici Cant. Proleg. 11. inde si lubet repete. Hic tantummodo subdam nonnulla testimonia grauissimorum virorum, qui vulgarium, & indoctorum Concionatorum, (in quorum 1.

rum

rum gratiam vnicè prædictus Index laboratur,) mores,tam graphicè, quam verissimè describunt: quique certe me coëgerunt, ne his vnquam putarem indulgendum. Ergo Ribera noster in cap. 1. Oseæ, num.marg 20. sic hos traducit: *Rectè aixit quidam: tenet insanabile multos scribendi cacoëthes,& ægro corde senescit: melius dicturus, si pro scribendi, dixisset, concionandi, aut, dicendi. Sententiarum pondera negligunt, verba tantum quærunt, atque hæc quidem, non tam elegantia,& propria, quam multa. Si linguâ expeditiori præditi sunt, & verborum qualiumcumque copiâ; intrepidè prodeunt, ad concionandum: vna loquacitate contenti, facti velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Nec in pœnam eorum audaciæ, deest inanis Auditorum frequentia: ut quos rectè vetus Prouerbium vsurpes: similes habent labra lactucas.* Et quidem, non ita Riberæ æuo, sicut præsenti hoc nostro, pestis tanta, adeò increbuerat: hodie, nescias, quinam auditorum aures fascinus detinear, vt sicut asininis labris, (quò parœmia tendit,) soli cardui apti veniant pro lactucis: sic prædicta inanis loquacitas illis adblandiatur.

Ribera.

Sed viderentur excusandi, fortasse alicui, hi tales Concionatores, verbis Petronij Arb. in Satyr. qui reprehendens corruptam eloquentiam apud viros graues, tantum ludi magistris, illam visus indulgere, subdit caussam, cap. 3. *Minimum in his exercitationibus Doctores peccant, qui necesse habent cum insanientibus furere: nam ni dixerint, quæ adolescentuli probent, vt ait Cicero, soli in scholis relinquentur. Sicut ficti adulatores cum cœnas diuitum captant, nihil potius meditantur, quam quod putant gratissimum Auditoribus fore; (nec enim aliter impetrabunt, quod petunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint.) Sic eloquentiæ Magister, tanquam piscator, nisi eam imposuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pisciculos, sine spe prædæ moratur in scopulo.* Absit tamen vt ille cui Christi Crux proponitur prædicanda, in mercaturæ commercium munus vertat, & sub ranæ loquacitatis escâ auditores expiscetur, magister pruriens auribus, & ad fabulas conuersus: aliud est, quod diuini verbi prædicatione aucupandum, aliud ingerendum. Non ego modo, Concionatorem germanum proposui instituendum: tantummodo ex probis Auctoribus, quales sint indocti quidam, manifesto. De his ergo Gregor. Nazianz. orat. 1. de Theol. *Sunt enim quidam, quibus non aures duntaxat, sed etiam lingua, atque adeò manus quoque ipsa, vt video, pruriunt, profanis videlicet vocum inanitatibus, & contentionibus falsa nominata scientia, puguisque disputationum nullam vtilitatem afferentibus*, quamuis enim alios maximè pungat hoc loco Theologus: tamen in hodiernam prædictorum hominum histrioniam, prædicta verba optimè adaprantur.

Petr. Arb.

D. Gregor. Nazianz.

Sed leuiora sunt, quæ ad horum stylum pertinent corruptissimum: scientiæ defectu, nocent non vulgariter: de quo multa supra citatus Ribera, quæ iam dedi §. 6. num. 3. adhuc tamen plura delibo: multus enim & vehemens nec immeritò, in hos tales, vir doctissimus. *De his dicitur: visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. Vnus eorum labor est, multa scribere, & tunc se doctissimos putant, atque ad concionandum maximè idoneos, cum plurimas aliorum conciones, vitiosè descripserunt: & ad verbum ediscunt, vt eas recitent verius, quam dicant: quid si fortè repetitum veneris olim, grex auium, plumas? Ecce ego ad Prophetas ait Dominus, qui furantur verba mea, vnusquisque à proximo suo. mihi isti, veri fures verbi Dei videntur, qui cum sacris literis nullam operam dederint: nec ius docendi habent, nec quid docent, nisi alienis laboribus abutantur.* Ergo his talibus Indices apparemus, qui inde vix leui grammaticâ intinctis, fomitem euertendo sacro muneri administrent: plus damni fateor, è vernaculis, quos vocant, sermonariis: quorum opera, meri tantummodo alphabetici, has partes inuolant: sed quidem, nec etiam mediocre nocumentum, à prædictis indicibus experimur.

Ribera.

Cum Riberâ, consentit Franciscus Sanctius Vlyspon. monachus Benedictinus comment. in Ecclesiastem, qui in Præfat. ita. *Hac scabie passim laborant Concionatores, qui nisi aliquid Hebraicum promant, eruditionis suæ iacturam fecisse arbitrantur. Quidam vt probaret Virginem debere esse ignotam viris, sempérque in penetralibus delitescere, sic argumentabatur: virgo Hebraicè, vocatur Almah: alma, id est, anima, oculis non conspicitur, quamuis operationes eius appareant: ita virgo debet esse intima in domo, nec patere. Linguâ vulgari, anima vocatur, alma; nomen hoc vulgare, cum Hebræo confundebat. Cum hæc audirem, risum tenere non poteram.* Vnusquisque prudentium refricet memoriam, multaque his similia recurrent, quæ à consimilibus Concionatoribus, audierint non raro. Ego quidem multa congerere possem, quibus cedo, quia iam diu, suspectus in hos tales testis audio, neque pœnitet. pergit citatus Sanctius. *Ridiculum hoc, & similia. illud nefarium, quod alius dixit: qui est iste inquit, qui venit de Edon, tinctis vestibus de Bozrâ? Quien es este, que viene de la hediondez del mundo, teñidas las vestiduras de borra? verum hoc ignorantia non solum, sed impudentia grauis est.* Nonne & tu, peiora audiuisse sæpissimè, ab his talibus fateberis ingenuè, ni dissimules? Hi sunt de quibus D. Hieronym. in cap. 9. Eccl. *Videat in Ecclesiâ, imperitissimos quosque florere: & quia nutriunt frontis audaciam, & volubilitatem linguæ consecuti sunt, dum non recogitant quid loquantur, prudentes se & eruditos arbitrantur, maximè si fauorem vulgi habuerint, qui magis dictis leuioribus delectatur, & commouetur: & è contrario, eruditum virum latere in obscuro, persecutiones pati, & non solum in populo gratiam non habere, sed inopia, & egestate tabere.* Et post paginam iterum, sic scribit. *Quemcumque videris in Ecclesia declamatorem, & cum quodam lenocinio ac venustate verborum, excitare plausus, ac risus excutere, audientes in affectus lætitiæ concitare: Scito signum esse insipientiæ tam eius qui loquitur, quam eorum, qui audiunt.* Sed vtinam soli vulgo viliori imponerent hi tales, purpuratum etiam vulgus ad se trahunt, non absque cœlestis doctrinæ nota, Catholicique nominis dispendio.

Francisc. Sanch.

Idem.

D Hieron.

Idem.

Hæc sunt, innumeráque alia, quibus commotus, nollem vel minimâ ex parte, hos tales, horum indicum ope, promouere: satis doloris est, nec etiam sic accendos, quibus quæstuosa vernaculorum industria defodat: at saltem dum quà possumus obstamus malo, immunes ab illorum erroribus continemur. Scriptor ergo pius si mihi crederer, pro Indice Concionum, præfigeret his talibus, id quod in Domitium quendam, istorum certè

D.Isid.Pel. Ducem, habet D. Isidorus Pelusiota lib. 1. ep. 214. *Non cuiusuis est, heus tu! Doctorem esse: Siquidem nec omnibus commune est gestare purpuram. Quocirca, (cum non omnes purpurâ vtantur, vt qui alioquin regali maiestati contumeliam inferant: remque praecellentem, vilem & abiectam reddant,) abstineas moneo, à disputationibus Ecclesiae minus congruentibus: nullam quippè auditoribus vtilitatem afferunt: imò & infensos iam olim nobis Haereticos, non tam in te, tuáque accusabilia prouocant; quam ad impetendam conuitiis & maledictis catholicam pietatem, stimulant: quippè qui inscitiam tuam non perspicientes; piam aliunde doctrinam, quam reddis eneruatam, risu atque ludibrio excipiunt.*

Expressi ex SS. Patribus optimum scribendi genus, fortasse me traducens, qui tam aliter scripsisse reprehendar.

Pararam vltimum caput historicum contexere, quod à sacro Spicilegio, minimè alienum existimabam: visum tamen doctis Censoribus, vt ederetur seorsim: quibus nec licuit, nec decuit contraire.



TRACTATVS

TRACTATVS SECVNDVS.

SOCIETATIS IESV STEMMATA GLORIOSA.

DABIT præſens Tractatus, Societatis IESV ſtemmata glorioſa, quibus & Deum gloriâ; & Proximos, vtilitate affecit non mediocri. Narrabo generoſiſſimum Parentem, addam non degeneres filios, quibus vtrinque cincta, Tartara, Idololatriam, Hæreſim expugnauit. At non hinc, Religionis tantæ aucuperis magnitudinem: breuioris tabellæ ſpatium anguſtum, ducens tantummodo lineamenta, lumina non præſumens, non tam illam ſignificare poterit, quam innuere. Nouam in nuce auguror Odyſſeam: & ex immenſa ſegete ſpicas lego.

CAPVT I.

Societas kallionyma.

§. I.

Christus Dominus in Diuinitatis inſigne circunciditur.

1. CONGENITI honoris indiga, humana Principum maieſtas, vndique deforis vmbras, qualis qualis gloriolæ aucupatur, vnde iam cæteris præſumatur excellere. Hinc illum ſibi conſtituit honoris apicem, quo, quibuſuis obſequiis famulantium adoretur: nunquam tamen Talionem his reddere cogatur: idque vnicè reputat iniquum excellentiæ, ſi beneficentiæ ſeruet æquitatem, ſi referat par pari: Conferet ille quidem ingentia beneficia, obſequium tamen obſequio, non penſauerit. Vnus eſt cœleſtis Rex, æternitatis Princeps, quem paris mutuíque obſequij, non ſuppudet: qui miniſtratus, miniſtrat: famulíſque ſuis, inuicem famulatur. Excipit fœliciſſimus Abraham, hoſpitem Deum: ad quem ſubiode: *Afferam pauxillum aquæ, vt lauentur pedes veſtri.* Gen. 18. v. 4. Si agnoſcit numen, cui vnico, ſub Trinitate Perſonarum, præbet adorationem: quorſum pedibus, Seraphicos ſpiritus purificantibus, ſuperuacuum exhibeat miniſterium? At ſub habitu, inquis, humano delitet Deus, laſſum ſimulat viatorem: cui proinde, (ſeruato pari ænigmatis tenore,) hoſpitij iure, pedum ablutio venit non importuna. Eſto: Sed, aduocet in id, famulos Abraham: deleget illis, has partes; ipſéque interim, ſummi hoſpitis lateri adhæreat vrbanus, ſermones intermiſceat. At ſenex prudentiſſimus, probi iam aliunde callens, ingenium diuinum, noluit ſpem pulchrè conceptam, eiúſque fructus prodigere pulchriores. Nimirum Deum piiſſimum, obſequia hæc, ſimilibus obſequiis aliquando penſaturum intellexit: quid ni ergo arriperet hoc officium: vt ſibi, ſaltem in filiis, (non autem in aduocato famulo,) inuicem perſoluendum obligaret? Tertullianaſter lib. de Trinit. cap. 26. de Chriſto Diſcipulorum pedes abluente: *Filiorum pedes, ad probationem, quod ipſe eſſet abluit: reddens in his ius hoſpitalitatis, quod aliquando illi fœnerauerat Pater.* Dedi hunc locum cum aliis iam alibi, vbi etiam ex Ruperto probaui, exegiſſe. Deum ab Abrahamo filium ſacrificandum, vt iam debitor, ad reddendum Hominibus Chriſtum, haberetur, de quo addo Auguſt ſerm. 71. de Temp. *Videte Deum cum hominibus magna pietate certantem: Abraham mortalem filium, non moriturum obtulit Deo: & Deus immortalem filium, pro hominibus obtulit morti.* Expendebam etiam illa verba adducta: *Ad probationem, quod ipſe eſſet:* Quaſi hinc maximè probaretur Deus, quod cum fiduciâ redderet talionem: quod ex Chryſologo ſerm. 26. firmabam, qui Luc. 15. præcinctum Deum ſic commendat: *vt talionem redderet, diſſimulat ſe in ipſa diuinitate, diuinitas.* Fuerunt hæc per compendium repetenda, quia optimè Circunciſionis Dominicæ, gloriam manifeſtant. Circuncidebantur Iudæi, vt ſe populum Dei teſtarentur circunciditur inuicem Chriſtus, vt ſe Iudæorum regem conteſtetur. Tantum abeſt vt viliori ſigno Chriſtus infametur, quin potius in talione reddendo, diuinam comitatem exhibeat, id eſt, paternam olim commendet facilitatem.

Gen. 18. v. 4.

Tertullianaſter.

D. Aug.

D. P. Chryſ.

2. Sed neque ſolum ſe probat Chriſtus Deum, dum circunciſionis talione, circunciſis hominibus adblanditur: quin potius, dum ipſam Circunciſionem ſepelit, (quod Patres aſſerunt,) cum honore, in ſéque glorioſiſſimè ſuſceptam, nō amplius miniſtraturam gratiæ, dimittit: nouo ſplendoris titulo, ſe ſe à profanis regibus ſecernit: hi quippè ſipito miniſterio, inhonoros dimittūt adminiſtros: Diuinus rex, tunc maximè hos condecorat, cum defungūtur officio. Transfigurato Chriſto, cōdigniſque ſplendoribus illuſtrato, paterna vox inſonuit: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui,*

Matth.17. v.5. *ipsum audito.* Matth.17.v.5. qua nihil aliud voluit æternus Pater, quam nouæ gratiæ ministris, Principem & Doctorem, apertissimè Christum designare. Sed quorsum interim, priscæ legis mi- V.3. nistri Moyses & Elias, v.3. cernantur ibi? an vt doleant ereptum sibi honorem, quem iam Apostolis vident, pariter cum onere, communicandum? absit: imo ideò cum Christo, tunc solum, ante Crucem, gloriam exhibente, cernuntur: vt dimittendi officio, participatos à Domino deferTertull. rent splendores. Tertull. contra Marcion. lib. 4. cap.22. *Ita tradit Pater filio Discipulos nouos, ostensis prius cum illo, Moyse & Eliâ, in claritatis prærogatiuâ, atque ita dimissis: quasi iam in officio, & honore dispunctis.* Quasi non tam exauctoratos dimitteret, quàm emeritos. Acutè autem dixit, *quasi iam,* &c. Ac si eximia illa claritatis prærogatiua, quo maior eo apertior index foret, iam officij honore dispunctos, siue defunctos fuisse, melioris lucis hoIdem. noribus fruituros. Deinde ita de Moyse addit Tertull. *De qua gloria non aliter illustratus discessit à Christo, quàm solebat à Creatore, proinde tunc oculos percutere filiorum Israëlis, quemadmodum & nunc excæcati Marcionis.* probat se Christus Creatoris Patris filium, non solum quod, radijs beat Moysem: sed maximè quod beet dimittendum. Summum præconium Alexandri Romani habetur illud apud Lamprid. Lamprid. *Si vnquam alicui præfinitum successorem dedit, semper illud addidit: Gratias tibi agit Resp. eùmque muneratus est ita, vt priuatus pro loco suo, posset honestè viuere.* Imperator verò noster, non solum vnde honestè degant, emeritis suis tribuit, sed vnde longè honestius habeant, quam in primo illo munere habuissent. Circuncidîtur igitur IESVS noster, vt administram olim suam, non vltra necessariam, quasi è sacrosanctæ carnis stigmate radiantem, emeritam dimittat & sepeliendam. vt qui per circuncisionem, iniuriam pati aliquibus videretur, inde Diuinitatis apertius specimen exhiberit: neque à peccati signo dedecus, sed à liberalitate suâ capit gloriam.

3. Faciunt huc illa eiusdem Domini verba ad Discipulos: *Desiderio desideraui, hoc Pascha mandu-* Luc. 22. v. 15. *care vobiscum, antequam patiar.* Luc.22.v.15. mirum est: nihil legalis ceremoniæ, vel leuiter, ne dum ardentius Christus concupiuit: credo quia nil aliud in ceremoniarum obseruantiâ, Dominicam charitatem commendaret impensius, celebrabatur Pascha in memoriam exitus à seruitute: vtque familiariorem se suis redderet immunis libertatis Princeps, recuperatæ libertatis celebrat memoriam, non tam timens, ne olim concaptiuus fuisse præsumatur: quam gaudens, quod sic suis suauior Tertull. exhibetur Huc visus allusisse idem Tertull. eodem lib. 4. *E tot festis diebus Iudæorum, Pascha diem elegit: in hoc enim sacramentum, pronuntiarat Moyses, Pascha est Domini. ideò & affectum suum ostendit, concupiscentiâ concupiui, hoc pascha,* &c. *O legis destructorem, qui concupierat etiam Pascha seruare.* q. d. Quid impiè Marcion blasphemas, non seruasse Christum legis ceremonias? Seruauit certè alias; quem etiam obseruationis paschalis, (vnde scilicet præsumpta captiuitatis nota,) non suppuduit: imo potius hæc familiaritas, illum Exod.12. v.11. deinde Deum manifestat, vnde & Moyses Exod. 12. v. 11. tunc maximè *Dominum* appellauit, cum ænigmaticè quasi aliud narrans, illius futurum hoc Pascha significauit: *Est enim Phase, id est, transitus Domini.* Nec enim scilicet, aut dum Paschate captiuitatis indice, vitam terminat, aut dum eandem, circuncisione, peccati signo, inchoat: aliquid dedecoris subit Saluator noster, sed magis nouis titulis assertæ diuinitatis coronatur.

Non tamen negauerim, vt nihil in Christo 4. dulcius hac comitate: sic aliunde apud humanas aures, nihil difficilius explicari, credo, quia nihil tractatur periculosius. Mira propterea est periodus Lucæ, qua nobis hoc mysterium enarrauit: pende verba, *Postquam consummati sunt dies octo, vt circuncideretur Puer,* &c. Luc.2. v.21. videbatur ad- Lucæ 2. v.21. dendum, *circuncisus est*: & tamen de peracta circuncisione, nec verbum, alto silentio inuoluitur res tanta, & sola nominis subditur impositio. Nimirum similia Christi opera, quamuis ingenti animo, generosâ fiduciâ ipsi Domino adeantur: Euangelistæ tamen, eadem inculcare vix sustinent, imò dum humanis verbis vtantur necesse est, vix possunt. Tale est illud Ioannis cap 4.v.6. Ioan.4 v.6. IESVS *ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.* Vbi Maldonatus: *quod autem dixit. Sic,* Maldon. *multos vexant Interpretes.* Quid ni, si quamuis Deus, vt mulierculam quandam saluti restituat, & operis dignitate, & amantis dignatione, defatigetur: qualis tamen esset illa defatigatio, Euangelista exprimere non sustinuit: sicut & noster ipsam circuncisionem non expressit. Notarunt iam aliqui, consimilis silentij caussam videri, vt disceremus similia Domini exempla, non tam verbis, quam imitatione eorundem, fore enuntianda: adderémque, eo ipso, non tam purè humana, quàm theandrica exhiberi: tantúmque abesse, vt ab illis Christo opprobrium, quin potius decus maximum aduenire intelligatur.

5. In throno gloriæ immensæ, beata Trinitas repræsentatur Isaiæ: stipabant hinc inde Seraphini diuinam maiestatem, inuicem exclamantes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum: plena est omnis terra gloriâ eius.* cap 6. v.3. Isa.6.v.3. Primis verbis, æternus Pater apertè commendatur, qui vbiuis sacræ paginæ *Deus Sabaoth,* & *Dominus exercituum* celebratur: Secundis verbis Spiritum sanctum laudari, inde constat, quod in illis alludat Isaias ad alia Salomonis dicentis, *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.* Sap.1. v.7. Sap.1.v.7. Agite nunc Seraphini de verbo, de secundâ persona, quid enuntiatis? certè tacent: neque Diuinum verbum, verbis etiam suis, aut Angelorum linguis audent enuntiare. Cur ita? quia filius, futurus iam homo cernebatur: Dei verò hominis gesta theandrica, nullis vnquam verbis exprimi satis potuerunt. ergo tacenda omnino? Certè solo quo valent imitationis tenore publicanda: vide enim, quo situ describantur Seraphini. *Sex alæ* Isa.6.v.5. *vni, sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* v. 2. dum ergo binas erigunt summas, binas demittunt infimas, protensas verò medias extendunt: quid aliud, quam Crucifixi formam expressam cupiunt? Pulchrè Germanus German. Const. Constantinop. orat. 3. de Cruce, apud Gretſ. *Illi qui sua gloria, vt sceptro regali assistunt, sibi conformantur: & nouâ quadam ratione, imitatione sui glorificantur: contractis quidem alis superioribus & & inferioribus, expansis autem vtrinque modis, & in formam Crucis volantes sine intermissione victoriæ laudes, & præmia decantant.* vocalior quippè longè est

decan

decantatio, quæ non tam verbis fit, quam imitatione. Quippe opera Dei, quà talis est, verbis commissa, semper citra condignum celebrata putaretur: at eius gesta quà homo, si pulchrè prædicarentur, exhausta fortasse alicui putari possent: amouendo ergo huic periculo reticentur: vt inde etiam diuina cognoscantur. Quo ergo magis videtur reticeri circuncisio, eo dignior Christo, & in maiestatis insigne admissa creditur.

§. II.

IESV nomen, pro numine: ipsoque salutis titulo, appellatum.

6. IAm hinc claret apertè, optimè post Circuncisionem, augustissimum IESV nomen, Christo, imponi: egregium enim pueri facinus, quo se Deum manifestabat, erat enuntiandum, vt deinde aptius, nomen, quod ipsam diuinitatem sonat, (vt infra dicam) inderetur. Sed notant, nec immerito Interpretes iuniores, illa Euangelistę verba: *Vocatum est nomen eius* IESVS: Sic enim proferuntur, vt non solum videantur significare, ipsummet circuncisum puerum vocari Iesum: Sed ipsummet nomen etiam sic dici: nos quidem nominibus appellamur: Sed nomina nostra, non aliunde nomine vocari dicuntur: aliter in Christo: non solò ille vocatur IESVS: sed & ipsum hoc nomen IESVS dicitur, vt iam nomen pro numine sumatur: iouicemque Christus aut in seipso, aut in suo nomine eiusdem intelligatur virtutis: eandemque quodammodo vtilitatem nobis côferat IESVS, aut præsens, aut iouocatus: ipsa hæc vox IESVS, salus est: & eiusdem met Domini vicaria, pro remediis constituitur: credidetim autem ita factumt vt in suauitate gratiæ experiamur dulcius, quod in legis seueritate, asperrimum olim Hebræi sentiebant. Norunt Docti, tetragrammatum illud & ineffabile Dei nomen *Iouah*, sic longè diuersis punctis scribi solitum, vt legentibus exprimeretur *Adonai*, id est Dominus: quasi iam ineffabili nomini, nomen inderent, quasi timentes, prioris seoeritatem enuotiate: & si minus paternam salutem, vt nos, saltem dominarionem beneficam proferebant. Quippe nomen illud aliud, sic pro Deo vices agebat, vt non solum illo Deus potens, & seuerus notaretur: Sed etiam ipsummet, furere, vindictasque videretur scintillare: sicut apud nos IESVS ipso vocabulo salutem importat. Attende.

Luc. 2.

7. Confert immensa beneficia Deus, populo suo, inuicemque vsuras amoris exactissimi sibi vendicans, addit. *Noli adorare Deum alienum: Dominus zelotes, nomen eius: Deus est æmulator.* Exod. 34. vers. 14. ænigmata vila dari: si Deus æmulator est, quorsum præmittitur, Dominum zelotem, esse nomen eius; cum vtrobique idem visum enuntiari? Sed pende Græca: *Zeloticum est nomen eius.* Quasi dicat sacer scriptor: sic Deus æmulator est, eique zelotypiâ rapitur in suos: vt etiam ipsum nomen eius spiret zelotypiam: vt non minus ipsum nomen, in animas adulteras deseuiat, quam numen: nec asperius sæuientis numinis ictu, quam prolati nominis sono exerceatur supplicium: ipsa quippe vox, Dominici furoris vicaria, impios perterreret. D. August. tom 4. lib. 2. quæst. 158. ibi. *Ipsum nomen, quod Dominus Deus dicitur, zelans est, quia zelator Deus est.* Ipsum itaque nomen, Dominus & Deus dicitur: ipsummet zelatus est, quia zelatoris Dei est, cuius &

Exod. 34. v. 14.
Græca.
D. August.

partes agit: Sicut & ipsum IESV nomen, IESVS est, salus est, quia saluantis iam pueri vices supplet.

8. Hinc exultans Dauid Psal. 95. vers. 2. ait. *Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius. In Hebræo legitur: Euangelizate singulis diebus salutem eius*: Id est Christi IESV, qui nobis Saluator optimus, salutem attulit, & dominium & nomen collaudate. Cur ergo cum tanto Domino laudes indicuntur, nomini eius pariter totidem irrogantur: Nisi quia nomen eius pro numine habendum, à quo perinde, tanquam ab ipso Domino, salus verbis datur? Vatablus ibi in nobis, licet prioribus verbis Patrem intelligat, ita. *Nomen, pro numine positum. Salutem, id est, auxilium quod omnibus attulit misso Christo Saluatore.* Vtcumque tamen sit, habes iam in Deo, nomen poni pro numine: vnde & in Christo idem iam fatearis necesse est.

Ps. 95. v. 2.
Hebr.
Vatabl.

9. Hinc augutor contentionem illam piam, qua Christus Dominus non vulgaris & doctrinæ & operis monumenta, in vrbem Iericho visus destinasse. Mira & suauissima est illa parabola, qua se Dominus sub pijssimi Samaritani velo dissimulauit, misello illi à latronibus percusso opem allaturum: Luc. 10. vers. 30. at quidem in viâ Iericho id fingitur euenisse. Restituitur Zachæus Patri Abrahæ, non olim genere, sed deinde virtute coniunctissimus: & Iericho eligitur saluti tantæ: in qua sibi complacens Christus ait Luc. 19. *Hodie salus huic domui facta est*: Quasi dicat, ecce iam fruitur Iericho, Saluatore IESV. Tandem duo cæci, optabili oculorum luce potiuntur Matth. 20. vers. 29. ad portas Iericho curantur à Christo. Sed vnde tam auide beneficus in hanc vrbem? Nimirum vt ominis sui, afferat dignitatem. Licet olim Hebræi multas per Palæstinam vrbes debellarent: nihil tamen prouincia illa ægrius tulit, euersione Iericho, quam IESVS Naue funditus deleuit: nimirum celeberrimam totius Prouinciæ metropolim prostratam, haud vnquam potuere ethnici siccis oculis intueri. Hinc igitur apud illos ab euersore Iosue Iesu: hoc nomen durum & asperum audiebat. Absit hoc, inquit iam verus IESVS, ego volo vt nomen meum, pro numine, id est, pro me ipso adoretur dulcissimum: faxo igitur, vt suauissima opera mea experiatur Iericho, à veroque IESV salutem recuperet, quæ se olim à figuratiuo, euersam dolet: nequid in corde hominum amaritudinis sapiat nomen istud, cui mella omnia mirifice infusi. Fauet D. Asterius apud Phot. cod. 271. *Iericho metropolis est Chananæorum, quam dim IESVS Naue bellando cedendoque intercepit: nunc autem verus IESVS, sanare adueniendo dignatus est.*

Luc 10. v. 30.
Luc. 19.
Matth. 20. v. 29.
D. Aster.

10. Ad Hebræorum gentem, iam longis itineribus deserti olim auia peragrantem, ita Deus: *Ecce ego mittam Angelum, qui præcedat te & custodiat in viâ, & introducat in locum, quem praparaui: obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet cum peccaueris: & est nomen meum in illo.* Exod. 23. à vers. 20. quæso cur tanto muneri, non tam diuinæ dignitatis, quam nominis communicatio, Angelo isti ductori tribuatur: videturque dicendum, ipsum nomen, pro numine collocatum, satis excellentiæ, ministerio tanto tribuisse. Sed cur ita? quia si Tertulliano credimus, verba hæc Deo filio tribuenda (immiscet aliquid interim erroris Afer, quod tamen caute euitatum, gnomi non officiat, vt probo alibi) Angeli vero hic, non tam natura capitur, quam officium, vt

Exod. 23. v. 20.

proinde IESVS Naue, introducturus populum in-
telligatur. Merito ergo, Dux tanto nomine insi-
gnitus, quasi ipsum nomen geriat, strenuissimo
Tertull. peragendo facinori satis fuit. Tertull. lib. aduersus
Iudæos cap. 8. *Constat ipsum Dei filium Moysi*
esse locutum, dixisseque ad populum, ecce ego mitto
Angelum meum, &c. *Populum enim introducturus*
erat Iesus in terram repromissionis, non Moyses.
De quo ibidem multa, & illa iterum ad rem
nostram, quibus expendens, cur Dux qui pri-
dem *Ause* dicebatur, iam deinceps IESVS appel-
Idem laretur, sic concludit. *Ideo is vir, qui in huius*
Sacramenti imagine parabatur, etiam nominis Do-
minici inauguratus est figurâ, vt Iesus nominaretur.
Propterea quando Moyses, primates viros elegit,
Numer. 13. v. 17. qui terram explorarent, addit, sacer textus:
Vocauitque Osee filium Nun, Iosuë. Num. 13.
vers. 17. est autem Iosuë, quod norunt pueri,
Dionys. idem quod IESVS. De quo pulchrè ibi Diony-
sius. *Quæritur, cur nunc imposuit ei Moyses, no-*
men hoc nouum? Et respondet: *Quod Moyses co-*
misit ipsi Iosuë, salutem & curam vndecim aliorum.
Quasi optimè, conexplorantium sociorum saluti
præficiendus, salutis accepto nomine, salutare
indidem numen accepisse intelligeretur. Non im-
merito igitur vir iste tantus, Angelus ore Do-
mini appellatur. Qui enim tanto nominis numi-
ne gloriandus, instar immortalis spiritus, gesta
mortalium vires superantia, strenuè exerceret.
Tertull. Tertullianus lib. 3. contra Marc. cap. 16. *Angelum*
quidem eum dixit; ob magnitudinem virtutum, quas
erat editurus: & ob officium Prophetæ, nuntiantis
scilicet diuinam voluntatem: Iesum autem, ob no-
minis sui futuri, Sacramentum. Iam enim in Ange-
lum quodammodo mutetur necesse est, qui tan-
to nominis numine collucet. Vnde vt id obiter
dicam, non solum honoris, sed oneris etiam
infixum sibi titulum nouit Societas nostra. Sed
redeo.

11. Elegantissimè celebrat Isaias ingentia bene-
ficia, quibus homines, adueniens Christus Do-
minus, erat cumulaturus: Sed suauis teneri-
Isai. 10. v. 27. tudinis grauissima sunt illa, quæ cap. 10. vers. 27.
Et erit in die illo, auferetur onus eius, de humero
tuo, & iugum eius, de collo tuo: & computrescet
iugum à facie olei. Nihil grandius sperabat & sus-
pirabat humanum genus à Christo, quàm durissimo
hoc confracto iugo, pristinam libertatem
recuperare, quia scilicet nihil difficilius, nihil
robustioris virtutis pondus, in supremo victore,
requirebat. Cur ergo immensa hæc potentia inui-
ctum robur solummodo sub olei suauissimi, com-
paratione blanda enuntietur? planè, quia nihil
mirabilius, quam suauissimo IESV nomine,
quod *oleum effusum est*, sic tartara debellare, ac si
in illo tota numinis potentia constitueretur. Benè
Gellibert. Gellibertus serm. 16. in Cant. *Bonus hic exitus vitæ,*
vt veterem exuentes Adam, simul graue iugum abii-
ciamus: hic, vitæ carnalis exitus, captiuitatis no-
stra iugum disrumpit: Vitra grauare non potest, sed
computrescit à facie olei, ex quo cœpimus nomine
alio vocari, & inuocatum est super nos nomen secundi
Adam, cuius est oleum effusum nomen eius.

12. Propterea; ni fallor, piissimo Romanæ Eccle-
siæ vsu inoleuit, vt moribundi suauissimum
IESV nomen repetant identidem, quasi in ipso
nomine, concupiti numinis, ad quod properant,
primitias delibent. Immo crederem iam olim Pa-
triarchas, quibus tanti mysterij lux affulsit, huic
nomini suauissimè inhiasse, ab illóque in extremo
mortis discrimine opem sollicitasse. Hinc illa vox
Iacob iam iam morituri, & extremâ benedictio-
ne natos afficientis: *Salutare tuum expectabo Do-*
mine. Genes. 49. v. 18. de quo D. Gregor. homil. 8. Genes. 49. v. 18.
in Ezechielem. *Quod salutare dicimus Latine hoc* D. Gregor. Mag.
verbo Hebraice IASVS *dicitur: in quo verbo Beati*
Iacob mens ostenditur, quomodo IESV *desiderio*
ardebat: quem se moriens expectare perhibebat. Vnde
iam capio quid sit illud eiusdem Iacob, *Adora-*
uit Israel Dominum conuersus ad lectuli caput.
Genes. 47. vers. 31. aliter LXX. quos ibi secutus Genes. 47. v. 31.
Paulus, sic legit Hebr. 11. vers. 21. *Adorauit fasti-* Hebr. 11. v. 21.
gium virgæ eius. In hac Iosephi virgâ, quam Iacob
adorat, nullus Interpretum potiorum crucem
non agnouit, quam moriens sanctissimus senex
percolebat. Sed tu mihi pende, non vbiuis, sed
in summitate & fastigio, venerabundi senioris in-
figi oscula: credo, quia in fastigio crucis, titulus
illius, id est, IESV Nazareni nomen repræsen-
tabatur: quasi nihil auidius moriens expeteret,
quàm sacrosancti nominis numine repleri.

§. III.

Quâ curâ sacrosanctum hoc nomen à Deo imponeretur: & quam aptè eodem, eius diuinitas exprimatur.

TAnto nomini imponendo, ipsummet Pa- 13.
trem, arcano æternæ sapientiæ studio, in-
uigilasse quodammodo, ex adductis toties Euan-
gelistæ verbis satis colligitur: habent enim: *Vo-*
catum est nomen eius IESVS, *quod vocatum est ab*
Angelo, priusquam in vtero conciperetur. Notissima,
sed adhuc grauida, est illa D. Bernardi notatio
serm. 2. de Circunc. qua expendit, non tam in-
ditum dici ab Angelo hoc nomen, quàm voca-
tum: potuit quidem Angelus proferre, quod à
Patre didicerat, non tamen inuenire, aut fabri-
care vocem, nomenve imponere, vnde Dei na-
tura, quantum humano sono fas est, optimè ex-
plicatur: *à naturâ*, inquit Bernardus, *propriâ ha-* D. Bernard.
bet, vt sit Saluator: innatum est ei hoc nomen, non
inditum, ab humanâ, vel Angelicâ creaturâ. Quia
nimirum, eâ curâ, eo æternæ sapientiæ ministe-
rio formatum est, vt de aptissimâ conuenientiâ
innasci potius Christo, quam exterius aduenire
videatur.

Produxit Deus in principio, animalia cuncta, 14.
seu pennata cælo, seu pellita solo, (sileo squàm-
mata salo) simulque in vnum coniuncta, creato
deinde Adamo repræsentat. Et quorsum inquis?
an vt subditas sibi bestias, viliusculaque, & mi-
nutissima animalcula cognouisset? minimè, *Sed*
vt videret, quid vocaret ea. Genes. 2. vers. 19. vt Genes. 2. v. 19.
singulis scilicet, apta vocabula distribueret, &
accommodata nomina imponeret. At fuerat ne
difficile Deo, vt bestiis dedit quod essent, sic
etiam attribuere, quo vocarentur? logi. Vocaba-
tur nimirum Adam in Principem vniuersi, vnde
& quodammodo in examen prudentiæ, à Deo ad-
uocatur, quasi de apta singulis, etiam viliuscu-
lis insectis, nominum impositione, satis gnomis
politicæ exhibiturus, vnde condignus Monarcha
probaretur: & quia reapse apta nomina impo- Idem.
suit, imperium illius stabilitur: *Omne enim quod*
vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen
eius. Ibidem, parco transcribere multa ex Philone,
qui lib. de Opif. Mundi, hinc maximè Adami
sapientiam voluit comprobatam, quod illis no-
men

men indecet, quo inquit, *Natura cuiusque intelligatur.* Phil. Iud. Euseb. Sed ni fallor aliquid Philo redolet Kabbalitticum: rectius Eusebius lib. 15. cap. 3. de præparat. Euangel. vbi ita. *Moyses priusquam Graci, vel ipsum Philosophia nomen cognoscerent, innumerabilia de impositione nominum dixit, aut natura duce, aut Dei iudicio nomina rebus esse imposita ostendent. Plato quoque non impositione nudâ, sed duce naturâ, recte nomina rebus imponi docet, idque barbarorum auctoritate confirmat: Hebraos meo quidem iudicio significans: non enim apud alios, talem obseruationem facile inueniet. Ex multis igitur, qua de hac re differuerat Plato, colligit non cuiusque hominis sed sapientissimi esse, nomina rebus, vt oportet, imponere.* Idem. Et iterom eodem libro cap. 4. *Cum Moyses dicat: omne quod vocauit Adam anima viuentis, ipsum est nomen eius: nihil aliud dicere voluit, nisi conuenienter ad naturam rei, nomen fuisse inditum: quasi diceret: vt ab eo quodque vocatum est, sic in eius naturâ erat.* Si ergo vt lacertis & formicis, nomina naturæ consona imponantur, tota cogitabundi protoparentis scientia requiritur: Quid non Dei notitia requiratur efformando illi nomini, vnde Christi naturæ declaraotur.

15. Et fortasse, propterea toties in Euangelio affer- Luc. 1. v. 31. Matth. 1. v. 21. tur hoc nomen à cœlo, (vt ad Mariam Luc. 1. vers. 31. ad Ioseph, Matth. 1. vers. 21. iterumque refertur in loco, paulo ante expenso) quasi gloriabundus Deus, si fas est dicere, egregiè inuentum vocabulum ostentaret. Non est oscitanter prætereundum, neque enim meo iudicio caret difficultate, creatum protoparentem in orbis principem, ab omni imperij tanti vsu cessasse vitium: nihil enim facile assignaueris, quo se rerum Imperatorem commendaret, nisi ad prædictam nominum recurras impositionem: quasi ab illa non solum examen subiret, sed etiam pulchrum dominij, comparatâ possessione, iniret exercitium. D. Basil. Seleuc. Vnde D. Basilius Seleucus orat. 2. sic Deum cum Adamo inducit colloquentem. *Surge animo, ad reliquam dignitatem tuam, Adam: & animalium appellatione, dignitatem confirma: fabricatoris dignitatem imitare: ille naturas procreat, tu nomenclator esto.* Vt iam, partiri cum Deo gloriam, videatur Adam; dum alter naturæ, nominis alter, artifex commendetur: Immo quod magis est; ipsamet animalia, impositis nominibus aduocata, respondereque assueta, tacito quodam instinctu Adamum agnoscere, atque fateri Dominum putareutur. Idem Idem. D. Basilius ibidem. *Esto Adam, nominum artifex, quando rerum esse non potes: formentur à me, nominentur à te, qua creantur: partiamur huius fictricis solertia gloriam: me agnoscant artificem natura lege, te Dominum intelligant, appellationis ergo.* Non immerito igitur coniectaueris, totam è Christo gloriam voluisse sibi Patrem vsurpare, immo asserere: dum quem ab æterno, Deum genuit, & in tempore hominem fabricauit: non aliundè, sed à seipso, nomen apprimè eiusdem naturam significans, acciperet.

16. Obscura, sed optima veniunt, in rem præsen- Malach. 1. v. 11. tem, illa Malachiæ. *Ab ortu enim solis, vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur nomini meo, oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus.* Cap. 1. vers. 11. verba sunt æterni Patris, iam tunc fœlicissimam per Christum, orbis conuersionem celebrantis. Sed quod nam, inquis, magnum illud nomen in gentibus? Certè IESV nomen, cuius laudes iam omnes canimus hilariter, cuius opem sollicitè imploramus. Cur igitur, subdit D. Irenæus, dicat æternus Pater, *nomen* D. Iren. *meum*: Cum tamen IESV nomen, sit proprium filij? & respondet lib. 4. cap. 33. *Quod autem nomen, quod in gentibus glorificatur, quam quod est Dominus, per quem glorificatur Pater, & glorificatur homo? & quoniam proprij filij eius est, & ab eo factus est homo, suum illud vocat. Quemadmodum si quis rex ipse, filij sui pingat imaginem, iustè suam, illam dicit imaginem, secundum vtrumque, quoniam & filij eius est, & quoniam ipse fecit eam: Sic & IESV-CHRISTI nomen, quod per vniuersum mundum glorificatur, in Ecclesiâ, suum esse confitetur Pater: & quoniam filij eius est, & quoniam ipse scribens illud, ad salutem dedit hominum.* Finge igitur animo, regem aliquem, eupicorem arte manu propria, ad viuum filij imaginem delineare, videbisque illum, mente pariter & pennicillo occupatum, quo tandem imago prodeat perfectissima. Sicque deinde contemplaberis rectius ipsum Deum, in filij nomine describendo occupatum: & proinde nomen, quantum fieri potest, eius naturam exprimens edidisse.

Neque mirum sic occuperur, vt nomen filio 17. impositurus, idem deinde suum esse diceret: neque enim, nisi hoc sacrosancto filij nomine, aliquid in diuinis, conuenienter potest significari. Et quos dolores heu! passa sponsa sancta, quæ ad cubiculum cordis, aduocans sponsum Deum, nocte deinde euigilans intempestâ, arctiorisque amplexus cupida: eum tenere præsumit, sensit abiisse: surgit igitur sedula, & mente magis quam corpore, beatam circuit cœlorum ciuitatem, Angelicas (sic explicat Nysse- Nyssenus. nus citandus) exquirens vndique mansiones: nec tamen inuenit: tunc quò minus inuento fruitur, eò sæuius torquetur desiderio: ideo subdit, *quasiui illum & non inueni.* Cant. 3. vers. 2. ergo, Cant. 3. v. 2. quod LXX. addunt, clamoribus indulget, sed etiam frustra: *Vocaui eum, & non obaudiuit me.* Ibidem apud LXX: quid faceret? misera degat. LXX. Interpr. Necesse est, eum quem ardoribus suis, instar niuis aduersum: instar marmoris, clamoribus suis surdum, experiur. Sed repete clamores ô sponsa: voca dilectum, Amicum, sponsum, Amorem, & delicias. Sed nec vsque respondet. Quid ita, in tanta diuini cordis teneritudine? D. Gregor. Nyssenus homil. 6. in hunc locum, Nyssen. ex ore sponsæ. *Vocaui illum nominatim, quantum à me fieri potuit, vt inuenirem in nomine eius, qui non potest nominari: Sed non erat nominis significatio, qua pertingeret, vsque ad id quod quaritur: quam ob rem vocaui ipsum & non audit me: tunc cognoui, quod magnificentia gloria, sanctitatis eius, non est finis.* Nimirum vocabat Deum, qua talis est: huius autem præcisè exprimere naturam, nulla vnquam vox, nullum nomen valuit obtinere: quid ni ergo obsurduerit: quid mirum non responderit vocatus sub alieno nomine: Si enim Petrum, v.g. Pauli nomine vocares, frustra tibi sperares responsurum.

Ergo Deus, qua homo simul est, fuerat inuo- 18. candus: tunc enim, & nomen habet, idque tale, tantaque curâ impositum à Patre, vt illo, eius naturæ, optimè significentur: inque prolato vocabulo, tota diuinitas venit adoranda. D. Petrus Chrysol. serm. 144. de IESV nomine, ita. D. Chrys. *Quia in hoc nomine Deitatis tota adoratur maiestas, omnes qui commorantur in cælis, vniuersi qui habitant terram, cuncti qui in profundo tenentur inferni huic prosternuntur*

numini, &c. *Hoc nomen, quod dedit cacis visum, auditum surdis, claudis cursum, sermonem mutis, vitam mortuis: totamque diaboli potestatem, de obsessis corporibus, virtus huius nominis effugauit. Et si nomen tantum est, quanta potestas?* Neque mirum, tot edat miracula, quandoquidem, & Deum propriè significat, vnde & hic, eodem inuocatus, iam non obsurdescens, piissimè tenetur respondere. Habet igitur hoc discrimen, ab aliis illustribus nominibus, nomen IESV: quod cætera, apud homines, ab egregiis facinoribus oriuntur: vnde Scipio, v.g. ab expugnata Africa, Africani nomen
Plinius. accepit: de quo proinde bene Plinius lib. 7. cap. 30. *Clarum nomen, immo spolium, ex tertia parte orbis raptum:* at verò à IESV nomine, miracula & prodigia procreantur: vt enim initio dicebat Bernardus, non deforis venit, sed naturâ ipsâ visum inhærere.

§. IV.

Diuina liberalitas, in tanto Societati titulo tribuendo: & cur.

19. IAm ad id venio, cuius causâ hucusque, in tanto circuncisi Domini nomine exponendo, immorabat. Ingentis beneficij cumulo, Societatem hanc nostram affecit numen, dum illam preciosissimo hoc titulo insignitam, reddidit Kallionymam, id est, (si Latinè fas dicere) pulchrinominam. Nihil grandius habere potest religio hæc nostra minima; nihil tamen vnde strictius obligetur, aut vnde ad virtutes, instituto suo debitas, impellatur ardentius. Post egregiam Deitatis confessionem, audit
Matth 16. v. 18. à Christo, Petrus: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi, non præualebunt aduersus eam.* Matth. 16. vers. 18. putares totum honoris esse, cum tamen multum oneris misceatur: & dominici nominis participatione, non solum decoretur Petrus, sed etiam rectè subeundo instituatur ministerio. D.
D. Ambros. Ambros. serm. 47. *Petra pro deuotione, Petrus dicitur: & Petra pro virtute Dominus nuncupatur: Sicut dicit Apostolus: Petra autem erat Christus. Rectè consortium meretur nominis, qui consortium meretur, & operis. In eadem enim domo Petrus fundamentum ponit, Petrus plantat: Dominus incrementum dat, Dominus irriguum subministrat.* Quantum ergo Apostolorum princeps laborarit in Ecclesia fundandâ, in plantanda fide: tantum concepto Petræ nomine spopondit. Videat nunc Societas, qualis in proximorum salutem debeat IESV suo cooperari, quæ ipso salutari titulo insignitur.

20. Non est autem otiosum, sed emphaticum, pro-
Matth. 16. nomen illud, quod adhibuit Christus: *Et ego di-*
D. Hieron. *co tibi, &c.* Pulchrè enim tibi Hieronymus: *Ego dico tibi, non sermone crasso, & nullum habente opus: Sed dico tibi, quia meum dixisse, fuisse est.* Sic Christus, & Petro, & Societati nomen indens, non vacua vocabula, sed & virtutem pariter, adimplendo ipsi titulo impertiuit. Pende, quî grauis-
D. Hilar. simus Hilarius ibi, hoc Petri encomium expendat. *O in nuncupatione veri nominis Fœlix Ecclesia fundamentum: dignaque, ædificatione illius, Petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueris.* Vnus est inter Patres Hilarius, si rectè memini, qui optimè nouam, & ni fallor probabiliorem explicationem huc adduxit. Non itaque solum voluit, (quod reliquis Patribus visum) hanc Petram immobilem, neque dum ab inferno inuaditur, cessuram: Sed potius ab illâ, inferna claustra inuadenda, neque præualitura, aduersus arietantis Petræ impetum, quin eiusdem virtute conterantur. Scilicet tanti nominis communicatio, in fortes hos gloriosæ audaciæ spiritus, Petrum animabat: vt per mille laborea non solum non cedere infernis viribus, sed & illaa aggredi, in Ecclesiæ emolumentû sustineret. Quo iam videat Societas, quam intrepide Hæresim & Idololatriam, debeat inuadere, vt ipso fuso sanguine purpurata, (si opus fuerit) inferni claustra dissoluere contendat. Et quidem, nondum Petrus ea facinora peregerat, vnde titulum tantum me-
reretur: vt bene Hesychius Hierosol. apud Phot. Hesych.
cod. 269. expendens illud Christi: *Vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Ioan. 1. vers. 42. adnota- Ioan. 1. v. 42.
uit; & tamen tanquam aliquid magnum, coronæ instar, hoc nomen illi tribuitur, immo promittitur: verba Hesychij. *Ante confessionem, merces: antequam* Hesych.
in vineâ laborares, denarium accepisti: antequam aram tangeres, sacrificium Deus suscepit: antequam prædicares coronam accepisti: Credo, vt tanto animatus honore, oneri subeundo hilaris procederet: Sicut multo ante Societatis fundationem, nec vllis adhuc exhibitis monumentis, iam Ignatius, Societatem IESV non solum secum meditabatur, sed etiam apud alios repetebat: quasi tanti tituli promissione à Deo, tot aggressurus labores animaretur. Et fortasse prædicta hucusque Petri & Societatis in sacro participando nomine analogia, animos summi Apostoli, Beatissimique nostri Patriarchæ, quàm arctè in Historiâ huius legimus, copulauit. Sed iam aliunde etiam argumenta desumamus.

Somniauit impius Marcion, Deum quendam 21.
ignauum, alium à creatore, illumque nihil pungens & molestum hominibus imperantem: tandemque Christum nostrum IESVM, ab hoc descendisse Patre blasphemabat. Contra quem salsus
grauissime Tertullianus lib. 1. cap. 25. *Si aliquem,* Tertull.
de Epicuri scholâ Deum, affectauit Christi nomine titulare: vt quod beatum & incorruptibile sit, neque sibi neque alteri molestias præstet: (hanc enim sententiam ruminans Marcion, remouit ab illo seueritates, & iudiciarias vires) aut in totum immobilem, & stupentem Deum concepisse debueras: & quid illi, cum Christo molesto Iudæis per doctrinam, & sibi per IESVM? *aut & de cæteris motibus eum agnouisse: & quid sibi cum Epicuro, nec sibi nec Christianis necessario.* Quia nihil ignauo, & nihil molestum imperanti Patri, possit esse commune cum eo filio: cui, dum IESVS vocatur, necessario molestiæ plurimæ pro saluandis hominibus incumbebant: vnde à IESV vita quidquid Epicuræum fuerit abhorret. Si ergo honoratur hoc titulo Societatis, vt inde discat, quidquid delicias sapit, penitus euitare. Pergit Tertullianus impugnans impium Marcionem, quod cum Messiam creatoris, ab omnibus Prophetis Christum vocandum sciremus: ipse ab alio Patre illum deducens, nihilominus vocari Christum fateatur, tunc sic con-
cludit lib. 3. cap. 15. *Christi nomen, non ex natura* Idem.
veniens, sed ex dispositione, proprium eius efficitur, à quo dispositum inuenitur, nec in communicationem alij Deo subiacet, maximè æmulo, & habenti suam dispositionem, cui & nomina priuata debebit. Quale est enim, quod diuersas dispositiones duorum commentati Deorum, Societatem nominum admittunt, in discordiam dispositionum? quando nulla magis probatio assisteret, duorum & æmulorum Deorum, quam si in

dispositione

diſpoſitione eorum etiam diuerſitas nominum inueniretur? è contra igitur, ex identitate nominis cum Incarnato verbo, parem diſpoſitionum tenorem ſortiatur Societas.

22. Debellaturo IESV Naue Amalecitas, aſcendit Moyſes in montem, precibus Iſraëliticas acies ſuſtentaturus: quis non crederet futurum, vt proſtraretur, gemituque, & lachrymis, diuinam ſuis opem exoraret? & tamen reſidens, manus in formam Crucis expandit: *Aaron autem & Hur*, (Exod.17. v.12.) inquit textus, *ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte*. Exod.17.verſ.12. laſſabantur quippe brachia, dum habitum Crucifixi exprimebant, vt omnes ferè Patres explicarunt: cauſam tamen aptiſſimam rei noſtræ, vidit Tertullianus lib. Aduerſus (Tertull.) Iudæos, cap.10. vbi ita. *Iam vero Moyſes, quod vtique tunc tantum, cum* IESVS *aduerſus Amalec præliabatur, extenſis manibus orabat reſidens: quando in rebus tam attonitis, magis vtique genibus poſitis, & manibus cædentibus pectus, & facie humi volutatâ, orationem commendare debuiſſet: ni illic vbi nomen* IESV *dimicabat, dimicaturi quandoque aduerſus diabolum: Crucis habitus quoque erat neceſſarius, per quam* IESVS, *victoriam eſſet relaturus*. Vt iam deſperet Societas ab hæreſi, idololatria, & diabolo, victorias reportare: niſi ſub eodem nomine prælians, Crucis pariter moleſtiis ſuccubuerit, quaſi à laborioſis Crucis floribus, glorioſos coronarum fructus ſolummodo reportatura: nec audeat, quos Deus coniunxit, temerè ſeparare, id eſt Crucem Dominicam, à IESV ſuo.

23. Videamus iam, quam conetur Societas, ſub tantis IESV auſpiciis dimicare: quámque ſi minus aſſequi, tamen Ducem ſuum ſollicita, ſequi contendat: quaſi ſibi proponat illud Ambroſij, de (D.Amb.) Chriſto Domino tentato, ſerm.26. *Minus ergo dolere debemus ſerui, quia Domini habemus exemplum: vbi enim eſt ſimilis cum Chriſto deuotio, ſimilis eſt, & cum Chriſto tentatio*. (Ouid.) Blandiebatur Ouidius ſodali ſuo, qui Maximus vocabatur, ſubdens.

Maxime, qui tanti menſuram nominis imples:

Nihil enim maius, vt infra dicam, quàm magni nominis menſuram adimplere: vnus eſt Dei filius, qui IESV nomẽ implet, qui ſummi tituli gloriam non defraudat: Societas quam Patriarcha noſter, inter cæteras Religiones, minimam & agnouit, & appellauit: non ita: nec poteſt præfixo titulo Saluatoris plene ſatisfacere: ſed tamen, vtcunque conatur correſpondere: hicque, pro ſua virili parte decertare: tota in proximorum ſalutem ſedula impenditur, IESV QVE Saluatoris veſtigiis aſſueſcit. Quando vir, arrepta puſionis dextrulà, viam aggreditur, vterque eandem paſſibus metitur, ſed aliter: vir quippe plenis gradibus, ſolido greſſu illam calcat: at puſio, pene titubans, trahi potius cernitur, quam incedere, quod de Aſcaniolo, quem Pater Æneas apprehenderat dixit (Virgil.) Virgil. lib.1. qui *non æquis paſſibus* incedebat. Sic nobiſcum actum: Chriſtus noſter, qui tanquam gigas ad currendam viam exultauit, verè ſalutis gradibus ſtadium ſuperauit: nos puſiones, ſaluti etiam proximorum, licet non æquis paſſibus incumbimus: non igitur immerito, duciſſimo IESV ſtemmate gloriamur.

24. Aduocanda huc iterum ſponſæ lamenta, de quibus ſupra num.17. aliter enim veniunt ponderanda. *Surgam*, inquit, *& circuibo ciuitatem per vicos, & plateas, quæram quem diligit anima mea*. (Cant 3.v.2.) Cant.3.verſ.2. inquieta circuit omnia, vt dilectum inueniat, quaſi omnino difficilem inuentu. Sed ita nè?an non in ſingulis creaturis, expreſſũ Creatoris veſtigium reperitur? nónne cœleſtes orbes, tanquam aperti libri exhibent legendum? ſponſa caue, ne forte, aut fœminæ ingenio, aut amantis delyrio verba tribuamus: ſatis quoſuis Doctores conſulas, dilecti gratam notitiam percipies: quid ergo quæris vaga, quæreris gemebunda? reſpondet ex ore illius Gellibertus ſermon.3. *Cum virtus* (Gelibert.) *ſua vbique, & tota operetur, nuſquam tamen tota expenditur: quia cum volueris, ſufficit tibi efficere maiora: nec tota exprimitur, quia veritatem, non poſſunt ad viuum exprimere ſimulachra. Omnia ergo te mihi monſtrant ad cognitionem, ſed non omnia, me mouere, poſſunt intus ad deuotionem: vbique in te impingo; ſed non vbique compungor: vbique te, mihi ingerit rerum ſpecies, & vſus, & ordo; ſed verbum ſapientiam, & non verbum ſalutem: verbum autem ſapientia, & ſalus, id eſt*, CHRISTVS-IESVS: *tantum in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius, ideo ſurgam, & circuibo ciuitatem* Sic enim quærebat dilecti ſui notitiam ſponſa, vt pariter deuotioni ſtuderet. Vt indidem & mentem luce, & ardore voluntatem afficeret; ſcientiam ſcilicet deuotam, & doctam deuotionem inquirebat: hancque à IESV ſuo ſolummodo manare conteſtatur. Non deeſt in ſocietate doctrina, (Deo ſint laudes) iſtáque inde maximè commendabilis, quia diſcipulorum non ſolum mentibus, ſed & præcipuè affectibus aſſueſcit, vt quos doctos format, ſanctos inſtituat: inſtarque IESV, infantes penè ab vbere acceptos, ſcientiæ pariter admouet, ac pietati.

Et fortaſsè inde prouenit, vt cum non medio- 25.
cri Eccleſiæ Romanæ plauſu, ingentique Hæreticorum furore, ſcripta, Societatis excipiantur: quaſi dum ſub IESV auſpiciis, in eiuſque Schola elaborantur, ſic præſumenda veniant, vt ſana & Catholica, Romanæ Eccleſiæ hauſtus ſalutares, id eſt, hæreſeos antidotum, circumferant. Expendit D. Auguſtinus in Cathol. verba illa Chriſti: *Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate, & facite, ſecundum opera vero eorum, nolite facere*. (Matth.23. v.2.) Matth.23. verſ.2. deinde ſic ſcribit. (D.Aug.) *In quibus verbis debet aduerti, quantus honos ſit delatus doctrinæ Moyſis: in cuius cathedrâ etiam mali ſedentes, bona docere cogebantur*. Licet ergo quandoque, requiſitâ ad amuſſim ſanctitate careret ſcriptor: præſumit tamen orbis, ab Schola IESV, non niſi bonam doctrinam, tantóque nomini conſonam, orituram.

Strictius tamen adhuc, IESV ſuo adhæret So- 26.
cietas noſtra, ex modo communicandi ſcientiam hanc deuotam, cæteraque miniſteria ſua exercendi: vt enim IESVS beneficia ſua liberaliſſime erogauit, ſic Societas, non ſolùm miniſterij ſacri, ſacrilegum abhorret pretium, ſed etiam iuſto cedit ſtipendio: inde dignius IESV ſui cognomine gauiſura. Supremam apud Dominum poteſtatem, prærupta ambitiune, & Ioannes olim affectarunt: vtrinque Chriſti lateri conantur adhæreſcere, ne quid eiſdem inſciis, aut inuitis, diuinus Princeps agere putaretur: hoc enixè illorum nomine Mater petit: & cum ipſi Seraphici ſpiritus apud Deum ſtent præ reuerentia, hi conſidere Domino rogabant. Nec temerè crediderim, nonnulla his ſimilia, (licet non ſcribatur) petiiſſe à Chriſto cæteros Apoſtolos, aliquid enim fouebant ambitioſulum, dum quis eorum videretur eſſe maior contendebant. Neque mirum perſiſterent tunc imperfecti: nondum Spiritu ſancto repleti fuerant. Illud interim,

interim, non leuiter dictis obſtrepere videtur,
quod iam iam paſſutus Chriſtus eiſdem dixit: *Vſ-*
Ioan.16. v.24. *que modo non petiſtis quidquam in nomine meo: petite*
& accipietis. Ioan.16. verſ.24. nunquid enim, iam
ſedes & honores non petierant? hoc ne,pro nihi-
Gregor. Magnus. lo meritò venerit reputandum? reſpondet D.Gre-
gor.hom.28.in Euangel. *Nomen filij* IESVS *eſt:*
IESVS *autem Saluator,&c.vnde Apoſtolis adhuc in-*
firmantibus dominus dicit: vſque modo non petiſtis quid-
quam in nomine meo: ac ſi apertè diceretur, non peti-
ſtis in nomine Saluatoris, quia neſciitis quærere æter-
nam ſalutem. Neque collegium IESV, vt par eſt,
petit: dum quid extra æternam ſalutem petere
præſumatur. Ergo fruantur alij cathedrarum red-
ditibus, Scholarum Salariis, Concionum ſtipen-
diis, Miſſarum eleemoſynis: Eccleſiarum mitris,
quibus,pro inſtituto ſuo, frui poſſunt ſanctiſſimè;
at Societas noſtra, titulo ſuo cupiens reſpondere,
nil à prædictis miniſteriis, præterquam ſuam,
proximorúmque ſalutem æternam ſatagit exi-
gere.

27. Quin immo propterea Patriarcha noſter, id
etiam emiſſo voto nobis cuſtodiendum præcepit,
vt ſcilicet iremus,quouis in ſalutem proximorum
iuberet Papa,non ſolum abſque ſalario, ſed etiam,
ſi id præcipiatur, abſque viatico: item ne quas
vel intus,vel foris ambiremus dignitates:quia no-
uerat id apprimè, accepto IESV nomini cõuenire.
Nullus credo illorum eſt, qui Eccleſiæ admini-
ſtrant, cui honores petantur ambitiosè: nullus,
qui annuenti Pontifici non obtemperet, peregrè
in Romanæ fidei bonum, iter aggreſſurus, vtrun-
que tamen votis nuncupatis, & ex obedientiâ
præſtare neceſſariò, neceſſarium eſt ſtemma So-
cietatis, aliàs minus ſolidè tituli tanti honoribus
inſignienda. Sunt egregia in hanc rem,notiſſima
aliunde verba Pauli, ad Philipp. 2. verſ.8. vbi de
Philip.2. v.8. Chriſto. *Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque*
ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod &
Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt
ſuper omne nomen: vt in nomine IESV, *omne genu*
flectatur,&c. Abſit capias, conſummato iam Cru-
cis myſterio, inditum Chriſto dulciſſimum hoc
nomen, quod noſti ab ipſa Circuncisione illi im-
poſitum: ſed ita cape quaſi in primo Incarnationis
inſtanti, ſuſcepto Patris præcepto obedientiæ
(nam præceptum obedientiæ interceſſiſſe ferè
omnes melioris nominis Doctores, hinc augu-
rantur) nomen hoc auguſtiſſimum, illi quidem
longè aptius conueniret. Sic explicandus Bernar-
D.Bern. dus, in ſermone ad illud, *ecce nos*, &c. vbi ita.
Ipſum nomen IESV, *quod eſt ſuper omne nomen, &*
in quo flectitur omne genu: Obedientiæ remuneratio
eſt. Aptè igitur hoc nomen conuenit Societati,
quæ ex obedientiâ, ſalutem proximorum ſedula
operatur.

§. V.

Nomina à Deo impoſita, condigna deinde opera ſibi exigunt.

28. PRoueniunt dicta ex vſu, quem in imponen-
dis nominibus, Dominus obſeruat, neque
enim, niſi operum præſagia, hinc aucupatur, vt
ſub.ſpecioſi vocabuli honore, onus correſpon-
dendi geſtis glorioſiſſimis deliteſcat. Sicut enim
nihil turpius eſt, quam ſpecioſa nomina fœdis
moribus conſpurcare, quaſi illa per antiphraſim
dicerentur: ſic etiam aliunde nihil æquius, quàm
dignitatis nomina, condignis deinde operibus il-
luſtrare. Saluianus lib.3. de Prouid. poſt multa. Salu.
Quo fit, vt etiam nos, qui nos Chriſtianos eſſe dici-
mus, perdamus vim tanti nominis, vitio prauitatis:
omnino enim nihil prodeſt nomen ſanctum habere, ſine
moribus: quia vita, à profeſſione diſcordans, abrogat
illuſtris tituli honorem, per indigniorum actuum vili-
tatem, &c. *vtique hoc ipſo magis, per nomen ſacratiſſi-*
mum, Rei ſumus, quia à ſancto nomine diſcrepamus.
Quod iterum lib.4. aduocatis Scripturæ teſtimo-
niis, ſic exaggerat. *Ideo hoc ipſo Chriſtiani dete-* Idem.
riores ſunt, qui meliores eſſe deberent, non enim pro-
bant, quod confitentur, & impugnant profeſſionem
ſuam, moribus ſuis: magis enim damnabilis eſt mali-
tia,quam titulus bonitatis accuſat: & reatus impij eſt,
pium nomen. Vnde etiam Saluator Apocal. 3. ad te-
pidum Chriſtianum ait: vtinam aut calidus eſſes, aut
frigidus, &c. *omnem Chriſtianum Dominus, fide ac*
ſpiritu, iubet eſſe feruentem: ſic enim ſcriptum eſt
Rom 12.vt ſimus ſpiritu feruentes. Quaſi miſer ille,
à viſceribus Chriſti infauſtè euomendus,inde ma-
xime,id damni ſibi conflaret, quod tanti nominis
correſponſuro feruori renuntiaſſet.

Ad Patriarcham iam ſibi, tot argumentis exhi- 29.
bitis, dilectiſſimum, dixit Deus: *Nec vltra voca-* Gen.17. v.5.
bitur nomen tuum, Abram: ſed appellaberis Abra-
ham: quia Patrem multarum gentium, conſtitui te,
Geneſ.17.verſ.5.ſcio per additionem litterulæ,iam
id ſignificari,quod futurus: illud tamen dubium,
cur illud neceſſario ſignificandum? ſed reſpondet
ibi aptiſſime Oleaſter,ita. *Abraha,Sara, Iacob,&* Oleaſt.
Petro,legitur hoc feciſſe & hoc facere videtur, vt quo-
tieſcũque nominis ſui memores fuerint, toties in gratia-
rum actionem prorumpant: & meminerint mores in
melius de cætero commutare. Pater multorum Abra-
ham deſignatur: beneficium hoc eſt grande, cui
proinde, gratiſſimâ animi ſignificatione, proſe-
quendo,ipſa tituli appellatione impelleretur. Ne-
que id ſatis: mores quippe ſuauiores,& viſcera in
ſuos paterna erat induturus: ne accepto nomini,
nequaquam reſpondiſſe putaretur: quod viro tan-
to putabatur indignum.

Succubuerat iam ponderi Samuel, hinc annis, 30.
inde curis grauatus pariter: quærit ergo labori
tanto coadiutores, vt ipſe leuius habeat; & hi,
ſupremi honoris titulo congauderent. Erat ſupre-
ma illa dignitas, apud Hebræos libera id tempo-
ris, neque hæreditatis iuri cedens, neque ſucceſ-
ſioni ſanguinis addicta: eligendus erat ex omni-
bus, omnibus imperaturus: violaretúrque vtili-
tas illa magna, quæ ab electione communi capi
ſolet, ſi quis priuatus affectus hic obſtreperet.
Age dum ſanctiſſime ſenex circumuolue per im-
menſam remp. oculos ſedulos: deſigna cautus,
prudens Hercules iuniores, qui ſeneſcenti iam
Athlanti, onus releuent! ſed Samuel Propheta,
iuſtus, Deo familiaris, ſpretis in tam numeroſo
populo tot multis, filios ſuos Abiam & Ioël,mu-
neri præficit: quaſi hæreditario iuri, liberam
tunc addixerit poteſtatem: *Factum eſt autem cum* 1.Reg.8. v.1.
ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos Iudices Iſraël. Fuit
autem nomen filij eius primogeniti, Ioël; & nomen ſe-
cundi, Abia. 1.Reg.8. verſ.1.ita ne? neque timeat
Samuel linguas populi detracturas: ingenium
mordax, vel delyranti ætati, vel occæcanti amo-
ri ambitionem electionis, attributurum? certè
non timet; quia nihil tunc æquius fieri poſſe, ni
maleuoli forent, præſumerent neceſſario. *Ioël*
ſignificat *fuit Deus*, at vero *Abia*, eſt *fuit Pater*,
vterque erant ſanguine nobiles, & apud Parentem
optimè

optimè enutriti, credidit prudentissime Samuel, natos pulcherrimis nominibus responsoros, diuinamque æquitatem, atqoe paterna viscera, subditis exhibituros. Ideo D. Gregor. ibi. [D Gregor. Magn.] *Eorum nomina eautè assignantur, vt ex titulo nominis, illa, quæ tunc eis inerat, cognoscatur forma virtutis.* At illi postea per summum nefas, decora nomina gestis turpissimis corruperunt.

31. Adoraturæ Cbristum, diademate carnis nostræ coronatum, ab Angelis piæ Animæ solicitantur, noto illo & festiuissimn præconio: [Cant. 3. v. 11.] *Egredimini & videte filia Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum, Mater sua.* Cantic. 3. vers. 11. vocabantur ni fallor, vt tantum Priocipes Imperij, parisque propemodum cum Angelis dignitatis, nouo Regi iurarent obedientiam. Si igitur, quò sub gloriosioribus titulis conuocarentur, eo adorandi Regis gloria foret sublimior: cur non sub nomine Purpuratorum cœli, triumphatorum inferni, filiorum Dei: sed solummodo sub filiarum Sion titulo, adducuntur? quia hic titulus, non tantum simplex erat conuocatio, sed etiam coactiua quodammodo adiuratio, cui qua nobiles & generosi, nullatenus iusti poterant resistere: quid enim non venirent contemplaturæ Regem adorandum, si Sioo (id est speculæ, vel contemplationis) filiæ appellantur? [Gelibert.] Gellibertus sermon. 21. *Egredimini hinc nostra filia Sion, & videte, vt & vos transeatis in affectum cordis huius, in sponsa gratiam, in diadematis speciem. Nolite nomine casso gloriari; estote, quod esse dicimini, speculationis filia: vsus ipse attestetur nomini.* Et merito: vt enim nihil turpius, sic etiam nihil ridiculum magis casso nomine: pulchrè Tertullianus lib. de Pal. cap. 3. [Tertull.] Chamæleontem irridens. *De mediocribus oppido, sed nomen grande: chamæleontem qui audieris, haud ante gnarus, iam timebis aliquid amplius cum Leone: at cum offenderis apud vineam, ferme sub pampino totum: videbis audaciam & Graciam nominis.* Sola quippè audax Græciæ loquacitatis, & illa irridenda, tantum tantillo nomen inderet animalculo.

32. Miratur nobis, (quidni, si ipse etiam Christus demirator?) fidem illam ingentem Centurinnis [Matth. 8.] Matth. 8. qua sub ipsis initiis, consummatæ penè virtutis trophæa erigebat: sed expendite virum nobilem, sub specioso vocabulo, militiæ iam diuinæ nomen dantem, (prototypum hîc Ignatij contemplor) nec tam Cæsaris, quam IESV imperia capientem: *accessit ad eum centurio, rogans eum, & dicens.* vers. 5. & capietis statim, non potuisse virtutibus tepidius inhiare. Ideo Chrysol. [Chrysol.] ibi sermon. 15. *Vere Centurio, qui stipendia terrena, centenarium cæli mutauit in fructum: & seruitutem militia sacularis, in diuinam sustulit dignitatem.* Neque enim centurio iam cœlestis, condignè aliò, quam centenario fructu contentus esset. Huc apta [Saluian.] veniunt pluscula ex Saluiano citato, lib. 4. vbi ita. *Nomen sine actu, atque officio suo, nihil est: nam sicut ait quidam in scriptis suis: quid est aliud principatus, sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus, sine homine? aut quid est dignitas, in indigno, nisi ornamentum in luto? itaque vt eisdem vobis nos vtamur, quid est aliud, sanctum vocabulum sine merito, nisi ornamentum in luto? sicut etiam per diuinas litteras, sacer sermo testatus est dicens Prouerb. 11. circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra, & fatua. Et in nobis itaque Christianum vocabulum, quasi aureum decus est, quo si indignè vtimur: fit vt sues, cum ornamento esse videamur.* Quid ni, si frustra nobis Christus, Christianorum nomen communicasset, quod Ethnicorum moribus foret conspurcandum.

33. Mirabar aliqoando, cur Adam iustitiâ originali spoliatus, & mortis iam sententiâ, tanquam fulmine durissimo percussus, vxorem suam, tot scilicet dolorum causam, à pari pœnâ punitam: tunc maximè Matrem viuentium, seu Euam appellaret: *Et vocauit Adam, nomen vxoris sua Eua: eo quod mater esset, cunctorum viuentium.* Genes. 3. [Gen 3. v. 20] vers. 20. sed video iam scomma id fuisse: mulierique pulchræ, veruntamen fatuæ, pulcherrimum hunc titulum per amarissimam subsannationem, ironicè impositum, instar supplicij: quasi nihil probrosius, quam tunc vitæ nomine insigniri, quando genitis mortem conciliabat. Non ergo Deus corresponsurum gestis nomen aptauit, sed maritus vindex, antiphrasim, ad pœnam excogitauit. Guillielmus Hamerus ibi. [Hamer.] *Neque illud contemnendum videtur, si putemus Adam ingenti dolore obstupefactum, vxorem suam, Euam, id est, vitam appellasse, per ironiam: solet enim interdum, auctore Plinio, dolor, venustos facere. Sic Adam quoque, innocentiâ iam spoliatus, & morti puluerique traditus, vxorem harum omnium afflictionum auctorem, Euam, id est, vitam amare ioco appellat: cum nihil minus sit, quam vita, sed potius mortis, interitusque mater.* Longè itaque alium se habuit, in hoc loco Adam, atque olim, cum animalibus nomina imposuit: ibi enim dicitur, *Omne quod vocauit, Adam, anima viuentis, ipsum est nomen eius.* Gen. 2. [Gen. 2. v. 19] vers. 19. vbi Lyranus: [Lyran.] *Scilicet secundum veritatem; ex quo patet, quod habuit notitiam, de proprietatibus naturalibus viuentium: quia nomina benè imposita, à proprietatibus rerum imponuntur.* At impræsentiarum, contrarium rei naturæ, nomen irrogat, arrogantis scilicet fœminæ in supplicium: vt quoties se vitam ironicè audiret: toties se mortis causam, vere ingemisceret.

34. Adducitur ad Christum, homo infaustissimus, habitans in cauernis, consepultus iam mortuis, in sepulchro: hinc furore cathenas, lapidibus se ipsum, inde ventus clamoribus disrumpens: scilicet opprimenti dæmoni pœnas luiturus. Tunc sic ad dæmonem Christus: *Quod tibi nomen est? & dicit ei legio mihi nomen est, quia multi sumus.* Marci 5. vers. 9. [Marc. 5. v. 9.] non ignorabat Christus, immundi huius spiritus vocabulum, sed ex illo, coram omnibus, enuntiato, malitiam & fragilitatem nominati, voluit propalandam, qui cum tam multiplex esset, homunculum vnum inuadere, non erubesceret: eo insignitus nomine, quo propriè, sed ad infamiam notabatur. Fauet Chrys. ibi serm. 17. ita scribens. *Nomen interrogat, vt de conditione discutiat, iudicet de reatu, addicat de crimine, Deum se esse data sententia pradmonstrat.* Sumpserant ignaui spiritus, militare vocabulum robustissimum: quos tamen, cum prouincias integras, timeres inuasuros, in obsidendo homunculo, rides occupatos: vt merito Tertullianicos supra adductos, hos reputes chamæleontes.

35. Sacrificanti Zachariæ, annuntiat Gabriel filium, tunc subdit: *Et vocabis nomen eius Ioannem.* [Luc. 1. v. 14.] Luc. 1. vers. 14. ne scilicet iam orbis, Ioannis opera ingentia, gloriosissimaque gesta, non speraret: quem nouisset ab ipso Deo, tam decoro vocabulo insignitum, à quo proinde nomine, tanquam à fonte, & propagine, non nisi gratiarum exercitia prouenirent. D. Paulinus in Poëmate Baptistæ, [D. Paul.] sic ex ore Angeli.

Nec

Nec sanè nato, quæ prima vocabula ponas,
Arbitrij, iurisque tui est: Deus ipse profectò,
Qui nasci iubet, hunc, idem, iubet esse Ioannem;
Nominis hic titulus, meritorum immensa propago,
Quæ nec dum genito, potuit prænoscere solus,
Qui dabit.

Neque enim Deus phantastica vocabula vult imposita, minus iu culpas indignatur, quarum turpitudo, ab specioso & honesto vocabulo, non quærit patrocinium. Delyrabat, vt supra dixi, Marcion, dum IESVM nostrum, non Creatoris Patris, sed incogniti alterius numinis, filium volebat: stolidior adhuc, dum non illi veram, sed phantasticam carnem tribuebat: contendens nihilominus, etiam sic, non immeritò, vocari Christum: in has blasphemias, nusquam acutior, sic iouehitur Tertullianus lib. 3. cap. 15. quem si capias, commendes necesse est: ergo ita Affer. *Qui illum probibuit aliud vocari, aliud prædicantem, aliunde venientem: cum propterea, nec corporis susciperet veritatem, ne Christus Creatoris crederetur? vane autem noluit se videri, quem voluit vocari: quando, etsi verè corporeus fuisset, magis Christus Creatoris non videretur, si non vocaretur: at nunc substantiam respuit, cuius nomen etiam accepit, etiam substantiam probaturus ex nomine. Si enim Christus, vnctus est, vngi vtique, passio corporis est: qui corpus non habuit, vngi omnino non potuit: qui vngi omnino non potuit, Christus vocari nullo modo potuit. Aliud est, si & nominis phantasma affilauit.* Posset quidem venustius, nihil tamen vsquam grauius dici potuit. Itaque hæreticus blasphemans, carnem phantasticam Christu attribuens, impugnatur apertè: qui tamen nuoquam eo dementiæ credebatur venturus, vt nomen Deo phantasticum attribueret: ideo risui magis hioc datur, quàm argumento conuincitur. (Tertull.)

36. Cocto pulmento auidè ingurgitandus, decoxit primogenita Esau: nihil vnquam absurdius fingi poteit: sed adhuc, absurdissimo hoc facto, absurdiora visa, verba quæ subdit: *En morior, quid mihi proderunt primogenita?* Genes. 25. vers. 32. quomodo in paternæ domus abundantiâ, fame filius periret, vbi famuli saturi degebant? non ergo intempestiuo mortis timori, quem prætendit: sed certæ stultitiæ quam fouet, dispendium & vilipendium primogenituræ tantæ tribuendum: suum credo, & fratris nomen adnotauit: ipse Esau, id est, *stultus*, frater Iacob, id est, exercitatus, seu *supplantator*, vocatur: credidit ergo in mediâ stultitiâ prudentissime, fratri exercitaturo virtutes, primogenita sancta deberi: neque, sibi, neque fratri phantastica nomina obtigisse: vt inde nec sibi iniquè eripi: & Iacob meritò tribui dignitatem nosceretur. Fauet Ambrosius lib. de Cain cap. 4. post multa. *Habet illa malitia ætatis stipendium, virtus autem prærogatiuam gloriæ, quæ plerunque iusto iniquus iudici cedit: cuius rei testis est fidelis, diuina Scriptura, quæ docet Esau cognomento stultitiæ virum, cessisse patienter primatus suos, fratri suo Iacob, ita vt diceret, vt quid mihi primatus? sed quos iste posthabuit, hos vir cognomento exercitationis præditus, quæsiuit mereri. Nonne tibi videtur, Esau tanquam in agone victus, & propria mentis infirmitate imparem se existimans, cessisse victori coronam, quem videbat nullis passionis illecebris inflecti: quarum ipse puluerem sustinere non poterat?* (Gen. 25. v. 32.) (D. Amb.)

37. Quid? Saulus ipse exhausto iam veoeno, quod olim, vas iniquitatis despumarat, postquam in vas electionis reformatus, nectares propinauit, cum moribus, nomen pariter putauit commutandũ: & pro Saulo, iam Paulus appellatur: quasi duceret nefas, phantasma nominis circunferre, & vacuo à gestis titulo insigniri. D. Ambros. serm. 27. *Surgens ergo a terra Paulus, exterioribus oculis non videbat hominem, non aerem: sed mentis luminibus, Christum videbat de cœlo. Denique in tantum profuit Domini ista percussio, vt de Iudæo Christianus, de blasphemo Apostolus, de Saulo Paulus existeret, & eo vsque mutauit veterem cum moribus hominem, vt etiam mutaret & nomen.* Quod idem ferè repetit serm. 34. satis ista, vt videas, quam nulli debeat parcere labori Societas, ne phantasticum gerere nomen videatur: quámque aptè tot adhibitis machinis, saluti proximorum curet impendi, vt Saluatoris titulo satisfaciat: cum vel leuissima in hoc negotio incuria, tanti stemmatis gloriam obscuret: fœdiorésque maculas ipse tanti splendor vocabuli reprehendat. Claudant hanc paginam verba sæpe citati Saluiani lib. 4. *Criminosior est eius impudicitia, qui promisérit castitatem: fœdior inebriator sobrietatem fronte prætendens: nihil est Philosopho turpius, vitia obscœna, sectante: quia præter eam deformitatem, quam vitia in se habent, sapientiæ nomen plus notatur. Et nos igitur in omni humano genere Philosophiam Christianam professi sumus: ac per hoc deteriores nos cunctis gentibus credi, atque haberi necesse est, quia sub tam magna professionis nomine viuimus; & positi in religione peccamus.* (Idem.) (Salu.)

§. VI.

Quam tuta sub IESV suo, degat Societas.

AT Societas, quæ (supremo numini laudes adscribantur,) non degeneres animos, accepto sacrarissimo nomini repræsentat: sub eiusdem auspiciis sic militat, vt & Saluatoris vestigiis inhæreat, & io plantandis virtutibus, extirpandisque vitiis: in Romanæ fidei obsequio, hæreseosque expugnatione laboret impensissime: hoc per tot orbes, sub tam diuerso sole positos, verbo, scriptis, sanguine oẽtendit. Indignantur hioc Tartara, furit dæmon, nec solum Reges idololarras, sed sæuius etiam Principes Hæreticos, immo & turbam inter Catholicos corruptam, in infensam sibi Societatem, ab eiusdem incunabulis obarmauit. Nauigat tamen sub his fluctibus, tuta Societas, quasi ab ipsâ procellæ rabie dulcius in destinatum portum adducatur: & dum Cæsarianâ illâ nauiculâ securior, non Iulium, se IESVM vehit: fæliciter semper hostes detriumphat. Nimirum sicut sub IESV sidere, vt supra vidisti, laboribus destinatur: sic ab eodem, dummodo fida perseueret, auspicatò victoriis assuescit: vnum idémque sidus, vt tempestates commouet, coronas admonet: quidni enim, sub salutis stemmate, salus adeatur. 38.

Durissima supplicia, pœnas horribiles, ab elementis, ab hostibus, præuaricanti populo minitabatur Ioël: inde commotus exclamat Israël: 39.
Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. c. 2. v. 17. & additur statim v. 18. *Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo.* Quod parcat, mihi non mirum, immo neque quod tam cito parcat: sic solet diuina Misericordia, ex corde pœnitentibus indulgere: at quod zeletur, & quasi (Ioël 2. v. 17.) (V. 18.)

sua

sua ipsius intersit, sic in auxilium populi feratur, vnde prouenetit? erat oimirum Israël, priuato titulo *populus Dei*, dictus: vnde sub tanti nominis præsidio, semper vberiorem gratiam, si & fortè peccaret, veniam promptiorem sperabat, & inueniebat. Ruffin. Ruffinus secundus ibi. *Vaticinantis continuo fiduciá pollicetur, fuisse populi efficaces preces, & quasi pro zelo stimulatum verum Dominum, defensionem fidelium recepisse: zelatus est, inquit, Dominus terram suam: interesse, inquit, propria dignitatis aspiciens, ne gens, quæ ipsius proprio nomine censebatur, quasi indigna defensoris periret: & desperatione eam prohibuit, & spe iucunditatis impleuit.* Nunquam quasi defensionis indiga peribit Societas, quæ proprio IESV nomine censetur: mutum, & antemurale habet Saluatorem: & clypeus Christianis omnibus communis, priuato quodam titulo, hanc tuebitur.

40. Et quidem homines, éxque perditissimæ turbæ commercio, cuius extirpandis vitiis impensè laboramus: necessario defectulos, & puluerem contrahimus: quid enim à carceribus, à classibus, ab exercitu, inter noxios, Nautas, & milites, quorum curamus animas, non aliquid sordis affricandum sperares, quod cella, quies, & contemplatio solet euitare? Ierem.14. veruntamen, *tu in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos.* Ierem. 14. vnde fieri nequit, vt non sit validior vis tanti nominis & numinis nosit validior vis tanti nominis & numinis nobis saluandis, quam defectus contracti obiter, inquinandis. Pluit sulphureos ignes cœlum, contra sacrilegam pietatem, impietatem germanam illorum, qui cum Core, Datan, & Abiron, absque legitimi infulis Sacerdotij, dare thura Deo, præsumpserunt: dehiscit terra, miseros absorptura, viuos adhuc in inferno sepeliendos. Tunc aurea thuribula, quæ proiecta remanserant, iussu Dei, in laminas adornando altari, adaptat Moyses. Num. 16. Numer. cap. 16. At nónne omnia illa, quæ pollutus attigerit, deinceps iam polluta, diuinóque ministerio, profana & ineptissima habentur? ita planè, ideo Agg.2.v.15 Aggæus de peccatoribus: *Omne opus manuum eorum, & omnia quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt.* cap.2.vers.15.cur ergo thuribula, impio sacrilegi Sacerdotij tactu non polluuntur? pende quæ Deus addat, de his thuribulis: *Sanctificata enim sunt, in mortibus peccatorum.* Num 16. v.38. vers.38.alij legunt, *vasa illa sancta sunt, quia nomen meum illic inuocatum.* De quo fuse, sed optime optatus Mileuitanus lib.6. Opt. Mil. aduersus Parmen. ita ad rem meam. *Dicitis lectum esse: quod tetigerit pollutus, pollutum est: fac aliquem pollutum esse, vt possint ab eo tacta, videri polluta: esto solus tactus sit, & non interueniat inuocatio nominis Dei, quæ tetigerit pollutus, polluta sunt: inquinari possunt, si de Deo taceatur. Nam si sit inuocatio nominis Dei, ipsa inuocatio sanctificat, id quod pollutum esse videbatur. Denique enim ducenta & quinquaginta thuribula, quæ sacrilegorum, & peccatorum manibus portabantur, cum eosdem peccatores absorberet terra, remanserunt de manibus eorum excussa thuribula: & dum dubitaret Aaron sanctus Sacerdos, quidnam de his faceret, audiuit vocem Dei dicentis: tolle, &c. vasa illa sancta sunt, quia nomen meum illic inuocatum est, & vtique plus est portare, quam tangere. Ergo iam liquido apparet, ex inuocatione nominis Dei, posse aliquid sanctificari, etiam si peccator inuocet Deum: non enim tantam vim potest habere tactus, quantam habet diuini nominis inuocatio:* An igitur peccatricis turbæ commercia, quam in diuinum obsequium tractamus, nobis potentiora fuerint inquinandis, quàm sanctificandis, eiusdem sancti nominis inuocatio?

Blanda allicit, immo rapit affectus, suauitas illa, qua in Psalm. 90. per versiculos 41. Psal. 90. tredecim, iustorum prærogatiuæ, indulgendæque virtutibus gratiæ decantantur: assignantur ita iusto cuiuis, Angelorum excubiæ, hinc & illinc hostiles impetus non auertentium solum, sed euertentium: illo interim, tantummodo incernendis pugnis, & accipiendis spoliis occupato. Maius est, ipsas Angelicas manus, quæ in oppugnati custodiam decertarant, in victoris iam currum laureatum cernere transformatas, ne vel leuissimus scrupus, triumphatoris gressibus obstreperet. Nec id satis, quippe si quando pedestri pompâ incedendum, via aspidibus & basiliscis sternitur, non scilicet vt venenati morsu noceant, sed vt variegati picturâ placeant, pariterque calcati cum leonibus & draconibus; qui certis spatiis dispositi, releuantur, gloriam accumulent: dum singuli triumphatoris gressus, nouas formant victorias tot monstris, tot venenis identidem conculcatis. Ecquis post tot numerata præmia, non egregia aliqua obsequia crederet referenda, quorum respectu, illa tribuerentur? at certè nullum legitur, nisi illud quod habes, vers. 14. *Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.* Tanti ne sit cognitio ista, apud Deum? sed esto: at, nónne pluris fuerit, si numinis ipsius fuerit, quàm si nominis? respondet optimè Bernardus D.Bern. sermon. 15. in hunc Psalm. ex ore Dei. *Protegam eum, & conseruabo, si tamen cognoscat nomen meum: ne sibi tribuat, quod liberatus est, sed nomini meo det gloriam: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum: in præsentia enim vultus, glorificatio, in notitiâ nominis protectio exhibetur: spes in nomine, res in facie.* Cur igitur securitatis spem, Societas piissimè non concipiat, quæ dum vultus præsentiam suspirat, sub nominis protectione requiescit? quidni piissimè impellatur in triumphatricis Societatis fauorem Christus Dominus, quam videt non tam sibi, quam sacro IESV nomini, gloriam assignare?

Annuntiat Gabriel Mariæ, vultu modestè 42. hilaris, luce immensum coruscus, Verbum Incarnandum: dúmque virgo turbatur, conceptus, si fortè cum virginitatis dispendio, sollicita: iam prius ab ipsa tantæ salutationis nouitate percussa: Angelus vt virginem tutam redderet, vix dum filio nunciato, subdit: *vocabis nomen eius* IESVM. Luc.1. Luc.1.v.31. vers.31. quasi tacitè in hoc solo nomine omnem securitatem, Spiritus sancti ministerio afferendam, iam promitteret. Chrysolog. D.P.Chrys. sermon. 144. *Quod Hebraicè* IESVS, *Græce σωτὴρ, hoc dicitur Latinè Saluator: merito igitur virgini salua sunt omnia, quæ omnium genuit Saluatorem.* Non poterat IESVS sic intimus virgini, non omnem securitatem importare, quâ non sola virginitas, sed & cætera omnia, sarta tecta forent:

forent: Confidat vero Societas, ab intimo ſibi IESV, debita proportione, ſecuritatem ſibi deriuandam: nec enim temetario, ſed piiſſimo quodam indultu, poterit ſibi contra æmulorum proteruiam accommodare, illa quæ ſuo iure de Eccleſiâ dixit D.Paulinus epiſtol. 9. diuina beneficia commmemorans. *Dedit nobis poteſtatem, ſuper omnem virtutem inimici, impunè calcandi, per eandem gratiam, qua dedit poteſtatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius, quod eſt ſuper omne nomen.* Non enim ſolum cum cæteris credimus in nomine eius, ſed vndique huic nomini credimur, cui omnem ſpei noſtræ fiduciam credidimus.

D. Paul.

43. Perennabit ergo ſub his auſpiciis Societas, nec à priſco feruore deficiet: IESV quippe ſui, quantum patitur mortalis conditio æmulatrix, temporis morſus non timeat, neceſſe eſt. Pondero io hanc rem, priuilegium ſatis notum, iámque ab aliis diſcuſſum in hac materiâ, nouis tamen additamentis illuſtrandum. Complacet ſibi Deus in Abrahamo, in quem quotidie noua congerit beneficia, quibus deinde apicem hunc apponit. *Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham, quia Patrem multarum gentium, conſtitui te.* Geneſ.27.verſ.5. quod Deus in apponendis nominibus conetur, vt res ſignificatui reſpondeat, ſatis ex dictis patet: nil ergo mirum, ſi talis iam vocetur Abraham, qualis deinde futurus. Illud ergo in hac re dubium, cur firmandis promiſſionibus ſuis de Verbo Incarnando, neceſſarium putet Deus, non ſolum veritatem promittentis interponere, ſed etiam mutati nominis teſtimonium adhibere? magiſque adhuc dubium, quidnam miri habeat additio vnius litteræ facta nomini Abrahamico, vt inde tantum priuilegium, ratum coniectetur? reſpondéntque omnes cum Alcuino ibi quæſt. 172. *Dicunt Hebræi, quod Deus ex nomine ſuo, quod apud alios tetragrammaton eſt,* ה, *litteram, Abrahæ addiderit.* Quod idem probarat prius D. Hieronym. lib. de quæſt. Hebr. nil ergo mirum inquiunt, ſi in tantum euenerit homo, cui immortalis nominis littera addebatur: vnde & planum, ſi fœliciſſima iam degat Societas, cui tantum nomen diuinum, & illud cæteris Dei priſcis nominibus longè præſtantius, totum communicatur. Huc vſque omnes, quos viderim. Sed age dum: ecquod nam nomen hoc Dei, cuius vna litterula, tantum præſtitit Abrahamo? putatur vulgo יהוה fuiſſe *Iouah* cui opinioni, licet quandoque adhæream, minus tamen probabilem, cum Bellarmino citando ſemper habui: ergo Bellarminus in Inſtit. Grammat. explicans Pſalm. 34. verſ.1. poſt multa, ſic concludit. *Non diſplicet eorum coniectura, qui hoc nomen nihil aliud eſſe credunt, quam tertiam perſonam futuri, verbi ſubſtantiui, & hunc in modum ſcribi, & proferri debere* יהוה *quod ſignificat*, erit, *ſiue*, erat: *quod propriè Deo ſoli conuenire, docemur Exodi tertio.* Eſt itaque hoc, nomen illud ineffabile, quod verſ. 14. habetur: *Ego ſum, qui ſum.* Licet ibi, *iod* mutetur in *aleph.* Quid autem hoc nomine ſignificetur, aperit benè Tertullianaſter lib. de Trinitat. cap. 4. vbi ita. *Deus ſemper ſit, neceſſe eſt: vt ſemper ſit Deus, ſeruans ſe ſe virtutibus ſuis: & ideo dicit, ego ſum, qui ſum. Quod enim eſt, ideo hoc habet nomen, quoniam eandem ſemper ſui obtinet qualitatem.* Iam ergo patet, cur Abraham Pater fidei, & in filiis fidelibus ſemper duraturus, per litterulam, nominis immutabilitatem ſignificantis, priuilegij ſui ſumat ſtabilitatem. Nec immerito ego, perennem inſtituti ſui, Societati noſtræ auguror obſeruantiam, quæ nomen immutabilem ſalutem ſignificans, non ex parte, ſed ex toto participauit, virtutibus à Deo communicatis ſe tuitura.

Geneſ. 7. v. 5.

Alcuin.

D. Hieron.

Bellarm.

Exod. 3. v. 14.

Tertullian.

44. Apparato iam palatio, & cæteris in famulatum conſtitutis creaturis: iam de creando Principe, addit ſacer textus: *Formauit igitur Deus hominem, de limo terræ: & inſpirauit in faciem eius, ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem.* Geneſ. 2. verſ. 7. expende verba, neque enim facilia omnino, intellectu. Homo quidem, qua talis, per animam viuentem, & rationalem conſtituitur: nam à corpore cum beſtiis communi, licet compoſitus, non tamen appellatus. Cur igitur dum limus terræ voluitur, dum fingitur in corpus: non tam corpus, quam homo formari aſſeueratur? reſpondet acute Tertullianus, lib. de Reſur. Carn. cap. 5. *Iam homo, qui adhuc limus, &c. hoc eſt commendandi eum, vt quidquid omnino homini, à Deo proſpectum, atque promiſſum eſt: non ſoli animæ, verum & carni ſcias debitum: vt ſi non ex conſortio generis, certè vel ex priuilegio nominis.* Sic non ſolum anima, ſed etiam pro modulo ſuo, in reſurrectione caro glorificanda, quia licet non habeat ſpiritualis originis conſortium, tamen habet humani nominis priuilegium. Aliter quidem Chriſtus, & aliter Societas perennauerit: participabit tamen hæc, ab illo non parum, de communi tanti nominis priuilegio.

Gen. 2. v. 7.

Tertull.

45. Nihil auidius quærebant Babylones, quam perdere Hebræos illos viros, quos à Rege multi fieri intelligebant, cum igitur occaſione ſtatuæ non adoratæ, *Sidrach, Miſach, & Abdenago* accuſarent, Dan. 3. verſ. 12. dubitant nec immerito Interpretes, cur Danielem cæterorum Principem, ob cuiuſque dignitatem, ſæuioribus inuidiæ ſtimulis cruciabantur, pariter non deferrent, qui tamen, abſque dubio ſtatuam non coluerat? ergo diuina prouidentiâ factum volunt, ne inuidis, accuſandi Danielis, mens incideret, ſi ille tunc aderat: vel quod probabilius puto, eâdem prouidentiâ diſpoſitum, vt abeſſet. Sed quid, inquis, obſtabat, ne Daniel accuſetur, cum ſociis in fornacem iniiciendus? reſpondet D. Chryſoſtom. hom. de tribus Pueris, tom. 6. *Fertur etiam Danielem, propterea non permiſſum à Deo, huic martyrio adiungi; quia cum ſomnium Regis expoſuiſſet, & ab ipſo ſummis honoribus affectus, Baltaſarque appellatus eſſet, Dei ſcilicet cuiuſdam nomine qui apud Perſas colebatur: prouidit Deus, ne Daniel fornacem ingrederetur; crederent quippe barbari, ab impoſito ſibi Baltaſaris nomine, ignes repreſſos fuiſſe.* Si tantum potentiæ Ethnici, falſi numinis nomini tribuebant, vt non Danieli tantum, ſed & ſociis ob illum, ab ipſis flammis triumphum crederent reportandum: dubitabit iam aliquis Catholicorum, IESV ſuo illæſam Societatem cuſtodiendam?

Daniel 3. v. 12.

Chryſoſt.

46. Poſſemus etiam dicere, quod quemadmodum, vt piæ Dei inuocationi, triumphati ignis ſynceritas miraculi tribueretur, noluit Deus Baltaſaris nomen ibi intercedere, cui falſo miraculum Ethnici attribuerent, ideo quippe addit citatus Chryſoſtomus: *Vt ſyncerum eſſet miraculum pietatis.* Id eſt, vt in tuto eſſet diuinæ pietatis gloria neque ficto nominis numini, deferretur. Sic præuiſis Societatis egregiis facinoribus, quæ ab eiuſdem

D. Chryſ.

Dei

Dei dono fluxura erant: præuisáque facilitate, & fælicitate, qua aduersos sibi hostes, erat debellatura voluisse Deum, IESV nominis stemmate, illam insignire, ne forte potius nobis, quàm nomini suo glotiam daremus. Ni magis contendas ideo nobis inditum tantum nomen, vt facilius homines crederent verbis nostris, suauiusque à Societatis ministeriis salutem exequendam sperarent, quam tutam sub Salnatoris nomine, videbant nuntiari. Expendit Proclus in Concil. Ephesino, Luc.1.v.26. Procl. cur vnus *Angelus Gabriel a Deo*, Luc.1.vers.26. annuntiandæ Verbi Incarnationi mitteretur, tot aliis prætermissis? tunc sic respondet. *Ipsa quoque Archangeli, virginem salutantis appellatio, obseruanda hic venit: ille namque qui latum illud nuntium Mariæ detulit, Gabrielis nomen sortiebatur: ecquid quæso, Gabriel interpretatum sonat, audi & disce: idem vtique sonat, quod Deus & homo. Quia ergo ille, quem annuntiabat, Deus erat, & homo: quò dispensationis mysterium, facilius persuadeat, rei miraculum, nominis notione anticipat.* Benè ergo vt Societas à calumniis tuta, nunciet Saluatorem, prodigia Deo auspice exercenda, præmisso IESV numine anticipat: facilius sic persuasura, obices negotio tantu obiecto, sub sacrosancti nominis numine, amouendos.

47. Quam multa orbi conferret beneficia Christus Dominus, quamqoe omnia sua priuilegia, liberalissime hominibus communicaret, expendens D. D. Paul. Paulinus epistol.4. tandem sic concludit. *Sicut ipse de se ait, ego sum lux mundi: ita & ad nos dixit, vos* Idem. *estis lux mundi* Et post pauca de Christo Petrà, addit. *Etiam discipulo suo, huius vocabuli gratiam non negauit, cui dixit super hanc petrā, &c. sed quid miramur eum famulis suis indulsisse sua nomina, quibus & Patrem suum participat, & regnum.* Nos ergo quibus tantæ indulgentiæ pars non mediocris obuenit, sub nomine IESV tutius procedentes, indidem summisso animo, fæliciora quæuis speremus, dummodo ab illo cūcta auspicabimur, nobisque verba D Amb. illa D. Ambros. serm.43. dicta capiamus, quæ sic habent. *Debemus ergo ingentes gratias Christo agere, & nunc dies opus, in signo facere Saluatoris. Nonne, cum adhuc gentilis esses, solebas signa perquirere; quæ signa, quibus rebus essent prospera, magnâ inquisitione colligere? iam nole erres in numero: scito quia in vno signo Christi, omnium rerum est tuta prosperitas. Qui in hoc signo seminare cœperit, vitæ fructum consequetur æternæ. Qui in hoc signo iter facere aggreditur, ad cœlum vsque perueniet. in hoc igitur nomine, omnes actus nostri dirigendi sunt, & ad ipsum totius vitæ nostræ commeatio referenda.*

§. VII.

Societas instar IESV *sui, omnibus omnia fieri allaborat.*

48. Tertull. TErtullianus supra sæpe citatus, lib.3. cap.10. sic prædictam Marcionis blasphemiam confutat. *Velim edas & ipse consilium Dei tui, quo Christum suum, non in veritate carnis exhibuit. Si aspernatus est illam, vt terrenam, & vt dicitis stercoribus infersam: cur non & simulacbrum eius, proinde despexit? nullius enim dedignanda rei imago, dignanda est: sequitur statum similitudo.* Sunt quidem ista verissima, nisi similitudo rei indignæ, de amoris commendetur dignatione: inque rei dilectæ remediū adeatur: tunc enim non tam turpitudinē conciliat, quàm auget dignitatem. Hinc est vt Christus Dominus, totius peccati expers necessario, circumcisus peccati characterem non exhorreat, vt & circumcisis Israëli fieret familiarior, & peccatores deinceps suauius, in similitudine carnis peccati, expiscaretur. Merito igitur tunc vocatur IESVS, quia nihil saluandis peccatoribus efficacius, quam se illis, demptâ culpâ, in habitu & communi rerum tenore accommodare. Patebit iam, quàm non absonè Societas nostra, glorioso IESV titulo condecoretur: quandoquidem ea est, qoæ non solum communem habitum gesser: sed & nunc quotidie, pro saluandis variis regionibus, ad incolarum tenorem soleat commutare. Europa, quà meliori sui parte, Catholica est, clericali nos habitu gaudet insignitos: quà, hæresi laborat, nunc mercatorum pallio, nunc militum baltheo, tandem nautarum amictu demiratur conspicuos. Græcia, Armenia, sub Turcarū pileo, aduenis conniuet: & saraballis Brachmanum indutus, India intuetur. Bonsorum suorum flabellis, Iaponia nos stuper prædicantes: Magistratuumque suorum togis, Scholarumque insignibus excultos, nouos nos Sina suspicit Mandarines. Tandem incognita tandiu Prouincia Tibet, Lamarum suorum mitris, nos insignit. Sic qoò gentes omnes promoueat ad salutem, gentium omnium habitum Societas non abhorret: IESV suo scilicet conformis, qui nomine, in summâ innocentiâ, accepto, peccatorum etiam habitum accepit. quam vero hoc decuerit, iam illustro.

Tabernaculis ædificandis, filij Prophetarum laborabant: cum ecce illorum cuidam, securis ferrum, in fluuium delabitur: accurrit ploranti Elisæus, præcognitóque loco vbi ceciderat, lignum iniicit, & ferrum leuiori iam genio innatans restituitur: *Præcidit ergo lignum, & misit illud, natauitque ferrum* 4.Reg.6.vers.6. mille Sacramenta continet Historia, quæ alibi fusè à Patribus dedi explicata. Hic tantum expendo, cur extrahendo ferro, lignum potius, quam quoduis aliud eligatur instrumentum: putóque similitudinem vtcunque aliquam, inter saluandum ferrum, ipsúmque lignum saluans, conquæsitam: Lyran. ibi. *Præcidit lignum, id est, fecit aliud manubrium, quia primum erat fractum.* Proportio quidem est mutua, & veluti sympathia, inter securis ferrum, & manobrium: mutuo se comunt, iuuant, & adaptant: ideo expiscando ferro securis, non vtcunque lignum, sed & dolatum & in modum manubrij conformatum iniicitur: quasi sic conformato, connectendum ferrum libentius, velut consono ingenio adnataret. Sic ergo Euangelicus minister, virtutem quam pectore gerit austeram, vitam, quam occultè Christo conformat crucifixam: defotis cum habitu, tum viuendi tenore, quantum religio patitur, tractandis peccatoribus conformat: vt istorum durities, virtuti sibi attemperatæ, fæliciter expiscanda adnatauerit. 49. 9.Reg.6. v.6. Lyran.

Seducturus Euam dæmon, serpentem induit Genes.3.vers.1. & tamen nemo non viderit, longè suauius, ne fæmella terreretur, placitæ columbæ habitu potuisse delitescere: longéque facilius auiculæ gemitu, quam reptilis sibilo, illam potuisse allicere. Cur ergo columbæ laruam non assumpsit? respondet Hugo Victorinus, ibi apud Godefr. *Forcasse si permissus fuisset, in forma columbæ venire maluisset: sed hoc vas, sibi Spiritus sanctus reseruauit.* Adhuc tamen noua insurgit dubitatio. Quid enim, si à dæmone occuparetur illa forma, nónne postea à Spiritus sanctitate mundaretur? 50. Gen.3.v.1. Hug Vict.

eſto, mundaretur : ſed tamen, quia ſpiritus S. Ec-
cleſiæ infundendus, & eius capiti Chriſto inſeſ-
ſurus : volebat ſe hab.tui cuidam domeſtico, ho-
minibus familiari accommudare, vt naturam ti-
more perterritam, amore traheret; prohibuit ne
columbæ ſpecies, dæmoni inſeruiret : ne inde
minus placida, & familiaris homini reddita, ho-
Idem. minem fugaret. Idem Hugo ibidem. *Quia pro-
fectò dignum non erat; formam homini odioſam face-
ret, in qua poſtmodum idem ſpiritus S. apparere de-
buiſſet.* Sic dolent amatores Proci, ſi à corriuali-
bus, præoccupatos cernant, & habitus & colo-
res, quibus amoribus ſuis blandiri ſperabant : ſic
ſolent colores euitare, & habitus, quos minus
familiares deliciis ſuis agnouerint. Sic diuinus
ſpiritus per omnia, hominibus ſe domeſticum &
familiarem, voluit exhibere.

51. Quid? nouerat idem Spiritus S. Apoſtolos
Chriſti Domini, & Diſcipulos, magiſtro ſuo te-
nerrimè adhæſiſſe : diuini Verbi inſtitutos doctri-
nâ, ipſi Verbo, ſecundæ nimirum perſonæ, me-
dullitus adglutinari : ergo in illos deſcenſurus,
vt eoſdem ſibi etiam deuinciret, habitum eligit,
vnde ſimilis Verbo appareret: vt ita familiari, do-
meſticóque amantibus hominibus tenore, eos ex-
piſcaretur. Quanta enim proportio, inter lin-
guam & verbum, quanta coniunctio? deſcendit
itaque in ſpecie linguarum, vt ſe eiuſdem natu-
Act.2.v.3. ræ probet eſſe, cum Verbo : *& apparuerunt illis
diſpertitæ linguæ, tanquam ignis.* Actor. 2. verſ. 3.
D Anton. de Pad. de quo D. Antonius de Padua ſermon. 1. Pente-
coſt. *Linguas oſtendit, quia pro Verbo venit. Cogna-
tionem habet lingua cum verbo, vt ab inuicem non
poſſint ſeparari. Sic verbum Patris, id eſt filius,
& Spiritus ſanctus inſeparabiles ſunt, ideo & vnius
naturæ.* Aſſuetis ergo verbo æterno pectoribus,
in linguas conformatur ſpiritus, vt familiari,
& amico habitu inſinuetur. Sic & qui pecca-
tores captat, debet ſe, quantum patitur religio,
externâ fronte cunctis accommodare. Hinc il-
lud encomium, quod Patri ſuo canit D. Gre-
Gregor. Nazianz. gor. Nazianzen orat. de eius funere. *Viſu ma-
ximè ſublimis, & animo per quàm humilis erat :
cuiuſque ad virtutem, nemo aſpirare poterat, ad
eiuſdem congreſſum, quiuis perfacilem aditum ha-
bebat : quique ab aliis, veſtitus ratione non differe-
bat, à faſtu ſcilicet & ſordibus æquè abhorrens, idem
interno ſplendore multos antecellebat.* Sic magnus
iſte Epiſcopus omnibus omnia, vt omnes lucri-
faceret, factus erat.

52. Maius eſt tamen, quod quando opus fuit, ipſe-
met Deus expiſcandis hominibus, illorumque aſ-
fectibus aucupandis, ſub habitu ſerpentis, (qua-
ſi per ſtratagema, ſimulans inferni hoſtis ſtem-
ma) delituerit. Percelluntur in deſerto Hebræi,
atque ſerpentum morſibus laniantur; ſuſpiratur
remedium & ſerpens æneus erigi iubetur, cuius
Num.21. v.8. aſpectu ſalus compararetur : *Fac ſerpentem æneum,
& pone eum pro ſigno : qui percuſſus aſpexerit eum,
viuet.* Numer. 21. verſ. 8. vt iam Crucifixi ty-
pus, remedium illis foret, & ſaluti, vt omnes
Ioan 3. v.14. ferè Patres ad Ioan. 3. verſ. 14. atteſtantur. Sed
cur ſub habitu ſerpentis, innocens noſter Agnus,
& pullus columbinus diſſimuletur? pulchrè
Chryſol. Chryſolog. ſermon. 55. *Iudæus, in ſerpente, vi-
debat Chriſtum : quia impius oculus, Deum vi-
dere non poteſt, non poteſt videre pietatem.* Ac-
commodauit nimirum, per ſummam pietatem,
ſe Iudæis : vt qui tanquam ſerpentina vipera-
rum genimina, quod Baptiſta dixit, ſerpenti-
nis ingeniis aſſueſcebant : ſaltem ſub familia-
ri habitu ſerpentis, Chriſto Domino frui ſu-
ſtinerent.

Propterea igitur, & poſtea circumciditur, at- 53.
que peccati habitum non abhorret, vt populus,
circumciſis tantum hominibus aſſuetus, circum-
ciſum Saluatorem non euitaret : ſic enim alle-
ctus, neque auſterioris virtutis habitu perter-
ritus, accederet Saluatori fæliciter capiendus.
Prudenter proinde Seneca epiſtol. 5. in hanc Senec.
rem. *Satis ipſum nomen Philoſophiæ, etiam ſi mo-
deſtè tractetur, inuidioſum eſt : quid, ſi nos homi-
num conſuetudini cœperimus excerpere? intus om-
nia diſſimilia ſint, frons noſtra populo conueniat.
Non ſplendeat toga, ne ſordeat quidem. Non ha-
beamus argentum, in quod ſolidi auri cælatura de-
ſcenderit, ſed non putemus frugalitatis indicium,
auro argentóque caruiſſe. Id agamus, vt meliorem
vitam ſequamur, quam vulgus, non vt contrariam:
alioqui, quos emendare volumus, fugamus, & à no-
bis auertimus : illud quoque efficimus, vt nihil
imitari velint noſtri, dum timent, ne imitanda ſint
omnia.* Quid, ordinario, Chriſti Domini vi-
uendi tenori, expreſſius : quid Apoſtolorum vſui,
ſe omnibus accommodantium, accommodatius
vſquam ſcribi potuit? certè inde magis cæteris ho-
minibus præcellebant Apoſtoli, quia Chriſti phi-
loſophiam, id eſt, Crucis auſteritatem, mundo
odioſam ſatis, communi habitu nouerant tempe-
rare : nec aditum haberent perfacilem, niſi habi-
tum haberent familiarem : aduocantem potius fa-
miliares ſibi turbas, quàm auocantem.

Sacerdotalis veſtis interior, linea erat, & can- 54.
dida, nullaque varietate, vnicolor : at vero ex-
terior, ex auro, purpura, hyacintho, cocco, pul-
chra variegatione intexebatur : Exodi 28. obſer- Exod.28.
uabatur tamen in illarum vſu, hoc diſcrimen: quod
nunquam ſumus Sacerdos ingredi poſſet ſanctua-
rium, quin vnicolori illâ candidâ indueretur : Le-
uit. 16. verſ. 4. tamen extra, eleganti illâ aliâ verſi- Leuit.16.
coloris varietatis, inſignis apparebat. Quo quid v.4.
ſibi vellet, aptiſſimè ad rem noſtram explicat
Philo Iud. lib. de Temul. his verbis. *Debes, quoties* Phil.Iud.
*ab humanis ſtudiis ſecedens, eum qui eſt ſolum, adorat,
vnicolorem veritatis ſtolam induere, quam nihil mor-
tale attigit, eſt enim linea, quæ materia non naſcitur
è mortalibus.* Optime. induatur vnicolori ſtola,
qui eſſentiam Dei ſimpliciſſimam adorat. Cur ta-
men Deus, qui, quidquid eſt hypocriſis, auer-
ſatur : cum interiorem tunicam exigat ſyncerif-
ſimam, in illáque ſibi maximè complaceat : aliun-
de verſicolorem aliam, præcipit ſuperinducen-
dam? reſpondet ſubiungens Philo. *Rurſus quo-* Idem.
*ties tranſit ad curam Reip. depoſitâ interiori, alteram
pictam, & aſpectu mirandam debet ſumere : cum enim
magna ſit in vitâ varietas, opus eſt variâ ſapientiâ
clauum tenentis gubernatoris.* Sic in exterioribus,
omnibus fit omnia, & ſanctâ quadam rapacitate,
adiacentium colores rerum attrahit, cœleſtis cha-
mæleon.

Hinc eſt, vt de prædictâ tunicâ iſtâ variâ, 55.
ſic ſcribat Salomon : *in veſte enim Po.d.s, quam* Sap 18.v.24
habebat, totus erat orbis terrarum. Sapient. 18.
verſ. 24. vt orbem totum ſibi attraheret, qui or-
bi toti ſimilis apparebat. Vatablus legit : *ſiqui-* Vatabl.
*dem omnigenus ornatus, tunica, quâ induebatur, in-
erat.* Benè enim omnigenè ornatur, qui genus
omne hominum ſaluandum aucupatur : hæc eſt
enim ambitio prudenter glorioſa. D. Thomas, ad 1.Cor 9.
illud Pauli, *omnibus omnia factus ſum.* 1. Cor. 9. v. 22. v.22

huc

D.Thom. hinc alludens, sic scribit. *In vestimento Podêris Aaron, totus terrarum orbis erat descriptus: & Elisaus contraxit se ad modum pueri, & sic suscitauit eum. Et quia secundum Homerum, omnis alteritas discors, similitudo vero appetenda est: ideo viri spirituales, saluâ vita & religionis suæ obseruantiâ, omnibus se debent conformare.* Est equidem conformatio ista gloriosissima, dum gloriam innocentiæ candidæ intus seruans, varietate deforis irradiat: vt illinc sibi tutior, hinc proximis vtilior procedat.

56. Collineant in hunc scopum, Dauidis verba, Ecclesiæ, Ministrorumque eius, excellentiam commendantis. *Omnis gloria eius filia regis ab intus,*
Ps.44.v.15. *in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.* Psal.44. vers.15. ac si dicat: tota gloria intus latet, quia sola illa solida: licet deforis gloriosa etiam cernatur apparere, & aureis fimbriis, & vestium pulcherrimâ varietate: est hoc illud quod dixerat
Ibid.v.10. vers.10. *Adstitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circundata varietate.* Sed quorsum, inquis, deforis tot diuersarũ vestium varietates, seu tanta eiusdem habitus variatio? Vt omnibus omnia facta, omnes attrahat: ideo subditur: *Adducentur* (Idem.)
Regi virgines post eam, proxima eius afferentur tibi: Non enim adducendæ istæ, nisi Ecclesia variis variata, tot variantia ingenia, dum se transformat toties, sibi conformaret. Talem se exhibuerat, in attrahendis peccatoribus, D.Chrysostomus: de quo eleganter Theodoretus apud Phot. cod. 273. quasi huc alluderet, sic scribit. *Multa ac varia Patri renata in singulos, pro singulis, mutationes. Rapitur quis in iudicium? aduolat eò & patronus Pater. Fames vexat? iam ex patrono, in nutritorem transformatur. Ægrotat aliquis? subito mutatur in medicum Dolore aliquis concidit? ecce Nosocomij curator, solatium adhibet. Si hospites excipiendi, omnia factus, benignum se exhibet.* Neque enim aliter, Christo eos lucraretur, nisi quo ad posset, varium se erga varios exhiberet: & sagacis cuiusdam instar Polypi, colores capiendorum imitaretur.

57. Apostolos instituturus Christus Dominus, *sint*, inquit, *lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in*
Luc. 12. v.35. *manibus vestris.* Luc.12. vers.35. sed cur, dicat aliquis, nec seruis expectantibus habitus assignatur: nec calceorum ratio habetur in iis, qui erant aduenienti Domino occursuri? præcipitur accingenda ad lumbos vestis, & cur ipsius vestis genus non exprimitur? quia Apostolicis viris, satis est si accincti degant, & expediti, diuinis imperiis obeundis: & maximè ad lumbos accincti, quò repressos carnales omnes affectus teneant: at vestiendi & calceandi tenorem, pro temporis differentiâ, nouerint variandum: nil illis præscribitur certum, quibus incerta & varia hominum ingenia pertractanda. Succincta intus virtus, deforis prudenter nunc isto, nunc illo vsura vestis genere, vt pietatis & doctrinæ suæ gremio cunctos foueat.
D.Petrus Chrysol. Fauet ibi D.Petrus Chrysol. serm.24. *Nouus ordo vigiliarum, nouus habitus imperatur: nil de vestitu, nil de calceamentis, nil de ipsius occursus apparatu, serui vigiles admonentur. Sed tota in præcingendis lumbis mandatur cura, tota in constringendis lumbis, statuitur vis præcepti.* Quasi hæc sit nouitas vestium, in Christi familiâ, commendabilis; nil scilicet certi habere in exteriori: Sed in omnibus, & per omnia prudenter & sanctè se se saluandis hominibus attemperare. Virtus vndè, constituendo ministro Euangelico præcipitur, quæ dum intus præcingitur, seu crucifigitur, foris, si res postulet, in fimbriis & laxamentis siouetur.

Conciliabis ex dictis, non tam discrepantia 58.
Euangelistarum verba, quam tenorem scribendi discrepantem: describendique Baptistam, stylum varium. Matthæus cap.3. vers.4. totus est, in vestis Matth. 33. v.14.
asperitate, duritie cinguli, & cibi austeritate enarranda: cui adhæret Marc.1. vers.6. at Lucas nihil Marc. 1. v.6.
minus, tantummodo pro prædicationis eius ponit Luc.3.v.2.
præludio: *Factum est verbum Domini super Ioannem.* Cap.3. vers.2. sed cur ita? quia priores descripsere Ioannem ex habitu, quo prudentissimè ex temporis conditione, afflatusque diuinitus vtebatur. Lucas vero Baptistam ex zelo prædicatoris commendabilem, Euangelicorum typum ministrorum nobis voluit proponendum: his autem satis fuerit, interna virtus, verbi vis, quibus Doctoris munus declaratur. Fauet Ambrosius ibi lib.2. cap.3. qui licet Ioannem typum legis faciat, & pœnitentiæ: iam de eodem, prout Propheta erat & prædicator, ita habet. *Bene itaque S. Lucas, compendio vsus est, vt Ioannem declararet Prophetam, dicens, factum esse supra eum verbum Dei, alia non adderet: nullo enim eget indicio sui, qui verbo Dei abundat: vnum itaque dixit, & omnia declarauit.* Omnia D.Ambros.
quippe virtute & scientiâ inculcatâ declarantur; quia his fixis, cætera, pro temporis varietate, & diuersa personarum conditione, condienda sunt, & varianda: non eget exterioribus indiciis, qui internis dotibus splendescit: quandoquidem hæc indicia, fixa manere non possunt, quæ cum temporis circunstantiis varianda. An igitur apud tam diuersas orbis nationes, licet sub tam diuerso habitu, hoc spiritu incedat Societas, etiam maliuolis relinquo discutiendum: IESVM scilicet suum æmulatur.

§. VIII.

Societas, sua prius, deinde proximorum perfectioni impenditur promouendæ.

Licet eadem curâ, pari solicitudine Societas, 59.
suam proximorumque salutem studeat promouere, non tamen pari tenore fertur: prius enim sibi consulit, vt vtilior deinde aliorum saluti incumbat. Ideo in summario, Reg.2. *Finis huius* Reg.Soc.
Societatis est, non solum saluti, & perfectioni propriarum animarum, cum diuinâ gratiâ vacare: Sed cum eadem impensè, in salutem & perfectionem proximorum incumbere. Itaque scopus vnus, sed bifidus, pari intentione petendus proponitur: prius tamen sua, quasi prius attingenda, quam proximorum salus, hîc exprimitur: idque merito, quandoquidem eo ipso, etiam tractandis proximis, redditur habilior. Sequitur illa nimirũ Iesum suum, qui non quòd indigeret, sed vt in exemplar foret, per annos fere triginta, (quasi sapientiâ, ætate, & gratiâ apud Deum & homines proficeret: Luc.2.v.52.) Luc.2.v.52
deliuit: deinde instituturus & sanaturus processit peccatores: immo iam iam exiturus quadragenarium ieiunium præmittit, non sibi, sed exemplo necessarium.

Multa in hanc rem, Salomon in Prouerbiis: 60.
cap.9. vers.12. ita. *Si sapiens fueris tibi met ipsi eris:* Prouerb. 9. v.12.
Si autem illusor, solus portabis malum. L X X. in L X X. Interpr.
Sixt. legunt: *Fili si sapiens fueris tibi, eris & proximis: Si autem malus euaseris, solus vtique hauries mala.* Quasi frustra contendat proximis consulere, nisi sibi met ipsi prius consuluerit. Facilia sunt prædicta conciliatu; obscura vero illa cap.5.v.16.

Prouerb.5. v.16. *Deriuentur fontes tui foras ; & in plateis aquas tuas*
diuide. Sub quâ metaphorâ, ſcientiam & virtu-
tem expreſſit communicandam : pende autem,
LXX. Interpr. quam ibidem aliter vertant L X X. *Non super-*
effundantur tibi aquæ, extra suum fontem : & in tuas
plateas pertranseant aquæ tuæ. Sed certè non tam
apponuntur, quam per contrarium ſenſum, vul-
gatæ verſionis mentem videntur explicare : ibi de-
riuandæ foras aquæ, hic non extra ſupereffun-
dendæ, præcipiuntur : nec tamen opponuntur
ſententiæ ; quia ibi fontes multi ; hic vero, vnus
fons tantummodo. Virtus plures ſibi fontes ac-
quirat neceſſe eſt : priuſquam in proximos velit
deriuari : ſtultum vero eſt ex vno fonte tantum,
id eſt, ex tenuiori virtute, velle ſibi, atque aliis
ſufficere : priuſque ſibi vnoſquiſque retenturus,
quod in proximos ex ſuperabundantiâ parat deri-
Prouerb.3. v.20. uare. Similis eſt illa metaphora cap.3. verſ.20. vbi
de Deo. *Sapientia illius eruperunt abyſſi : & nubes*
LXX. Interpret. *rore concreſcunt.* L X X. vertunt. *Nubes autem ma-*
nauerunt rores. Doctores enim qui tanquam nu-
bes veloces, per orbem inſtituendis proximis diſ-
currunt : pluuiâ prius ſalutari concreſcunt, quam
emanent in proximos. Facit his, quæ ex Salomo-
D Cæſar. Arelat. ne protulimus D. Cæſareus Arelat. Homil.19. vbi
ſub formâ iudicij, ſic oſtendit, neminem bonum
aliis poſſe reperiri, qui ſibi nequam eſt. *Si ergo*
vis vt tibi credam, quod potes iuſtè cauſam alterius
indicare : in te ipſo volo prius agnoſcere, eſto iſtius
Iudex in te ipſo. Tribue animæ, quod dignum eſt ;
referua carni, quod opus eſt. Tribue Dominæ, quod
illi ſufficiat in æternum : & hoc tantum referua ancillæ,
vnde viuere poſſit in mundo. Nam ſi Domina humi-
liatur, & ancilla erigitur : Si Dominæ aut parum aut
nihil reponitur in cælo, & totum ancillæ reſeruatur
in mundo : ecce iam in nobis metipſis, iuſti non eſſe
cognoſcimur : & quomodo cauſa alterius directo or-
dine à nobis auditur, quando in nobis & in noſtrâ
causâ, nihil iuſtitiæ reſeruatur.

61. Poſtquam merito negatam ſibi aquam, do-
luit in inferno infauſtus Diues, Lazarum ſaltem
in domum patris mittendum ſolicitabat : id cau-
ſæ reddens : *Habeo enim quinque fratres vt teſte-*
tur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormen-
Luc 16. v.27. *torum.* Luc. 16. verſ. 27. & ſentit pariter iuſtiſ-
ſimam repulſam. Solum pondero in primâ pe-
titione, vbi ſemel Abrahamum vocauit patrem,
Ibid.v.25. ab eodem filij titulo fuiſſe appellatum verſ.25.
at vero in hac ſecundâ, vbi bis Abrahamum
Patrem dixit, quaſi moleſtius exceptus, neque
ſemel iam filius appellatur. Nimirum dum ſibi
petit aquam, qui micam denegarat, licet im-
portunus veniat, at ſaltem blando titulo exci-
pitur : quod vero ſalutem æternam aliis pro-
curet, qui ſuam omnino deſpexit, intolerabi-
lis ſtultitia eſt : nec verbo mitiori, nedum rei
conceſſione, admittenda. Pulchrè D. Chryſol.
ibi, ſerm.123. ad rem meam, (licet diſcrimen
D.Chryſ. quod expendi, prætereat) ſic ſcribit. *Cui pius,*
qui ſibi ſic impius ? imprudenter præſumit aliis im-
petrare pœnitentiam, qui ſibi tam crudeliter ad
veniam nil prouidit. Imprudenter igitur proxi-
mis virtutes, & pœnitentiam ingerimus, nec
requiſitam miniſteriis noſtris opem à Deo im-
petrabimus, niſi prius nobis met ipſis pro-
uidemus.

62. Beatos prædicauit Chriſtus Dominus, illos,
Matth 5. v 6. *qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.* Matth.5. verſ.6.
Verſ.7. addiditque ſtatim verſ.7. *Beati miſericordes.* Sed
qualis, inquis, conſequentiæ tenor ? optimus.
D. Chromatius de Octo Beat. *Nemo alteri præ-* D. Chrom.
ſtare poterit, niſi prius ipſe ſibi præſtiterit. Poſt-
quam ſibi ergo miſericordiam impetrauit, ſatieta-
temque iuſtitiæ, incipit iam dolere de miſeris, in-
cipit iam pro aliis peccatoribus exorare. Factus
autem miſericors in ipſos etiam inimicos, maiorem
ſibi cumulum miſericordiæ, huiuſmodi pietate in
aduentu Domini præparabit. Itaque, qui iuſti-
tiam ſitiunt, & eſuriunt, tandem diuina mer-
cede ſatiati : iam inde miſericordiâ alios pote-
runt, iam precibus & doctrina peccatores vti-
liter adiuuare. In eandem mentem recidit, quod
eodem cap. verſ.13. & 15. addit Chriſtus Apo- Matth.13. v.15.
ſtolos inſtituens. *Vos eſtis ſal terræ, &c. vos eſtis* D.Chryſ.
lux mundi. De quo D. Chryſoſtom. in Cath.
Sicut Doctores propter bonam conuerſationem, ſunt
ſal quo populus conditur : ita propter verbum do-
ctrinæ, ſunt lux, quâ ignorantes illuminantur : prius
autem eſt bene viuere, quam bene docere : ideo
poſtquam Apoſtolos ſal dixerat, conſequenter vocat
eos lucem. Præuertis ordinem ſi prius lucere ve-
lis, quàm condire, ſi prius lucis radios ſpargere,
quam ſalis ſaporem inſpergere præſumas : alterum
prius tibi, quam aliis alterum adminiſtres ne-
ceſſe eſt.

Deſcribit graphicè Ezechiel, Animalia illa, 63.
id eſt miniſtros, qui diuinæ gloriam quadrigæ,
quo vis iuberet ſpiritus, conuehebant : quaſi
Hominibus ſalutem, & numinis notitiam illa-
turi : & addit : *Et ſimilitudo animalium, & aſpe-* Ezech. 1. v.13.
ctus eorum, quaſi carbonum ignis ardentis, & quaſi
aſpectus lampadarum. Cap.1. verſ.13. vix capias,
quid carbonibus, lampades addiderint, cum
vtrobique ignis ſcintillaret : Niſi quod prunæ
& accenſi carbones, plus ardoris : plus vero
lucis lampades ſoleant importare : Si accedas,
inde quidem calefieri, hinc vero tantummodo
poteris illuminari. Ita eſt : prius ardent, deinde
lucent : prius accenduntur carbones, deinde
tanquam lampades ſplendeſcunt : quia vnde ſibi
flagrant prius, inde cæteris radios emittunt :
cupientes ſcilicet, vt ab illorum contactu prius
incaleſcas, deinde vero ab illorum ſplendore
illumineris. D. Gregor. ibi Homil. 5. *Aſpectus* D.Gregor. Mag.
Animalium carbonibus ignis ardentibus, & lampa-
dibus comparatur, quiſquis enim carbonem tangit,
incenditur : quia qui ſancto viro adhæret, ex eius
aſſiduitate viſionis, vſu locutionis, exemplo operis
accipit, vt accendatur in amorem veritatis, pecca-
torum ſuorum tenebras fugat, in deſiderio lucis
exardeſcit : vt iam per verum amorem ardeat, qui
prius in iniquitate tantum mortuus, quantum fri-
gidus iacebat, &c. Hoc vero inter carbones, &
lampades diſtat, quod carbones ardent quidem, ſed
eius loci, in quo iacuerint, tenebras non expellunt :
lampades autem quia magno flammarum lumine
reſplendent : diffuſas circumquaque tenebras effugant.
Pende autem obiter, extinctos carbones, nul-
lius fere eſſe vtilitatis : quippe qui, non ſo-
lum non calefaciunt, ſed etiam coinquinant ac-
cedentes.

Quatuor quidem alas habebant prædicti hi 64.
miniſtri, vt verſ.8 dicitur : deinde verſ.23. ſic Ezech.1. v.8.& v.23.
ſcribitur : *Sub firmamento autem pennæ eorum re-*
ctæ, alterius ad alterum, vnumquodque duabus alis
velabat corpus ſuum. Quaſi è quatuor pennis,
duas inuicem extenderent in alios, duabus vero
reliquis velarent corpus ſuum. Scilicet, non ſic
ſe, aliorum ſaluti impendebant, vt ſuam non
curarent : Sed tunc maximè corpus ſuum ve-
labant,

labant, quasi duarum alarum vallo se munientes, cum ad alterum duas alias porrigebant. De
D. Gregor. Mag. quo iterum Gregorius homil. 7. ad hunc locum. *Quid est hoc, nisi quia sic debemus, virtutes quas accepimus, aliis impendere: ut & ea in quibus peccamus, non desinamus caute cogitare: & reatum nostrum quotidie, per timorem, & pænitentiam plangere: duas enim alas superius, quibus corpus velatur, timorem & pænitentiam diximus. Sic ergo in charitate crescamus, ut pennas tendamus in proximos, & nunquam id finamus cogitare & plangere nos metipsos.* Itaque prius accipias virtutes, & in charitate crescas, necesse est: quàm illas aliis velis communicandas: dumque communicas; caue, ne tui metipsius curam deposueris.

65. Dolebat Elisæus, celerem Magistri dilectissimi discessum: præsensque adhuc, iam futuræ absentiæ dolore torquebatur: ad quem tunc Elias, flagitandis desideriis, *Postula*, inquit, *quod vis ut*
4 Reg. 2. v. 9. *faciam tibi*. 4. Reg. 2. vers. 9. ad quæ Elisæus: *Obsecro, ut fiat in me duplex spiritus tuus*. Ibidem. At nonne iam ab eo tempore, quo iniectione pallij Eliaci 3. Reg. 19. in Prophetam fuerat electus, à Deo spiritum propheticum acceperat, virtutesque Magistri participarat? ita plane. Nunquid duplicem postulans, duplo maiorem, quàm in Elia foret, requisiuit? non crediderо Quid ergo & spiritum, & illum duplicem postulans, intendit? cupiebat ut spiritum Eliæ, id est Eliaco persimilem, quem iam acceperat, non tam supra Eliam, quam in seipso crescens duplicaretur: ut non solum sibi, sed etiam proximis foret utilis: licet enim iam pridem hunc haberet, non tamen illum proximis ausus impendere, nisi nouâ, &
Galfrid. uberiori gratiâ fulciretur. Galfridus ibi, post multa. *Sine etiam duplicem petit spiritum, Magistri susceptum spiritum: ut quam sibi prius acceperat gratiam, nunc acciperet proximis erogandam.*

66. Fausto somnio, & vigili contemplatione, vidit, sibi Iacob cœlos apertos: & quasi ipsi aditos apparuit, missam scalam, Dominumque in summitate eius, quasi excipiendo hospiti incumbentem. Sed in tantâ splendoris ubertate, caligat adhuc mihi id quod additur, vidisse scilicet, *Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per*
Genes. 28. v. 13. *eam*. Genes. 28. vers. 13. non enim in hoc loco, Angelos naturâ intelligo, sed ministerio: Si enim beati illi spiritus notarentur, prius quidem descendere in terram, utpotè in cælis creati dicerentur, deinde hinc in cælos remeare. Iustos ergo, & insignes virtute viros intelligimus, qui Angelorum officio functi, proximorum saluti solent incumbere. Esto hoc, ex plurimorum sententiâ tatum. Sed cur, inquis, descendunt, qui fœliciter mente iam ascenderant in cælos? cur ibi penè beati non quiescant, sed in terram descenderent? referantur? respondet ibi Guillelmus
Hamer. Hamerus, ita. *Rabbi Moyses Ægyptius non inepte interpretatur; Angelos hosce sursum, ac deorsum per scalam commorantes, Prophetas Israelici populi; Sed prius ascendisse hos, quàm descendisse, nempe ut in pellore, sacrum spiritum diuinitus haurirent, quo maiori postea fiducia, populis inferne habitantibus aperirent, quæ primo à supernis acceperant.* Frustra enim, & inutiliter laborarent, nisi sanctificatum alios, prius ipsi sanctificarentur: neque aptè descenderent ministerio, nisi prius hauriendo spiritui ascendissent

67. Et quidem meritò: neque enim sufficerent, actionibus in proximorum salutem dirigendis, doctrinisque in ignorantium tradendis institutionem, nisi prius mente in cælum reuolarent, quæ ibi præuidissent, postea enuntiaturi. Expugnabat Naas Amonites, Israëlem: afflictus populus, iniquis etiam & durissimis conditionibus pacem orabat. At barbarus indutus dæmonem, & toto stygio furore inflammatus, nihil, nisi extremum hoc miseriæ intentat: *In hoc, loquit, feriam vobiscum fœdus, ut eruam omnium vestrum oculos dextros, & ponam vos opprobrium, in vniuerso Israël.* 1. Reg 11. vers. 2. 1. Reg. 11. v. 2.
Israël, ut multi volunt, idem est ac, *videns Deum*: Bene ergo Israëli essent summo opprobrio, qui dextro priuati oculo cæcutirent: quid enim ignominiosius, quam sub glorioso & pulchro *videntis Deum* nomine, dextrum visionis oculum erutum, dæmoni consecrare? Sed cur hoc maximè, quam alio opprobrio, Israëlem cupiebat infamatum? cur, non nisi sub fœdo oculorum vulnere, fœdus aliàs turpissimum feriendum? grau ter D. Nilus in Ascet. D. Nilus.
Naas Amonites, (quod si interpreteris, serpentem significat) Israeli perspicaci, omnem oculum dexterum effossurum se minitatur: ut nulla dextra cogitatio, ad nullam dexteram actionem dirigat Eos enim, qui à contemplatione, ad actionem se conferunt, valde proficere, non ignorat. Nam illi in actionibus suis, sine reprehensione se gerunt, qui mentis oculis acutissimis, quid agendum sit, antea meditate sunt. Summum ergo esset opprobrium Societatis, sub decoro IESV nomine degentis, si instar IESV sui, non prius gratia, & sapientia proficeret: quam easdem in proximos deriuaret: nisi prius sibi prouidens, meditaretur diuina, contemplationi impenderetur, vnde postea dirigeret actiones.

Neque certè in re salutis æternæ, aliunde rectè incipit perfecta charitas, nisi à seipsa incipere agnoscatur. Sub immenso laborum pondere, tot vndique instantibus tribulationibus, (quibus ipsum tunc Christum exprimebat) afflictus Dauid, adhuc tamen persequentibus se, non irascebatur: quin immo, illorum culpis, potius quam tormentis suis cruciabatur: charitatisque stimulo, non tam sibi remedium, quàm illis virtutem procurandam disponebat. Obscurissima tamen sunt verba, quibus id explicauit. *Factum est cor meum, tanquam cera liquescens, in medio ventris mei.* Psalm. 21. vers. 15. Psal. 21. v. 15. 68.
si enim compassiuo amore colliquescit, cur non tam liquefactum cor in proximos diffundi, id est, diffunderet charitatem, dicitur: quam in medio pectoris, (is venter est) quasi ibi retinendum, declaratur? audiendus Richardus de Richard. Victor.
S. Victor. Tract. de Gradibus Charit. cap. 4. ad finem, vbi de perfecta charitate, ita *Subueniens pariter hostibus & amicis, atque grato quodam & spontaneo cursu omnibus occurrit, congaudens proficientibus, vel defectus condolens proximorum. Fluit igitur, sed non effluit: quia sic der uat ad alios, ut à se aliquatenus non recedat. Et vide ne forte Propheta senserit id ipsum, qui cum cor suum, cera liquescenti comparasset, patronus adiunxit, in medio ventris mei: liquidum ergo fuit, sed extra se non effluebat. Solet effluit, qui sic intendit aliis, ut sibi non attendat. Vincere ait Apostolus, ne forte effluatis.* Prudenter dictum.

69. Hunc iterum idem Propheta, post quam toto Psal. 112. diuina beneficia commemorat, versiculo

Psal. 112. tandem vltimo sic concludit: *Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.* Non vtcumque sterilem dixit, sed, *sterilem in domo:* quasi hæc illa esset, vnde filiorum lætitiæ, & geminis iucunditas, securius, & abundantius pullularet. Et cur ita? bene D. Thomas Villan. Conc. 2. de D. Thom. Villan. Assumpt. Virg. ad hunc locum. *Anima quæ in domo sua diutius residere curat, etiam si sterilis prius fuerit, & sine fructu: fiet profectò gratiâ Dei, fertilis & fœcunda. Quo ergo magis in seipsâ vires suas colligit, eo amplius & in statu à suâ crescit, & in fructu operis proficit.* Hoc ergo curat Societas integro probationis biennio, annuis exerciiis, ordinatis contemplationis studiis: vt domi sibi crescat, & deinde fructu operis proximis administret.

§. IX.

Qualis Pater, seu Magister Spiritus, sit futurus.

70. SVspirabat Dauid Dei auxilium, quo vnice instantium, & iam iam irruentium hostium impetum retardare sperabat: tunc quasi pullus, audito Accipitris aduolantis strepitu, alarum Matris opem implorat, sic subiungens: *Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt.* Ps. 16. v. 8. Psal. 16. vers. 8. vt discerent spiritus Patres, ni fallor, necessario sibi alas habendas, quibus ad Deum volent, vt sub eisdem, tutum præ- D. Ambros. sidium filiis præbere possint. Grauiter D. Ambrosius lib. 3. de Virginibus. *Habet igitur alas anima suas, quibus se possit libera, leuare ae terris: alarum autem remigium, non materialis compago pennarum, sed continuus ordo benefactorum est: qualis ille Dominicus, cui bene dicitur, sub vmbra alarum sperabo Psal. 56. non enim solum manus Domini affixa Cruci, sed etiam facta cælestia, velut vmbrâ refrigerante salutis æternæ, mundi feruentis incendia temperarunt.* Vbi virtutes & gesta Christi, manibus eius affixis inde comparat, quia illis & volauit in cælum, & nos protexit. Cuius deinde exemplo nos animans, Idem. sic subiungit. *Quia volandi nobis data est copia; excutiet se vnusquisque in gratiam Dei, ac posteriora obliuiscens, priora appetens, ad destinata contendat. Procul à militia honoribus, procul ab æstibus mundi, ne quod fabula ferunt, æstu solis ceræ soluta, Icareos volatus, penna relabente destituat.* Videamus ergo iam, quàm frustra protectionis tegmen peccatoribus exhibere conaretur Societas, ni illud, instar Iesv sui, sit pennarum, quam incustoditi proximi, quibus vacat, nisi sub tegmine alarum foueantur: inde enim apertius clarebit, quod supra dicebamus, cur scilicet, prius sibi ascendat per contemplationem ad cælos, quam per actionem, ad proximos descendat: cur domi sibi residens, hinc Mater filiorum lætior, celebretur. Deinde, cum Iesv suo, in Cruce pennas natas videat, discemus etiam, cur Crucis mortificatio, tantopere à parente Ignatio Societati suæ commendetur.

71. Volitabat sponsa tenerior, inter nocturna silentia, Iesvm quæsitura, & subdit: *Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt, ciuitatem: num quem diligit anima mea vidistis? paululum cum pertransissem eos* Cant. 3. v. 3 *inueni.* Cant. 3. vers. 3. sed cur pertransit? cur obuiam Ministrorum Iesv, non congratulans sibi asserit fœlicitatem? quid enim fœlicius, quam custodes inuenire, quibus munita, tutior iam, inquireret sponsum? puto, quia custodes erant solo nomine: quomodo enim veri essent custodes ciuitaris, qui vagantis in eadem Iesv, nuntia non attulerunt? aut quomodo afferre aliis poterant, quæ sibi prius non didicerant? Gellibertus ibi, Gellibert. serm. 6. *Eructat verbum bonum, cor recens adhuc incalescens gratia: & feruida meditatio, similes effundit sermones: multum enim intima dulcedinis sapit in verbis, & gratissimi sunt sermones, qui de gratiarum vbertate prorumpunt. Si custos es, scito, quoniam talia te oportet præparare, in occursum sponsæ. Vt quid occurris, si nihil dulce, nihil nouum nuntiaturus venis?* Miseri filij, qui currentes, sic occurrentibus patribus incurrunt! pertranseant necesse est aliò: nec enim alas ibi refugij inuenient, vbi internæ meditationis alæ non præcedunt.

72. Inuento ergo iam Iesv, exclamat illa. *Tenui eum, nec dimittam: donec introducam illum, in domum Matris meæ; & in cubiculum, genitricis meæ.* Cant. 3. v. 4 Ibidem, vers. 4. scilicet, quærebatur in Matrem, & Magistram: inuenit suspiratum Iesvm, & iam suspirat cubiculum. In plateis, raptim amor gustatur, obiter possidetur: at quisquis spiritualibus fœtibus, parens & Magister designatur, in cubili & cubiculo somnos captat: vt somnia, Ioannis instar capiat, quibus fotus discipulos deinde fouere possit. Idem Gellibertus serm. 12. vbi de Ioanne, Gillibert. ad Christi pectus, acclinato, sic ad hunc locum. *Bonum*, inquit, *est te obdormire, & humanorum sensuum, & affectuum obliuione sopiri, vt eiusmodi somnia somniare possis. Hoc Apostolorum cubiculum est, qui nos genuerunt in Christo: quasi Mater & Paulus qui dicit, filioli mei, quos iterum parturio: Matrem habes, vis habere cubiculum? nostra conuersatio, inquit, in cælis est. Vis somnum? mente inquit excedimus Deo. Huc ergo transi cum dilecto, hic mane.* Sic contemplationis somno, spiritualis Magister, nutriendus, vt prosit filiis.

73. Et quam aptè, subiungit statim Iesvs: *Adiuro vos filiæ Ierusalem, per capreas, ceruosque camporum, ne suscitare neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.* Ibidem, vers. 5. interrumpebant scilicet Cant. 4. v. 5 illæ, Matris somnum, & somnis beatissimis obstrepebant: quasi minus securæ, dormiente Magistrâ, vigilarent: heu nesciæ! ignorabant illum somnum, omnibus esse vigiliis, vigilantiorem: *Ego*, inquit, *dormio, & cor meum vigilat.* Cap. 5. Cant. 5. v. 2 vers. 2. sed quid ita? quia nunquam magis vigilat suis, quam cum sibi dormit: indormire enim debitis curis videretur, ni dormiret. Merito proinde increpantur à Iesv, & adiurantur, qui nouit, sacro Magistri somno, discipulos defendi. Iterum Gellibertus serm. 14. *Vtile vobis est, vt dilecta euigilet, sed expectate, donec ipsa velit: eius expectetur arbitrium, ad cuius curam, vestri spectat officium: tunc vellet, cum spiritus illam velle docuerit. Vnctio spiritus, docebit illum: adhærens enim dilecto, vnus cum illo effecta est spiritus: ideo dicere potest; spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me euangelizare misit me. Ergo euangelizabit vobis, cum acceperit tempus à spiritu. Interim bibula hauriat, quod refundat vlterius.* Gillibert. Volaturus ergo prius in hanc requiem contemplationis alis, qui aliis præsidio esse cupit: Sic tutior & vtilior, horum saluti adlaborabit.

74. Hinc enim est (ne aliò ab hac sponsâ, optima scilicet spiritus Magistrâ discedam) vt pulsanti iam Iesv, illamque, à contemplatione, ad actionem, & proximorum ministeria vocanti, cum timida non aperiret: non leuiter se postea desertam deploraret. Pulsarat scilicet Iesvs, & tenerrimis illam verbis aduocarat: quæ tamen nescio quid timens, excusationem subnectit: *Lauo pedes meos,*

quomodo

quomodo inquinabo illos. cap 5. v.3. tandem aperit, & subiratum Dominum experitur, discesserat quippè, nec vocibus, nec gemitibus responsurus. Sed vnde inquis, in suauissimo Domino, & amatore tenerrimo, tanta durities? cur tam asperè puniat, amoris moras timidas? respondet D. Thomas Villanoua, Conc. 2. de Assumpt. [D Thomas Villan.] *Nonne vidisti eam, quæ sæpius rogata aperire distulit, quomodo postea sublato pessulo delusa remansit? quia enim non statim receptus erat, abscessit. an non meritò, super tanta eius proteruiâ, eam dedignaretur, cum tam dulciter & pie roganti: aperi mihi soror mea, Amica mea, columba mea, immaculata mea: tam durè & tam ingrate respondetur ab illa? Spoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos: quasi non per hoc amplius mundaretur, si ostium aperiret.* Certè mundantur pedes in his progressibus: pulchri enim sunt gressus, pulchri pedes euangelizantium proximis pacem, euangelizantium bona. puniuit ergo Iesus meritò Magistram, quæ prius se domi iam pararat, iam in virtute creuerat, & adhuc scrupulosè timida, ad proximos, vt puto, exire recusabat: vt enim alibi dixi, non tam sibi, quam suis, aperiri in hoc loco Dominus postulabat. iam enim discipulos securè potest excipere Magister, qui præmeditandis virtutibus domi assueuerat.

75\. Est hoc illud Apostoli ad Corinthios 1. [1 Cor. 9. v. 19.] *Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem. Et factus sum Iudæis, tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer.* cap. 9. à v. 19. iam enim in cœlum raptus, astra conscenderat, vnde ad proximos descendere, putabat necessarium: iam ad illa volarat, vt in hos deuolaret. [Iobius Mon.] Iobius Monachus ibi apud Phot. Cod. 222. *Idem etiam Paulus, inter alia monet: qui Iudæis tanquam Iudæus, & omnibus omnia factus est, vt omnino aliquos saluos faceret. Quod si a peccatoribus, iustorum cœtus, inde ab initio hunc vsque diem abstinuisset, quis saluus esset? quomodo mundus sagenâ captus esset, si cum peccatores nihil sibi inuicem vtilitatis afferrent: Iusti insuper, illos execrarentur, ac reiicerent?* Vt ergo qui cum Paulo, contemplationis cubiculum ingrediuntur, ibi volantes sibi pennas comparant, quas deinde Proximis admouent protegentes: sic qui primo deficiunt, inepti penitus secundo, reputandi.

76\. Pulcherrimè expressum id voluit Ieremias, his verbis. *Filia populi mei, crudelis, quasi struthio in deserto.* Thren. 4. v. 3. [Thren. 4. v. 4.] Scio quidem, quàm sine affectu, erga fœtus suos, struthio habeatur: derelinquit enim oua sua, in terrâ, obliuiscitur, quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat, duratur ad filios suos, quasi non sint sui: vt multis prosequitur Deus apud Iob, cap. 39. v. 13. [Iob 39. v. 13.] Veruntamen multa sunt alia, quibus parentis huius durities poterat comparari: Si enim aut rupibus durior, aut ferro dirior diceretur: quo illi minus sensus relinquebatur, eo rigoris addebatur amplius. prætereo coruos, quibus nulla implumium pullorum, cura subest. Cur ergo vnicè dicitur struthio? [Gelibert.] prudenter Gellibertus serm. 14. ita. *Struthio pennæ speciem habet, caret effectu volandi: nescit per mentis excessum volare,* &c. *Non nouit in contemplationis soporem, assurgere struthio, ideò se compassionis affectu, non induit. Ad commodum enim spectat filiarum, dormitio Matris in mentis excessu: & totum de compendio est, quod spiritualis eius somnus protrahitur.* Alas præpetes habeat opus est, ad volandum: qui easdem præbere cupit, ad tegendum: in rebus aliis Hypocritis se ipsam veneuar, in spiritus magisterio, etiam alios. Meritò igitur Hypocrita plumarum struthio; quæ sub pennarum specie, volatum nescit: viuidius, ineptum spiritus Magistrum repræsentat.

§. X.

Sola crucifixa membra, contemplationis volatui plumescunt: Crux ista, qualis.

77\. NVllo melioti, & molliori tegmine, fotos munitósque spirituales filios vidisti, quàm alis: quæ dum præpeti volatu rapiuntur ad cœlum, rapiunt inde dona, vt in terris teneram sobolem defendant. Nunquam tamen hæ alæ, (vt in IESV nostro supra vidisti,) nisi crucifixis humeris adnascuntur: non alia, hæ pennæ, nisi mortificata brachia circumuestiunt. Nouerat id sanctissimus Patriarcha Ignatius, ideò quos volaturos ad Deum, vt inde ad proximorum salutem deuolarent, voluit institutos, præuiâ mortificatione præmuniuit, subdens reg. 12. [Regula Soc.] *Vt melius ad hunc perfectionis gradum, in spirituali via tam pretiosum perueniatur: maius ac impensius studium cuiusque sit, quærere in Domino, maiorem sui abnegationem, & continuam in rebus omnibus, quo ad poterit, mortificationem.* Frustra enim Magistri forent spiritus, ni volarent: temeréque, nisi crucifixis penitus membris, adnascituras plumas sperarent.

78\. Graues illæ Moysis manus, quæ extentis brachiis Crucem præferebant, vt omnes fatentur Patres, Exod. 17. v. 12. [Exod. 17. v. 12.] tandem aliquando ab Hur, & Aarone sustentatæ requierunt: & quæ paulo ante modo sursum, modo deorsum vergebant: iam tunc in medio aëre, quasi ad æquilibrium, suauiter constiterunt: *Et factum est, vt manus eius non lassarentur:* inquit Textus. [Ibidem.] Quod fulcita vtrinque, non caderent hæc brachia, satis percipitur: sed quod, quæ innato & fortè additilio pondere grauia, deorsum ferebantur: detenta tunc violenter, non saltem lassarentur: id quidem difficilius intelligitur. Nisi fortè dicas, in illa cruciformi statione, generosóque conflictu, iam pennas brachiis adnatas, vt in aëriâ regione, tanquam si foret propriâ volitarent. id quidem suspicatur Philo Iudæus lib. 1. de vita Moysis, his [Philo Iud.] verbis. *Cum aliquantisper manus, bilancis in morem, nunc sursum tollerentur, nunc deorsum vergerent,* &c. *tandem repentè velut pennas, habentes pro digitis, sublata volitabant per aërem, manentes in sublimi.* Quasi Crucifixis brachiis iam plumæ deberentur.

79\. Quadriformia erant, mystica Animalia Ezechielis: de quibus supra: Vbi non plus sibi hominis natura, quàm Leonis, Tauri aut Aquilæ videbatur indulsisse: *Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni.* cap. 1. v. 7. [Ezech. 1. v. 1.] Vnaquæque ergo facierum suo iure postulatura membrum aliquod aliud, sibi conforme, videbatur: nec tamen conceditur: licèt enim planta pedis, aliquo modo vitulo responderet: re tamen verâ pes rectus erat: vnde non sibi Taurus pedes pósset asserere: Sex alas habebant, nec tamen aquilinas fuisse, possumus coniectare. Vna erat humana facies, quæ integrum, & perfectum membrum aliud, secum conseruabat. *Et manus hominis sub pennis eorum, in quatuor partibus.* Et quæ caussa tam singularis priuilegij?

uilegij? Certè ſolummodo humanæ manus, in operationis perfectæ ſymbolum exprimi ſolent: cum ergo myſtica hæc iuſtorum imago alas habere deberet, non potuit non operantes manus, D.Gregor. Magn. laboréque deſatigatas exhibere. D.Gregor. hom. 3. *Quid per manus, niſi actiua vita: & quid per pennas niſi contemplatiua vita deſignatur? manus ergo hominis, ſub pennis eorum eſt, id eſt, virtus operis ſub volatu contemplationis.* Neque enim aliter plumeſceret hæc imago, niſi ad ſubmiſſas manus: nec contemplatio, niſi actionis laborem, admittit baſim. Ideò ibidem ſcripſerat paulò antè idem Idem S.Doctor. *Duæ ſunt Sanctorum prædicatorum vitæ, actiua ſcilicet, & contemplatiua: Sed actiua, prior eſt tempore, quam contemplatiua, quia ex bono opere tenditur ad contemplationem: contemplatiua autem maior eſt merito, quam actiua, quia hæc in vſu præſentis operis laborat: illa verè ſapore intimo, venturam iam requiem deguſtat.* Sic ergo laborantes & afflictæ manus, gratá metamorphoſi pennas induunt, volatibus anhelant.

80. Claret id, ex verbis illis IESV, ad Eccleſiam: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio,* Cant. 8. v. 1. *dura ſicut infernus æmulatio.* Cant. 8. v. 6. Sed quid, dicat aliquis, Amori cum brachio, qui totus cordi inflammando occupatur? Amor fulminis inſtar, extima quæuis vilia præſumit, intima longè fortius conſumens: ideò fortis vt Mors, quia Cor, vitæ fontem impetit & principium: ideò ſicut infernus, durus, quia occulto pœnarum genere, nouit lancinare. Cur ergo brachium Ibidem. LXX Interp. afficit, & affectat? pende quid ſequitur. *Lampades eius, lampades ignis,* ibidem: vbi LXX. vertunt: *alæ eius, alæ ignis:* alata charitas, dilectio pennata, neſcit niſi cordi cuidam operoſo, & brachio cordato inſidere: neque enim hæ plumæ, Tres PP. norunt alibi pullulare. Tres Patres ibi apud Delr. ex ore ipſius IESV. *Opera ardentis erga me charitatis ſunt eius alæ, quæ illuſtrant in luce veritatis mentem, per contemplationem, atque ignorantiæ tenebras diſcutit: & per actionem, atque opera mandatorum, malitiam omnem, (vt flamma materiam accenſu facilem,) abſumit.* Alæ ergo ſunt, vt contemplationi aduolent: ignitæ, vt abſumentes mortificationi deſeruiant: imò in ipſo igne lucent ad cognitionem; vrunt, ad malitiam conſumendam. Nunquam tamen tibi venient alæ iſtæ, niſi brachio, & corde mortificato illas præuenias. Ideò enim hoc imponendum ſignaculum, D.Bern. de Crucis ſigno, aliqui explicarunt. D.Bernardus de Paſſione, cap. 44. *Habet hoc ſigillum imaginem Crucifixi IESV, in ipſa ſigillo Crucis, multis foſſuris effoſſam, & expreſſam: Sicut in ſigillis imago Regum exprimitur fodiendo.* Vbi multa de hoc ſignaculo exprimendo, Crucéque portanda.

81. De eiſdem charitatis alis, ad hunc locum Cant. D.Ambr. ita D. Ambroſ. lib. de Iſaac, & Anima, cap. vlt. *His alis euolauit Enoch raptus ad cœlum: his alis euolauit Elias, curru ignito, & equis igneis ad ſuperna tranſlatus.* Nunc quæſo pende, vnde volatus iſte Eliæ pendeat. *Factum eſt,* inquit textus, *cum leuare vellet Dominus Eliam per turbinem.* 4. Reg. 2. v. 1. cur enim ad tantam gloriam, non ſerena quies eueh at, ſed inquietus turbo? cur non ſudâ tranquillitate, ſed tempeſtate turbidâ tollatur Galfrid. iuſtus? reſpondet ibi Galfridus: *Eleuatio hæc, non humani arbitrij, ſed diuina eſt voluntatis: cuius ſpiritus non modo vbi vult, ſed & quando vult, ſpirat. Et nos quidem ſtatim vellemus: Sed ille ſcit, quando oporteat, quando velit. Nec mirum quod ad illam tranquillitatem tollitur Elias per turbinem: ſiquidem oportebat Chriſtum pati, & ſic ingredi in gloriam ſuam. Quantò magis nos oportet per multas tribulationes introire in regnum Dei?* Non te verba fallant, quaſi de conſummatâ gloriâ ſit ſermo: nam fusè in raptu Eliæ, contemplationis quietem explicat ibi Doctor acutiſſimus. Ergo quemadmodum IESV brachia crucifixa, pennis penetrando cœlo ſunt veſtita: Sic nonniſi in turbine tribulationis, in Cruce mortificationis, pennas charitatis cum Elia, Deo ſumimus contemplando: tunc quippè ſolum vult Deus volatum noſtrum, cum illi turbantem turbinem præmittit.

Dixeris, nec immeritò, fuiſſe ſæuientem hunc ventum Eliæ, inſtar Auſtri cuiuſdam ſuauiſſimi, 82.
quo tanquam myſticus ille Accipiter plumeſceret: de hoc enim, ita Deus ad Iobum. *Nunquid per ſapientiam tuam plumeſcit Accipiter, expandens alas ſuas ad Auſtrum?* cap. 39. v. 26. Et quidem ſignatè Iob 39. v. 26. ad rem noſtram dicitur, expanſis alis Accipiter: homo enim expanſis brachiis: & Auis expanſis alis, pectus nudat, & quodammodo crucifigitur: vnde tritum illud D. Hieronymi: D.Hieron. *Aues quando volant ad æthera, formam Crucis aſſumunt.* Tunc ergo ſolum myſticus Accipiter plumeſcit, nouiſque pennis venuſtior, vetuſtas proiicit. D. Gregor. D.Gregor. ibi, ita *Benè ait, expandis: alas quippè noſtras ad auſtrum expandere, eſt per aduentum ſancti Spiritus, noſtras confitendo cogitationes aperire: vt iam non libeat defendendo nos tegere, ſed accuſando publicare. Tunc ergo accipiter plumeſcit, cum ad Auſtrum alas expanderit: quia tunc vnuſquiſque ſe virtutum pennis induit, cum ſancto Spiritui, cogitationes ſuas, confitendo, ſubſternit. Qui enim vetera fatendo non detegit, noua vitæ opera, minimè producit: qui neſcit lugere, quod grauat, non valet proferre, quod ſubleuat. Ipſa namque compunctionis vis, poros cordis aperit, & plumas virtutum fundit: cúmque ſe ſtudioſa mens, de pigrá vetuſtate redarguit, alacri nouitate iuueneſcit.* Fœlix cordis compunctio, quæ iam eſt ſpiritus vnctio! fœlices pœnæ & ſi graues, quas pennæ leues ſequuntur! fœliciſſima volatio crucifixa, quæ ſola nouit, & poteſt renouare.

Refricatur hinc memoria illorum Seraphinorum, quos in throno Dei adſtantes, vidit Pro- 83.
pheta: *Sex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius: & duabus volabant.* Iſai. 6. v. 2. Nemo neſcit, plures Iſa. 6. v. 2. Hebr. ex Hebræo legere: *Duabus velabant faciem ſuam, duabus velabant pedes ſuos, & duabus volabant.* Itaque ex irrequieto volatu, cæteris partibus velatis, ſolum apparebat pectus, quod intermediæ alæ, crebro motu, identidem propalabant. Sed cur in hac iuſtorum, (vt fusè Patres probant,) figurâ, tantummodo reuelatur medium, vtroque ſemper extremo obuelato? audi D. Bernardum ſerm. 4. de D.Bernd. his. *Si de ipſis Seraphim licèt accipere, ſic pinge ea, vt operto capite, & pedibus ſolum appareat medium corpus, ſed & ipſum quoque non penitus, propter eas nimirum alas, quibus volare perhibentur. Conſidero enim quaſi quoddam caput, & corpus, & pedes meos, in verbis Apoſtoli, Rom. 8. Quos autem vocauit, &c. ita initium meum, ſolius gratiæ eſt, & non habeo, quid mihi in prædeſtinatione attribuam, ſive vocatione. Non ſic ſanè ab opere iuſtificationis, alienus ſum: operatur & illud gratia, ſed planè mecum: vides quemadmodum Seraphinum in medio appareat aliquatenus? Porrò conſummatio quidem, & ipſa, ſolius gratiæ eſt: nec eſt mihi in hac parte, vel cum eâ, ſive*

in

in eâ gloriari: quasi coadiutor videar, aut cooperator. Clarent ista Theologo: non tamen adhuc patet, cur extremis illis vtrinque alis, ignauis quodammodo & otiantibus, solúmque obuelando desidentibus: Sulæ mediæ irrequieto volatu Deo inhærent? Ego dicerem inde id ortum, quia in medio corpore vt vidisti, gratiæ cooperatores repræsentamur, per cooperationem autem, mortificatis membris, in Christi resurrectionem, vt alibi dixit Paulus, iustificamur ibi ergo non languidæ, sed volatiles nascuntur pennæ, vt iam labor & mortificatio nostra plumescere agnoscatur.

84. Iob 39. v.27. Nec minus eleganter, post Accipitrem, Aquila sic eodem Iobi cap. describitur: *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum suum? in petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus.* v. 27. quid hîc, non asperum vidès, durum non sentis? ardua, instar Aquilæ, quærit iustus. præruptis inhiat, quæ dum prensat, duro defatigetur amplexu, necesse est: quoties prehensuras manus, ad silicum nouaculas extendit, toties easdem purpurat cruore: non mittit in altum brachia, quin vulnera in altius admittat. Sed quid, inquis, in Aquila excellentius, cuius desiderio, tot asperis, tot præruptis non terreatur iustus, ab Aquilina indole ambienda? Volatus summus, quo tandem haud conniuentibus oculis solem defigit.

D. Gregor. Magnus. D.Gregor. ibi. *Aquilæ nomine, subtilis Sanctorum intelligentia, & sublimis eorum contemplatio figuratur: cunctarum quippè Auium visum, acies aquilæ superat: ita vt solis radius, fixos in se eius oculos, nullo lucis suæ coruscatione reuerberans claudat. Ad præceptum ergo Dei eleuatur Aquila, dum iussionibus diuinis obtemperans, in supernis suspenditur fidelium vita: quæ in arduis nidum ponere dicitur, quia desideria terrena despiciens, spe iam de cœlestibus nutritur.* dum ergo terrena desideria iustus mortificat, iam plumescit: & in altum euectus, diuinum solem intuens, non conniuet.

85. Prouerb.1. v.17. Concordantur ex dictis, illa Prouerb. cap. 1. v. 17. quæ in vulgatâ versione, sic habent: *Frustra iacitur rete, ante oculos pennatorum:* aliter in Sixtian. Sixtianis: *Non iniustè tenduntur retia Auibus.* Quia, quemadmodum labore casso dæmon, iustos volatiles, satagit decipere, dum illi à terrenis suspenduntur: sic non iniustè retia illis tendit, qui cum volare possent, terræ inhærent.

D.Hieron. D. Hieronym. cap.3. Amos, vbi de dæmone Aucupe appellato, ita. *Melius dicitur ὁ ἰξευτής, eo quòd, adhærente visco, aues liberas capiat, quæ propriâ voluntate, ad terrena descendunt: de quibus in Prouerb. scriptum est: non iniustè tenduntur retia auibus: iusta enim ruina est peccatorum, qui cum habuerint alas columbæ, & per aërem volitare debuerint: pondere peccatorum, ad terrena depressi sunt, & vitio suo adhæserunt visco.* Iustè perit, qui viliora se deperit. Sed vnde hæ pennæ, quibus Deo aduolamus, quibus Dei sumus?

D.Ambr. D. Ambros. in Psalm.118. serm.14 v.6. ita. *Satis est tibi, vt auem te esse noueris, assumturum in naturam volandi, dicente Domino per Prophetam: liberate vos ex laqueo venatorum, & a verbo conturbationis: non enim iniustè tendunt retia auibus. Auis es ô homo, qui sicut Auis in quandam Aquila renouatus es iuuentutem: quid enim te in terram deiicis, qui iam cœlum petebas? non iniustè renouato tenduntur retia, quia iam Christi esse cœpisti, venantium esse desiisti. antè, te laqueo venator, ante quasi prædam suam, diabolus suo iure capiebat: nunc Dominicæ Crucis mercem, cur alienus incursat?* Mercedem laborum, Crucisque suæ, libertatem humanam voluit Deus: & seruitutis nostræ vincula retardantia, in præpetes volatus commutauit. Fecit ergo mercedem hanc suam, iam gratam cœlis mercem: vt solo è Crucis emporio, pennatos iustos cœlum compararet, quia ibi solummodo his pennæ apparantur.

Aduerte tamen has alas, quibus ad somnum 86.
dulcem itur; quibus, discipulorum gregi dulcissima protectio exhibetur: iis tantum paternis humeris aptas venire, illa tantummodo brachia condignè obumbrare, quæ iam perfectæ mortificationis canunt victorias, quæ non vtcunque, sed in vltima Cruce quiescunt; non quæ pugnent adhuc, & immortificatis nonnullis adhuc affectibus subdantur: sed quæ iam ferè omnes triumpharunt. Hæc est continua illa in rebus omnibus mortificatio, quæ citata supra regula postulabat. Seuerum id videatur, sed æquè verum. Attende. Iustorum pacificam vitam declaraturus Propheta, sic habet. *Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.* Isai.2. v 4. quorum Isai 2.v.4.
tamen pugnas vice versa, describit Ioël 3. v. 10. Ioël 3. v.10.
Concidite aratra vestra in gladios; & ligones vestros, in lanceas. Sed nonne aliunde quæso, gladio & vomeri, falci & lanceæ, quam ex se mutuo, vsus veniret aptior? quid, si interim dum pugnant, facerent messem? aut quid si hostes ingruerent, dum segetibus studetur? multò ergo videbatur congruentius, vt lanceas simul, falcésque haberent, quàm perpetuâ vicissitudine semper alteris indigerent? Audiendus D. Nilus in Asce- D.Nilus.
tico. *Quemadmodum ad eos, qui egregiè, pro virtute depugnarunt: séque pro singulari humilitate vicisse nondum putant: illa pertinet adhortatio: conflate gladios vestros in vomeres, & lanceas vestras, in falces: ne superatis à se hostibus, frustra deinde attendant: sed ad multorum vtilitatem, animi vires à bellicâ exercitatione, ad alios excolendos conuertant: sic ad illos, qui antequam tales euaserunt, vel propter imperitiam, vel propter inertiam, onus viribus suis impar, subire, sunt ausi, contraria hæc spectat adhortatio: conflate vomeres vestros, in gladios, & falces vestras, in lanceas. quæ enim vtilitas agriculturæ, cum bellum ingruit, agrósque deuastat: & fructuum copiam, non ipsis cultoribus, sed hostibus exponit?* Si sanguis piorum vulnerum ineptus impinguandis agris reputatur: quid si culparum vulnera, perstillantia adhuc, circunducas? tunc ergo te aliis aratorem age, cum te tibi non indiges bellatore; aliàs, non iam tibi, quam hosti noualia sulcaueris.

Iustorum typo, inculcatur Israëli præceptum 87.
illud: *Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in eâ, ligna pomifera, auferetis præputia eorum,* &c. Leuit. 19. v. 23. vt circuncisæ quodammodo Leuit 19. v.23.
arbores, & poma inutilia per triennium, abiecta dimittentes: tandémque anno quarto perfectum emittentes fructum; opera diuino conspectu digna, meritóque tanto numini sactanda, repræsentarent: Sicut in ipsis arboribus, plantati ad salutem fideles exprimuntur. Quæres tamen, cur in arboribus, quæ obiter plantarentur: id est, in illis proselytis, quos Israël, dum in terram promissionis pergeret, fortè disponeret, consimile præceptum, non tenuerit? respondeo, nullos ferè futuros interim, supponi. Vt enim frustra Israël procedens per desertum, hostilibus incursibus

ſibus paſſim obuius, vineas ibi, lignáque pomifera plantaret: ſic Magiſter, dum ſilueſcentem carnem adhuc terit, dum rebellibus adhuc paſſionibus aduerſatur, imprudenter Proximorum curæ impenditur. Idem D.Nilus ibidem. *Propterea Deus fortaſsè vetuit Iſraelitas, ne agriculturam exercerent, quandiu erant in ſolitudine, & cum diuerſis gentibus pugnabant, ne bellicas exercitationes intermitterent. At fine belli impoſito, conſulit vt agriculturæ dent operam: cum ingreſſi fueritis, inquiens, in terram promiſſionis, plantate in eâ, omne lignum fructiferum: antequam autem in terram promiſſionis ingrediamini non plantabitis: Hoc enim, illi ſuccedit, ac meritò quidem. Quæ enim antè perfectionem plantantur, non coaleſcunt, nec ſtabilia fiunt: cum adhuc incerto more verſentur, & oberrent, qui plantant.* Iam in pacificæ terræ quiete, iam in Contemplationis ſerenitate, iam triumphantis affectibus, alas indutus ſit: qui vtiliter proximis laborare ſtuduerit. Errat igitur, qui oberrans adhuc pacem ſibi ſuſpirat: ſi iam proximorum paci adſpiret: Si dum adhuc in ſe ſpinas euellit, iam aliis vult virtutes complantare: Alæ quippè tegendis proximis, ſolum perfectiſſimæ mortificationi adnaſcuntur.

D.Nilus.

88. Quibus non votis, Templum Domino, tabernaculum Deo Iacob, ſolicitabat Dauid? negabat oculis ſuis ſomnum, & palpebris ſuis dormitationem, vt ſemper huic curæ intus vigilaret. Nonne dignus tantus affectus, cui Templi ſacri effectus committeretur? & tamen audi Deum: *Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti, non poteris ædificare domum nomini meo, tanto effuſo ſanguine coram me.* 1.Paralip 22. v.8. aliqui legunt: *Vir ſanguinum es*: quaſi nunquam in pace illâ perfectâ, qua poſtea fruitus Salomon degeret Dauid: ideò lib.3.Reg. cap.5.v.3. ait Salomon ad Hiram. *Tu ſcis voluntatem Dauid Patris mei, & quia non potuerit ædificare domum nomini, Domini Dei ſui, propter bella imminentia per circuitum: donec daret Dominus eos, ſub veſtigio pedum eius: nunc autem requiem dedit Deus meus mihi per circuitum: & non eſt Satan, neque occurſus malus.* Quo ænigmate myſterij, (gratis enim meræ litteræ, tot verba impenderentur,) quid ſignificetur: poſt multa, ſic aperuit D.Nilus citatus. *Si quis nondum cupiditates ſuperauit, ſed adhuc in pugnâ, & ſanguine verſatur: & tamen Dei templum, ex animis humanis molitur: is nimirum audiet à Deo: tu mihi templum non ædificabis, quia vir ſanguinum es: pacificum enim requirit ſtatum, diuini templi conſtructio. Moyſes item extra caſtra figens tabernaculum, oſtendit à tumultu bellico, quam longiſſimè abeſſe Magiſtrum oportere: & qui ad pacificum & quietum ducit vitæ genus, debere à caſtris cruentis eſſe remotiſſimum.* Sic non iam modo, de cætero mortificabilis, ſed in ſuprema Cruce, omnino mortificatus viuat, neceſſe eſt: affectibus omnibus perfectiſſimè crucifixis, nullóque immodicè rebellante: qui eiſdem alis, quibus ad Deum tendit: proximos ſecum ducere, eoſdemque fouere allaborat.

1.Paral.22. v.8.

3. Reg. 5. v.3.

D.Nilus.

§. XI.

Virtus quo excellentior, eo edenda ſpirituali ſoboli fœcundior.

89. SEd neque mirum eſt, tantopere deſudet Societas, vt ſe aptam IESV ſuo, in ſaluandis peccatoribus, præbeat adminiſtram: inque edendâ ſpirituali ſobole fœcundam: Nouit enim, minus ſuam apud Chriſtum probandam ſanctitatem, niſi pari conatu, Proximorum procuret ſanctitatem: virtutémque ſterilem, minus pulchram diuinis oculis apparere. Falsò quidem, cœleſti gazâ ditiſſimum te exiſtimas: ni filiis ſpiritualibus procreandis, te videas affectu ſaltem deditiſſimum: quandoquidem quo virtus excellentior, eo etiam fœcundior commendatur. Pulchrè Seneca epiſt.6. niſi feruore, paululum deuiaret à medio ſeruando. *Ego cupio in te omnia transfundere: & in hoc gaudeo aliquid diſcere, vt doceam: nec me vlla res delectabit, licèt eximia ſit & ſalutaris, quam mihi vni ſciturus ſim: ſi cum hac exceptione datur ſapientia, vt illam incluſam teneam, nec enuntiem, reiiciam.* Non enim reiicienda quidem eſt, virtus & ſapientia ſterilis: ſi tamen fœcunda & communicabilis fuerit, vtpotè perfectior, auidius amplexanda. Quamuis vt verum fatear, ſi de ſapientiâ & virtutibus, Societatis noſtræ fini & inſtituto requiſitis Seneca loqueretur: veriſſima protuliſſe exiſtimarem: qui enim eadem cura præcipimur, & nobis, & proximis ſtudere: ſuſpectas & eiiciendas illas dotes haberemus, neceſſe foret, ſi cum hac exceptione darentur, ne in proximorum cederent vtilitatem. Sed redeo.

Senec.

Dedicauit huiuſce rei exempla in ipſis naturæ cunabulis, rerum conditor Deus: *Germinet*, inquit, *terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum, iuxta genus ſuum: cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram.* Gen.1.v.11. Erat hæc orbis infantia, in qua omnia eius infantire debere, videbantur: crederes ſic herbas humiles producendas, vt vix prima foliola emitterent; ſperares arbores ſic edendas nannas, vt ipſo cacumine reperent, earúmque truncos leuiori aurâ commouendos: Sicque infanti orbi, cætera ad infantiam conformanda. Cur igitur proceræ herbæ, & arbores producuntur gigantes: vt & illæ his aſſurgere, & hæ ad nubes euehi cernantur? cur arbores & herbæ, non pullulantes ſolum, ſed etiam vireſcentes, imò virileſcentes, & fœcunditatis gratiâ, iam edendis fœtibus, ſeménque erumpunt emiſſuræ? quia productæ à Deo, non poterant non in fœcunditatis ſtatu perfectiſſimo germinare. Diſce Societatis tyro: & adhuc incipiens, iam fœcunditatem præſagito: mundus infantit de ætate, ſed iam de fœcunditate virileſcit. imitare, neſcio quæ animalcula, quæ in ipſo vtero materno, iam prægnantia, ab Ariſtotele deſcribuntur. Pergo. Creandus Adam videbatur, (vt Dei mores facilius, eiuſdémque ſuauius ebiberet amores,) in puerili ætate producendus? ſic obedientior nutui, ſic ſimplicitati adſtrictior: vir tamen, & in perfecto ſtatu generatur: vt habes Gen. 2. v.7. quia licet formando aptior infantia videretur, certè erat formato indecentior, formantique deformior. Sic ergo generatur, vt ſtatim poſſit generare: vix Dei filius editur, cum Pater iam mortalium deſtinatur. Pulchrè Lyranus ibi de ortu mundi. *Dicunt videlicet Rabbi Eliezer, & ſui ſequaces; quod factus eſt menſe Septembri, quando fructus ſunt in arbore, maturi, & habentes ſemina in ſemetipſis*, &c. *Deut. 31. Dei perfecta ſunt opera. Vnde ſecundum omnes, homo primus factus eſt in ſtatu perfecto, potens generare. tunc enim vnumquodque perfectum eſt, quando poteſt generare ſibi ſimile. Et eodem modo videtur dicendum de terra naſcentibus, quod eſt, quando habent*

90.

Geneſ.1. v.11.

Lyran.

in

in se ipsis semina. Imperfectioris itaque generis erit virtus illa, quæ ad propagandam cœlestis seminis progeniem, generosa, non animatur.

91. Cant. 1. vers. 2. Suspirabat Ecclesia, ad IESVM suum, dicens: *Osculetur me osculo oris sui.* Cant 1.v.2.cui statim ex multorum sententiâ, respondet IESVS: *Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* ibidem. Difficilis sanè est, vtriusque sententiæ connexio. Quid enim tot suspiriis osculorum, vberum commendatione, aptum respondetur? Ludis, piissime IESV, an verò laudas? Certè aut ludit, aut eluditur, quisquis extra tempus laudat: Laudátque importunè, qui anxiis Amorum votis, verborum putat lenocinio satisfacere. Quid ergo verba das; cum tu ipse, æternum verbum peteris? respondet acutissimè D. Bernardus ibi, serm.9. *Tanta efficacia osculum sanctum est, vt ex ipso, (mox cum acceperit illud,) sponsa concipiat: tumescentibus nimirum vberibus, & lacte quasi pinguescentibus, in testimonium, &c. Dicat ergo. Habet sponsa, quod petisti, & hoc tibi signum, quod meliora facta sunt vbera tua vino. Hinc te scilicet noueris osculum accepisse, quod te concepisse sentis: vnde & vbera tibi intumuerunt, facta in vbertate lactis.* Laudat igitur IESVS, dum impleti voti reddit testimonium. Cumulauit nimirum visitatione suâ, virtutem sponsæ, sed fœcundauit pariter, alendísque spiritualibus filiolis lac suggessit. quia nescit perfectam virtutem, nisi fœcundam in proximos, Deus impertiri.

92. Neque mirum, tam facili comitate suauis, Ecclesiæ suspiranti, IESVS responderit, afferátque fœcunditatem: cum ex hac ipsa Ecclesiæ irrogata fœcunditate: dum perfectior non potest, saltem pulchrior IESVS ipse videatur: Debellatis iam hostibus, triumphat Christus, euius proinde Epinicium, sic
Psalm. 92. vers. 1. cecinit Dauid. *Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.* Ps.92.v.1. quod post victoriam tantam, fortis procedat, planè capitur: sed cur inde, decorus etiam, & pulcher commendetur? quia deuictis ab sponso hostibus, creuit Ecclesia, & fœcundior ad fidem populos aggregauit: ipse ergo tantæ fœcunditatis largitor, à pulchro dono, pulcherrimus celebratur: dúmque sibi regalis sacerdotij sobolem progenuit ex Ecclesiâ, nouo radiorum decore visus amœ-
D Ambr. nari. D. Ambros. lib. de Isaac, cap.7. *De ipso quoque Domino, postea quam Ecclesiæ fœcunditatem fecit assurgere, pulchrè dictum est, Dominus regnauit, decorem induit: & alibi, confessionem & speciem induisti. Liquet igitur, decorem id esse, quod fœcundum: indecorum, quod infœcundum.* Benè ergo oscula porrigit, quorum & indicem vult fœcunditatem: qui indidem decoris fit ornatu gratiosior: túncque sibi putet Societas, IESVM suum teneriorem, eum se fœcundiorem præsenserit.

93. Gen. 12. vers. 5. Si tanta est prædictæ fœcunditatis excellentia: vt Deum ipsum, quasi humanis doribus afficere non formidet, iam deinceps hominem, diuinis decorare titulis non timebit. De Abraham, diuinis obediente mandatis dicitur Gen. 12. v.5. *Tulitque Sarai vxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersámque substantiam, quam possederant; & animas, quas fecerat in Haran: & egressi sunt, vt irent in terram Chanaan.* Nihil Dei potentiam arguit manifestius, nihil manifestat expressius illius gloriam, quam animarum nostrarum continua creatio? at ecce Homines, iam animarum factores plenis buccis commendantur: quid iam hos penè Deos dicere vereamur? ita, est: esto & tu fœcundus, proximorúmque saluti applicatus: tunc animarum creator, naturæque spiritualis factor appellaberis. Lyranus ad hunc locum. *Animas, id est, vi-* Lyran.
ros, & mulieres, quos de idololatria conuerterant, ad cultum vnius Dei. Meritò Animarum factores dicuntur, qui mortuas & vitiis consepultas, viuifico salutis donant spiritu: & scelerum tenebris ereptas, nouis lucis cœlestis splendoribus restituunt.

Iam post creationem, minus mira cætera videbuntur, sed tamen mira. Obstupuit Lyricus Dædalum, filiolo Icaro ardua volandi præcepta incul-
cantem, & exclamat lib. 1. Oda 3. Horat.

Expertus vacuum Dædalus aera
Pennis non homini datis.
Perrupit Acheronta, herculeus labor.
Nil mortalibus arduum est:
Cœlum petimus stultitia.

Sed tamen Icarus cecidit, nec in volatu diu perstitit Dædalus. At dabo iam Sacros Dædalos, qui non stultitiâ cœlum, sed arte quadam diuinâ, docent pullos suos aduolare. Cortinas Tabernaculi, (vbi iustorum congregationes Ecclesiam circuncingentes, & obuelantes intelligebantur) incertarum plumarum pictura condecorabat. Sic
enim aliqui explicant illud Exod. *Decem cortinas de* Exod 26.
bysso retorta; & hyacintho, ac purpura, coccóque bis vers. 1.
tincto, variatas opere plumario facies. cap 26.v.1. Sed cur ita? nonne mille aliæ figuræ elegantiores ad visum, ad ornatum politiores, poterant acu pingi? cur ergo iustorum virtutes, omni pulchritudine pulchriores, plumis tantum, & pennatâ variegatione exprimantur? Vt nimirum cortinæ, quæ tabernaculum intuentibus, se primo obiiciebant, ipso statim aspectu volatum intimarent: ac proinde vix se iustos ad Ecclesiæ ornatum pretiosos, illi se habere possint, qui quando res postulet, alios ad cœlum auolare non docuerint. Latè ibi D. Bruno, apud Godef. tandem sic concludens: *Fiunt hæ cortinæ opere plumario: quatenus & ipsæ volare valeant, & omnes intuentes volare doceant. hîc enim hæ cortinæ fiunt, sed hic diutius manere non debent: sument pennas vt Aquilæ, volabunt, & non deficient.* Quasi non satis sit iustis, si volauerint: nisi in eo loco sint positi, vbi possint prouocare alios ad volatum, nouoque fœtu Ecclesiam decorare.

Ponderastin aliquando, pennarum situm, qui- 95.
bus mystica apud Ezechielem volant animalia? *Sub* Ezech. 1.
firmamento autem, pennæ eorum rectæ, alterius ad al- v.23.
terum: vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur. cap.1.v.23. Erant sub firmamento, immensóque cælestis throni pondere, nec tamen flectebantur: Ecquis Athlas iam genu non curuaret; & tamen pennæ molles persistunt rectæ, incuruæ perseuerant: quid ita? quia erant alterius ad alterum: virtus enim in proximorum salute occupata, nulli scit ponderi succumbere, nullâ imposita machina grauari, quo minus illis proficere non persistat, est hoc illud
D. Petri: *vnusquisque sicut accepit gratiam, in alte-* 1. Petr. 4.
rutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores v.10.
multiformis gratiæ Dei. Epist.1. cap.4. v.10. De quo D. Gregor. hom.7. post multa de Prædicatoribus,
ita. *Quod apud Ezechielem, pennæ: hoc apud Petrum* D Gregor.
Apostolum, accepta gratia dicitur? & quod ille ait, Magnus.
rectæ pennæ alterius ad alterum: hoc Ecclesiæ pastor dicit, vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, pennæ enim nostræ rectæ non sunt, si ad vtilitatem nostram solummodo reflectuntur: Sed tunc rectæ fiunt, cum ad vtilitatem proximi dirigimus,

quod habemus. Praue itaque pergis volans, si dum res vrget, ad proximi salutem non preperas: imò tunc magis rectus contendis, cum flexus, aliorum saluti inclinaris: vt eo voles altius, quo profundius pro aliis te demiseris.

96. Tale aliquid significari videtur in Sixtianis, Sixtian. quæ ad hunc locum, sic vertunt: *Alæ eorum extentæ, volantes altera alteri, vnicuique duæ tegentes* Theodor. *corpora ipsorum.* Vel vt ex Theodoreto vertunt alij: *Singulis duæ coniunctæ, & tegentes corpora eorum.* Quasi eædem ipsæ essent pennæ, quæ mutuò ministerio iungebantur, & quæ animalium corpora tegebant. Et cur ita? respondet citatus D. Gregor. Magn. Gregor. versiones concilians. *In translatione veteri, de his alis dicitur: singulis duæ coniunctæ, & tegentes corpora eorum. In quibus verbis intelligitur, quia & ipsæ erant pennæ, quæ iungebantur alterius ad alterum, & ipsæ quæ eorum corpora cooperiebant. Quod per figuram benè accipitur: quia illas nos virtutes apud omnipotentem Deum protegunt, quas ex charitate proximis impertimur atque coniungimus: cum quibus dum concorditer viuimus, mala quæ fecimus, velamus.* Sic iam ditiores manemus, dum Proximis prufusiores, in illorum salutem emanamus: inde tanquam chariores filij apud Deum protecti, vnde pullos nostros, chariori quodam tegmine protegimus.

97. Quam hoc nouerat Dauid! *Laqueum*, inquit, *parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam: foderunt ante faciem meam foueam, & inci-* Psalm. 56. v. 7. *derunt in eam.* Psalm. 56. v. 7. post libertatem assertam delusis hostibus: spectares totum, in gratiarum actionem, Deo impendendum: & quidem meritò, id enim videtur esse, quod statim V. 8. sequitur v. 8. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Sed non tam actio gratiarum sola, hic exhibetur, quam etiam redditio promitti visa: vnde in hac repetitâ sententiâ, excellentiorem modum quo Deo coniungi cupiebat Dauid, au- D. Bern. cupatur. D. Bernardus serm. 3. de Assumpt. vbi ita. *Quis enim sicut Dauid fidelis, ingrediens, egrediens, & pergens, ad imperium regis? denique, paratum inquit cor meum, paratum cor meum: non semel tantum, sed & secundo, & vacare tibi, & Proximis ministrare.* quia minus perfectâ virtute Deo respondere videretur, minúsque illius obsequio mancipati deuotè; nisi pariter sibi, & proximorum saluti studeret; adductis multis, qui secum, benigno Domino deseruirent.

98. Hinc credo, Apostolorum principes, non absque ingenti mysterio, miraculorum suorum, seriem, à claudi illius salute inchoasse. Iacebat miser ad templi Speciosam: semper scilicet ad templum, sed in templo nunquam: pergebant interim vacaturi contemplationi, Deóque vniendi, Petrus & Ioannes, spiritu feruido, vt par est credere, ardentíque affectu: & tamen sistunt ad claudi preces, suásque metipsorum remorantur: apertóque charitatis thesauro, restituunt misero salutem: *Exiliens stetit, & ambulabat, & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens,* Act. 3. v. 8. *& laudans Deum.* Act. 3. v. 8. Scilicet, vt Apostolorum successores, contemplationem interdum remorari discerent, diuinósque amplexus, proximorum interstistente curâ detinere: vt ita cœleste æternæ beatitudinis templum, non soli, Drogo Ost. sed lucrifactis sociis ingrediantur. Benè Drogo Ostiens. lib. de Sacr. Dom. Pass. *Ascendebant ad templum tuum Domine, secum simul oraturi; & vt ipsi tecum simul introeant, in paradisum Sanctuarij tui; quia scissum est in morte tuâ velamentum, quod erat super faciem Moysi: Sed noluerunt intrare soli, quia nec tu Domine solus, paradisum introiisti: tu latronem, isti claudum introducunt.* Non est itaque per omnia IESV similis, qui solus, introire potest regna cœlestia: non sunt legitimi Apostolorum successores, qui sobolem secum, adducere fœcundi non contendunt: sicut visa IESV paradisi gloria desipere, si ad illam tunc solus introiret. Possent huc multa congeri, de Ecclesiæ ouibus, non est sterilius. Sed hæc gratius ex ipsis Patribus hauries, ad cap. 4. Cantic. v. 2.

Solummodo opponi possunt verba Pauli, ad 99.
Timoth. 1. cap. 3. v. 13. vbi ita de Diaconis. *Qui* 1. Tim. 3. v. 13.
enim benè ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent. Si enim ministrandis proximis impensum munus, bono tantum virtutis gradu contentum est, gratis hoc munus, perfectissimum esse contendimus: Sed respondet egregiè D. Bernardus D. Bernd. supra citatus, ita. *Bonum acquirit gradum, qui benè ministrauerit: meliorem, qui benè vacauerit: optimum autem, qui perfectus est in vtroque.* De hoc autem mixtæ vitæ genere, quo Societas vernat, vt ex superioribus patet, hucusque locuti sumus: illúdque cæteris, cum D. Thoma, Theologorum principe anteponimus: de quo infra multa.

§. XII.

Spiritualis Magistri vita, sit norma sanctitatis.

SEd incitat dolor, vt latius pergam. Inter tot 100.
fetacissimas Doctrinæ segetes, quibus hodie Orbis fœcundatur: tot simul vitiorum vepres pullulare, ego inde maximè credo euenire: quod ij, quibus docendi virtutes munus inest, adhuc discendi operâ indigemus: dissentimus verbis, & vita, moribus, & clamoribus: consecramus illis, quod istis reprehendimus. Aptè Seneca epist. 20. Senec. *Illud autem mi Lucili, te rogo, atque hortor, vt Philosophiam in præcordia ima demittas: & experimentum tui profectus capias, non oratione, nec scripto, sed animi firmitate, & cupiditatum diminutione: verba rebus proba, &c. facere docet Philosophia, non dicere: & hoc exigit, vt ad legem suam quisque viuat, nec orationi vita dissentiat: vt ipsa inter se vita, vnius sine actionum dissensione, coloris sit.* Hodie longè aliter, non verba rebus, sed verbis res probantur, & certè ideò improbantur: nec potest aliorum conscientias, fœcundis imbribus vtiliter irrigare, quæ propriam aridulam derelinquit. Hoc est, quod Reg 16. postquam nobis solidarum Regula virtutum studium, præ omnibus commendatur, Soc. statim subiungitur: *Illa enim interiora sunt, ex quibus efficaciam ad exteriora permanare, ad finem nobis propositum oportet.* Nouit enim Societas, parum aut nihil filios suos, in proximorum salute profecturos, ni internis virtutibus, externa ministeria commendarint. Scilicet ebibit monitum Salomonis, qui Prou. 5. v. 16. ita. *Bibe aquam de* Prouerb. 5. *cisternâ tuâ; & fluenta putei tui: deriuentur fontes* v. 16. *tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.* Quod ibi Beda sic exponit. *Scientiam inquit, quam prædicas aliis, ipse serua: & tui irrigatione sermo-* Beda. *nis, infundere: cum ipse seruaueris, tunc & aliis prædica: & magnâ auditorum amplitudine, diuina eloquia, iuxta vniuscuiusque qualitatem dispensa.*

Quid

Quid aliis propinas poculum, quod nec leuiter attingere digaris? quid ni suspicentur aliquis venenum ibi misceri, si quod solicitus porrigis bibendum, fugis solicitior? bibe, tunc diuide, frustra enim aliis futurum dulce dixeris, quod dum vitas, amarum pertimetur: prius tibi sapiat virtus, opus est, vt illam aliis sapidam, explices congruenter.

101. Id quidem occultabat mysterij, liber ille, quem prædicaturo Ezechieli, comedendum porrexit Deus, de quo addit ibi Propheta: *Et comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce: & dixit ad me fili hominis, vade ad domum Israel, & loqueris verba mea, ad eos.* cap. 3. v. 4. de quo D. Gregor. ibi hom. 10. *Liber qui viscera repleuit, dulcis in ore, sicut mel factus est: quia ipsi de omnipotenti Deo sciunt suauiter loqui, qui hunc didicerint, in cordis sui visceribus veraciter amare.* Et quidem meritò, monstrum quippè fuerit, si possimus dulciter, & efficaciter de Deo loqui, quem corde non habemus: Sitque nobis eius eloquium, ori mel dulce: cuius imitatio cordi, est fel amarum: Quamuis, vt verum fatear, pia illa, indeuoti cordis verba, fascinatos tantummodo auditorum sensus fallere poterint: da syncetos istos, & videbis quam facile, non mellea, sed mellita extimè deprehendent: quæ si paululum euoluantur, instar amaricantium pillularum, bracteam deponentia toxicabunt: certè verba feruido virtutis spiritu emissa, aut phantastico feruore bullientia, ipsa se produnt. Prudenter Plinius in Paneg. quamuis in re aliâ: *Multa quidem excogitat metus, sed quæ appareant quæsita ab inuitis: aliud solicitudinis, aliud securitatis ingenium est, alia tristium inuentio, alia gaudentium, aeutrum simulationes expresserint: habent sua verba miseri, sua verba fælices: vtque iam maximè ab vtrisque dicantur, aliter dicuntur.* Sic in re nostrâ: poterit quidem cor felleum, melleis verbis vti fortasse, sed longè aliter hinc, quàm à melleo corde perstillabunt.

[Margin: Ezech. 3. v. 4.; Plin.]

102. Certè verba Dei tunc verè mellea, tunc auditoribus sapida, & proficua, cum intus talia sentiuntur, qualia foris prodeunt: cum sic effunduntur labiis, vt linguæ suffundantur. Est hoc illud IESV nostri ad Ecclesiam: *Fauus distillans, labia tua: mel & lac sub linguâ tuâ.* Cant. 4. v. 11. vbi Gellibertus serm. 34. ita. *Simulata dulcedo est, quæ tantum sonat in lingua, & non sentitur sub ipsa: exigua est, quæ tantum est in labiis & in linguâ, & non pars eius maior, sub linguâ. Non est dulcedo tantum in eius linguâ, nec tota est in linguâ: sed, sicut ipse qui nouit testatur, mel & lac sub linguâ.* Distillent ergo labia quoduis mel, fluat nectare lingua: si tamen sub lingua, & in intimo, dulcedo non scateat, parum proficiet. Habet tamen, & mysterium grande, & emphasim latentem, quod sub linguâ non tantum mel, sed etiam lac celebretur: quia nimirum illa dicendi suauitas, quæ quatenus mellea sapit, etiam quatenus lactea nutrit discipulos, quæ sub dicentis linguâ, id est, in intimis Magistri visceribus reconditur, neque solum in labiis stillat. Pulchrè idem Gellibertus. *Beata lingua, quæ velut fauus distillat, & velut vbere quodam paruulorum, lacte distenditur: quæ mel distillat, & lac fluit.* tam enim præclaras dotes habeat necesse est, qui sermonis institutorij officium, non tam in linguâ habet, quàm sub linguâ: vt quæ loquatur, prius operetur, nihilque aliis condiat, quod prius sibi non recondat.

[Margin: Cant. 4. v. 11.; Gellibert.; Idem.]

103. Hinc iam claret illud eiusdem sponsæ. *Surrexi vt aperirem dilecto meo: manus mea distillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrhâ probatissima: pessulum ostij mei, aperui dilecto meo.* Cant 5. v. 5. ecquis enim nouus magis apparatus, pessulo amouendo, quàm quod manus & digiti, myrrhâ perstillarent? Sed respondet ibi ad rem nostram, Rupertus. *Pessulum ostij mei, id est, clausuram oris mei. Quid namque per pessulum, nisi silentij signatur firmamentum? pessulum ergo ostij, dilecto meo aperitur, cum indictum ori silentium, propter Christum resoluitur. Et quam pulcher, quam rationalis, quam disciplinatus ordo loquendi! prius myrrha stillat de manibus, & digiti myrrhâ probatissimâ pleni monstrantur: ac proinde pessulum ostij dilecto aperitur: id est, prius vitæ laudabilis exemplum preparatur, & deinde doctrina, fidem quærens audientium, palam profertur.* Posuerat circunstantiæ ostium labiis suis, non tam ne quid intraret, quàm ne quid hostile exiret: quasi quidem hostile foret aliis, quidquid erumperet, nisi è manu mortificationem operante prius, emitteretur. Ah, quam scita metaphora! Non aperitur iusti oris ostium, labiis se, vt solet fieri, deducentibus, sed digitis mortificatis clauem adducentibus, pessulumque abducentibus: vt verba non tam ex dentibus emissa, quam transmissa per digitos, mortificationem præuiam redoleant, Crucem spirent. Sed redeo ad Ezechielem, qui degustato volumine illo dulci, huc nos impulit.

[Margin: Cant. 5. v. 5.; Rupert.]

Viderat ille similitudinem gloriæ diuinæ, quâ iam late descriptâ, subdit: *Et vidi, & cecidi in faciem meam, & audiui vocem loquentem, & dixit ad me: Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum.* cap 2. v. 1. audierat certè iacens, quod præcipiebatur: quorsum ergo iam erigi iubetur, noua auditurus? quid? prostrato illo, eminebat sanè reuerentia, quæ ipso erecto, cadere videbatur: quæ enim audiendo Deo, (cuius sermo, humiles & timentes solet condecorare,) dispositio congruentior, quam metus ille reuerens sic iacentis? Latet tamen mysterium: de quo benè D. Gregor. ibi hom 9. ita. *Qui iacenti loquebatur, cur non se nisi stanti promittit locuturum? Sed sciendum, quod alia sunt, quæ iacentes, alia quæ stantes audire debemus: iacenti enim dicitur, vt surgat: Stanti, vt ad prædicationem proficisci debeat: adhuc enim nobis, in infirmitatis confusione iacentibus, præberi non debet auctoritas prædicationis: sed cum iam in bono opere surgimus, cum iam recti stare cœperimus: dignum est, vt ad lucrandos alios, in prædicationem mitti debeamus.* Quomodo enim prostratos eriges, qui erigente indiges prostratus? quomodo coniacens, iacentes attolles, quin nouis terminis consepelias? quomodo deduces alios ad virtutem, qui vitiorum tuorum limo implicatis? quomodo denique sanctitatis alios robore solidabis, diffluens miser luxu vanitatis? Quam alia vox illa iusti, de Deo locuti? *Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis, & statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos.* Psalm 39. v. 3. & quorsum ista? Vide quid subdat: *Et immisit in os meum Canticum nouum, carmen Deo nostro.* v. 4. de quo citatus Gregor. *Prius de lacu prauitatis educitur, vt eius pedes per fidem, in petrâ solidentur. Sed quia rectam fidem, recta subsequi debet operatio, gressus eius directi sunt: vt post directionem gressuum, id est, post perfectionem boni operis, in ore accipiat etiam, nouum Canticum prædicationis.* E luto ergo fæcis, geme ad veniam, non clames ad doctrinam:

[Margin: 104. Ezech. 2. v. 1.; D. Gregor. Magnus.; Psalm. 39. v. 3.; v. 4.; D. Gregor. Magn.]

nam: neque enim in Petra Christo, verbis illos exaltabis, quibus offensionis petra operibus factus es, vt ruant peius.

105. Act. 9. v. 6. v. 7. D. Gregor Magn. Prosternatur, a Christo, Paulus, vt surgat Apostolus: cœcatur foris, vt intus meliori lumine splendescat: Sic Deo iam deditus, vt in vocem illam seruitutis testatricem, proruperit tremens, ac stupens: *Domine, quid me vis facere?* Act. 9. v. 6. quid tunc Christus? informat ne virum, quem vas electionis, portando nomini suo efformabat? committit ne illi prædicandi munus, quem Euangelij tubam destinabat? minimè, sed respondet: *Surge & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* v. 7. de quo adhuc D. Gregorius ibidem. *Sic Saulus cum superbè Damascum pergeret, redemptoris voce prostratus iacuit: & qui prædicator futurus erat, non tamen mox vt prædicaret, quod viderat, audiuit: Sed ei iacenti dicitur, ingredere in ciuitatem, &c. iacens ergo hoc solum audire potuit, vt surgens disceret, quod audierat: surgens verò hoc didicit, vt quæ cognouerat prædicaret.* Quasi nuper ob crimina prostrato, quamuis iam pœnitenti, tantum committi munus non deceret: & tamen Paulus erat, & conuersus vt Paulus. tu verò adhuc impœnitens, testamentum Dei assumis per os tuum: & dæmoni confœderatus, diuina propalare fœdera, non perhorreas? Adhuc tamen in Paulo, aliquid aliud restat ponderandum. Rapitur postea ad tertium vsque cœlum: vtque congruè cœlestia loqui possit, etiam illa audit, quæ homini loqui non licet. 2. Cor. 12. v. 4. Scilicet minus decenter prædicaret, si solum quæ dicenda licerent, penetrasset: cœlum conuolat, vt penè cœlestis, à discipulorum cordibus, terræ fæces dimoueret. D. Petrus Chrysol. de illo, ita. *Dum satis terram vincit, & intrauit cœlum & transiliuit aliud, & vsque ad tertium meruit peruenire. Et meritò, nam primus conscendere debet cœlos, qui sic & verbo, & exemplo, homines penetrare docuit cœlos.* Ascendit ergo, vt descendat iam cœlestis: vt deinde verbo, & exemplo vtiliter edoceret.

2. Cor. 12. v. 4. — D. P. Chrys

106. Iob 40. v. 13. De Behemoth, siue dæmonis ministris locutus Deus apud Iob, ita habet? *Ossa eius, velut fistulæ æris.* cap. 40. v. 13. benè enim hi tales dicuntur ossa dæmonis, vtpotè illius mystici corporis, partes robustiores. Sed cur non tam durissimi æris virgæ solidæ: quam cauæ fistulæ dicuntur? quia in his ministris, praui præcipuè prædicatores intelliguntur: Scite igitur fistulæ vocantur: fistulâ námque Pastor, errantes greges conciliat, vnde Poëta, *Truces hec fistula tauros conciliat:* Dæmon autem his prædictis magistris, tanquam fistulis, greges suos conuocat, deuotos sibi retinet: vt plurimum enim hi tales, curiosa & vana miscent, non vtilia & solida: voluntatis quippè inflammandæ desertores, inflammatæque voluptatis titillatores, sonum merum edunt, & facti sunt velut æs sonans, & cymbalum tinniens. Fauet Godefridus ad lib. 1. Machab. cap. 3. vbi ita de dæmone: *Eloquentiam sine sapientia amat, in ministris suis: vnde ossa eius, sicut fistula æris: id est, illi, qui tantum sonitum habent: & sensum benè viuendi, non retinent.* Sicut ergo fistula æris vacua, & sonans: sic isti virtutis dotibus vacui declamatores.

Galfrid.

107. Ierem. 22. v. 22. Quid si dicimus, id voluisse Ieremiam cum dixit ad populum corruptum, *Pastores tuos pascet ventus?* cap. 22. v. 22. quia sicut vento fistula pastoritia inflatur, sic perditi Doctores, dæmonis fistulæ, verba vana iactantes, quodammodo vento pascuntur, & inflantur: vt aures recreent, corda non permoueant Hugo Card ibi: *Pascere ventos, est dicere verba vana.* Neque enim solidæ veritatis sententias, pectoráque penetrantes, possunt emittere, vt illos curent, quibus vanitatum vanitas cordi residet: neque vim verbis dare, quæ vitæ abominationibus eneruantur, benè D Prosper Aquitan. lib. 1 de vita Cont. cap. 20. ita. *Quod vero dicit Apostolus, vt nos formam exhibere debeamus fidelibus, quid valebit si cui vel exhortandi bonos, vel castigandi malos, cura commissa est: benè viuendo, se imitandum bonis exhibeat, & malos tacendo, non corrigat? ad hoc enim, nisi me fallit opinio, sanctè viuendum est Sacerdoti, ne dicta sua repugnantibus factis euacuet; si quod prædicat se credere, non faciat, aut si quod non facit, prædicare præsumpserit.* Vbi plura, in hanc rem, grauissima, congerit Doctor grauissimus.

Hugo Card. — D Prosper Aquit.

Quatuor illa animalia, quæ Prædicatorum symbola, diuinæ quadrigam gloriæ circumuoluebant, vndique scintillabant: *Et scintillæ, quasi aspectus æris candentis.* Ezech cap. 1. v. 7. id est, Auctore Magno Gregorio, accensis doctrinæ verbis, Deum prædicabant. benè est: sed cur verba illa, quæ fornacibus vndique ardentibus, & fluuiis videbantur igniuomis comparanda: paruis tantum scintillis assimilantur? respondet idem S. Doctor ibi hom. 3. *Candens æs scintillas proiicit; quando vix tenuiter Prædicator loqui sufficit hoc, vnde ipse fortiter ignescit.* Quasi ij solummodo debeant instituendis Proximis accedere, qui quantumuis ignita, imò ignea loquantur, omnes cordis stationes audientibus adurentia: ipsi tamen ignes, ipsa emissa fulmina illorum, scintillæ videantur, si cum interno charitatis ardore, quo ipsi exæstuant, comparentur: aliàs, tanto indigni munere repellentur. 108.

Ezech. 1. v. 7. — D. Gregor.

Ideò acutè D. Ambrosius, ad illud Dei, ad Moysem primitus vocatum: *Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est:* Exod. 3. v. 5. Supponens eum cæteris interpretibus, in his mortuis calceorum pellibus, terrenas carnis exuuias præcipi dimittendas: videtur addubitare adhuc, cur id in primo illo congressu, maximè imperetur: cum tamen postea toties vocatus Moyses ad diuinum commercium, calceos non deponeret? cui tamen dubio, sic visus occurrisse, lib. de Isaac, c. 4. de Moyse. *Cui dicitur solue calceamentum pedum tuorum, vt vocaturus populum Dei, ad regnum, prius carnis exuuias deponeret: & nudo spiritu, vestigioque mentis incederet.* Quia ergo in primo hoc congressu, hoc munus educendi ab Ægypto, deducendíque ad terram promissionis populum Moysi tradebatur, expressiur erat illi sanctificationis quærendæ ratio tutimanda. I nunc, neque solum prauis affectibus calceatus, sed etiam sæuiente cupidine calcatus: pedes calcea in præparationem Euangelij: quidquid enim sic coneris, certè de gressuum speciositate non laudaberis: nec educes à culpâ, nec ad patriam Dei populum adduces. 109. Exod. 3. v. 5.

D. Ambr.

Reclamat diu Moyses, muneris difficultatem exhortescens: cui tandem post multa Deus: *Aaron frater tuus Leuites, scio quod eloquens sis, &c loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius & ego ero in ore tuo, & in ore eius.* ibidem, cap. 4. v. 14. Sed quorsum nouo epitheto mactatur Aaron? vt cui interpretis diuini munus irrogabatur, Leuiticæ sanctitatis particeps nosceretur. Sic prudenter addubitauit, & congruenter respondit Philo Iud. in lib. *Quod det. pot. insi.* his verbis. *Quid opus erat, postquam dixerat, ecce Aaron frater tuus, addere, Leuita? nisi vt doceret, quod solis Leuitæ, & Sacerdoti, & bono sermoni,* 110. Exod. 4. v. 14.

Philo Iud.

conuenit

comunis proferre cogitata, quæ sunt perfecti animi germina: nam mali viri sermo, nunquam interpretari potest diuina dogmata. Quia licet interpretur, inutiliter tamen id fecerit: è ventosoque animo tumida potius, quàm è feruido spiritu grauida, venerit in-
D.Cyprian. terpretatio. Adscribo in re simili verba D.Cypriani: vt de minori ad maius, de lectore ad doctorem, sumatur argumentum: de Aurelio ergo lectore, recens initiato, sic habet Diuus Doctor epist.5. *Merebatur talis, clericæ ordinationis ulteriores gradus, & incrementa maiora, non de annis suis, sed de meritis æstimandus: Sed interim placuit, vt ab officio lectoris incipiat: & quia nihil magis congruit voci, quæ Deum gloriose confessa est, quam celebrandis confessionibus diuinis personare: post verba sublimia, quæ Christi martyrium prolocuta sunt, Euangelium Christi legere, vnde Martyres fiunt, ad pulpitum post catastam venire: illic fuisse conspicuum gentilium multitudini, hic à fratribus conspici: illic auditum esse cum miraculo circumstantis populi, hic cum gaudio fraternitatis audiri.* Ac si foret dispositio ad lectionem ineundam, initii martyrii delibatio. Tu doctor, qualis ad pulpitum, debeas accedere, hinc perdisce.

111. Explicarunt iam aliqui locum illum Cant.3.
Cant.3.v.7 vers.7. *En lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt, ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladium, & ad bella doctissimi, vniuscuiusque ensis, super fœmur suum propter timores nocturnos.* Explicarunt inquam, de gladio diuini verbi: viuus enim, vt loquitur Apostolus, & efficax est sermo diuinus, penetrabilior omni gladio ancipiti; sed cur gladius iste, qui ab strenuissimis Ecclesiæ militibus, contra depravatos peccatorum mores, euaginandus videbatur: fœmori tantum ipsorum militum, id est,
Gillibert. doctorum dicitur adhibitus? respondet Gillibertus serm.16. *Vt, vbi est tentationis occasio, ibi maior verbi præoccupatio fiat, commonitio crebrior. Vniuscuiusque ensis super fœmur suum: vt seipsum primo corripiat, seipsum custodiat, seipsum diiudicet.* Hæc est enim optima prolusio, si in te metipso, ferrum verbi acuas, ne deinde feriendis aliis hebescat.

112. Concludo paginam, (nam plures in hanc materiam, dedi alibi) facto illo ænigmate, de quo
Ier.1.v.11. Deus ad Ieremiam. *Quid tu vides Ieremia? & dixi, virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me: bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud.* Cap.1. vers.11. ecquid erit illud, quod Christum hîc intellectum, semper alias vigilantissimum, cogat insuper vigilantiores excubias exercere? verbum faciendum. Et cur ita? vt qui docturus erat, prius opere, quam verbo, norma fieret: & qui postea venturus erat facere & docere, iam in figuris, faciendo verbo inuigilaret.
D.Anton. de Pad. D. Antonius de Padua Dom.5. in Pass. *Virga à viriditate, vel virtute, vel quod eâ viri regant, sic dicta, significat Christum, qui est virtus Dei,* &c. *Hæc virga vigilauit super verbo suo, vt faceret illud, quia quod verbo prædicauit, facto compleuit & ostendit. Super verbo suo vigilat, qui quod verbo prædicat, opere exercet.* Hinc ergo oritur anxia solicitudo, qua Societas curat verbo non indormire: cum ipsissimusmet suus IESVS, eidem sic dicatur inuigilare.

§. XIII.

Quàm se in IESV *suo, studeat Societas in dies renouare.*

113. VT Societas opere compleat, quod verbo docet, & quæ superiori §. dixi, sibi maximè
P. Pinto Ramirez. S. Script. Selecta.

probet necessaria: nihil habet prius, quam per spiritualia exercitia sibi quotidie crescere & proficere: vt quò in se fuerit perfectior, eò perfectiores proximos reddiderit. Hinc illa regula prima,
ex communibus: *Singuli præfinitum sibi tempus, sua conscientia bis quotidie examinanda, orationi meditationi, lectionique impendant, cum omni diligentiâ in Domino.* Itaque studiis indies renouata Societas, IESV suo arctius adstringitur: neque id difficile, supremo sint laudes numini, consequitur: vt enim necessaria est ista renouatio, sic neque Societati ardua venit, ob domesticum & quasi familiarissimum sibi IESVM, qui totius renouationis gratum principium est, ac fons perennis. Non extra quærit hæc Aquila generosa fontem & solem, Ps.102.v.5.
quibus renouetur. Ad illud Psal.102. vers.5. *Renouabitur vt Aquila iuuentus mea:* Venit aptus Aratus Diaconus lib.11. Histor. Apostolicæ. Aratus.

Ad veterem reditura diem, sic dona caloris
Languida sumit Auis, cuius de fomite vires,
Accipit, & prisci reparat dispendia sæcli:
Cui ne sola forent quæ feruidus ingerit æstus,
Per latum purganda vadum ter mergitur vndis,
Et senium deponit aquis, iuuenemque vigoris
Effigiem, de fonte leuat: nam debilis æuo,
Et declinatis senior iam visibus ales,
Flammiuomo sub sole iacet, pennasque grauatas
Eius igne fouet, nocturnaque lumina pandit,
Atque oculos radiis ardentibus ingerit ægros.

Quid ni ergo renouetur vt Aquilæ, iuuentus Societatis, quæ in IESV suo, & domesticos habet fontes Saluatoris, & Iustitiæ solem familiarem? lege quæ multa SS. Patres, de serpentis prudentiâ, se se in angustioris petræ foramine, renouantis, scripserunt: & disces, quàm suauiter in CHRISTO-IESV Petrâ, pulchræ renouationis spem concipiat Societas. Iam ergo & renouationis huius necessitatem, & IESVM renouantem, paucis illustro.

Orbem exhilaraturus promisso Christo, sic 114.
prorumpit Isaias: *Paruulus enim natus est nobis, &* Isai.9.v.6.
filius datus est nobis, & factus est principatus, super humerum eius. Cap 9.v.6. sed cur maximè paruulus Rex, & puer princeps nobis annontietur IESVS noster, in hoc loco: qui tamen sub simili principatus splendore, magnificandus, à Daniele tam Dan.7.v.9.
sub alia ætate repræsentatur? pende huius verba: *Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius, quasi lana munda.* Cap.7. vers.9. & quidem senilis ista maturitas, annuntiando Regi, cuius imperium super humerum eius, (id est, qui regni curas voluebat prudentissimè) longè aptior videbatur. Quid igitur puer potius promittitur? vt in hac noua ætate, ipso statim aspectu, renouationem gubernando populo apprimè necessariam afferre nosceretur. Bene Vverricus ibi, Vverricus.
apud Godefr. ita. *Puer, antiquus dierum: puer formâ corporis, & ætate antiquus dierum, incomprehensibili scilicet æternitate: quanquam, & in ipsâ sua dierum antiquitate, & si puer non sit, nouus tamen semper sit: immo non tam nouus sit, quàm ipsa nouitas, in se semper manens, & innouans omnia: à quo, quæcunque res, prout recedit, inueteratur: pro vt reaccedit, renouatur: & nouo quodam modo, vnde antiquus, inde nouus: quoniam quidem æternitatis ipsius, sine initio nascendi, ipsa est & antiqua nouitas, & noua antiquitas ipsius.* Hæc ergo antiqua nouitas, omnia renouans, aptè sub infantili ætate repræsentatur: quasi ab illis qui accesserint, senium amotura fœliciter.

115. Suscipit seniot Simeon, Puerum IESVM in vlnas suas, & exclamat deinde eygnus. *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum*
Luc.2.v.29 *in pace* Luc.2.v 29. mira vox! inuenit suspitatum suum IESVM, sponsa, & pollicetur exclamans:
Cant 3.v 4 *tenui eum, nec dimittam.* Cant.3.v.4. & Simeon, eodem paribus suspiriis inuento, dimitti rogat: in ipsoque vitæ amplexu, precatur mortem? non tam illam precatur, quàm annuntiat fœlicem, & hebeti iam stimulo pacificam: obiter tamen iucundissimam alram missionem sibi auguratur: ideo, ni fallor. de præsenti ait, *nunc dimittis:* quasi non tam se rogaret dimittendum, quàm quasi se iam dimisso exultaret: nimirum accepto familiariter IESV, veteris hominis exuuiis depositis, in nouitate spi-
Gillibert. ritus exultabat Gellibertus serm. 9. *Vtique in pace dimittitur, solutus & sequestratus a carne, vt non amplius concupiscat aduersus spiritum, & illi repugnet. Ille ad noui amplexum pueri, senescentis deposuit hominis vetustatem, & in tranquilliorem statum, a corporis corruptibilis pœnâ & carnis pugnâ, dimitti se, vel postulat, vel exultat.* Quia nihil gratius iusto venire poterat, quam fœlix ista renouatio: nec ista aliunde fœlicius, quam ab accepto IESV poterat prouenire.

116. Non ergo mirum, si tam auidè sponsa retinet, quem tenuerat, nec vnquam à se sollicitat dimittendum: quando per IESVM, dimissam sibi sentit omnem vetustatem, deque perpetua exultat reno-
Cant.1 v.16 uatione. Huc facit illa eiusdem vox: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus: lectulus noster floridus.* Cant.1.v.16. cur vero conscientiam suam, lectulo florido comparet, ignorat nemo ex Bernardo verbis illis vt optimis, sic notissimis: quibus ostendit serm 47. in Cant. in lecto non tam nasci, quam
D.Bernard. aspergi flores, & tandem addit *Propterea & necesse est sane reparare frequenter, & semper recentiores apponere flores, quod diu odorem suum minimè retinent & decorem. Quod si vt in alio sermone præfatus sum, lectulus respersus floribus, conscientia est bonis referta operibus: vides certè vt similitudo seruetur, nequaquam sufficere semel, vel secundo operari, quod bonum est, nisi incessanter addas noua prioribus, quatenus seminans in benedictionibus, de benedictionibus & metas: alioqui iacet & marcet flos boni operis, & in breui omnis ex eo nitor exterminatur, & rigor: si non aliis, atque aliis superiectis pietatis actibus continuè reparetur.* Hac posirâ explicatione, sic Ecclesiæ sententia videtur connectenda: tu verè pulcher es, & decorus dilectissime IESV, non ego talis: cui virtutis pulchritudo (tanquam flos lectulo) non adnascitur, sed adducitur. Iam ergo capies, quid statim IESVS respondeat: *Ego flos campi.* Cap.2. vers.1. contestatio enim est ni fallor, assignati discriminis. Huc aduoco Bernardum citatum, quem
Idem. tamen intercipio. *Aduerte nunc mihi ternarium quendam floris statum, in campo, in horto, in thalamo, &c. & in campo quidem & in horto oritur flos, in thalamo autem minimè: redolet & lucet in eo, non tamen erectus, & stans, vt in horta & campo, sed planè iacens, tanquam qui illatus sit, non innatus, &c. in horto autem non ita sed neque in campo similiter, ex se enim semel productis floribus assiduè subministrant vnde diu in ipsis decus ingenitum perseueret. Differunt tamen & ipsi inter se, quod hortus quidem vt floreat, hominum manu & arte excolitur: campus vero ex semetipso naturaliter producit flores, & absque omni humana diligentia adiutorio, &c. Non se proinde debuit florem thalami protestari, qui flos est perpetuo vigens: Sed neque item horti, ne humano videretur opere generatus: pulchrè autem & conuenientissimè, flos campi sum, ait, qui & absque humanâ industriâ prodiit: & semel prodeunti, nulla est deinceps dominata corruptio.* Non ergo, vt initio dicebam, mirum est, si sponsa, inuentum iam cap.3. vers.4. IESVM, tam auidè retineat, nec dimittat, quandoquidem in flore isto vno incorruptibili, laborem renouandi flores suos, visa præcidere: perque gratum compendium, in eodem identidem in melius renouandi.

Et vide iam, quam vera ista. Cap.1.v.8. à IESV 117.
suo Ecclesia, sub habitu pulcherrimæ fœminæ de- Cant.1 v.8.
scribitur, *& pulcherrima inter mulieres* prædicatur. Paulo post v.11. dona eidem irroganda, *murenulis vermiculatis argento* comparatur: nunc *equitatus* in curribus Pharaonis, nunc *lilium* inter spinas ap-
pellatur: donec tandem cap. hoc 3. ad illam à Cant.3.v.6
complexu IESV prodeuntem: exclamant Angeli: *Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?* Vers.6. & vnde tam multiplex, in vnâ eademque personâ variatio? vnde tam alius habitus in ipsa? eadem planè est, sed iam alia: alia quippe videtur, sed manet ipsissima: piam quandam histrioniam, visa exercere, dum identi-
dem à IESV suo renouatur. D.Gregor. Nyssenus Nyssenus.
ibi apud Delr. ita. *Vt in theatrorum pompis, tametsi sint iidem, qui rem gestam, quæcunque tandem eis proposita est, spectandam exhibent: & aliis tamen, aliorum speciem induere videntur, quotquot diuersorum laruis sumptis, figuram priorem mutant: ita vt is, qui modò seruus, aut homo priuatus quispiam apparebat, non multo post, tanquam vir strenuus, aut miles conspiciatur: rursus relicto plebeio habitu, regis vel Imperatoris personam induit: Sic Ecclesia nobis proponitur, nouo ac nouo subinde habitu, in melius proficiens, ac semper gloriosior: primo vt formosa, sed inter mulieres: postea auro & argento vermiculata: &c. Tandem similis virgulæ.* Hæc est sancta illa nouitas illorum, *qui nouo ac nouo subinde habitu* dum iidem manent, iam alij videntur.

Id satis contestatur, tam inopina ista sodalium 118.
Angelorum admiratio. *Quæ est* inquiunt, *ista quæ ascendit per desertum?* Insperata sanè, legentibus, inquisitio: quæ est, ô Angeli? an fortè cœcutitis? an non ista est, quæ paulo ante vobiscum, per vicos & plateas, suspirans, & gemebunda dilectum suum absentem perquirebat? non ne ista est, cui inuentum IESVM, nec dimittenti, nuper credo fuistis congratulati? quid ergo, tanquam ad ignotam personam hæsitatis, & quasi stupentes quæritis, quam agnoscitis? nimirum venerat ipsa, sed iam alia, & sub nouo decoris habitu, quasi ignota, ad
miraculum dubitatur. Gellibertus ibi, serm. 15. Gellibert.
Fortè sponsa, de speculationis arcano, eam, quam intuebatur sponsi imaginem, vestita prodiit, noua planè: nam sodalium circa ipsam admiratio, nouitatem protestatur. Ac si dicat: non est cum illa, sicut heri, & nudius tertius: non iam amplius circuit ciuitatem, non discurrit per vicos, & plateas, per vigiles: non errabunda vagatur, sed itinere directo ascendit. Quæ est in hac ipsa, hæc tam subita nouitas? Nimirum, iam IESVM suum induta sic renouatur, vt etiam perspicacissimis oculis videatur iam alia: & facto viarum compendio, absque dispendio perfectionis, immo & perfectior, ascendit recta, quæ errans deuiarat.

Sed in hac ipsâ voâ renouatione, quàm multi- 119.
plex variatio! *audis virgulam fumi,* neque vtcunque, *sed ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pul-*

ueris

neris pigmentarij. Et quidem odoratæ massæ, floribus, pigmentis cæterisque huiusmodi, passim Iustos, qui bonus odor sunt Christi, legimus comparatos: at vero in odore fumeo, non tam ipsi, quam ipsorum preces & orationes, vt ex Apocalypsi constat, solent figurari. Quid ergo causæ est, quod in hoc loco, non solum aromatibus, odoratoque pulueri, sed etiam fumo, sponsa similis produisse dicatur? scilicet IESV suo coniuncta, in atoma suauissimum transformatur: quem dum arctius stringit, iam combibita sapientia illuminatior, in puluerem humilioris animi redigitur. Nec id satis: crescit amor, & exferuet charitatis caminus: quid ni ergo odores sub his flammis vaporem insufflitū: inque fumeas iam nubes commutentur? scilicet compendiaria renouatio est, multiplicisque renouationis epilogus non angustus, qui ex IESV complexu delumi solet: ideo curatus Gellibertus. *Omnia dicimus, & efficaciùs prodeunt de camino quodam succensi amoris: flamma hac non modo virtutes humiliat, sed etiam immutat, & in nouam conuertit speciem; & de spiritualibus, in spiritualiores conuertit. Continentia myrrha, orationis thus, & in puluere pigmentario omnium humilis conscientia virtutum: omnia magis serenum producunt vultum, & gratam speciem, cum de hac prodeunt officina: bona enim contritio, sed concrematio melior: Suauis puluis pigmentarius, sed fumus excellit: nescio enim quid magis suaue, & spirituale magis in fumo, quam in puluere significetur. Ideo de quodam igniti verbi beneficio, inter sponsi flagrās amplexus, de puluere pigmentario, in fumi tenuitatem liquescit: de humiliatarum puluere virtutū, in fumum gloriæ.* Statim plura.

Gillibert.

120. Sublato IESV corpore, è patibulo: *Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra.* Matth. 27. v. 60. sed cur tam prouide, in morte, sepulchri nouitatem & munditiem, sibi parat IESVS noster: qui dum viueret, nihil non durū pati, nihil non abiectum solitus amplecti? mysterium, credo, potius quærebatur, quàm sepulchrū: recole, amabo, verba Pauli Rom. 6. v. 4 vbi nos per baptismum, consepultos esse admonet, cum IESV: pende deinde, quid nam illud sit nostrum quod sepelitur, & vbi sepeliendū præcipiatur: tunc patebit, quo noui sepulchri tam sedula electio destinetur. Sed præstat rem audire ab acutissimo Patre, is est Drogo Ostiens lib. de Dom. Pas. *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt: lectulus tuus, Iesu-Christe plusquam Salomon, sepultura tua est, in qua Sabbato requieuisti, ab omni opere, quod patrasti: est autem monumentum tuum in horto nouum, & in petra excisum: quia amica tua fidelis anima, hortus cōclusus est, & renouatur quotidie in agnitione tui, solidatur in petra amoris tui, consepeliens seipsam tibi, in interiore homine, in secreto tabernaculi tui.* Bene ergo non nisi in sepulchro nouo Christus ponitur: quia non nisi in animà renouatâ sepelitur: nec renouatur anima, nisi consepulta IESV: id est, veteris exuuias deponens interioris cordis cubiculum ingrediatur.

Matth. 27. v. 60.

Drog. Ost.

121. Et Elias 3. Reg. 17. & Elisæus 4. Reg. 4. in suscitandis pueris, IESVM repræsentasse, certo est certius. Id tamen mirū, & illum se incuruantem, & istum se extendentem pueros suscitandos obtexisse: quasi è matrum gremiis abreptos, non aliunde aptius, quàm ab hoc tugmento vitâ donarent. Quid itaque respondet Gellibertus serm. 16. in puero Elisæi, religiosum tepidum intelligens, feruori restitutum. *Tolle bone IESV, & hunc mortuum nostrum de matris gremio: regularis hæc & exterior obseruantia, neminem ad perfectū adducit: introduc illum ad molliorem lectū, melioris spei, &c. Tunc redditur matri, quem illa prius amiserat, dum teneret eum effectum, sed mortuam deuotionem defleret: nouus redit ad nos, postquam tu illum teipso vestisti, ideo te super ipsum expandis: vt quod est Euâ fœdum operias, quod nouum vestias.* An non est fœlicissima illa religio, quæ languidam, vel mortuam si fortè aliquorum filiorum lugeat deuotionem: tam familiarem habet IESVM, cuius tactu & velamento recti filij, pulchrâ renouatione redeant ad seruorem, exultent rediuiui?

3 Reg. 17.
4 Reg. 4.

Gellibert.

Sed dices: quorsum tam frequens illa, & quo- 122.
tidie facienda renouatio? quotidie quidem morimur, inquit Apostolus: fateor: Sed non quotidie morimur per culpam, vt quotidie noua, & renouante vita egeamus: cur ergo renouationem à IESV, indies affectemus? quia licet non quotidie nouâ vitâ, nouis tamen vitæ splendoribus quotidie indigemus: vt quod per leuiores culpas quotidie veterascit, nouo virtutis splendore, reparetur quotidie. Pœnitens iam & sanctissimus degebat Dauid: quem tamen adhuc audis gementem: *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Ps. 50 v. 12. non carebat ille iam recto spiritu, sed eiusdem spiritus incrementa, spiritus innouationem appellabat. D. Greg. Nazianz. Orat. in Nou. Dom ita. *Quin egregius quoque Dauid, cor mundum in se creari, ac spiritum rectum in visceribus innouari postulat: non quod non habeat: (quis enim habere possit, si tantus vir eo careat?) sed quod pro nouo id ducat, quod nunc quotidie accrescit.* Hoc ergo à IESV nostro suspiramus: nec aliunde aut fœlicius, aut facilius impetrabimus: profectus indies crescens, incrementum redundans optatissima renouatio est. Ideo Gellibertus serm. 15. illis, quæ supra exposui de sponsa sic subiungit. *Quæ est ista, quæ ascendit, &c. Attendis profectum: in superioribus, custodes interpellat, & de visione rogat dilecti: hic ipsis custodibus admiranda prorumpit, & noua sub specie: quid ni procedat, de complexu dilecti?* Fœliciter dilectus IESVS, ipso profectu indulto, eandem renouauit, idque, vt supra dixi multipliciter.

Psalm. 50. v. 12.

Capies hinc obscura alias verba ex Apocalypsi. 123.
Iam post resurrectionem, IESVS astra conscenderat, iam promissum inde spiritum dimiserat: cum cernitur Ioanni, quasi beneficiorum profluuio orbem suauissimè inundās, & quasi terra, in cœlum, foret transformanda: ipsam cœlestis Ierusalem gloriam huc demittens. Apoc. 21. à v. 1. sed dictu planè mirum, quod statim subditur: *& dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia.* Vers. 5. itane? an non satis renouata Ecclesia Christi sanguine, cuius lauacro rugam, maculamque omnem deposuerat? an non satis, Spiritus S. igne præpurgata? vnde igitur, noua omnia facienda, cum tot Ecclesiæ membra, iam pridem depositis vetustatis exuuiis, renouata fulgerent? restent ergo nonnulla renouanda; ast omnia, qui dici poterunt renouati? audi quæ grauiter supradictis, connectit immediatè Gellibertus ibidem. *Ipse enim est, qui de se dicit, ecce ego omnia noua facio: etiam quæ noua sunt, ipse renouat: puta caminus est, aurum admoue, si purum est, purgatius reddit: & rutilans metallum, recentem de fornace fulgorem educit. an non caminus Christi? ignitum, inquit, eloquiū tuum vehementer. Hoc camino decocta, non potest nisi noua, & velut altera prodire, creatura in Christo.* Quotidianam ergo merito affectat renouationem Societas à IESV suo, à quo quantumuis habeat renouationem: adhuc tamen vlterius, ob surrepentes quotidie defectus, eget: obque immensam largitoris potentiam, potest renouari.

Apoc. 21. v. 5.

Gellibert.

§. XIV.

Quónam tendat vsus ille Societatis, quo bis in anno renouat vota sua.

124. SEd non adhuc contenta Societas ordinariis, quotidiani exercitique profectus, renouationibus: addit insuper, solenne quoddam genus renouationis: huc spectat Regula 4. ex communibus, quæ sic habet. *Omnes qui professi, aut formati coadiutores non sunt: bis in anno, sua vota renouabunt, præmissa confessione generali: quo tempore rationem suæ conscientiæ reddent.* Fit autem hæc renouatio, ingenti, totius Societatis spiritus exultatione: iamque vsitato vocabulo, statos tantæ celebritatis dies, (quorum alter Epiphaniæ, alter Petri Principis Apostolorum festo coincidit) renouationis tempora appellamus. Ex quâ publicâ ceremoniâ fit, vt priuatim postea quotidie, fere omnes Societatis alumni, vota sua renouare consuescant. Præmonuit Vlyssem Circe, vt ad cantum Sirenum auditum, nouis se vinculis religaret: vnde ille id sociis maximè commendabat: carmina habes apud Homer. Odyss. 12. quorum sententiam præpropere olim sic vertebam.

Reg. Soc.

Homer.

Sirenum cantus, & florida prata iubebat
Vitari, solique mihi permisit, vt illas
Audirem, duris religato corpore vinclis,
Ne è malo, quamuis conatus, membra reuellam.
Quod si pellaci cantus dulcedine captus
Vos orem, soluique velim, constringite nodis
Mille nouis, precibusque datis noua vincla resultent.

Cum igitur nos, quantumuis primis votorum vinculis illecebrarum vitauerimus occasiones: adhuc tamen quandoque, tot turbis ob proximorum salutem immixti, fallas Mundi & voluptatum cantilenas audire teneamur: aliundè vero alia & alia vincula addere non possimus: cælesti quodam inuento, eadem, id est, vota renouamus: vbi licet religioni, nouis non vniamur ligamentis, at roboramus vetera: licet nouis muneribus Deum non donemus: at complacentes in primâ donatione, videmur nouum aliquid redonare: quo Deum reipsâ nobis, denuo obligamus: quasique nouis vinculis, contra insidiantis dæmonis fallacias præmunimur.

125. Et quidem meritissimo hæc votorum renouatio, pro optimo renouandi spiritus genere haberi debet quandoquidem nemo sincero corde, eaque ratione qua par est, munus tantum, id est, religiosa vota Deo offert: qui pulcherrimè renouatus non agnoscatur. Celebris est lex illa ex lib. Num. *Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento: non faciet irritum verbum suum.* Cap. 30. vers. 3. LXX. vertunt. *Homo & Homo quicunque vouerit votum, &c.* Ecquæ est ista, superflua vt videtur, repetitio? Nunquid binos simul vouentes voluit significare? minimè: Sed vnum denotat, qui tamen in semetipso duplex intelligatur, homo scilicet interior, & exterior. Bene est: Sed quorsum, inquis, in hoc loco, tam expressa vtriusque huius hominis, notitia, in singulis vouentium, reperiendi? quia nemo magnum aliquid, gratumque Deo vouet, nisi is, qui perfectè in spiritu renouatur: hic autem sic renouatus, exteriorem hominem, homine interiori regit, & illustrat. Multa ad hanc rem ibi Origenes homil. 24 alibi danda: nunc satis illa, quæ subdo. *Vota offerre nemo potest, nisi qui habet aliquid in semetipso, & in substantiâ suâ, quod offerat Deo. Non sufficit iste exterior homo, legem Dei suscipere, nec vota solum offerre: non enim potest aliquid dignum Deo habere. Sed ille interior homo est, qui magis habet in se, quod offerat Deo: in illo namque est habitaculum virtutum, in illo omnis intellectus scientia, in illo est diuina imaginis innouatio: qui cum speciem suam, quæ ex initio à Deo factus est, recuperauerit: & virtutum redintegratione pulchritudinem priorem formæ receperit, tunc iam potest vota offerre Deo, & tunc iam non homo solum, sed homo, homo dicetur: nam qui exteriorem hominem non excolit, &c. hic non potest, homo homo dici, sed homo tantum, & homo animalis.* Aptissime ergo Societas, per spiritualia Tridui exercitia, perque confessionem generalem, interiorem hominem comere studet, vt condigna vota queat renouare: & congruè votorum renouatione, mutuo comitur, arctiusque Deo adstringitur renouatus: vt securior Sirenes, quas in tractandis proximis necessario audit, prætetnauiget.

Numer. 30. v. 3.

LXX. Interpr.

Origen.

Videamus iam, quam sit ex vsu perfectorum, quam Deo gratum, ac proinde ipsis vtile, seipsos semel oblatos, sæpius redonare: & liberam hanc seruitutem, si minus nouis titulis, at renouatis eisdem iterare. In mentis excessu constitutus Dauid, hominum mendacia, Mundique fallaciam agnouit: Psalm. 115. vers. 11 quid ni ergo vanitatem fugiens, cupiat diuinæ soliditati adhærescere? ideo exclamat: *Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Vers. 12. sed quomodo, qui diuino spiritu afflatus, Dei voluntatem, & voluptatem, quantum humana fert conditio penetrabat: quomodo inquam dubitat, quæ nam sit grata Deo donatio, obsequium iucundum? immo, quomodo aliquid eo vsque sibi retinuerat, quod offerret denuo, qui se suaque omnia, iam pridem Deo tradidisse, putari fas erat? respondet Chrysostomus ibi. *Hoc est grati animi obire, & pro iis, quæ accepit, beneficiis, quærere benefactori, aliquam referre gratiam, & cum omnia exsoluerit, putare nihil dare.* Scilicet agnoscebat, seipsum, suaque omnia, si non pro accipientis dignitate, saltem pro donantis viribus, competens fore Deo sacrificium: hoc tamen iam oblato, adhuc se nihil fecisse putat. Quid ergo denuo faceret? saltem vt priscum donum gratius, licet non aliud, denuo fieret: postquam assumit calicem, postquam vota reddit, concludit tandem vers. 16. *O Domine, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Toties & seruitutem suam, & diuinum protestatur quater dominatum, vt cresceret de repetitione obsequium, déque obsequio eodem repetito, gratia augescerer. iam quidem se tradiderat nil reseruans: sed eundem se nouo animo redonabat. 126.

Psalm. 115. v. 12.

D. Chrys.

Psal. 115. v. 16.

Volarat anxia Magdalena, ad Christi sepulchrum, & sublato lapide, notauerat iam vacuum. Excurrit ad Apostolos trepida, qui sepulchrum, iam cenotaphium esse agnoscũt pariter: nec tamen his contenta, *Stabat ad monumentum foris plorans: dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum.* Ioan. 20. vers. 11. sed quid denuo inquirit, quæ toties frustrata desideria ingemuerat? pulchrè D. Gregor. homil. 25. expendens repetitos hosce Mariæ prospectus, sic scribit. *Amanti, semel aspexisse non sufficit, quia vis amoris, intentionem multiplicat inquisitionis*, q. d. non denuo, neque per diuersa, nouaque loca, desideratum IESVM, inquirebat Maria, quem tantummodo in sepulchro, vbi depositus fuerat, spectabat suspirans 127.

Ioan. 20. v. 11.

D. Gregor. Mag.

inuenien

inueniendum : attamen ibidem, iterum atque sæpius aspiciens immoratur : vt quia nouam inquisitionem ministrare non poterat: saltem factæ inquisitionis, multiplicatum specimen, renouata intentione cumularet. Eadem mente feruidi Religiosi, quia quid vltra Domino exhibeant, iam non habent, priscæ oblationis multiplicatam renouant intentionem: quos vis Amoris in hoc sancto circuitu, piissime exercet.

128. Auctor Apoph. Latuit quidem cœlestis hæc Philosophia, Lycurgum: de quo Auctor Apophthegmatum lib.1. num.77. (vbi de Lycurgi rebus) sic scribit. *Percontanti cur instituisset, vt minutis, ac vilibus sacrificaretur: respondit Lycurgus, ne vnquam deficiat nos, quo numen honoremus.* Proh quam fælicior si sciret, se totum semel dare : & deinde sæpius per renouatam intentionem, indefectibili sacrificio se offerre! Iustus è contra, licet nouerit, se iam semel donato, penè nihil donasse : renouat tamen muneris intentionem : súbque quáuis eiusdem repetitione, eisdem vinculis arctius se constringens: numen sibi promeritum obligat vehementius. Reseruarat sibi D. Sulpitius Seuerus prædiolum, ex multis, quæ vendiderat pauperibus alendis : quod tamen postea, in idem miserorum leuamen, iuri suo ablegauit. Querebatur interim, (erat perfectus) quod omnia ab initio non vendidisset: sed consolatur illum D. Paulinus epistol.2. hisce verbis. (D. Paul.) *Te ad infaelicem, & in luto facis inferna adhærentem ingemiscis, quod vel vnum, vt scripsisti prædiolum, non vendidisse videaris: cum ipsum quoque, atque vt vendita, à tuo iure præsenti alienaueris, vt maioribus fidei fructibus, bis deuotius existeres Deo: diuerso mercimonij opere, sed vno vitæ lucro, intra eiusdem præcepti terminos, venditor, largitórque fundorum.* Pium certè erat hoc opus, sed tamen prius illud longè perfectius : nec latebat sanctissimos hos viros, maius quid esse omnia semel vendere: quam licet translato præsente dominio, vsum etiam in pauperes impendendum retinere. Blandiebatur tamen misericordiæ haberi, quod quotidie offerretur. Excellentissimus ergo renouationis prædictæ modus : quia cum omnia semel dentur, quotidie tamen quasi noua, eadem offeruntur.

129. Cognouerat quidem, quàm sibi vtilis foret, quam Deo grata, hæc ratio seipsum sæpius offerendi, Prodigus adolescens, postquam fæliciori mente cogitauit Patriam, Patrem suspirauit : qui enim humillimus accedebat, absque dubio vltimum seruitutis gradum ambiret : & inter paternos seruos numerari, splendidum sibi fore, iudicaret : & tamen, non tam se vocat seruum, quàm mercenarium : *fac me sicut vnum de mercenariis tuis.* Luc. 15. vers. 19. (Luc. 15. v. 19.) & cur ita? quia, ni fallor, licet seruus perpetuus esse vellet, tamen hunc gradum infimum, sub quadam Mercenarij conditione, visus aucupari : cupiebat quotannis se locare : vt semper renouatâ, veteris stabilisque contractus ceremonia, memoriam seruitutis refricaret : & consequenter, se ipsum sæpius offerendo, Patris amorem concilians; liberâ & iucundâ quadam frueretur seruitute. Fauet D. Chrysol. serm. 1. ad hunc locum. (Chrysol.) *Vt locatione annuâ seruitutis innouetur; vt sit semper venditor sui, nec vnquam negare suam valeat seruitutem. Et hoc petit, quia qui penes extraneum, seruam senserat libertatem : penes Patrem credit sibi futuram liberam seruitutem.* Itaque mauult esse patris seruus, sub conditione mercenarij : quàm alterius mercenarius, seruili ibidem maculâ fœdatus : seruitus sub mercede reddit ingenuum, quem sub seruitute, merces captiuarat; in aliâ, patris teneritudinem, in alia tyrannidem expertus domini : illic de renouatione pretiosus, hic de vetustate vilissimus. Aspicis ne quam diuersa, diuinæ, humanæque seruitutis sit conditio? hanc deplorabat Saluianus lib.6. de Prouid. locutus de Tributo quod Catholici impiis soluebant. (Saluian.) *Diuinum donum esse, quod pretium est, & quidem conditionis durissimæ, ac miserrimæ : omnes enim captiui, cum semel redempti fuerint, libertate potiuntur : nos semper redimimur, & nunquam liberi sumus: illorum more dominorum nobiscum Barbari agunt, qui mancipia obsequiis non necessaria, mercedibus promerendis locant : similiter enim, nunquam ab hac sumus liberi functione, quam pendimus. ad hoc quippe mercedes iugiter soluimus, vt sine cessatione soluamus.* En tibi grauissimi Patris iudicio, extremam lineam, quò miseria humana potest peruenire, si vel seruitutem locatam patiatur, vel in seruili locatione suspiret, cum quotidie laborare teneatur, vt mercedem accipiat, Domino reddendam. At serui Dei, quotidie se Patri locant, tanquam Domino, (cuius potius seruitute recreatentur) vt dum semper mercedem à Deo acceptant sibi, eandem in eiusdem Dei, Domini Patrisque, gloriam referant. Vnde Chrysologus, de Prodigo iam pœnitente, Patri locando, subdit : *Vt die toto, in opere suspiret, misera verna mercedis.* (D. P. Chrys.) Vocauit miseram, id est, tenuem, quia quauis contentus mercede, solum de placendo Deo cogitabat : frequenti locatione seruiens, séque quotidie vendens, *ne vnquam negare suam valeat seruitutem* : quod idem Chrysolog. supra dixit : nónque molestè, vt de afflictis Catholicis, dixerat Saluianus, sed hilariter, ad hoc easdem à Deo acceptas mercedes, eidem iugiter soluens, vt sine cessatione soluat.

Sed adhuc in prædicto Psalm. 115. expendendum id, quod additur vers. 14. vbi prius quam Dauid, se toties serui nomine appellaret, quemuis iustorum repræsentans: sic præmisit: *Vota mea Domino reddam, corā omni populo eius, pretiosa in conspectu* 130. Ps. 115. v. 14. *Domini, mors Sanctorum eius.* Cur autem pretiosa sit hæc mors Sanctorum, aperit ita D. Augustinus: D. Aug. *Emit enim eam sanguine suo, quem prior fudit, pro salute seruorum : ne pro domini nomine, serui fundere dubitarent : quod tamen eorum, non domini vtilitate proficeret.* Itaque siue mors Martyrum, quod vult Augustin. siue iugis Confessorum mortificatio, quod volunt alij, ideo sit pretiosa, quia sanguine Christi stetit. Iam ad rem. Quæ ergo, dicat aliquis, est connexio, inter reddenda vota, sub perpetuâ rerum omnium abnegatione, & mortificatione : & inter pretium diuini sanguinis, augustique sacrificij, quo prædicta stetit mortificatio? ni fallor, vt vota ista, Christi sacrificium æmulari videantur : & quemadmodum sanguis Christi, in Cruce semel oblatus, idem quotidie, eodem pretio, & valore, Patri in altari offertur, bono nostro: sic vota nostra semel concepta, quotidie eodem valore, parique atque olim dignitate renouantur: idem Societati suæ, in Eucharistiæ Sacramento, sæpe IESVS donat : idem etiam IESV suo, sæpe donat Societas : ille veteri Eucharistiæ Sacramento, Societatem innouat, Societas renouatis votis quodammodo sacramentatur. Attende quæso.

De Sacramenti viuifici institutione agentes 131.
reliqui Euangelistæ : *noui testamenti* sanguinem dixerunt : pari quidem veritate, sed vberiori Luc. 22. v. 22.
mysterio,

mysterio, Lucas cap.22.vers.20. non tam calicem noui Testamenti, quam *nouum Testamentum*, ipsum calicem appellauit: immo & Paulus, eundem sensum apud Euangelistas sciens, Lucæ potius verbis, quam aliorum voluit adhærere: vnde 1. Cor. 11.
1. Cor. 11. v. 24. vers.24. sic habet: *hic calix, nouum Testamentum est in meo sanguine.* Vt cognoscamus, ni fallor, toties nouum fœdus exprimi, vel vt clarius dixerim, toties testamentum illud, viuifico, sanguine, in cœna obsignatum, renouari: & quasi denuo condi: quoties hodie, diuini oblatio calicis repetitur: cum enim sæpissimè quotidie sanguis ille aut adsit denuo sub speciebus, aut producatur, qui aliunde pactum est, seu testamentum: fit necessatio, vt ipsum pactum pari modo instituatur. Hoc ergo æmulandum fidelibus cecinerat Dauid, dicens ex
Ps. 39. v. 2. ore Iustorum: *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi.* Psalm.39.vers.2. & cur intendit benignus? quia scilicet iustus dulce carmen, vota scilicet erat Deo redditurus vers. 4. *Et immisit in os*
Et v. 4. *meum Canticum nouum, carmen Deo nostro.* Quod quidem de sacrificio sui, & perfectâ immolatione capiendum, ipse iustus aperit deinde vers.7. *Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi: holocaustum & pro peccato, non postulasti: tunc dixi ecce venio.* Quasi spretis exterioribus cæteris sacrificiis, solum iustus, condignum sacrificium aduenire: vt ita Cantico suo nouo, nouo Christi Testamento, vbi voluntas eius aperitur
D. Amb. possit respondere. Fauet ibi D. Ambros. *Expectanti ergo mihi Domine IESV, aliquando venisti, direxisti gressus meos in Euangelio, immisisti in os meum, Canticum nouum, quod est nouum Testamentum,* &c. *Gaudentes iam canimus hymnum Deo nostro, quia nouarum virtutum præcepta cognouimus, vt nostra omnia relinquamus, Christum sequentes.* q. d. nouum tuum adimpleo testamentum; & per totum me illi conformo: immo videor ipsum condere testamentum, dum tibi nouum Canticum, quod nouum Testamentum est, cano lætus: dum ex illius doctrinâ, propter te omnibus rebus sæculi renuntio. Cum igitur in Sacramento viuifico, quotidie voluntas testatoris innouetur, vt promissa, præcepta, legata, & denique ipsa hæreditas, noui Testamenti, quasi rubricatione sanguinis iteratâ, denuo roborari videantur, ac proinde semper, pactum illud priscum, nouum reputetur: merito Propheta *Canticum nouum* vocauit oblationem nostram, quod quoties vouendo canitur, quodammodo dominici sanguinis æmulum, proposita nostra prisca renouat & corroborat.

132. Implexo loco, affert nonnihil lucis D. Chrysol. sermon.108. vbi post multa de sacrificio Christi, iustorumque, infra danda, de loco hucusque
D. Chrys. discusso, hæc subiungit. *Hoc est illud quod Propheta cecinit, sacrificium, & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi. Esto homo, esto sacrificium, & Sacerdos: non amittas quod tibi diuina dedit, & concessit auctoritas: induere sanctitatis stolam; præcingere balteum castitatis; sit in velamento capitis tui, Christus: crux in fronte tua munimine perseueret: pectori tuo appone diuinæ scientiæ Sacramentum: in odorem semper thymiama orationis accende: arripe gladium spiritus: altare cor tuum pone: & sic corpus tuum admone, Deo securus ad victimam: Deus fidem, non mortem quærit; votum, non sanguinem sitit; placatur voluntate, non nece.* Deinde idem sacrificium sæpe repetendum, & iteratis virtutibus renouandum, sic ostendit. *Toties tibi vitiorum artes moriuntur; quoties a te Deo, viscera fuerint immolata virtutum: offer fidem, vt perfidia sit punita,* &c. *& vt consumatur stultitia, semper sanctitatem conuenit immolare.* Itaque semper eadem virtus, semper sanctitas immolanda: quia licet non nouæ offerantur: roborantur tamen denuo consecratæ. Quàm autem id ex normâ dominici sacrificij proueniat, ex eodem S. Doctore ibidem, iam ostendo immo coniecto.

Paulus, Romanos instituens, sic habet: *Obsecro itaque vos fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.* c.12. 133. Rom. 12. v. 1.
v.1. sed quomodo si adhuc viuit, iam litat hostia? quomodo immolata iam hostia, viuat adhuc? eo modo, quo Christus, semel cruento sacrificio in Cruce immolatus: toties postea tanquam vitalis hostia, in Eucharistiâ incruentè immolandus superuixit: neque minoris fuerit dignitatis apud Patrem, hoc sacrificium, dum iteratur: quam cum primo oblatum. Sic nos cum prima vota concipimus, sanguinem quodammodo fundimus, licet incruente: inde superuiuentes, gratâ iteratione, idemmet munus Deo millies consecramus. Ergo, donat se nobis sæpe Christus, & nos sæpe etiam Christo, nosmetipsos redonamus, piè quo possumus amore, de liberalitate cum ipso decertantes. Id insinuat Chrysol. sermon. supra citato D. P. Chrys.
ad hunc locum, hisce verbis. *Mirum sacrificium, vbi corpus sine corpore, sine sanguine, sanguis offertur! fratres hoc sacrificium, Christi descendit ex formâ, qui corpus suum, pro vita sæculi, vitaliter immolauit: & & vere corpus suum fecit hostiam viuam, quia viuit occisus. In tali ergo victimâ, mors expenditur, hostia permanet: viuit hostia, mors punitur.* Deinde subdit, quæ iam supra dedi, de his virtutibus iugiter conseruandis. Facit huc etiam D. Paulinus D. Paul.
epistol.5. vbi ita. *Ipse enim Dominus, hostia omnium Sacerdotum est: qui semetipsum, pro omnium reconciliatione Patri libans, victima sacerdotij sui, & Sacerdos sua victima fuit: cuique nunc, vt vni omnium Domino, omnis noua creatura, sacrificium: ipsique sunt hostiæ, Sacerdotes.* Si ergo Christus semel oblatus in Cruce: quotidie eodem ex se valore, fit hostia Sacerdotum: cur nos quotidie, idem nouo proposito offerentes, semperque nouam, nouæ creaturæ, rationem procurantes: eiusdem in hoc imitatores negotio, non dicemur? sed relictâ hac ad IESVM suum analogiâ: liberius, vt initio cœperam, de prædictis renouatis in Societate votis disseramus.

Huc ergo tendunt verba illa ad iustorum cœtum, sub Israelis numine, designatum: *Audi popu-* 134. Ps. 80. v. 10.
lus meus, & contestabor te: Israel si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. Psalm.80.vers.10. quid est, amabo, *Deus recens* nisi Deus alius, siue alienus ab illo, quem à prisco sæculo verum, colebat Israël? ideo enim additur vers.11. *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui* V. 11.
eduxi te de terra Ægypti. Si ergo in Deo recenti non colendo, iam Deus alius prohibitus intelligebatur satis: quorsum expresse, post Deum recentem interdictum: adhuc iterum. Deus alienus præcipitur ablegandus? quia in sententiâ illâ, *Deus recens*, aliquid æquiuocum latebat, quod necessario, posteriori alia sententiâ, scilicet *neque adorabis Deum alienum:* venerat explicandum: cupit enim Deus semper in votis nostris, immo per religiosa vota, & affectum amoris, esse in nobis Deus recens, nullo autem modo, tanquam Deus alius, siue alienus admitti. Explicat ergo

sententiam

ſententiam ſuam quaſi dicat : quando tibi ô Anima interdico Deum recentem, ſic cape, quaſi Deum alienum interdicam: nam iu alio ſeoſu puſſimo, nihil mihi gratius ages: quam ſi me ſemper recentem, recens colueris. Ecquis ſenſus iſte? cape acumen Gelliberti ſerm. 19. ſic religioſas animas inſtituentis, quaſi ad Societatis alumnos loqueretur, agit de Amoris renouatione. *Mandatum hoc vobis, ſemper ſit nouum: & nouum eſt, niſi in veſtro, dulcis* IESVS, *veterauerit affectu: vtinam ſemper in vobis illo recens ſit nec mora temporis, aliquid minuat gratia. Vtique recens in vobis veſter* IESVS *eſt, ipſe ſemper recens, ſed non Deus alienus: vere recens in quem ſemper, anxio inhiatis amore: denique id ſolum habetis in votis, vt vobis ſemper amplius placeat: quantum placet, qui ſatis placere non poteſt.* Semper recens eſt Societati IESVS ſuus in cuius gratiam, ſemper priſca vota renouat, ſemper vetus propoſitum, recens habet: & quem ſemel amauit, iteratis affectibus redamat indefeſſa.

Gellib.

135. Notaſti credo, licet oſcitanter legeres, illa Ezechielis, de myſticis animalibus: *vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur, cum ambularent.* cap. 1. verſ. 12. quod idem repetit, v. 17. notaſti, inquam, quàm ſint oppoſita aliis, quæ ibidem verſ. 14. ſcribuntur: *Animalia ibant, & reuertebantur, in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.* Vbi variæ, ex que optimæ Sanctorum Patrum afferuntur coniecturæ, & concordantiæ. Nihilominus ad rem noſtram, ſic non ineptè venirent interpretanda, ni fallor: Iuſti quippe non reuertuntur, quia ab illo, quod ſemel Deo obtulerunt, nunquam receſſerunt, vnde neque reuerti, ſic dici poſſunt: & tamen aliunde reuerti dicuntur: quia quaſi denuo venirent, eoſdem affectus repetunt inceſſanter. Et fortaſsè propterea addidit Propheta, *reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis:* quia ex his iteratis reuerſionibus, ex hoc ſancto circuitu, mirè accenduntur: & ardentes tori, diuino præbent ſemetipſos pyropos, diademati.

Ezech 1. v 12.

136. Quid? nónne talis, ſponſa illa Chriſti? *Surgam,* inquit, *& circuibo ciuitatem, per vicos, & plateas: quæram, quem diligit anima mea* Cant. 3. v. 2. circulus ipſe, cuiuſdam eſt perpetuitatis ſymbolum: & qui circuit, millies idem videtur ambulare: ſi ergo vt habes Pſ. 11. verſ. 9. *in circuitu impij ambulant:* quia nunquam perficiunt incepta, quia nunquam vlterius, in rectúmque procedunt: cur ſancta Anima, in circuitu dicatur ambulare? Circuibat planè, quærens fidei myſteria: & licet ſemel crediti, & in ſpōſo dilectis, ſe totam illis, immo magis illi impendiſſet: circuibat adhuc, vt ſæpius oblationem illam iteraret. Gellibert. ſerm. 4. ita. *Circuitus quidam eſt, cum ea, quæ iam fide, vel intelligentiâ tenemus ordine retractamus: circuitus quidam eſt, cum ex his, quæ iam tenemus, ad occultiora tendimus, & penetramus. Circuitus ille, oblationis eſt, iſte rationis: ille amicabilior, iſte acutior. Et quamuis ille circuitus magis accommodatus ſponſa videatur: neutrum tamen illi negabimus:* Sit ita neuter negetur: dummodo tamen primus ille, qui non tam noua, quam vetera denuo tractat tenerior, dulcior, & amicabilior habeatur. Recurrit ergo, quæ cucurrerat, circuit quæ iā ambulanat: acſi denuo aggreſſa amorem, viam perfectionis ingreſſa, inciperet, vt denuo oblationē ſui renuuer. Vnde addit acutiſſimus Doctor: *Siue enim nota, & comperta reuiſerit: ſiue inueſtiget noua: in omnibus, amoris tātum, fomitem quærit.* Ideo tamen primus circuitus amicabilior, quia indiuiſa Anima, & à nouis diſcurſibus ſeiuncta, tota videtur amare, totáque oblationem illam (quæ quidem excellentiſſima eſt) voluntatis exercere: at in ſecundo, quis inueſtiganti mēti vires tribuit, affectui ſubtrahat interim, neceſſe eſt. Ideo de primo idem Doctor, ibi. *Bonus circuitus, non modo cum noua ſemper, & occultiora comprehenduntur: ſed cum iam comprehenſa, nouo & recenti ſemper affectu reuoluuntur.* Vt ſcilicet ſe dilecto eiſdem iteratis titulis, denuo offerat.

Cant. 3. v 2.

Gellib.

Idem.

Neque temerè præſumerem, id voluiſſe Dauidem, cum dixit: *Vouete & reddite Domino Deo veſtro, omnes qui in circuitu eius, affertis munera.* Pſ. 75. v. 12. nam de hac myſticâ immolatione, ſermonem eſſe, affirmat ibi Incognitus, ita: *Iſti munera offerunt Deo dum ſe ipſos, viuos Deo, immolant, ſic dicebat Apoſtolus Rom.* 12. quid enim eſt afferre munera in circuitu, niſi id præſtare, vt ipſamet munera circuite, & circunferri videantur? quorſum vero non tam præſentari, quam circunferri munera præcipiatur: niſi vt cognoſcatur, licet non ſemper noua, nouo tamen propoſito, & quaſi eiuſdemmet oblationis circuitu, offerri poſſe? ſic etiam capio illud Pſalm. 26. *Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius, hoſtiam vociferationis.* v. 6. quæuis enim ſit hæc hoſtia, aut laudis, & exultationis, vt legit D. Auguſt. aut etiam clamoris cuiuſdam: aut tendē ἀλαλαγμῷ vt fertur in Sixtianis, (quam vocem bellicum aliquid ſonare, vult Theodoretus: fortaſsè vt bellum, quod vel laudibus, vel votis Deo redditis, dæmoni indicimus, declaretur) ideo quidem per circuitum immolatur, quia non tam noua, quam renouata erat: iámque eadem via, ſæpius in eundem fuerat effectum percalcata. 137.

Pſ. 75. v 12.

Incogn.

Pſ 26. v. 6.

Et quidem ita eſt: inſtar fluminum ad mare, habent ſe iuſti ad Deum. Fluunt illa in obſequium, pro tributo, aquarum pondus deuoluentia; fluunt, non effluunt: quia idem quod ſemel ſoluunt, idemmet perpetuo circuitu, millies redonant. Sic & iuſti dum ſe vouent, (quod eſt tributorū, erga Deum excellentius) ita circuunt, non tam ſe reſumentes, quàm ad mare diuinum ſæpe recurrentes, eidemque cum eodem occurrentes: vt ſi non nouis, ſaltem arctioribus vinculis, illi ſe vniant: & licet non ſe denuo nodent, priſcos tamen nodos ſtrictius connectant. D. Gregor. hom. 5. in Ezech. explicans illud Eccleſ. 1. v. 7. *Ad locum, vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant.* Licet longè alio tendat, ab ſcopo noſtro, aliquid tamen immiſcet, quæ dictis adluceant. *Siue enim,* inquit, *in virtutibus, ſeu in doctrinâ: quid aliud ſunt ſancti viri, quàm flumina, quæ terram cordis carnalium aridam rigant? Sed ſiue in operatione quam faciunt, ſeu in doctrina verbis citius ſiccarentur, niſi per intentionem cordis ſemper ſoliciti, ad locum de quo exeunt redirent: ſi enim introrſus ad cor non redeant, ac ſeſe in amore conditoris, deſideriorum vinculis non adſtringant: & manus ab eo quod agebat, & lingua ab eo, quod loquebatur, areſcit.* Id ergo Societas peragit, non vtcunque, ſed idem munus ſæpe offerendo, per vota Deo recurrens, vt arctius eidem conſtringatur. 138.

Eccl. 1. v 7.

Gregor. Magn.

Eſt autem in hoc ipſo, (quod ſupra de Euchariſtiâ dicebamus) pia iuſtorum, cum Deo contentio: quemadmodum enim ille, ſe eundem magis ac magis, nouis gratiæ acceſſibus inſinuat: & tanquam inexhauribile pelagus fluit, non effluit: ſic nos per vota amore emiſſa, facti charitatis hoſtia: non noua præbemus munera, ſed renouatis propoſitis, penè ſi fas eſt dicere infinitamur: vt correſpondendo Deo, nouis ſemper amoris acceſſibus, ſufficere quodam modo 139.

dammodo videamur. Eleganter D.Paulin. epiſt.5. laudaturus Seuerum, religioſæ vitæ iam addictum, explicat ad rem noſtram illud D.Pauli Philip.3.v.20. Philip 3. v.20. *Vnde etiam Saluatorem expectamus, Dominum noſtrum* IESVM-CHRISTVM, *qui conformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* Nam poſtquam ait, omnes gratias Deo reddendas, curtas fore, pro eo, quod ſæculari vitâ relictâ, iam Domino in vitâ monaſticâ, militarent coniuncti: quaſi prædicta verba Apoſtoli, non ſolum in futura reſurrectione, ſed etiam in religione vim haberent: ſic ſubiungit, id factuos: D. Paul. *Per ſapientiam Dei Chriſtum, qui in ſe manens innouat omnia, & dat poteſtatem filios Dei fieri, cohæredes regni ſui: propter id ipſum conformatus corpori humilitatis noſtræ, vt nos conformet corpori gloriæ ſuæ: nec ſolum à terrâ noſtrâ, ſed etiam à cognitione diuulſos, in ſortem & generationem ſuam transferat. Quo munere, nos ſibi creare, & in ſuæ charitatis vinculo copulare, à familiaritate carnali, in quâ (iam nunc intelligimus) hunc nos fœderi præparauerat, in æternam neceſſitudinem, affectu potiore, mutauit: ſi quidem charitas Chriſti, iſta ſit, quæ nunquam excidit, quia ex Deo defluit, & in Deo permanet, omnémque in quo maneat hominem, ſuâ perennitate perpetuat; hæc eſt inflari neſcia, expers doli, pura liuoris, æmula Deo, non æmulatione ſpiritus, ſed ſpiritu manſuetudinis, & æmulatione pietatis.* Ac ſi Deus per Incarnatioonem corpori noſtro conformis, nos deificaret, vt charitatis vinculo arctiſſimo religioni dediti, hoſtiæ viuentes perennaremus: ſemper oblati, iidemque ſemper, quaſi denuo, cum piâ quadam Dei æmulatione, offerendi: vt ſicut ille, *in ſe manens innouat omnia* per charitatem, *quæ nunquam excidit, quia ex Deo defluit:* ſic & nos renouemur, fluentes ſemper, nunquam effluentes: pie cum illo, *æmulatione pietatis* contendentes.

140. Huc collimabant diuina illa Chriſti verba:
Luc.9 v.23. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam quotidie, & ſequatur me.* Luc.9. verſ.23. pende mihi non ſolum tollendam Crucem præcipi, ſed tollendam *quotidie*: quia licet ad Deum, quis ire poſſit, fortaſsè aliter, tamen ire poſt Deum, id eſt, quaſi piâ æmulatione contendens Deum ſequi: imò, quantum res patitur, aſſequi: id nunquam niſi quotidie, in cruce ſemel aſſumptâ, ſe renouans, conſequetur. Fauet D Euch. Lugd. D.Encherius Lugdun. Homil.gener.de Trinit. his verbis. *Abnegamus nos, cum ſtudemus odiſſe, quod fuimus, & amare incipimus, quod eſſe debemus. Ergo toties nos negamus, quoties ad meliora conuertimur, quoties exteriori vetuſtate depoſita, in Domini ſeruitute, noui hominis alacritate iuueneſcimus: quoties ad feruorem animi de tepore: ad continentiam, de voluptate, ad munditiam, ad honeſtatem tranſimus.* Qui ergo quotidie ſe negat, iuueneſcit quotidie, quaſi quantum à Deo combiberit, tantum illi reddiderit, renouatus: in veteri negatione, iteratis effectibus perſiſtens: & priſcæ Cruci, non ſemper nouis, ſed altius adactis eiſdem clauis, ſe configens.

141. Vocatur Chriſtus Dominus, Cant.2.verſ.9. *hin-*
Cant.2.v.9. *nulus ceruorum*: quod ſæpe alibi, ibidem legis repetitum. Cum autem nihil ardentius optent iuſti, quam Chriſti ſimilitudinem exprimere, videbantur, (ſi quando ſub ceruinæ conditionis metaphorâ exprimendi, Hinnulorum etiam nomine appellandi: neque tamen ita euenit, nam Cant.3.v.5.& ſæpe alibi in eodem libro, nõ tam Hinnuli, quàm Cerui appellantur. Ecquæ cauſa diſcriminis? aptiſſimam hanc reddidit Gellibertus ſerm 14. ſic ſcribens. Gellib. *Cerui quadam arte naturali, à ſenio ſe iuuenari perhibentur, & vergentem in defectum vitam redi uiua nouitate, ab interitu reuocare. Chriſtus ſingulariter, non tam Ceruus, quàm hinnulus dicitur, qui nititur æternâ nouitate, nec habet aliquid vetuſtatis admixtum, quod ſubinde reuocatione indigeat.* Et paucis interiectis, Iuſtos ſic deſcribit. *Cerui ſunt in eo, quod in eandem imaginem transformantur, à claritate in claritatem, tanquam Domini ſpiritu: qui veterem deponentes hominem, nouum induunt eum, qui creatus eſt, in iuſtitiâ & ſanctitate veritatis: qui ſeneſcentem deuotionem, & quodam languentem tædio, in nouum denuo feruorem reducunt, & perſeuerantiæ faſtidia neſciunt reparatione frequenti.* Itaque merito Cerui iam vocantur hi iuſti, quaſi eiuſdem gratiæ participes cum Chriſto hinnulo: ſub hoc tamen diſcrimine, quod ille nihil, hi vetuſtatis aliquid admittunt: vnde ille hinnulus nouus; iſte, renouati Cerui perſeuerent: & quemadmodum ille, vno eodémque ſpiritu, *à claritate in claritatem* nos euehit indefectibilis: ſic iſti indefectibiles quodammodo, noſmetipſos eidem impendimur: & renouato feruore, in eiuſdem doni perſeuerantiâ, æmulâ cum illo contendunt pietate. Latius excurri, quàm deſtinaram, non tamen alienus vt puto, moti Societatis, in renouandis votis, pio iuxta ac frequenti.

§. XV.

Societatis alumni, licet tam multi, arcto tamen charitatis vinculo, in vnum copulandi.

NEque tamen hoc ſatis: ſed vt aptam Saluatori 142.
IESV cooperatricem ſe exhibeat Societas! & tanquam caſtrorum acies ordinata, vitiis, hæreſi, Idololatriæ, dæmoníque bellum inferat: ſummam, quã quouis modo potuerit, concordiam, membris ſuis conatur adhibere: ſciẽs hoc vno, maximè muneri ſuo futurã vtiliorem, ſi alumni licet tam multi, arcto tamen charitatis vinculo in vnum copulentur. Huc tendit regula illa 42. ſum. quæ poſt multa, quibus nos idem ſapere, idem dicere præcipit, ſubiungit. *Vnio vero & conformitas mutua diligentiſſime curanda eſt, nec quæ ei aduerſantur, permittenda: quod innexi inuicem fraterna charitatis vinculo, melius & efficacius poſſint ſe diuino obſequio, & auxilio proximorum impendere.* Regula Societatis. Pende illa, *nec quæ ei aduerſantur, permittenda:* Vix enim aliæ regulæ violatio, tam ſedulâ commendatione interdicitur. Ita eſt: neſcit enim ſeparationem charitas, miniſteriis noſtris requiſita: Amor pluralitatem, non agnoſcit: multi, vno ſpiritu regantur, neceſſe eſt, vnum ſortiantur nomen; Vnius tantum titulo exprimendi: & per vnionem, etiam in vnitatem deuenturi.

Timentes Deum, commendaturus Dauid, ſic ait: 143.
Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in Pſ.128. v.1.
viis eius. Pſ.128.v.1. & ſtatim ad eoſdem locutus, V.2.
ſic ſubdit v.2. *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es.* Aduerte, relicto plurali numero, iam ſingularem vocem affectaſſe. Et cur quæſo, qui de multis timentibus ſermonem inſtituerat: iam ad vnum ſolummodo conuertitur, cur iam multi, pro vno aſſumuntur? quia iuſti, quia charitate copulati. Benè D.Zeno Veron.ſerm.in hunc Pſ.ita. *Sermo* D Zen. Veron.
ad plures cœptus, ad vnũ refertur: docens nos, omnes qui

in

in Christum crediderint, vnum esse : Apostolo ita confirmante, omnes enim vos, vnum estis in CHRISTO IESV *: siue enim ad vnum, siue ad plures loquatur, in vno id erit significantia, quod in pluribus.* Quos enim idem regit spiritus, à pluralitate alienos existimauit. Vnde explicabis illud eiusdem Vatis, quod licet aliis modis, ab aliis legatur, in vulgata tamẽ, & canonica versione sic habetur: *Nunquid Sion dicet,*
Psl.86.v.5. *Homo & Homo natus est in eâ, & ipse fundauit eã altissimus?* Psl.86.v.5. certum est, apud Hebræos illam vocis repetitionem, significare diuersitatem, ac proinde τὸ *Homo & Homo*, id est, plures homines: vnde Vatablus, licet rem aliter capiat, pluralitatem
Psl.11.v.3. tamen fatetur significatam : sic illud : *in corde & & corde locuti sunt.* Psal.11.v.3. id est, duplici corde. Versiculi ergo nostri, sensus est: nunquid Sion siue Iustorum congregatio, diuersitatem hominum admittet: aut si admiserit, audebit se à Deo fuodatam dicere? quasi velit, aut plures Iustos, vinculo charitatis, pro vno tantum homine fore reputandos: aut sub quauis diuisione, non esse illorum congregationem, Dei fundationem appellandam.

144. Aptissima huc venit illa Moysis exclamatio: *Au-*
Deut.6.v.4 *di Isr el, Dominus Deus noster, Deus vnus est.* Deut.6. v.4. nihil notius naturæ ipsius lumine, quàm Deum vnum esse: nihil Hebræis, licet in Idololatriã pronis, sæpius inculcatum, ac proinde nihil vulgarius: cur ergo id, quasi nouum aliquid, attentius ponderandum, arrectis præcipitur auribus capiendũ? credo id factum, non solum vt cognoscatur, non esse alium Deum præter illum, sed etiam vt populo, aduersas tunc acies debellaturo, Deique sui hostes profligaturo, vnitas necessaria, mutuáque charitatis concordia suaderetur. Quemadmodũ ergo, sanctus nobis dicitur Deus, vt discamus Sanctum Patrem imitari: sic & vnus appellatur, vt per vnitatẽ in illum trãsformemur. Pulchra proinde illa gnome Episcoporum Ponti, in epistolà ad Concilium
Concil. Chald. Chalced. tom.2. vbi dolentes, quod inter Impios vnitas simulata seruaretur, post multa, sic concludunt. *Nos autem nec consentimus ad inuicem, neque nostris sententiis concordamus: cum nullus ignoret, quia sancta & laudabilis Trinitatis primum bonum sit, pax & indiuisio : vnde & Deus vnus est, & esse creditur, non minus propter concordiam, aut aqualitatem substantia : sed etiam vt nomen hoc vnitatis, Deo sit commune cum aliis, quibus gaudet. pax enim & charitas, & similia vocitatur: per hac nomina nobis prastans, vt his virtutibus transformemur ad Deum.* Quasi non sufficiat pacem & charitatem Dei æmulari, nisi ea sit charitas, quæ nos, in vnitatẽ introducat: & quemadmodum per cæteras virtutes diuinis nominibus expressas, sic etiam per vnitatem, quo nomine etiam gaudet, in illum transformemur.

145. Pauli erat doctrina passim inculcata, nos omnes, vnum esse in Christo: in Christo vincere, in Christo coronatos, præmia consequi: & tamen ad
1.Cor 9. v.24. Corinthios scribens, sic habet: *Nescitis, quia omnes qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? sic currite, vt cõprehendatis.* 1.Cor.9. v.24. si omnes vnum sumus in Christo, in quo vincimus, imò vnus vincit in nobis Christus, vnus tãtum apprehendet? cur ergo multi dicuntur comprehensuri? Si vero certamus multi, pro præmio, quo modo omnes victores esse possumus? certè propterea multi dicimur cursores, & tamẽ omnes cõprehensuri: vt eo ipso vnus intelligamur: si enim in designato stadio, vnus accipit, brauiũ: cum aliũde omnes concursores, ad hoc comprehendendum inuitemur : signum est manifestum, hos multos iã
D.Paul. pro vno reputari. D.Paulin. epist.2. ita. *Christus si pro nobis pugnat, & vincit in nobis; qua causa dicenti Apostolo fuit, sic currite, vt comprehẽdatis omnes? quod in agone terreno contra est, vbi non potest lucta, nisi dispari luctantium sorte finiri, vt vnus gloria, alterius ignominia sit : in Christo autem, quia multi vnum sumus : omnes vt vnus currimus : & omnium consors ad vnum bonum, cursus est.* Idem itaque in hoc stadio, est cursus : vnus in Christo cursor: idem Christus præmium : in agonéque nostro multitudo in vnitatem transit, ne concordia transeat vnitatis : certamus multi, sed vt vnus, contra dæmonem superandum.

Nullam non captabant Pharisæi, capiendi Chri- 146.
sti occasionem : nullam ille pissimus, eosdem sibi conciliandi prætermittebat, quasi ex ipsis sibi positis laqueis, vincula in eos connecteret charitatis. Tentaturus quidam, quæsierat à Christo, quodnam esset præceptum in lege maximum? ad quem tunc ille: *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde* Matth.22.
tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua : hoc est v.37.
maximum & primum mandatum : secundum autem simile est huic, diliges proximũ tuum, sicut teipsũ. Matth. 22. v. 37. cur enim de solo primo illo & maximo mandato interrogaretur: secundi etiam posuit additamentum : cum nihil, non maximè ad rem, loquatur æternum verbum? respondet D. Aster. apud Phot. cod.271. ex ore ipsius Christi. *Si Deus tibi vi-* D.Aster.
dear, charitatem mihi debes : si non credas, & me putes purum hominem, tibi similem : etiam ex legis prascripto, amare debes. Illos vocamus fratres, qui eodem editi semine, eodem vtero geniti : qui vero eundem habemus creatorem, & eãdem matrem terram, à qua conditi sumus, & eandem anima dignitatem, vt unum pietatis & vita vinculum, & eandem futura vita spem quomodo inuicem non magis diligimus, quam fratres & sorores? videns hominem, te ipsum in eo vides. Et, merito : vbi enim idem vitæ vinculum, idem pietatis debitum, idem Deus inspirans, vnde & spiritus idem : quomodo diuersitas, & non omnimodo vnitas putabitur? Pharisæus ergo, licet merum hominem putaret Christum: aut se vnum cum illo debebat reputare : aut se à Deo habere alienum.

Ex his intelligis iam, quid sibi vellet Mala- 147.
chias, cum dixit : *Nunquid, non pater vnus, omnium* Malach.2.
nostrum? nunquid non Deus vnus creauit nos? qua- v.10.
re ergo despicit vnusquisque nostrum fratrem suum? cap.2. vers.10. in priori sententia, non intelligi Abrahamum, qui communis Hebræorum pater, inde probatur: quia minus latè quam par est, tantum argumentum, illis tantum, & non cæteris fidelibus factum videretur. Sunt ergo verba ista, non disiunctiuè de Patre, atque Deo tanquam diuersis : sed copulatiuè, de vno eodémque, qui simul & pater & creator Deus, nobis habeatur. Et quorsum ita? vt qui alium hominem, à se diuersum putat, neque se fratrem, imò & vnum, cum eodem existimat: nobilitatem generis amittat, necesse sit, nec proinde Dei Filius habeatur: quia suos ex Deo fratres violat, & vnitatis vinculum dis-
soluit. D. Zeno Veron. serm. de Circuncis. post alia. D Zeno Veron.
Sequens est vt proximos eo affectu, quo nos ipsos diligamus : maximè cum cognationis, ipsa hoc exigant iura : clamat enim Propheta : Deus vnus creauit vos, nónne pater vnus est omnium vestrum? quisquis igitur nobilitatis sua conscientiam continet, diligit fratrem : nec aliquid audire expectat ex lege, ne admonitione pietati aliquid derogetur : tantumque se, in ipso amat, vt oderit se sine ipso. Et quanto arctior hæc obligatio in religione? sic ergo alter, in altero inuicem diligamus, vt nosmet-

ipsos in vnum redigentes, in nobis oderimus, quid-
quid non à mutuâ prouenerit charitate.

148. Legem hanc charitatis, promulgans Christus ait:
Ioan. 12. v. 34. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, si-
cut dilexi vos.* Ioan. 12. v. 34. sed vnde, inquis, man-
datum istud nouum appelletur, quod toties per
Prophetas, fuerat commendatum? deinde, esto no-
uum; quomodo tamen nos inuicem diligemus,
sicut Christus nos dilexit: cum Amor ille immen-
sus, tepidum nostrum tot numeris excedat? Equi-
dem mandatum nouum est, quia non solum ama-
te inuicem iubemur, sed etiam amore propemo-
dum infinito, nos amare. At quî, inquis fieri potest,
vt creaturæ finitæ, amorem in immensum augea-
mus? planè quia omnes Chisto pleni, Christum re-
spiremus necesse est, ipsiusque amore videmur
animare, & amare anima: vnde illa verba eiusdem
V. 35. Ioannis. 12. v. 35. *In hoc cognoscent omnes, quod disci-
puli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.*
Quia scilicet ex ipsâ dilectione inspiratâ, à Disci-
pulis, latens in pectore illorum Magister prode-
batur. Non implebitur tamen hoc præceptum,
neque omnes vnum eundémque amorem respira-
bimus, nisi multi, vnus simus, eodémque spiritu
animemur. Reducimur igitur multi ad vnitatem,
& sic vno eodemque amore Christum amamus;
imò inuicem nos amantes in nobismetipsis illum
amamus. Paucis verbis rem totam comprehendit
D. Paul. D. Paulinus epist. 4. vbi de Christo dilecto. *Dilig-
tur autem & in nobis metipsis, quia ipse dixit, hoc si-
gnum fore discipulorum suorum, si diligerent inuicem,
dilectione qua ipse dilexit nos: id est vt cor vnum, &
vnam animam habeamus in Christo: & id ipsum quis-
que proximo suo faciat, quod sibi fieri cupit.* Frustra
enim speremus, vt Christus in nobis sit, vtque in-
uicem, immensâ illâ dilectione, quâ ipse nos di-
lexit, diligamus: nisi multi ad vnitatem, in eodem
Christo, quo viuimus, reducamur. Hoc ergo Sociis
IESV, in primis necessarium.

149. Homini, in Paradiso, constituto præcepit Deus,
Gen. 2. v. 17. *ex omni ligno Paradisi comede: de ligno scientia boni,*
LXX Interpr. *& mali ne comedas.* Genes. 2. v. 17. LXX. habent: *de
ligno scientia boni, & mali, ne comedatis* Vbi vt vides,
cum permissio fit comedendi, ad vnum tantum
singulariter fit sermo, *comede*: cum vero probibitio
indicitur, iam pluralis numerus assumitur, *ne co-
medatis*. Et quorsum hæc mutatio terminorum? re-
Ambros. spondet D. Ambros. lib. de Parad. c. 5. *Quod bonum,
hoc est faciendum: quod autem bonum & faciendum
consonans & adharens: quod vero turpe, hoc dissonans,
incompositum, atque discretum est: & ideo Dominus
vnitatem semper intendens, secundum vnitatem prace-
pit.* Quia nimirum, si præceptum Dei seruandum,
esset, multi vno corde, & spiritu iuncti, quasi vnus
iudicaretur: violationem autem præsumentibus,
Idem. iam vt multis, fit sermo. Ideo addit S. Doctor. *Vbi
bonum pra cipit, tanquam ad vnum pracipit, dicens non
edes:* (videtur scribendum comede) *vnitas enim pra-
uaricari non potest: vbi vero de ligno scientia boni &
mali dicit non esse gustandum, quasi ad plures dicit,
non edetis: quod enim prohibitorium est, tanquam plu-
ribus imperatur.* Nunquam enim malum prohibi-
tum exequerentur, nisi quia plures, & sine chari-
tate, diuisi: nuquam bonum prosequerentur Pro-
toparentes, nisi dum duo, in vnitate diuinæ dile-
ctionis iungerentur. Dictis cohæret illud, quod
Genes. 1. SS. DD. quærunt ad cap. 1. Genes. cur in princi-
pio Deus vnum Adamũ, non vero plures homines
Hug. Vict. produxerit? respondet enim aptè Hugo Victor. ibi
apud Godefr. de Adamo locutus. *Vt in hoc etiam
imago Dei, in homine appareret: quod sicut Deus omni-
bus rebus creationis principium extitit: ita ille omnibus
principium esset generationis: vt omnes homines, dum se
ab vno, & vnum se cognoscerent, omnes se quasi vnum
amarent: & sic in Dei amore veraciter permanerent: si-
quidem sine vnitate, nihil subsistere potest.* Neque mi-
rum, si multitudo veraciter, non amet Deum, cum
hic amantes suos in vnum redigat, omnis separa-
tionis inimicus.

Vnde fit, vt siquis dubitet, cur summũ illud In- 150.
carnationis beneficium, quo Deus sibi hominem
copulauit, latius non extenderetur: cúrque plures
humanitates aut ab eodem Verbo, aut saltẽ ab aliis
personis nõ assumerẽtur: relictis egregiis ab Scho-
la responsis; ex dictis etiam possit rẽ percipere, sci-
licet ita factum, ne Deus qui vnitatẽ docturus de-
scendebat, aliquid quod vnitatẽ saperet prætetiret.
Equidem in illo homine assumpto, omnes vnum
sumus, & humanæ mentis fragilitas quiescit: quæ
planè turbaretur, si plures naturas vnitas adoraret.
Innuit rem D. Cyprian. epist. 8. vbi expendens, cur D. Cypr.
in oratione Dominicâ, non *Pater mi*, sed *Pater no-
ster* dicatur, sic subiungit. *Publica nobis est communis
oratio, & quando oramus, non pro vno, sed pro populo
toto oramus: quia totus populus, vnum sumus: Deus pa-
cis & concordia magister, qui docuit vnitatem, sic ora-
re vnum pro omnibus voluit: quomodo in vno, omnes
ipse portauit.* Vt sicut in illo vno, vnum sumus, sic
neutiquam inter orandum, diuidamur. Piissimè D. D. Bern.
Bernard. ser. 2. in septuag. ita. *Sic igitur in nobis cha-
rissimi vnitas animorum, vnita sint corda diligendo,
vnum, quærendo vnum, adhærendo vni, & id ipsum in-
uicem sentiendo.* Prætereo innumera testimonia,
quæ ex Euangelio, & Paulo, huc adduci poterant,
quia cuiuis obuia.

Tantummodo aduerto, ideo maximè à Deo, hãc 151.
suorum vnitatem cõmendari, ne se alij, aliis prio-
res existimarẽt, ne vllos sibi crederent posteriores,
vbi enim vnitas, quis potest processionis & præces-
sionis ordo spectari? Hoc ergo, quia maximè facit
ad regulã 29. ex sum. vno vel altero verbo, illustro Regula Soc.
adhuc. Mira est reuerentia illa, quam erga Patrem
exhibuit Christus Dominus: mira semper circun-
spectione, de illo locutus est: & tamen Ioan. 10. Ioan. 10. v. 30.
v. 30. sic ait: *Ego & Pater vnũ sumus.* Et vbi hîc soli-
ta illa, in Patris mentione veneratio? cur se prius,
quod non ita vrbanum videri solet, quam Patrem,
nominauit? quia dum se vnum, cum Patre diceret,
non spectandum ordinẽ iudicauit. Quis enim, nisi
Pharisaica malitia, in summa vnitate, ordinem di-
gnitatis somniaret: præmissáve vnitate, inurbani-
tatis Christum reprehenderet? pulchre D. Ambros. D. Ambr.
lib. 3. de Spiritu S. c. 18. ita. *Ego & Pater, non Pater
& ego, dixit: quod vtique non contumacia, sed pietatis,
& prascientia fuit: ne nos errorẽ in ordine putaremus* Si
enim Patrem nominaret prius in hoc loco, vbi se
dicit vnum cum illo: cum alibi dixisset, *Pater maior
me est*: clamarẽt Arriani, non solum, quà homo est,
sed etiam, qua vnum est cum Patre, esse illo mino-
rem: nullũ vero creabatur errãdi periculũ, quod se
in hoc loco prius nominaret, quia vt addit Ambr. Idem.
*Nescit vnitas ordinem, gradum nescit aqualitas: nec ca-
dit in Dei filium, vt per contumeliam, pietatem laderet
magister ipse pietatis.* Dum ergo charitatis vnitas
seruetur in societate, exulabit ambitio: amicabilis-
que æqualitate, & pedes & oculi, mystici huius
corporis cohærebunt in humilitate.

In mystico illo altari Ezechielis c. 43. v. 13. sic 152.
eius mensura celebratur: *habebat cubitum & pal-* Ezech. 43. v. 13.
mum: in sinu eius, erat cubitus in latitudine. Vbi no-
to tres istos cubitos, cum ordinem ordinatissimum
haberent, non tamen numeri ordine proferri:
quia

quia ſcilicet in altari Domini cohærentes , ſic ad vnitatem deuenerāt, vt in ipſo ordine,de primatu non gloriarentur , gradúmve iactarent,ne aliquo modo diuerſi,videri poſſent : *cubitus* ergo dicitur, *& cubitus*,& *cubitus* vt in tribus,quaſi vnus intelligatur.D.Hieron.ibi poſt multa,concludit. Hieron. *Vt vnus alter, & tertius cubitus in altari Dei, nequaquam primus,ſecundus,& tertius:ſed vnus,& vnus,& vnus eſſe dicatur.* Sic Societatis Præpoſiti , & ſubditi, dum vnitatem ſeruauerint Deo dante,degent ſynceriſſimè neque illis ſuperior gradus,tumorem : neque his inferior,triſtitiam conciliauerit. Quod etiam in variis incorporationis noſtræ gradibus, eſt veriſſimum.

§. XVI.

Tartarei gregis inſigne, ſeparatio.

153. Diximus hucuſque ad prædictæ regulæ mentem,quanti à Deo vnitas charitatis commendetur : ſed neque hoc ſatis ad ſcopum, niſi viderimus,quam ſit hæc vnitas apta diſpoſitio,vt Societatis alumni, Regula Societ. *melius & efficacius poſſint, ſe diuino obſequio,& auxilio proximorum impendere*:quod ibi dicitur:Hinc enim ibidem additur , nullatenus quæ huic charitati aduerſantur,permittenda:imò in cōcionibus domeſticis (vt habes Reg.18.) Regul. Soc. poſtquam virtutes cæteræ , nobis proponendæ explicantur, aptiſſima materia creditur,prædicta charitas. Quaſi hæc inſtituto noſtro de propriâ,ſimulque proximorum ſalute procuranda, apprimè neceſſaria intelligatur. Neque mirū,ſi enim,quatenus Religio noſtra,eſt Societas IESV,tam impensè in proximorum ſalutem incumbit,vt vidimus : quidni virtutem illam magni fecerit:quâ deſertâ, iam ſocietas dæmonis haberetur?& quidem ita eſt:tartarei gregis,notiſſimum eſt inſigne,ſeparatio. Vt ergo Socij IESV,ipſo auſpice,proximorum auxilio impendimur vniti:ſic diuiſi,quod abſit proximorum perniciem machinari videremur. Videamus hoc paucis : tunc fuſiſſimè, charitatis fraternæ, elogia, & neceſſitatem illuſtrabimus.

154. In domo Caiphæ, accuſationis falſæ in Chriſtum,fulmen erat cudendum : ibi tragœdiæ tantæ proſcenium impiiſſimum conſtruendum:& tamen prius adducitur ad Annam,Ioan.18.c.v.13. ſic diſponente Deo, quaſi aliquid myſterij quæreretur. Ioan.18. v.13. Ecquod illud?reſpondet D.Hieron. D.Hieron. *Pontificatu perdito Iudæorum; Dominus patitur ,nequaquam ſub vno principe ſed ſub duobus, Anna & Caipha:vt religionis eorum ſciſſum monſtraret errorem.* Habentur lib.3.in c.11.Ezech.vbi plura. Quaſi merito deinde relinqueretur Populus,qui vnitatem cordium , capitibus diuiſis,non ſeruaret:nec iam Dei,ſed dæmonis eſſe inciperet , qui Sacerdotij ſchiſma patiebatur. Huc facit prodigium illud,quod in eadem Chriſti Domini euenit Paſſione: Matth.27. v.51. *Et ecce velum templi ſciſſū eſt in duas partes,a ſūmo,vſque deorſū*.Matth.27.v.51. ſi ſolet in ſūmis celebritatibus, velū altari amoueri,vt hoc nudatum, pietatem & deuotionē augeat ſpectantibus:& quidem ſummū videbatur populo illi fieri beneficium , ſi illi velata diu, nudata iam ſancta Sanctorum patefierēt:cur ergo hoc,luctuoſi prodigij loco habeatur?quia non tam amouetur illis velum,quàm diſcinditur : nec tam præteriiſſe figuras & inuolucra,quàm admitti ſciſſuram ſignificatur. Peruicax Chriſtum crucifigit Iſraël,quem de Patris diuinitate editum negans,à Patre quantum in ſe fuit,ſeparauit:ideo pro ſummâ pœnâ ſeparatur ipſe:in cuius ſignum,vt habet D.Ambroſ. D.Ambr. lib.de Ioſeph.cap.3. velum Templi in duas partes, ſciſſum eſt. Sed quid tandem hac regni diuiſione portendebatur?certè nil aliud, quam ad Imperium dæmonis tranſiiſſe.Idem Ambr.ibidem de hoc regno. Idem. *Vere diuiſum quando hoc ,quod erat Chriſti,cæpit eſſe diaboli : neque enim poterant indiuiſi manere,qui à Patre filium ſeparabant.* Benè:qui enim iam ad dæmonem pertinebant,eiuſdem charactere,diuiſione ſcilicet,erant inſigniendi.

155. Creat Deus Adam,cui & ſociauit vxorem : *non eſt*,inquit,*bonum hominem eſſe ſolum : faciamus ei adiutorium,ſimile ſibi.* Genes.2. v.18. Gen.2.v.18. quid tunc dæmon? ſeparat illā,immiſſâ volitandi per Paradiſum prurigine,à marito : quaſi melius eſſet, vtrunque eſſe ſolum:Solā ergo aggreditur, ſuperat deceptam:& quæ coram paſtore,adſtare iubebatur, errans ouicula, lupi fauces incurrit,qui ſolicitos hanc ſeparationis notam affectarat:certus de lucrando ſibi grege , quem præuia ſeparationis notā inuſſerat. Faciunt huc verba D. Cypriani orat.5. vbi de dæmone , miſerum quendam fidelem ad Apoſtaſiam deducente,quæ ſic habent. D.Cypr. *Vnum primo aggreſſus,vt lupus ouem ſecernere, vt accipiter columbam ab agmine volantium, ſeparare tentauerat. Nam cui non eſt aduerſus omnes ſatis virium , circuire quærit ſolitudinem ſingulorum.* Vnde & idem S.Doctor epiſt.7.de Spiritu S. è contra,elegantiſſimè ſic ſcripſerat. Idem. *Idcirco,& in columba venit Spiritus S. ſimplex animal, & lætum,non felle amarum , non morſibus ſæuum , non vngularum laceratione violentum;hoſpitia humana diligere,vnius domus conſortia noſcere,cum generant, ſimul filios edere,cum volant, volatibus inuicem cohærere : communi conuerſatione vitam ſuam degere , oris oſculo concordiam pacis agnoſcere , legem circa omnia vnanimitatis implere.* Quaſi ſolum vnanime columbarum ingenium , diuini ſpiritus plenitudinem potuerit figurare. *Hæc eſt* addit S. Doctor, Idem. *in Eccleſiâ noſcenda ſimplicitas , hæc charitas obtinenda, vt columbas fraternitatis dilectio imitetur* Ne ſcilicet per ſeparationem, non diuino , ſed maligno ſpiritu impleamur.

156. Petebat Balach , à Balaamo,vt ſibi futuri belli ederet oracolum : cui Pſeudopropheta ſic reſpondet: Num.23. v.3. *Sta Pauliſper iuxta holocauſtum tuum,donec vadam,ſi forte occurrat mihi Dominus.*Num 23.v.3.ſed cur diſcedat? cur coram Balach, & eius ſatellitibus non orauerit, ad ſuique reuerentiam , ſuperſtitioſa,incantationis delyria , præſtigiis immiſſis, non propalarit?quia nimirum,dæmonis ingenium iam ſibi domeſticum agnoſcebat.Spiritus S. Apoſtolos prius in vnum congregat, vt deſcendat:dæmon vt ſuos inumbret , prius diſgregat : ille ſeparationis, hic ſocietatis cuiuſuis inimicus. Fauet Lyranus, Lyran. qui ad hunc locum,ita. *Sciendum,quod recedebat à ſocietate aliorum , quærens augurium, tum quia dæmones,communiùs apparent Magis,in tenebris,& in ſolitudine,quàm in luce,vel ſocietate, quia ſunt ſpiritus tenebrarum,& per pacta occulta & priuata,non per ſigna publica inſtituta faciūt,quod faciunt.* Sic ergo diuiſi,ſic diſgregati, dæmonis erant congreges:vt quantum ex ſe,alter gladio,alter linguâ perderet Iſraëlem.

157. Ideo pro magnâ pœnâ ſeparationē hominibus, Deus irrogauit olim : vt qui per culpam dæmonis imperio ſubiacebant, illius inſigne, diuiſionē ſcilicet ſortirentur: *Atq;diuiſit eos Dominus,ex illo loco, in vniuerſas terras* Gen.11.v.6 Gen.11.v,6.vt fulminarentur ſeparatione,qui labrātes Dæmoni,adhuc in vnitate populi permanebant:& merito quidem : qui enim dixerant : *Faciamus nobis ciuitatem, & turrim,cuius culmen pertingat ad cælum , & celebremus nomen noſtrum*

strum antequam diuiduntur: ibidem vers.4. ipsi, antequam ædificarent, diuiduntur: deinde nota, iam se præsumere diuidendos: quia cum vanitati seruirent, hanc sibi infamem notam iam debitam augurabantur. Vnde iam non videtur contemnenda, ratio illa aliquorum Auctorum, qui dubitantes, cur Deus diei secũdo non benedixerit, id est illius bonitatem non prædicarit, sicut in cæteris fecit, ad quorum cumpleta opera additur: *vidit Deus quod*
Lyran *esset bonum:* ad diuisionis infamiam recurrunt. Lyranus ad c.1. Genes. *proponens prædictum dubium, sic habet: Respondent aliqui, quod est, quia numerus binarius est infamis, quia primo recedit ab vnitate.* Quasi hic numerus aliunde dæmonis charactere, quodammodo insignitus, dum post vnitatem, ingerit diuisionem, etiā huic diei officeret, ne laudem mereretur, ne cõmunem cæteris gloriam participaret.

158. Nemo nescit, charitatem Ecclesiæ, mutuamque concordiam, in verbis illis Cant. designari, vbi
Cant 6.v.9. illa celebratur, *terribilis vt castrorum acies ordinata.* Cant.6.vers.9. sed cur post auroræ gloriam, lunæ pulchritudinem, Solis claritatem, quorum ibidem euehitur comparatione: tanquam illustriori apice, hoc concordiæ titulo sublimatur? audien-
Rupert. dus ibi Rupertus: *Cum contra malignos spiritus, spiritualis certaminis aciem ponimus, summopere necesse est, vt per charitatem semper vniti, atque constricti & nunquam interrupti per discordiam inueniamur:, quia quamuis qualibet bona, in nobis fuerint, si charitas desit, per malum discordiæ, locus aperitur in acie, vnde ad feriendos nos valeat hostis intrare.* Quid enim non tēdat tutus ad gregem suum, tartareus pastor, quem habet de diuisionis charactere sibi notissimum? benè post alios Ecclesiæ titulos gloriosos, postremus, tanquam omnium custos, adducitur ille concordiæ: quia nouit dæmon iure suo fretus, Auroram etiam ipsam offuscare, obnubilare Lunam, Solem inficere, dum hos viderit diuisionis charactere insignitos.

159. Neque dictis obstant verba illa Christi Domi-
Matth.12. v.25. ni: *Omne regnum diuisum, contra se desolabitur:* &c. *& si satanas satanam eiicit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius?* Matth.12. vers.25. Hæc enim coniunctio dæmonis, de qua in hoc locō agit Christus, non tam amicitiæ est indiuisio, quàm nequitiæ coniuratio: non tam adspiratio amoris mutui, quàm conspiratio odij, contra humanum genus. Vbique enim est verum illud Salu-
Salust. stij: *Inter bonos amicitia est, inter malos factio est.* In fine tamen sæculi, larua iam istam amicitiæ, deponent dæmones, quà se mutuo, capiendis hominibus, decipiunt: & cum iam, in hominum nequiuerint perditionem desæuire: singuli singulos inuicem, quantum fieri poterit confo quebunt. D. Hieron. ibi, in Proph. Michæam, cap.7. post multa, de
D.Hieron. confusione Babel. *Cum satanas, aduersus satanam diuisus fuerit, tunc demum, omne regnum illius destruetur: & hoc in consummatione mundi fiet: quando vniuersa inter se pugnabunt, dæmonum legiones: & dissipato regno illorum, fiet regnum Domini* Iesv. Quin imò, hoc eodem exemplo, res nostra confirmatur: si enim ficta vnitas dæmonum, regnum Christi non impotentis, sed spectantis, quodammodo retardat: quanto fortius vera charitas nostra, imperium in nos dæmonum, retardauerit? Sed redeo.

160. Faciunt in primis hoc verba illa dæmoniaci serpentis, ad Euam, vt supra vidimus, miserrimè marito separatam intentæque mortis timore,
Gen.3. v.4. fremantem: *Nequaquam morte moriemini, scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij.* Genes.3. v.4. cupiebat vt Eua rem deferret, vt euenit, ad maritum: ideo dixit, *eritis.* Veruntamen si nouerat, Euam fide saltem, Adamum vero insuper oculatissima scientia nouisse, Deum esse vnum, neque vnquam fieri posse, vt diuinitus diuideretur, cur non dixit, *eritis sicut Deus:* sed *sicut dij,* quasi Deorum pluralitatem introducturus? quia putabat, homines si caderent, irremediabiliter instar Angelorum cadentium, in culpâ, & pœnâ æternâ permansuros: quod tamen fieri non posset, nisi diuisi & seiuncti permanerent: ergo volens nolens, in ipsâ deceptione, argumentum miseriæ, quam putabat æternā propalauit. Guillelm. de Cailloe apud Godefr. ad c.32. Guillelm. de Cail.
Gen. ita. *Quod autem putauerat Diabolus, hominem sicut ipsum irremediabiliter puniendum, hinc illucet, quod homini captiosè persuaserat, eritis sicut Dij, id est, sicut nos, ab vnitate diuisi, perpetuo condemnandi.* Quia certè, si per impossibile diuinitas diuideretur, iā Dij multi, pro dæmonibus, vtpote ab vnitate seiuncti, deputarentur. Merito proinde tantopere Societas Iesv, eodem auspice, charitati fraternæ sic incumbit, sciens hac amotâ, quamuis congregationem, dæmonis societatem appellādam. 161.

Gen 15. v 9. Mysticum planè erat sacrificium illud, quod à quadrupedibus & auibus Deo obtulit Abraham: *Et respondens Dominus, sume inquit mihi vaccam triennem, capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam: qui tollens vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtrasque partes, contra se altrinsecus posuit: aues autem non diuisit.* Gen.15.v.9. morosè res tractatur, tanquam aliquid magni ponderis significetur: nec tam materiale sacrificium, quàm eiusdem mysterium perquiratur. Cur enim diuidũtur animalia, & contra se altrinsecus ponũtur; Aues vero indiuisæ perseuerēt, nisi quia in cœtu fideli, per fidem iam, Deo sacrificato, carnales quasi bruta in terram prona, semper discordes: at vero spirituales quasi Aues in cœlũ volantes, concordes iugiter perseuerant? quomodo ergo in cœtu religioso, per vota insuper Deo, strictius dicato, qui diuisi fuerint, nõ omnino carnales habeantur? Hugo de Foilleto ibi apud Godefr. *Animalium cor-* Hugo de Foil.
pora, Abraham diuisit: Aues vero, indiuisas dimisit. Aues, sunt spirituales: Animalia, corda carnalia. Aduersus se inuicem Animalia diuiduntur, dum per diuersa desideria, carnales distrahuntur: porro Aues indiuisæ remanent: quia spirituales, semper vnitatis vinculum tenent. Si ergo solummodo qui spirituales sunt Christo vniuntur, quia vnus spiritus sunt cum Deo qui per diuisionem carnales fiunt, cui alij nisi dæmoni adhærebunt?

Neque id mirum: parum enim est in cœtu religioso, in collegio Iesv, quod corpora per turpes 162.
voluptates non diffluant, nec membra Christi, ab illo iam disiuncta, fiant membra meretricis: nisi etiam corda indiuisa, mutuæ charitatis vinculum, non perrumpant. Ideo ad illud Sapient. 4. vers.1. Sap 4.v.1.
O quam pulchra est, casta generatio cum claritate: Galfrid. ibi.
aliqui legerunt: *cum charitate.* Quia nec virgines illæ fatuæ, absque claritatis oleo placuere: frustraque sibi blandiretur Societas, quamuis diuino munere de castitatis obseruantiâ commendetur: nisi pariter, mutuæ charitatis stemma præ se ferret. Post alia Christi monita ad discipulos suos, cõcludit tandem: *Habete in vobis sal, & pacem habete inter* Mar.9 v.50.
vos. Mar.9. v.50. constringit carnes sal, ne corrumpantur: sicut castitas corpora, ne fœdētur libidine: planum hoc. Sed cur statim tā sedulo, post castitatē

commen

commendatam, mutuæ pacis charitas, prætermis-
sis virtutibus aliis, potius præcipitur? Ni fallor,
vt collegæ Christi, vt IESV Socij, sibi de extin-
ctis libidinis facibus non blandirentur, quasi hinc
facilè, inferoas etiam flammas superaturi, nisi
enim pariter dissidia, per charitatem mutuam eui-
tarent flammas dæmoniacis similes, infernis suc-
Galfrid. cessuris præuias nutrire iam ootarentur. Galfridus
citatus. *O quàm pulchra est casta generatio, cum cha-
ritate! charitas & castitas faciunt hanc pulchritudi-
nem: sine alterâ enim corpus in putredinem defluit:
Sine alterâ vero, animus inextinguibilem sibi flam-
mam, de ardore sua obstinotionis accendit. Quod ne
contingat, Dominus discipulos admonens ait: habete
Sal in vobis, & pacem habete inter vos: Sal castitatis,
ne corpora libidine corrumpantur: pacem charitatis,
ne corda dissensione sciadantur: alioqui, & illa cum
putrarrint, vermem generant, qui non morietur: &
ista si in Deum, vel in se inuicem collidantur, ignem
emittunt, qui nullatenus extinguetur.* Quomodo
ergo, non iam sint cum dæmonibus computan-
di, qui per discordiam, ioextinguibili igne in-
cenduntur?

163. Iam vero, si quis eò perditionis deueniret, vt
non solum ipse discors, sed & inter fratres, semi-
nare discordiam satageret, an ooo merito Satao
habetetur? Redi ad dæmoniacum serpentem, de
quo paulo ante num. 160. illud enim quod dixit:
Genes. 3. v. 4. *Scit enim Deus:* nil aliud est, quam Deum apud
protoparentes inuidiæ insimulare: quasi ideo gu-
standum arboris fructum interdiceret, ne diuini-
tatis consortes fortiretur: At de Iobo locutus apud
Iob. 1. v. 9. Deum, ait: *Nunquid Iob, frustra timet Deum?*
Cap. 1. vers. 9. vt illum, non syncerum, sed mer-
cenarium amantem denotaret. Est ergo hoc pu-
rum putum dæmonis officium, à qoo tanquam
D. Basil. Mag. vsitatissimo diabolus appellatur. D. Basilius in
Cath. Græcâ, ad cap. citatum, post alia, de præ-
dicto nomine, sic coocludit. *Vel etiam diabolus no-
minatur, quia apud hominem, Deum quasi nostro
bono inuideat, calumniatur: apud Deum vero, homi-
nem, tanquam virtutis mercenarium criminatur. Pri-
ma mulieri dixit, quia Deus vobis inuidit, ideo cibo
interdixit: Deo autem, quod non a Iobo gratis, sed ob
accepta beneficia coleretur.* Merito igitur diabolico
iam gregi annumerandus, qui inter fratres, &
quod peius est, inter subditos & superiorem, ca-
lumniis discordiam inserentibus studet.

§. XVII.

Fratrum appellitatio, stimulus est charitatis.

164. Regul. Soc. SEd neque caret mysterio, quod in prædictâ
regulâ, non cuiusuis, *Sed fraterna charitatis*
vinculum præcipiatur: quasi tacitè admonens re-
ligiosos, qui inuicem fratres appellitamur: eo
ipso quod fratres simus, mutuam charitatem con-
debere. Et quidem ita est, aut enim dulce fratrum
vocabulum, in Religionibus, phantasticum iam
fatendum: aut ardentissimam, fratrum in morem,
charitatem foueamus, necesse est: licet enim vbi-
que impia, tamen fraterni iuris, germanæ charita-
tis, impiissima habetur violatio: licet quibusuis
debita, tamen fratribus strictius debetur. Pungunt
grauiter Ethnicos, (qui mutuam Christianorum
Tertull. charitatem corrodebant) verba illa Tertulliani, in
Apologet. adu. Gent. cap. 39. quæ huc veniunt
aptissima. *Sed eiusmodi vel maximè dilectionis opera-
tio, notam nobis inurit penes quosdam: vide, inquiunt,
vt inuicem se diligant! (ipsi enim, inuicem oderunt)
& vt pro alterutro mori, parati sint! (ipsi enim, ad
occidendum alterutrum, paratiores sunt.) Sed & quod
fratres nos vocamus, non aliàs opinor infamant, quam
quod apud ipsos, omne sanguinis nomen, de affectatione
simulatum est. Fratres autem etiam vestri sumus, iure
naturæ, matris vnius, etsi vos parum homines, quia
mali fratres. At quanto dignius fratres, & dicuntur
& habentur: qui vnum Patrem Deum cognouerunt,
qui vnum spiritum biberunt sanctitatis: qui de vno
vtero ignorantiæ eiusdem, ad vnam lucem expauerint
veritatis.* Mihi, hoc vnum est votum inter prima:
vt Societas, semper cum Tertulliano hic, hæreti-
cis possit respondere: qui ferè eisdem verbis, cha-
ritatem nostram corrodunt, quibus olim gentiles,
Christianam charitatem corrodebant.

Obtulerunt Cain & Abel sacrificium, vt affectu 165.
dispari, sic etiam effectu dissimillimo: respexit
enim Deus, ad huius munera, illius vero oblatio-
nem spreuit penitus: hinc inuidia orta, & ab hac
mors egressa funestat orbem: *Cumque essent in* Genes. 4. v. 8.
*agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel,
& interfecit eum.* Genes. 4. vers. 8. nihil ardentius
optauerat dæmon, nihil instantius fuerat machi-
natus, quam odium inserere inter fratres, ideo ni
fallor caute, eiusdem odij rudimenta, primosque
conatus, Deus tantopere reprimere studuerat, vt
ibidem habes vers. 6. sed cur tam sedula ista Dei
præmonitio, quasi studiosam dæmonis concita-
tionem aoersura? quia videbat, nihil iam non
peruium & facile impietati deinceps in homines
futurum, quæ primam in fratres tyrannidem
exercebat: quomodo enim in extraneû sanguinem
non sæuirent, qui à proprio, fraternâ charitate
spretâ, auspicabantur, planè ius summum pieta-
tis inauspicato exordio violantes? Tertullian. Tertull.
aduersus Gnosticos cap. 8. *A primordio iustitia
vim patitur: statim vt coli Deus cœpit, inuidiam Re-
ligio sortita est: qui Deo placuerat, occiditur: & qui-
dem à fratre: quo procliuius impietas, alienum san-
guinem insidiaretur, à suo auspicata.* Quid enim iam
in alios non auderet, cui fraternæ charitatis sti-
mulus, hebes fuerat?

Dubitanti Iosepho, anxiéque zelotypo, apparet 166.
Angelus dicens: *Noli timere, accipere Mariam* Matth. 1. v. 20.
*coniugem tuam: quod enim in eâ natum est, de Spiritu
sancto est: pariet autem filium, & vocabis nomen eius*
IESVM, *ipse enim saluum faciet populum suum, à
peccatis eorum.* Matth. 1. vers. 20. sed certè, non
solum Israëlitici populi, sed etiam totius mundi
peccata, erant ab Agoo nostro IESV, tollenda
penitus. Cur ergo solius Israëlis peccata aman-
danda, præcipuè exprimuntur? quia in hoc, Agni
nostri misericordia, nitidius radiauit. Erat popu-
lus iste, fraterno consanguinitatis iure, Christo
coniunctus: & tamen in Christum occidendum,
coniurat impius: quæ ergo pietas maior, quam
per fraternæ charitatis stimulum, sic etiam occiso-
ribus condonare? sed parum hoc! voluit Deus in
Maria, per antithesim ad Euam, Spiritus sancti
opus commendare: vtque Eua nihil tetrius à dæ-
mone potuit concipere, quam fratrem fratris sui
interemptorem: Sic Maria illud maximè habet
commendabile, quod fratrem edat, interemptoris
fratris sui Israëlis, amatorem. Nunc capies pulchra
verba Tertull. lib. de carne Christi, cap. 17. quæ Tertull.
sic habent. *Crediderat Eua serpenti: credidit Maria
Gabrieli: quod illa credendo deliquit, hæc credendo
deleuit. Sed Eua, nihil tunc concepit in vtero ex
diaboli verbo? imò concepit: nam exinde vt abiecta*

pareret, & in doloribus pareret, verbum diaboli, ſemen
illi fuit, enixa eſt denique, diabolum fratricidam.
Contra Maria, eum edidit, qui carnalem fratrem Iſraël
interemptorem ſuum, ſaluum quandoque præſtaret.
In vulnam ergo Deus, verbum ſuum detulit, bonum
fratrem: vt memoriam mali fratris eraderet. Quaſi
hic eſſet, non ſpernendus etiam Incarnationis
finis, ſi memoria prioris fratricidæ aboleretur. Et
nota obiter, ad ea quæ ſupra dixi, diabolum fra-
tricidam appellari. Si ergo IESVS charitati fra-
ternæ ſic ſtuder: Societas IESV, qualem ſe erga
fratres, habitura?

167. Et pende adhuc, impiæ paleſtræ ſcāma, non
nemus, non viridarium, non denique ſolum ſe-
getibus, vel plantis fertile, deſignari, ſed merum
campum, id eſt, planitiem vndique ſterilem: Nam
Gen. 4. v. 7. illa verba Cain, *egrediamur foras.* Ibidem: vertunt
quidam ex Græco: *eamus in campum:* cum tamen
ſuauiori falaciâ Abeli decipiendo, amœnius quid
quærendum, aptius videretur. Sed præuidit Cain,
quocunque iret, germina ipſi terræ deneganda:
nihilque fructus ibi prouenturum, quò frater
D. Ambroſ. charitatis fructibus ſterilis abiret D. Ambroſ. lib.
de Cain, cap. 8. *Quid ſibi vult, quod dixit, eamus*
in campum? niſi quod locus nudus gignentium eligitur
parricidio: vbi enim frater debebat occidi, niſi vbi
fructus deeſſet? tanquam præſagiens natura, tanti
ſceleris loco germina denegauerat: quia non conuenie-
bat, vt idem ſolum, contagia parricidialis ſanguinis
reciperet præter naturam, & fructus ſecundum natu-
ram germinaret. Aptiſſima itaque, tragœdiæ, appa-
ratur ſcena: vt iam fruſtra, aliarum virtutum
flores, nedum fructus ſperet, qui fraternæ chari-
tatis germine, non fructeſcit.

168. Neque ſanè carere viſum myſterio, tum hoc,
tum duplex aliud fratricidium, in ſcriptura fune-
ſtius deploratum, animo alterum, alterum opere
completum: ſemper ſterili in loco perpetrari. In-
teſtino, odio, & pluſquam ferinâ rabie, Ioſephi
ſanguinem fratres ſitiebant: & tamen inter furoris
flammas, ſi non ab impietate, ſaltem abſtinent à
vulnere, & acquieſcentes Ruben conſilio: *Mi-*
ſerunt eum in ciſternam veterem, quæ non habebat
Geneſ. 37. v. 24. *aquam.* Geneſ. 37. verſ. 24. Toto biennio non tam
decoxerat, quam nutriuerat iram Abſalon, quam
à ſororis ſtupro, in fratrem Amnon conceperat:
quis non crederet, ſtatim vbi ad villam perueni-
ret, meditam diu vindictam, auidiſſimè exerci-
turum? & tamen furorem cohibens parat conui-
uium luxu regio, & intra, domeſticos parietes
3. Reg. 13. v. 27. occidit fratrem 2. Reg. 13. verſ 27. nec Ioſeph in
prato herbido morti deſtinatur ſubeundæ: nec
Amnon morti cruentæ, in amœniori ædium in-
greſſu villæque viridariis traditur: alter in arida
ciſterna mortem ſperat, alter inter domus ſterilis
parietes expirat: ne loco vbi fratres à fratribus
enecantur, natura, fœcundos partus dediſſe, ar-
D. Ambroſ. gueretur. Idem Ambroſius, ibidem. *Ioſeph in la-*
cum mittitur ſiccum: Amnon intra domum occiditur:
iuſtum igitur natura eſt impertita iudicium, ea loca
in quibus erat futurum parricidium, muneris ſui dote
priuando: vt ex innocentis ſoli quadam damnatione,
oſtenderet futura ſupplicia noxiora. Quid enim pœ-
natum, fraternæ charitatis violator ſibi non ti-
meat: cum innocens ſolum, ex eo quod inuitum
præſtiterit miniſterium, à præſagâ naturâ, ſteri-
litatis damno ſubiiciatur?

173. Vnde capies, cur eum Iacob audiret quod ali-
menta venderentur in Ægypto, eóque filios ſuos
expediret: cap. 42. verſ. 2. Gen. addat ſtatim ſacer
textus ibidem verſ. 3. *Deſcenderunt igitur fratres* Geneſ. 42. v. 3.
Ioſeph decem, vt emerent frumenta in Ægypto. Non
enim obiter prætereundum, quod cum interim
in Iacob familiâ, nulla Ioſephi mentio interce-
deret: cumque hi viri à Patre, id temporis mit-
terentur, non tam filij Iacob, vt videbatur, quam
fratres Ioſephi, quod tunc nemo putaret, ſint
appellati. Quorſum enim ſcriptura, fraternæ
pietatis violatores, in hoc maximè loco, vbi id
importunum videri poſſet, dulci fraternitatis
titulo inſigniuerit? Non inepta in ſe, ſaltem ad
rem noſtram aptiſſima, coniectura Lyrani, qui Lyranus.
ibi ita. *Dicunt Hebræi, quod hic nominantur fratres*
Ioſephi ſignanter, quia pœnitebat eos, quod ipſum
vendiderant: & deſcenderunt in Ægyptum eo animo,
vt ipſum redimerent, ſi poſſent inuenire, & ſecum
ducerent ad Patrem. Quaſi nunquam aptius dulci
Titulo vocarentur, quam dum ſimultate depo-
ſita, fugatam charitatem reuocabant. Vnde Ter- Tertul.
tullianus lib. 4. contra Marcion. (vt probet, Chri-
ſtum Dominum, qui diſcipulis ſuis dixit, *Dili-* Matth. 5. v. 44.
gite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos,
& orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos:
Matth. 5. verſ. 44. eſſe filium creatoris, cuius mo-
res, & doctrinam redolebat) afferens illud Iſaiæ: Iſai. 66. v. 5
Dixerunt fratres veſtri odientes vos, &c. cap. 66.
verſ. 5. quod ex Græco ſic vertit: *Dicite fratres no-* Tertull.
ſtri eſtis, iis qui vos oderunt: contendit hanc Pro-
pheticam creatoris ſententiam, cum illâ IESV
Euangelicâ eandem eſſe: quod acutè cap. 16. ad
præſens inſtitutum, adductis Chriſti verbis ſic
deducit. *Hæc Creator, vna prænuntiatione cluſit per* Idem.
Iſaiam: Dicite fratres noſtri eſtis, iis qui vos ode-
runt. Si enim qui inimici ſunt, & oderunt, & male-
dicunt, & calumniantur, fratres appellandi ſunt:
vtique & benedici odientes, & orari pro calumniatori-
bus iuſſit, qui eos fratres deputari præcepit. Quaſi ne-
ceſſario, tam dulcis appellitatio, ſtimulus charita-
tis foret, vt etiam inimicis benefacerent: nec in
ſuis fidelibus, phantaſticum habendum hunc ti-
tulum, præſumeret Deus: qui dummodo, ini-
micis fratris nomen, etiam charitatem induturi
credebantur.

Nec igitur odientes, & in noſtra ſæuientes ad- 170.
uerſarios, dulci hoc titulo, ſpoliare debemus, quo
eiſdem charitatem impertiri teneamur. Euigilans
Noë, cum didiciſſet: quàm improbe in Patrem
Cham filius ſe geſſiſſet, iuſto indignatus zelo,
exclamauit: *Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum*
erit, fratribus ſuis. Geneſ. 9. verſ 25. vbi mihi ex-
pende, nec ſeruum reſpectu dominorum dixiſſe
impium, neque Dominicis titulis, reſpectu iniqui,
pios, filios appellaſſe: quod tamen debitâ propor-
tione dicendum videbatur quid ita? Vt & Domi-
ni, credo, erga impium, non ſuperbirent: & im-
pius ſub dominorum imperio, non deſperaret:
Sed inuicem fraterno adhuc titulo vniri, & illi
charitatem debitam, & hic obedientem patientiam
exerceret. Fauet Optatus Mileuitanus, aduerſus Opt. Mileu.
Parmen. lib. 1. ita ſcribens, de ſchiſmaticis. *Sunt*
igitur abſque dubio fratres, quamuis non boni fratres:
quare nemo miretur, eos me appellare fratres, qui
non poſſunt, non eſſe: Eſt quidem, nobis & illis, vna
ſpiritalis natiuitas, ſed diuerſi ſunt actus: nam &
Cham, qui Patris ſui viſit impie nuditatem, frater
Innocentium fuit, & pro merito ſuo, iugum ſerui-
tutis incurrit, vt eſſet fratribus, frater additus,
ergo nomen fraternitatis, nec interueniente peccato,
deponitur. Vt dum etiam poſt culpam, durat, ab
eodem, remedium vnitatis deſideratæ ſperetur:
quam

quam vnice, communis Pater Deus, à nobis exigit.
Huc facit suauissima illa sententia Apostoli:
171. Galat 4. v.6. *quoniam autem estis filij, misit Deus Spiritum filij*
sui, in corda vestra, clamantem, Abba Pater. Galat. 4.
vers. 6. nil aliud in nobis vous, atque idem expres-
sius operatur Spiritus, quàm vt clamemus omnes
Abba pater, & vnum Patrem identidem intone-
mus. Et cur ita? vt sicut in eodem choro, harmo-
nia dissonat, discrepat concentus, dum diuersæ
voces, ad symphonam melodiæ vnitatem, non
redeunt: sic preces nostræ displicituræ Deo
agnoscantur, dummodo ad vnitatem communis
Patris inuocandi, non deuenerint. Clemens Ale-
Clem. Alex. xand. in Protrept. ita. *Beneficio affecti, conuenienter*
persequamur vnionem, bonam exquirentes vnitatem.
Quæ est autem, ex multis, vnio? cum ex vocum
multitudine, & dispersione, diuinam cœperit harmo-
niam, fit vnus concentus, vnum chori ducem sequens,
& magistrum, verbum: in eadem acquiescens verita-
te, dicens Abba pater: hanc Deus veram vocem am-
plectitur, eam primam à suis filiis percipiens. Quid
vero hinc sequitur, nisi vt dum consonè vnum,
& eundem Patrem appellamus: concordes inui-
cem fratres commoremur? ita est: Religio quip-
de disiunctis fratribus constans, licet multos sic
numeret, nullos habet. Ideo Dauid, Deum com-
mendans: *Deus qui habitare facit, vnius moris in*
domo: qui educit vinctos in fortitudine. Psalm. 67.
Ps. 67. v. 7. Vatabl. vers. 7. ex hebræo legit Vatablus: *Deus qui orbis*
restituit familiam, educit, qui vincti tenentur cathe-
nis. Quod deinde in notis, sic explicat. *Efficit, vt*
qui filiis carebant, habeant familiam amplissimam.
Expendēdum enim, in vulgatâ, non tam dici dan-
dos filios domui habitandæ, quam *vnius moris*
filios: vnde superfluum duxit, familiæ huius or-
bitatem exprimere: quia satis orba intelligebatur,
quæ non *vnius moris*, id est, consoni cordis, filios
numerabat: dum ergo hos ad vnitatem, & *vnius*
moris affectum, fraternæ charitatis stimulu, redu-
cit Deus: idem peragit, atque si parentibus or-
batis, filios restitueret: quando discordes fratres,
pro nullis reputandi.

Inter connubiales leges, quas Deus populo suo
172. condiderat, illa potissimum ad rem nostram, venit
expendenda: *Sororem vxoris tuæ in pellicatum eius,*
non accipies: nec reuelabis turpidinem eius, adhuc illa
Leuit. 18. v. 18. *viuente.* Leuit. 18. vers. 18. quis enim non opponat
Iacob, viuente adhuc Liâ, Rachelem eius soro-
rem, superducentem, respondet tamen pruden-
ter D. August. tom. 4. lib 3. in Leuit. quæst. 63.
D. August. excusandum Patriarcham, siue quia id, nondum
fuerat lege prohibitum: siue, quia suppositâ alte-
rius fraude, deceptus est; & plura, quæ ibi videris.
Imò adderem ex zelotypia & rixis, quas sorores
hæ inuicem exercebant: suauius præsentem Leui-
tici prohibitionem, Hebræis accipiendam. Si enim
decepientis fraudis conscia Lia, adhuc Racheli ex
pacto nuptæ inuidebat: si dilectior Rachel, adhuc
spretam penè Liam non ferebat: quis speraret ali-
quando, sorores ex æquo assumptas, sub eiusdem
viri coniugio pacifice habituras? clarius ergo, ex
Græco leguntur prædicta verba, hoc modo: *Super*
LXX. Interpret. *vxorem, sororem eius non accipies in zelum.* Sed hic
iam inquirendū, cur etiam plures vxores inuicem
alienæ non prohibeantur: cum etiam inter non
consanguineas communis mariti zelotypia exar-
D. August. descat? respondetque aptissimè citatus Augustinus.
Hoc autem quod ait, in Zelum: vtrum ideo positum est,
ne sit zelus inter sorores, qui inter illas, quæ sorores non
sunt, contemnendus est? an ideo potius, ne propter hoc
fiat, id est, ne hoc animo fiat, vt in zelum sororis, soror
superducatur? Vtraque responsio, instituto præsenti
concinit: quasi dissimulet Deus, si inter vxores dis-
sitas incendatur zelotypia, quam tamen omnino
inter sorores præcauit impedire: & quamuis cul-
pabilis sit maritus, qui eo animo nouam vxorem
priscæ superinduceret, vt zelum æmulationis illi
moueret: tamen erga sorores id machinari, quasi
aliquid horribilius prohibebatur: ne fraternæ cha-
ritatis vinculo animos constricturo, disruptionis
fomes præberetur.

Percusserat iam Ægyptium quendam Moyses, 173.
sabuloque sepeliuerat, vt fratri iniustè vexato pie
feruidus consuleret: Exod. 2. v. 12. Et additur sta-
tim v. 13. *Et egressus die altero, conspexit duos He-* Exod. 2. v. 12.
bræos rixantes, dixitque ei, qui faciebat, iniuriam:
quare percutis proximum tuum? Non negauerim,
satis ex se ponderis habere rationem: at ex morta-
lium abusu, nemo illam omnino inualidam infi-
ciabitur: quis enim hominum est, qui cum alte-
rum percutit, proximum non percutiat: aut quis
hoc vno titulo, quasi omnium fortissimo, depra-
uatos iam percutientis mores hodie reprehenderit?
nota ergo inter Hebræos olim, id præ aliis nationi-
bus singulariter obseruati, vt se inuicem fratres
appellarent: vnde in hoc loco *proximus*, non vt-
cunque, sed fraterno coniunctus titulo significa-
tor: vnde ex Hebræo, vertit ibi Oleaster cum aliis:
Vt quid percutis fratrem tuum? erat ergo sub his cir- Oleast. Hebr.
cunstantiis, ratio validissima, nil enim magis im-
pium, quam fraternum titulum rixis fœdare.
D Gregor. Nyssenus de vita Moys. *Ægyptio, viro,*
in Hebræorum quendam impetum faciente, occiso: duo- D. Gregor. Nyssenus.
rum Hebræorum commotos in rixam, admonuit non irâ
concitari, sed naturâ, qua propinquitate ipsos coniun-
xit, conciliatrice, & quasi indice, arbitroque, fratres
vti oportere. Iniquus est enim, qui à naturâ ipsâ
suauissime fratres iudicaturâ ad alienos iudices
appellat: nedū qui fratrem instar carnificis diuexat.

Proinde eleganter D. Petrus Chrysol. ad illud 174.
Lucæ cap. 12. v. 13. *Ait autem ei quidam de turba;* Luc. 12. v. 13.
Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hæredita- D. Petrus
tem; sic scribit. *Hæreditas mundana, ante posteris* Chrysol.
infert iurgia, quam conferat censum: antequam diui-
dat facultates, scindit hæredes: antequam debitas
tradat singulis portiones, successores ipsos dissecat, &
mittit in partes: proinde non est hæreditas ista, sed pu-
gna: & hæc nouerca est filiorum, non facultas. Ille
ditat filios, qui relinquit filiis plenissimam charitatem.
Vbi plura, quæ dedi alibi, per totum fere sermo-
nem, 162. præsenti instituto aptissima. Vnde iam
claret, obscura aliàs Christi responsio: *Homo quis* Luc. 14. v. 14.
me constituit iudicem, aut diuisorem, super vos?
Vers. 14. quis enim non dubitaret, cur se neget
Christus, horum iudicem, cui tamen æternus
Pater, rerum omnium iudicium, delegauit?
sed vide, se iudicem simul, & diuisorem de-
negasse: nec enim diuisor inter fratres esse pote-
rat, qui naturæ ipsius coniunctione, stimu-
lum indiuisæ charitatis, illis indiderat. Chrysolog. Petr. Chrys.
ibidem paulo ante. *Non potest dicere fratri, di-*
uide qui per Prophetam docuit: ecce quam bonum,
& quam iucundum, habitare fratres in vnum. Sci-
licet fratrum hæreditas germana, bona superna
sunt, & charitatis mutuæ, portio indiuisa:
vt qui iam hanc diuidere conentur ausu im-
pio, Christum non tam benignum litis iudi-
cem ad quietem; quàm asperum ad pœnam

culparum ſortiantut cogoitorem. Iterum Chryſol. ad finem, ex ore Christi. *Deſine ergo, aut ſuperaa diuidere, aut di terriuis, me andiente litigare: ne qnemtenes & babes hodie largitorem pium: ſeueriſſimum ſentias poſtea cognitorem.*

175. Sed ueque mirum non videret iſta miſer fratet, cui iam duto, & inuido, charitaris fraternæ ſtimulus, alias acuriſſimus, hebes fuerat: nec enim, quæ Dei P..tris ſunt, quæque ob oculos ſuut, videre poteſt: qui quod debeat fratribus, oon artendit. Senior ille fiater, qui redeunti, & feſtiuè excepto prodigo inuidebat: hine maximè apud commuunem parentem, querelæ ſuæ ius præſumpſerat illuſtrandum, quod iactaret. *Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum prateriui: &*
Luc. 15. v.29. *nunquam dediſti mihi hadum, &c.* Luc. 15. verſ. 29. nullum horribilius mendacium fingi poterat: cum enim iunior, portionem ſuam peteret, non ſolum huic, ſed atiam ipſi ſeniori, pater diuiſam hæreditatem legitur tribuiſſe: *Et diuiſit illis ſubſtan-*
Verſ. 12. *tiam.* Ibidem verſ. 12. quomodo ergo nec bædum acceperat, qui iam bonorum dimidium retioebat? vnde tam ingratus Patri, tam immemor beneficij?
D. Chryſ. reſponder D Chryſol. ſerm. 4. ita. *Fratri iamdiu aaimus, gratus iſſe non poteſt Patri: & paterna largitatis memor non eſt, qui eſt fraterna immemor charitatis. Hadum ſibi datum negat, qui ſubstantia partem totam, tempore diuiſionis accepit: tuac enim, cum frater iun·or, dari ſibi ſubſtantia peteret portionem: pater ambobus totum fratribus, mox diuiſit.* Indulget itaque mendacio, neque quid Patri debeat attendit, qui cum fratte contendere præſumit.

176. Paſcebant Iacob filij, greges paternos, cui tamen ipſi, grex charior longè erant: Ioſeph interim agnus tenerior, non inuido ſibilo, ſed amico ballatu, *accuſauit fratres ſuos apud Patrem, crimino*
Geneſ. 37. v.2. *peſſimo* Geneſ. 37. verſ. 2. torquenter interpretes, in crimine iſto fratrum diuinando: non enim ditum eſſe non poterat, quod tanto addito, peſſimum deputatur. An rebellant in Patrem? an cōmiſſos ſibi greges, prodigi dilapidant? imò in ſemetipſos rebelles, chariorem Patris gregem lacerabant: dumque fraternæ charitatis violatores, inuicem rixantur, non poſſunt non crimine peſſimo fœdari. Lyranus ibi. *Hebraa littera non babet*, crimine peſſimo: *Sed hic habet:* retulit Patri, rixam eorum peſſimam. *Et iſtud concordat cum eo, quod dictum eſt ſupra, quod filij Lia, deſpiciebant ancillarum filios, & ex hoc erat odium, & contentio inter eos: & iſtud in tranſlatione noſtrâ, vocatur crimen peſſimum, quia ſicut fratrum charitas, quid optimum dicitur: ita è contrario, odium fraternum, crimen peſſimum appellatur.* Et nota obiter, hinc ſæpè crimen hoc peſſimum, inter religionis fratres exardere: quod communis Patris Dei obliuiſcantur, & terrenæ proſapiæ memoriam recolentes, & ſplendorem adorantes ſuperbiant.

177. Sic ergo agendum eſt inter fratres, vt vnuſquiſque noſtrum, verè & ex corde ad alterutrum
D. Paulin. dicere queat, id quod D. Paulinus, ad D. Sulpitium, epiſt. 1. *Tu frater vnanime, melior, in Chriſto, noſtri portio.* Sic enim nobiſcum inuicem agendum, vt vnuſquiſque in alio, non ſolum degere, ſed & melius, quàm in ſeipſo degere videatur: Sed de hoc, pauca ſeorſim connectamus.

§. XVIII.

Charitas fraterna honore prauenit: non ambit: virtutum eſt perfectio: amorem in Deum probat: Chriſtum coronat: eius vnitas tenerrimè vulnerat cor diuinum. ab vnitate membrorum corporis pulchrè exprimitur: etiam per deſpectum vmbratica innocentia procuranda: & inter diuerſas nationes fouenda maximè. De quâ obiter alia immiſcentur.

VT hæc fraterna charitas tutior conſeruaretur, 178.
non parum iuuat regula illa 29. ex ſummario, quæ licet reſpectu omnium, etiam ſæcularium nos informet, præcipuè tamen inſtituit, quales inter nos inuicem acturi ſimus: ibi ergo
ita. *In omnibus procurando atque optando, potiores partes aliis deferre, omnes in animo ſuo, tanquam ſibi ſuperiores ducendo, & exterius honorem ac reuerentiam, quam exigit cuiuſque ſtatus, cum ſimplicitate & moderatione religioſa exhibendo: atque ita fiat vt ſe mutuo conſiderantes, in deuotione creſcant, Diuumque Dominum noſtrum laudent, quem quiſque in alio, vt in illius imagine agnoſcere ſtudeat.* Hinc certè proueniet vnitas ſuauiſſima, ſi vnuſquiſque cæteros duxerit tanquam ſibi ſuperiores: id eſt, ſi cum Paulino, vnumquemque fratrum, tanquam meliorem ſui, in Chriſto portionem exiſtimauerit: quod ſi fiat, planè communitas in cælum, & fratres, propemodum in beatos, tranſire
videbuntur. Pondetabat D. Gregor. Nazianz. D. Gregor.
orat. 1. contra Iulianum, miraculum illud, quo, Nazianz.
cum impius Apoſtata, nondum laruâ depoſitâ, ſimulans pietatem, templa martyribus erigeret, ipſa tamen, ſubito concidebant: & exclamat. *O inſignem Martyrum inter ſe charitatem! honorem illius, qui multos Martyres contemptui habiturus erat, recuſarunt.* Hæc eſt enim beatorum charitas nihil honoris velle, quod omnibus in Chriſto commune, non habeatur: reſpuunt obſequium, quod cæteris non viderint delatum: quia ſic vnuſquiſque cæteris cedit, vt ſibi cæteros quaſi cedentes demiretur.

Commendarat fuſè Chriſtus, ſeruos ſuos vigi- 179.
les, ſubiungens poſt multa: *Beatus ille ſeruus, quem* Luc. 12.
cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem: verè v.43.
dico vobis, quoniam ſupra omnia, qua poſſidet, conſtituet illum. Luc. 12. verſ. 43. ſub quâ parabolâ, cumulatiſſimum præmium, in cælo ſingulis iuſtorum reddendum ſignificatur. Sed ecce dubium inſurgit, non vulgare: Si enim vni tantummodo, omnia quæ Deus poſſidet dicuntur tribuenda, ſi vnus ſuper omnia conſtituitur: iam cæteri vacui, & illi vni ſubiecti maneant, neceſſe eſt. Si vero omnibus vt par eſt, hoc munus tribuendum: iam ſinguli, non ſuper omnia, quæ Deus poſſidet, ſed tantum ſuper partes conſtituentur: aliàs, qui fieri poteſt, vt omnia ita ſingulis tribuantur, vt æquo dominio, ſinguli omnia dicantur poſſide-
re? reſpondet pulchrè Euſebius Gallicanus hom. 2. Euſeb. Gal.
in nat. Conf. *Supra omnia, qua Dominus poſſidet, vnuſquiſque conſtituitur: quia omnia ei obediunt, eiuſque voluntatem, omnia faciunt, tanta enim ibi concordia erit: vt vnuſquiſque quaſi maior veneretur ab omnibus: & quaſi minor veneretur omnes.* Nonne ergo cælum fuerit Societas noſtra, ſi vnuſquiſque, honorem, quem habeat, aliis deferat, à

quibus

quibus innicem penitus colatur? planè sic singuli per fraternam charitatem in integrum super omnia consti tuentur.

180. Rom. 12. v.9. Hoc est, quod disertis verbis commendat Paulus: *Dilectio sine simulatione odientes malum, adhærentes bono, charitate fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes.* Roman. 12. à v. 9. quasi hac honoris piissimâ præuentione, fraterna charitas, vnicè foueatur: imò ipse honor sic præstitus, à charitate maximè ortum habet: vt sibi mutuo causæ esse videantur. D.Chrys. D. Chrysostomus ibi. *Posita causâ, quâ debeamus nos inuicem diligere, subiungit quomodo fiat, vt immota persistat, nostra dilectio, vnde & subdit, honore alius alium præcedentes: hac quippè ratione, & nascitur dilectio, & nata perdurat: nihil enim ita facit amicos, vt studium illud, Proximum honorando vincendi. Non autem dilectio solum hinc nascitur, sed & maior honor. Nam ex dilectione quidem, quæ supradicta sunt, oriuntur: ipsa verò dilectio, ex honoris exhibitione: quemadmodum, & honorandi studium, vicissim ex dilectione est.* Pende illud: *Studium honorando vincendi.* Debet enim hic esse pium quoddam certamen? vbi is victor, non qui honoris aufert spolium, sed qui confert: vbi is tantummodo decorus degit, non qui oblatum accipit, sed qui quasi victus patitur honorem: Hoc quippè est, quod in regula nostra dicitur: *Procurando potiores partes aliis deferre?* quasi cæteri, sic accipiendo honori, inniti fuerint: vt solicitâ curâ egeas, vt illos cogas, mallentes tibi honorem suum impendere.

181. Cant. 4. v.5. De duobus populis ad Ecclesiam vocatis locutus Christus, sic ait: *Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli.* Cant 4. v.5. quasi dicat, quia duo hinnuli sunt nutriendi, ideò & duo vbera exhibes: de quo multa Gellibertus serm. 27. Gellibert. Sed cur hi hinnuli pares, cur gemelli? respondet idem aptè ad rem præsentem. *Audisti iam, qui sint isti hinnuli, & quare duo: vis nosse, quare gemelli? quia in fide non est distinctio Iudæi, & Græci: vacant ibi priuilegia meritorum: & regeneratio nullos distinguit, quæ cunctos æqualiter absoluit.* Idem in nouâ Religionis regeneratione, longè strictius venit obseruandum: vbi immeritò inter Doctos, & ignorantes, inter plebeios & nobiles quærantur præminentiæ priuilegia: cum religio nullos distinguat, quia cunctos æqualiter regenerat. Imò qui in Religione inuicem alios non præueniunt: non tam gentilici populi affectus humiles, quam Iudaici populi tumentes animos, in Ecclesia primitiuâ, repræsentant: qui etiam post conuersionem ad Christum, priscorum meritorum priuilegia affectabat, præponique gentilico satagebat. Idem. Gellibertus citatus. *Fides vtrosque populos æquè nobilisat: Sed Iudæus aliter reputat: in communi clementiâ, iura sibi priuata deposcit: quid mirum si vult esse primus, quando voluit esse solus? vnigenitus esse non potest, affectat vel esse primogenitus. Vide quanta obiecta sint Petro in Act. Apost. quod ad homines præputium habentes introiisset: vide quantum in epistola ad Rom. Paulus desudet aduersum Iudæos, quod in gratiâ, sibi fidei priuilegia vindicarent quædam: & quos vna fides coniunxerat, distinguerent gradibus: ibi affectabant esse in gratiâ, soli: hic, summi: nolentes habere compares: quos non poterant non habere participes.* Hoc ergo qui litteris, nobilitate, aut munere præcellunt in Societate, summopere affectare debent: vt alios qui in inferiori sunt gradu honore præueniant, gaudeántque habere in religione compares, quos eiusdem participes habent. Necessario.

Sed capiamus, vt par est, in his hinnulis, non solum vtrumque illum populum, respectu primitiuæ Ecclesiæ, sed quosuis fideles modo, qui ad alicuius religionis vbera nutriuntur: aptissima enim tunc veniunt verba, quæ ibidem sic subdit Gellibertus. *Quæ ratio, non inter illos tantum vertitur, sed se dilatat ad omnes: vt nemo alij in gratiâ, quocumque in gradu fuerit, aut participium, aut parilitatem inuideat: quis enim merita prætendat, vbi in munere sola est gratia? non debent vetera præiudicare, vbi noua facta sunt omnia: & in hinnulis regenerationis nouitas intimatur, & in gemellis, in regeneratione parilitas.* Ac si, non tam capreæ, quam hinnuli dicantur, vt per renouationem iuuenescere noscantur: itidémque gemelli, id est, pariles: vt feruida renouatio, hanc secum afferre parilitatem intelligatur. Quid ergo mirum si Societas, quæ vt supra fusè vidimus in sui solemni renouatione tam impensè laborat, pariter in hac regulâ, præueniendi alios honore, omnium parilitati, ad eorundem concordiam studeat? 182. Idem.

Inde est, vt voto alio Societatis Professi se obligent, nullam ambiendi dignitatem: item denunciandi eos, quos ambitionis labe infectos nouerint: quia pacem, quietem, concordiámque fraternam, ab his seruari non posse, probè intelligit. Desperans rebus suis Saul iam impius, dixit seruis suis: *Quærite mihi mulierē habentem Pythonem, & vadam ad eam, & sciscitabor per illam.* 1. Reg. 28. v.7. & vt ex euentu patet, mulierem quærebat veneficam, non vtcunque, sed quæ per necromantiam, mortuum aliquem phantasticè suscitaret, & quorsum id? vt se in honore prisco, in regiâ dignitate ambitiosus conseruaret. Qui ergo in religione seditiosos sibi parat socios, quos spe fallit honoris communicandi, vt ipse primas sedes obtineat ambitiosus: nonne iste, & se ipsum, & impios administros dicetur suscitare? D. Antonius de Padua, Dom. 2. post Trinit. ad hunc locum, ita. *Pythonem quidam dicunt, artem suscitandi mortuos. Heu quantos religiosos, mundo mortuos, & in claustris sepultos, à somno contemplationis, quietis, & pacis, hæc Pythonissa, id est, Amor dominandi suscitauit, & in publicum eduxit!* quæ enim discordia sæuior oriri potest, quam quæ mortuos inquietat, priuatos sibi honores, captans ambitiosè? Charitas quidem, inquit Apostolus, non est ambitiosa, non æmulatur: non quærit quæ sua sunt priuata: scilicet, quia omnia, omnibus ex æquo habenda, in medio semper voluit constituta. 183. 1 Reg. 28. v.7. D. Anton. de Padua.

Vt cæteras omnes virtutes, excedit regina charitas: sic in ferculo illo Salomonis, quo symbolicè, virtutum omnium sedes repræsentantur: supremum thronum habitura credebatur: & tamen audis: *Media, charitate constrauit.* Cant. 4. v.10. cur ita? Audi Gellibertum serm. 19. *Charitas non inflatur, non est ambitiosa, non quærit, quæ sua sunt: medio gaudet, & quasi in communi sua bona prostituit: media enim charitate constrauit.* Pende autem, cum prima omnium virtutum sit charitas, tamen, ibi post cætera omnia symbola numerari: nec tamen in postremâ sede, sed in mediâ collocati: de quo citatus Gellibertus. *Æmulamini filiæ Hierusalem, charismata meliora, magis autem, vt ametis: Amor, omni supereminet gratia: & in huiusmodi descriptione ferculi, charitas reliquarum, quasi ornamentum, & clausula ponitur gratiarum, &c.* 184. Cant. 4. v.10. Gellibert. Idem.

plures

Plures in hoc ferculo numerantur gratiæ, sed charitate, cumulantur omnes: charitas cumulus est, charitas fundamentum: in charitate, inquit, radicati & fundati: illa in primis, illa in vltimis, illa in intimis: illa inchoat, illa consummat, illa communicat charismatibus cæteris. Quidni ergo in medio omnia ponat, vt extrema omnia quasi à medio centro comprehendat & connectat, quæ tanquam basis & corona perfectionis: cuncta in vnum redigere conatur.

185. Et ni fallor hinc maximè Societas, charitati fraternæ fouendæ tam diligens incumbit, vt alumnos suos, quos cupit perfectissimos, ipsius perfectionis basi fundet stabiles, eiusdémque coronâ, orner insignes. Illud Prouerb. 11. v. 3. *Simplicitas iustorum, diriget eos: & supplantatio peruersorum vastabit illos.* (Prou. 11. v. 3.) Capi potest de vnitate qua iusti inuicem se amant, quasi ad cor vnum, & simplicissimum, redacti, quo securi procedant: Sicut impij, se mutuò supplantantes deuastantur: qui tamen locus in Complut. sic legitur: (Complut.) *Perfectio rectorum, diriget eos*, &c. Quasi in illa simplici vnitate, tota Sanctorum perfectio sita sit. Quadrat huc sententia illa D. Chrysologi serm. 53. (D. Chrysol.) vbi post multa de charitate fraternâ, sic concludit. *Pax fratrum, voluntas est Dei, iucunditas Christi, perfectio est sanctitatis, iustitiæ regula, magistra doctrinæ, morum custodia, atque in rebus omnibus laudabilis disciplina. pax, suffragium precum est, supplicationum facilis, atque impetrabilis via, desideriorum omnium competens plenitudo.* Neque minus eleganter Ailredus, (Ailredus.) apud Godefr. in cap. 1. Genes. sic scribit. *Charitas omnium virtutum consummatio, sanctarum animarum suauis refectio, honesta morum compositio: ipsa radix & ramus, & arbor & fructus: solatium in pugnâ, præmium in coronâ.* Et quid ni solatium in pugnâ, quæ sibi diuina apparat præsidia? quid ni præmium in coronâ, quæ totius gloriæ apex apparatur? vtrumque exhibito testimonio confirmabo.

186. Profectus in Mesopotamiam Iacob, scalam vidit, cuius summitati Deus incumbebat, cuius gradus, ascendentes & descendentes Angeli terebant: hilarique admiratione exclamat: *Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli.* (Genes. 28. v. 17.) Gen. 28. v. 17. fluunt anni, reuertitur in patriam, & subdit sacer textus: *Fueruntque ei obuiam Angeli Dei, quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc.* (Genes. 32. v. 1.) Gen. 32. v. 1. mira diuersitas! Iam domus, in aciem vertitur: iam pacifica porta, in militare vallum apparatur: iam politici ciues, in milites accinctos conuertuntur: iam quæ curia fuerat, asperatur in castra. Ecquid ita? respondet Ambrosius (D. Amb.) lib. 2. de Iacob, cap. 6. *Perfectis & fidelibus, diuina solent adesse præsidia: perfectus autem, qui cogitabat de reconciliatione fraternâ, ita vt humilitate eam inuitaret, officiis acquireret, muneribus quoque emendam putaret.* Certè perfectissimus, qui inculpabile ex parte suâ dissidium, cuitandum non solum ambit, sed emit: quid ni ergo fraterna charitas tam eximia, diuinum sibi apparet auxilium, cœlestiáque præsidia in solatium pugnæ sibi acquirat?

187. Sed vt in pugnâ solarium, sic etiam præmium in coronâ, venit ipsa charitas: quasi ipsius coronæ apex venerit, tanta perfectio. Iam inter disserendum, Stephano cœli patuerant, iam facies hominis, Angelico fulgore radiarat: cum inter crepitantium saxorum ictus asperos, mitissimus, pro impiis oraturus, flectit genua: (Act. 7. v. 60.) *positis autem genibus clamauit voce magnâ dicens, Domine, ne statuas illis hoc peccatum* Act. 7. v. 60. Mira erat charitas in Deum, forti ad eius gloriam martyrio, sanguinem suum fundere: neque tamen id satis, reputauit Stephanus: nisi charitatem in fratres etiam impios exhiberet. Sed vnde sæuientis doloris impetu, ingentis vi cruciatus, fratrum potuit memoriam retinere? Nouerat triumphali suæ coronæ, apicem hunc gemmatum aduenturum, ipsiúsque martyrij gloriam, quæ per se excellentissima crederetur, posse adhuc stemmate charitatis fraternæ cumulari. grauiter Eusebius Gallicanus (Euseb. Gall.) hom. de D. Stephano, post multa, ita. *Dum pro impiis, Deo plenus exorat, etiam de alieno peccato iustitiam suam cumulat: & coronam suam, perfectâ Christi humilitate multiplicat. Intelligamus quantum bonum sit dilectionis, quantaque res illa, virtutis, quæ commendare adhuc potest passionem.*

188. Sed neque mirum, passionem Martyrij, id est charitatem in Deum, fratrum ista dilectio valeat commendare: non mirum Stephani coronam perfectè compleat: quandoquidem, fraternâ dilectione, Dei dilectio, solida comprobatur, eademque non solùm homo, sed etiam Deus ipse coronatur. Primum, prius, deinde secundum etiam membrum confirmabimus. Quæsitus Christus Dominus, de mandato magno in lege; Amorem id esse Dei explicauit, Matth. 22. vers. 37. (Matth. 22. v. 37.) Cui deinceps, proximum diligendum adiunxit: v. 39. (v. 39.) Et tandem subdit: *In his duobus mandatis, vniuersa lex pendet, & Prophetæ.* v. 40. (v. 40.) At ecce tibi Paulus ad Galatas scribens, sic de hac re. (Galat. 5. v. 13.) *Per charitatem, seruire inuicem: omnis enim lex in vno sermone impletur, diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* cap. 5. à v. 13. Quod ferme eisdem verbis dixerat Roman. 13. v. 9. (Rom. 13. v. 9.) Christus in duobus mandatis, vniuersam legem pendere infallibiliter asseuerat: & Paulus, ad vnum tantummodo præceptum, rem deducens, non fallatur? planè non fallitur, quia neque Magistro Domino contradicit. D. Augustinus (D. August.) lib. 2. in epist. ad Galat. post alia, sic vtranque sententiam conciliat. *In dilectione Dei possunt mentiri homines, quia rariores tentationes eam probant, in dilectione autem Proximi, facilius conuincuntur eam non habere, dum inique cum hominibus agunt. Consequens est autem, vt qui ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente Deum diligit, diligat & proximum sicut se ipsum: quia hoc iubet ille, quem ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente diligit. Item diligere proximum, id est, hominem, tanquam seipsum, quis potest, nisi diligat Deum, cuius precepto & dono, dilectionem proximi, possit implere? Cùm ergo vtrunque præceptum ita sit, vt neutrum sine altero possit teneri: etiam vnum horum commemorare, plerumque sufficit, cum agitur de operibus iustitiæ, sed opportunius illud de quo quisquam facilius conuincitur. Vnde Ioannes epist. 1. 4. Dicit, qui non diligit fratrem suum, quem videt: Deum quem non videt, quomodo diligere potest?* Sic amore in fratrem, Amor in Deum probatur: huiusque simulatio iniquitate exercita in fratrem, reuelatur apertissimè.

189. Est optima, in hanc rem, positio illa Cherubica, de qua in Exodo, vbi post longam sanctuarij descriptionem, ita subditur: (Exod. 25. v. 19.) *Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero: vtrumque latus Propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum; respiciántque se mutuo versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca.* cap. 25. v. 19. non itaque eo situ constitui iubentur, quo simul ab vno latere, Propitiatorio obuerterentur: Sed, quo ab vtroque latere, & se, & medium propi-

tiatorium

tiatorium respicerent. Illud tamen attentius ponderandum, non solum dum se inuicem respiciunt, pariter etiam obuerti propitiatorio: Sed quod prius mutuus iste in se respectus, quam obuersus propitiatorio vultus, explicetur. Et cur ita? quia licet prius per dilectionem, propitianti Deo nobis adhærendum, quam proximo, quem mutua respicimus charitate: tamen cum dilectio illa, per charitatem istam comprobetur in hoc symbolo, hæc prius declaratur: ac si vix crederentur, debito vt par est obsequio in propitiatorium intenturi, qui ante mutuo se amantes
Pet.Cel. non probarentur. Abbas Cellensis lib. 1. de Tab. ad hunc locum. *Non vertunt vultus in propitiatorium, qui se se mutuo non respiciunt: quia qui proximum, quem videt, non diligit: Deum quem non videt, quomodo diligere potest? in mutuo respectu fraterna dilectio: in verso vultu in propitiatorium, humilis reuerentia ad Creatorem nostrum intelligitur.*

190. Venio ad aliud quod dixi, de hac fraternâ charitate, Deum coronante. Huc apta venit, vox illa exultantium Angelorum, inuitantiúmque fideles, quo Christum in die lætitiæ suæ contemplentur: *Egredimini & videte filia Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitia cordis eius.*
Cant. 3. v. vlt. Cant. 3. v. vlt. Si deliciæ Christi sunt, esse cum filiis hominum, si hæc est voluntas, imò voluptas Patris, sanctificatio nostra, vt toties testatur scriptura: quæ est lætitia ista cordis eius, quæ à coronâ potius, quàm ab hominum salute dicitur radiare? non est quidem alia corona, nisi quod ipsa hominum virtus excellentior, per quam, saluti inhiant æternæ, iam in formam coronæ apparatur, qua Christus exultans comitur, & adornatur hilariter desponsandus. Ecquæ tanta perfectioris virtutis excellentia? Gellibertus serm 20. ita. *Species coronæ, quoddam vnitatis præfert indicium: non sola corona est æstimanda materies, sed forma pulchra intelligentia rationes eius administrat: ea enim est corona species, quod & in orbem cohæret, & in altum se erigit. Vis habere cohærentiam quandam communem, in idipsum? credentium, inquit Act. 4. erat cor vnum, & anima vna. Quis huius vnitatis finis? propter spem vtique, quæ proposita est in cœlestibus. iam ergo habes cohærentiam in vnitate, erectionem in spe.* Neque mireris si ab hac vnitate, ab hac fraternâ concordiâ, in se inuicem cohærente, spes quæ proposita est in cœlestibus, sic prodeat: quoniam, vt supra sæpè dixi, vnanimi fratres charitate cohærentes, cœlestium iam conditionem repræsentant.

191. Propterea, in Oratione Dominica sæpè quotidie repetimus: *Fiat voluntas tua sicut in cœlo,*
Matth. 6. v. 10. *& in terrâ.* Matth. 6. v. 10. quasi iam terram nostram, in ipsius cœli habitum, velimus conformatam. Sed vnde in tam dispari sorte, conditio
D.P.Chrys. tam consors? Pulchrè D. Chrysolog. serm. 72. respondet ita. *Sicut in cœlo, sic & in terra? tunc iam totum cœlum est. Nunc agit, Dei mens vna, omnes: tunc in Christo omnes, & in omnibus Christus, quando omnes solius Dei sapiunt, & faciunt voluntates: tunc omnes vnum, imò vnus omnes, quando Dei spiritus in omnibus viuit vnus.* Quasi dum diuinæ voluntatis obseruatio, nos in vnum redigit: dum vno & eodem spiritu degimus & in vnum redigimur: iam terra pro cœlo sit habenda. De timore illo reuerentiali, quo Beati feruntur erga Deum, vix vllo modo à charitate distincto, sic post multa, dixit Gellibert. serm. 19. *Qua ratione* Gellibert.
timor nil metuens, timorem illum tam titulo nomine impertiretur amoris, nisi quod Deus ipse, ibi quidem amat nos, non tamen timori, in tantâ maiestate permittitur locus? Sed in omnibus, quomodo à charitate timor ille separabitur? Et quid aliud est timere, nisi non tumere aduersus Dominum maiestatis? quid est timor ille, nisi votiua subiectio, obedientia non coacta, vltro impensa reuerentia? dum igitur per vnitatem fraternam, solius Dei sapimus & facimus voluntates, votiui subiicimur, obedimus non coacti, impendimus reuerentiam: quid aliud, quam timorem istum amantem beatorum, imitamur? Sed redeo ad id quod ante dicebam de charitate Christum coronante.

Pulsabat Christus ostium sponsæ, tactu blando: 192.
& suauiori voce cor pulsabat dicens: *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore: & cincinni mei guttis noctium.* Cant. 5. v. 2. verba sunt Christi iam Cant. 5. v. 2.
Triumphatoris, iam post missa spiritus S. Charismata, Ecclesiam nouis admittendis fidelibus inuitantis: in quibus, vt alibi dixi, propter amoris teneritudinem, ipsemet Christus dicitur intrare, ipsimet Christo Ecclesia sancta dicitur aperiri. Hoc posito: quis iam capiat, cur quasi querulus & gemebundus describatur Christus: quasi adhuc noctes oberret, quasi adhuc sub dio commoretur: nec, qui in cœlo iam regnat, vbi caput suum reclinet, hic habuerit? difficilem nodum incurreres, si verba queruli, & non potius capias exultantis: exultat sanè Christus hoc rore blando, quo caput suum comit, & guttis suauissimis, quibus coronat illud: Scilicet virtutes sunt iustorum, quas sibi in diadema conformauit: vt intelligens Ecclesia, quanti faciat Christus iustos suos, vberius ac nouis creandis impendatur. Sed quæ inquis virtus in tantum suffectura, vt coronando Christo satis fuerit? illa charitas, quæ fratribus impenditur iuuandis. Nunc patebit obscura aliàs sententia D. Paulini, epist. 4. quæ sic habet. D. Paul.
Nunc Ecclesia lumine, quasi pleno luna perfecta speculo: & sanctis hominibus, vt purissimis serenitate sideribus opera fidelium, (quibus animam suam quisque viuificant, præterita siccitatis sitim reficit,) quasi rores in hac vt diximus sæculi nocte, distillant, & ideo caput suum Christus, tali repletum rore lætatus, & illuminator noctium nostrarum, tamen guttis noctis nostræ, crines suos gaudet esse perfusos: quia ipsius refrigerium est, & refectio, illa fidelium operatio, quibus vel fratres iuuantur, vel inopes refouentur. Non igitur temerè puto, hanc vnitatem fratrum se mutuo iuuantium, in vniones & margaritas, roris sui benefici guttas, conuertisse: quas non alibi, quam in diuino capite cerno radiare.

Hi Christi crines, charitate pulcherrime co- 193.
ronati, memoriam excitant crinium sponsæ, qui huc faciunt. Exquisitissimæ sunt comparationes, quibus Christus Ecclesiæ dotes commendans, tenerrimè se amantem profitetur, nunquam tamen maiori epitasi rapitur in affectus, quam dum ait, *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum, in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Cant. 4. v. 9. quid igitur in his oculis, & Cant. 4. v. 9.
in his crinibus potuit reperiri, quod diuinum cor, non solum ardens, verum etiam, se dicat vulneratum? quanta vis, qua impenetrabilis adamas, non tam alieno, quam suo proprio sanguine mollescit! Vnde ergo pia patiatur vulnera, fons salutis? Gellibertus serm. 30. ita. *Nihil sponsæ gratius,* Gellibert.

communi

communitate, imò vnitate credentium, & compage Eccleſiæ: multa bona, in ſponſa cumulauit præconium, quibus ſe delectatum oſtendit: ſed nunquam ſic expreſſit congaudentis affectum, ſicut hic, vbi luminis, & crinis commemorata eſt vnitas. Hæc vnitas pulcherrima, Chriſtum afficit: vt ob cuius ſalutem profudit ſanguinem, cor etiam apertum lanceâ nobis exhibens; iteratis identidem vulneribus amotis, idemmet cor quotidie percuſſum fateatur.

194. D.P.Chryſ. Deſcribit hanc vnitatem grauiſſimè Chryſologus ſerm. 132. his verbis. *Hoc intereſt inter congregationis plenitudinem glorioſam, & ſeparationis præſumptam de ignorantia aut negligentiâ vanitatem: quod in ſalute & honore integri corporis, ſpecies eſt, vnitas membrorum: & in ſeparatione viſcerum, eſt fœda, lethalis, & horrida pernicies. Homo, quid aliud te docuit in tuo corpore, aut ſic diuiſa coniunctio, aut tam coniuncta diuiſio: niſi vt ex multis vnus, aut vnus, in multis viueres? Eſt membrorum commercio ſalutari; pretioſus oculus, ſed ſi perſeuerat in corpore: alioqui, vbi corpori defuerit, ſibi non aderit: debent illi membra omnia, ſuæ lucis obſequium: ſed & ipſe oculus ſentit corpori ſe debere, quod lux eſt: qui vtique omnibus membris, miniſtratum membrorum prouideat, euulſus è corpore, nec ſibi videat.* Benè hinc totius communitatis charitas formatur: ſed in primis illa, quam ſuperior, qui oculus eſt, ſubditis ſuis debet exhibere: quibus ni prouidens coniungatur, iam nec ſibi etiam videat, neceſſe eſt. Vide plura apud Interpretes Pauli, epiſt. ad Rom. cap. 12. v. 4 vbi ita Apoſtolus: *Sicut enim in vno corpore, multa membra habemus, omnia autem membra, non vnum actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto: ſinguli autem, alter alterius membra.* Do tantum pulchram ſententiam Balduini ad hunc locum apud Godefr. quæ, poſt multa, ſic concludit. *Nonne manus ad miniſtrandum nata, & ad ſeruiendum donata, vt quotidiana docet experientia, ad obſequium pedum, ſe ſe humiliant? Quod ſi manus, vt caſu nonnunquam accidit, ab alterâ vulneratur: nunquid quæ læſa eſt, zelo vindictæ armatur, & percuſſa repercutit? nonne illa quæ læſit, quaſi reatus ſui conſcia, & quaſi dolore pœnitentiæ compuncta, velut ſatisfactionis, ſorori læſæ medelam curationis, quam optimam poteſt, adhibere feſtinat? Nonne ipſa obſequij humilitate, pro venia ſupplicat, & vt ſibi ignoſcatur, orat? Nonne deuota ſedulitate, & ſua benignitatis ſtudio, omnem malignitatis ſuſpicionem excuſat?* Fruſtra alibi politius exemplar quæras mutuæ reconciliationis, quâ læſa fortaſsè aliquando charitas iterum ſuauiſſime reſtituatur.

Rom. 12. v. 4.

Balduin.

195. Nihil ergo eſt, in quo ſummopere hæc vnitas fraterna ambienda non ſit, præterquam, ſi ille alius, cuius vnitatem affecto, minus pro adipiſcendâ perfectione, mihi vtilis fore præſumatur: omnibus tuis cedas neceſſe eſt, vt charitas ſeruetur in religione, dummodo mores in tuto collocentur: nam vnitas cum periculo morum, non iam charitatis, ſed peſtis miniſtrat fomitem. Rixabantur inuicem paſtores Abraham & Loth: tunc ſic ad nepotem Patriarcha: *Ne quæſo ſit iurgium inter me, & te: & inter paſtores meos, & paſtores tuos; fratres enim ſumus. Ecce vniuerſa terra coram te eſt, recede à me obſecro*, &c. Gen. 13. v. 8. Benè eſt, non ſit iurgium: retineatur tamen frater in pace, præcidantur rixarum occaſiones, foueatur concordia; cur tamen Loth tam longè remouetur? præſumo iam id retento fratris filio curaſſe Abrahamum: vbi autem nil ſentit iam proficere, mauult vnitatem ſcindere, ne charitas periclitantibus moribus reſcindatur: ita tamen, vt omnibus ſuis cedat, prius quàm ſeparationi indulgeat neceſſariæ. Audiendus iam Hugo de Foilleto ibi apud Godefr. *Abraham cuius hæc verba ſunt, religionis eſt forma, exemplum cohabitantium. Tria ſunt verò quæ pacem cohabitantium turbare ſolent: quando aliquis mouetur ad iram, pro ſe ipſo: & pro amico: vel pro commodo. Hæc tria remouit Abraham, dum habitauit cum nepote: primum remouit dicens, non ſit rixa inter me, & te: Secundum cum diceret, neque inter paſtores tuos, & paſtores meos: Tertium poſuit, ecce inquit tota terra ante te eſt*, &c. *hoc eſt, ſi de me, ſi de amico, ſi de poſſeſſione, diſſenſio eſt, omnibus cedo: ſi autem de moribus non conuenis, diſcede à me.*

Gen 13. v 8.

Hugo de Foilleto.

196. Abſit autem vt putes; imò fallaris, etiam leuem maioris innocentiæ vmbram ſatis fore, vt illius cauſâ fraternam vnitatem ſcindere præſumas: ni enim innocentia tua re ipſa periclitetur, aut ratio ſcandali ſubſequatur: fruſtra maioris innocentiæ prætextum, vnitati fraternæ anteponis. Negauit Petrus perfidè Magiſtrum: ad cuius tamen Crucis patibulum, ſtans corpore & animo penè crucifixus adhæſit Ioannes. Et tamen auditâ Magdalena, *currebant duo ſimul.* Ioannes 20. v. 4. ad ſepulchrum, quaſi inſeparati pridem ſepulto iam Domino perſtitiſſent. ita ne? pœnituerat ſanè culpæ Petrum, plorauerat iam proditionem impiam: non tamen licèt condonatus, poteſt cum aliis Apoſtolis, & maximè fideliſſimo Ioanne, de innocentiâ contendere: cur ergo non ſibi cauent Apoſtoli, & Ioannes magis, ne de conſortio negantis, minus ipſi innocentes reputentur? reſpondet Optatus Mileuit. lib. 7. contra Parm. *Bono vnitatis, per charitatem noluerunt, à communione Petri recedere, eius ſcilicet, qui negauerat Chriſtum: quod ſi maior eſſet amor innocentiæ, quàm vtilitas pacis, & vnitatis; dicerent ſe non debere communicare, vt ſupra dictum eſt, beatiſſimo Petro, qui negauerat magiſtrum, & Dei filium Dominum.* Non vult ſanctiſſimus Doctor veræ innocentiæ amorem, amicabili vnitati poſtponendum: ſed eo modo quo dixi explicandus.

Ioann 20. v. 4.

Optatus Mileuit.

197. Heroïca confeſſione fatetur Petrus, Chriſtum Dei filium, & in egregium præmium, audit à Chriſto inuicem: *tibi dabo claues regni cælorum:* Matth. 16. v. 19. peccat deinde, negans notum ſibi hominem, quem paulo ante ipſiſſimum Deum nouerat venerator: neque tamen non ſtanti, cadit promiſſio abſoluta, quæ licèt lapſum aduerterat, conditionem tamen, non curarat: ideò, à promiſſario, redditur iam poſſeſſor, dum audit: *paſce oues meas.* Ioan. 21. v. 17. & cur ita? cur labilis præuiſus promiſſione afficitur: aut cur ſaltem per negationem iam lapſo, poſſeſſio non negatur? reſpondet grauiſſimè ad rem noſtram, idem Optatus Mileuitanus ibidem: *Intercluſa eſt malitiæ via; ne Apoſtoli animo licentiam iudicandi conciperent, & ſeuerè contemnerent eum, qui negauerat Chriſtum. Stant toti innocentes, & peccator accipit claues, vt vnitatis negotium formaretur: prouiſum eſt, vt peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores.* tantæ nimirum molis erat condere vnitatem, vt Petrus non ſolum quia peccator, à principatu non arceatur: ſed potius, quodammodo quia peccator pœnitens, in Principem eligitur: vt iam peccati permiſſio, non ſolum promiſſionis, ſed etiam poſſeſſionis effectus videatur collocatur

Matth. 16. v. 19.

Ioan. 21. v. 17.

Optatus Mileuit.

collocantur in tuto vnitas fidelium: nec arcerent
Apostoli à consortio & vnitate sui, peccatores:
quos in Principe suo non solum admittendos vi-
debant, sed colendos.

198. Et merito: qui enim tam distinctas nationes
charitatis fraternæ vinculo erant copulaturi, ne-
cessario erant inter se prius copulandi. Et fortasse
ideò postquam in regulis nostris, tam impensè, vt
vidimus, prædicta fraterna charitas commenda-
Regula Soc. tur: additur regula 30. ex Commun. his verbis.
*Caueant sibi omnes ab illo affectu, quo alij, de aliis
nationibus, sinistrè sentire, aut loqui solent: quin potius
& benè sentiant, & peculiari affectu, diuersas à suâ na-
tione prosequantur in Domino.* Nec enim nisi inui-
cem amantes, diuersas nationes amaremus, in qua-
rum omnium salutem deputabamur. Est autem
charitatis hæc gratia, vt non vulgaris, (cum praua
corruptæ naturæ indoles, in suos impensius, quàm
in exteros feratur,) sic etiam necessaria, & maximè
Optatus Mileuit. procuranda: benè iterum Optatus lib. 2 postquam
latius dixerat, vnam esse totius Orbis Christianam
Prouinciam, licèt e tam diuersis nationibus con-
stantem, sic concludit. *Numerantur in nomine, sed
vno, intellectu, suo iunguntur in corpore: vt in manu
digiti, quos internallis singulos videmus esse distinctos;
vnde qui tenet vnum, totos teneat necesse est, cum
vnusquisque a paribus separari non possit.* Sic Societas
licèt in nomine numeretur, & tot diuersarum
gentium numeret familiares: omnes tamen Pro-
uincias, in vnam charitatis vinculo redigere co-
Regula Soc. natur: cuius nimirum vocationis est, *diuersa loca
peragrare, & vitam agere in quauis mundi plagâ,
vbi maius Dei obsequium, & animarum auxilium spe-
ratur*, reg. 3. sum.

199. Tales, vt dixi, sint necesse est, qui per Christianæ
fidei doctrinam, per morum institutionem, di-
uersarum Prouinciarum fideles, in cor vnum redi-
gere conantur: nec enim qui conuertuntur, satis
se de fidei vnitate poterunt gloriari, nisi insuper
charitatis addiderint vnitatem Communem se to-
tius orbis doctorem, exhibens Salomon, scientiam
diuinam publicatam sic commendat. *Vt detur par-
uulis astutia: & adolescenti scientia, & intellectus.*
Prouerb. 1. v. 4. Prou. 1. v. 4 si paruulis omnibus astutia propinatur:
cur vnus tantum adolescens inuitatus ad scientiam?
an in scholis tantis, classis tantum Minimorum
frequentissima; illa verò Maiorum sterilis præfi-
guratur? absit. aliud est, quod intenditur: de quo
Beda. Beda ibi. *Paruulos dicit eos, qui nuper sapientia
aurem accommodare cœperunt: adolescentem, qui ali-
quantulum iam, in eius auditione profecit, & ideò for-
tassè paruulos plurali numero, adolescentem appellat
singulari: quia doctrina sapientia, quos diuersis animi
motibus, diuersis viuendi moribus deditos suscipit: in
viam virtutis perfectiorem tendendo prouehit, de qui-
bus iure dicatur, multitudinis credentium, erat cor
vnum, & anima vna.* Multi itaque proficientes, iam
vnus proficiens, & in virtute vnus dicitur adole-
scens. Vt iam diuersarum nationum fideles, tam
qui docent, quam qui discunt, semper se fore
paruulos agnouerint, dummodo vt in principio
Ecclesiæ, cor vnum, vnámque animam non sor-
tiantur.

200. D.Chrysol. Sunt ad præsens Institutum pulcherrima, verba
D. Chrysologi, serm. 138. vbi ita, de pace & fraternâ
charitate. *Habenda semper est, & semper oranda,
non illa infida & instabilis huius mundi pax, quæ vel
pro commodis quæritur, vel pro timore seruatur: Sed
pax Christi, quæ secundum sententiam Apostoli Pau-
li, superat omnem mentem, & credentium corda cu-
stodit. Pax charitatis fœcundis nutritur vberibus, pax
alumna fidei, columna iustitiæ, pax futuræ spei pi-
gnus idoneum; pax quæ præsentes sociat, absentes in-
uitat: pax quæ terrena cœlestibus, & diuinis humana
conciliat.* Vide, an facilè terrena terrenis queat
conciliare, quæ illis etiam cœlestia coniungit.
Nolo ire longius; sed nec debui breuius agere de
virtute, quæ, quia IESV auspice vernat, (non
paucos ad vitæ nostræ institutum solita inuitare,)
in Societate: hanc indies altius prouehit, & ido-
lolatriæ, vitiis, & hæresibus reddit formidabilem.
O duret, & vernet semper, & Religione fruemur
ab insidiis dæmonum tutissima.

§. XIX.

Otium, malorum omnium origo, detestandum.

SEo neque parum Societatis ministrat incre- 201.
mento, regula illa 44. sum. quæ sic habet: Regula Soc.
*Omnes quantum corpore benè valent, in spiritualibus,
vel exterioribus rebus habeant, in quo occupentur:
ne otium, malorum omnium origo, quoad fieri possit,
domo nostra locum habeat.* An otiosi degant alumni
Societatis, missiones in totum ferè orbem, aper-
tæ scholæ, innumeri propemodum libri editi,
quotidiana cum Proximis, ad eorum salutem,
opera, eáque tam multa, quam varia, buccina-
uerint. Neque mirum tam auidè laboret: quæ
nouit, admisso semel otij torpore, quo vel à sui
perfectione, vel à proximorum studio cesfetur:
omnia quæ nunc ad Dei gloriam vernant specio-
sissimè: subitò quasi pestilentis auræ afflatu cor-
rumpenda. Nemo cuiusuis religionis, in peius
si fortè ruentis, præcipitium, aliò deferat: otio
certè, (quo à munere suo cessans, vacuum tem-
pus adeundo vitio inuenit,) non temerè depu-
tandum. In quas Diras, contra Gulam, Euæ pro-
toparentis, vt credimus, deceptricem, non insur-
gimus? alij ambitionem, primæ ruinæ caussam
lamentamur: sed certè cæcutimus: otium ma-
ternum, nobis tanti damni radix, origo prima:
foueret Eua talentum, laboraret, custodiret pa-
radisum, mentis oculos acuere studeret: tunc ne-
que desiperet, neque deciperetur. D. Bernardus D.Bern.
apud Godefr. ad cap. 3. Genes. ita. *Nisi mens se mi-
nus curiosè seruaret, tua curiositas tempus vacuum
non haberet.* Habuit tempus vacuum, peruolitánsque
paradisum, vacabat otio: ideò sibi, nobisque
studuit deperdendis.

Imò crederem, otio ignauæ fœminæ viso, im- 202.
pulsum dæmonem, vt tam bellam occasionem,
sibi euertendis hominibus præbitam, præterire
turpe existimaret: quid ni enim speraret ab otio
fœmellam fragilem perdendam: qui se spiritum
robustissimum ab otio deperditum præsciebat?
Descripserat proprium Angelorum habitum, de
Deo locutus Daniel, cap. 7. v. 10. his verbis: *Millia
millium ministrabant ei: & decies centena millia assi-
stebant ei.* Imò & Isaias cap. 6. Seraphinos, non tam Dan. 7. v. 10. Isai. 6.
sedentes videtat, quàm stantes, promptos dixeris,
vt ministrent, vt mittantur: si tales iam in patriâ,
quales fuisse credideris in viâ? Si gloriâ fruen-
tes, stant adhoc, non puto residerent gratiâ labo-
raturi. Et tamen in viâ adhuc, audis Luciferum:
*Supra astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in
monte testamenti.* Isai. 14. v. 13. proh ignauissime! Isai. 14. v. 13.
Stante semper agmine cæterorum, tu solus se-
deas: dum reliqui obsequium parant, tu vnus

tibi orium polliceris? disponuntur alij ad impetata, tu præparatam requiem meditaris? idcò infamis cecidit, & otio præsumpto trahitur ad inferos. D Bernd. Fauet D. Bernardus serm. de S. Bened. sic scribens. *O impudens, impudens! millia millium ministrant ei, & decies centena millium assistunt ei: & tu sedebis? Cherubim, ait Propheta, stabant, & non sedebant: quid laboralli vt iam sedeas? omnes administratorij sunt spiritus, propter eos, qui hereditatem capiunt salutis: & tu sedebis* propterea illi alij, accepto talento negotium exercentes, perseuerarunt: Lucifer captato miser otio contabescit.

203. Cape in hanc rem, locum aliàs tritum, de nouo tamen compru, iam non vulgarem. Sumpsit sex primos dies, quasi operum suorum, Deus, administros: multa in illis, cum illis dixerim: neque tamen eos benedictione fuit prosecutus: & ecce septimum diem, sterilem quodammodo, & otiosum, tantummodo benedicit: *Et benedixit Deus diei* Gen. 2. v. 3. *septimo, & sanctificauit illum.* Gen. 2. v. 3. scilicet, quod ex Procopio notarunt alij, timuit, vt sic dicam, ne propter otium, dies ille infamis deputaretur, vnde vice operum, eundem benedictione decorauit Sed timuit pariter, addam ego, dies ipse, ne à dierum numero, velut ater, expungeretur: ne naturalia lucis bona, quæ suerat sortitus, amittens, turbine tenebrarum contabesceret: quod luce sua, operibus etiam edendis, non seruiret: vnde diuinam benedictionem postulauit, vt hoc nomine seu titulo, tanquam regali diplomate, durationem sibi succedentibus vicibus stabiliret. D.Chrys. D. Chrysost ibi hom. 10. ita. *Vt habeat etiam dies ille, aliquod verbum, & nomen suum: & ne videatur, minus aliquid habere, eo quod nihil in eo factum sit: benedictione ipsum dignatus est.* Quæ verborum sententia, sicut per *nomen* apertissimè titulum importat: sic per *verbum*, nescio quid regiæ securitatis, videtur intelligere.

204. Magis mirum est, quod additur ibidem v. 2. Gen 2. v. 2. *Compleuitque Deus die septimo, opus suum quod fecerat.* In sexto die vt nosti, vltima producta est creatura: cur ergo non tam diei sexto, quàm septimo, totius creationis adscribitur complementum? quia septimo die, saltem ex ordine & collatione rerum, visus quodammodo Deus, vltimam manum, & complementum, creaturis suis omnibus tribuisse: vt quam stabilitatem Iudæi, propter otium, Sabbato assignandam præsumebant: potius de otij negatione, ex rerum omnium completiuâ collatione, sumendam intelligamus. D.Hieron. D. Hieronymus ibi in quæst. Genes. *Arctabimus Iudaos, qui de otio Sabbati gloriantur: quia iam tunc à principio Sabbatum dissolutum sit, dum Deus operatur in Sabbato, complens opera sua in eo, & benedicens ipsi diei, quia in illo vniuersa compleuerit.* quasi benedictio, non tam abolendæ otij infamiæ, quàm propter maius diei negotium tribueretur: in quo quamuis Deus dicatur requiescere, non negatur, in primâ eiusdem parte, ordinem illum & collationem rerum omnium quodammodo resultasse, vnde omnia compleri intelligantur.

205. Sed neque id satis: nam ne cui adhuc otiosus hic dies putaretur, & sola benedictione contentus: curauit indidem Deus, hanc Sabbati præsumptam notam abolere. Iam alibi increparant Iudæi Christum, tanquam Sabbati violatorem, & tamen, cum obseruarent adhuc *Scribæ & Pharisæi si in Sabbato curaret, vt inuenirent, vnde accusarent eum:* Luc 6. v. 7. Luc. 6. v. 7. ipse nihilominus ibidem, aridam hominis manum, curat beneficus. Qui toties calumniaturis Iudæis, blasphemiæ præcidit occasiones: cur in Sabbati operibus curandis, Pharisaicam malitiam non retardat? Lex licet feriato Sabbato laboris, non tamen virtutis opera interdicebat: at impij Pharisæi, hæc etiam in Christo perfide reprehendunt: quibus tamen Christus non cedit: vt Sabbatum à calumnia liberet, ne deinceps quasi Dei operibus vacuum, fœdâ otij nota inuratur. Tertull. Hinc capies Tertullianum alias obscurum, lib. 4 cont. Marc. cap. 12. hinc maxime probantem, non esse Christum incogniti, & aduersarij Creatori, Dei filium, vt somniabat Marcion; sed ipsiusmet Domini creatoris: qui tandem sic concludit, de prædicto miraculo. *Adimpleuit & hic legem, dum conditionem interpretatur eius, dum operum differentiam illuminat, dum facit, qua lex de Sabbati ferijs excepit: dum ipsum Sabbati diem, benedictione Patris, à primordio sanctum, benefactione suâ efficit sanctiorem, in quo scilicet diuina præsidia ministrabat: quod aduersarius alijs diebus præstitisset, ne Sabbatum creatoris ornaret: ne opera debita Sabbato redderet.* Redditur itaque sanctior benefactione sequenti, quàm priscâ benedictione: ne inde ignaui otij dies argueretur.

206. Adhuc de eodem Sabbato, locus alius, sed pulcherrimus, adducendus. Descripturus Matthæus Christi resurrectionem, sic incepit. Math 28. v. 1. *Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati venit Maria,* &c. cap. 28. v. 1. non examino litteram, sed mysterium. quomodo quæso vespera quæ diem claudit, quasi in primo oriente, dicitur lucescere? an quia festiuum Sabbatum, in diei Dominicæ mancipatum se tradere festinat? ita puto: quasi sumat festiuum habitum, vt ad auroram Dominicæ recurrat: aut saltem iam in Dominicæ familia, de eiusdem etiam luce, vesperam suam illustrauit. Vide multa apud Chrysol. D. Chrysol. serm. 77. Sed cur, inquis, Sabbatum, quod inter dies tandiu princeps fuerat, sic iam gaudens properat Dominicæ diei se mancipaturum? respondet ibi Chrysolog. Idem. *Sabbatum, secundarium se lætatur effectum, quod iussione legis torpebat in otio, & per diei Dominica primatum, in diuina virtutis opera mirabiliter excitatur, quod Iudaica obseruationis inertia, à virtute salutari reddebat extraneum, dicente Domino; non licèt Sabbatis, agris curam, afflictis opem, cacis visum, vitam mortuis condonare? & interpretando taliter, à Deo diem Sabbati, sancta legis studiis deputatum, misera tantum ventris addixerat seruituti.* Profanarant itaque Pharisæi sancta Sabbati otia, prauis interpretationibus: vnde illud ignauiæ suppudens, maluit inter honestos labores, secundas, quam primas sub inerti ignauia sic sortiti: (attendat Christianus, & sic festos dies impendat virtutum exercitio, ne illos luxuriosi otij suppudeat,) vnde & lucem, & claritatem suam stabiliuit. Ideò iterum idem S. Doctor serm. 75 de eodem. Idem. *Illuminatur per Christum Sabbatum, non deletur: illuminatur vt in die Dominico luceat, clarescat in Ecclesia, quod in synagogâ Iudais obscurantibus fuscabatur.* Quasi expertum reapse fuisset tenebras per otium: nec satis benedictione diuina illuminatum: benefactione Christi, & operum virtutis exercitio, otium malorum omnium originum, expulsum gratularetur.

207. Miranda quidem illa corporis compositio, qua Moysis inter orandum, exercitum fugauit Amalech: *Cúmque leuaret Moyses manus, vincebat Israël,*

Exod. 17.

Exod.17. v.11. Exod.17. v.11. Sed mihi magis miranda manuum grauitas, qua, ne corpus prostraretur, necessario fuit illud, lapide fulciendum: *Manus autem Moysis erant graues, sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit.* v.12. scilicet cœlestia
v.12. dona, victorias insignes, volebat sibi, suisque comparare, sed illas stabiles quidem, & æternas:
v.16. vnde re impetratâ, additur v.16. *Bellum Domini erit contra Amalech a generatione in generationem.* At verò stabilia dona, victoriæ bellorum æternæ non comparantur, nisi exertis manibus, quasi bellum inertiæ indicentibus; nisi grauibus, quasi operum labore defatigatis: vt dum piger per otium, in sinu manus fouens, dona cœlestia corrumpit: Impiger manus exercens, eadem conser-
D.Nilus. uet. Paucis verbis rem expressit D. Nilus orat.1. de Gula. *Manuum Moysis sublevatio, Amalech in fugam conuertit: & Monachus in rebus honestis occupatio, carnis cupiditates expellit.* Quasi, quemadmodum Monachus otiosus perit, sic otioso habitu Moyses desideratam victoriam non obtineret.

§. XX.

Labor indeficiens, vires reficit.

208. EXpellendum ergo constantissimè tibi otium noueris, ni Religionem Matrem pessundare cõneris: nec timor, nisi vanus, à labore: labor conculcans otium, ni viro deficit, vires fesi ete solet, non minuere. Esto itaque vir, ô Societatis alumne, accinge te laboribus, labores deuora, sic nouas semper vires, aliis portandis denuò, reportabis. Labor vnus egregiè exhaustus, cæteris hauriendis animos erigit, præstat fortitudinem, prostrat timorem: pulchrè Seneca epist. 15. scribens ad Lucillum, quem instar generosi Athletæ, labores præteriti, nouis aliis subeundis
Senec. animabant. *Non potest Athleta magnos spiritus ad certamen afferre, qui nunquam sugillatus est: ille qui fudit sanguinem, cuius dentes crepuere sub pugno, ille qui supplantatus, aduersarium toto tulit corpore, nec proiecit animum proiectus: qui quoties cecidit, contumacior resurrexit: cum magna spe descendit ad pugnam. Ergo vt similitudinem istam prosequar: sæpe iam fortuna supra te fuit, nec tamen tradidisti te, sed subsiluisti, & acrior constitisti: multum enim adiicit virtus lacessita.* Nescit otium virtus egregia: Sed aut corporalibus, aut spiritualibus dedita exercitiis, (vt in regulâ prædicta fertur,) à labore in laborem, ab opere in opus aliud fortior animatur.

209. Hinc agnosces, Diuini Agonothetis artem, in Athleta suo Iobo exercendo. Petitur iustus iste, à dæmone in arenam: tartareus scilicet multarum palmarum agonista, Iobum sibi parem componi, sibi fore lemniscos, proponebat. Quid
Iob 1.v 11. tunc Epistates Deus? *Ecce*, inquit, *vniuersa quæ habet, in manu tuâ sunt: tantum in eum, ne extendas manum tuam.* cap. 1. v. 12. diuitiarum certamen quia facilius, tanquam prolusio velitanti Iobo præmittitur, vt postea grauiori affligendi corporis agoni, duraret robustior: imò primus labor, tanquam sagina viro adhibetur, vt viribus refectis, spreto otio prostret antagonistam.
Olymp. Olympiodorus ibi. *Attende etiam, quòd certamini præest, sapientiam: cum primum externis bonis, & quibus minus periclitabatur, Athletam ipsum spoliari sinit: Sed vbi victorem eum declarauit, tunc deinde* *aduersus corpus certamen proponit, eumque bono animo esse iubet.* Nullibi autem legeris, iussum hic Iobum à Deo esse bono animo: nisi quia tantum abfuit, vt primi certaminis labor lasso iam viro otium suaderet: quin potius vires illi, nouis certaminibus instauraret; traditæ enim victo dæmoni diuitiæ, victori Iobo animos adauxerunt. Facit huc illud Tertull. lib. ad Mart.cap.3. *Itaque* Tertull.
Epistates vester CHRISTVS-IESVS, *qui spiritu vos vnxit, & ad hoc scamma perduxit, voluit vos ante diem Agonis, ad duriorem tractationem, à liberiori conditione seponere, vt vires corroborentur in vobis. Nempè enim & athletæ segregantur, in strictiorem disciplinam, vt robori ædificando vacent.* Quasi tantum abesset, vt carceris duritie fracti, otium rogarent: vt potius inde ad sanguinem fundendum animarentur. quo autem alludat Tertullianus, vel leuiter eruditi satis percipiunt: vulgo autem ego Afrum non obtrudo.

Sed neque his contentus Iob: nam postquam 210.
vlcere pessimo percussus, sanie disfluens, vermibus scatens triumphauit: tunc, *testa saniem radebat sedens in sterquilinio.* cap. 2. v. 8. non credo, Iob 2 v.8.
etiam in tanta inopiæ miseria, defuisse Iobo mitius aliquid, quo saniem abstergeret, saltem triti pallioli centonem: nihilominus testam durissimam in id eligit: nesciebat enim otium, virtus egregia: ideò cessante iam dæmone, ipsemet sibi noua parat certamina, ne deses & ignauus, in sterquilinio sedere videretur, itaque inesfeatus labore, & doloris magnitudine tefectus, nouos dolores sitit, pœnarum hydropicus piissimus: prioresque labores, aliis appetendis erant condimentum. Apollonius ibi. *Aiunt nonnulli elephan-* Apollon.
tiaco enim morbo esse correptum: multâ igitur tabe fluente, ad acerbiores arcendos dolores, redundantem humorem testâ radebat, sibique ipse carnifex erat. Talis & Martyr ille Ioachinus, si rectè memini appellatus, sæculi nostri ornamentum, Iaponiæ gloria: qui inuerso capite suspensus, manu, quæ sola remanserat expedita, arripiens flagellum, acriter se verberauit: quasi & noctis gelu, & suspendij tormento, contra inertiam vires comparaeret, ne cessante tyranno otiaretur.

Secutus est Andreas Christum semel; quem 211.
iterum adducto secum Petro reuisit: & tamen, quos Dominus iam Apostolos præuidebat abire finit: tunc demum ad Apostolatum vocans, cum insudantes piscationi, laborantes retibus, otio videntur bellum indixisse: *Ambulans* IESVS, *iuxta mare, Galilææ, vidit duos fratres Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, erant enim piscatores, & ait illis: Venite post me.*
Matth.4.v.18. Neque mirum, volebat illos in labore indefectibiles, in operibus indefessos: assuetos Matth.4. v.18.
ergo labori, ad nouum vocat laborem, quasi primo tefecti, secundo iam venirent promptiores. Chry- D.P.Chrys.
sologus serm. 28. *Captores piscium, fiunt hominum piscatores: de labore, transeunt ad laborem, quia labor nescit lassescere meditatus: omnia quæ de vsu veniunt, non fatigant: Virtus exercitio perseuerat.* Tantum enim aberat, vt labore illo sancto, honestoque exercitio, ab alio deterrerentur: vt potius inde roborati, iam alacres & fortes, nouis, noui maris, procellis existimarentur. pergit Chrysol. *Hinc est,* Idem.
quod Apostolos suos Christus, humanis laboribus exerceri voluit, vt eos indefessos redderet in diuinis: voluit eis Deus manere fortitudinem, de exercitio prestare virtutem, & quia fructus prouenit ex labore, voluit eos laboret non perdere, sed mutare. Ipse eie

ante vſum laboris indulſit, qui poſtea eis tolerantiam dedit virtutis. Quaſi de indulgentiâ veniat laboris vſus, quo ſuauius alij tolerantur: nautáſque ſuos Chriſtus Dominus, quos expiſcandis hominibus, nouerat mille ſcopulis illidendos, mille hæſuros breuibus, meritò ab vſitaris pelagi periculis auocarit.

212. D. Ioannes Chryſoſt. Nata huc verba D. Chryſoſtomi, homil. de Reſurrect. quæ ſic habent. *Sicut qui mare nauigauerunt, & innumeras procellas tulerunt, multas hyemes perpeſſi ſunt: antequam merces referant, non paruum peregrinationis ſua lucrum reportant, eo quod aliquanta fidentiores ſunt, ac pelagi ſæuitiem minus horrent, adeóque intrepidè, ac voluptate quadam tranſmarinas peregrinationes aggrediuntur. ita & qui in præſenti vità propter Chriſtum multas fert afflictiones, etiam antequam regni cœlorum magnam illam retributionem aſſequatur, magnâ hic petitur fiduciâ, animámque ſuam ita excelſam efficit, vt poſt hac, omnia quaſi è ſublimi derideat.* Ac ſi procellæ præteritæ, non tam indito timore, ad otium, & inertiam prouocarent, quam in Zephiros ſuauiſſimos, nouis aliis robuſtius adeundis, mutarentur. Nouerat credo, laboris hoc ingenium Iacob, ideò

Geneſ. 49. v. 5. Gen. 49. v. 5. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei.* Quaſi ea ipsâ ratione, qua Patri dedit initium patiendi, eo ipſo illum reddiderit fortiorem. Signatius in

Syriaca. Syriacâ verſione, quæ ſic habet: *tu principium fortitudinis meæ.* Ac ſi idem & laboris dolentis, & roborantis fortitudinis ſit principium: & qui te pungit, te vngat.

213. Quis non miretur peruigilem, & inſtantem curam, quâ ſalutem Eunuchi, reginæ Candacis, Philippo Diacono Dominus præcepit? *Dixit autem ſpiritus Philippo, accede, & adiunge te ad currum iſtum.*

Act. 8. v. 29. Act. 8. v. 29. Sed quid ni? mouit Deum, tam pertinax hominis, (iam gratiâ præuenti,) contra otium decertatio: adorauerat piiſſimus in templo: & cum videbatur, à longo orandi exercitio, requiem honeſtis diuerticulis, & famulorum confabulationibus capraturus: tunc ſacræ lectioni vacans euoluebat Prophetam

v. 28. v. 28. Sic etiam in viâ otium euitans, vt de labore tranſiret ad laborem: quaſi iam de ſpiritualis

Tertull. exercitij vſu laſſeſcere neſciret. Tertullianus lib. de Bapt. cap. 18. *Spiritus Philippo præceperat, in eam viam prætendere: Spado & ipſe inuentus eſt, non otioſus, nec qui ſubitò tingi concupiſceret: Sed ad templum orandi gratiâ profectus, ſcriptura impreſſus. Sic oportebat deprehendi, cui vltro Deus, Apoſtolum miſerat.* Vide ſacros Interpretes ad illud Salomonis orantis diuinam lucem: *mitte illam de cœlis ſanctis tuis, à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum*

Sap. 9. v. 10. *ſit, & mecum laboret.* Sap. 9. v. 10.

214. Hoc planè voluit idem Salomon, quando inſtituturus iuſtum dixit. *Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas æquitatis: quas cum ingreſſus*

Prouerb. 4. v. 11. *fueris, non arctabuntur greſſus tui.* Prouerb. 4. v. 11. verba quidem intellectu difficilia. Si enim ex ore veri Salomonis Chriſti, arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, ac proinde pauci ſunt, qui intrant per eam: cur non arctandi greſſus, à figuratiuo Salomone, hîc promittuntur? certè, quia iam ingreſſus dicitur: vt quæ antequam adiretur, arcta erat, iam inita, longè facilior via videatur. deuorat ad principium ingrediens iuſtus laborem: ideò poſtea ex ipſo robuſtior, poteſt alios ſuauiſſimè exanthlare.

Beda. Beda ibi. *Semita, id eſt, actiones æquitatis, dum inchoantur, arcta videntur, & anguſtas dum verò profectum capiunt, iam ex conſuetudine ſpatioſa videntur, & lata: Pſalmiſta teſtante, qui cum incipiens Domino dixiſſet, propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras, Pſalm. 16. poſtea proficiens Pſalm. 18. canebat: viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* Indixit otio bellum, pertexit indefeſſus: tantúmque abfuit, vt fatigaretur, quin potius nouas vires, nouis adeundis, à veteribus compararit. Facio ego quidem laborem indefeſſum, opus non ignaueſcens, de illorum genere ciborum, qui & nutriunt, & aliis ſolent eſſe, cibis condimentum. Plutarch.

Vnde quamuis Plutarchus lib. *de inſtit. liber.* dixerit: *Condimentum eſt requies, laborum*: in diuinâ tamen noſtrâ Philoſophiâ, labor ipſe, eſt laborum condimentum: & ſicut quædam ſalſamenta ſcitiſſima, nutriunt pariter, & edulia cætera inſipida ſaporant: ſic ſanctus labor quidam expulſo otio, nutrit, & ſapit: & nouos tibi alios reddit ſapidiſſimos.

Capies hinc verba illa Chriſti Domini. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis: & ego reficiam vos: Tollite iugum meum ſuper vos,* 215.

&c. Matth. 11. v. 27. Ecquis non miretur, leuando oneri, labori auertendo: iugum nouum ferendum, proponi à Chriſto Domino? nonne deficiant penitus, potius quam reficiantur, quibus oneratis, & labore preſſis, nouus labor, & onus licèt leue ſuperponitur? dicendum igitur, hunc ipſum laborem pro Chriſto, eſſe refectionem: quæ vires auget, & laboribus quibuſuis aliis deuorandis præbet irritamentum: veniant ergo, qui laborantes premuntur, ſuſcipiant nouum Chriſti onus, nihilque laboris ſentient in labore. Matth. 11. v. 27.

Fauet Galfridus ibi, apud Godefr. vbi ita. Galfrid. *Verumtamen ſi labor omnis, & onus omne culpatur: quid eſt, quod idem ipſe, qui refectionem pollicetur, adiungit: tollite iugum meum ſuper vos? Sed labor eius, reficit laborantem: & onus, portat potius, quam portatur.* Reficit, vires augens, ne deficias: portat, vt ſine pondere, noua pondera ferre valeas. Conſonat Moyſes, in Cantico ſuo myſtico, iuſtorum fœlicitatem celebrans, vbi ſic ſcribit. *Conſtituit eum ſuper excelſam petram,* &c. *vt ſugeret mel de petrâ.* Deuter. 32. v. 13. Deut. 32. v. 13.

de quo D. Antonius de Padua Dom. 10. poſt Trinit. ita. D. Anton. de Padua. *Petra, eſt duritia aduerſitatis, vel tribulationis. mel de petrâ ſugit, qui aduerſitatis duritiem, in ſuauitate mentis recipit.* Sed pende, quid addat Moyſes: *vt ſugeret mel de petra, oleúmque de ſaxo duriſſimo.* Saxum, petrarum durius, nihil illo, vt ſic dixerim petroſius, etiam quando molle diceretur: quid quando duriſſimum, id eſt, penè ferreum appellatur? Sed qui de petra, ſeu labore quouis aduerſo, mel ſugebat, iam inde dulci melioris gulæ irritamento ineſcatus, otium expellens, duriores alios petit deuorandos. Nil ergo otij Societas admittat, inuicem ab exterioribus ad ſpiritualia exercitia ſe conferat: tantúmque aberit, vt laſſetur: quin potius indefeſſa laborando recreabitur: vt & Chriſto gloriam: fructus Eccleſiæ: ſibi perfectionem: & proximis bonam operam conferre poſſit.

* * *

§. XXI.

§. XXI.

Societas turbulentis negotiis non attendat: Solent enim hæc sæcularia, cæleſti obſtrepere commercio.

216. CAueant tamen Societatis alumni, ne vitandi otij prætextu, ſæcularibus negotiis ſe immiſceant, nam vitatâ ſcyllâ, æquè periculoſam inciderent in Carybdim. Neſciunt diuina commercia, turbulentis his ougis immiſceri, quæ & ioternis animarum noſtrarum exercitiis & ſalutis proximorum ſtudio, obſtrepunt vehementer. Et quidem, ne per ſpeciem damnoſi otij vitandi, huc aliquando impingeret Societas, poſt prædictam illam regulam 44. de quâ paulo ante diximus, additur nobis ſtatim regula 45. hoc tenore.
Regul. Soc. *Vt plenius poſſit Societas, rebus ſpiritualibus, iuxta ſuum inſtitutum vacare, quo ad eius fieri poſſit, à negotiis ſæcularibus abſtineat: qualia ſunt Teſtamentariorum, vel executorum, vel procuratorum rerum ciuilium: aut id genus officia: nec ea vllis precibus adducti, obeunda ſuſcipiant, vel in illis, ſe occupari, ſinant.* Eſt hoc
a. Timoth. a. v. 3. illud Apoſtoli ad Timotheum epiſt. a. cap. a. v. 3. *Labora ſicut bonus miles Chriſti* IESV, *nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus.* Ergo religioſa noſtra militia, Societas IESV, ſi ſe negotiis implieet ſæcularibus, iam non ſe Deo militare, agnoſcat neceſſe eſt.

217. Gratiſſimum, puriſſimæ ſimilæ, ſacrificium, ſic diſpoſuit Deus, vt pars adoleretur, pars in Sacerdotum vſum proueniret: *Adolebitque illud in altari, in monimentum odoris ſuauiſſimi Domino, reliquam autem partem ſimila, comedet Aaron cum filiis ſuis abſque fermento, & comedet in loco ſanctuarij, Taber-*
Leu 6. v. 15. Radulph. *naculi.* Leuit. 6. verſ. 15. de quo bene Radulphus ibi apud Godefr. illos in hoc ſacrificio intelligens, qui ſancto mixtæ vitæ exercitio ſe impenduut, nunc Deo, nunc verò proximis ſeruientes: Sic ſubiungit. *Quia ſancta mens, poſt orationis, & lectionis ſtudia, quibus Domino ſe præſentat, & amore illius inflammat: cum proximorum vtilitatibus ſe impendit, in vſum eorum cedens, quaſi ab eis comeditur: quando in ſuorum neceſſitatum prouidemium, remedium eis confertur.* Plana iſta: illud hìc minus facilè, quod qui hac ſimilâ fruebantur, tantummodo intra Tabernaculum, in loco ſanctuarij, illâ frui poterant. Cur enim illam foras adducere, non liceret? cur foris illius vſus interdicaretur? non ne liberalior longè foret ſimila, ſi quos in tabernaculo recreabat, ſuis etiam domibus enutriret? reſpondet ibi
Idem. grauiſſimè Radulphus. *Illicitum eſt niſi in loco ſancto, ſimilam conſecratam comedere: quia ſtudium animæ religioſæ, quæ ſe à mundi actibus ſequeſtrauit, non in ſæcularibus, ſed in iis ſolum quæ ad Deum pertinent, debent proximis exhiberi. Cum igitur nuptiarum cauſa tractatur; cum augenda pecunia; cum bonorum ſæculi huius acquirendorum ratio habetur: indignum eſt vt mens Deo conſecrata, quæ ipſa poſſidere negligit, aliis ſtudeat procurare.* Neque dixeris, videri hinc, corporalia miſericordiæ opera ablegari, hæc enim cum debito tenore fiunt, iam certè ad ſpiritus profectum ordinantur; eſt autem tenor debitus, quem ibidem prudenter obſerua-
Idem. uit idem Doctor, ſic concludens. *Conceditur tamen eis, in his quæ carnis ſunt, ſi neceſſe fuerit, curam proximorum habere; ſed ſicut ſui in neceſſariis duntaxat: vt ſcilicet in huiuſmodi, proximorum fulciant infirmitatem, non expleant voluptatem.* Sic Chriſtus licet aliquando ſequentem ſe turbam aleret, piſciculos tantum, & panes illoſque hordaceos voluit apparari, quibus ſcilicet neceſſitatem leuaret, gulæ non adblandiretur: de cætero, doctrinæ ſpiritualibuſque hominum bonis incumbebat, per ordinem ad hæc benigniter adminiſtrans.

Et ſanè, tales nos gerere debebamus, vt nec 218.
ipſi ſæculares, aliud à nobis, quam ſalutis ſuæ æternæ adiumentum petere auderent, de temporalibus vero, tantummodo quæ huc facere viderentur: certè non auſuri religioſo à viro, operam terrenis vtilitatibus & honoribus, ſibi ſperare, ſi illum munere ſuo, id eſt ſacro, fungentem intelligerent. Garrula, cum Chriſto, multis diſſeruit Samaritana, quærens de puteo, aquam rogans; quam tamen Dominus patienter, vt irretiret paulatim tolerauit. Sed vbi & maritorum defunctorum numerum, & concubinatus præſentis turpitudinem, Chriſto agnitam recognoſcit muliercula, ſubdit ſtatim: *Domine, video quia Propheta es tu: Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet.* Ioan. 4. verſ. 19. iam nihil de aqua, nihil de priſcis petitionibus immiſcet, tota in inquirendo germano orationis loco occupatur. Quid ita? reſpondet D. Chryſoſtomus ibi, in Cath. Græc. *Vbi Prophetam ipſum eſſe ſuſpicata fuit, nihil temporaneum ab eo petit, non corporis valetudinem, non diuitias, ſed doctrinam continuo inquirit.* Neſas enim putauit Prophetam & Dei nuntium (nec enim interim eundem eſſe Deum agnoſcebat) ad has nugas vocare: nec puto te Dei nuntium exiſtimant, qui te ad illas ſperant deuoluendum. Ioan. 4. v. 19.

Tanti ponderis, pro Societatis bono creditur 219.
hoc negotium, abnegandi ſe negotiis ſæcularibus, vt iterum Reg. 41. in Comm. ſic præcipiatur, Reg. Soc.
Nemo cuiuſquam negotij, etiam pij, ſine facultate ſuperioris, curam ſuſcipiat, nec ad id operam ſuam promittat, aut ſe propenſum oſtendat. Sæcularia vero negotia, vt quæ ſunt à noſtro inſtituto aliena, & vehementer à ſpiritualibus auocant, multo magis auerſari conuenit. Nec ſolum auocant ab illis, ſed ſic nos ſibi immergunt, vt penè eiſdem miſere abſorbeamur, inde ad ſæcularium mores viſi tranſiiſſe: vt quod D. Cyprianus epiſt. 13. de Hab. virg. dixit de D. Cyprian
Monialibus illis, quæ nuptiis intererant: Religioſis omnibus, in quacunque materiâ dici videatur: Sic ergo S. Doctor ibi. *Nec illa prætereo, quæ dum per negligentiam in vſum veniunt, contra pudicos & ſobrios mores, licentiam ſibi de vſurpatione fecerunt. Quaſdam non pudet nubentibus intereſſe, & inter illam laſciuientium libertatem ſermonum, colloquia inceſta miſcere: audire, quod non decet, quod non licet, dicere. Obſeruare & eſſe præſentes inter verba turpia, & temulenta conuiuia, quibus libidinum fomes accenditur, ſponſa ad patientiam ſtupri, ad audaciam ſponſus animatur. Quis illi in nuptiis locus eſt, cui animus ad nuptias non eſt? aut voluntaria illic, & læta eſſe, quæ poſſunt: vbi & ſtudia & vota diuerſa ſunt?* Parco paranymphos Religioſos hic taxaret Sed quis tibi locus, in pecunioſo aliorum contractu, cui iam per paupertatis votum, non eſt animus ad diuitias? quis locus in procurando aliis bellico vel togato munere, cui animus ad honores abeſſe debet? timeo, ne qui his ſe ingerunt, eandem cenſuram pro ſubiectâ materiâ incurrant: quã ibi Moniales prædictas notauit Cyprianus. Tu illam lege ſi vacat.

Videns ſocero aſſiſtentiam Moyſis in populo 210.
iudicando, ait: *Non bonam rem facis, ſtulto labore*

Exod. 18. v. 18. *conſumeris*, &c. Exod. 58. verſ. item 18. addit, vt eligat viros alios Moyſes, quibus hæ partes mandentur, verſ. 21. ipſe veto eſſet populo, *in his quæ ad Deum pertinent.* Verſ. 21. Verſ. 19. Verſ. 59. ad quem ſolum grauiores cauſæ deferrentur. Quæ omnia, vtpotè conuenientia executus eſt Moyſes. Sed eſt in hoc loco aliquid non obiter prætereundum. Non ambitiosè hoc ſibi muneris vſurpaſſe Moyſem, certò certius: *vltra vires* eius eſſe negotium, vt ibi dicitur, fateor: Sed cur & res non bona, & labor ipſe ſtultus appelletur? quia licet reuera, neque malitiâ, neque ſtultitiâ hîc Moyſes laboraret: ſatis erat vt res non bona diceretur, quæ meliorem aliam impediebat: ſatis erat, vt ſtultus labor quodammodo notaretur, qui à prudentiori gnome deuiabat. Sed vnde, inquis, minus ſe in hac re prudentem gerebat Moyſes? quia, quò ſummopere contendebat, optimum ſe Dei interpretem populo exhibere, non videbat, tot ſæcularis iudicij occupationibus, diſtrahi neceſſariò: vt tantum commercio diuino eriperetur, quantum humanis negotiis impendebatur. Ideo vere & prudenter ſubdit Iethro: *Audi verba mea, atque conſilia, & erit Deus tecum.* Idem. Verſ. 19. quaſi non plenâ coniunctione eſſet cum illo, dum ipſe ſic ſæcularibus, quamuis piè adhæerebat. D. Auguſt. D. Auguſt. tom. 4. lib. a. q. 68. poſt multa. *Obſeruandum, quod alibi ſcriptura dicit, Eccleſ. 11. Fili mi, ne in multis, ſint actus tui: ſatis & hic apparet. Deinde verba Iethro dantis conſilium Moyſi, conſideranda ſunt: dicit enim: nunc itaque audi me, & erit Deus tecum. Vbi mihi videtur ſignificari, nimis intentum humanis actionibus animum, Deo quodammodo vacuari, quo ſit tanto plenior, quanto in ſuperna, atque æterna, liberius extenditur.* Quid ergo, mere ſæcularia negotia non impediant, quando etiam pia obſtrepunt diuinis?

221. Commendauit Chriſtus, Ioanni Matrem Virginem: *Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua.* Ioan. 19. v. 27. Ioan. 19. verſ. 27. ex quo bene Chryſologus ſerm. 49. Infert contra Iudæos, & Hæreticos, non habuiſſe Deiparam filios alios, præter Chriſtum: Si enim hos haberet, non alieno Ioanni commendaretur. Verumtamen ſi titulo conſanguinitatis, Ioanni traditur: cur non potius, Iacobo illi æquè conſanguineo, & Solymitano Epiſcopo addicitur, qui iuſtus per antonomaſiam, & ſignatè frater Domini appellatur? certè iſte Solymitanam virginem, Solymis ſemper commorans, aptius videri poſſet cuſtoditurus: cur ergo alij in cuſtodiam deputatur? quia nihil poſt Deum, diuinius in orbe eſſe poterat, quam Maria, qui ergo illi erat miniſtraturus, à turbulentis negotiis, quantumuis piis abeſſet, neceſſe erat: quod tunc Iacobo non poterat obuenire: Audiendus D. Petrus Chryſol. Chryſologus citatus. *Virgini virginem tradit, vt inter tales cura ſola ſacramenti, ſola ſocietas religionis haberetur: nec mundana ſolicitudini diſcipulus iſte tantus ſeruiret, ſed prædicaturus virginitatis partum, domi haberet, vnde hoc dubitantibus approbaret. At Iacobus vnius fœmina & Matris habere non potuit curam: qui inter primordia, & in illo Iudaico tunc furore, Hieroſolymitanam ſingulariter rexit Eccleſiam.* Piſſima hæc Iacobi occupatio, quia tamen neceſſario erat turbellis immiſcenda: minus aptus cuſtodiendo diuinitatis ſacrario reputatur. Merito prædicta regula noſtra, etiam piis nos præcipit renuntiare, ne quodammodo tractandis diuinioribus obſtrepant.

222. Sed quamuis hæc negotia, & præcipuè ſæcularia, inſtituti noſtri officio, officiant vndique: illam tamen vitæ noſtræ mixtæ partem, qua contemplationem attendimus impenſius impugnant, & tandem miſere funditus euertunt. Non immiſcentur turbis, cœleſtia negotia: neque Dei commercium, internaque colloquia, tumultuoſos ſtrepitus admittunt. Ideo Gellibertus ſerm. 1. ita. Gillibert. *Quanto fuerit expeditior animus, tanto equidem impenſior erit, in illud quod amat. Vſu euenit, vt cum fuerimus otio redditi, tunc ſentiamus acriorem morſum amoris diuini: è contra inſenſibilem pene reddit affectum, frequens cura mundi, & quaſi callum quendam menti obducit. Animum cura implicat, quies explicat: explicata deſideria, in qua putas incrementa ſe dilatant?* Hinc illud ſponſæ ſanctæ. *In lectulo meo, per noctes, quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni.* Cant. 3. v. 1. Cant. 3. v. 5. verba ſunt admirantis, non inueniri, qui taliter quæreretur. Nec admiratur abſurdè, ni enim de ingenti aliquo myſterio, Chriſtus ibi abſcondi propoſuiſſet: Sic quæſitus, neceſſario videbatur inueniendus. Sed quid, inquis, habet hæc inquiſitio cui quaſi iure ſuo, debetur Chriſtus? quia nimirum cor ſuum ſponſa, inſtar quieti lectuli, & quaſi extra diurnos ſtrepitus, in alto noctis ſilentio, compoſuerat: hæc enim abſtrepenti turba ſeparatio, optima erat cœleſtibus negotiis præparatio. Idem Gellibertus ibi ex ſponſæ Gellibert. ore, ſerm. 3. *Omnia tempus habent, tempus amplectendi, & tempus ab amplexu longè fieri: quod ergo erit tempus aptum magis, quam nox, amplectendi tempus? imò quis erit aptior, vel lectulo locus, vel nocte tempus? in pace locus tuus, & ideo quietis tempus, & pacis tibi paraui, in corde meo lectulum.* Iure itaque ſuo, caſtiſſimos Chriſto Domini capiat amplexus, quod ſæculares deſereret tumultus: non auſura, ſi turbellis quibuſuis immiſceretur. Vide infra 226.

223. Diſceſſerat iam à nepote ſuo Loth, Patriarcha Abraham, cum ſubditur: *Dixitque Dominus ad Abraham, poſtquam diuiſus eſt ab eo Loth; leua oculos tuos in directum, & vide à loco in quo es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem, & occidentem, omnem terram, quam conſpicis tibi dabo, & ſemini tuo, vſque in ſempiternum.* Geneſ. 13. verſ. 14 erat Geneſ. 13. v. 14. id temporis Loth, (Patriarchæ vtpotè doctrina inſtitutus, eiuſque imbutus moribus) vir ſanctiſſimus: neque diuina videbatur patruo colloquia impediturus: & tamen ceſſat interim Deus, donec alter, ab altero diuidatur: & cur ita? quia vt ibidem habes verſ. 7. iurgia de paſcuis, inter Verſ. 7. vtriuſque paſtores exoriebantur, quibus licet mitiſſimè Abraham ſtuderet componendis, ipſa tamen negotiandæ pacis occupatio, diuino obſtrepere commercio videbatur. Lyranus ibi. Lyranus. *Diuinæ reuelationes, ſolent fieri mentibus quietatis, & à perturbationibus paſſionum ſedatis. Societas autem ipſius Loth, propter rixam famulorum, erat cauſa perturbationis, vt prædictum eſt: & ideo reuelatio diuina facta eſt Abraha, poſt ipſius Loth ſeparationem.* Neque enim inter familiæ iurgia, pacatiſſimus licet Dominus, diuino ſuſcipiendo oraculo, ſatis habilis putabatur: remouendus omnino ſtrepitus, vt vox diuina, dulcior, perſonaret.

224. Capies inde, cur dæmon, porcis potius cuſtodiendis, quàm quibuſuis aliis gregibus, adoleſcentem prodigum relegaret: *Et miſit illum in villam ſuam, vt cuſtodiret porcos.* Luc. 15. verſ. Luc. 15. v. 15. item 15. nullus nimirum gregum, inquietior,

turbulentior,

turbulentior nullus : semper discurrit gruniens, & grunit pascens : pascitque nunc escos rodens, nunc alios mordens : Semper æstus vagus, semper œstro concitus : nullus ergo aptior, memoriæ & attentioni pastoris impediendæ. Talibus ergo turbis, tumultibus istis, traditur infœlix, ne (nisi raro Dei beneficio) vtilem aliquam cogitationem

D.Chryf. possit euoluere. Chrysol. serm. 1. *Sic inuenit, qui se negat Patri, qui se committit extraneo : vt sentiat seuerum iudicem, qui fugit indulgentissimum promissorem : affectionis desertor, pietatis refuga deputatur porcis, porcis addicitur, porcorum traditur seruituti, porcorum pascua lutulenta percurrit, inquieti gregis teritur, & maculatur excursu : vt sentiat quam miserum sit, amorum quale sit, quietis paternæ beatitudinem perdidisse.* Qui ergo sponte maternæ religionis regulas deserit, fugit obseruantiam, vt extraneis se negotiis immittat : semper foris non proximorum saluti, sed eorundem addictus turbis : quid aliud, quam inquieto porcorum gregi, destinat incurrere ? quo alio, quam

Gellibert. ad lutulenta pascua deducitur. Egregie Gellibertus serm. 35. expendens cur anima sancta *hortus conclusus*. Cant. 4. vers. 12. appelletur : sic subiungit. *Bonus, dilectio, murus : sed habet hic murus, antemurale : dilectio, quasi murus est, antemurale, regularis districtio : illa cogitationes sanctas, & affectus, dulces includit : hæc occasiones repellit, & excludit : hæc opportunitatem vacationis, ad amoris præstat officium, illa perfruitur. Ille murus gratus est, hic necessarius : ille se cœlestibus inter delicias claudit, iste proscribit mundanas. Si tibi votiuum est, cor tuum velut hortum deliciarum præstare Christo: non ægre feras, hoc antemurali si concludaris : delicias perdere vult, quas habet, (si tamen habet) qui de munitione submurmurat : hortus nescit esse, qui non vult esse conclusus.* Neque enim qui ante murale illud erumpit, nisi porcos incurrit, Deo non occursurus : quomodo enim obscœnarum inter glandium strepitus, tacitam margaritarum suarum grandinem, fœlicitando spiritui, immitter Christus ?

225. Ideo Matthæus, preciosiores gemmas Chri-
Matt. 5. v. 1. stum effundentem descripturus : sic ait : *Videns autem* IESVS *turbas, ascendit in montem : & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos.* Cap. 5. vers. 1. frustra sperauetis socios IESV, ab ore magistri, nectar hoc hausturos, quos videris turbis immixtos, turbulentis negotiis vltro deditos : & vltra charitatis mensuram, sæcularium commercio inuolutos. Scilicet inter turbas, si forte apparet Christus, apparet tantum, idque raptim, & in transitu : quibus & opprimentibus, penè comprimitur. Reprimat ergo tumultus necesse est, & locum vbi quietus sedeat Christus, adornet, necesse est, quisquis vtili cum voluptate, memoriam illius reficere, abscondita verba audire

Isaachus. concupiscit. Isaachus ibi, apud Godefr. *Contingat igitur sedere cum* IESV, *& in monte sedere, ad pedes eius, & accipere de doctrinâ illius : in turbâ stat, & ambulat, agit, & fatigatur, premitur: vt quasi non liceat sibi, & discipulis suis, manducare panem vitæ & intellectus, & aquam sapientiæ bibere, quæ in otio bibitur.* Sic qui de torrente, humilis in viâ bibit : non nisi sedens, & à turbis secretus doctrinæ sacræ nectare potat suos.

226. Pia sanè erant vota Hæmorrhoissæ illius, quæ
Matth. 9. v. 21. dicebat : *Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero.* Matth. 9. vers. 21. ponderosior tamen fœmellæ fides, dum saluti suæ, leuem tantummodo tactum desiderabat : at charitas, minus hic valida, putari posset : cur enim, saltem arctissimo pedes eius amplexu, tenere non affectabat ? cur suauissima cum Deo, quem humanissimum sequebatur, immiscere colloquia, non suspirabat? quia nimirum illum, etsi anxia, attamen inter turbas, inter concursantium tumultus quæritabat : nunquam vero ibi, diuini datur commercij inebriatio, nunquam longa moratio : libatiuncula venit, & ista raro. Gellibertus serm. 1. post Gellibert.
alia. *Quid si caput ipsum amplexari contigisset ? non modo staret, & exsiccaretur sanguinis fluxus, sed emanaret impetus fluminis illius, quod lætificat ciuitatem Dei. Bonus ergo tactus, sed attrectatio melior: in turba, in publico, vix tangitur* IESVS. Deinde recurrens ad illud sponsæ, de quo supra num. 221. sic concludit. *Ideo sponsa, quæ non tam tangere, sed amplexari, & attrectare verbum vitæ de-* Idem.
siderat, deuitans publicum, secretum eligit : & secretum & lectuli, & noctis. Et merito neque enim sunt commercia ista strepentis negotij, sed otij diligentis, quadrant in hanc rem optimè verba illa Galfridi, ad illud Matth. in parabolâ nuptia- Matth. 22.
rum Regis. *Abierunt alius in villam suam, alius* v. 5.
in negotiationem suam. Cap. 22. vers. 5. qui ibi apud Godefr. sic scribit. *Multas causas sequuntur somnia : & terrenæ solicitudinis inquietudinem, cælestium comitatur iniuria nuptiarum. Nostra ni fallor negotiatio, pessima occupatio est : quia, quod ex ea nobis otium negatur, eo ipso negotium appellatur.* Quasi quot solent variis ex causis somnia delyrantia, vtilem mentis vsum impedire : tot malè occupatam animam insomnia perturbent in sæcularibus, aut etiam non rectè occupatis piis negotiis : ne dulci contemplationis otio fruatur.

§. XXII.

Quomodo prauas animæ propensiones oporteat anteuertere.

VEnio ad regulam illam 24. ex summar. è cu- 227.
ius obseruantiâ, non parum Societatis
spiritus efflorescit. *Anteuertere oportet tentationes,* Regul. Soc.
adhibitis earum contrariis : vt cum quis animaduertitur ad superbiam esse propensus, exerceri is debet in rebus abiectioribus, quæ ad humiliandum ipsum, vtiles futura videantur : & sic de aliis prauis animæ propensionibus. Licet enim quandoque ignauiores, salubris huius medicinæ remedium sepònamus: Deo tamen auspice superiores vigiles, illud identidem applicantes à grauissimis morbis nos præseruant. Hinc emphasis illorum verborum Christi Domini Mar. 4. vbi duritiem Iudæorum parabolis emollire cupiens, nec saluâ illorum liber- Mar. 4. v. 35
tate, rem concludens, dixit ad discipulos. *Transeamus contra : & dimittentes turbam, assumunt eum, vt erat, in nauim.* Vers. 35. non dicitur ad socios IESV, cum à turbis seceditur, *transeamus alio*, sed, *transeamus contra* : De quo D. Chrysol. serm.
21. ita. *Transeamus contra, de terrenis, ad cælestia,* D. Chryf.
de præsentibus, ad futura. Et bene contra : quia diuina semper contraria sunt humanis : dum ista, subiectos attrahunt ad fragilitatem, ad virtutem, illa, qui sequuntur attollunt. Quasi ideo à turbis, quod supra dicebam, secedamus, vt in contraria studia transeamus. re enim vera, qui cum Deo transit, & ad Deum transit, audit illud.

Virgil. *Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.*
Alias ſuccumbes tentationi periturus: niſurus ad medicinam incumbis contra.

228. Venerat Chriſtus Dominus reſuſcitaturus Lazarũ, in Bethaniam: Martha ergo vt audiuit, quia
Ioan. 11. v. 20. IESVS venit, occurrit illi, Ioan. 11. verſ. 20. & occurrit illi longè è domo, vt apertè conſtat verſ. 30.
D. Chryſ. de quo D. Chryſol. ſerm. 64. *Sic ſeruus non fuit, non proximus, non amicus certè, qui aderat conſolator: vt mulier ſola, medias per turbas, per caſtrum totum, extra ciuitatem, & luctus tempore, venienti occurreret Saluatori?* Addubitat quidem prudentiſſimè, cum ſolenne eſſet luctus tempore, *ſedere*, & plorando defunctis parentare: vnde nec inurbanitati dari poſſet, quod id temporis, Chriſto Martha non
Idem. occurreret: Sed reſpondet acutus. *Fratres, in his perſonis, non cauſa currunt, ſed Sacramenta ſignantur. Mulier currit, pro vitâ, quæ cucurrit ad mortem: feſtinauit ad culpam: ad redemptorem pium peruenit, ſeductor peſſimus quam prauenit: reſurrectionem quærit, quæ quæſiuit ruinam: & ipſa quæ mortem viro attulit, vt vitam viro referat, hæc anhelat.* Nimirum, ſic in fœmineo ſexu, praue propenſo, contraria contrariis curantur: & indoles quæ in Euâ, per ignauiam & otium cucurrit ad mortem: iam per ſollicitudinem in Martha, currit ad vitam: opponitur cura incuriæ, curſus curſui, vt iam habeat in Chriſto medicinam: quæ venenum exſuxerat à ſerpente.

229. Sepulto iam Chriſto, accurrunt piæ mulieres, vncturæ Dominum, ad quas tunc Angelus: *Non eſt hic, ſurrexit enim ſicut dixit: venite, & videte*
Matth. 28. v. 6. *locum, vbi poſitus erat Dominus.* Matth. 28. verſ. 6. ſi vngendo properant Dominũ, nec ibi eſt: cur in ſepulchrum vacuum aduocantur? vt memoriâ inquiunt, mortis, vitam virtutibus deditam tuerentur. Puto nihilominus, altius rem deduci. Sexus olim fœmineus in Eua, in vetitæ arboris fructu, quem aſpexit pulchrum, vitam imaginatus, mortem inuenit: qui nunc ad ſepulchrum vocatur; vt ibi inueniret vitam, vbi mortem credebat: diſcatque deuotis oculis curare, quæ oculis petulantibus peccarat: ſic profanis illecebris aſſuetus obtutus, ne vitra ruat, antidoto diuinâ præſerua-
D. Chryſ. tur per contrarium. D. Chryſol. ſerm. 77. *Mulieres vocat Angelus ad videndum: vt ſacri corporis locus, mundaret oculos: quos diabolo claudente, vetita arboris maculatat aſpectus.* Hinc Bacchiarius, expendens cur Apoſtolus dicat de peccatore quodam punien-
1. Cor. 5. v. 5. do: *Iudicaui tradere huiuſmodi Satanæ, in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit, in die Domini noſtri* IESV CHRISTI. 1. Cor. 5. verſ. 5. nec tam diabolo iſte tradendus dicatur, quàm Satanæ: in epiſt. ad Ianuar. ſic reſpondet. *Satanas enim interpretatur contrarius: per quod credo ſignificatur, vt quidquid contrarium deliciis, quidquid contrarium voluptati eſt, totum caro ſentiat, quæ deliquit, vt ſpiritus ſaluus fiat.* Non negat litteralem ſenſum, quo ille torquenti dæmoni ſubiectus fuit: Sed ex ipſo Satanæ nomine elicit, id intendiſſe Apoſtolum, vt homo inceſtuoſæ inhians voluptati, & ad carnis correptus blandimenta: contrario doloris tormento ſanaretur, vt ſpiritus à nouis culpis in ſalutem præſeruaretur. Sed redeo ad prædictas fœminas.

230. Exeunt ergo de ſepulchro, & occurrit illis IESVS: *Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes*
Matth. 28. v. 9. *eius, & adorauerunt eum.* Matth. 28 verſ. 9. ſed nonne quin pedes tenerent, poterant adorare? nonne ſuauius & dulcius, manus precantes attollerent, vt mos ferebat: quam illas implicandis pedibus occuparent? ſed certè voluit idem ſexus, diuinorum pedum attactu, & conſtantiâ, labiles pedes ſuos roborare. Inſidiator ſerpens fœmineos pedes dicitur Geneſ. 3. ad morſum obſeruare: quid ni Geneſ. 3.
ergo tentationes anteuertere, præſente Chriſto ſatagerent piæ fœminæ? aut vnde melius pedes ſuos pronos ad lapſum, labiles ad ruinam, quam contrariâ pedum Chriſti firmitate fulcirent? D.
Ambroſ. lib. de Iſaach, cap. 5. *Tene ergo & tu animam, ſicut tenebat Maria, & dic: tenui eum, & non dimittam: cum dicebant ambæ, tenuimus te. Vade ad Patrem, ſed non relinquas Euam, ne iterum labatur: tecum eam adducito, iam non errantem, ſed arborem vitæ tenentem: tecum rape, his pedibus inhærentem: tecum aſcendam, noli me dimittere, ne iterum ſerpens venena ſua fundat, ne iterum quærat fœmineum mordere veſtigium, vt ſupplantet Adam.* Tantum enim abeſt, vt ſuperfuſo pedibus ſuis complaceant veneno, quin potius à pedibus diuinis, pio tactu antidotum haurire, anxiæ ſollicitent: labili conditioni, contrariam conſtantiam applicantes. D. Ambroſ.

De pœnitente, qui diutinam conſeruare animæ ſuæ ſalutem meditatur: ſic habet Dauid, ad 231.
Deum locutus: *Dominus opem ferat illi, ſuper* Pſ. 40. v. 4.
lectum doloris eius: vniuerſum ſtratum eius verſaſti, in infirmitate eius. Pſalm. 40. verſ. 4. & quid eſt vniuerſum lectum verſare, quàm contrario ordine permutare? quod enim verſas, iterato vertis, & permutas: & dum bina forte permutas, ita verſas, vt impoſitum ſupponatur, & imponatur ſuppoſitum. Bene ergo infirmus pœnitens, à Deo verſatur, & qui languentem animam in corpore firmo, deliciiſque robuſto ferre conſueuerat: debilitatum iam mortificatione corpus, robuſto in ſpiritu circumfert. Vnde ad illud Chriſti paralytico dictum: *Tolle grabatum tuum & ambula.* Mar. 2. Mar. 2. v. 9.
verſ. 9. ſic ſcribit D. Maximus homil. in Dom. 1. Adu. ad rem noſtram. *Non in eo tam admirationis aliquid erat, vt confracti lecti ligneam cratem portaret paralyticus, &c. In hoc planè ſicut dixi impleta eſt Prophetica illa ſententia: verſaſti ſtratum eius, in infirmitate eius: vt verſâ vice portaret lectum, in quo fuerat paulo ante portatus: & anima illius, quæ prius vaſculo corporis proferebatur: poſtea corpus ſuum, ipſa vectius circumferret.* Quid magis contrarium? aut quid ſalubrius, conſeruandæ ſaluti, tentationibuſque remedio præueniendis, eſſe poteſt? Potes etiam nouam aliam imaginari verſationem: vt corpus, quod robuſtum, voluptatum grauedinem, affectuum pondera, ſuccumbens tentationibus portabat: iam vice verſa, quaſi infirmum incuruetur, quaſi humeris pœnitentiæ onera ſubiturum. Eſt hoc illud eiuſdem vatis *Genua mea infirmata ſunt à ieiunio.* Pſal. 108. verſ. 24. de quo D. Chryſol. Pſalm. 118. v. 24.
ſerm. 67. ita. *Curuauit genua, vt pœnitentiæ pondera baiularet.* Vt quem prius affectus incuruarant, D Chryſol.
nunc eoſdem impugnaturus incuruetur. Sic onus ſuccedit oneri, déque contrarietate ſalus percipitur.

Sed audi quam contrarium onus oneri, pro 232.
remedio ſuſcipiendum. Sub figura filiarum Sion, ſic ad animas conuertendas loquitur Deus: *Pro eo quod eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento, &c. Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion.* Iſaiæ 2. verſ. 16. nihil remotius in fœmina- Iſai. 2. v. 16.
rum metaphora, deduci poſſe videbatur. Fœminis, quamuis rugarum ſulcos in vultu ducat ætas, tempore proſcindente: in capite tamen, areas caluitij, non agnoſcit. Cur ergo ſolum caluitiũ, naturæ vſu inſolitum, huc aduocatur, vt quominus

hic

hîc naturæ leges, eò magis leges gratiæ noueris obseruatas. Quid ita? vt locus ille, vbi princeps superbia dominabatur, nouus quidam reddatur mons Caluariæ, nouus Golgotha formetur, vbi è contrario, Crucis humilitas infigatur: quo pronus in vanitatē animus, iam ad humiliationis mo-
Drog. Ost. destiam reformetur. Drogo Ostiens. lib. de Sacram. Dom. Pas. ita. *Caluaria loco vexillum Crucis erigitur. Pro eo quod ambulauerunt filiæ Sion extento collo, & nutibus oculorum, decaluabit Dominus verticem filiarum Sion. Decaluet Dominus verticem perambulantium, in delictis suis, decaluet, inquit, verticem filiarum Sion, & faciet ibi Caluariæ locum: vt ibi figatur gloriosa Crux, vbi sedem sibi superbia locauerat.* Premit Crux, non opprimit: imò humilitatis onere glorioso, infame, præruptæ superbiæ, pondus deiicit: & filiæ Sion quæ in comendis comis occupabantur, in suimet incuriâ, iam habent contra tentationes instantes patrocinium. Hanc incuriam contra priscas vanitates, pulchrè vocauit Saluianus lib. 1. ad Eccles. Cathol. *patrocinantem*. inuehitur in illos, qui pœnitentiam instanti morti reser-
Saluian. uant, deinde sic subdit. *Quomodo illi exomologesis diuturna opitulabitur, in extremis iam sita? sed cilicio carnes conteret, ac fauillâ & cinere sordidabit, vt mollitiem videlicet præteritæ voluptatis, præsentium asperitatum duritie compenset: & reatum longarum deliciarum, officio patrocinantis soluat incuria: sed quando hæc tam grauia faciet, & vicino iam exitu, etiam à mediocrium actione discussus?* Patrocinatur certè hæc incuria, dum contraria contrariis auertit in aliis, in aliis anteuertit.

233. Sunt optima, licet obscuriuscula in hanc rem, verba Christi Domini, qui oblatrantibus Pharisæis, propter vocationem Matthæi publicani, sic
Matth. 9. v. 12. respondit. *Non est opus valentibus, Medicus: sed male habentibus. Euntes autem discite quid est, misericordiam volo & non sacrificium.* Matth. 9. v. 12. Ecquæ enim horum verborum consequentia? quid Christo interim medico animarum, cum non tam requisito sacrificio, quàm misericordiâ solicitata? aut quid hinc discerent Pharisæi, qui aliud longè diuersum corrodebant? voluit Christus, ni fallor, vt è medicina Matthæo adhibenda, discerent oblatrantes, quid ipse in curationibus suis intenderet, nimirum contraria contrariis persanare. Matthæus miserè auarus bona eripuerat: vult ergo vt fœliciter misericors, bona largiatur: vt quæ male ad morbum compararat, iam melius profundat ad salutem. Quo propensus in auaritiam affectus, iam præuiâ misericordiâ persanetur. Chrysolog. ibi serm. 28. *Misericordiam voluit, vt Matthæus, quod tulerat per miserias, in misericordias prorogaret: & inde redimeret pœnam, unde comparauerat culpam.* Nec solum pœnas redimit, sed etiam sequentibus culpis viam intercipit.

234. Facit ad hanc contrarietatem explicandam D. Laurentius Nouar. Homil. de Eleemos. vbi postquā inuehitur in opera sinistræ, id est, peccata: de
D. Laur. Nouar. operibus dextræ, id est, virtutibus, sic subiūgit. *Recurre ad arma contraria, & præcinge te in dexterâ tuâ, implens illud, quod cecinit David Psalmista, Accingere inquit, gladio tuo, quē vicit sinistra, quē superauit segnitia, quem strauit nequitia, accingere gladio tuo, circa fœmur potentissime. Quem gladiū? specie tua, & pulchritudine tuâ. Tibi hoc dicit, qui criminibus cedis: ad te loquitur, qui criminibus vinceris: te commonet & compungit, peccator. Vicit te pars sinistra? plora compunctus, vt possis recipere speciem cordis tui, & pulchritudinem corporis, &c. quid ergo? fœdasti fœmur tuum, carnali libidine? reforma illud pulchritudine spirituali: stuprasti lumbos tuos fornicatione, noli diffidere, sed extrue bellum contra sinistram: & fœmur te fœdauit, fœmur te reformet, atque recuperes.* Vt eadem pars, pulchritudine contrariæ virtutis reformetur, quam vitij turpitudo deformauerat. Sed signatè gladium, per virtutis pulchritudinem, explicauit S. Doctor: neque enim sine bello, vbi contrariæ acies expediantur, pax animæ, salus spiritus potest recuperari. Hinc Euangelicus ille Publicanus, de quo Lucas cap. 18. *à longe stans, nolebat nec oculos* Luc. 18.
ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum. vers. 13. v. 13.
percutiebat enim pectus, quasi bellum indiceret: vt vbi inanes fouerat solicitudines, & peccatis fauerat: ibi hastas configeret, ibi pugnas, & pugnos exerceret. D. Eulogius Alex. apud Phot. cod. 280. D. Eulog.
ita. *Ideo percussit pectus, quia receptaculum id peccatorum est: ex corde enim veniunt, vt ait Christus, cogitationes malæ: unde percutis fontem malorum conscientiâ victus, vt exsicces fluenta peccatorum.* Sic de Alexand.
contrario bello, pax pullulat: & dum exsiccantur fontes vitiorum, & extirpantur, vt par est radices tentationum: virtutum perennant fontes, flores germinant, quibus affectus in prauum suffocantur.

§. XXIII.

In virtutis viâ semper progrediendum.

Consonat prædictæ regulæ, de prauis animæ 235.
propensionibus, contrario virtutum ante- Regula
uertendis, illa alia ex sum. 22. quæ sic habet. *Ab il-* Soc.
lusionibus dæmonis, in suis spiritualibus exercitationibus caueant, & se contra omnes tentationes tueantur: simul rationes sciant, quæ adhiberi possint, vt eas superent: & ad veras, solidásque virtutes consequendas insistant: siue plures adsint visitationes spirituales, siue pauciores, curent vero semper in viâ diuini seruitij, progressum facere. Nisi quod supra, in omnes generatim: hic priuatim contra tentationes in spiritualibus exercitiis insurgentes, præcipit decertandum: scilicet contraria contrariis opponendo. Sed sunt magni ponderis vltima illa verba, quibus, vel in spiritus vnctione, vel in ariditate, solidis virtutibus insistere monemur: & in viâ diuini seruitij progressum facere: quasi hæc sit optima ratio, qua illusiones dæmonis, euadimus. Videamus ergo prius, quam sit in more positum apud Iustos, in perfectionis viâ semper progredi: deinde cur gradus in progrediendo, futurus sit citissimus: ex hac, & aliâ regulâ expendemus.

Parentes Baptistæ laudaturus Lucas, sic scripsit: 236.
Erant Iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus Luc. 1. v. 6.
mandatis. cap. 1. vers. 6. incedentes in mandatis? imò in mandatis permanentes, dicendi videbantur: nam qui incedit, pertransit; solusque is qui permanet, perseuerat. Si ergo non tam mandata perpertransire, quàm in his perseuerare commendatur: cur magis incedentes isti, quam permanentes in mandatis exprimuntur? respondet D. Chry- D. Chrysol.
solog. serm. 91. *Incedentes dixit, vt eos ostenderet cucurrisse virtutibus, non sedisse: nec remansisse in itinere mandatorum; sed ad mandatorum plenitudinem peruenisse.* Itaque non tā pertranseunt quasi non curantes, quam persistentes incedūt: nec enim ad perfectionem peruenitur, nisi incedēdo semper, quoniam ad medium itineris commoreris. Scilicet erant in domo Dei, & coram Deo magni, Zacharias, & eius vxor: vtpote cui, filium debebant præstare Præcursorem:

ſotem : vnde opus erat incederent ſemper, nunquam deſiderent. Hinc illud Prophetæ. *Elegi obiectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Pſalm. 83. verſ. 11. Vatablus ex Hebræo vertit. *Malo ad limen deſidere, domus Dei mei: quam*, &c. Quaſi ille ſolum abiectus in domo Dei ſit, qui ſedens ad limen, ad intima vſque non peruolat penetralia : quique deſes, in vltimo illo gradu immoratur : licet reſpectu Malorum, etiam ſic abiectus, ſit glorioſus.

Pſ. 83 v. 11 Vatabl.

237. Iam patebit, cur IESVM, ſuum inuentura ſponſa, dixerit : *Surgam & circuibo ciuitatem.* Cant. 3. verſ. 2. Imò & Prodigus, parentem recuperaturus beniuolum, eadem ratione dixit Luc. 15. *Surgam & ibo.* Quia nullus qui reſidet; nullus qui donec inueniat, quieſcit : inueniet vſquam quæſitum. Surgat, & incedat, qui cupit conuenire. Gillibertus ſermon. 3. ita. *Id autem non incongruè ob vtroque poſitum intelligitur, quod dicitur, ſurgam. Non dimittet te Paulus, quæ ſurſum ſunt, quærere, niſi prius ſurrexeris : non potes, quæ ſurſum ſunt ſapere, niſi prius quæſieris.* Fruſtra enim ab incedendo ceſſans, abeuntem Chriſtum conſequi ſperabis. Sed nota obiter, diſcrimen verborum vtriuſque, ſponſa *circuibo* dixit, Prodigus, *ibo* : maiora ſcilicet illa affectabat amoris incrementa, nec niſi mille itationibus, & vario circuitu, dilectum ſuum inueniendum ſperabat : hic vero ſimplici itatione contentus erat, qui ſolo mercenarij muneri inhiabat. Nimirum etiam Iuſti, quandoque in circuitu ambulant, ſed illo ſancto : vt circumeundo ſemper, nunquam ſedendo, circumeuntis tartarei Leonis vngues euitent : & Leonem Iuda Chriſtum deprædentur. At vero impiorum circuitus infamis, vnde Prouerb. 2. verſ. 15. *Quorum viæ peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorum* : in Sixtianis legitur : *quorum ſemitæ prauæ ſunt : & flexuoſi curſus eorum.* Vbi flexuoſum curſum, infamem audis appellari : quia cœleſtis ſibi perfectionis ſcopum non proponit. Pergo.

Cant. 3. v. 2. Luc 15. Gellibert.

238. Multa de virtutibus Iob, dixerat ſacer textus, ſimplicitatem illius, & rectitudinem commendarat : timorem erga Deum, & receſſum extulerat à malo. Tandem adducto ſacrificio, quod pro conuiuantibus filiis apparabat, concludit : *ſic faciebat Iob, cunctis diebus.* cap. 1. verſ. 5. & ſtatim ſæuiens in illum dæmon deſcribitur : quaſi hinc maximè, tartareus in Iobum hoſtis commoueretur. Sed tanti ne ponderis erat ſacrificium iſtud pro filiis : vt in illud ſæuior ſerpens debaccharetur ? porò, non tam ſacrificio, quam iterata ſacrificij repetitione indignari : quod ſcilicet *cunctis diebus*, offerretur. Et cur ita ? grauiter Olympiodorus in cathena, ibi. *Mentis conſtantia, ac firmitudo intelligitur : neque enim interdum quidem actiones virtutum ſuſcipiebat, aliquando vero prætermittebat : ſed Iuſti vita, è Deo, ſemper apta erat. Summa vero hæc eſt laus, omniumque prædicationum exitu coronata, pietatis munera, nullo vnquam tempore, non obiiſſe : virtutum enim, bonarúmque rerum ceſſatio, reditus eſt ad improbitatem.* Quia, quò maiora reſtant acquirenda, continuóque progreſſu ſolicitanda, & tamen deſpiciuntur : eo ipſo retroacta reſpici, imò præterita requiri vitia exiſtimantur. Eſt enim primum huius ſcientiæ principium : *in via virtutis non progredi, regredi eſt.*

Iob. 1. v. 5. Olymp.

239. Inter alia, quæ hominem in hac vitâ mortali degentem adhuc, iam nihilominus adnumerant beatis, lachrymas etiam aſſignauit Chriſtus Dominus : *Beati qui lugent.* Matth. 5. v. item 5. ecquæ tam fælices lachrymæ ? an quæ ob huius vitæ miſerias, patienter toleratas, fundi ſolent ? non credo : ibi enim potius patientia, quam luctus, beatitudinis cauſa fuerit : maximè cum patientia, quo abſque lachrymis fortior animatur, eo etiam pretioſior reputetur : ſacratior ergo fons, & quidem ſecretior, has lachrymas inſtillat : de quo D. Zeno Veron. ſermon. in Pſalm. 126. multa de virtutis viâ diſſerens, ſic aptè ad rem noſtram. *Tendendum eſt ſemper, non etiam deſinendum : neque iccirco ad Perfectum non contendendum, quia doleamus, quo tendimus, non poſſe contingere : ſed in ipſa contendendi pertinacia, dolendum eſt, nos contingere non poſſe, quo tendimus. Doloris huius, Dominus meminit dicens : beati lugentes, quoniam ipſi conſolabuntur : beatitudinem conſolationis, ob luctum & dolorem non adeptæ conſummationis impertiens.* Neque mirum lugeat, qui nouit, nuſquam ſibi ſtabilitatem inueniendam hic : ſed neceſſario progreſſum affectandum, donec in Patria ſedem comparet, & quietem. Eſt hoc illud Prouerb. 4. verſ. 18. *Iuſtorum autem ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit, vſque in perfectam diem* : quod in Sixtianis ſic vertitur : *Tanquam lux ſplendens, vadens, & illuminans, vſque ad ſtabilitatem diei.* Tandiu enim debet virtus creſcere & progredi, quin curſû intermittat : donec in æterni diei ſtabilitate conquieſcat : interim tamen pia illa, in progrediendo inſtabilitas, luctu irrigata dulciſſimo, conſolationis beatitudine roboratur.

Matth. 5. v. 5. D Zeno Veron. Prou. 1. v. 18. Sixtian.

Sciendum igitur, in hoc vno maximè ignauos homines, à feruidis virtutis æmulatoribus condiſtingui : quod hi, nuſquam ſibi, viæ finem obtentum exiſtiment, donec in Patriâ reſpirent : illi vero in ipſo itinere ſuſpirent : & retroſpicientes, requiem à vanitate capere præſumant. Ideo D. Paulus, etiam perfectus. *Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe : vnum autem : quæ quidem retro ſunt obliuiſcens : ad ea vero quæ ſunt priora, extendens me ipſum.* Philip. 3. verſ. 13. quaſi non ſatis, quæ retro ſunt, obliuiſcens crederetur, niſi ad vlteriora extenderet ſemetipſum : infixus adhuc creditur retromiſſis defectibus, qui feruido ſpiritu, non progreditur. Gellibertus ſermon. 2. expendens rotas illas Ezechielis cap. 1. quæ non reuertebantur : ſic ſubiungit de Paulo, ad hunc locum. *Quaſi rationalis rota ſequitur, quo illum rapit ſpiritus feruentis deſiderij.* Irrationalis quique quodammodo, qui eodem tenore non incedit. Inceſſit talis Dauid, qui proinde dicebat. *Lætabitur Iuſtus, cum viderit vindictam : manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorum.* Pſalm. 57. verſ. 11. ex Hebræo legitur : *pedes ſuos lauabit.* Quaſi in vero Iuſto, manus inſtar pedum habendæ videantur, quaſi operum continuatione, ſemper in via virtutis progredi agnoſcatur. Et ſanè ſi mancam olim iuſtitiam pingebant veteres, ne munera accipere videretur : fortaſsè ideo manus, ſeu opera Iuſtorum, in hoc loco, pedum titulo appellantur : vt non tam manus accipiendo præmio, quam pedes ad perfectionem, ob ſolam Dei gloriam progreſſuri viderentur. Vnde poſſes dicere, propterea perfectorum virtutem, iuſtitiam appellari, quia diuino obſequio ius ſuum, ſi non quo ad debet, ſaltem quo ad poteſt, ſoluat : vlterius nimirum ſemper progrediendo. Eſt grauiſſima in hanc rem gnome illa D. Leonis, ſermon. 2. de Quadr. vbi ita. *Eſt hæc perfectorum vera iuſtitia, vt nunquam præſumant ſe eſſe perfectos : ne ab itineris nondum finiti intentione ceſſantes, ibi incidant deficiendi periculum,*

240. Philip 3. v. 13. Gellib. Pſ. 57 v. 11. Hebr. D Leo Magn.

periculum , vbi proficiendi deposuerint appetitum.

241. In vniuersali illa rerum productione, postquam lucis creatio describitur, concludit iacet textus : Gen.1.v.5. *factum est vespere & mane dies vnus.* Genes.1..vers.5. sed cur quæso ordo præuertitur? cur vespertinum, quod finis diei est, matutino eiusdem temporis præponitur? dices, fortasse primum illum diem, à vespere, vel saltem à meridie incepisse: proindéque rectum in locutione ordinem obseruari? benè est: cur tamen voluerit Deus, vt in primo die, non tam vesper, quam mane, finis haberetur? vt ex modo quo ipse in primis suis operibus se gessit, tenorem operum nostrorum erga virtutes, ipsi disceremus. Stephan. Cant. Stephanus Cantuar. ibi. *Bene post vespere, sequitur mane : quia vespere significat perfectionem operis, mane inchoationem : vnde, cum consummatur homo, tunc incipit.* Quasi in hoc progressus nostri die, nullus sit fixus terminus assignandus, sed ab illo gradu, vbi iam comparata nobis perfectio poterat intelligi, denuo procedamus : atque in ipsa operum summitate, noua iacere fundamenta meditemur. Nota autem, vltima verba Stephani, desumpta esse ex Ecclesiastico, cap. 18. vers. 6. vbi ita. *Cum consummauerit homo tunc incipiet ; & cum quieuerit aporiabitur.* De quibus, post multa in hanc rem, ita D. Bernardus D.Bern. epist. 253. *Nunquam iustus arbitratur, se comprehendisse : nunquam dicit, satis est : sed semper esurit, sititque iustitiam : ita, vt si semper viueret, quantum in se est, perfectior esse contenderet : semper de bono, in melius proficere, totis viribus conaretur.* Et nota adhuc, verbum illud *aporiabitur* : à verbo Græco deriuatum, quod licet hæsitare significet, quandoque tamen sonat indigere : diues enim virtutibus, si quiescit, statim ad inopiam reducitur.

242. Ideo Dominus apud Ieremiam, ad homines Ier 3.v.19. conuertendos locutus : *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.* cap. 3. vers. 19. Patrem se dicit, non ducem : vnde cum in Patris suauitate requiem promittendam sperates, audis perpetuum tantummodo progressum insinuari : quid ita? instituitur nimirum Populus ad perfectionem : in qua quidem requies erat perniciosa: nec à filiis blandimenta sollicitanda, nisi sequentium militum stipendia promererent : vt non in hac viâ & vitâ, veteranorum requiem, sed tyronum rudimenta sibi sponderent perpetua. Stephanus Cantuar. citatus, ibidem. Stephan. Cant. *Ingredi non cessabis hoc est, quasi semper te inchoantem reputabis.* Vt semper meliora charismata æmulantes, solum in Patriæ requie sedeamus. Allucet hinc illud Dauid: Ps.83.v.6. Vatabl. *Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit.* Psal.83.vers.6. Vatablus ex Hebræo fonte vertit : *Fælices illi homines, quorum robur in te situm est, in quorum cordibus, semitæ tuæ sunt.* Quia nusquam diuinæ semitæ, nisi accliues sunt, & in ascensu positæ : idémque est ascendere, maiorémque acquirere perfectionem, quàm in diuinis semitis ambulare: hoc vnum scilicet est, Christiani militis robur. Neque caret mysterio, quod non tam cor, in semitis, & ascensionibus ponatur : quam quod hæ in ipso corde collocentur : vt cor ipsum, non iam solummodo incedere, sed esse propemodum via intelligatur : sic eundo assuetum, vt iam meritò totum in vias formatum existimetur.

243. Præcipiebat Nazaræorum lex, vt impleto voto suo, longam illam, quam pascebant Cæsariem, tonderent: sicque postea, ab obligatione soluti haberentur. Ideo post multa. *Tunc radetur Nazaræus ante ostium Tabernaculi fœderis, cæsarie consecrationis* Num 6. v.18. *suæ: tolléque capillos eius, & ponet super ignem* Num. 6.v.18. sed cur capilli, anhelatæ perfectionis, indices, dum pascebantur: in fine voti, quando vberior perfectio radiabat, tonderi atque poni tunc iubentur? vt iterù à principio renascentes, perfectionem illam summam existimatam, tunc denuo incipere nosceremus. Stephan. Cant. ad hunc locum apud Godefr. Stephan. Caut. *Nota, quod post expletum votum, Nazaræus capillos radere iubebatur: hoc est, quod cū aliquis ad perfectionem venerit, tūc se primo reputet inchoasse.* Quasi tunc maiori feruore post Deum abire incepturus: vtque capilli perfectionis, iterum quasi ab initio pullulabant : sic ipsa perfectio denuo inchoanda crederetur. Capies hinc, quid sit illud, cur gressuum pulchritudinē, summæ laudi in sponsâ suâ, tribuat Christus : Gant.7.v.1. *Quam pulchri sunt gressus tui, in calceamentis, filia Principis.* Cant.7. vers.1. de quo ibi D. Ambros. D.Ambr. *Speciosa es in processu : habitasti in corpore, tanquam calceamento, eo vsa, non vt inuolucro : vt quasi superior, & eminentior eo : vt quo velles, tuum circumferres, sine vllâ offensione vestigium. Dubium non est, Ecclesiæ, vel animæ profectus significari.* Benè igitur, cum filia Principis dicitur, non tam in throno, quàm ingressu celebratur : imò, vt puto, ideo maximè, tanquam filia Principis, laudatur in hoc loco, quæ hucusque pastoritio habitu delitebat : quia gradiens, & progrediens describitur, nulla mansione, perfectionis viam interrumpens. Adhuc addit Ambrosius. Idem. *Calceat se Anima Ecclesiasticam gratiam, vt cursum huius vitæ, & transitum cum decore prætereat : quod fit, si calceamentum suum non inquinet, luto corporali : nec in vitiorum mergat voraginem : si castigat carnem, ne moretur ad cursum, & aruina pinguis pondere prægrauetur.*

§. XXIV.

Cur in virtutis viâ, progressus iste, celerrimus sit futurus.

IN prædictâ supra regulâ, illudentis dæmonis, 244. omnes tentationes cauendas esse instituimur: idque, quasi optimum remedium, progressus in virtutis viâ continuus indicitur. Aliunde vero, cum in reg.11. eiusdem sum. postquam fusè imitatio Christi proponitur, subdatur: Regula Soc. *Vt in omnibus, quo ad eius fieri poterit, diuinâ gratiâ aspirante, eum imitari & sequi, cum vera sit via, quæ ducit homines ad vitam, velimus :* Infero ex vtroque, non progressum vtcunque, sed illum (sub debito tamen tenore, pro status diuersitate mensurandum) celerrimum requiri : quod vt explicem aduerte : Erupit, (fabulantur prisci) Theseus, ad has auras, ab inferis deductus, anhelus totus, & ingentis in currendo laboris, notas exhibens : cuius rei causam subiungit. Apud Senecam in Fur.

——Heu labor quantus fuit,
Phlegetonte ab imo, petere longinquum æthera,
Paritérque mortem fugere, & Alcidem sequi.

Hinc fugiebat insequentem mortem, hostem scilicet pernicissimum, & perniciosissimum : hinc verò sequebatur Herculem, Saluatorem suum præcedentem, penè scilicet alipedem gigantem: quidni ergo vtrinque, velocissimo cursu Theseus indigeret. Verior causa ; cursus nostros instigat,

instigat, stimulat progressum: fugimus hinc insequentes dæmones, eiusque velocissimos ministros: inde, velociorem adhuc sequamur IESVM CHRISTVM, necesse est: quid ergo cursu citissimo non feramur? De vtroque iam seorsim, nonnulla congero.

245. Non solum auaros reprehendit Abacuc, sed
Abac.2.v.6. quosuis alios, qui sæcularibus negotiis implicamur: cum dixit: *Væ ei, qui multiplicat non sua: vsquequo & aggrauat contra se, densum lutum?* cap. 2. vers. 6.
Sixtian. Sixtiani vertunt: *vsque aggrauat torquem suam grauiter.* Quasi torques, & honoris monile, luto vilissimo veniat comparandum. Diuus Nilus in lib. Ascet. legit, pro torque, *vinculum*: vt manicas potius ferreas, & duros compedes; quam cultum & ornamenta, torques existimares: vel aliter secundum versionem nostram: quod sicut in luto denso, gradus hærent: sic in his sæcularibus bonis, à cursu retardamur. Hucusque plana est explicatio: illud non ita facile: cur è tam multis damnis, quæ secum afferre solet hæc misera terrenorum inquisitio, solummodo remoratus nobis cursus memoretur? mala est mora ista, fateor: sed cum postea celeriori gradu suppleri possit; neque lætalis è se culpa habeatur: vix apparet cur quasi, damnum funestius hic ponatur. Quid ergo? non tam periculosa esset è se mora, nisi hostes celerrimi instarent: quorum telis
D.Nilus. immorimur, si moramur. D. Nilus citatus. *Cur aliena nobis, vt propria vindicamus: grauesque rerum terrenarum compedes inicimus? nec Prophetam audimus eiusmodi hominum genus miserantem? & dicentem: væ qui congregat, quæ sua non sunt: & vinculum suum graue reddit vehementer: Nam sicut scriptum est, Isai. 30. vers. 16. velociores sunt, qui nos persequuntur, aquilis cæli: nos autem mundi negotiis oneramur? tardiores ad cursum effecti, facile ab hostibus capiemur.* Merito pessima, periculosissimaque mora denotatur, dum velocissimis hostibus locum facit.

246. Ideo de Iosepho, Dominæ suæ blanditias eui-
Genes 39. v.12. tante, dicitur: *relicto in manu eius pallio, fugit & egressus est foras*: Genes.39.vers.12. sed, quæ nam, inquis, fuga ista fuit? cubiculum tantum Dominæ deseruit: sed in eodem constitit palatio, vbi paulo post tenetur, & detrudendus in carcerem colligatur: & tamen fugisse satis præsumetur? ita plane, quia tunc, fugâ mentis solummodo opus erat: satis putauit corpore, cubiculum euitare meretricis, ne si longius iret, præsumptionem augeret: mente tamen & affectu, sic criminis contagium abominatur, vt non solum discedere, sed fugere, quasi celerrimus putaretur: vt sic insequentem velocissime libidinem, non aliter frustrandam, euitaret. Hæc est emphasis Apostolici illius consilij: *fu-*
1.Cor.6. v.18. *gite fornicationem*: 1.Cor.6.vers.18. neque enim satis est, ab importuno & sequaci hoste, vtcunque mentem auertere & affectum: sed quasi correptâ fugâ, ad castitatis amplexum conuolare, ne celerrimè
D.Nilus. instantis hostis vnguibus pereamus. D.Nil. ibidem *Tardiores ad cursum effecti, facile ab hostibus capiemur, quos Paulus monet vt fugiamus, dicens: fugite fornicationem.*

247. Sunt in hanc rem aptissima Ieremiæ verba, ex quibus etiam, cum aliis Isaiæ citati, oraculum Propheticũ, Nilus concinnauit. Ieremias ergo, describens mysticè peccati apparatum, sic habet. *Ecce*
Ierem. 4. v.13. *quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius: velociores Aquilis, Equi illius. Væ nobis quoniam vastati sumus.* c.4.v.13. ecquis enim tenor iste scribendi? non tam ascẽdens, quàm ascensurus hostis prædicatur: nec tam venisse dicitur, quam venturus: & tamen perterriti auditores, iam se quasi deuictos, nec tam inde deuastandos, quam deuastatos, miserè deplorant. Quis vnquam futuro adhuc hosti, iam quasi de præteritâ victoriâ, manus subdit: & gemitus tribuat? turbatio mentis ingeritur, ab hostium velocissimo cursu orta: si enim currunt, imo volant Aquilis velociores, peccati satellites: quidni illi, quibus hic cursus reuelatur: cum alioquin se viderent, sæcularibus rebus immorantes, iam se quasi deuictos condolerent? ideo addit statim
Propheta: *Laua a malitia cor tuum, Ierusalem, vt salua fias: vsquequo morabuntur in te, cogitationes noxiæ?* v.14.
v.14. dum enim mens oblita fugæ, moras nectit, ab hoste decipitur velociter insequente. D. Hieronymus ibi. *Ventura, cernit præsentia, &c. quod cum Propheta dixisset, & quasi venientes hostes digito demonstrasset: populus ingemiscit: & nequaquam futura, sed facta sentit, dicens: væ nobis, quia vastati sumus. Hoc idem refertur ad Ecclesiam, quod quotidie veri Nabuchodonosor exercitus, eos impugnet: & currus Pharaonis, omnisque eius Equitatus, Aquilarum impetum superet* Rumpendæ igitur nobis moræ, currendum velocissime: alias veri, id est, tartarei Pharaonis satellitibus & curribus opprimemur.

Hos currus trepidauit Sponsa quando minus, 248.
quam par erat, cauta, hortum petebat, amœnitate Cant.6.
florum recreanda: *Descendi in hortum nucum vt vi-* v.10.
derem poma conuallium, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica: nesciui: anima mea turbauit me, propter quadrigas Aminadab. Cantic.6. vers 10. quàm prudenter, se nesciam appellauit, quæ suspecta loca, non tam volans præterit, quam gradatim deambulat, turbatur merito, quæ ne turbaret otium, ne gressus puellares interturbaret, non currebat: instat enim velocissimis quadrigis infernus Princeps: quidni, quæ detinetur, teneatur? longè aliò tendit Lucas Abbas, qui tamen in his quadrigis Aminadab, tartareos exercitus, explicat figuratos,
sic scribens: *Aminadab interpretatur linguâ He-* Luc.Abb.
bræorum, populus meus spontaneus: hic ergo populus immundorum spirituum, qui impiorum ceruicibus insident, ad scelera perpetranda, &c. Hoc tamen satis, si explicationi nostræ accommodetur, vt videas, cur statim addatur à Christo v.11. *Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere reuertere*, tam frequens támque instans repetitio, celeritatem inculcat fugituræ, ni ad IESVM volaret, à dæmone inuolanda.

Sed si cum aliis, in hoc Aminadab, non tam 249.
dæmonem, quam à contrario omnino sensu, Christum intelligamus: idem iste locus, ad secundum membrum propositum, nos manuduLXX Interp.
cet: LXX. enim Interpretes, ita vertunt: *Po-* LXX Interp.
suit me currus Aminadab. Quasi glorietur Anima, quod ipsamet à Deo in currum formaretur, qui Christo aurigante, & post eundem, ad cœlum vsque, potentiis & virtutibus, tanquam Equis pernicibus excurrat. Vn-
de D. Ambrosius ibi post multa. *Itaque licet* D.Ambr.
intelligibili spectaculo, videre vnamquanque animam, cum magno certamine ad cælum rapi, festinantes Equos, qui priores perueniant ad brauium Christi: quorum prius imponatur palma ceruicibus. Non loquitur absque mysterio Pater eruditissimus: nam in certaminibus, non solum Equites, sed etiam Equi, coronis & palmis dabantur.

dabantur: sic *Equus multarum palmarum* sæpe apud priscos legitur: & Plutarchus dixit lib. 2. Symp. *Animalium, equus tantummodo, particeps est coronæ.* Vide Fabrum lib. 2. Agonist. cap. 28. id ergo voluit Ambros. in cœlo non solum animam, sed singulas etiam potentias, & virtutes, dummodo post Christum currant, coronari. Videamus ergo iam fusius, quam sit opus, non Christum vtcunque sequi, sed instar decertantis quadrigæ, cursu rapidissimo.

Plutarch. Petr. Fab.

250. Hoc maximè ab humanis, diuina beneficia distinguuntur: quod hæc stabilia durant: illa vero caduca dilabuntur: nimirum æternus adest aliis, aliis vero instabilis muoetator. Hinc nouus non immeritò videatur, tenor ille loquendi, quo Petrus, Christi Domini beneficia testaturus, sic scribit: *Pertransiit benè faciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo.* Actor. 10. vers. 38. cur enim, non dixerit, stetit, aut vixit inter nos Christus, sed pertransiit? cur æterna, à diaboli imperio, libertas: non ab stabili, sed à pertranseunte Saluatore, commendatur? quia qui in se idem, à conceptionis instanti semper erat: apud homines exemplo nostro, & gratiâ & miraculis crescere, & vlterius pertransire videbatur: immo, vt sic pertranseuntem, non ab stantibus per desidiam, sed à transeuntibus vlterius per feruorem, solummodo consequendum significaret: frustra enim, nisi currentes, currenti adhærescere præsumerent. D. Bernardus epist. 253. ita. *Ipse hominis, sæculique Auctor, quandiu interris visus est, & cum hominibus conuersatus est: nunquid stetit? & quidem teste scripturâ, pertransiit benefaciendo: pertransiit ergo, sicut non infructuosè, ita non remissè, non pigro, non lento gressu: sed quemadmodum item de eo scriptum est, Psalm. 18. exultauit vt gigas ad currendam viam. Porro currentem non apprehendit, qui & ipse pariter non currit.* Misera illa quies, otium damnabile, quod æternæ quietis dominum amittit.

Act. 10. v. 38.

D. Bern.

251. Pulchrè in hanc rem Dauid, postquam falsum impiorum fælicitatem commemorans, & irridens, sic subiungit: *Quia ecce qui elongant se, à te, peribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo, bonum est: ponere in Domino Deo, spem meam.* Ps. 72. v. 27. & 28. quasi frustra spes in Deo collocetur, nisi prius eidem adhæreamur. Ergo qui longinqui sunt non sperabunt? certè non nisi temerè: cum, qui se ab illo elongaot, pereant necessario. Ecquæ causa? quia cum sequi Christum, vita sit: elongantes vero currentem sequi nequeant: à culpa aliunde incurrente apprehendantur, necesse est. Idem Bernardus citatus. *Ibi tu Christiane fige tui cursus, profectusque metam, vbi Christus posuit suam: factus est, inquit, obediens, vsque ad mortem: quantumlibet ergo cucurreris, si vsque ad mortem non perueneris, Brauium non apprehendes. Brauium Christus est; quod si illo currente, tu gradum sistis, non Christo approprias, sed te magis elongas: timendúmque tibi est, quod ait Dauid, ecce qui elongant se, à te Domine, peribunt. Itaque si proficere, currere est: vbi proficere, ibi & currere desinis: ibi vero non currere, ibi & deficere incipis, hinc planè colligitur, quia nolle proficere, non nisi deficere est.* Sunt, non solum pro præsentis, sed etiam pro superioris tituli instituto, aurea verba: vnde infers Christum Dominum, qui minimâ vitæ suæ actione superbundanter pro nobis satisfaceret: ideo ad mortem vsque processisse: vt nobis in sola morte, columnas, (*non plus vltra* insculpto) nunquam metas designatas nosceremus: eo enim vsque ipse Christus, Brauium scilicet nostrum, tanquam gigas excurrit, solummodo à currentibus consequendus.

Ps. 72. v. 27.

D. Bern.

252. Cant. 1. v. 3. Hinc non minus anxia, quam prisca, vota illa Sponsæ: *Trahe me, post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Cantic. 1. vers. 3. sed illa obscura: alterum rogat, alterum fatetur: sic se diuinæ opis indigam agnoscit, vt quasi prægrauantis Indolis pondere, non tam duci, quàm trahi necesse sit, vnde se rogat trahendam: fatetur vero, si trahatur, necessario sibi fore currendum. At nónne satis, si tam grauis indoles ad gressum dirigatur, quin etiam ad cursum concitetur? certè non satis: cum enim IESVM suum consequi studeret, non voti compos fieret, nisi currens: aliunde vero, celerrimè præcurrentem sequi, ne dum assequi, non posset: nisi colligata quodammodo traheretur. D. Ambr. lib. de Isaac cap. 3. *Festinat ad verbum, & rogat vt trahatur, ne forte derelinquatur: quia currit Dei verbum, & non est alligatum. Denique exultauit tanquam gigas, ad currendam viam: & quia egressus eius, à summo cælo, & occursus eius, vsque ad summum eius: videns se imparem tantæ velocitati, dicit attrahe.* Adcursura igitur Domino præcurrenti: neque diuini gigantis passus, cœlestis Herculis cursum assequi: nisi attracta, sicut scaphula Naui, potuisset. Et quidem aptè Sponsa, (audiat hoc Societas.) odoribus se Christi fruituram sperat, ex hoc est sic: neque enim aliter, odor Christi sumus, nisi post illum currendo: imò ex odore diuino, post quem currimus: occurrentibus proximis postea odor sumus. Quam attractus Christo, quam grandes post illum gradus gradiebatur currens Paulus: qui ingenti spiritu plenus, supramodum nihilominus grauatum se dicebat! 2. Cor. 1. v. 8. hic ergo postquam longos patiendi, id est, Crucifixum sequendi, progressus mememorat: addit cap. 2. v. 15. *Quia Christi bonus odor sumus Deo* Nimirum odorem vnguentorum Christi cucurrerat, quidni & inde cōbiberet odorem? allusit D. Paulinus epist. 3. amico suo, sanctissimo Seuero, sic scribens. *Nam tu mihi quantus es, qua mente, qua lingua es, totus desiderium es, & mihi dulcedinem Christi sapis: vt hortus mihi, vt odor agri pleni: quem in odorem vnguentorum illius currendo, legisti.* Frustra enim ad virtutis odorem spirandum adspires, nisi prius sub vehementi cursus impetu spiraueris.

D. Amb.

2. Cor. 1. v. 8.

2. Cor. 2. v. 15.

D. Paul.

253. Cant. 2. v. 8. Putares amoris vehementia impulsum, describi ab Ecclesia Christum quando dixit: *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Cantic. 2. vers. 8. & certè pungebat Christum amor, sed honor etiam ibi eum instimulabat: amator ducitur, imo trahitur ad sponsæ virtutes. Sed Dux, secum pariter trahit nonnullos, qui illius doctrinæ adhærescunt, currit igitur celer, vt ignauos cursores post se relinquat, infirmosque prætereat id honori suo tribuens si tales sortiatur milites, qui valeant cursum eius sustinere. Subit illud Sueton. in Iulio Cæsar. cap. 65. *Exactor grauissimus disciplinæ, vt neque itineris, neque prælij tempus denuntiaret: sed paratum & intentum momentis omnibus, quo vellet, subito educeret: quod etiam sine causa plerunque faciebat, præcipuè pluuiis & festis diebus: ac subinde obseruandum se admonens, repentè interdiu, vel nocte se subtrahebat. Augebátque iter, vt serius subsequentes defatigaret.* Grauior adhuc, virtutis militum suorum, exactor Christus Dominus: neque enim solū impensius. Prædicta ferè omnia obseruat: neque solum, serius subsequentes defatigat: sed etiam deserit, nisi celeriores effecti subsequantur: non

Sueton.

solum augetiter, sed & accelerat, vt tardiores, ignauiæ coarguat. D. Ambrosius lib. de Isaac c.4. D.Ambr. ad prædicta Sponsæ verba: *Vides eum salientem ad se venire: id est properantem atque currentem, & transili entem eos, qui infirmo corde, eius virtutem capere non possunt.*

254. Prou 6. v.10. Nunc iam explicabis illud Salomonis: *Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conferes manus vt dormias: & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus.* Prou.6.v.10. LXX. Interp. sed magis emphaticè legitur ex Græco: *Inde superueniet sibi, tanquam malus viator Paupertas: & egestas tanquam bonus cursor.* Sic habetur in Sixtianis. Paupertatem,& egestatem,vnam eandémque virtutis penuriam appellauit: quæ sola, vere inopia diei potest. Sed cur quæso, quæ *malus viator* dicitur: deinde *bonus cursor* appellatur? Iam multa ibi Interpretes: ego adderem, explicari genium, & ingenium vitij insequentis, quod inuolandæ animæ non tam viam facit, quam currit viam: quasi dicat Salomon: sequetur te, & assequetur culpa, quæ mala est ad ambulandum, bona ad curtendum, id est, non tam nouit, & assuescit ambulare, quam currere. Noscentibus Græcam phrasim, non inutilis videatur explicatio, existimo Ad rem. Cum insequatur hinc hostis currens, inde Christus colles transiliens præcedat: si medius dormis, Piger: nónne citissime & certissime peribis? D. D Bernd. Bernardus in sermon. *Ecce nos.* Sic ad rem nostram. *Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conferes manus: ille salit in montibus transilit colles: clamat ad eum anima: trahe me post te, in odorem vnguentorum tuorum curremus: alioqui, quando eum, remorando, tepescendo, pausando consequi sperat?* planè desperet iste talis, opus est.

255. Psl.1.v.1. David, faustum Psalmis suis principium positurus, sic erumpit. *Beatus vir, qui non abiit in concilio Impiorum: & in via Peccatorum non stetit.* Psl.1. vers.1. vbi tamen illud non ita planum videtur explicatu, cur, non stantem in via peccatorum, commendauerit: qui enim non stat, & tamen viam supponitur ingressus, vt in hoc loco, aut ambulet, aut currat, necesse est: beatior ergo videbatur vir, qui in praua ista via non solum, non stat: sed neque illam, aut ambulans, aut currens, attingit vllo modo: quo enim ab hac via remotior, eo etiam sanctior putaretur. Cur igitur, is solum qui *non stetit*, commendatur, quia eo ipso, quod sumus in hac vitâ miserâ & calamitosâ, peccati occasionibus vndique instantibus, eo ipso in via peccatorum simus, necesse est: via enim & vita, non distinguitur: satis ergo, beata alicuius fælicitas commendatur, si non stans, sed currens viam istam celebretur: nam qui currit, hinc vitia fælix euitat insequentia, inde fælicior præce- D.Chrys. denti Christo occurrit. D. Chrysologus ibi, sermon.44. *Stat ille, ille demoratur in via, qui non leuat onera peccatorum, & onustus viator tarde peruenit: & cælestem clausam sibi inuenit mansionem. Istis ponderibus impeditus flebat Propheta dicens: iniquitates meæ, supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue, grauatæ grauatæ sunt super me: & quia toto vitæ tempore has ferebat, exclamat: miser factus sum & curuatus sum vsque in finem. Peccatorum viam, viator ille pertransit, qui mala huius vitæ ridet, sed despicit: sentit, sed calcat: patitur, sed vincit: & dum fugit illa, plus currit: vnde illi occurrit cælestis ianitor, cælestis illi mansio se non claudit.* Itaque ni curris, incurrunt vitia: nec occurris Christo. Imo ideo non curris, quia vt supra dixit D. Nilus, implicaris negotiis sæcularibus, atque vitæ miseriis aggrauaris.

§. XXV.

Scientia virtuti coniungenda: ab hac oritur, aliàs, imbellis, inutilis, damnosa: nonnulla Scientiæ sic coniunctæ, encomia. Vbi obiter alia, in rem eandem.

IN hoc cursu, quo Societas sequitur IESVM suum, vt proximorum saluti incumbat diligen- 256. tior: præcipuo instrumento vtitur, doctrinâ: qua in libris, non mediocri orbis applausu editis: in cathedris, ingenti discipulorum fructu occupatis: in Concionibus, non leui auditorum habitis motione, erroribus & vitiis expugnatis, orthodoxæ fidei conuenientes virtutes commendantur. Quo tamen loco habenda sit hæc doctrina, exponitur in sum. regulâ 16. his verbis. *Omnes qui se Societati ad-* Regula Societ. *dixerunt, in virtutum solidarum ac perfectarum: ac spiritualium rerum studium incumbant: ac in huiusmodi, maius momentum, quàm in doctrina, vel aliis donis naturalibus & humanis, constitutum esse ducant: illa enim interiora sunt ex quibus efficaciam exterioribus permanere, ad finem nobis propositum oportet.* Quasi omnis doctrina, scientia quæuis, à virtutum studio aliena: vacua, inanis, & instituto nostro adultera, venerit reputanda. Ita est: scientia quippe, à virtutibus separata, nocet potius, quam proficit: inanis nil consequitur: & tanquam furioso gladius, non defensioni, iustæve pugnæ, sed temerariæ neci porrigitur, & insultibus. Denique instar doctrinæ illius Ethnicorum Philosophorum, nihil solidum, sed merum magnumque inane aucupatur. Prudenter de scientia sancta, quæ sicut Platanus iuxta aquas, vernat in plateis: Eccles.24.v.19. sic scribit Gellib. serm.5. *O beatas vere* Eccl.24. v.19 Gellibert. *plateas, in quibus sapientia sic crescit, sic exaltatur, & supereminet, perspicuam se ostendens, & non indigens quæri. Et vide quomodo seculari Prudentio, aliqui totā sui cordis latitudinem exponant, quantum distendant animum, & dilatent in plateam: vt plantent ibi plantationem infidelium, hoc est germen alienum, quomodo & continuis exercitiis, & meditatione frequenti, & doctrinâ illam irrigent. Ideo cernas in illis, latā, & vberem, & exaltatam sæculi sapientiam, & fructificantem huius mundi sensum: sapientiam vero, quæ ex Deo est, humilem & obscuram, & inueniri non posse penes illos.* Hæc quidem non tam scientia est, quam mera vanitas: nec enim ad veram & vtilem sapientiam, nisi virtutis gradibus ascenditur.

Hoc est, quod de se ipsa testatur sapientia, loco 257. supra citato: *Quasi cedrus exaltata sum in Libano, &* Eccl.24. v.18. *quasi Cypressus in monte Sion.* v.18. vterque mons, id temporis celeberrimus: Libanus, candore Niuium insignis, à colore dicitur nomen mutuatus: vt Libanus, & mons candidus, pro eodem in Cantico cap.4. vsurpentur: Sion ab infixa ad verticem speculâ, speculationis titulo commendatur. Non tamen difficultate caret, cur prius in Libano exaltetur sapientia, & inde ad Sionē, quasi ad maioris dignitatis cumulum, promouēte comparatione, eue hatur: cū alsunde Libanus & altior, & orbi notior celebretur? respondet tamen aptè ibid. Gellib. vbi de verâ sapientiâ, in profanis cordibus nō repertâ; subiungens. *Nunquid apud illos, pura, & vera, & cæ-* Gellib. *lestis eminet sapientia? &c. nūquid in prospectu inuenies illā? nunquid exaltatā sicut Cedrum in Libano, & sicut Cypressum in monte Sion? nam in his montibus exaltatam se gloriatur. Nomina ipsa mysterium continent: nec*

otiosus

ntiosus est etiam ordo verborum : precedit Libanus in
laude sapientia, Sion subnectitur: post cordis mundi con-
dorem , ad contemplauda veritatis fulgorem ascendas:
munditia meretur notitiam: non hanc litteraeoriam tan-
tum, sed quandam dulcem, & intimam, & ipsius anima
medullis infusam. Denique puritas, veritatis socia est,
& comes est, & prauia est. Ergo absque cotdis mun-
dicie, noritia tua, & litteratura tua fallitas est: fal-
sitatis socia, comes, præuia.

258. Instanre iam prælio, iubebatur olim Dux, elata
Deut. 20. v. 5. voce, nonnullos à sacro Dei exercitu arcere: *Ducee*
per singulas turmas audiente exercitu proclama-
bunt : quis est homo , qui adificanit domum nouam , &
nō dedicauit eam? vadat & reuertatur in domum suam,
ne forte moriatur in bello, & alius dedicet eā. Deut. 20.
Prou. 9 v. 1. v. 5. suppono cum Galfrido ibi, mysticè verba sum-
pta, sapientiæ domum Prou. 9. v. 1. significare: quam
vnusquisque ex omnimoda litterarura sibi con-
struit. Id tanrum verto in dubium, cut qui sapien-
tiam suā non dedicauit, id est, qui illa non est vius,
diuinis castris indignus habeatur? sed in plano est
solutio: quia qui scientiam parat, nec illa ad con-
scientiæ vtitur profectum , tanquam solidarū vir-
turum instrumento: satis colligitur, plus scientiam
curare quam virtutē : imo & bene paratá domum,
neque tamen dicatam, occursuris necessario viriis
lenocinaturam ministrare. Vnde iam non miraœ-
ris, si è castris suis expungat sæpe Societas IESV
ingenia optima, ingentique doctrinæ suppellectili
exculta: crede mihi, respuerūt sic benè ædificatam
domum dedicare: vnde militiæ nostræ inepti peni-
tus. Sed do elegantissimam comparationem, qua
Galfrid. prædictum sensum explicat hic Galsr. *Quanti ho-*
die sibimet eiusmodi domum ad ficare festinaat, sed in-
habitare dissimulant, affectantes magis facultatem, quam
vtilitatem scientia, & habere domū, quam domus vsum.
videas namque domum altam, & amplam apertis vndi-
que ostiis, & fenestris patentibus, eam iámque obsoletam
vetrascere, iámque poulatim decidere, aatequam dedi-
cetur: cuius Auctor infelix & insipiens, in plateis men-
dicat, & aliena hospitia circumit: cum domus eius satis
miseranda, nihilominus pateat alienis: illic enim aidifi-
caat volucres, & immunda quanis animalia cubant: il-
lic fures condiunt sibi : illic conueniunt altercatores &
impudici: illic symbola faciunt ebriosi. Vide ergo quam
dignus sit qui remittatur ab exercitu Domini, & eiicia-
tur de castris eius ; qui domam quidem aedificaro , sed
dedicare neglexerit. Tantum enim abest, vt scientia
in virturis fomentum non deducta aliquid vrilita-
tis conferat, vt potius vitiorum læna habeatur.

259. Holocausta sibi in odorem suauitaris poscebat
Deus, non quod animalium catne delectaretur: sed
significationem quærens quid in homine illi sa-
crificandum, gratius eidem foret, propalabat : In
Auium ergo holocausto, hominum mentes, scien-
tiarum plumis in altum volantes, sibi sacrificandas
exigere, notant aliqui, ad illud Leuit. c. 1. v. 14. vbi
Leuit 1. v. 14. ita. *Si autem de Auibus holocausti oblatio fuerit Domi-*
no, de turturibus. & pullis columba, offeret eam Sacer-
dos ad altare. Vbi tamen non parum hærent Inter-
pretes, cur ab omnibus Auibus, prædictæ tantum,
sacrificio aptæ habeantur , cur enim non aptior
Aquila Regina volucrum, solis examinatrix : quæ
præperi volatu nubes transcendens, terrena quæuis
despiciens eoitat? sed esto volandi celetitas sperna-
tur : cur saltem pennarum pulchritudo, in Pauone
non probetur, qui quot plumas gyrat, rot gemmas
rotat: qui dum caudam, vel plumeum euoluit, quot
oculis tot stellis collucescit? sed neque diuino pa-
lato ad gustum, pulchritudo : cur Cygni non hue
musica admittatur? parentat iste sibi iam moritu-
tus: & concinente Zephyro, non querulus, sed mu-
sicus dissoluitut. At forte quia vulgares Aues, di-
splicuere: quasi vero turtures & columbæ non sint
vulgariores. Esto tamen: adesto ergo Auis rarissi-
ma, Phœnicem voco: & vt in Heliopoli, vani solis
aras, holocaustum gratissimum fingeris adornare:
verioris iustitiæ solis altaribus combusta, renasce-
re fælicior. Vetumtamen & hinc Phœnix aman-
dator: solum culumbis & turturibus, diuini hocau-
sta obsequij conceduntur. Quid ita? respondet Ra-
dulphus ibi, apud Godesr. *Per Aues scientiam figu-* Radulph.
rari condiscimus. Manifestum est igitur, non illam scien-
tiam à Domino cōprobari, qua sibi magna videtur: iux-
ta illud , va qui sapientes estis in oculis vestris : vel qua
de nitore eloquentia gloriatur; vt de quibus scriptum est,
posuerunt in cœlum os suum, &c. sed turturē amat Do-
minus, & columbam. Ergo scitat a, sanctimonia socian-
da est: sine quibus, nemo videt Deum. Monemur quoque
in his auibus, illam magis scientiam appetendam , qua
gemitum docet, quā qua plausum: qua miseriam nostram
nobis aperiat, quā qua risum. Penetret ergo alius cœ-
los , solem examinet, vt Aquila, cui tot cedunt in
prædam: tibi columbæ innocēria sit vtilior. Super-
biat alius vt pauo , neque pedum vilitate admo-
nendus: tibi turturis conditio humilis, sit amicior.
Eloquens alius, Cygnū repræsentet : tu longè effi-
cacior gemito persuadebis. Alius instar Phœnicis,
de singularitate glorietur: tu de familiari cum cæ-
teris commercio, instar colūbæ impēsius placebis. 260.

Non abeamus à columba , quæ adhuc serpenti Matth. 10. v. 16.
cōparata, gratiot apparebit. Discipulos suos, & so-
cios expediturus IESVS, in orbis conuersionem: sic
subiungit: *Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio lupo-*
rum, estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices si-
cut columba. Matth. 10. v. 16. ex quo loco satis colli-
gitur, columbinam indolē, virtutisque simplicita-
tem. scientiarum prudentiæ nō officere: imo falli,
quisquis has familiatiter non putat copulandas:
ideo Tertullian. aduersus Valentinianos hæreticos
c. a. sic scribit. *Simplices notamur apud illos, vt hoc tā-* Tertull.
tum, non etiam sapientes: quasi statim deficere cogatur, à
simplicitate, sapientia; Dominus vtranque iungente, esto-
te prudentes , vt serpentes , & simplices sicut columba.
Habet tameo mysterium non leue, sed altius exa-
minaudum: cut cum tot alia, in sapientiæ symbo-
lum afferre posset Christus in hoc loco; columbæ
serpentem potius , quam quoduis aliud Animal
connecteret : certè Elephanto , belluarum nulla
prudentior: cur ergo saltem huc Elephas non vo-
carur? cur bestiarum dirior , & fœdior , serpens
vnice adiicitur? propterea ; qoia ditior , quia fœ-
dior : cum aliunde columba , auicularum sit mi-
tiot, atque puriot. Nimirum in his diuersis extre-
mis, si copularentur , tota discipulorum perfectio
consistebat: ideo tamē tam dissitá códitione appo-
nuntur: vt discerent Apostoli, hæc ipsa si disiunge-
rentur inuicem: è seorsim relictis, nō æquè aliquid
boni promanare: serpens enim, nisi columbâ rēpe-
retur, solum damnū afferet : nec sicut Elephas v. g.
aliunde commendabitur. Bona ergo per se simplex
virtus, licet sapientiæ commixta, melior: sapientia
vero absque virtute, veneni instar serpentini abo-
minanda. Hinc acutè subiungit Tertullian. *Si nos* Idem.
propterea insipientes , quia simplices : num ergo
& illi , propterea non simplices , quia sapientes?
nocentissimi autem , qui non simplices : sicut stul-
tissimi , qui non sapientes. Et tamen malim in eam

partem, meliori fumi vitio: si forte prastat minus sapere, quam peius: errare, quam fallere. Nihil grauius dici potuit stylum Afri assequentibus: amœnius tamen vulgo est, quod statim addit, post pauca. Idem. *In summa Christum columba demonstrare solito est, serpente tentare: illa & à primordio, diuino pacis praco; ille à primordio, diuina imaginis prado: ita facilius simplicitas sola, Deum & cognoscere poterit, & ostendere: prudentia sola concutere potius, & prodere.* Quod quam sit verum, experientia quotidie demonstrat.

261. Neque mirum est, si scientia per se absque virtute, serpentino veneno deputetur, cum sciamus, nihil dæmonem enixius contendere, quàm vt scientia in illo perseueret, & augeatur: quem aliunde virtute spoliauit. Dubitant sacri Intetpretes ad illud ex lib. 2. Reg. 1. Reg. 10. v. 4. *Tulit Honon seruos David, rasitque dimidiam partem barba eorum.* cap. 10. vers. 4. quonam tenderet genus hoc ludibrij. In vsu tunc erat apud illos, vt captiuorum capita, per summam ignominiam raderentur: videbatur ergo potius hoc dedecore, Amonita Princeps, Dauidis Nuntios, quos exploratores credidit, affecturus: aut saltem barbæ, (tanquam virilitatis & fortitudinis insigni) inlusurus: non tam dimidium eius, quam totum videbatur, ad turpiorem erasurus infamiam: sicut hodie in damnatis ad triremes, fieri consueuit: neque enim in hoc ludibrio, risus tantum, sed etiam infamia quærebatur. Sensum litteralem alibi aperui: mysticum dat hîc Stephan. Cant. Stephanus Cantuar. non ineptè, his verbis. *Barba fortitudinem notat. Duplex fortitudo debet esse in Pralatis, operis, & sermonis: media pars barba rasa est, quando Pralatus fortis est in sermone, & non in opere. moluit autem filij Amon, id est maligni spiritus, vt media pars radatur, quam tota: quoniam quanto sapientiores sunt Pralati, si male viuunt, maius scandalum faciunt.* Tantum enim abest, vt scientiam absque virtute dæmon impugnet, vt potius illam fouere, tanquam impietati suæ perutilem studeat: merito igitur à virtute potius, quam à doctrinâ ministeriis nostris inditam efficaciam, in Regulâ admonemur.

262. Quidni? scientia certe ex se, nihil sanctitatis: at sanctitas ipsa, ex se, verioris scientiæ multum importat: virtus nuda sapit & docet: fallit & ignorat nuda scientia: denique non raro iusti ab inferiore luce plus doctrinæ hauserunt, quàm ab Scholis impij, haurire possunt. Vnde illud Elisæi: 4. Reg. 3. v. 17. *Non videbitis ventum, neque pluuiam, & alueus iste replebitur aquis: & bibetis vos, & familia vestra.* 4. Reg. 3. vers. 17. sic ibidem Stephan. Cant. Stephanus Cantuar. allegorizat. *Non videbis ventum, id est, conflictum disputationum: neque pluuiam doctrina: & alueus replebitur aquis scientia. Hoc sape videtur in claustralibus, qui Scholas non intrant, nec disputationibus intendunt: & scientiam habent per gratiam, qui se humiliant.* E contra vero impij, è voluntate proterua, obscurandæ menti tenebras videntur effundere: vera enim illa sententia Ric. Vict. Ricardi apud Godest. ad cap. 41. Genes. *Teporem affectionum, semper sequitur, vel comitatur sterilitas cogitationum: & quantum tepescit affectus ad concordiam charitatis: tantum hebetatur intellectus, ad perspicaciam veritatis.* Cum ergo tepor affectus, acumen hebetet intellectus: quidni iste vitiis penitus obscuretur: sicut voluntatis virtutibus solet illuminari? Nimirum veram scientiam à virtute tantummodo adhærente metitur Deus.

Docebat Christus Dominus, discrimen legum, 263.
quo gratia, ab antiqua lege dissidebat, deinde sic Matth. 5.
subiungit: *Qui autem dixerit fratri suo, Raca,* v. 23.
reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehenna ignis. Matth. 5. vers. 23. extrema & grauissima pœna, grauissimæ extremæque culpæ videtur mensura: aliunde vero non tantum in his titulis infamiæ inesse visum, vt is qui illos obiecerit, districtæ seueritatis sententiam mereatur: cur enim indoctus fortasse frater, & aliunde ingenio tardus, mente hebes, tam durè habeat, tam molestè ferat, si fatuitatis titulo denotetur: vt inde denotans grauioris sceleris reus obstringatur? respondet D. Chromatius tract. de octo Beatit. D. Chrom. *Vetat dici fratri Raca, id est, vacue, & inanis: non enim debet dici vacuus & inanis, qui fide & Spiritu sancto, plenus est. Neque debet frater fatuus appellari, qui credendo in Christum, diuina sapientia gratiam consecutus est.* Quasi dicat: sapientiam, à fide, & Spiritus sancti gratiâ metitur Christus, non ab ingenij acumine, aut humanâ litteratura: merito igitur damnatur ille, qui horribili mendacio, per summam contumeliam, fatuitatis næuo fratrem decolorat, quem vera de virtutibus sapientia cohonestat. Neque enim tam mentis scientia, quam conscientiæ puritas, veræ sapientiæ apud Deum obtinet rationem: sed pari passu, scientia vera currit, cum conscientia: quod si altera relinquenda, conscientiam sapientiæ præponere, opus est. Petrus Cellensis lib. de consc. P. Cellens. *Salua reuerentiâ sapientia, vtilius est currere ad conscientiam, quam ad sapientiam, nisi sapiens sit, qui adificat conscientiam. aquis passibus ad mentem veniunt conscientia, & sapientia: vt nunquam veniat sapientia, sine conscientiâ, nunquam conscientia, sine sapientiâ. Ad quem finem nihilominus incessu proportionali, vtraque & sapientia scilicet, & conscientia, tanquam vehiculum proprium, animam deducunt.* Nónne igitur merito reus est extremi supplicij, qui purissimam conscientiam, quasi à vera sapientiâ alienam, fatuitatis titulo insigniuit? optimo etiam iure vult Cellensis, currendum potius ad conscientiam, quam ad scientiam, quandoquidem hæc vt sæpe dixi à virtutibus spoliata, spolium potius sit mortis, quam vitæ administra. Drogo Ostiensis lib. de Pass. explicans vasa illa non pauca, quibus vacuis, oleum infundendum 4.
Reg. 4. v. 3. de sensibus Scripturæ, quibus diuinæ 4. Reg 4. v. 3.
gratiæ oleum & lumen ministrandum, vt proficiant, alias inutiles reputandi: sic addit ad rem nostram. *Intelligo Domine vasa vacua esse litterales quosdam, & historicos sensus Scriptura tua, qua non pauca sunt, vt totiet mundus ea capere non possit, qua quidem vasa sanctissimi templi tui, Babylonius Rex, hoc est superbia principatus, captiua sibi ducit, suisque conuiuiis, non ad gloriam, sed ad ignominiam suam seruire cogit, vsurpans sibi scientiam legis tua, & bibens in vasis sanctuarij, vinum prostitutionis sua, vnguentisque meretriciis, donaria tua commaculans. Propter quod & ex aduerso parietis, crudelis sed iusta, contra eos sententia conscribitur.* Ad morté enim est illa scripturæ sciétia, quæ gratiæ vnctione nó fouetur.

Ecclesiæ dentes, id est, studia, quibus cœlestium 264.
mysteriorum cibus, in animæ nutrimentum scinditur, & paratur: sic Christus comparauit: *Dentes* Cant. 4. v. 2.
tui sicut greges tonsarum, qua ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas. Cant. 4.

Cant.4.vers.2.quam vero aptè ab ouibus & lotis, & tonsis, ad hæc studia, sumatur comparatio, lege Gillibert. apud Gillibertum ibi serm.24.nihilominus adhuc quædam obstrepere videntur. Quorsum enim fœtibus gemellis, insignes oues huc vocantur? imò cur inde nulla sterilis dicatur, quod binis fœtibus gaudeat; cum licet vnum tantummodo haberet, merito non sterilis, sed fœcunda, dicenda Idem. videretur? sed respondet eleganter idem Gillibertus. *Sterilitas reputatur, si vel vno fueris fœtu contentus: si potuisti ad sacratum aliquem in scripturis intellectum pertingere, vnum iam peperisti fœtum: bonus profectus & ingens, sed insufficiens sacrato sensui, si affectus non respondeat: sterilis est intelligentia, quam non coæua & germana comitatur deuotio.* Certè magnus profectus & ingens, sed per ordinem, ad compartem: Si enim in primo tantum intelligentiæ fœtu consistere destinares: non solum studium tuum sterile: sed & fœtus ille tibi noxius, vt iam supra vidisti, haberetur. Non grauabor hîc transcribere Philonis Iudæi verba, sed intercepta: expendens enim cur munda habeantur animalia, quæ vngulam diuidunt, & ruminant: Leuit.11. v.3. Leuit.11. vers.3. vnde defectu primæ conditionis, Vers.4. camelus: vers.4. sicut defectu secundæ, porcus Vers. 7. reprobatur: vers.7. sic habet lib. de Agricult. post Phil. Iud. longam de studiosis contextam allegoriam. *Quid enim prodest naturas rerum ab ipsis exordiis diuidere, vel vsque minutissimas, & non in seipso idem facere, nec sui partes diuisas habere: sicut quidam non incongruè solent nominare indiuidua: hoc enim sagacitatis, & acutissimæ solertiæ fuerit argumentum euidens: cæterum nullam vtilitatem, ad rectam honestamque vitam attulerit, &c. Sed quamuis intellectus seipso acutior factus, tanquam medicus corporum, sic ipse naturarum anatomiam exerceat: nihil inde ad virtutem lucrabitur: diuidet ille quidem vngulam, distinguere, discernereque valens singula: non ruminabit tamen vt iuuetur, hoc cibo, &c. Ideo rectissime sophistas sic viuentes, legislator noster confert cum suibus, qui nullâ re purâ, sed turbidâ cœnosâ, turpique vitâ se oblectant, ad saturitatem vsque: ait enim suem esse impurum animal, quia diuidit quidem vngulam, non ruminat tamen.* Habes ex mente Philonis, quo loco sint ponendi, & quibus comparandi sophistæ, id est, (vsitata eiusdem phrasi) Doctores illi argutissimi, qui spreto conscientiæ fructu, scientiæ subtilitatibus indulgent auidissimi.

265. At vero scientia virtuti coniuncta, nullum non encomium promeretur: licet enim plus virtuti tribuendum: multum nihilominus illi deberi, fateamur necesse est: idque obiter prædicta regula attestatur: dum enim *maius momentum* in virtute fatetur, plusque ad ministeria nostra efficaciæ, quàm in doctrinâ: Secundas saltem doctrinæ deferendas declarauit. Hinc est quod ibidem, aliis donis naturalibus & humanis confusè prolatis, sola doctrina exprimitur, ac si ista cum virtute componi, déque gloriâ decertare præsumeretur. Ita est: vni virtuti cedit sapientia: sapientiæ verò, potestas, nobilitas, & si quæ sunt alia grandia conceduntur. Petro Ecclesiæ suæ primatum concessit Christus, huic supremi Sacerdotij infulæ assignantur, cælestis regni claues committuntur. Et tamen audis Paulum dicentem: *Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem restiti, quia reprehensibilis erat.* Galat. 2. v.11. Gal.2. vers.11. vides, qua fiduciâ, membrum, capiti: qua integritate Principi, subditus opponatur? parum id: ipse Petrus de Paulo locutus, ita habet post multa de diuinis institutionibus: *Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis* Epist. 2. Pet. 3. v.13. 2.cap.3. vers.13. non filium, vt par erat subditum, sed fratrem, vt æqualem appellauit: dictataque sua, quod magis mirum est, Pauli testimonio voluit, tanquam sacro diplomate confirmata. Hinc & Ecclesia pleno ore, quasi vtrumque ex æquo reuereatur, hos, *Apostolorum Principes* debuccinat. Ecquid, inquis, in Paulo tantum eminet, vt cum Petro, reuera Principe, ad æmulationem gloriæ videatur conferendus? sapientia nimirum, illi data. Non contendo an doctior Paulus, cæteris Apostolis: certè doctrina eius vberior, & clarior ad nos manauit: vt quantum potestate sibi traditâ, reuerâ condiscipulis Petrus præstat, tantum sapientia excellere Paulus videatur: vnde ob istam, iam cum Petri Sacerdotio summo conferri, iam cæteris præferri intelligatur. Huc tendit D. Ambros. D.Ambrosius serm.66. vbi ita. *Cum omnes Beati Apostoli, parem gratiam apud Dominum sanctitatis obtineant: nescio tamen quo pacto, Petrus & Paulus videntur præ cæteris, peculiari quadam in Saluatorem fidei virtute præcellere: quod quidem ex ipsius Domini iudicio possumus approbare. Nam Petro sicut bono dispensatori, clauem regni cælestis dedit: Paulo tanquam idoneo doctori, magisterium Ecclesiasticæ institutionis iniunxit: Scilicet, vt quos iste erudierit ad salutem, ille suscipiat ad quietem: & quorum corda Paulus patefecerit doctrinâ verborum: eorum animabus Petrus aperiat regna cælorum.* Sic doctoratûs corona, coronæ potestatis comparatur: vt vnde Petrus hinc eminet, inde Paulus cernatur radiare. Pergit Ambrosius. Idem. *Clauem enim quodammodo scientiæ a Christo & Paulus accepit: clauis enim dicenda est, qua ad fidem, peccatorum dura reserantur, mentium secreta panduntur, &c. Ambo igitur claues à Domino perceperunt, scientiæ iste, ille potentiæ: diuitias immortalitatis ille dispensat, scientiæ thesauros iste largitur: sunt enim scientiæ thesauri, sicut scriptum est: In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.* Sermo est de Christo, in epist. ad Col. 2. Col.2. vbi obiter pende, claue scientiæ, ipsius Christi eorum thesaurorum scilicet depositum reserari: sicut potentiæ claue, cæli ostia panduntur: an non magis Dominum ipsum, quam regnum eius ingredi, æstimandum: sicut maius longè foret, si ad humani regis pectus, quam si ad eiusdem conclaue, aditus pateret purpuratis? Cõcludit tandem Ambrosius. D.Ambros. *Ergo Beatus Petrus & Paulus, eminent inter vniuersos Apostolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt. Verum inter illos, quis cui præponatur incertum est: puto enim illos æquales esse meritis, qui æquales sunt passione.* Quasi in retroactâ vitâ, non plus potentiâ virtuti coniunctâ Petrus: quam coniunctâ virtuti scientiâ Paulus mereretur.

266. Sed parum si doctrina sancta, tam supremæ potentiæ conferatur: certè & potentiæ, nobilitate etiam generis fulcitæ, præferendam quandoque, non negaueris. Descendenti IESV in Iericho, adclamauit cæcus: IESV, *fili Dauid, miserere mei.* Mar. 10. v.47. Mar. 10. vers.47. stetit interim Dominus, & præcepit illum vocari, accedentique subdit: *quid tibi vis faciam?* Vers. 51. Vers.51. sed quorsum ad se vocat, quorsum vota quærit: quibus præcognitis, poterat etiam distans facile satisfacere? credo, vt cæcus digniori aliquo obsequio se disponeret ad beneficium capiendum: quasi non simpliciter donum, sed quod gloriosius est, præmium reportaturus: Idem Luc. 18. v.40. pende quod additur: *Cæcus autem dixit ei, Rabboni vt videam.* Vers.51. Luc. cap.18.v.40. *Domine,*

vt videam. Credo, quia vtrumque coniunxerat cæcus, Chriſtumque Dominum Magiſtrum appellarat. Sed ad rem vocarat cæcus Chriſtũ *filium Dauid*: qoo titulo, & Imperium & nobilitas declaratur: nec ſatis adhuc obſequij putatur præſtitiſſe: niſi glorioſiori titulo Magiſtri, Dominum effeciſſet: & qui priori officio non diſponitor, ſecundo reuerentis amoris blandimento, oculorum

Origen. ſalutem reportauit. Origenes homil. 13. in Matth. *Venit ad* IESVM, *& digniofiore voce confeſſus eſt, dicens, Rabboni: digniofius eſt enim dicere, Rabboni, vel ſicut in aliis dicit, Domine: quam fili Dauid vnde & Dominus, propter illud quidem quod dixit, fili Dauid miſerere mei, non præſtitit ſanitatem*, &c. *propter hoc autem, quod dixit Rabboni: dicit ei: vade, fides tua te ſaluum fecit.* Sic obligatur Chriſtus, quaſi à cæco, nil maius, nil reuerentius audiri poſſet.

§. XXVI.

Scientia ſancta nil venale exponit: lucrum & gloriolam reſpuit: impenſa, non expenditur.

267. SEd neque ſatis, ſciẽtiâ virtutibus comptâ, exultaret Societas: niſi ab illâ, quidquid venale eſt, penitus auertiſſet. Ideo in Regula 27. ſum. ſic præcipitur. *Omnes qui ſub obedientiâ ſunt Societatis, meminerint ſe gratis dare debere, quæ gratis acceperunt, nec poſtulando, nec admittendo ſtipendium, vel eleemoſynas vllas, quibus Miſſæ, &c.* Ne vero ſolummodo pecuniarum ſtipendium, à ſcientiâ ſanctâ ablegari

Reg. Soc. videretur: Vide quid Regula ſcholaſt. prima, his adiiciat. *Animi puritatem cuſtodire, & rectam in ſtudiis intentionem habere, ſcholaſtici noſtri conentur: nihil aliud in his, quam diuinam gloriam, & animarum fructum quærentes: ad hunc enim ſcopum, ſtudia Societatis diriguntur.* Ergo quamuis pecunioſis ſtipendiis renunties: ſi adhuc nihilominus, vanæ gloriolæ, applauſibus, ſimilibuſque indulges blandimentis: iam ſcopo Societatis aberraſti: hunc enim illa ſibi, ſolummodo in Dei gloria, in proximorum

Petr. Cell. ſalute deſignauit. Dixit aptè Petrus Cellenſ. lib. 2. de Tabern. *Quæcunque doctrina, aut mores non componit, aut fidem non inſtituit, aut charitatem non accendit: vana eſt, nec vt aurum ditat, ſed vt lutum ſordidat.* Quaſi doctrina ſancta, & munere ſuo functa, ſatis in ſe, ſibi habeat ſtipendij, ſatis poſſeſſorem ditet: quam proinde meritò Salomon, omnibus huius ſæculi bonis antepoſuit. Videamus pauca de vtroque ſtipendio euitando.

268. Quærebat ſponſa Chriſtum anxia, poſtque longos circuitus, exclamat querula: *Quæſiui illum, & non inueni: inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatem, nunquid quem diligit anima mea*

Cant. 3 v. 3 *vidiſtis?* Cant. 3. verſ. 3. & quidem mihi mirum, in tot vicis, in tot plateis, vbi vigiles, id eſt, Doctores vrbem ipſam tuituri excurrebant: neminem vidiſſe, à quo vel leue IESV ſui nuntium expiſcaretur: putaremque id factum, quia attoniti, & nouitatem quærendi, in ſponsâ demirantes, hærentem vocem faucibus, retinebant. Quid mirum? nouum erat & inauditum apud multos, vt quærentibus cæteris quæ ſua ſunt, ſponſa, ſolum quæ IESV CHRISTI erant

Gellibert. inquireret. Fauet Gellibertus ſerm. 5. ita ſcribens. *Quærit apud illos* IESVM, *quorum quærit profectum in ipſo: quærit per vicos & plateas, ſed non in omnibus inuenire poteſt: quæſiui, inquit, & non inueni illum. Paulus, omnium ſitiebat ſalutem, in viſceribus omnium, Chriſtum inuenire cupiebat: ſed enim audi quid dicit, quomodo quoſdam deplorat: neminem inquit vnanimem habeo, omnes quæ ſua ſunt, quærunt: non quæ* IESV-CHRISTI. *Putas apud eos inueniri Chriſtus queat, qui ipſum vt inueniant, non quærunt?* Nimirum, quærebant hi, licet Doctores, Chriſtum: non vt illum, ſed vt per illum, ſua commoda inuenirent, non IESV gloriam, tanquam ſcopum, in doctrina & diſputationibus ſuis, ſibi proponebant. Ideo

Idem. pulchrè iuxta & verè, addit idem Gellibertus. *Multos quidem ſic quærentes reperies, aliud præter ipſum, ſed tamen per ipſum. Tractatur in conſiliis, diſceptatur in iudiciis, in ſcholis diſputatur, cantatur in Eccleſiis. Religioſa ſunt hæc negotia. Sed vade ad exitus aquarum: & penſa quis generalior, iſtorum finis ſit operum: vide ſi non per hæc omnia, quædam exerceantur mercimonia de Chriſto: quæſtuoſa res, nomen eſt Chriſti: nil penſius, nil optatius, fœlix tamen qui nominis huius virtutem ſectatur.* Huic ergo fœlicitati inhiat Societas, dum rectam in ſtudiis ſuis intentionem habere conatur: præſcia veriſſimam eſſe illam ſententiam, quâ tandem hic concludit Gellibertus: *Non inuenitur*

Idem. *forma inſtitia, ſi piorum operum, non eſt intentio pura.*

269. Vnius Achan peccatum, vniuerſo Iſraëli formidinem iniecit, vt hoſtibus turpiſſimè terga verteret, donec tandem lapidatus, omnibuſque eius bonis igni traditis, furorem iraſcentis Domini ſopiuit. Quæ autem tanta eſſet culpa, vnde in totum populum labes manaret, fatetur ipſe Achan his verbis. *Vidi inter ſpolia pallium coccineum, valde bonum, & ducentos ſiclos argenti regulamque auream quinquaginta ſiclorum, & concupiſcens abſtuli, & abſcondi in terra, &c.* Ioſ. 7.

Ioſ. 7. v. 21. Steph. Cantuar. verſ. 21. notauit aptè Stephanus Cantuar. ibi: in hoc auro, in regulam deducto, auream ſapientiam intelligi, è cuius normâ, cætera omnia veniunt regulanda. Eſto. Sed cur tam aſperè, in ſapientiæ furtum inuehatur Deus? quot ſunt, qui ſapientiæ lumen quodammodo ſurripiunt, illud ſub modio abſcondentes, neque tamen propterea, in totam communitatem deſæuit ira diuina? crederem in hac figuratiua hiſtoria, non tam furtum, licet graue: quàm latebras illas in terra, grauiores damnari ſapientia non vtcumque ſubſtracta, ſed etiam in terram deducta ab vno: omnes conturbat ſocios, omnes fœdat. Si quis ergo in hac Societatis noſtræ acie, ſcientiam ad terrena deduxerit, tam longè ab ſcopo nobis propoſito deuians: is certè non ſe ſolum, ſed totam Socie-

Ioſ. 7. v. 25. tatem conturbabit: audietque illud Ioſuë ibidem ad Achan. *Quia turbaſti nos, exturbet te Deus, in*

Stephan. Cantuar. *die hoc.* Verſ. 25. ſed audiendus Stephanus citatus, qui ſic ſcribit. *Aurea regula eſt ſapientia, quæ vitam noſtram, quaſi regula, lineam in rectum ducit. Hanc furatur, qui ſapientiam retorquet ad aliud, quam ſibi à Domino datur: ad multiplicanda ſcilicet temporalia, &c. Hanc regulam abſcondit in terrâ, qui terrenis inhiat, qui terrena cogitat, & ſectatur.* Hic ergo fuit ſapientiæ abuſus, quo Deus in tam aſperam totius exercitus pœnam, fuit prouocatus.

270. Cum ſecundo prodiit ſponſa, de qua paulo ante dicebamus: fœliciores inueniens, IESV ſui, miniſtros, exclamauit: *Tulerunt pallium meum*

Cant. 5. v. 7 *mihi, cuſtodes murorum.* Cant. 5. verſ. 7. tulerunt quidem, non tam in vſum ſuum, quàm ne eodem ſponſa implicaretur: & merito: quæ enim vt ſupra ex Gelliberto vidiſti, ſic IESVM apud homi-

nes

nes quærebat, vt in ipso eosdem inueniret proficientes, quasi salutaris doctrinæ iam magistra: nihil terrenum, quod superfluum foret, portare debuit: ne tam docile ingenium terrenis inbiare videretur.

Gellibert.

Idem Gellibertus ibi serm. 45 *Tulerunt pallium, &c. Quodammodo dicentes. quid impedita curis, quæris dilectam? quid istas tecum voluis molestias? si non penitus deponis officium, cur non solitudines, ad horam saltem deponis? non detrectamus studiis, sed instantia volumus detrahas: noli anxietatem quæstus, necessitatis verbo retexere. Quid bonum in te finis ingenium terrenis obrui? quia illos æmularis? in oneribus positi iumentis comparantur: terrenis inhiant, terrena mandunt, studio ruminant, vorant afflicta, ponuntur in sublimi, sed volutantur in limo.* O quot eximiæ litteraturæ viri, ingenium terrenis obruerunt: & prætextu quærendi necessaria, superfluis Ecclesiasticis redditibus inhiantes, prioris doctrinæ ærarium obscurarunt! vespertilioni merito, horum scientia solet comparari, auiculæ scilicet apedi, & nocturnæ, quam Leuit. 11. v. 19 abominatur Deus, quasi suorum escis execrabilem.

Leuit. 11. v. 19.

Cuius symbolicam significationem, non insulse aperit ibi Stephanus Cantuar. his verbis.

Stephan. Cantuar.

Vespertilio circa terram volat, & vespere tantum, vnde & nomen accepit: pennis etiam pro pedibus vtitur, quando ambulat. In isto ergo satis congruenter expressi sunt, qui sæculari scientia prediti, circa terram volant, qui sola terrena sapiunt, meridiemque diuinæ cognitionis ignorant: cumque incedendum quoquam fuerit, pennis vehuntur pro pedibus: quia in sæcularibus proficere æstuantes: eandem scientiam, non ad alios fructus, nisi ad lucra conuertunt. Væ tibi si alas, quas aëri sulcando accepisti, conuertendis terrenis addicis: ab Aquila, in vespertilionem degenerabis.

271. Imò neque satis, si lucra & quæstus terrenos euitaueris: si adhuc vanæ gloriolæ, & plausibus doctus inhias; præfixum Societati nostræ scopum aberrasti: solum diuinæ gloriæ, & proximorum saluti destinatum. Hinc illa Dei verba ad Iob.

Iob 38 v. 24.

Per quam viam spargitur lux, & diuiditur æstus super terram? Cap. 38. vers. 24. ab eodem sole, & lucis claritas, & æstus feruor emanat: vt à scientiæ acceptæ radiis, vt mens illustris, sic etiam voluntas feruida reddatur. Vnde igitur, lux ista plus diligitur, quàm feruor? respondet Gellibertus serm. 24.

Gellibert.

Sterilis est intelligentia, quam non cœna, & germana comitatur deuotio. Semen est verbum Dei: & in eo sicut apud Iob legis, lux & æstus spargitur super terram: sed nescio quo pacto lux amplius germinauit, & dilexerunt magis homines lucem, quam feruorem: nisi quod ipsi magis, sibi de luce placent, qui id ipsum quod lucet, non amplectuntur. Aliud est amplecti lucem scientiæ; aliud de scientiæ luce sibi complacere: amplectitur scientiæ lucem, qui honestatem diligit illius: complacent sibi, de eiusdem luce, qui gloriolam & splendorem eius quærunt. si in te vberior germinat, lux ista quam æstus: necessario malam herbam reputaueris: semper altius crescit, quæ inutilior. Sed de hoc lucis & feruoris discrimine, nescio vbi, iam fusior disserui. Nunc satis illud eiusdem Gelliberti, qui expendens vota illa Ecclesiæ, Spiritum S. inuitantis: *Veni auster, perfla hortum meum.* Cant. 4. vers. 16. sic scribit serm. 49.

Cant. 4. v. 16. Gellibert

Qui perflat, & impenetrabile nihil est illi; spiritus iste subtilis est, acutus, & mobilis perflans, non inflans: scientia inflat, charitas perflat: charitas interior est, quam scientia, & ad secretiora pertingit. Si ergo inflantem scientiam quæris: puto perflantem spiritum spreuisti.

Hæc est illa Dei querela apud Aggæum: *Seminastis multum, & intulistis parum; comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati.* Cap. 1. vers. 6. de quo D. Gregorius homil. 10. in Ezech. ita. 272.

Aggæu. 1. v. 9. D Gregor. Mag.

Multum cordi suo seminat, sed parum infert, qui de mandatis cælestibus vel legendo, vel etiam audiendo, multa cognoscit, sed negligenter operando parum fructificat: comedit, & non saturatur, qui verba Dei audiens, lucra vel gloriam sæculi concupiscit: bene autem non satiari dicitur, quia aliud mandit, & aliud esurit. Nihil tristius fingi potest, quam ita verba Dei sacras scientias è libris, aut è præceptore ediscere, vt interim esurias: dum enim adulterum scopum lucri, & gloriolæ, his præponis: à legitimo illo, in quo vera est refectio, exerrans: misera torquearis fame necesse est. quid enim hoc est aliud, quam instar ethnicorum Philosophorum, (quibus, & aurum, & sophias, finis erat) studiis incumbere? de his autem, in prodigo illo Euangelico Luc. 15. expressis: sic habet D. Petrus Chrysol. serm. 5.

D. Petrus Chrysol.

Luxuriosus per desideriam sæcularis eloquentiæ, per scholarum lupanaria, per triuia sectarum, dissipauit Dei Patris, dementi disputatione substantiam: & cum consumpsisset coniecturis, quidquid erat sermonis, scientiæ, rationis, iudicij: egestatem in summam, famem magnam cognoscenda veritatis miserrimus sustinebat: quia Philosophia, quærenda veritatis induxit laborem, veritatis inueniendæ fructum, intulit nullum. Sic adultera meretrix quæ est sapientia absque virtute: quidni ergo famem, & egestatem inducat: aberratoque scopo, fructum non percipiat.

Aduerte tandem, regulam illam quæ præcipit *gratis demus*: Sic loqui, vt alterum præcipiat, alterum supponat: supponit dandam, communicandamque doctrinam: solumque immoratur præcipiens, id gratis faciendũ; meminerimus. Vtrumque merito: primum, quia nihil est scientiâ diuinâ, communicabilius: ideo Exod. 26. v. 35. mensa extra velum, cum tamen in sacratissimis numeretur, construitur: quia mensa illa, quam sapientia posuit Prou. 9. vers. 2. quantumuis sacrata sit, nemini syncere accedenti, vult haberi secreta: quia vt absque fictione discitur, sic etiam absque inuidia communicatur. D. Bruno apud Godefr. ad locum Exodi citatum: ita. 273.

Regul. Soc. Exod. 26. v. 35. Prou. 9. v. 2. D. Bruno.

Mensa ponitur extra velum: quia scientia sacri eloquij, nulli inuidiosè absconditur, sed cunctos satiat, qui ad eam cum gratiarum actione desiderant accedere. Secundum, æquè debitum, cur enim gratis non demus, id quod & gratis accepimus; & aliis infundentes, non amittimus? De senioribus illis, quos sibi segregandos præcepit Deus; sic statim ipse ad Moysem: *Et auferam de spiritu tuo, tradamque eis: vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris.* Numer. 11. v. 17. neque tamen id dicitur doluisse Moyses, aut, ereptam spiritus sibi partem, lamentatur: quin pro beneficio, absque dubio rem accepit, quam beneficij nomine, Dominus apparabat. Quid ita? quia nouerat id quod gratis acceperat: sic ab illo in alios gratis refundendum: vt & sibi intactum maneret, & communicatum, alios exornaret. Petrus Damianus ibi, apud eundem.

Num. 11. v. 17. D Petrus Damian.

Sane eo quod de spiritu Moysi tolli dicitur, atque aliis dari: nullum Moyses dispendium sui spiritus pertulisse credendus est. Velut si ab ardente lucernâ, lumen qualibet materia mutuetur: nullo propter hoc lucerna, proprij splendoris detrimento minuitur. Sic in te scientiæ, quæ communicata non minuitur: Sed & parat tibi socios & cooperatores,

eum quibus partitus proximorum onus, degis ſuauius. Sed de ſcientia Mercaturæ immixta, plura dixi in opuſculo, de optimo genere ſcribendi. Inde repete.

§. XXVII.

Affectus erga conſanguineos, qualis: quàm vehemens: qui caſtigandus.

274. QVia tamen ſolet non raro euenire, vt religioſi viri, qui vel ex Chriſtianâ modeſtiâ, vel ex priuato religionis ſuæ inſtituto, lucta ſibi ſcientia non capiant: in conſanguineorum gratiam, eadem abutantur: (quorum amore tracti, ſic venalem doctrinam exerceut, vt ſolummodo eorum aut lucris, aut honoribus, ſtudere videantur:) cauit prudenter Societas, tam alumnorum ſuorum, vberem Deo dante præſagiens doctrinam, ne conſanguinei vltra debitam religioſæ charitatis lineam amarentur. Ideo regula 8. ſum. poſt alia

Reg. Soc. ſic habetur. *Curandum ei eſt, vt omnem carnis affectum, erga ſanguine iunctos exuat, ac illum, in ſpiritualem conuertat: eoſque diligat eo ſolum amore, quem ordinata charitas exigit: vt qui mundo, ac proprio amori mortuus, Chriſto Domino noſtro ſoli viuit: eumque, loco parentum, fratrum, & rerum omnium habet.* Quaſi tam alte viſceribus inhæreat affectus iſte, vt niſi iam perfectè mortuus, & mundo, & amori proprio fueris: ſemper in te miſere viuens præſumatur. Certè vix vllus affectus ſui importentior, (vtpotè primo aſpectu non erubeſcendus) religioſos viros ſolet inquietare: vix alius periculoſius perfectioni collocat inſidias.

275. Litauerat præmiſſo ſacrificio Abraham: cum iam Deus beniuole ad fœdus condeſcendens, amicum hominem, futurorum notitiæ vult participem: vt ſit iſte per gratiam conſors arcanorum, quæ ſibi naturæ iure patuerunt: ſic ergo Deus, ad Patriarcham. *Scito prænoſcens, quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum, in terrâ non ſuâ, & ſubiicient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem, cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo: & poſt hæc egredientur cum magnâ ſubſtantiâ.* Geneſ. 15. verſ. 13. nihil huic reuelationi cohærentius videbatur, quam exprimere, quæ nam foret gens illa, apud quam Abrahami progenies ſeruitura: ſi conuenit, vt noſcat captiuitatem, quare captiuantes hoſtes ignorauerit? ſed erat fortaſſe prouincia illa remotiſſima, quam etiam expreſſam, Abraham ignoraret: nihil minus: vicina quippe erat Ægyptus, in quam paulo ante ipſe Patriarcha fuerat peregrinatus. Ergo quid ſubticetur? reſpondet

Oleaſter. ibi Oleaſter. *Licet Dominus hîc prædixerit Abrahæ futuram ſeminis captiuitatem, non tamen ei prædixit, quo loco, neque à quibus, detinendi eſſent: ne vir ſanctus odio haberet eos, a quibus ſemen ſuum eſſet affligendum: & malus eſſet, antequam mala ab hoſtibus pateretur.* Quaſi tam inſitus nepotum affectus Abrahæ infigeretur: vt egregia etiam tanti viri virtus, periculo videretur exponi, præſentis odij, in futuros interim maleficos, præoccupandi: & qui ſæpe inimicis ſuis pepercit: ſuſpectus, ne conſanguineorum acerbiori commoueretur iniuriâ, habebatur.

276. Mutandus ergo hic affectus carnalis, & vt regula præcipit, in ſpiritualem conuertendus: neque enim tam impio odio iubemur proſequi cognatos, quam illos ordinato diligere amore: quod tunc euenit, cum illis, diuinæ ſi fortè legi obuiantibus, renuntiamus. Ineundo inuicem fœderi, Iacob & Laban ſoceri, tumulum erexerunt, ingenti aceruo lapidum conſtructo: *Quem vocauit Laban, tumulum teſtis; & Iacob, aceruum teſtimonij.* Geneſ. 31. verſ. 47. cum autem teſtimonium audis abſolutè poſitum, diuinum illud intelligas neceſſe eſt, quod à verbo Dei, tanquam propoſitam regulam, iuſti venerantur: hoc enim vt infallibile, ſic antonomaſticè dicitur teſtimonium. Sed cur hoc ſolo teſtimonio, à ſocero, parentibuſque ſuis, Iacob & eius vxores ſeparantur? reſpõdet ibi Stephanus Cantuar. ita. *Per Laban auunculum Iacob, carnalem intellige parentelam: debemus itaque, fœdus inire cum parentibus noſtris, ſed in monte Galaad, id eſt, in teſtimonio ſcripturarum: vt ſcilicet eos diligamus, quomodo & quatenus de earum auctoritate nobis præſcribitur. Non enim abiicere debent hunc affectum, etiam perfectionem profeſſi, nam & Chriſtus, perfectionis forma, in cruce poſitus, curam habuit matris ſuæ: nec tamen propter eam deſcendit de cruce: ſicut nec Iacob, propter Laban, de monte.* Fruſtra Socius IESV, affectum tuum, erga carnales parentes commendaueris, niſi huius affectum imiteris: iſte autem tenerrimè dilectam matrem ita curat, vt tamen cæleſtis Patris voluntati morem gerere, & prius vt par eſt habeat, & antiquius: ita vt ſi, per impoſſibile, dilectiſſima mater diſſentiret: illa hac ſpretâ, dilectiori Patri adblandiretur. Geneſ. 31. v. 47. Steph. Cantuar.

Diſcipulo illi, qui dixerat; iam iam ſecuturus IESVM: *Domine permitte me, primum ire, & ſepelire Patrem meum.* Matth. 8. verſ. 21. quâ, nulla poſtulatio æquior videbatur: nulla pietati addictior: nulla aut naturæ aut diuino, de honorandis parentibus præcepto coniunctior: reſpondit nihilominus IESVS: *Sequere me, & dimitte mortuos, ſepelire mortuos ſuos.* Verſ. 22. ita ne? vltimum, tam debitæ pietatis officium, interdicitur? potuit diuinæ ſequelæ, diuini implementum mandati, obuiare? pietatis ipſe Magiſter, qui è cruce moribundus matrem curat; mortuo diſcipuli Patri exequias denegauerit? abſit: Sed imperfectæ pietati, debitũ ordinem adminiſtrat. D. Chryſologus ibi, ſerm. 19. *Nunquid ſic Chriſtus negat vltimum pietatis obſequium; vetat extremum munus, parentibus quod debetur? non pietatis obſequium negat: ſed diuinam præponit, humanis affectibus, ſeruitutem. Audite, quid diſcipulus dixerat: permitte mihi primum ire: hoc ei non primum eſſe debuit, ſed ſecundum: terrenus Pater, cæleſti poſtponendus eſt Patri.* Hæc eſt ordinata charitas: nec enim aliter odiſſe cognatos præcipimur, niſi dum perfectioni obſtrepere reputantur. Ad illud Dei ad Moyſem: *Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt:* Exod. 3. v. 5. ſic habet ibi D. Bruno, apud Godefr. *In terrâ ſanctâ, non licet habere calceamenta: non licet indui pellibus mortuorum: ideo enim Adam in paradiſo nudus, exiens Zonâ pelliceâ indutus eſt.* Vt iam te in ſanctâ religionis, terrâ, ſacrilegè incedere cognoſcas citóque ab hoc paradiſo expellendum: ſi mortuorum tuorum cutis inuolutus, diuini obſequij ſeruitutem, his poſtponas. Fuit certè, expellendorum iam iam protoparentum, ſignum certiſſimum, quod mortuorum pellibus, addicerentur. 277. Matth. 8. v. 21. Verſ. 22. D. Chryſ. Exod. 3. v. 5. D. Bruno.

278. At, inquis, exaſperantur parentes, queruntur conſanguinei, terrici nos ingenij inſimulantes, duræ indolis: ſi nos, humanis ſuis non ſentiant condolentes. Querentur certè, & meritò, ſi te adhuc priuatis tuis viuum & vigilem expertis negotiis

negotiis suis sopitum & penè mortuum intellexerint: cur enim, qui, laici instar humana tibi tractas: consanguineorum profanis & litibus & negotiis, non indulseris? vnde autem, non iniurij, & irridendi prudentibus, queri possint: si tu iam perfectissime tibi, mundo mortuus: illorum etiam negotiis mundanis moriaris? ideò in Regula prædicta, & mundo, & amori proprio mortuus requireris, vt hinc illorum querelas sopire queas: & iniquas probare. Instituebat discipulos suos Christus, dicens: *Si quis venit ad me, & non odit Patrem suum, & matrem & vxorem, & filios, & fratres, & sorores: adhuc autem & animam suam; non potest meus esse Discipulus.* Luc.14.v.26. quibus

Luc. 14. v.16.

si opponas illa alia testimonia, de honorandis Parentibus, amandis fratribus, vxore diligendâ, passim in scripturis reperta: trita iam vulgo est

D Gregor. Magn.

responsio D.Gregor.homil.37.vbi ait: *Si vim præcepti perpendimus, vtrumque agere per discretionem valemus: vt eos qui nobis carnis cognatione coniuncti sunt, & quos proximos nouimus diligamus: & quos aduersarios in via Dei patimur, odiendo. & fugiendo nesciamus.* Ergo non tam odimus consanguineos, quam perfectioni, ab eisdem obiecta impedimenta: quam illorum susurros, diuinæ inspirationi obstrepentes: imò tunc reuerà sub odij velo, spirituali illos prosequimur amore. Ideò acutè

Idem.

addit ibi Gregor. *Quasi enim per odium diligitur, qui carnaliter sapiens, dum praua ingerit, non auditur.* Sed nunc iam pende, non nudè indixisse Christum, odium in propinquos, ne aut nobis seuerior videretur: aut impij hoc præcepti prætextu, violantes consanguinitatis iura, se tuerentur: quin potius sic verba temperauit: vt & Discipulis sancti odij præscriberet rationem: & cognationi carnali, totius querimoniæ ansam præcideret Hæc est vis, illius verbi quod additur: *adhuc autem & animam suam.* De quo sic gra-

Idem.

uissimè concludit idem Gregorius. *Vt autem Dominus demonstraret hoc erga proximos odium, non de affectione procedere, sed de charitate, addidit protinus dicens, adhuc autem & animam suam: odisse itaque præcipimur proximos; odisse & animam nostram: constat quia amando debet odisse proximum, quia sic eum odit, sicut simetipsum: tunc enim benè nostram animam odimus, cum eius carnalibus desideriis non acquiescimus, cùm eius appetitum frangimus, eius voluptatibus reluctamur.* Nouerint ergo cognati, temetipsum tibi odio esse sancto: tunc nec ausi mutire, si pari tecum tibi affectu, ipsi habeantur.

279. Neque tamen, dum audis cognatis non obstrepentibus perfectioni, aliquid concedendum: nimiam illorum familiaritatem, tibi præsumpseris indultam: periculosissima est hæc res, vt omnes Patres, & quotidiana testatur experientia: nec enim ex hoc frequenti commercio, tu illos facilè ad perfectionis viam. è sæculo auocaueris: nec toties isti, te sibi tam moribus, támque verbis diuersum, vt par est, experti: poterunt nisi tædio prosequi, & fastidio. Certè non potest amicitia cohærere inter eos, qui sub tam diuerso rerum ordine collocantur. Socij, & fortasse contribules erant latrones illi, quorum vnus à dextris, & alter à sinistris IESV crucifiguntur:

Luc.24. v.33. v.39. v.40.

Luc.24.v.33. Quorum iste in blasphemias, v 39. ille verò in pia vota rapitur: imo & blasphemantem increpat dicens: *neque tu times Deum*, &c. v.40. miraris tam diuersos affectus? miraris vnde malus furore turbetur: neque boni exemplo atque verbis componatur? At mihi magis mirum, quod medius IESVS, idque eo loco & tempore, quo profusissima cum sanguine misericordia emanabat: nec illius furori, mentem: nec huius reprehensioni efficaciam indulsisset: fortassè vt moneret eos, quos è sæculi sinistrâ, ad perfectionis dextram euocauit: ne spe attrahendi alios propinquos in sinistrâ relictos, nimia in hos fetantur familiaritate; sed vtplurimum interposito IESV medio perseuerent: relicti fremant, orent assumpti; neque dum sic perseuerant, familiare ineant commercium, quibus vera non amplius iniri potest amicitia. Abbas Isaias orat. 17. de Abb.Isaias.

mundi abrenunciatione: ita. *Dominus noster IESVS-CHRISTVS, cum suam ergo genus humanum, in Cruce, misericordiam ostenderet, latrones duos, cum inter ipsos medius esset, separauit: turbatus est autem is, qui a sinistris animaduertens necessitudinem prauam, quæ sibi cum alio, qui à dextris pendebat, intercesserat, esse diremptam. At ipse cum humilitate, & timore in IESVM intuens, memento, inquit, &c. Amici non sunt igitur amplius: nec potest is, qui à dextris est, alteri persuadere, vt à malo vitæ proposito recedat.* Qui IESV, dexter militas, eóque medio, à sinistra necessitudine cognatorum separaris: quandoquidem non ita facilè hos attrahis: in sancta inimicitiâ perseuera: ne te iterum illi, per nimiam familiaritatem ad se trahant.

Hinc autea illa sententia D. Hieronymi, in 280.

D.Hieron.

epist.ad Heliodor.vbi post multa ad hanc rem, sic concludit. *Ex hac supputatione, illa summa nascitur; Monachum, perfectum in Patria suâ esse non posse: perfectum autem esse nolle, delinquere est.* cum enim inimicos hominis, domesticos eius sciamus, semper cognatorum turbas perfectioni sentier in Patriâ obstrepentes: nec explere mensuram debitam ibi poterit. Coluit Israël vitulum, turpem Deo bestiam præponens: surgit in zeli iusti vindictam Moyses: Leuitásque pios, aduocat in ministros: ad quos, idololatris iam interfectis, ait Moyses: *Consecrastis manus vestras, hodie Domino: vnusquisque in filio, & fratre suo: vt detur vobis benedictio.* Exodi 32.v.29. D.Prosper Aquitan. lib.de

Exod.32. v.29. D Prosper Aquin.

Promiss. Dei, p.2. cap.4. vertit: *Implenistis manus vestras, hodie Domino.* Quasi non satis consecrarentur Leuitæ Deo, nisi implerentur: nec vnquam ad hoc iustum perfectionis implementum, nisi ex pio, in cognatos impios odio, peruenirent; neque enim satis prisca Leuitici ordinis consecratio, ad perfectionem: Sed tunc incepit quodammodo, cum ab hoc odio accepit implementum. Concludit ergo grauiter S.Doctor. *Tales in* Idem.

his, discipulos nostri Mediatoris ostendit: quibus ait IESVS: *Si quis venit ad me & non odio habeat, Patrem, matrem, fratrem, filios, insuper & animam suam, non potest meus discipulus esse.* Ideò prædicta regula nostra, quam attulimus, sic incipit. *Vnusquisque eorum, qui Societatem ingrediuntur, consilium* Regula Soc.

illud Christi sequendo, qui dimiserit Patrem, &c. existimet sibi patrem, matrem, fratres, & sorores, & quidquid in mundo habebat, relinquendum: imò sibi dictum existimet verbum illud: qui non odit Patrem & Matrem, insuper & animam suam, non potest meus esse discipulus.

Quod si perfectionis amor, à noxio consan- 281.

guineorum affectu non te retrahit: retrahat saltem ipsa tui Philautia: id intelligens, non te, sed tua sibi quæri à consanguineis: à quibus omnino desertus sperneris, cum scientiæ, dotiúmque tuarum fructus exhauserint: exsuctóque succo,

te

te iam miſerum, vt inutilem derelinquent. Perculſus Iob vlcere peſſimo, vrbem deſeruit: vbi

Iob 2. v 8.

enim nos legimus: *Teſtâ ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio.* cap. 2. v. 8. expreſſius vertunt aliqui,

Græca.

imò addunt, *ſidens extra vrbem in ſterquilinio.* Quæ opinio apud multos longè probabilior habetur: quibus Iobi etiam Regia, euerſa creditur. ſed cur ſaltem in aliena domo non ſedebat? quid extra vrbem ſolatij inueniret, qui ſuauius, in cognatorum domo requieſceret? Certè ita eſſet, ſi tamen cognatis piis vteretur: Sed qui ſibi fœlicem & beneficum coluerant: poſtquam percuſſum ſentiunt, abiecerunt: & extra vrbem deportandum, feris exponendum, ipſis longè ſæuiores

Polychron.

decreuerunt. Polychronius in Cathena ibi. *Sedem extra vrbem in ſterquilinio, ad atrocitatem malorum, ſortitum eſſe dicebamus: Ciuibus enim eius, atque cognatis, calamitatis adſpectum, quaſi non amplius ferentibus, vrbe egreſſus eſt: vt qui a mundo iam eſſet alienus.* Tales vt plurimum experitur cognatos, vir religioſus: qui tamen ſi à mundo iam alienus, è bona litteratura, aliiſque dotibus euehatur: ſubitò eoſdem ſentiet adulatores: nouámque ab eodem captantes vtilitatem, fructum exſucturos, muſcis importuniores experietur. Hinc eſt, vt Iobo tandem ad priſtinum ſtatum reſtituto, addat

Iob 42. v. 11.

ſacer textus: *Venerunt autem ad eum, omnes fratres ſui, & vniuerſæ ſorores ſuæ, & cuncti qui nouerant eum prius: & comederunt cum eo panem in domo eius; & mouerunt ſuper eum caput, & conſolati ſunt eum ſuper omni malo, quod intulerat Dominus ſuper eum: & dedit ei vnuſquiſque ouem vnam, & inaurem auream vnam.* cap. 42. v. 11. venerunt ſcilicet, non tam Iobo, quam ſibi: nec amantium ſyncerè muniſcula afferunt, quàm hamata. deſeruerant miſerum impudentes, & impudentiores fœlici adblandiuntur. Auctor Cathenæ ibi.

Olymp.

Fortaſſis propinquorum inhumanitatem, diuinus ſermo perſtringit: qui ſimulatam amicitia, propinquitatiſque ſpeciem imitarentur: quandoquidem ab eo, cum premeretur ærumnis longius abfuiſſent: vbi verò eſſet rebus tranquillitas reſtituta; tunc auditione, ſuperiora accepiſſent, atque gratulandi cauſâ aduolaſſent. Loquitur cum guſtu ad verſionem Græcam, quæ emphaticè

Græca.

habet: *Audierunt autem omnes fratres eius*, &c. Eo enim impudentis proteruiæ deuenerant, vt ſimularent, ſe euſque ſuperiora Iobi infortunia non audiuiſſe, quaſi quæ extraneos & remotiores Principes moleſtos ſcilicet conſolatores ad ſterquilinium attraxerant, vicinos conſanguineos, latere potuiſſent: ſed qui obſurdeſcebant malis, captandæ fœlicitati aures arrigebant: vt in muniſculis, non amorem, ſed hamum exhiberent. Nec aliud præſumas de illis, qui tibi pauperi, religioſam nunquam veſtem: iam verò in Eccleſiam fortè electo, totum Epiſcopalem mittunt apparatum, lippus, imò & cœcus, ſi non videas.

282. Sed, ô te miſerum, ſi hoc hamo, à debiti tenoris menſurâ extraharis: ſi vt propinqui diteſcant, pauperes defraudaueris. Poſtquam infauſtus diues ſtillam aquæ, ſibi non impetrauit: ſubdit infauſtior: *Rogo ego, te Pater, vt mittas eum in domum Patris mei, habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tor-*

Luc. 16. v. 27.

mentorum. Luc. 16. v. 27. Falſum eſt, quod hic aliqui coniectant, ſic tenacem fuiſſe prauum huius affectum erga propinquos, vt plus illorum, quam ſuam doleret condemnationem: falſum, ſi quid veræ charitatis, hic præſumas. Illud ergo veriſſimum habendum, reprobum dum adhuc viueret fuiſſe diuitis huius, erga fratres affectum, qui adhuc in inferno durabat, vbi nihil moralis honeſtatis reperitur. Ecquis tandem, inquis, hic affectus? Præſumo, ſic fratres, adhuc viuentem dilexiſſe, vt eiſdem ditandis, epulo excipiendis, & tandem hæreditate fruituris: Lazarum, alióſque pauperes, per ſummam auaritiam defraudaret: durat autem amor iſte, vtpotè malus, adhuc in inferno: eo vel maximè ne ipſe ſæuius torqueretur, eos ſemper iuxta ſe videns, qui ſibi ſupplicij cauſſam extiterunt: quid enim æternum ſæuius non fremeret, horum aſpectu tortus, quos vt diuitiis fœliciores relinqueret, infœlicitatis ſuæ habuit adminiſtros? Saluianus lib. 3. ad Salvianus.

Eccleſ. Cathol. ad hunc locum. *O infœlix, ac miſeranda conditio! bonis ſuis aliis præparat beatitudinem, ſibi afflictionem, aliis gaudia, ſibi lachrymas: aliis voluptatem breuem, ſibi ignem perennem. Vbi erant tunc affines, vbi propinqui, vel filij ſi habueras? vel germani quorum meminerat, & quos certè tanto amore dilexit, vt eorum ne in ſupplicio quidem poſitus obliuiſceretur?* Non obliuiſcitur, addam ego, ſed amat adhuc: quia amor inordinatus in conſanguineos, vt in ſæculo parat infernum, adornat pœnas, ſic in ipſis pœnis poteſt perſeuerare. redeo.

Quamuis autem cuiuis Religioſo, noxius hic affectus, illis tamen qui Proximorum ſaluti incumbunt, peſtilens: neſcias enim vnde propinquorum cura mentem ſic abſorbeat, vt ab omni pio ſtudio retrahatur. Huic morbo, heu! ſi ſemel ſuccubueris, ipſam æternam Proximorum ſalutem, propinquorum vel honori vaniſſimo, vel leuiſſimo cuiuis commodo poſtpones: & quaſi rationis impos reptaberis miſerrimè. Deploratiſſima fuit, pace Prophetæ dixerim, Ionæ amentia: qui ſaluandis Niniuitis, & vniuerſo regno conuertendo, à Deo expeditus: ſurrexit tamen, *vt* 283.

Ionæ 1. v. 3.

fugeret in Tharſis à facie Domini, & deſcendit in Ioppem, & inuenit nauem euntem in Tharſis, & dedit naulum eius, & deſcendit in eam, vt iret cum eis in Tharſis à facie Domini. cap. 1. v. 3. armatur inde pelagus in vindictam, deſpumat rabiem, & criſpatur procellis: in nauigium animatum paratur bellua, in cuius ventre, tanquam in carcere mobili, tanquam in viuo ſepulchro ſepelitur: vt & bruto, & fluctibus ineſſe ſenſus obſequij, qui à viro receſſerat, videretur. Quæris vnde deluſo Prophetæ, tam delyrans proteruia, amentia tam ridenda, vt ab vniuerſorum Domino, fugam ſibi, ſtultus crederet, adornandam? Audi Theo- Theophyl.

phylactum ibi, cap. 1. qui poſtquam alias afferet rationes, hanc ad rem noſtram ſubdit commodiſſimam. *Præterea, & Iudæorum accuſationem fore cogitans, Niniuitarum obedientiam, vt qui ignoto & alienigenæ, fidem adhibuiſſent viro: cum ipſi contribulibus Prophetis non crederent, qui Prophetias etiam ſuas cum miraculis confirmarent.* En quo, cognatæ ſibi gentis amor, impulit Iônam, cuius vt ficto conſuleret honori, veram tantæ vrbis conuerſionem ſpreuit amens, conculcauit delyrans.

Homines ad pœnitentiam vocaturus, venit Baptiſta, iam præſenti Meſſiæ, id eſt, Chriſto Domino, perditos, lucraturus: at homines per ſtultam contumaciam, ipſum ſeruum Domino præponere conati. 284.

Miſerunt ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum. Tu quis es? Ioan. 1. v. 19. de quo Ioann. 1. v. 19.

benè D. Chryſoſtomus hom. 15. in Ioan. ita. *Mittunt autem ad eum, vt per adulationem, ipſum alliciant, ad confitendum, ſe Chriſtum eſſe.* ita eſt: Sed adhuc D. Ioannes Chryſoſt.

mirum,

nirum, qui sibi persuadere possent Iudæi, qui sperare, Ioannem ad tam impiam arrogantiam, alliciendum? audierant certè, (erant quippè vulgarissima,) miracula, quibus eius natalis, fuerat consecratus: videbant hominis vitam, Angelicæ simillimam: nihil in Baptista erat, vnde clarissimum sanctitatis iubar, non radiaret: & tamen, nisi per summam imprudentiam, præsumant adhuc, sic constantem virtutis excelsæ turrim euertendam? planè, quamuis vera inde abesset prudentia: nihilominus, per sæculi prudentiam, per humanam calliditatem, nulla aut robustior machina, aut subtilius poterat apparari stratagema. Erat Ioannes vt nosti, è Leuitica Tribu, è genere Sacerdotali: accipit Legatos, Sacerdotes, & Leuitas consanguineos, quibus ingens honos accresceret, si ipse Messiæ titulo coleretur: vt ergo nihil euertendo Baptistæ, fortius poterat expediri: Sic nullibi iste sanctior agnoscitur, quam dum conculcato cognationis affectu, horum, & commodis & honoribus non cedens, Christum adorat. Longè in aliam mentem,
Origen. tendit hic, Origenes, à quo illud tantummodo capio in rem nostram, quod sic obseruat. *Ierosolymis Iudæi: vt qui Ioannis, qui generis Sacerdotalis erat, cognati essent: Sacerdotes & Leuitas mittunt.* Cum ergo ex Chrysostomi & aliorum Patrum mente, dolus, in hac Sacerdotum legatione à Iudæis missâ, intercederet, infero non immeritò, consanguinitatis blandimento, Ioannem putauisse deturbandum.

§. XXVIII.

Ab spiritualibus Magistris, eorúmque consilio, res nostras digestas velimus: non vero, ab amicorum sæcularium iudicio.

285. VT Societatis Alumni, prædicti hucusque instituti perfectioni respondeant facilius, tantóque munere perfectius fungantur: mirè conducunt Regulæ illæ aliæ, quibus, à Confessario rerum omnium suarum notitioso, dependentia; suæque conscientiæ claritas, apud superiores, commendatur.
Regula Soc. Hinc Regula 6. sum. *Quisque suum stabilem habeat Confessarium, cui ipsius conscientia prorsus aperta*
Idem. *sit.* Item Reg. 7. ibidem. *Qui autem alij, quam suo Confessario designato confiteretur, debet postmodum, (quantum recordari poterit,) eidem suo Confessario, totam suam conscientiam aperire, vt nihil ignorando, quod ad eam pertineat, melius in Domino possit eundem iuuare.* Nimirum prudentissimo senioris consilio, rebus spiritualibus Præfecti, incedimus tutiores; nec habent ibi locum dæmonis fallaces insidiæ, vbi humilitatis huius lux splendet: pereunt certè tentationum tenebræ, ad totius reuelatæ
Idem. conscientiæ, claritatem. Hæc est Reg. illa 40. *Quicunque hanc Societatem in Domino sequi volet, & in eadem, ad maiorem Dei gloriam manere: sub sigillo confessionis, vel secreti, vel quacunque ratione ei placuerit, & ad maiorem ipsius consolationem fuerit: debet conscientiam suam magna cum humilitate, puritate, & claritate manifestare.* Et quæ deinceps fusè
Idem. sequuntur. Et iterum Reg 41. *Nullam debent celare tentationem, quam Præfecto rerum spiritualium, vel Confessario vel superiori, non aperiant: imò verò totam animam suam, illis integrè manifestam esse, pergratum habeant: nec solum defectus aperiant, sed etiam pœnitentias; vel mortificationes, ac virtutes omnes: voluntate purâ optantes, ab illis dirigi, sicubi à rectitudine deflecterent: nolentes suo proprio sensu duci, nisi conueniat cum iudicio illorum quos Christi Domini nostri, loco habent.* Planè hac via, Anachoretæ prisci, Cœnobitæ, cæterique viri Religiosi, perfectionis culmen tutius tenuerunt: súbque prudentissimâ districtionis huius obseruantiâ, amotis virtutum impedimentis, dæmonis dolos penitus superarunt. Multus passim, de hac re vetustissimus
Cassianus, magni Chrysostomi Diaconus, & di- Cassian.
scipulus: libo pauca lib. 4. cap. 9. ita. *Ad quod vt facilè valeant peruenire, consequenter instituuntur, nullas penitus cogitationes prurientes in corde, perniciosa confusione celare, sed confestim vt exorta fuerint, eas suo patefacere seniori: nec super earum iudicio, quidquam suæ discretioni committere: sed illud credere esse malum, vel bonum, quod discusserit ac pronuntiarit senioris examen. Itaque fit, vt in nullo circumuenire iuuenem, callidus inimicus, velut inexpertum, ignarúmque præualeat, nec vlla fraude decipere, quem præuidet non suâ, sed senioris discretione muniri, & suggestiones suas, velut ignita iacula, quæcunque in cor eius iniecerit, vt seniorem celet non posse suaderi.* Plura ibidem cap. 37. & cap. 39. Sed pulchrius Idem.
Col. 2 cap. 10. & 11. & seq. Vtramque ergo necessariæ in primis doctrinæ partem: vel quæ ad petendum consilium, vel quæ ad declarandam pertinet conscientiam, (quibus maximè Societatis nostræ profectus, stare puto,) nonnullis è sacro penu adhibitis, illustrabo.

Mirum est, & sacramentis grauidum, discri- 286.
men illud, quo Hebræi pastores, & gentiles Magi, ad Christi adoranda cunabula vocitantur: illos Angelus, hos allicit stella; ibi loquentis vox, hic nuntiantis signum tantummodo percipitur: & quod maius est, rusticis & balbutientibus hominibus; locus certus, inueniendo puero Deo, designatur: *Natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid.* Luc. 2. v. 11. At verò Magis doctissimis, sic nuntium defertur: vt adhuc multa obscura circumportet: vnde hæsitantes quærunt: *Vbi est, qui natus est, rex Iudæorum?* Matth. 2. v. 2. Ecquid caussæ, cur Rustici, ab Angelo apertissimè se prodente, immediati magisterij radiis illuminante, instituantur: Sapientes verò Magi, ab stella mutâ, cósque ad Sacerdotes & Scribas transmittente, illuminentur? Quia illi, licèt agrestes, iam tamen in fide veterani: hi, licèt humanis scientiis cultissimi, adhuc tamen in fide tyrones, & spiritualem viam incipientes: frustra autem coneris, quantumuis sapientissimus, spiritualis vitæ rudimenta, è cœlo tibi tradenda, si alterius hominis doctrinam dedignaris: si dum potes, consilium tamen capere spernas. Non est longè ab hac mente
D. Chrysolol. serm. 159. vbi ita. *Israëlitici pastores* D.P.Chrys.
super gregem suum vigilantes, Angelis nuntiantibus, cognouerunt: hodie in eadem carne manifestatum, Gentiles Magi, curiosa sectantes, signis indicantibus cognouerunt. Illis ortum Dominicæ natiuitatis, annuntians locuta est vox spiritualium ministrorum: istis stella, tanquam lingua cælorum: dicunt illi, ad quos sæpius Prophetæ missi fuerant: transeamus vsque Bethleem, &c. Dicunt isti, quibus nullus vnquam locutus fuerat Prophetarum, & sciscitantes interrogant: Vbi est qui natus est, &c. qui ergo licèt rustici, iam diu per homines Prophetas fuerant instituti: iam semel tandem ab Angelo absque periculo edocentur: Magis verò aliunde sapientissimis, prima tunc erat lux infusa, vnde ad homines, instituendi remittuntur.

Quæsitus Christus Dominus, an repudiare 287.
vxorem, esset licitum, respondit negans: cui deinde

cum

Matth. 19. v. 7. & 8. Deuter. 24. v. 1.

cum opponeretur: *Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere?* Matth. 19. v. 7. (de quo lege cap. 24. Deut.) ſubdit diuinus magiſter v. 8. *Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri, permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic.* Quibus verbis, vt probabilior fert explicatio, non tam facultas, quam permiſſio à Moyſe Hebræis concedebatur, ſacrilego diuortio ineundo. Sed quidem ſunt difficillima verba Deuter. cap. citato, v. 1. quæ ſic habent. *Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fœditatem: Scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo ſua.* Neque enim clarior, non tam permiſſio diuortij, quam facultas, imò & præceptio, exprimi poſſe videbatur. vnde ergo ante diuinam IESV Doctoris noſtri interpretationem, viri ex illo populo ſancti, coniectare potuiſſent, non ſibi facultatem dari, ſed permiſſionem? inde ni fallor, quod non repudium vtcunque, & ad libitum, ſed ſcripto libello parabatur. Sed quid, inquis, hæc libelli deſcriptio, vt ex illâ coniectaretur, inuitum Moyſem, non tam indulgentiam culpæ, quam duritiæ permiſſionem conceſſiſſe? reſpondet poſt alia

D. Aug.

D. Auguſt. tom. 6. lib. 10. contra Fauſt. cap 26. *Præſertim quia vt perhibent, apud Hebreos, ſcribere litteras Hebræas nulli fas erat, niſi ſcribis ſolis, cum & excellentiorem profiterentur ſapientiam: & ſi qui eorum eſſent, æquitate ac pietate præditi, non tantum profiterentur, ſed & ſectarentur. Ad hos igitur quos oporteret eſſe prudentes legis interpretes, & iuſtos diſſidij diſſuaſores, lex mittere voluit eum quem iuſſit libellum repudij dare, ſi dimiſiſſet vxorem: non enim poterat ſcribi libellus niſi ab ipſis: qui per hanc occaſionem & neceſſitatem, venientem quodammodo in manus ſuas, bono conſilio regerent: atque inter ipſum & vxorem pacificè agendo, dilectionem concordiámque ſuaderent.* Quaſi ſatis apertè mentem ſuam manifeſtaret Moyſes, dum libellum ad hos doctos pióſque Scribas, neceſſario venturum exigebat: ſatíſque clarè non veniam, ſed permiſſionem repudij ſibi factam, intelligeret quiuis timoratus: dum id magiſtrorum ſuorum iudicio videbat inculcatum: quorum conſilio aut ſtare debebat, aut ſi minus fœdum neceſſario lapſum incurſurus. tanti nimirum putauit Moyſes, iudicium Magiſtrorum apud ſuos faciendum: vt in re tanti momenti, (quam iuſtis de cauſſis obſcurè proponebat,) ab illorum conſilio mouendos ſperaret: aut ſemetipſos ſibi, deinde inexcuſabiles habendos.

288. Si ad littus aliquando acceſſiſti, quando ferueſcentes tempeſtate fluctus, è commotis maris viſceribus, fæces euomunt, egerentéque æſtu, ad terram impellunt: non aliunde vnquam, aut fœdius, aut tetrius exhalatos odores affirmaueris, aſſuetis etiam nautis nauſeam commouentes, caput deturbantes. Hinc ergo miranda illa Iob comparatio, de dæmone locutus: *Feruefcere faciet quaſi ollam, profundum mare: & ponet quaſi cum vnguenta bulliunt.* cap. 41. v. 22. vnde enim vnguentorum ſuauitas, è turpiſſimo halitu euaporet? quid fœtens pelagus, in balſameam fragrantiam commutetur? non reapſe dæmon procelloſi mundi huius, rerúmque ſuarum conditionem mutat, ſed apparenter, miro artificio, & vſitatis præſtigiis, puſillorum ſenſibus inludens: ingenti ergo Magiſtrorum ſpiritualium diſcretione opus eſt, vt occulta fallacia detegatur: ad quos niſi recurras, fruſtra præcipitium præſumpſeris euitare. Solum ergo, Prophetæ, aut filij Prophetarum peritiſſimi, (vt legis 4. Reg. 4. v. 40.) deprehenso dolo, poterunt exclamare: *mors in olla*, tu, niſi horum conſilio regeris, vitales ibi odores imaginaberis. Solum Apoſtoli fiducialiter dicunt: *Non circumueniamur à Satana, non enim ignoramus cogitationes eius.* 2. Cor. 2. v 11. tu verò circumuentus peribis, niſi ad Doctores confugiens, inſtituaris. Sed præſtat audire Gellibertum ſerm. 17. poſt alia, quæ dedi alibi, de verbis Iob. *Aut filius Prophetæ eſt, aut certè Propheta, qui mortem in olla deprehendit, & vapores eius, ab Aquilone venire. Sulphurei ſunt vapores, quos olla carnis tuæ ſuccenſa euomit: & tu in his, balſami tibi videris odores ſentire: ſi, per te, neſcis balſamum verum, à mixturâ diſcernere: veni ad Prophetas, veni ad filios Prophetarum Apoſtolos, qui te mixturarum differentias doceant, quâ in ollâ, more ſit. Talis Paulus, qui dicere auſus eſt, non ignoramus aſtutias eius.*

4 Reg. 4. v. 40. — 2. Cor. 2. v. 11. — Gellibert.

Quid? neque ipſe Paulus, in tantam diſcretionem peruenit, niſi tritâ hac viâ, & proinde ſecuriſſimâ, expertus prius in ſe, quod deinde per eundem experimur. Proſtratur ille ſpirans adhuc minarum, erigendus: & dum ſe totum iam Domino commendat tractandus, inſtituendus, audit ab illo: *Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere* Act. 9. v 7. putares ibi pacatius, ab eodem Chriſto, edocendum: & tamen vt noſti, futurus Orbis Doctor, Ananiæ Diſcipulo vulgari, addicitur in diſcipulum. Quid ita? Quia licèt Paulus in ipſo ſuo tyrocinio, veteranos multos excederet, cauit tamen Deus, ne nos, (quæ eſt hominum proterua contumacia, aut contumax arrogantia, cupientium vbique, proprio iudicio adhærere, quaſi digni, qui à Deo immediatè illuminemur,) ne nos, inquam, miraculo tanto abutentes: ſpretis Magiſtrorum conſiliis: ab ipſo immediatam doctrinam captaremus. Caſſianus col. 2. c. 15. *Mittit itaque & hunc, ad ſeniorem, eúmque illius potius doctrinâ, quam ſua cenſet inſtitui, ne ſcilicet, quod rectè geſtum fuiſſet in Paulo, poſteris malum præſumptionis præberet exemplum: dum vnuſquiſque ſibimet perſuaderet, ſimili quoque modo ſe debere, Dei ſolius magiſterio, atque doctrinâ: potius, quam ſeniorum inſtitutione formari.* Vbi plura de eodem Paulo, qui poſt acceptum Euangelium à Chriſto, poſt tot ſigna, tot prodigia exercita apud Gentes, aſcendit in Ieruſalem, vt, *cum ſuis Coapoſtolis & anteceſſoribus, priuata quodammodo, ac domeſticâ exercitatione conferret.* Sed ſunt mira verba Pauli, quæ ſic habent. *Aſcendi autem ſecundum reuelationem, & contuli cum illis Euangelium, quod prædico in gentibus,* &c. *Ne fortè in vacuum currerem, aut cucurriſſem.* Gal 2. v. 2. ipſe quidem qui Euangelium à Chriſto acceperat reuelatum: nouam accipit reuelationem, vt illud cum ſuis conferat condiſcipulis: collaturúſque aſcendit: aliàs *in vacuum* curſurus: ſi quantumuis à Deo illuminatus, ſapientum ſperneret collationem. Aptè igitur concludit Caſſianus. *Quis ergo iam præſumptor, ac cæcus ſit, qui ſe audeat ſuo iudicio, ac diſcretioni committere: cum vas electionis, indiguiſſe Coapoſtolorum ſuorum, ſe collatione teſtetur.* 289.

Act. 9. v. 7. — Caſſian. — Idem. — Galat. 2. v. 2. — Caſſian.

Neque mirum ſi Paulus, diuinitus accepta oracula, refert ad Coapoſtolos: ipſo etiam naturæ lumine Ethnici, quæ, è cœlo, prodigia concipi, putabant falsò, non niſi pleno aliorum Concilio, & ventilatis conſiliis approbabant. Inde illud Æneæ apud Virgil. lib. 3. 290.

Virgil.

Delectos populi ad Proceres, primúmque Parentem,
Monſtra Deum refero, & quæ ſit ſententia, poſco.

Nimirum, veriſſima eſt illa Senecæ ſententia epiſt. 25.

Senec.

epist. 25. *Omnia nobis mala solitudo persuadet: cum iam profeceris tantum, vt sit tibi etiam tui reuerentia: licebit dimittas Pædagogum: interim te, aliquorum auctoritate custodi.* Nemo autem, eò præsumptionis deuenerit prudenter: vt iam sui sibi inesse reuerentiam sic existimet, qua nullatenus, aliorum consilio indigeat: quandoquidem semper verum illud Salomonis: *Vbi non est gubernator, populus corruet: Salus autem, vbi multa consilia.* Prou. 11. v. 14. LXX. vertunt. *Quibus non est gubernatio, cadunt tanquam folia.* Non enim faciliùs Auster caduca folia excutit: quã nos vento doctrinæ peruersæ agitamur, & flatu dæmonis vincimur. Si magistros spiritus non consulimus: maximè, cum illos ad manum, singulis domibus designatos habeamus, quorum præsenti operâ, vti possimus: quo nihil animi morbis, potest esse accommodatius. Prudenter Seneca epist. 22. *Iam intelligis, educendum te, ex istis occupationibus speciosis, & malis: Sed quomodo id consequi possis, quæris? quædam nonnisi a præsente monstrantur: non potest medicus per epistolas, cibi aut balnei tempus eligere, vena tangenda est. vetus Prouerbium est: Gladiatorem in arenâ capere consilium.* Potest vnusquisque è medicorum libris, multa haurire remedia, temere tamen applicanda, nisi præsentis Medici pulsum tangentis consilio dirigantur. Quamuis multa in dictatis obseruarit præcepta gladiator: tamen in ipso scammate, atque iam in arenâ constitutus, nouum è re præsenti consilium scrutetur, necesse est: quod quidem aptius foret, si non tam à se, aduersarij ingruentibus ictibus turbato, quam à lanistâ iam donato rude, capi posset: quod tamen in spiritus & morbo & pugnâ, optimè vsu venerit.

Prou. 11. v. 14. LXX. Interpt.

Senec.

291. Percipitur & alius fructus, ab spiritus Magistris, non exiguus: dum enim horum commercio assuescis, & illorum virtutes egregias, & gratiam sublimem contemplaris, generosâ æmulatione sic alliceris, vt quandoque eosdem præcessurus animeris. Iam iam in cœlum rapiendus Elias, optionem facit Discipulo, vt sibi voti cuiuslibet eligat implementum: tunc Elisæus: *Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus.* 4. Reg. 2. v. 9. Imprudentem putares fortè ausum, & impudentem: cum tamen nihil habeat, non pussimum: vnde ergo in tantum euehitur discipuli animositas, vt præcessura magistrum excitetur? certè ex ipsius Magistri longo commercio, intimâ familiaritate: ab Eliæ consilio; totus semper pependerat Elisæus, quo sic profecit, vt iam piè in duplum, eidem præuolare æmularetur, imò consequeretur. Galfridus ibi. *Benedictus Deus, qui maiorum præmia, incitamenta fecit esse minorum: & cum omnibus suis ad omnia, vnus ipse sufficiat, dignantissimâ tamen dispensatione, in opere salutis humanæ cooperatores habere homines, non recusat. Sic Eliæ gloriam, Elisæo proficiendi fecit esse materiam, dum enim in cœlum Elias rapitur, Elisæo spiritus duplicatur: Semper enim gratiam auget discipulorum, gratia patefacta Priorum, & dum in eis vident, quæ æmulentur, ampliora ipsi incrementa virtutum, & desiderant, & merentur.* Vnde obiter, quales Magistri spiritus, (de quibus alibi fusè dixi,) futuri sint, satis colligitur.

4. Reg. 2. v. 9.

Galfrid.

292. Ab his ergo, petenda nobis consilia, horum prudentiâ, res nostræ disponendæ: væ autem Religioso illi, qui prædictorum consiliis spretis, sæcularium amicorum captat consilia, eorúmque iudicio, vitam suam disponere non erubescit. Hinc Societatis Regula 40. com. *Nemo ab externis consilium petat, sine facultate superioris.* Quippè superioris iudicio, (maximè in rebus temporalibus,) externorum quandoque prudentia, probari potest, & debet: at temerè, & in rebus religiosæ vitæ, sæculares consulere, illorum est tantummodo, qui se, Religionémque ipsam pessundare conantur: quid enim sæcularium consilia, suis infecta moribus, religioso instituto, spirituali vitæ afferant, nisi corruptelam? Durissimus erat, & iniquus, iudex ille, ad quem tamen importuna opportunè, vidua Euangelica veniebat, dicens: *Vindica me, de aduersario meo.* Luc. 18. v. 3. ille tamen diu afflictæ preces spernebat, nec Deum reuerens, nec homines pertimescens. Sed cur misera, ad alterius ciuitatis iudicem non fugit? cur æquiorem alium, alibi non appellat? quia externus foret, quia ab vrbe suâ alienus; ac proinde non solum durum, (quod in conciue iudice dolebat,) sed & sibi inimicum, poterat suspicari: quantum enim est ex se, semper apud alienos, periculosius caussæ ventilantur. Non erat familiæ splendentis muliercula illâ, quæ vnius drachmæ dispendio, affligebatur impensius, quæ scopam verrendo, ancillarum defectu, terebat ipsa: vnde non in recondito gynæceo abditam, sed seruilibus ministeriis suis, non tardò circumforaneam existimes, opus est. Poterat ergo & foris, drachmam perdidisse: nec tamen illam foris, quæsisse dicitur: Sed, *accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat.* Luc. 15. v. 8. Nimirum timorata conscientia, etiam post defectus, solummodo intra domum suam, & à domesticis, remedium sibi solicitat inuenire: & quod foris fortassè amissum est, sub tecto suo sperat recuperare. Amicos alios longinquos habebat, qui hospitem amicum è via excipiebat Luc. 11. v. 6. & tamen, ad Amicum è viciniâ, vt ex contextu colligitur, maluit recurrere, panes solummodo petiturus: quam extra familiarem plateam, & ad alios in distanti positos, allaturus fortè cupedias, excurrere. Sed libet audire Tertullianum lib. de Præscript. adu. Hæret. cap. 12. vbi ita pulchrè. *Quis seruus, cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico, Domini sui sperat? quis miles, ab infœderatis, ne dicam ab hostibus Regibus, donatiuum & stipendium captat, nisi planè desertor, & transfuga, & rebellis? etiam Anus illa, intra tectum suum, drachmam requirebat: etiam pulsator illa, vicini ianuam tundebat: etiam vidua illa, non inimicum, licèt durum iudicem interpellabat. Nemo inde strui potest, vnde destruitur: nemo ab eo illuminatur, in quo contenebratur. quæramus ergo in nostro, & à nostris, & de nostro.* Sed de prima parte; hoc est, de petendo, in rebus omnibus, consilio, ista satis.

Regula Soc.

Luc. 18. v. 3.

Luc. 15. v. 8.

Luc. 11. v. 6.

Tertull.

§. XXIX.

De claritate, in reddendis conscientiæ rationibus, nonnulla congero: déque afflictione corporis à superiori imponenda.

VEnio ad membrum aliud, è propositis, 293.
quod in prædictis regulis obseruaueram, de simplici charitate, quo conscientiæ ratio sit reddenda, frustra enim, aliorum consilium captaremus, quibus conscientiæ nostræ dubios affectus, aut in re vitij, aut in virtutis affectu, non aperimus: nec enim aliorum prudentia processerit, nisi cæca, ni nos reuelatis inuolucris, quasi prætentâ face procedamus. Ideò D. Prosper. Aquitan. lib. de vitâ, cont. 2. cap. 7. post alia, quæ huc faciant, sic scribit. *Huc accedit, quod & ipsa peccata, sic habentur occulta, vel aliena no-*

D. Prosper Aquit.

bis, vel aliis nostra vt plerumque & sanctus, inter peccatores lateat, & famam sancti, obtineat peccator: Innocentem, si se t·eri non potest, suspicio iudicis incauta condemnat: & reum, calliditas viuacis ingenij excusat. Verumtamen non diuinum, sed humanum fallunt illa iudicium. Et quid mirum, si animos aliorum, quales sint, sine ipsorum confessione nescimus: cum nos ipsos, ita hodie nouerimus, vt quales futuri simus crastino, nesciamus. Generosa ergo & verissima confessione nostrâ, vel virtutum, vel vitiorum occulta reuelanda: vtque consilij alieni luce perfruaris: debes mutuam, amoto conscientiæ tuæ velo, lucem ministrare: nec enim inde radij penetrauerint, quas hinc condensare tenebras studes.

294. Adductus iam Deus, vt in tempore, conceptos ab æternitate partus ederet, præcipuam alicuius celebrioris tituli substantiam, editurus videbatur, & tamen ab accidentis cuiusdam productione, rerum omnium inchoat creationé: & ad hominis metam excursurus, è primæ lucis carceribus erumpit: *Dixitque Deus, fiat lux, & facta est lux.* Gen. 1. v. 3. in

Gen. 1. v. 3. ipsissimis naturæ rudimentis, iam aliquid supra naturam fabricatur: & accidens subiecti indigum, quasi sibi sufficiens, per se subsistit, dudum ante Eucharistiam, quodammodo Eucharisticum. Et quorsum insperati miraculi impendium? Ne quid, ante lu em productũ dici posset, cum enim, omnia opera sua, manifesta & clara velit Deus, tenebrosa latibula auersatus: præmisit lucem, vt quæ deinceps in hoc mundo visibili produceret, admoto lucis

Alcuin. præuiæ splendore cerni possent. Alcuinus q. 33. in Genes. *Quare primâ die, lux creata legitur? congruit operibus Dei, vt primâ die, a luce æterna, lux temporalis prima fieret: vt esset, vnde cætera, quæ crearet, apparerent.* Frustra ergo putes, fore opera tua Deo congruẽtia, si lucem non præmittens, optes illa, sub tenebris occultanda: nihil in spirituali vitâ, hac luce prius habueris, qua deinde omnia quæ feceris, cupias

Hug Vict. perfundenda. Benè Hugo de S. Vict. ibid. apud Godefr. *Incipiens Deus opera sua, vt perficeret primum fecit lucem, vt cætera omnia postmodum, faceret in luce. Significauit enim nobis, se non amare opera, quæ in tenebris fiunt; quoniam mala sunt: quia omnis qui malè agit, odit lucem.* Sed licèt malè agas in tenebris, curaberis, dummodo in fouendis tenebris, contumax & lucifuga non persistas.

295. Flori, floridus IESVS noster comparandus, videbatur sacrati, & secreti alicuius viridarij, semotam amœnitatem aucupaturus: quo enim gleba fœlicior, areola pretiosior, eo solet abstrusius recõdi, separatius admoto vallo custoditi, delicatiori germini excolenda: & tamen audis illum dicentem:

Cant. 2. v. 1. *Ego flos campi.* Cant. 2. v. 1 & vbi illud, de purissimâ conscientiâ, in qua tanquam in deliciarum horto

Cant. 4. vernat Nazarenus noster, quæ tamen Cant. 4. *hortus conclusus* dicitur: quasi nulli bestiolarum noxiarum, ne dum venenatorum serpentium penetrandus? qui tam auidè horto concluso inhiat, vnde nunc campestrem sibi planitiem commendat, nimirum in horto suo, quamuis diligenter concluso, aliquid quod campi conditionem importet, requirit IESVS noster: vt sicut inde aduersus vitia custoditur, ita hinc, nihil abstrusum, nihil oculos custodum fugiens, habere videatur. Campi planities aperta, nullis angulis, nullis sinuosis anfractibus reducta, sed in omnes sui partes, prospectum intuentium ad-

D. Ambr. mittens, Christum delectat. D. Ambr. lib. 3. de virginib. ita. *Flos campi, quia patentem simplicitatem puræ mentis frequentat*, nihil occultum, oihil in conscientiâ reconditum placet IESV, quem sola patens simplicitas, & obiecta prospectui planities delectat.

Hominem, in homine confidentem, qui ponit carnem, brachium suum, id est, carnalia sibi quærit adminicula, cuius proinde cor, à Deo recedit: Ierem 17 v. 5 Myricis, ipse Deus, abiectis nimirum virgultis comparauit: *Erit enim quasi myrica in deserto, & nõ videbit, cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate, in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili,* v. 6. cur is vilissimo frutici, & caducæ myricæ: non verò victrici palmæ, aut cedro incorruptibili comparetur, vtpotè cito periturus, satis perspicitur. Sed cur, cum frutices alij, & herbæ, multo myricis abiectiores, qualis est rubus, & malua, imò vrtica, passim reperiantur: vna ibi myrica assumitur in comparationem? Vt miser iste, non vtcumque à Deo recedens, sed per calliditatem cordis duplicis, & versipelle ingenium, nec satis vnquam deprehẽsam versutiam, recedens denotetur. Myrica sic solet vtplurimũ humentibus & aquosis locis adnasci: vt solo humore viuere videatur: aliunde verò, sicut in locis arentibus, sic in desertis salsuginosis pullulat, quasi è solâ capiat nutrimentum siccitate: nunquam satis occultam indolẽ, vllus naturæ mysta deprehendet, huiusve virgulti ingenium penetrabit. Meritò ergo in symbolũ hominis deperditi, quem sic Dominus odit, huc vocatur: quasi nihil in illo sic displiceat, quam subdola hæc calliditas, qua nunc iustis coniunctus, nunc peccatoribus adglutinatus, nunquam satis conscientiæ suæ indolem reuelat. D. Ambr. lib. 3. Hexam. c. 16. ad fin. *In myricis, id est, humilibus virgultis, figuram improbæ calliditatis expressit. Sicut enim duplici corde viri vbique præsto sunt; & gratiam simplicitatémque apud bonos prætendunt, & vitiosissimis glutinantur: ita etiam in aquosis, & in desertis, contrario quodam vsu, hæc virgulta nascuntur. Vnde & Ieremias, dubia morum & insyncera, myricis comparauit.* 196.

Ierem 17. v. 6.

D. Amb.

Percussus tot plagis Pharao, nondum candido, sed corde subdolo, veniam orabat: ad quem tamen Moyses: *cum egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabũt tonitrua, & grando non erit: vt scias, quia Domini est terra.* Exod 9. v. 29. At erat ne difficilior Moysi oratio, in illa vrbe, aut obsurdesceret Deus, amici precibus, votáue tardaret? non credidero. Cur ergo vrbem egreditur oraturus, cum potius, si miraculũ præsente Pharaone, celerior impetraret, maiorem sibi reuerentiã commoueret? mysterium captabatur: nemo vt amicus à Deo exauditur, nisi qui ad illum, manus potest extendere, & in aperto opera sua ostendere: nec vnquam id vt par est facere poteris, nisi profanæ vrbis strepitus, id est, turbulentæ adhuc animæ motus effugeris: est quippè perfectæ iam virtutis, & vitæ spiritualis indicium manifestum, sic aperto voto viuere, vt omnia tua, quasi in manibus extentis gestata, apud Deum, & eiusdem ministros, cupias manifesta. Philo Iudæus lib. 2. Allegor. *Moyses quoque Propheta dicit: cum egressus fuero ciuitatem, id est, animam, (nam hæc quoque est animantis ciuitas, mores legésque præscribens,) extendã & explicabo meas actiones Deo, testem inspectorémque singularum inuocando: cum malitia suoptè ingenio quærat latebras: est autem explicari, videri manifestè. Cum igitur anima, in omnibus sermonibus ac operibus explicata fuerit, & spectandam se præbuerit, cessant voces sensuum, omnésque infausti soni, atque turbulenti.* Vir ergo ille, qui animali vitâ iam relictâ, viuit spiritu, subdolas quasuis hostis cogitationes, latentésque versutias, Dei ministris sedulus manifestat, à quibus & capiendas nouit, & superandas: aliàs, vulpino hostis tunc sæuius, quo occultius ferocientis dolo, periturus. 297.

Exod. 9. v. 29.

Philo Iud.

Neque

198. Neque temerè dixi, capiendas statim hostis versutias, atque supetandas: quandoquidem eo ipso, quòd capiuotur, etiam superantur. Hinc illa vox Christi, *Capite nobis vulpes paruulas, quæ d. moliuntur* Cant. 2. v.15. *vineas: nam vinea nostra floruit.* Cant.2. v.15. non occidendas præcipit, quod tamen longè vtilius videbatur, sed taotum capiendas: nunquid captæ, in aliquem vtilem vsum, conseruandæ? absit! quin ideò taotummodo cupit capiendas, quia eo ipso occisas reputauit: inferni qoippè lupi sæuientes, in versutias vulpioas transformati, tamdiu damno nostro viuere creduntur, dum non deprehenduntur: qui tamen subito pereunt, manifestatione D.Thom. Villan. conscientiæ deprebensi. D.Thomas Villanoua ad hunc locum, de Anima sancta locutus. *Caueat vulpecularum dolos, ne sub specie sanctitatis deludant, ne transfigurato Satana, in Angelum lucis, spiritui puro, & simplici, dolum iniiciat: huiusmodi enim spiritibus mundis, Satanas non se audet monstrare sicuti est, quoniam statim spuitur: non audet apertè ingerere mala, sed sub specie boni decipere tentat*, &c. *Caueat sibi à vulpeculis istis callidis, capiat eas & statim moriuntur: sufficit enim ad omnem securitatem si capiantur: nam deprehensa, penitus nocere non possunt.* Quæ doctrina, quotidianis experientiis verissima comprobatur. Non tamen caret mysterio, in hoc loco, qood cum Christus ibi, ad sanctam animam, & sponsam purissimam loqueretur, eum illàque tantummodo misceret sermones, subdens post multa: *Columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ, ostende mihi faciem tuam*, &c. ibidem Cant. 2. v.14. v.14. tunc ex abrupto statim, ad alios verba dirigat, quibus vt vidisti præcipit v.15. v.15. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ*, &c. Quasi non satis per se esset sponsa licèt sanctissima, his dolis detegendis, nisi Angelorum custodiâ, & prudentiâ vteretur. Idem D Thom. Villan. D.Thomas. *Sed quis eas euitare, aut capere potest, nisi sodalium, id est, Angelorum subsidio fulciretur? illi eas fœliciter capiunt, qui eas apertè norunt, & fraudes earum intelligunt, illi eas & pandunt, & capiunt, vnde ad eos magis, quàm ad columbam, sermo dirigitur.* Quisquis ergo, non tam familiare commercium habet cum Angelis, saltem ad superiores suos, qui Angelorum custodum funguntur visibili ministerio, recurrat necesse est, his mentem nudet, penetralia cordis aperiat: vt ipsi vulpes detegant, in ipsâ sui cognitione occidendas. Obiter tamen aduertant superiores, Angelicam & vitam & prudentiam sibi necessariam: quo & subditi, cum fiduciâ ad illos accedant: & ipsi istis vtiliter satisfaciant. Pergo.

199. Iam gulæ iacula, à dæmone contorta, Christus retorserat: enm adhuc iterum impudens, vanæ gloriolæ sagittâ, certamen renouat: Sed pariter repellitur. Neque sic etiam confusus, impudentior tertium auaræ ambitionis telum mittit: ad quem tunc Christus: *Vade Satana, scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Matth.4. v.10. Matth.4 v.10. tunc vt nosti, quasi victorem Christum fassus, séque victum dolens diabolus recessit. Sed cur ita? an Scripturæ testimonio conuictus, & dicentis animositate deterritus? minimè: nam pari animositate, similia testimonia, Christus fuderat. At fortasse, non plura, inquit, tela appatarat, neque tunc repentè, nouas fallacias nectere potis fuit? nugæ; mille ac mille tentationum species inuenitet, nisi victus aufugere cogeretur. Quid ergo? nimirum decreuerat exemplo nostro Christus, ter tentari: in primis ergo duabus tentationibus, dissimulans se nouisse tentatorem, nuda testimonia sacra proferebat: at in tertiâ, addito Satanæ nomine, iam sibi agnitum hostem manifestat: vnde non audet vlterius procedere ad quartum telum: nec ad secundum ausurus, si se nomine deprehensum intelligeret. Sic capio D. Cypria- D Cypr. num epist. 7. aduersus Nouat. vbi de inferni serpentis astutia. *Sic ab initio statim mundi fefellit, & verbis mendacibus blandiens, rudes animas incautâ credulitate decepit. Sic Dominum ipsum tentare conatus, quasi obreperet rursus & falleret, accessit: intellectus tamen est, & retrusus, & ideò prostratus, quia agnitus, atque detectus.* Quasi non satis esset agnosci, nisi etiam detegeretur, vt & ipse se agnitum intelligens, eo ipso prostratus caderet: nec vlterius ausurus, victus fugeret. Detege ergo animæ tuæ motus, Christi ministris, vt ipsi latentem fortè dæmonem, tibi detegant, facilius & fœlicius sic congressuro, imò & indidem iam victori: hostis enim, nil instantius curat, quam latere. Benè ibidem paulo antè D. Cyprianus. Idem. *Facilior cautio est, vbi manifesta formido est, & ad certamen animus ante præstruitur, quando se aduersarius confitetur. Plus metuendus est, & cauendus inimicus, cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens, occultis accessibus serpit, vnde & nomen serpentis accepit: ea est eius semper astutia, ea est circumueniendi hominis, cæca & latebrosa fallacia.*

Ad grati animi significationem, segetis olim 300. primitias, Deus exigebat: *Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitias messis vestræ, ad Sacerdotem, qui eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis.* Exod. 23. v.10. Exod.23. v.10. quo defæcatius munus, quo donum purius, eo etiam significando gratius videbatur. quid ergo non tam à granis, quàm à spicis, primitiarum oblatio commendatur? quid non pura, sed paleis & aristis inuoluta adhuc, acceptabilius offerri præcipiuntur? aut quis hirsutæ aristæ, tenuísque paleæ, & vilioris stipulæ, vsus in sacrificio esse poterit? respondet acutus grauiter Abbas Cellen- Petr.Cel. sis lib.de Pan.cap.7. *Manipulos spicarum ad Sacerdotem deferimus, cum plenâ & euidenti confessione, grana simul, cum aristis & stipulâ, Prælatis nostris humiliter pandimus. In granis autem, etiam bona cogitationum, vel operum designantur.* Non est sermo de sacramentali confessiooe, quæ non semper cum prælatis, neque de virtutum granis fieri consueuit: sed de reddendâ ratione conscientiæ, vbi & virtutes, & defectus propalandi, id est, grana simul cum stipulis & aristis offerenda. Ideò optimè, quasi huc respiciat, Regula illa prædicta 41. Regula Soc. *Nec solum defectus aperiant, sed etiam pœnitentias, vel mortificationes, ac virtutes*, &c. Hæc est verè acceptabilis oblatio apud Deum, sic gratius nitent virtutes, defectibus inuolutæ: imò & ipsæ vitiorum stipulæ, sic patefactæ, in virtutes quodammodo commutantur, & gratissimum Deo sacrificium administrant: vt ipse in tui curam, totus iam videatur inuigilare.

Est hoc illud Regis Psalmistæ. *Reuela Domine* 301. *viam tuam, & spera in eum, & ipse faciet.* Psalm.36. Psalm. 36. v.5. v.5. Vatabl. in notis: *Committe Domino, tuam viuendi rationem.* Vatabl. Non potest Deo aliquid reuelari, cui omnia, necessario sunt aperta: sed tamen dum eius numine, apud eiusdem ministros, viuendi nostras pandimus rationes, iam spem nostram in tuto collocamus: ipse quod oobis vtile fuerit, & faciet, & perficiet. Cassianus Cassian. collat. 2. cap. 13. vbi post multa, sic subdit.

Absque vllo confusionis operimento, omnia debent senioribus reuelari, atque ab eis vel remedia nostris vulneribus, vel exempla conuersationis ac vitæ fiducialiter sumi: in quibus parem operam, & similem experiemur effectum: si nihil penitus affectare, nostro iudicio, ac præsumptione tentemus Vtrumque enim sic disponit Deus, vt & vulnera inde curemus, & imitemur vtiliter exempla: dummodo illis nihil abscondamus.

302. Aduerte tandem, ex prædictarum regularum obseruantiâ, ortum, vt prudentissima habeatur illa alia 4. sum. vbi ratio viuendi, iustas ob caussas, maius Dei obsequium semper intuendo, communis instituitur: quæ sic subiungit. *Nec vllas ordinarias pœnitentias, vel corporis afflictiones, ex obligatione subeundas habet: Sed illas assumere quiuis poterit, quæ sibi videbuntur cum approbatione superioris, ad maiorem sui spiritus profectum conuenire: & quas propter eundem finem, superiores poterunt eis imponere.* A superioris enim iudicio, cui totius conscientiæ meæ aperio rationes, tanquam à regulâ viuâ, hæ corporis afflictiones, prudentius in singulos, pro illorum necessitate poterunt emanare: quam si ex instituto omnibus, diuersimodè, vt assolet affectis, vna eademque, æqualis ponderis medicina adhiberetur. Huc facit prisca illa Patrum annotatio, qui expendentes verba Christi, Matth. 16. v. 24. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me:* aduertunt meritò, non absolutè Crucem, sed *Crucem suam* dixisse: quia pro singulorum diuersitate, etiam diuersa Crucis conditio mensuranda: neque enim, (licèt ad vnam eandémque perfectionem tendat,) debilibus, & robustis, paris ponderis afflictio imponenda. Parco multis, quæ iam alij è nostris, hoc congesserunt: addo tantum, aptum ni fallor locum Ezechielis. In figuram deuotæ Deo communitatis, Animalia illa mystica, cœlestis gloriæ thronum circumportabát: Sed mirum est, quod de quatuor singulorum pennis, ibi subiungitur: *Et facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper: duæ pennæ singulorum iungebantur: & duæ tegebant corpora eorum* cap. 1. v. 11. Vnde apertè collitur, pennas illas, quibus tegebantur corpora, non iungi: illas verò coniunctas denotari, quæ desuper extendebantur: quasi per has, mutua, omnibus quatuor animalibus, e coniunctio intercederet. Et cur ita? Dices, nec immeritò, in pennis illis desuper extentis, superiores virtutes significari: in his verò, quæ corpus contegebant, opera pœnalia exprimi, virtutésque illas, quæ castigando corpori incumbunt: benè ergo illæ quia extentæ volitant, mutuo se valent connectere: hæ, dum repressuræ carnem, contrahuntur, inuicem disiunguntur. aptè: non tamen adhuc tollitur difficultas: cur enim, licèt contractæ, necessario distantes intelligendæ, cum contractio distantiam non inducat? Optima ergo est responsio D. Gregorij ibi, qui hom. 4. ita. *Quæ in re quæstio oritur: quia si duæ pennæ, quæ eleuantur, Amorem & spem: duæ verò quæ corpora contegunt, timorem & pœnam designant: cur duæ quæ extentæ sunt, dicuntur esse coniunctæ: duæ quæ corpus contegunt, non dicuntur, &c. Duæ singulorum pennæ coniunctæ sunt, & duæ non sunt: quia per amorem & spem, vnum est quod desiderant: sed per timorem & pœnam, diuersum est, quod deplorant.* Possunt quidem omnes vnius familiæ alumni, in vno spiritualium virtutum copulari, non verò in pœnali corporis afflictione: nam & pro virium diuersitate, pro terum circunstantiis, pro variâ satisfaciendi necessitate: hæc pœnalis corporis afflictio varianda: nunquam satis prudenter, vt sæpe dixi, nisi superiorum consilio dirigatur.

Regula soc.

Matth. 16. v. 24.

Ezech. 1. v. 11.

D. Gregor. Magn.

§. XXX.

Paterna correctionis vsus, in Societate. In expellendis incorrigibilibus, quantus fructus: vt vestem religiosam exuant, qui mores religiosos iam exuerant.

QVam necessaria sit conscientiæ charitas erga superiores, quámque inde Societatis nostræ vsus commédabilis, satis ex dictis patet: patebit tamen manifestius, si viderimus, eo præcipue collineare, illas haud vulgaris perfectionis regulas, quibus præcipimur, sub optimo charitatis tenore, vt alij aliorũ defectus, apud superiorem propalemus: Hinc Reg. 9. sum. *Ad maiorem in spiritu profectum, & præcipuè ad maiorem summissionem, & humilitatem propriam, contentus esse quisque debet, vt omnes errores & defectus ipsius, & res quæcunque, quæ notatæ in eo, & obseruatæ fuerint: superioribus, per quemuis, qui extra confessionem eas acceperit, manifestentur.* Et iterum Reg. 10. ita. *Boni etiam omnes consulant ab aliis corrigi, & ad aliorum correctionem iuuare, ac manifestare se se inuicem sint parati, debito cum amore, & charitate, ad maiorem spiritus profectum: præsertim, vbi à superiore, qui illorum curam gerit, fuerit ita præscriptum, aut interrogatum, ad maiorem Dei gloriam.* Cum enim notitia conscientiarum subditorum, præcipuum sit instrumentum, quo superior illos gubernans, ad perfectionis vsque culmen euehit: cauit sanctissime, & prudentissime Societas, ne vllatenus instrumenti tanti vsus hebescat: vnde si forte humanæ fragilitatis conditione abducor aliquando, à proprij defectus delatione, habeo piissimos fratres, qui solius charitatis intuitu, exteriores quos norant errores, si mihi vtilius fore iudicabitur, ad superiorem deferunt, non iudicem, sed parentem. Caligat sane obtutus aliquorum minus perspicax, ad hanc Societatis nostræ lucem: Sed non est hoc luceis vitium pulcherrimæ, sed obtutus fragilitas: Aquilas ad perfectionem volantes, non verò noctuas tenebris assuetas, patitur hic splendor. Pulchra est comparatio Tertulliani lib. de Anima, cap. 8. ad rem nostram, (licèt ad suam, vtpote erroribus immixtam, non ita apta,) quæ sic habet. *Solem noctuæ nesciunt oculis, Aquilæ ita sustinent, vt natorum suorum generositatem, de pupillarum audacia iudicent, alioqui non educabunt. ve degenerem, quem solis radius auerterit. Est ideò, alteri quid inuisibile, alteri non: quod non ideò incorporale sit, quia non ex æquo vis valet Sol enim corpus, siquidem ignis, sed quod Aquila confitetur, neget noctua, non tamen præiudicant Aquilæ.* Nunc tamen non apologizo, sed breuiter sanctissimam & vtilissimam nostræ regulæ doctrinam, sic illustro.

303.

Regula Soc.

Idem.

Tertull.

Non parum obscura habentur illa ex Leuit. c. 5. v. 1. *Si peccauerit Anima, & audierit vocem iurantis, testisque fuerit, quod aut ipse vidit, aut conscius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam.* Aliter ex Græco legit D. August. tom. 4. lib. 3. in Exod. q. 1. in vtraque tamen versione, ille peccare, seu portare iniquitatem peierantis, dicitur: qui audiens aliquem iurare, sciénsque falsum esse, non indicat seu denuntiat. At quis non præsumat, à Seyllâ, in Carybdim, hinc vocari: benè enim D. Augustinus ibi: *Sed inter timorem huius peccati, & timorem proditionis hominum, non parua extitit plerumque tentatio.* Certè non parua, imò magna: quid enim si instante timore peccati, non nuntiandi periurum: vrgeat aliunde timor incurrendi peccatum, minus charitatiuæ 304.

Leuit. 5. v. 1.

D. Aug.

charitatiuæ proditionis? timeo culpam ni denuntiem; si denuntiem, timeo ex æquo: ibi maximè, vbi non temerè possem sperare, priuatâ meâ monitione Reum corrigendum: & vbi ipse delatus, damnum aliquod graue exinde posset incurrere.
Idem. Ferè idem dubitat Augustinus citatus, subdens: *Verum prodendus sit, difficillima quæstio est.* Ecquæ tandem eius solutio, vt & reuerentia legi, denuntiationem sub peccato, præcipienti: & charitas proximo denuntiando debita, obseruetur? piissi-
Idem. mus & doctissimus iuxta Augustinus, sic concludit. *Sed quia non expressit, cui hoc indicandum sit, vtrum illi, cui iuratur: an Sacerdoti, vel cuipiam, qui non solum eum persequi non potest, irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest: videtur mihi, quod se homo soluat à peccati vinculo, etiam si indicet talibus, qui magis possunt prodesse, quàm obesse periuro: siue ad corrigendum eum, siue ad Deum, pro illo, placandum, si & ipse confessionis adhibeat medicinam.* Sed quanto tutius, non vt cumque ad Sacerdotem & virum pium, qui pro denuntiato oret, illumque consilio foueat: Sed ad eum Sacerdotem culpa defertur, qui Pater est: qui licet superior, non tamen iudicis partes, sed aduocati, apud Deum iudicem exercet? qui non potestate, ad pœnam; sed auctoritate vtitur, ad remedium?

305. Et merito in loco Leuitici prædicto, delicti particeps habetur, qui culpam alterius videt, & dissimulat; qui tacet, quod ad Sacerdotem deferre posset, & debet: nam, qui hoc remedio fratrem curare poterat, & negligit: quomodo, inflicti vulneris reus, non habendus? seminauerat optimus Pater fam. in cordium subditorum grata segete, semen bonum: & ecce inimicus dæmon, per silentis noctis tenebras, *Cum dormirent homines,*
Matth. 13. v. 25. *superseminauit zizania, in medio tritici.* Matth. 13. vers. 25. vbi creuere, tunc *accedentes serui Patris fam. dixerunt ei: Domine, non ne bonum semen semi-*
Vers. 27. *nasti in agro tuo? vnde ergo habet zizania?* Vers. 27. sed quorsum, tam sedulo rem ad Dominum detu-
D. Chrys. lere? respondet Chrysol. serm. 97. *Diabolus, hoc ideo, vt diximus, tenebris celantibus, est molitus: vt adulterata messis noxa, redundaret ad seruos, & hinc pœnam sumerent, vnde sperauerant palmam. Denique vigilantes serui, præ timore, ista cur euenerint, expauescunt: hoc metuentes, ne zizaniorum germina, ad illorum redirent offensam, quorum conscientia, præter iactum boni seminis, nil habebat. Hinc est, quod auditum sui Domini præuenerunt, ne securi de innocentiâ, reatum de silentio sustinerent.* Quid ni, si ad illum Dominum rem deferebant, qui prudentiâ suminâ segetem, messis tempore purgaturus, triticum in horrea, zizania vero, ad ignem vers. 30. deputauit? nimirum partes iudicis, tunc agebat: quid si Patris munus, exponeret parabola, qui magis pio consilio, zizania ipsa in triticum commutaret, non ad ignem, sed ad horreum immittenda? quanto grauius scelus patrarent serui, si tacerent, qui sola denuntiatione, & Domino fructum cumulabant, & zizania in triticum conuertebant?

306. Hoc ergo est, quod in Regulâ nostrâ præcipi-
Regul. Soc. tur, dum solummodo inculcat faciendum denuntiationem, *cum debito amore, & charitate, ad maiorem spiritus profectum*: Nec tam accusatores nos voluit, quàm fratres: quia ex hac merâ denuntiatione, non tam seueritatem iudicis, quàm Patris correctionem tribuit superiori Remisit piissimus Rex ille Euangelicus, decem millia talenta seruo suo, quæ iam fisco regali forent optimo iure proscribenda: & tamen impius iste, de non redditis centum denariolis conseruum suffocans, in carcerem inhumaniter detrusit: & addit textus. *Videntes autem conserui eius, quæ fiebant, contristati, sunt valde, & venerunt, & narrauerunt Domino suo, omnia quæ facta fuerant.* Matth. 18. vers. 31. tam Matth. 18. v. 31.
durum inmanis cordis scelus, impietas tam districta, non tam proditur, quam refertur, neque tam accusatur, quàm narratur? ita planè. Et vbi zelus, vbi vindictæ iustæ stimulus acuendus? Erant eiusdem familiæ conserui, qui instar fratrum mutuo se haberent: nec tam delinquentis huius pœnæ, quam afflicti illius, & in carcerem missi remedio inhiabant: ideo cum debito amore, & charitate, simpliciter quæ facta sunt narrant, idque *contristati valdè*, qui credo & alterius culpæ, & afflictioni alterius pariter condolebant. Orige- Origen.
nes ibi hom. 7. *Volentes iuuare missum in carcerem, enarrauerunt Domino, quæ fuerant acta. Et vide, quia non est scriptum, detraxerunt vel dixerant: sed enarrauerunt.* Quasi non solum non detraherent maleuole, sed nec etiam studiose dicerent, qui solummodo simpliciter narrabant. Et non narremus fratrum culpas, hac cum debita charitate Patri, è quibus non solum confratris, sed Matris religionis, sensim dissimulatis noxis dedecorandæ, damnum pertimetur?

Est vero prudentissimè additum in eadem Re- 307.
gulâ: *Præsertim ibi à superiore, qui illorum curam* Reg. Soc.
gerit, fuerit ita præscriptum, aut interrogatum, ad maiorem Dei gloriam. Hæc enim vigilis superioris cura esse debet, vt subditorum culpas, *ad maiorem Dei gloriam* & proinde non subdolo ingenio, sed pia diligentia, apertas sibi satagat, paternam correctionem adhibituro: vnde iam deperditæ indolis, & proteruiæ duræ subditus arguendus, qui cum seipsum obuium, non offerat correctioni, saltem à Patre inueniri formidet, corrigi recuset. Prodierat sponsa quærens dilectum, & tamen dum *per noctes* Cant. 3. vers. 1. quærit, præoccu- Cant. 3. v. 1.
pata custodibus, exultans clamat: *Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem.* Vers. 3. puella, & noctu, & sola, armatas acies incurrens non terretur? at Cain, & vir, & in luce, nec dum obuiis visis, iam territus exclamat, vagus & profugus: *Omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me.* Genes. 4. vers. 14. vnde discrimen tantum? quia Cain pec- Genes. 4. v. 14.
catoris proterui indolem exprimebat: timebat inueniri, ne forte sibi, fœlici morte vitium iugularetur: at sponsa vtpotè sancta, exultat dum inuenitur, quia custodum IESV sui gladio, id est, paterna correctione, si quos secum gerat defectus, cupit trucidandos. Bene ad vtrumque locum Gellibertus serm. 6. *Cain, factus est vagus, & pro-* Gillibert.
fugus super terram, inueniri formidans: non vult peccatũ occidi, non vult per salutarem in confessione verecundiã, medicinalem castigationem magistri: non vult inueniri, qui non vult mori: nam vbi non veretur interfici, sed magis se foueri confidit, impudenter se iactat indisciplinatus affectus. Sed sponsa vltro se offert, læta sponsi occurrit sodalibus: quid ni læta? non inuenitur quasi fugiens vltorem, sed quærens amatorem. Quia in ministris suis, non tam se vltorem culpæ, quàm animæ amatorem, exhibet IESVS: quid ni ergo inueniri gaudeat, quæ iam occisis defectibus viueret fœlicior. Sed tu mihi adhuc pende, & peccatorem, inueniendum se timere, quasi quæratur: & sponsa, non tam inuenisse dicitur, quàm inuenta fuisse: non enim apti forent custodes,

niſi diligenter vigiles ſemper quærerent, & quan-
doque, corrigenda fœliciter inuenirent, ideo
Idem. ſubdit Gellib. *Non ſunt inuenti, ſed inuenerunt: di-
ligentia ipſorum in hoc cōmendatur:* Vbi multa, quæ
licet aliis etiam Magiſtrorum curis conueniant,
huic tamen de qua agimus, veniunt aptiſſima.

308. Hinc ergo eſt, vt quemadmodum nihil apud
ſuperiores ſanctos & prudentes abominabilius fo-
ret, quam is frater, qui non ſeruato debitæ chari-
tatis tenore, fratrem deferret: Sic è contra illum
debeant diligere, quo tanquam fideliſſimo, ad
maiorem Dei gloriam adminiſtro vtuntur, alio-
rum defectibus agnoſcendis. Ioſeph hiſtoriam nar-
raturus ſic habet ſacer ſcriptor. *Accuſauit fratres*
Geneſ. 37. v. 2. *ſuos apud Patrem, crimine peſſimo.* Geneſ. 37. verſ. 2.
& additur ſtatim. *Iſrael autem diligebat Ioſeph, ſu-
per omnes filios ſuos, eò quod in ſenectute genuiſſet
eum.* verſ. 3. non potuit, quod bene cum aliis ad-
D. Chryſ. uertit iam D. Chryſoſt. ibi, tota ratio impenſio-
ris huius affectus, illa eſſe, quod Ioſeph in ſene-
ctute gigneretur: ex hac enim præcisè, longe
charior foret Benjamin, qui ſeniori iam Patri na-
tus eſt: illam tamen ſignatius expreſſit ſacer textus
qua tanquam leuiori vtebatur Iacob, vt inuidiam
inde fratrum retardaret. Quæ ergo præcipua
cauſa, huius amoris? cum poſt accuſantem pue-
rum, ſtatim ſenex diligens deſcribatur: accuſa-
tionem illam, amoris huius illicem augurabar.
Aſt, inquis, accuſare fratres crimine peſſimo,
tantam ſibi apud Patrem ſanctiſſimum gratiam,
quomodo prometetur: vnde potius puer quaſi
prauæ indolis, auerſione dignus videbatur? imò
quia ſanctiſſimus erat Iacob, ſanctiorem è natis
amaſſe præſumendus: coniectabarque merito
optimum eſſe Ioſephum, qui non animi proter-
uiâ, ſed debita charitate, fratrum crimina apud
Patrem deferebat, à quo ſuauiſſimâ efficaciâ cor-
Guillerm. Hamer. rigerentur. Guillelmus Hametus Dominicanus,
ibi. *Magnum hoc, præclaræ indolis in Ioſeph, ſignum
erat, quod fratrum ſuorum vitia odio habebat, &
ad communem Patrem deferebat: quo quidem ſtudio,
facile ſibi Patrem demeruit.* Oderat itaque vitia, non
fratres, illaque, non ad puniturum iudicem, ſed
ad correcturum Patrem deferebat: digna proinde
indoles, cui impenſiùs Pater addiceretur: vtpotè
cuius miniſterio, filios cæteros puriores in officio
Oleaſter. contineret. Vnde & Oleaſter, eiuſdem familiæ
ſcriptor nobilis, ibidem. *Hobis hic, nihil mali eſſe,
ſi omiſſâ correctione fraternâ, quando non ex te liben-
ter acceptabitur, pergas denuntiare mala, quæ noſti
Prælato, veluti Patri.* Quid ni ergo hi, qui ad ma-
iorem noſtri humilitatem iuri noſtro cedimus,
vbique præſumentes efficaciorem à Patre, quam
à fratre futuram correctionem, à Patre potius,
quam à fratre corrigi, non optemus?

309. Iam verò quem hinc fructum ſibi capiat reli-
gionis arbor, in ramis ſcilicet inutilibus ampu-
tandis: Societatis corpus, in membris quibuſdam
putridis reuellendis: ipſa experientia, quâ Deo
auſpice hinc ſana perſeuerat, ſatis oſtendit. Nihi-
lominus, ex communi Patrum doctrinâ, quædam,
D. Proſper. Aquitan. in re tritâ congero, minus rancida. D. Proſper.
Aquitan. lib. de vita cont. 2. cap. 7. *Ea crimina
quorumlibet, ſi ipſis criminoſis confiteri nolentibus,
vndecunque clarnerint: quæcunque non fuerint patien-
tia leni medicamento ſanata: velut igne quodam piæ
increpationis, vrenda ſunt, & curanda. Quod ſi nec
ſic quidem, æquanimiter ſuſtinentis, ac pie increpantis
medela, profecerit in eis, qui diu portati, ac ſalu-
briter obiurgati corrigi noluerint: tanquam putres
corporis partes, debent ferro excommunicationis ab-
ſcindi. Nam ſicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa non
fuerit, ſalutem reliquæ carnis, putredinis ſua conta-
gione corrumpit: ita iſti qui emendari deſpiciunt, &
in ſuo morbo perſiſtunt, ſi moribus deprauatis in ſan-
ctorum ſocietate permanſerint, tes exemplo ſuæ per-
ditionis inficiunt.* Si in hoc loco, non Eccleſiaſticam
excommunicationem, ſed ſimplicem expulſionem
intellexeris (quod à mente, & inſtituto Proſperi,
non videtur alienum) iam illud, *Vndecunque cla-
ruerint:* ex regulæ noſtræ vſu, poteris declarare:
runcque, totam Societatis noſtræ praxim, hîc di-
xeris expreſſam.

Vtcumque ſit, habes ſanctorum Societatem, 310.
incorrigibilium contagioſo putreſcere exemplo,
vnde neceſſario inde auerruncandi. Prudenter
Tertullianus Apolog. cap. 46. *Sed dicet aliquis,* Tertull.
*etiam de noſtris excedere quoſdam, à regula diſcipli-
næ: deſinunt tunc Chriſtiani haberi penes nos: Philo-
ſophi vero illi cum talibus factis, in nomine, & in ho-
nore ſapientiæ perſeuerant.* Homines ſumus in So-
cietate, & aliquibus graues culpas ineſſe euenit ali-
quando: qui tamen à diſciplinæ regulâ deuiant in-
corrigibiles, ſic apud nos, Socij Iesv haberi de-
ſinunt, vt quaſi adulterinos, ac degeneres, tanto-
que ſplendori cōniuentes, Aquilæ inſtar, è nido ſuo
Societas detrudat, & ne inficiat cæteros præcipitet:
In hoc nimirum Iesv ſui conditionem æmulata.

Chriſti aduentum prædicans Baptiſta, ſubdidit 311.
ſtatim: *Cuius ventilabrum, in manu ſua, & permun-* Matth. 3. v. 12.
*dabit aream ſuam: & congregabit triticum ſuum in
horreum, paleas autem comburet igne inextinguibili.*
Matth. 3. v. 12. vix veniens tanquam Saluator, &
Spiritu ſancto baptizans dicitur: cum ſtatim, viſus
ad iudicium deſcendens nuntiari, ac ſi nullo adhi-
bito medio, vtriuſque aduentus confinia iunge-
rentur. Sed quamuis ita videatur: re tamen vera,
amplum vtrique aduentui ſpatium interpoſitum
declaratur. Quid ita? quia ventilabrum ſeu pala
aream mundatura, à primo vſque ad vltimum ad-
uentum, officio intelligitur duratura. Ergo ſemper
aream ſuam Iesvs permundat, quam variis ten-
tationum flatibus concuti permittit: nec enim
pura grana recondet, niſi leuiores paleas ventila-
uerit: tantum ergo abeſt vt religioſæ familiæ, ob-
ſit, ſi nullius ponderis homines, quaſi auolantes
paleæ dimittātur: quin potius palearum expulſio,
ipſiuſmet ſit vtiliſſima expurgatio. Tertullian. lib. Tertull.
de Præſcriptione adu. Hæret. ita. *Cognoſcit Do-
minus, qui ſunt eius; & plantam, quam non planta-
uit Pater, eradicat, & de primis nouiſſimos oſtendit:
& palam in manu portat, ad purgandam aream ſuam.
Auolent quantum volent, paleæ leuis fidei, quocunque
afflatu tentationum: eo purior maſſa frumenti, in area
Domini reponetur.* Non aliter Collegium Iesv,
ſyncerum diu poterit permanere niſi ſtipulas ex-
ſufflarit: quæ licet quandoque auolent expulſæ, &
ſublimia conſcendant: certè interim ludibriū ventis
& fortaſſe poſtea ſibi ipſis dolorem miniſtrabunt.

Reuertebatur Iesvs à Bethania, in Ieruſalem, 312.
Et videns fici arborem vnam ſecus viam, venit ad Matth. 21. v. 19.
*eam, & nihil inuenit in ea, niſi folia tantum, & ait
illi, nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum: &
areſacta eſt cōtinuo ficulnea.* Matth. 21. v. 19. & tamen, Marc. 11. v. 13.
vt aduertit Marc. 11. v. 13. *Non erat tempus ficorum.*
In qualem ergo inquis ſignificationem punitur ar-
bor, quia fructus non reddebat, quos tamen pro
temporis circunſtantiâ non debitos, fatetur Euan-
geliſta? credo, quia ſic iam folia emiſerat, ſic vndi-
que virenti tegmini obumbrabatur, qualis ſolet
fructus

fructus tempore reuiuescere: hinc igitur in typicam hanc fallaciam, iusta indignatio Christi: ne terram occuparet, ne succum aliis plantis inuideret: discipulos suos instituens, vt subditis illis, qui fallaci religionis & sanctitatis habitu solo, quasi foliis exultant, ariditatem etiam immittant, ne illorum contagione cæteri sterilescant, quibus incorrigibiles isti, pietatis succum è cordibus forare consueruntur. Origenes ibi, hom. 16. post multa. *Melius est fullacem ficum, qua viuere existimatur, non autem fructificat quasi viua, arguitam, quia est infructuosa, siccari verbo discipulorum Christi, & fieri manifestam: quàm vt furetur, dum viuere existimatur per figmentum professionis, innocentium corda, & eorum qui facile seducuntur à talibus.* Nemo (quod hic Apostolis euenit) miretur, quosdam apud nos subito arefactos: credant vernasse tantum foliis, & illorum ariditate, remanentium fructibus consultum esse. (Origen.)

313. Ascendit Christus Petri nauiculam, Luc. 5. v. 3. (Luc. 5. v. 3.) & secedens paululum à terra, docebat turbas, quia è sola Pontificis Romani Cathedra, vera Christi doctrina in orbem funditur: deinde eiusdem Domini præcepto, v. 4. (Vers. 4.) ducitur in altum nauicula, quia profundæ diuinorum mysteriorum disputationes, solum in Petri Cathedrâ, & vere & vtiliter ventilantur. Laxantur inde retia, hominibus fœliciter expiscandis: vt quos expiscatur hæresis, contra Romanam fidem inuecta, non cælo, sed inferno educti cognoscantur. O quot in Petri naui, prodigia saluberrima exercentur! quis ibi inconcussam, & firmam stabilitatem, non auguretur? sed pende, quid ibi postea euenerit. *Et ascendente eo nauiculam, secuti sunt eum, discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus: ipse vero dormiebat.* Matth 8. (Matth. 8. v. 23.) vers. 23. sed vnde vna, eademque nauicula (dubitat Ambrosius serm. 11.) (D. Ambros.) hic in tranquillitate, doctrinam populis tribuit: ibi in tempestate, discipulis metum mortis inducit, præsertim, cum ibi etiam cum cæteris Apostolis Simon Petrus esset, cuius Principis fide cæteri etiam tutandi videbantur? sed, inquis dormiebat Dominus, quid oi amorâ quodammodo custodiâ periclitentur? cur tamen, inquam ego, in nauicula Petri, quasi deponens eius curam, dormiat IESVS, qui semper Petri fidei, cæterisque eius rebus solicitus inuigilat? magnum absque dubio inuoluitur Sacramentum. Audiendus disertissimus Ambros. ibidem. *Hæc autem est causa periculi. Erat ibi Simon Petrus, sed erat pariter & proditor Iudas: quamuis illius fides fundaret nauiculam, huius tamen perfidia conturbabat: tranquillitas est, vbi solus Petrus nauigat, tempestas, vbi Iudas adiungitur: licet esset Petrus firmus suis meritis, perturbatur tamen criminibus proditoris. Metuentibus igitur discipulis, anxiante Petro dormiebat Dominus: durum forte videatur, quod anxiante Petro: dormiebat Iuda, nauigabat Petro. Vnius igitur delicto, cunctorum merita quatiantur. Obdormit Christus, ventorum spiramina concitantur: quisquis enim peccatum admittit, statim & dormire sibi facit Dominum, & procellam sibi spiritum suscitat immundorum.* Sic assolet in familia religiosâ, nec in ouperia IESV Societate mirandum, quod in prisco, & longè sanctiore eiusdem collegio videmus contigisse. Ecquod imminenti periculo remedium? expellatur Iudas, abeat in locum suum, tunc clarificabitur IESVS, Ioan. 13. v. 31. (Ioan. 13. v. 31.) tuncque eius Societas conquiescet. Prudenter citatus Ambrosius, sic concludit. (D. Ambros.) *Igitur si vnius Iuda peccato, cuncti periclitantur Apostoli hoc exemplo caueamus perfidum, cantamus proditorem, ne per vnum plures fluctuemus. Quin etiam huiusmodi abiiciamus de nostra nauiculâ, vt non obdormiat, sed vigilet in nobis Dominus: atque eo vigilante, nulla nos spiritualis nequitiæ procella concutiat.*

Iam vero quando culpa prodit in publicum, & nocentis remedium frustra procuratur priuatim, quin infamia, ab eius retentione, in vniuersam familiam deriuetur: nonne requiriri honoris, & ad maiorem Dei gloriam conseruandi, prodiga foret religio, si sic sibi damnosum reum, quem facile postea expellere, retineret? plane. At certè, si alicubi id verum, in Societate verissimũ deprehenditur: nescias enim quo fato orta prodierit, vt vbiuis singulare vnius crimen, totius Societatis crimen habeatur. 314.
Salutem Magdalenæ descripturus, sic ab eius peccatis incepit Lucas: *Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.* Cap. 7. v. 37. (Luc. 7. v. 37) satis celebris, & famosa hic fœmina, dicebatur, neque Mariam Toparchæ sororem, & ipsam castelli Dominam ignorauerũ: quid ergo opus erat *in ciuitate* peccatrix declarari? nunquid posset aliquis sic Mariam prostibulũ vulgare imaginari, quæ per compita & deuia, vagarũ meretricularum instar, tuguriis insidians, bubulcos, & vinitores solicitaret? absit. Quid ergo, quod satis quiuis intelligeret, *in ciuitate* peccatrix inculcatur? respondet Chrysol. serm. 93. (D. Petrus Chrysol.) *In ciuitate peccatrix, quia famâ suâ, famam totius tetigerat ciuitatis: sicque iam non peccatrix solum, sed ipsius ciuitatis facta fuerat ipsa peccatum.* Sic sit singulare alicuius delictũ, miserâ sorte, totius religionis, infamia cõmunissima, sicque tenax, vt eiecto etiam reo, vix aboleatur: quid foret, si peruicax adhuc, retineretur?

315. Decet ergo vitũ religiosum vitæ suæ, & assumptæ religiosæ vestis rationem habere, illique honorem debitum præstare. Alioqui, si mores congruos deposuit, merito cogitur, ad vestem religiosam deponendam. Blasphemabat impius Marcion, Christũ phantasticâ carne, indutum fuisse; quippe qui, non in carnis, sed in salutem deuenerat animarũ: contra quem, sic acutè Tertull. lib. 1. cap. 14. scripsit ad rem nostram. (Tertull.) *Et in hoc iniusta bonitas, & sic quoque imperfecta, innocentiorem substantiam relinquens in exitium, obsequio, non arbitrio delinquentem: cuius Christus, etsi non induit veritatem, (vt tua heresis visum est) imaginem tamen eius subire dignatus est; ipso quod mentitus est illam, aliquid ei debuit debuisse:* q. d. esto daremus tibi, (quod falsò putas hæreticus) Christo, non veram carnem circunductam: adhuc fateri tenebaris, illius curâ gerere, aliquid enim carni debebat, qui saltem exteriorem eius imaginem dicitur circuntulisse: vt saltem daretur vmbræ, quod veritati denegatur: sic religiosus, licet vitam monasticã spernetet, saltem monasticæ vesti, tanquam religionis vmbræ, honorem debitum impendat, necesse est. At vero Christus, vt veram carnem assumpsit, formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo: vere etiam seruilem hominis conditionem, non spreuit, sed humilis propterea exercuit. Acbatius Episcop. Melitensis, homil. de Incarn. Verbi, quæ habetur in Conc. Ephes. tia. (Achatius.) *Qui igitur seruile corpus assumpsit, neque carni viuri vilatenus recusauit, quomodo vs, seruiles detrectasset passiones? quod si detrectauit, quorsum patibilem serui formam suscepit? atqui obediens factus, serui formam accepit: ergo neque seruilis quoque natura perpessiones refutauit.* Qui igitur religiosi formam accepit, religiosa munia, cur spernat? aut cur, qui conceptos semel religiosos mores exuit incorrigibilis, religiosam vestem exuere non cogatur? Fuit hoc priscorũ Monachorum institutum: vnde de incorrigibili, ita Cassian. lib. 4. cap. 6. (Cassian.)

Exuentes eum, monasterij, quibus indutus fuerat vestimentis, & antiquis reuestitum vestimentis, quæ fuerant sequestrata, depellunt: nullum enim fas est, cum his, quæ accepit, abscedere: nec quenquam patiuntur, illis adhuc indui, quem semel institutionis suæ regulâ repulsâ peruiderint. Et quæ ibi plura in hanc rem.

316. Matth. 27. v. 51. Expirante iam Christo, cuncta quæ in cælo erant, & in terrâ cernuntur commoueri. præiuit cæteris in exemplar, velum: *Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum.* Matth 27. vers. 51. deinde terra concutitur, petræ lacerantur, aperiuntur sepulchra, resurgentes iam mortuos euomentia: Sol deliquio, cælum tenebris obscuratur: quasi templo scindenti velum, morigerentur. O quid agis templum? obducto potius velo, circumuelare: tege profanis oculis, sancta tua: ne pateant impiis, quæ tunc maximè videbantur interdicenda! Sed prudens templum, & licet materiale, concepto iam sensu, hypocrisis à se amouet suspicionem: erat velum istud lateoris religionis, & assistentis numinis, habitus, & insigne: merito ergo, iam absque religiosa sanctitate, religiosam vestem gestare recusat: & spoliatum virtute, virtutis habitu indui, reformidat: quorsum enim iam sacra Templo vestis, à quo grata Deo sacrificia deinceps amouebantur, meliori Christi sacrificio foris peracto? D. Ioan Chrysost. D. Chrysost. orat. 2. de cruce, apud Grethser. ad hunc locum. *Velum templi scissum est, & non est scissa improba illorum conspiratio. Quare scissum est velum? quia templum, non potuit videre Dominum crucifixum: & per ea quæ velo suo acciderunt, tantum non exhortationis modo, ista protulit: de cætero, sancta sanctorum, conculcet quisquis volet, quid enim istis opus habeo, sacrificio extra oblato, & peracto?* Ergo non tam nudatur, & profanis obiicit oculis, occultum numen, quàm ibi iam nullum esse significauit: nec opus habebat velo religioso, quod iam religionis virtute se nouerat spoliatum. Spolietur igitur habitu religionis, & expellatur, qui congruos mores expulit sacrilegus, nec infamem laruam gerere permittatur.

317. Ad ligandum mitissimum agnum nostrum, turba multa cum gladiis & fustibus, audaci peruicacia ingruebat: *Et ecce vnus ex his, qui erant cum* IESV, *extendens manum, exemit gladium suum, & percutiens seruum Principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius.* Matth. 26. v. 51. Matth. 26. vers. 51. non fuit ictus fortuitus, sed quæsitus: potuit obiectum corpus gladio transuerberare facilius, aut caput medium scindere; qui certius in tantillam auriculam collineauit. Et cur potius in illam, zelans Petri desæuit indignatio? in Malco, Sacerdotum Princeps eius Dominus, & in hoc, vniuersa Synagoga denotatur: meritò igitur huius auricula percutitur, ne phantasticum audiendi gereret instrumentum, quæ proterue contumax, diuinis pridem verbis D. Ambros. obsurduerat. D. Ambrosius lib. 10. in Lucam cap. 22. post alia. *Si Petrus volens percussit aurem, docuit, quod aurem habere in specie non deberent, qui in mysterio non haberent.* Adimatur ergo vestis religiosa illi, qui religionis mores, iam spreuit, nec habeat in specie habitus, quod in mysterio sanctitatis, id est, virtutum ministeriis, conculcauit: furtum est, idque sacrilegum, religiosæ vestis instrumento, profanæ indolis moribus ministrare: ideo Monachi olim incorrigibiles, spoliati habitu expellendi, illum sacrilego tantum furto Cassian. retinebant. Cassianus loco supra citato. *Vnde etiam copia palam discendi, nulli penitus conceditur; nisi aut in morem serui fugacis, captans densissimas tenebras nocte diffugiat: aut certè hoc ordine & professione indicatus indignus, cum confusione & notá, coram cunctis fratribus, depositá veste monasterij expellatur.* Nisi quod fugaces hi apostatæ, latrones religiosæ vestis, quasi violenter insultantes habendi sunt: illi vero fures, quasi subdolè agentes, appellandi. 318.

Dices: restituit Christus Malco auriculam: Societas vero, expulsos semel, raro admittit iterum, quantumuis rogent. Restituit Christus Malco aurem fateor, sed in Sacramentum, ni fallor, fore vt in fine sæculi, Synagoga tandem conuertatur. Sic & Societas si non vanis coniecturis veram in expulso agnoscit pœnitentiam suauissimè iterum, eundem recipit: Sed quia captatæ coniecturæ, sæpius prudenter inducunt, vt credatur, hos tales non tam virtutis amore, quam ingenij mobilitate regressum solicitare: hinc est, vt se difficilem Societas, in his iterum exhibeat admittendis. Audi historiolam ex Valerio Max. lib. 1. Val Max. cap. 7. *Annibal, sex millium Romanorum, quæ capta in castris habebat, redimendorum, potestatem fecit: conditionem senatus spreuit, memor tandem multitudinem armatorum iuuenum, si honestè mori voluissent, turpiter capi, non potuisse. Quorum, nescio vtrum maius dedecus fuerit, quod patria spei, an quod hostis, metus nihil in his reposuerit: hac pro se; ille, ne aduersus se dimicarent, parui pendendo.* Ignaui plaoè sunt, quos Mundus, à Religione abducit captiuos, quia vsque ad honestam mortem pugnare detrectarunt: dumque ignauescentes adhuc, religionem iterum solicitant, despecti potius à Mundo, quam hunc despicientes: merito ab illa spernuntur: quid enim spei, in illis collocaret, quorum conuersionem, Mundus non meruit? quid ab horum virtute, bella Christo gerente, Religio speret, quos aduersus se dimicaturos, dæmon parui pendit? ibi autem difficilior est Societas, vbi expulsus, discordiarum seminator præsumitur: mauult enim solatio carere habendi hunc filium: dolorem pati, illum dimittendo: quàm sub indole discordi, quodammodo dimidium possidere: crudelior sanè, si inquietum & scissum quodammodo ingenium, tenere ex parte tantummodo contenderet, quam dum illum totum sæculo remittit. Vnde bene Galfridus ad illud Matris volentis potius carere toto filio, quam partem accipere diuisi, & proinde dicentis: *Date illi infantem viuum:* &c. 3. Reg. 3. vers. 26. sic scribit, post multa 3. Reg 3. v. 26. de bono vnitatis. *Mauult filij solatio carere quam vnitatem scindere, iuxta illud, si manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te. Mauult retinere viscera pietatis, amore vnitatis, postponendo filij solatium quam consentire crudelitati, diuidendo vnum. Sed iam ad alia.*

§. XXXI.

Proprio muneri, inque loco, ministeriis suis, deputato, vnusquisque assistat.

VT omnis, vel etiam leuissima inter fratres contentio amoueatur, nostraque singulorum ministeria promoueantur fœlicius, habet pondus non exiguum Regula illa 32. ex com. vbi ita. *In alterius officium, nemo se ingerat: in locum vero alieno ministerio deputatum, nullus ingrediatur, sine facultate superioris, aut Præfecti illius loci, in rebus necessariis.* Vtrumque non prolixus illustrabo: fusius circa primum excurrens, quia in hoc nego- 319. Regul. Soc.

tio,

tio, magis necessarium. Nihil importunius venit, nihil officiis suis vtcumque se impendenti, molestius, quam dum alius & extraneus, & cuius curæ nullateous hæc cõmissa, illis se ingerit, facta corrigens, aut dictaos facienda: hinc indignatio mutua, hinc fomes iurgiorum, hinc pacis turbatio: imò & ipsorum officiorum praua executio. Hinc è contra, tanta virorum perfectorum solicitudo, in commissis sibi, tantummodo attendendis: deputato autem aliis ministerio, nec ingerentes se verbo, ne dum opere obtrudentes. Inter alias Marcionis blasphemias, illa ridicula, qua garriebat, Deum illum suum, ideo nunquam hominibus innotuisse, quia illi erant extranei, & alieni, vtpote ab alio malo numine efformati: vnde illa
Tertull. hæreticorum horum vox apud Tertull.lib.1.c.11. *Et merito: quis enim non tam suus notus est, quam ex-*
Idem. *traneis? nemo.* Quos sic prudens ibi conuincit Tertullianus. *Teneo & hanc vocem: quale est, enim, vt aliquid extraneum Deo sit: cui nihil extraneum esset, si quis esset? quia Dei hoc est, omnia illius esse, & omnia ad illum pertinere: ne vel statim audiret à nobis, quid ergo illi cum extraneis?* q. d. fateris illum per tot sæcula fuisse hominibus ignotum, quasi extraneis: at inde conuinceris; nihil Deo extraneum esse potest, sed inde arctius implicaris, quod tandem præfinito tempore Christum suum, liberandis his hominibus, misisse, dicis: quis enim illi non reclamaret: cur te alieno officio immisces? quid tibi extranei homines, curæ iam sunt? quid illorum salutem tractas, qui ad alium Deum suum pertinere intelliguntur? pulchrè dictum: quasi nihil magis extraneum à Deo, (ac proinde ab illis, qui Deo inhærere cupiunt) foret, quam extraneis se rebus immiscere: nihil alienius, quam aliena tractare: si quid, per impossibile, ab illo extraneum, & alienum esse posset. Vide infra num.325. & plura in Politicis iam edendis.

320. In diuersas sententias delyri, abibant veteres Ethnici, dum certum rebus omnibus principium curabant statuere: quas inter error ille Thaletis Millesij famosior percrebuerat, quo Aqua, rerum omnium causa fuisse, decernebatur. Fugaturus similes noctuas Moyses, tanquam Aquila solari iubari obuersus, Deum rerum omnium inculcat creatorem, sacrum Genesis codicem sic incipiens:
Gen.1.v.1. *In principio creauit Deus cœlum & terram.* cap.1.v.1. ecquid hoc apparentis saltem incuriæ, sacer Scriptor? nosti Philosophorum delyria, Aquam æternam, atque rerum principium statuentia: hos impugnas, dúmque cœlum & terram à Deo facta prædicas, illis etiam, vt par est, aquam non adnumeras, quod prius & plenis buccis, in Ethnicos detonandum videbatur? quid iam isti non iactent veram esse sententiam suam, quando Moyses cuius veritas infallibilis nobis prædicatur, aquam à Deo factam, non expressit? sed certè non id prætermisit Moyses, sed ex dictis, prudenti cuiuis relinquit intelligendum, dum enim vers.2. Spiritum S.
v.2. & 6. v.9. vectum *super aquas* scribit: & vers.6. diuisas aquas ab aquis, intermisso diuinitus firmamento: & iterum vers.9. congregatas diuino imperio aquas, vt appareret arida, testatur: satis apertè significat, inter cæteras Dei creaturas, aquam computandam. Quid ita? quia non imperaret Deus, nec illis in ministerium aliquod vteretur, si ab illo forent alienæ, si aliunde originem, quasi aliò pertinentes, sortirentur. D. Eucherius (habetur apud Cerd.
D.Euch. Adu.cap.115.) quæst.2. in Genes. ita. *Aquas, vbi legimus, à Deo factas? & si factas eas in exordio creaturarum, non euidenter diuinæ lectionis textus expressit, à Deo tamen facta sunt,* &c. *& tamen de aquis à Deo factis, illud nos aliquatenus instruere testimonium potest, quo dicitur:* separentur aquæ, &c. *quia scilicet non præciperet, vt aqua à terra, quam fecerat, secernerentur, nisi & aquas ipse fecisset.* Ac si nullâ iam prudentiâ credi posset, non à Deo productam aquam, illi ve esse alienam, quæ ab eodem aliunde videbatur pertracta. Et putes prudenter duci, dum alterius officio te ingeris, & aliena satagis moderari?

Et pende mihi, sic interiecto firmamento aquas ab aquis, diuidi immobiliter: neque inferiores super firmamentum conscendere anhelent: neque superiores deorsum vergant, quasi his aliis aut legem imposituræ, aut earundem æstibus immiscendæ. Imò neque Aquæ à terra segregatæ, pelagus efformantes, alio, quàm fragili arenarum fræno egent, ne in alienas segetes falcem mittant: sicut nec terra ponderibus librata suis, circumiacentis aquæ interiora satagit penetrare. Nunquam lux à tenebris semel diuisa, Genes.1. vers.4. mutuo iura sua violarunt: sol, obscura noctis palatia ingredi, non præsumpsit, neque diei aulas, nocturna vnquam sidera profanarunt. Quid ita? quia non quauis, sed stricta quodammodo iustitiæ lege, sic a Deo cohibentur, ne in alterius officium se ingerant; nec locum, alieno ministerio deputatum, ingrediantur. Tertullian. lib.2.cont. Marc. cap.11. *Iustitia opus est, quod inter lucem, & tenebras, separatio pronuntiata est: inter diem, & noctem: inter cælum, & terram: inter aquam superiorem, & inferiorem: inter maris cœtum, & aridæ molem: inter luminaria maiora, & minora: diurna, atque nocturna,* &c. *omnia vt bonitas concepit, sic iustitia distinxit.* Vt iam iniustitiæ penè reus habeatur, quisquis aut alienis diuisisque à se officiis ingeritur, aut officinam aliis deputatam, absque eorundem licentiâ ingreditur. 321. Gen 1.v.4. Tertull.

322. In patriam remeabat Iacob, iam socero relicto penitus, & penè eius familiâ vlterioris Prouinciæ confinibus insistente: tunc addit textus: *Fueruntque ei obuiam Angeli Dei, quos cum vidisset, ait: castra Dei sunt hæc.* Genes.32. vers.2. ergo, inquis, tam sero, & post longa itinera, viro sanctissimo, & eiusdem familiæ occurrunt Angeli? ergo totam ferè Syriam, absque horum præsidio peragrarat? fugiebat socerum timens, & absque præsidio: & tunc demum peracta iam pace properat auxilium? ne credideris: sed Angelorum, custodiam tutissimam secum detulerat, quorum quidam Genes.31. vers.24. socero, ne quid funestius machinaretur, minas intentauerat. Alij ergo erant Angeli isti, qui denuo in castris apparuerunt, quasi ibi Iacobum excepturi, atque tandem in Patriam fæliciter reducturi? sed cur aut priores Angeli, qui illum è Mesopotamia eduxerant, ad Patriam vsque non conducunt: aut noui isti, ad Mesopotamiam vsque non processerunt? nunquid aut illi, iam lassi: aut isti lassitudinem præcauerunt? gerræ. Habent Angeli destinatas sibi Prouincias, munera officiorum subdiuisa: nullus aut alterius officio se ingerit, aut temerè in locum alterius ministeriis ingreditur deputatum. Lyranus ibi. *Dicunt Hebræi, quod Angeli, qui custodiebant Prouinciam Syriæ, conduxerunt eum, vsque ad locum illum, qui erat in fine Prouinciæ illius: & tunc alij, Angeli, qui præerant Prouinciæ alteri, sibi coniunctæ, obuiauerunt illi, ad conducendum eum* Sic diuersa Angelorum caterua, diuersis, in designato sibi loco, ministeriis inuigilabat. Gen.32.v.2. Genes.31. v.24. Lyran.

Angelus

323. Angelus vnus, totam cœlorum machinam mouet facilis, nec laſſatur: vnus Aſſyriorũ caſtra, facilis, & in multo maiora ſufficiens decollauit, tot cataphractis cuſtodientiũ militum illudens aciebus. Et ecce, ad molles ſodomitarum vrbes, non manu ſed cælitus miſſo ſulphure deuaſtandas, non vnus, ſed duo Angeli expediuntur. *Veneruntque duo Angeli Sodomam, veſpere.* Genes. 19. verſ. 1. nunquid non pluſquam ſatis vnus, ad hoc excidium? planè ſatis. Quid ergo bini ex ſuperfluo occupabantur? quia in diuerſa miniſteria deſtinati venerant: alter Sodomitarum excidio, alter Loth, eiuſdemque familiæ liberandæ præfectus: & quamuis vnus & idem, vtrique ex ſe ſufficeret miniſterio, non auſi tamen, præſcriptum à Domino tenorem interpretari, nec vltra datas diuiſæ iuriſdictionis metas excurrere: alter igitur criminoſæ, alter ciuili cauſæ aſſiſtebat, quin alter alterius negotio immiſceretur. Lyranus ibi. *Venerunt duo alter ad ſubuertendum Patriam, alius ad liberandum Loth, & eius familiam.* Non alter, alterum ſibi ſocium excuſat, ne dum recuſat: quia licet vnus tantum, vtrunque Domino præſtare poterat obſequium, timuit ſe ipſo officio inofficioſum habendum, ſi iniuſſa, licet neceſſaria viderentur, præſumeret. Et quidem ita eſt: tantum abeſt, vt alterius officio te per temeritatem ingerens, Deo placeas: vt quandoque, etiam dum neceſſarius occurrere videris, ſolum quòd iniuſſus occurris, iam diſpliceas.

Gen. 19. v. 1

Lyran.

324. Reducebat Dauid arcam Dei, in vrbem ſuam: de domo Aminadab: & addit textus: *Poſtquam autem venerunt, ad aream Nachor, extendit Oza manum, ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam: iratuſque eſt indignatione Dominus, contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate, qui mortuus eſt ibi.* 2. Reg. 6. verſ. 6. & 7. ſatis difficile eſt indignationis diuinæ cauſam, hic aucupari, cum vix temeritatis culpa appareat in percuſſo. Nunquid Leuitæ arcam non attrectabant? certè attrectabant. Nunquid non è Leuitico genere Oza? Leuita erat. An quod humeris portari ſecundum legem deberet arca, non vero in plauſtro, ideo percutitur? ſed hæc, (quamuis in rebus ſic turbatis, ignorantiam non excuſemus) non Ozæ vnius, ſed omnium culpa fuerat. Dices fortaſsè minus purum aliunde: aut contumaci tunc mente acceſſiſſe. Sed hæc diuinatio eſt, aut mera coniectura. Quæ ergo hic temeritas punienda? Nimirum ductandis bobus, atque minando plauſtro vocatus fuerat: non vero arcæ, ſi forte periclitaretur, ſuccurrendæ: verſ. 3. dum ergo, vt putabat officioſus, non tam contumax quam præceps, iniuſſo miniſterio ſe ingerit, non ſperatis aliis, quibus vt credi fas eſt, hoc muneris commiſſum: iam de temeritate quamuis non ita graui, punitur meritò: quaſi ipſo pietatis officio veniat inofficioſus, ſolummodo quod iniuſſum præſumpſerit miniſterium. Poteſt ni fallor hæc ratio, (licet ab Interpretibus nondum adducta) litteralis difficillimo loco reputari: quam confirmo ex Saluiano lib. 6. de Prouid. vbi ita. *Oza ille Leuites Dei, quid contra mandatum cœleſte fecit, quod vacillantem arcam Domini, ſuſtinere tentauit: nihil enim hinc erat lege præceptum; & ſtatim dum tenebat, percuſſus eſt: non quia, vt videtur ad ſpeciem, contumaci aliquid, aut inofficioſè ſaltem mente commiſerit: ſed ipſo officio inofficioſus fuit, qui iniuſſa præſumpſit,* &c. Quid fuerit, ſi peruicax te ingeras: quando nec ita contumax, ſic punitur?

2. Reg. 6. v. 6.

v. 3.

Saluian.

Quamuis quæ ſupra n. 319. dixi ex Tertulliano, ex ſe ſatis ſint firma: vlterius in eandem mentem, hoc loco confirmantur. Daturus Chriſtus vinum, in Nuptiis Cana dixit Miniſtris: *Implete hydrias aqua.* Ioan. 2. v. 7. quærunt cur ibi Chriſtus vinum non produxerit, quod certè oſtendendæ potentiæ foret mirabilius, cum à Creatione, apertius quam à transformatione, Deus agnoſceretur? & reſpondet poſt multa Chryſoſt. Homil. 21. in Ioan. *Cum ſint nonnulli, qui alterum mundi opificem, quæ videntur opera, condidiſſe aſſeuerant: horum quoque inſaniam cohibens, plura fecit miracula ex ſubiectis ſubſtantiis: nam ſi ipſe Deo, contrarius opifex fuiſſet: non vtique alienis vſus eſſet Chriſtus, ad propria virtutis demonſtrationem.* Nec enim alieno ſe mundo ingerere, alienas à Deo patre, & aduerſarij numinis curæ deputatas ſubſtantias: Chriſtus mutare, refingere, & quaſi ſua tractare, præſumendus. 325.

Ioan. 2. v. 7.

D. Chryſ.

Huculque dicta, ſic priorem regulæ partem confirmauerunt, vt etiam ſecundam confirment. Adhuc tamen vno verbo expendendum contra vagos, & officinas aliorum, circumcurſantes, quam fruſtra quæratur IESVS, cui inhiare debuerant, qui niſi in deſignata ſingulis ſphæra inuenitur. Quæſiuit Sponſa Chriſtum, nec inuenit: tunc animoſior, *ſurgam,* inquit, *& circuibo ciuitatem, per vicos & plateas, quæram, quem diligit anima mea.* Cant. 3. verſ. 2. miraberis forſan vagantem, ſponſam, & quaſi domeſtico clauſtro, quo modeſtius detinenda videbatur, quodammodo violato, totius ciuitatis plateas circumeuntem. Sed ego magis miror, tam anxia vota, tam flagrans deſiderium; poſt quæſitum in ciuitate IESVM, neque tandem inuentum, non etiam vltra mœnia erupiſſe, non circumuicinos vrbi campos, imò & orbem ſolicitè peragraſſe. Si iam domus ſepta percuperat, cur etiam extra muros non erumpit? quis enim auidæ, & ſatagenti ſolicitudini metas ponat? ſcilicet ſic auidum degebat, vt etiam prudens, & ordinatum procederet deſiderium: nec domum temerè reliquiſſe præſumẽda ſponſa, quæ totam ciuitatem IESV ſui, domum eſſe cognoſcebat, ſphæramque ſibi piis inquiſitionibus deſignatam: euagaretur vero culpabilis, ſi extra ciuitatem erupiſſet, audi Salomonem, de IESV Dei verbo, & Dei ſapientia: *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba ſua.* Prou. 1. v. 20. in ciuitatis ergo huius plateis (qualis qualis iſta intelligatur) dilectum inquirit, ibi ſiſtit, vbi ſibi agnoſcit terminos deſignatos. Gellib. ibi ſer. 4. *Circuitus iſte nõ eſt peruagationis, ſed inueſtigationis: at ſi rigatur, qua circuit, non euagatur tamen, non excedit terminos ciuitatis, non loca, quæ dilectus perambulare ſolet. In circuitu ambulat, ſed intus ambulat, per vicos & plateas ciuitatis: ſapientia enim in his viis ſe oſtendit hilariter, & in plateis dat vocem ſuam. Ideo in iſtis circuit, quia nouit, vbi ſoleat illi, vberior occurſus eſſe dilecti.* Non nobis inquirendo IESV, alienæ officinæ deſignantur: oleum & operam perdimus, dum extra deputatum miniſteriis noſtris locum euagamur. Solum IESVS, & eius nomine ſuperiores, omnium penetrant tuto manſiones, quia omnibus ſatagunt ſubuenire. Vnde Chryſolog. ſermon. 18. de Chriſto domum Petri ingrediente, ita. *Hodierna lectione didicit attentus auditor, quare cœli Dominus, reſtaurator vniuerſorum, terrenas & ſeruiles intrauerit manſiones: ſed nihil mirum, ſi ad omnia dignanter acceſſit, qui clementer venerat omnibus ſubuenire.* 326.

Cant. 3. v. 2.

Prou. 1. v. 20.

Gellib.

D. P. Chryſ.

§. II.

§. XXXII.

Vita mixta, contemplando, agendóque pariter assueta, conditio perfectissima.

327. AD calcem primi huius, & longioris capitis, in quo fusius nonnulla, ad Societatis nostræ institutum pertinentia, disseruimus: nunc quæ ad actionem, nunc quæ ad contemplationem spectant, pondetantes: lubet iam pauca congerere, quibus vitæ huius mixtæ excellentia, vtilitas, & conditio cōmendetur. Vbi oon taio dicenda quærere, quā euitare, iam ab aliis fælicius dicta, labor fuerit: quando de hac materia, in molem vsque iustam, volumina multorum excreuerunt. Philo Iudæus lib. 1. Allegor. postquam Paradisum à Deo creatum, de Anima Hominis explicauit: Arboresque huius Paradisi, à Deo plantatas, de virtutibus asserit exponendas: expendit tandem cur de his animæ, seu Paradisi lignis, non tantum suauitas ad

Gen. 2. v. 9. Phil. Iud. gustū, sed etiam pulchritudo ad oculos celebretur: *Produxitque Dominus Deus de humo, omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue.* Genes. 2. v. 9. sic eoocludit. *Quædam Artes contemplatiuæ sunt, non item actiua, Geometria, Astronomia: quadam actiua, at non contemplatiua, materiaria, æraria, & liberales cætera. At vero virtus contemplatiua simul & actiua est,* &c. *est enim virtus, ars totius vitæ, omnes actiones in se continentis. Et quanuis contemplationem, & actionem habeat, tamen in vtraque est præstantissima: est enim contemplatio virtutis pulcherrima, visu vero & actio, sectanda omni conatu: ideóque dicit arborem esse aspectu pulchram, quod contemplationem significat: & bonam ad cibum, quod vsus & actionis signum est.* Quasi minus perfecta Hominis illius ad imaginem diuinam efformati, virtus procederet, si altero horum pede claudicaret: imò minus decens existeret, si in vtraque hac doie, non foret præstantissima: sic vttinque se temperans, vt neque actio obstreperet contemplationi: nec actionem despueret contēplatio, sed mutuā vicissitudine ad perfectionis vsque apicem, se fouereot.

328. Sed in hoc negotio, non tam periculum est, ne actio sancta sic obstrepat contemplationi, vt illam omnino cupiat absorbere, cum nouerit à contemplationis fonte, vires sibi, & virtutem communicari: quam ne contemplatio, sic actionem despiciat, vt vel maioris puritatis prætextu, vel perceptæ suauitatis allectamento, Animam à debitis actionibus retardet: id tacitè insusurrans, fore vt minus coogruè Deo assistat, si tractandæ ptoximotum saluti distrahatur. Sed quam falsa præsumptio! nunquam melius assistis Deo, quam dum sub debitæ charitatis tenore, relicta ad tempus oratione, in sanctis actionibus occuparis. Sanctis suis Angelis circundatus aliquando Deus, quasi congregato concilio assistebat: quos inter, & diabolus compatuit: ad quem tunc Do-

Iob. 1. v. 7. minus: *vnde venis?* Iob. 1. verf. 7. mira interrogatio? nunquid omniscio numioi, vnde dæmoo veniret, vbíve pridem assisteret, latere potuit? absit. Quo ergo tendit mysteriosa ista interrogatio? respon-

Olympiod. det ibi Olympiodorus. *Vnde venis, exprobrandi causa dicitur diabolo,* &c. *ac si dicat: Angeli qui mihi obsequuntur, qui diuina mea iussa capessunt, eadem cum perficiunt, vere mihi assistunt: hoc illis est assistere, voluntati mea satisfacere omnino: neque enim eorum assistendi ratio naturâ aliquâ loci desinitur. Tu autem, vnde venis: neque meus es administer?* Vbiuis esset dæmon, præsenti tamen vbiuis Deo adesse, cogebatur: nec tamen illi assistere præsumendus, quia diuinis ministeriis non occupabatur: imò nec etiam tune in Concilio præsens licet, assistere credendus. At Angeli etiam extra cœlum empyreum, vel terras adeant, vel infernum, semper Deo assistere commendantur: quandoquidem hoc illis assistere est voluntati diuinæ, quam vbique exequuntur, satisfacere: nec minus in cœlo laudem intonantes, & cæterorum choro admixti: quàm in terra hominibus consulentes, Domino suo assistere præsumuntur. Crede mihi nunquam melius assistis Deo, quam dum ex Religionis tuæ præscripto, contemplationis otia intermittis, vt sanctis proximorum negotiia occuperis.

329. Postquam tabernaculi formam, Arcæ Propitiatotiique figuram, Moysi dictauit Deus: addit statim. *Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies, ex vtraque parte oraculi, Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero* Exod. 25. v. 18. erat Tabernaculum, cœlestis curiæ forma, vnde duobus istis Cherubinis, tota illa beata spirituum congregatio, qui Domioo administrant, referuntur. Illud, tamen oon caret difficultate, cur quasi inter se diuisi, & inter se distantes exprimantur: qui vnanimes & concordes coniunguntur? Cur etiio, non vterque, in eodem latere apponentur, vt intima mentis indiuisio agnoscatur? sed non erat hæc contrapositio Indolis, sed ministerij: subindiuisā Spiritus sancti concordia, diuersus sic officiorum ordo designatur. Petrus Cellensis lib. de Tabernac. ita ad hunc locum. *Ex hoc inuitur ministrantium distributio, qua inuisibili Deo, alij semper assistunt, alij ad exteriora ministeria, obedientes exeunt.* Non quod hi obedientes, etiam sic exeuntes oon assistant, assistunt quippe eo ipso, quod diuinæ voluntati obedíunt, vt supra vidisti: sed vt intelligatur, non minus Cherubieos esse spiritus, qui exeunt, quàm qui manent: in diuerso itaque ordine, & missi, & retenti, idem aptissimè præstant sic obsequium. Exod. 25. v. 18. P. Cellens.

330. Dices, non mirum si Angeli hilariter inde exeant, qui in ipsis mediis actionibus, diuinam contemplationem non interrumpuor: oos vero qui dum agendo immittimur, deficimus contemplando: cur dum vtrique non sufficimus, semper saltem, meliorem hanc partem non eligamus? præterco ex mystiea Theologia, & ex ipsa Sanctorum experientiâ, multa congetere, quibus probatem nonnullos etiam in hoc corpore viuere sic perfectos, vt vacantes proximis, sæpe contemplationem non iotertumpant: id. de se, déque Borgia nostro, narrat magna Teresia (vnde iam excusatio tua detruncatur, qui tantæ perfectioni non anhelas:) præterco inquam, ne ab euentibus raris, videar desumere argumentum. Id à te quæro: putásne, aut synceram, aut gratain esse Deo, contemplationem, illaio, qua in otio frueris iucundissimè: dum periclitantes fratres, quos saluare poteras, & quādoque debebas, spernis durus? falleris egregiè: absolutè quidem, melior est pars illa contemplatiua, quàm actiua: non tamen raro perfectius operaberis, si illam suo tempore, pro istâ intermittas: vt ex vitâ mixtâ, ad instar vitæ IESV compositâ, euadas perfectissimus. Degebat fælicissimè apud Deum Moyses contemplator: interim populus ab infami vitulo, in Idololatriæ præcipitia ventilatur. Tunc ad Moysem Deus. *Vade, descende, peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti.* Exod. 32. v. 2.

pti. Exod. 32. v. 7. sed quid tunc si peccauit: puniatur: luitutus ne est Moyses, tantæ contemplationis dispendio, culpam populi? aut si in ministrum vindictæ designatur à Deo: an Deus pronior in peccatricis turbæ vindictam, quam in Amici ducis indulgentiam? differatur paululum vindicta populi, ne indulta Moysi gratia, celerius quàm par erat, cessatit: cur ergo sub tanta celeritate expeditur? non quod pœnæ tantum futurus executor: sed magis, vt culpæ veniret intercessor: mittitur populum ad pœnitentiam reducturus, priusquam idololatrandi consuetudini callos obduceret. Ingrata ergo interim Deo contemplatio, & hymnifica Moysis iubilatio, vnde & ipsi Moysi inutilis, & noxia, ni relinqueretur, meliori, pro temporis circunstantiis, actioni postponenda. Oleaster ibi, non absque pipere. *Discant ex hoc loco, qui docent vnitos, ac contemplatores, liberos esse ab omnibus aliis, neque tunc preceptis aliis astringi: cum videant hic Dominum, Ducem à suo colloquio reiicere, vt populo suo subueniat. Nonne etiam apud Lucam legunt, Seruatorem non tantum semel, sed etiam ter orationem reliquisse, vt tentationi discipulorum suorum subueniret?*

Oleast.

331. Fruebatur Sponsa in sinu, & complexu IESV sui deliciis suauissimis, quo sopita somno, quo nunquam feruentior spiritus euigilat. Vnde ait, *ego dormio, & cor meum vigilat.* Cantic. 5. vers. 2. in hac tanta fælicitate constitutæ sibi, quid euenerit, subdit statim eodemmet versiculo. *Vox dilecti mei, aperi mihi soror mea*, &c. *quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei, guttis noctium.* Planè iam intus erat in corde, cui sic suauem somnum immiserat: non ergo, vt alibi dixi, tam sibi in semetipso, quam suis volebat aperiri, viscera charitatis: imò, non tam aperiri sibi, id est, in sui gratiam, ostium cupiebat, vt intraret ipse, qui penitissimus iam, quàm vt ipsa Sponsa egrederetur. Itane? ab his deliciis, à tata somni huius horâ, & breui morâ auocatur sponsa, & ab ipso IESV, qui illam consopiuetat auocatur? omnino: non enim ideo placet Sponsa quia fruitur, sed quia voluntatem gerit dilecto: neque tam de contemplationis luce, quam de ardore probatur charitatis: nusquam vero charitas ardentior, & Christo gratior, quàm dum ipse suauissimus, relinquitur ad tempus, vt proximorum saluti adlaboretur. Ailredus ibi, post multa, quæ dedi alibi. *Audiens illa caput Amici plenum rore, & cincinnos eius guttis noctium, euigilat, surgit, aperit ostium: relictisque deliciis, quibus fruebatur, ad capillos eius, id est, illos, qui fide illi adhærent, qui ex nocte ignorantia, aliquid aquilonaris frigoris contraxerunt, erudiendos, charitate suggerente pertransit. Hinc beatissimus Paulus, optabat anathema à Christo esse, pro fratribus: salutem multorum, propriis licet summis, præponens deliciis.* Putes ergo perfectius fuisse si nec Moyses mittenti Deo nec Sponsa vocanti Christo paruissent? vt diutius contemplatione fruerentur? dum itaque, gratis vicibus, ex contemplatione & actione, vita temperatur, supremam virtutis lineam attingit.

Cant. 5. v. 2.

Ailred.

332. In typum viitorum Sanctorum, qui mundo renuntiant, Christo seruituri, refertur in scriptura Iacob socerum suum Laban, & Moyses Pharaonem euitasse. Plenas de hac re vbiuis paginas incurres. Habet non parum mysterij ex Græco, gestum vtriusque: nam discessus Iacob, tam in nostra, quam in LXX. versione, fuga dicitur: *noluitque Iacob confiteri socero suo, quod fugeret.* Genes. 31. vers. 20. At in historia Moysis, vbi legimus: *fugiens de conspectu eius.* Exodi 2. vers. 15. in Græco est: *secessit Moyses.* Vt non tam fuga putetur, quam secessus. Quo posito insurgit iam, nec facilis, nec iniucunda disputatio. Si typi significationem attendis, vberioris perfectionis formam exhibet in historia sua Moyses, quam Iacob in sua: ille enim & Deus Pharaonis, & populi sui Saluator constituitur: hic vero, prudens tantummodo, piusque paterfamilias designatur. Si ergo perfectius mundo renuntiatur, dum eius negotia penitus euitantur, quod per fugam, id est, omnimodam separationem significatur: quàm dum quasi ad regressum, dimittuntur: quod secedendi verbo exprimitur: cur perfectior Moyses secedere tantummodo dicatur: Iacob vero fugisse penitus celebretur? Si perfectius renuntiat Moyses sæculo, cur illud non penitus fugiens euitat? Nimirum hæc alterius fuga, & alterius secessus ille, non solum perfectam sæculi renuntiationem, sed etiam diuersum modum in illâ se habendi, ponit ob oculos: & quidem alterum altero longè perfectiorem. Bene agit, qui sic euitat sæculum, vt quasi timens fugiat, non amplius cum illo, non solum non in gratiam, sed etiam nec in pugnam rediturus: melius agit, qui licet penitus affectu euitet sæculum, animosior tamen, non tam videtur fugere, quam secedere, quasi cum illo iterum non in amicitiam, sed in certamen destinet conuenire. Philo Iud. lib. 2. Allegor. *Non fugit Moyses à Pharaone, alioqui nunquam reuerteretur: sed secedit, hoc est inducias facit, athleta more paululum respirantis, & recolligentis spiritum: donec accitis prudentia caterarumque virtutum auxiliis per sermones Dei, cum validissima potentia rem aggrediatur. Iacob autem vt supplantator, compendiariis artibus virtutem adeptus sine puluere, alioqui non vocandus Israël mutato nomine, fugit Labanis negotia, &c. nam quia confligendo non poterat ea deuincere, modo vincat, mauult fugere, laudandus sanè hoc nomine.* Habes rei, quam intendimus, symbolum apertissimum. Qui merè contemplatiuam vitam sibi eligit, vincit reuera mundum, sed in fugam proreptus: & tandem sicut Iacob Deo vacans, securus, sed non tam gloriosus conquiescit. Qui vero mixtam amplexatur, victor secedit, in contemplatione per sermones diuinos, vires reparaturus, vt animosior identidem redeat, ad certamen: indéque sicut Moyses, noua sæpius spolia à sæculo reportans, gloriosior tandem populum suum liberat, & secum in fælicissimam patriam conducit: verè IESV nostri vitam imitatus.

Genes. 31. v. 20.
Exod. 2. v. 15.
LXX Interp.

Phil Iud.

Mirum hinc encomium illud Iustorum, apud Prophetá: *Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum: ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.* Psal. 149. v. 6. nihil saenienti prælio alienius videbatur, quam musicæ dulcedo: nihil ab hymno suauissimo remotius, quam turba decertantium gladiorum: & tamen ita sonoro gutture modulantur, vt simul acuto gladio decertent: scilicet sibi similes iustos omnes cupiebat Dauid: sic ille Psalmos cecinit contemplator, quasi nunquam præliaretur: sic hostibus occisis ad liberandam gentem suam decertauit, ac si nunquam Psalmos conderet: ideo vir secundum cor Dei formatus 1. Reg. 13. v. 14. celebratur, qui dum vitam mixtam elegit, perfectionis verticem conscendit. D. Thom. Villanoua Conc. 2. Assumpt.

333.
Ps. 149. v. 6.

1. Reg. 13. v. 14.

Assumpt.ita. *Illud maximum, & egregium, vtranque vitam,in vnam eandémque personam conuenire,vt scilicet exultationes Dei,sint in faucibus eius,& gladij ancipites in manibus eius:& neque cordis exultatio,solicitam manum in opere retardet,neque manus solicita,feruentem exultationem in laude restinguat. Quam gloriosus apparuit ille Propheta Regius , quam spectabilis & admirandus , qui sic pugnauit, vt nunquam orasse, sic orauit,vt nunquam pugnasse videatur.* Habes religionis nostræ, id est, sacræ militiæ Tenorem : sic contemplationi deditæ,& exerciriis addictæ spiritualibus,vt nihil ad proximos : sic proximis studens,vt nihil ad contemplationem attinere,putari posset : vtrinque spectabilior & gloriosior , quasi iuxta cor I e s v sui formaretur.

334. Sed vnde, inquis, euenire possit, vt qui sic impensè proximis itudent,non inde se sibi subtrahere præsumantur:Habet hoc communicatio virtutis commune cum luce,vt nuoquam communicatione minuatur:sed & illud insuper habet singulare,vt in ipsa communicatione sui crescat,& dum aliis proficit,augeatur fælicius : nec ex eo tantum, quod reapse per huiusmodi perfectæ charitatis opera in se proficiat,quod patet : sed etiam ex eo, quod illorum quibus studet,succrescente profectu augeri visa, & filiorum spiritualium augmẽtis,cumulari.Neque mirum:quæ enim, maiora quandoque tribuere potest,quàm habet:quidni donis quæ tribuit, tanquam suis, licet in alium translatis , in isto alio augeri intelligatur ? ænigma putes, quod clarum iam exhibeo. Rogarat Elisæus Eliã,vt fie-
4 Reg.2. v.9. ret in illo *duplex spiritus* eius.4.Reg.2.v.9.ad quem
tunc magister:*Si videris me,quando tollar à te,erit ti-*
v.10. *bi,quod petisti*,v.10.prætereo quod hilariter rẽ difficilem concedat:at vnde quod non habet, largiri potest?si vero largitur,quomodo idem nõ habuisse præsumatur?hæc est vitæ huius mixtæ, in communicandis virtutibus,mirandum ingenium,conditio gloriosa , vt magistri ipsi in discipulis maneant,sed vberiori quandoque quam in semetipsis
Ambros. sanctitate.D.Ambros.ibi,serm.87.*O Hæreditas pretiosa , in qua plus Hæredi relinquitur , quam habetur: plus consequitur,qui accipit, quam possideret,qui largitur!pretiosa planè hæreditas,quæ dum à patre transfertur ad filium , meritorum quodam fœnore duplicatur. Igitur Elias cum simplicem sanctitatis ipse haberet spiritum, Eliseo duplicem dereliquit. Mirum ergo in modum plus Elias gratia dimisit in terris,quam secum portauit ad cœlos : & licet ipse ad altiora totus transfertur corpore,apud filium tamen maiori manet sanctitate* : quidni ergo , sub tam nouâ , tanti fœnoris conditione , libẽter quandoque contemplationem deponant hi tales , vt gloriosissimæ actioni salutis proximorum addicantur ?

335. Redeat iterum Sponsa,spiritualis doctrinæ magistra optima, de qua cum aliquando fælicissimo
Cant.8.v.4. somno indulgeret,sic Christus ad sodales: *Adiuro vos filiæ Ierusalem,ne suscitetis,neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.* Cant.8.v.4. nil mirum,si se somni sacri custodem exhibeat I e s v s, qui nouit illuminari ibi Animam , vt postea queat alios illuminare : illud certè mirandum, illius arbitrio excitationẽ hanc committi:quæ ẽnim in tam fælici amplexu, circundata deliciis recreabatur,sero aut nunquam hinc vellet amoueri. Tu ergo ipse excita illam , I e s v dulcissime , aut fac sic à sodalibus excitetur : si enim solum quando ipsa velit , excitanda : credo nolet tam cito excitari: & paruuli tui interim, qui nutriendi ? Imò nullus acrior , quam ipsa sibi interrumpendo somno,

etit stimulus : quæ enim in hoc somno , ardentius I e s v sui amoribus indulget : sciens Amorem perfectu in Deum pariter & proximos inquirere , ab illo , in hos identidem deuolabit. Penè in hanc mentem alibi , aduocato Ailredo hunc locum explicaui : aduoco denuo D.Thomam Vil-
lan.supra citatum,vbi ita. *Ac si dicat,sinite illam vt* D.Th.Vill.
dormiat,quantum vult : ipsa melius nouit, quando debeat excitari , quæ in sui Sponsi sacro pectore requiescit : sinite , nolite excitare : charitas enim , quæ illam soporauit , illam opportuno tempore suscitabit : & quæ eam ad tempus , in eremo abscondit , illam commode populis publicabit. Ita est : non poterat, in tantum perfectionis gradum deuenisse , nisi agnosceret, quod licet contemplatio præcellat actioni , tamen vtranque coniunctam , & inde gratis vicibus subdiuisam , aliquid esse longè præcellentius. Be-
nè Cellensis lib. de Panibus, cap.4. ad hanc rem. Petr.Cel.
Sunt autem fidei fructus in Anima relucentes,& vniuersum orbem vitæ humanæ illuminantes, sicut magna luminaria in firmamento cœli , quæ quarta die facta sunt. Habet vero Anima duo magna luminaria , luminare maius , vt præsit diei , & luminare minus , vt præsit nocti , cum implet duo præcepta charitatis : vno diem contemplationis ; alio , noctem actionis suæ illustrans. Multa in his verbis inuoluuntur , quæ si ad rem nostram excutias, non parum , quæ hucusque dixi , confirmabunt. Pergo.

Administri , & cooperatores Dei erant sancti 336.
illi , qui sub quadriformi mysticorum specie animalium , thronum cœlestis gloriæ portabant , & cœlestium importabant doctrinam arcanorum : in quibus tamen nemo legens non hæsitat , dum dicitur : *nec reuertebantur , cum ambularent* Eze-
chiel.1.vers.12. cum paulo post , vers. 14. dicatur: Ezech.1.
ibant , & reuertebantur in similitudinem fulguris co- v.12. & v.14.
ruscantis. Benè enim D. Gregor. ibi , homil. 5. D Gregor.
Valde sibi hæc videntur contraria , quia ibant , & Magnus.
non reuertebantur : & ibant & reuertebantur. Fusissime tamen & pulcherrimè respondens , sic
concludit. *Vadunt & non reuertuntur atque va-* Idem.
dunt,& redeunt : quia sancti viri, & ab actiuâ vitâ, quam apprehenderunt , ad iniquitates non corruunt: & à contemplatiuâ , quam tenere iugiter non possunt, in actiuam relabuntur , &c. benè autem reuertentia animalia coruscanti fulmini comparantur , quia sancti viri , cum ad superna contemplanda euolant , tum primitias sui spiritus , in cœlestis patriæ amore ligant, sed grauati humanæ conuersationis pondere , ad semetipsos redeunt : bona cœlestia , quæ saltem per speculum contemplari meruerunt , fratribus denuntiant, eorumque animos , in amorem intimæ claritatis accendunt. Quasi non ita intimi diuino throno possent ministrare , nisi vtriusque vitæ exerciriis occupati : nec optimam vitæ actiuæ rationem assequerentur , nisi saluti fratrum laborarent.

Hæc satis de priuatâ Societatis nostræ ratione: cætera quæ illi cum aliis religionibus sunt communia, ex aliis opusculis nostris, huc aduocanda. Neque pauca huc facient ex illis quæ de Patriarcha Ignatio,nonnullisque eius filiis iam accumulo,maximè in Gonzaga.

* * *

CAPVT II.

Ignatius Miles cœlestis.

§. I.

Ignatius discit ex profana, quid in sacra Militia esset acturus: nèc tam arma deseruit, quam mutauit.

337. VENIO iam ad gloriosissimum prædictæ hucusque Societatis Patriarcham: non tam in commendis vltra debitum eius encomiis, filiali, & tenerrimo (fateor) affectui indulturus: quam indoliturus ingenio, cuius hebetudine, ingens illorum gloria detetenda: sed & blæsa pusionis sui balbuties, parentem sæpe detinet, nuo ingrata. Cæsari militátem, & feruido spiritu Pampilonensis arcis custodiæ sic studentem, vt vitæ potius quam fidei, polliceretur iacturam: Ignatium in castra sua Christus transfert: indicauit scilicet satis in profanâ, qualem se postea, in diuinâ militiâ gesturus foret. D. Paulinus epist. 27.
D.Paul. ad victricium, qui relicto militari baltheo, Christo dixerat, sacramentum: ita. *Passus est militare te Cæsari, vt Deo disceres militare: vt dum labore castrensi, corporis robur exerces, spiritalibus te præmiis roborares, confessioni spiritum firmans, & passioni corpus indurans. Quod diuina Prouidentia circa te fuisse consilium ingens postea exitus tuus à militiâ, & ingressus ad fidem docuit*, &c. *Militia sacramenta permutans, arma sanguinis abiecisti, vt arma pacis indueres, contemneas armari ferro, qui armabaris Christo.* Nihil, cœlesti militi nostro aptius, scribi poterat: sic dant sæpe aliqui in humanis, virtutis gustum, cuius apponent fercula, in diuinis.

338. Postquam cæco illi à natiuitate, optatissimam lucem Christus restituit, quam aliquandiu, solius diuinæ potentiæ gloria exhibenda detinuerat: cum ille à Synagogâ eiiceretur, se ipsam traducente, quasi non posset obcæcata, illuminatum iam hominem retinere: addit tandem Euangelista.
Ioan. 9. v. 34. *Audiuit IESVS, quia eiecerunt eum foras: & cum inuenisset eum, dixit ei: tu credis in filium Dei? respondit ille & dixit: quis est Dominus, vt credam in eum? & dixit IESVS: & vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est: at ille ait: credo Domine, & procidens adorauit eum.* Ioan. 9. vers. 34. pende illud: *cum inuenisset eum.* Non enim casu repertus, sed curâ & diligentiâ quæsitus, atque tandem inuentus declaratur: idque, vt longè maiua interioris lucis acciperet beneficium, sub iis circunstantiis, vt vix alibi in toto Euangelio speciosius ad fidem vocaretur aliquis, aut reuerentius procidens responderet. Ecquid quæso in cæci huius videntis oculis apparuit, vnde sibi piissimos Saluatoris oculos sic allexit?
Chrysost. respondet D. Chrysostom. tom. 6. orat. de illo. *Cur autem occurrit illi? vidit Saluator animam probitatis plenam, vidit animam pro Deo verba facere non scientem, sed pro fideli aliquo Propheta, se loqui existimantem: interrogatus enim de Christo, quid de illo dicit? quia Propheta est. Saluator autem hæc ait: si cum me Prophetam arbitratur, & hominem esse suspicatur, ita decertat; quid non faciet, si gloriam diuinitatis agnouerit?* Probauit iste in humanis, qualem se foret gesturus in diuinis: qui hominis meti, vt putabat, sibi beneficii honorem sic tuebatur, vt extra Synagogam fieri non doleret: is certè, vbi Hominem illum pariter esse Deum intelligeret, vitam pro illo fundere gauderet.

Apetiebat satis Miles noster, qualis esset pro 339.
cœlesti principe decertaturus, qui talis pro terreno decertabat. Neque caret mysterio, non vtcunque à militiâ in militiam translatum: sed in ipso bellandi actu, in ipso feruore pugnæ, occultam tunc licet, diuinam tamen manum fuisse expertum, vt etiam in hoc Apostolicæ gloriæ æmulus videretur. Iam Petrum & Andream collegio suo associare pridem destinarat Christus, iam illos in domo beatissima, suauissimoque colloquio hospites exceperat, neque tamen tunc, quod facilius fieri poterat, albo inscribuntur: quando ergo? audi Matthæum: *Ambulans IESVS iuxta* Matth. 4. v. 18.
mare Galilææ vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, erant enim piscatores: & ait illis, venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. cap. 4. vers. 18. non vtcunque piscatores piscium, in hominum eliguntur piscatores, sed dum actu piscationem faciunt, fiunt piscatio: nescio quomodo minus ad Christi gustum, nisi ab actuali exercitio vocarentur. Ideo Glossa ibi. *Decenter* Gloss.
autem per piscatoria vadit loca, Piscatores piscaturus. Quia & minus decenter illi degerent, nisi in piscatoriis locis immorantes quasi muneri suo desudantes. Ergo illud D. Chrysologi ad hunc lo- Chrysol.
cum sermon. 28. *Apostolos suos Christus humanis laboribus exerceri voluit, vt eos indefessos redderet in diuinis*: tunc manifestius Christo placuisse cernitur, cum actu ipso labori indulgebant. Actu decertabat Ignatius, quando diuinos oculos allexit, vt illi ferreâ glande percusso, congruam vocationem, licet tunc minus agnitam appararet: exercito scilicet in profanâ, vt postea in diuinâ militiâ indefessus redderetur.

Christum natum nuntiaturus, aduolat Angelus 340.
ad Pastores: *Et Pastores erant in regione eadem vi-* Luc. 2. v. 3.
gilantes, & custodientes vigilias, super gregem suum. Luc. 2. vers. 3. non vtcunque pastores aduocantur, summo animarum nostrarum pastori adorando: sed illi pastores, qui actu super gregem vigilabant. Quid ita? nimirum, terræ dominatorem Agnum promiserat Isaias, Agnum peccata mundi tollentem, commendat Baptista: qui ergo aut facilius aut fælicius, Agnum suum in antro delitescentem, aut quærerent, aut inuenirent, cœlestémque adorarent, quàm qui actu, terrenis gregis sui agniculis, à luporum rabie, excubias tunc præstabant? Græcus, in Catenâ aureâ, ad hunc locum. *Ecce* Græc.
pastoribus Angeli, Pastorem præcipuum prædicant: tanquam Agnum in antro manifestatum, & proditum. Vt à curâ agnis suis impensâ actu perdiscerent, qua curâ diuino Agnello, in cordibus suis fouendo, essent excubituri. Erat Christus scilicet Ignatio se in Manrezæ antro, sub forma Regij Ducis milites cogentis, illisque iussa dantis repræsentaturus: (ex hac enim reuelatione, ex prisca traditione ortum nouimus, primũ illud secundæ hebdomadæ exercitium, de Rege temporali vbi post multa, ita D. Parens. *Si terrenus ille Rex, cum* D. Ignat. de Loyola.
bellica sua euocatione dignus est, cui attentio, & obsequium præstetur: quanto magis Christus Rex æternus, mundoque toti conspicuus: qui singulos ad se his inuitat verbis: mea hæc est iustissima voluntas, totius mundi dominium mihi vendicare, inimicos meos debellare omnes, ac ita demum in Patris mei gloriam intrare:

intrare : ac proinde , quisquis io mecum venire cupit, laboret mecum necesse est laberi enim præmium respondebit.) Vnde ergo aptius vocaretur, quam dum pro terreno Rege, sic feruidus decertabat? vt ibi disceret, quanto hîc foret acrius bellaturus.

341. Adhuc autẽ in re aliâ, nouus noster Apostolus, ab antiqui Apostoli vocatione non visus dissentire. Prætereo, quod iam alij multi ponderarunt, instar Pauli prostratum fuisse sæculo, vt iam cœlo resurgeret animosior: & in Pauli vocatione, quædam minus adhuc expensa, iam excutio. Spirabat ille Minas, cædes machinabatur, & fortasse cum litteris pariter quas gestabat, armatas etiam militum
Act.9.v.3. ductabat cateruas: cum ecce, *Subito circumfulsit eum lux de cælo, & cadent in terram, audiuit vocem dicentem sibi Saule Saule, quid me persequeris?* Act.9.v.3. lux è cœlo, non vtcũque emissa, sed impetu excussa, vt deturbaret, merito Chrysol. citando, quasi fulminea, turbinem & tempestatẽ inuoluens declaratur. Et cur benefica lux, aliũde sic præceps ruit, sic turbulenta? solẽt delicatæ fœminæ fulminis aspectu, & tonitruorum strepitu, abortum facere : Paulus vero, non tam legitimo tempore, ab vtero sacro Ecclesiæ prodire visus, quam anticipato, vnde
1.Cor.15. v.8. Cor.1.c.15.v.8. se dicit abortiuum: ergo hac fulminante luce, aborsum mater passa. Nimirum auidus Christi tanti iam sibi Ministri comparandi, quasi minus seruato ordine ad tẽpus, bene magis serua o ad amorem: in ipso persecutoris animi feruore, intempestiuum merito, gratiæ tempestiuum sibi vocat. Pulchrè Chrysol. serm.56. postquam exemplo illorum, qui mense septimo quasi pertæsi moras, erumpunt vtero: idem in re spiritus probat conce-
D.P.Chrys. dendum, sic concludit. *Nonne Paulus acerbo dolore, viam nostra vexauit, & viscera genitricis vt cælesti turbine, ac totâ tempestate Ecclesia, praueniret tẽpora parientis? vt subito, & in via nasceretur, qui erat in fidem, viam gentibus præbiturus? merito se abortiuũ nuncupat: & miratur se fuisse natum, qui nouit, se nulla conceptus tempora pertulisse : namque cum hostis adhuc ipse caderet extetuse tus sancta matris vterum, & in ipso ortu pignora veneranda collideret, repentè sanctum mutatur in germen, qui ipsius germinis fuerat ferocissimus persecutor.* Igneo globulo, tormenti laxati bellici, cæditur Ignatius : cum nihil minus, quam cœlestem gloriam cogitaret, totus humanâ gloriolâ inescatus: quasi amoris impatiẽs Christus, abortiuum sibi edi festinaret : in prælio quodammodo nascitur, (hinc enim eius vocatio disponebatur) qui prælium inferno, Hæresi, vitiis erat immissurus. Nam vt Paulus (quod vbiuis leges) impio illo feruore gentis suæ gloriam zelatus, optimus, futurus Christi zelator agnoscebatur : sic Ignatius, ab humani honoris stimulo, acrius stimulandus diuino prænoscitur.

342. Nimirum militiam Paulus commutauit, & gladium quem tunc gerebat, vertẽs in stylum, quã pugnans euertere, iam scribens reformare curat Ec-
Tertull. clesiam. Ideo Tertull. in Scorpiaco c.13. *Paulus vero Apostolus de persecutione, qui primus Ecclesiæ sanguinem fudit, postea gladium stylo mutant, & conuertent machæram in aratrum.* Noua enim militia, nouo erat genere gladij exercenda. Sic & Ignatius, ad Deiparam mõtis Serrati, quasi otiosum ia gladium suspendens, nouis se armis induit decertaturus ; vt merito, illi nata videantur, quæ idem Tertull. lib.
Idem. de Cor. mil. cap.1. de milite illo suo, sic scripserat. *Grauissimas penulas posuit, releuari auspicatur : speculatorium morosissimam pedibus absoluit, terra sanctæ insistere incipient ; gladium, nec Dominicæ defensioni necessarium, reddidit : laurea, & de manu claruit. Et nunc russatus sanguine suo, spe calciatus, de Euangelij paratura succinctus acutiori verbo Dei : totus de Apostolo armatus, & de Martyrij candidâ, laureâ melius coronatus, donatiuum Christi, in carcere expectat.* Sic mutauit Ignatius sericum, sacco : fune baltheum: calceos, nuditate pedum : verbo Dei gladium: vnguenta crinium, cineris illuuie : in antro, donatiuum Christi expectaturus.

Et quidem non perdit, sed comit, qui ornatum militarem sic commutat. Baptizauit Philippus Eunuchum illum, apud Candacẽ Reginam, potentissimum: dúmque Agnus Christus, ad occasionẽ ductus, illi reuelatur, parandum se etiam Christo victimam, perdiscebat: & tamẽ cum raperet iam spiritus Philippum, addit textus de Eunucho. *Ibat autem per viam suam gaudens.* Act.8.vers.39. non tam patienter solum, quam etiam hilariter se subdidit Christi iugo : vtpote qui nouerat, non sibi apud terrenum Principem amitti gloriam, sed sublimius apud cœlestem commutari: quidni, si castitas illa inutilis & coacta, qua humano obsequio ministrabat : votiua iam, & fructuosa, filio Virginis gratior immolabatur? Chrysologus serm.56. *Eunuchus etiam generatur in via, vt quem castrauerat humana temeritas, ad hominis seruitutem : & intra Regis aulam, inuita castitas collocarat : voluntaria castitas & votiua, ad cælestis aulæ gloriam, ad æterni Regis promoueret, & transferret obsequium. Beatus iste, cui datum est, vt prælatis infulas non amitteret, sed mutaret.* Sic in re nostrâ : non amittit militiæ gloriam Ignatius sed commutat: nec vnquam Cæsaris præmium licet ingens, minimo, ex multis, accepto à Christo præmio, poterat comparari : ex ignorantiâ ergo terrenis laureis militauerat : qui cœlestibus, vbi affulsere, sic feruidus inhiauit. 343.
Act.8.v.39.
D.P.Chrys.

Viderat Christus Matthæum sedentem in telonio : *Et ait illi, sequere me: & surgens secutus est eum;* Matth.9. v.9. irridebat blasphemans Apostata Iulianus, stoliditatem hominis, tam facile comparatis anxiè tandiu bonis, renuntiantem : sed ipse reuera stolidissimus. Nunquam prudentior Matthæus, quam dum hoc gesto, priscam suam ignorantiam est professus : quippe non solum terrena lucra spernit pro diuinis : sed etiam dum his primo affulgentibus tam feruidè suspirat; impensum terrenis olim laborem sic excusat, ac si non praua indole, sed ignorantiâ illis studuisset: nec tam tædio habita, quam nondum agnita, diuina præteriret. Benè D. Petrus Chrysolog. ibi, serm.29. *Generosus animus, qui sic ea, quæ magna putarat facile, & quasi nulla contempsit. Apparet illum per ignorantiam, lucra ante præsentia conquisisse : à quibus vt se sensit, & vidit liberum, sic raptus est ad diuina* Non inhiabat, humanæ apud Cæsarem gloriolæ, Ignatius, quod de degeneri spiritu, hanc sibi satis fore, iudicaret: sed quod nondum verioris gloriæ nouisset splendorem: cui agnito, sic rapitur rapiendo, spem teuuem, præmiũ vile, æternis & preciosissimis commutans. Nec id satis: didicit Matthęus in profano telonio, numorũ supputator: qualẽ cœlestis iam trapezita, se postea gesturus foret in diuino, & in terrenis diuitiis, cœlesti gazæ aduersantibus ; cœlestis procurandæ gazæ comparat notitiam, ne tam relinquere, quam commutare officium videretur. Idem Chrysolog. ibidem. *Sæpe legimus, & in hoste, visum virtus, sæpe in aduersarie comprobatur: Matthæus non subtrahitur operi, sed mutatur : & telonium suscipit magis, quam relinquit ; vt mansura Deo, non homini peritura conquirat:* 344.
Matth.9. v.9.
D.P.Chrys.
Idem.

vt non trigeſimum in quadrageſimum, quinquageſimumque numum, triſtis redigat ſupputator: ſed trigeſimum in ſexageſimum & centeſimum gaudij fructum lætus recondat, diuinis commodis profuturum. Non deſerit Ignatius militiam, nec ſubtrahitur armis, ſed commutat: imò ex militiâ profanâ, quædam didicit, ad quorum guſtum profecit in diuinâ. quod excitato exercitiorum libro gemmeo, patet non ſemel. Merito proinde ad illud Luc. 12. verſ. 35. vbi Chriſtus Diſcipulos ſuos

Luc. 12. v. 35. D. Ambr. exhortatur dicens: *Sint lumbi veſtri præcincti*, &c. ſic ſcribit Ambroſius ſermon. 7. ad finem. *Habemus militiæ noſtræ cingulum, quo caſtimonia interiora conſtringuntur: de quo cingulo Dominus ait ad Apoſtolos ſuos, ſint lumbi veſtri præcincti. Milites igitur Chriſti ſumus, & ſtipendium ab ipſo, donatiuumque percipimus: ſicut dicit Apoſtolus, qui dedit nobis pignus ſpiritus, hoc eſt, qui Spiritus ſancti nos remuneratione ditauit.* Vt Euangelium illud aptum licet multis, aptiſſimum tamen militi noſtro Ignatio, Eccleſia videatur accommodaſſe.

§. II.

Virtus in exilio militans: hilaris in militia: ſed Patriam ſuſpirans.

345. LVbet iam fuſius excurrere, in hac virtutum militia deſcribenda, tum quia quæ dixero, bellico generoſi Ducis noſtri ſpiritui apta venerint, tum quia in prædicto primo exercitio So-

D. Ignat. de Loyola. cietatem, id eſt, acies ſuas eò inuitat, vt *expugnatâ carnis, ſenſuum, amoriſque proprij, & mundani rebellione Chriſto adhæreſcant*: quaſi totum perfectionis noſtræ negotium, in pugnâ hac conſiſtat. Ita eſt: nulla quippe eſt, virtus, quæ bellatrix non ſit, imo & Bellona quædam præſtantiſſima. Deplorabat Ouidius lib. 1. de Pon. eleg. 9. quod eò gentium miſer deportaretur, vbi ſimul exul & miles degere cogeretur: ne exilij durities, miteſceret de pace: ſed potius militiæ labor creſceret, de exilio:

Viuimus aſſiduis, expertes pacis, in armis
Dura pharetrato bella mouente Getâ,
Déque tot expulſis ſum miles, in exule, ſolus
Tuta (neque inuideo) cætera turba latet.

Se tantum putabat exulem in militia, militem in exilio, quia Ethnicus ignorabat, iuſtos omnes, exilio pariter & militiâ laborare. Protoparentes è Paradiſo exules, primo huius militiæ aſtringuntur ſacramento: inde in filios vtrunque deriuatur: ſi iuſtè viuere vt Patriam recuperent,

Iob. 7. v. 1. proponunt. Hinc Iob: *militia eſt vita hominis ſuper terram*. cap. 7. verſ. 1. pende quod ait, ſuper terram: neque enim ille militat, qui terrenorum pondere oppreſſus, miſer ſub terra degere videtur, ſed qui *ſuper terram*, illam calcat, & terrenorum pompam ſuppeditat glorioſius: ideo for-

Dionyſ. taſsè Dionyſ. ſolos iuſtos hic intelligens, ſic ſcribit. *Quicunque veraciter Dei ſeruus eſt, etiam miles eſt eius, & contra aduerſarios ipſius iugiter præliatur.* Non ergo exul à patria vocandus peccator, qui patriam, ſibi Mundum deſtinauit: non miles, qui non ſolum inducias, ſed pacem porrectâ Inferno dexterâ, pepigit cum peccatis.

346. Cupit Iacob, vxores ſuas è paterna domo, &

Gen. 31. v. 3. LXX. Int. vitiis inolitis, ad veræ ſanctitatis transferre ſtationem: *Miſit & vocauit Rachel & Liam, in agrum, vbi paſcebat greges.* Geneſ. 31. v. 3. LXX. legunt: *εἰς τὸ πεδίον. In campum*: & quidem emphaticè: quia hæc vox non ſolum paſtus agrum, ſed & prælij, campum ſignificat: quaſi non poſſet vir iuſtus, niſi perpetuo bello addici; nec vxores quas virtutis albo adſcribendas ſatagebat, niſi ad campum, ſeu ſcamma certaminis vocare: vt extra domum paternoſque penates, ex ipſo cãpeſtri loco diſcerent, futuras deinde exules, à quiete: & inquieto bello immiſcendas. Philo Iud. lib. *De eo quod Det.* Phil. Iud.

locutus de campo illo, quo Abel vocatur, à fratre. *Campum, in quem vocatur, ſignum certaminis & pugnæ dicimus: ex manifeſtis, coniecturam de incertis ſumendo. Videmus enim pleraque certamina, tam belli, quam pacis tempore, in campis peragi.* Id poſtquam fusè probat, ſic concludit. *Huius rei argumentum eſt maximum, meditator ille ſcientiæ, contrariam ei debellans ignorantiam, quando irrationales animæ potentias quodammodo compeſcens, caſtiganſque, in campo cornitur. Accerſiuit enim Iacob Rachelem Liamque, in campum, vbi greges erant: manifeſtè docent, per campum contentionem ſignificari.* Non ergo domi erat vltra fœminis illis remanendum, quæ in figuram irrationalium motuum inſtituebantur: ſed in bellicam ſtationem tranſeundum, quæ iam virtutis exilium & militiam ſubire deſtinabant.

Vnde iam claret, quod additur ibidem cap. 32. 347.

verſ. 1. *Iacob quoque abiit itinere quo cœpit, fueruntque ei obuiam Angeli, quos cum vidiſſet, ait: Caſtra* Gen. 32. v. 2.

Dei ſunt hæc. Armatos vidit illos abſque dubio, quos caſtrenſes putauit appellandos. Sed quorſum ita? expectabant nimirum Angeli illi bellatores in caſtris ſuis, nouam militum manum, quos Iacob de domo Laban, & ſceleratis ſæculi caſtris, fæliciter transfugas, ad ſacra illa religionis & fidei caſtra, ſecum abducebat: neque enim poterant ignauam ſibi pacem promittere, turpe otium: ſed bellantia caſtra, qui Deum verum, Idolis iam relictis perquirebant: nec ſolet Deus ſuos in curia, & togâ lucidâ indutus: ſed in vallo, & militari chlamyde ſtrenuus, excipere venientes: vt ipſo primo aſpectu noſcerint, non pacifico tunc Regi, ſed belligero Duci dicendum ſacramentum. D. Bruno, D. Bruno.

ibi apud Godefr. *Merito Iacob poſtquam ſeparatus eſt à Laban, Angelos obuiam habet: quoniam qui mundum relinquunt, mox in Dei militiâ computantur; & qui fugiunt caſtra ſæculi, caſtra Dei videre, & habitare merentur.* Ergo vox illa Iacob: *Caſtra Dei ſunt hæc.* Vox fuit quaſi monentis ſuos, & maximè delicatiores vxores excitantis: quaſi dicat: en vobis caſtra Dei, quibus nullus ſexus ineptus: date nomen, accipite Sacramentum: præliatoras in campum vos appellaui: adſunt iam caſtra, in quibus vos monuetam commoraturas. Sic exules à cœleſti adhuc magis, quam à paterna domo, militiam ſtatim adiiſſe cognoſcuntur.

Patet tamen apertius hæc doctrina, quando ipſe 348.

Iacob iam ſenex, non tamẽ adhuc emeritus, (quippe hæc ſacra militia vt infra dicam, in ſola morte inuenit miſſionem) exulaturus perrexit in Ægyptum: de illo enim, ita ſacer textus: *Profectuſque* Gen. 46. v. 1. LXX Int.

Iſrael, cum omnibus quæ habebat, venit, &c. Geneſ. 46. v. 1. ex Græco vertitur: *promouens autem Iſraël*: eſt autem hoc verbũ propriè militare: vt dum ſancta Patriarcharũ familia, ad conſanguineũ Principem venire videbatur: ad bella potius virtutis capeſcenda, voluptates Ægyptias, ſuperſtitioſóſq; mores debellaturi deſcendere noſcerentur: nec tã adducere pacificũ apparatũ, quã caſtra metanda promouere. Huc tendit ni fallor Scholiũ illud in Sixt. ad hunc locum,

locum, quod sic habet. *Promouere, significare solet, quasi mouere castra.* Vnde iam capies, quod ibidem
Genes. 46. v. 3. statim dicit Deus, ad Iacob: *Ego sum fortissimus Deus Patris tui, noli timere descende in Ægyptum.* vers. 3. non tam se pium dicit, non tam benignum, quam fortissimum: quia præliaturi iam milites, non tam ducis sui benignitate, quam eiusdem fortitudine animantur: non tam in illius amore, quam in illius robore timorem suum hilares deponunt: præliaturi autem Patriarchæ, contra pellaces Ægyptij luxus occasiones descendebant: Neque iustus aliquis, nisi se in perpetuâ pugnâ esse intellexerit. Facit pulchra sententia Eucherij
D. Eucher. Lugdun. Lugdunens. hom. ad Monachos, vbi post multa, ita. *Alterum abstinentia & crucis genus est, preciosum atque sublime, motus animi regere, & perturbationes illius, modestiæ tranquillitate pacare: ac superbiæ impetus, quasi feram bestiam refrenare: litigare quotidie contra vitia: increpare se, quadam censoriâ austeritate virtutis: & rixam quodammodo cum homine interiore conserere.* Timebat itaque, hanc, inter tot occasiones, necessariam pugnam, sibi Iacob: ideo Deus illum animaturus, se illi fortissimum victorem propalauit.

349. Habes expressum huiusce loci parallelum in Euangelio, licet verba obscuritatis aliquid habere videantur. Remeabat ad Patriam Christus, suos licet non orphanos, adhuc tamen in exilio relicturus: inde post longum consolationis sermonem, quasi coronam imponens cum coronide, sic subiunxit: *Hæc locutus sum vobis vt in me pacem habeatis, sed confidite, ego vici mundum.* Ioan. 16.
Ioan. 16. v. 33. vers. 33. Ecquid tunc si Christus superauit mundum: nihilominus discipuli, etiam inter ipsas diuinæ pacis delicias, horribili profani belli pressurâ terebantur? cur qui sibi, non etiam suis, mundum penitus debellauit? quia necessario erant exules diutius, ad conuersionem orbis relinquendi, hîc vero iustos degere, nec certare, non dabatur: erat ergo vox illa, adhortantis ad pugnam, & auxilium pollicentis: roboratur enim discipulorum animus, sed bellum non tollitur: spes erigitur, non abigitur pressura. Grauiter D. Leo serm. 7. de Ieiun.
D. Leo Mag. *Quamuis ergo Dominus protegat bellatores, & milites suos, ille qui potens est, in prælio cohortetur & dicat: nolite timere, ego vici mundum: sciendum tamen est dilectissimi, hoc incitamento, formidinem sublatam esse, non pugnam: & retuso aculeo timoris, cautam manere certaminis.* Exultent ergo iusti, de auxilio: dum nouerint continuum bellum sibi in exilio duraturum: vt dum spe ad patriam redeundi exultant exules, inter labores bellicos pro ipsâ exultantes exulent.

350. Exul à patriâ, quam suspirabat promissam, deserti dura peragrabat Israël: quem vt vidit Balaam, meliori quam solebat spiritu afflatus, sic ad illum: *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel: vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui: vt tabernacula, quæ fixit Dominus,*
Numer. 24. v. 5. *quasi cedri prope aquas.* Numer. 24. vers. 5. quis non putaret in tantâ amœnitatis comparatione, intextas frondibus scenas, floribus insertas casas celebrari, vmbrosa scilicet & festiua tabernacula, eaque non tam cæduis truncis alieno decore vestitis, quam animatis adhuc arboribus, propriâ pompâ vernantibus fabricata? & tamen bellica erant tabernacula, tentoria militaria, ferro horrida, munita ad terrorem, parata ad propugnaculum, quibus tuto liceret castra metari. Cur ergo in te tam martiali, tam florida & festiua sumitur comparatio? quia iusti, hîc expressi, propositâ sibi coronâ hilares pugnant, & licet in hoc deserto exules, de spe patriæ certissimâ exultant: sic martialem horrorem, venustam sibi reputant pulchritudinem: & bellica tentoria, pro suauissimis exilij leuamentis amplexantur. Fauet ex parte Petrus Cellens. lib. de Petr. Cell.
Pan. cap. 13. vbi ita. *Quæ sunt tabernacula Iacob, nisi exercitia animi luctantis, & pugnantis contra vitia carnis, & suggestiones inimici? tandiu enim habitat Iacob in tabernaculis quousque soluantur vincula carnis, habitans denique anima in corpore, hostium vallatur multitudine. Aggreditur si quidem eam concupiscentia, scutum arripit ira, lanceam luxuria, gladium inuidia, clypeum temeritas, equum iactantia, calcaria impatientia, galeam superbia. Hæc sunt tabernacula siue castra Philistinorum, detestabilia sicut tabernacula cedar.* Et tamen, addo ego florida & festiua habet iustus dum certat, dum non succumbit, hæc tabernacula: quia nescit, licet exul, de Christianâ militiâ non exultare.

Propterea fortasse in prædicto loco, tentoria 351.
ista Iacob, illis *quæ fixit Dominus*, comparantur: de his vero à Domino fixis, ita Dauid suspirans: *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiscit, & deficit anima mea, in atria Domini.* Psal 83. vers. 2. quibus etiam sponsa dum à mater- Ps. 83. v. 2.
na domo exul, custodiendis vineis vacat, volebat comparari, dicens: *Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem, sicut Tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Cant. 1. vers. 4. Tabernacula enim è Cedar, Cant. 1. v. 4.
siue è Mundo, sibi eligit diuinus noster Salomon, quæ deinde pellibus muniendo ornat, ornando munit: sumpta comparatione ex priscorum vsu, qui pellibus tentoria sua bellica obtegebant: de quo multa alibi. Sed tu mihi pende, quam grata antithesi, Israëlitæ in bellicis tentoriis commorantes, tanquam in floridis rusticantium casis describebantur, dum sponsa amœno casæ vmbraculo vsa, bellico veri tabernaculo Salomonis assimilatur: nimirum eadem est rusticantis in exilio iusti casa, atque militis tentorium: ibidem pugnat armatus, vbi rusticans videtur requiescere. Bene D. Ambro- D. Ambros.
sius ibi. *Fusca puluere sæculari, quem certando, collegi: decora oculo spirituali, quo mundi huius puluerem, squaloremque detersi:* vbi alia de hoc puluere bellico, quæ dedi alibi. Itaque in rusticantis tugurio, in gregum sequela, bellicus magis puluis contrahitur, quam pastoritius: sicut in castris virtutis, amœna potius, quam bellica tentoria videntur erigi: quæ proinde cum Dauide, iustus quiuis ardenter concupiscit.

Hinc ipse Christus, concupiscenti sponsæ, ipsum 352.
inuenire, sic respondet: *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pasce hædos iuxta tabernacula pastorum* Ibidem Cant. 1. v. 7.
vers. 7. quasi ibi tantum, inueniendus Dominus diceretur. Sed mirum illud, quod statim subdit Christus: *Equitatui meo, in curribus Pharaonis, assimilaui te, amica mea.* Vers. 9. ad tabernacula mit- Vers. 9.
titur pastorum, quæ vix ingreditur, cum armatis curribus, bellico equitatui, militaribus excubiis assimilatur: Nunquid, in ipsis pastorum casis, castra inuenit? nunquid sacri pastores, qui exules ab vrbe, in campo commorabantur, milites erant, ibique martialem præliis campum, scamma bellicum exhibebant? ita credo Pulchre D. Ambrosius D. Ambros.
lib. de Isaac, cap. 4. *Non in corporeis tabernaculis, sed in tabernaculis pastorum, qui regere gregem norunt. Sunt enim ambulia tabernacula Israel, sicut nemora obumbrantia, supra flumina in quibus anima,*

tanquam in procinctu bellica sita, bonum exercet militiam, incursus explorat hostiles. Sic enim pastorum tentoria tendebantur, vt eadem militum tabernacula haberentur, in quibus anima militaret exulans, militans exultaret.

353. Quod si eum aliis, Tabernacula illa Domini virtutum, quæ Dauid suspirabat, de cælestibus explices stationibus: iam clarebit, cur hæc *dilecta* dicantur: cum illa alia Israël, non dilecta, sed solummodo *pulchra* nominentur. Licet enim exultet hilaris Christi miles, & exul inter labores, hilarescat: non tamen sic dilectos habet labores exilium sic amabile, vt non semper præ Patriæ desiderio suspiret: gaudet quidem inuentis tabernaculis bellicis, vbi Patriæ corona comparatur: Sed non ita diligit, vt dilectiora Patriæ tabernacula, obliuionis iniuriâ, afficere videatur. Illa ergo de apparatu; pulchra: Sed hæc de acquisitu, dilecta. Grauiter Abbas Cellensis, loco supra citato, ita. Petr.Cell. *O Iacob, ecce quam pulchra tabernacula tua, vtinam & dilecta! quare enim non essent beata, si pulchra, atque dilecta? sed forte idea non dilecta, quia plurimum adhuc laboriosa: cum enim fuerint quieta, & pulchra, tunc erunt dilecta, & beata: dum vero nondum tabernacula, sed etiam tentoria sunt: sunt pulchra quidem, quatenus sunt, vt spectaculum sint mundo, & Angelis, & hominibus: & nondum dilecta, quia supra modum, & supra virtutem grauantur, ita vt tadeat eos viuere.* Sic ergo dum gaudet exulans, & lætus militat, Patriam intetim, identidem suspitat: militantis exilij, & exulantis militiæ, labores protestaturus. Adde timores debitos hostilis incursus, semper enim vincere, & vinci nunquam, res quidem vna est; vt omnibus optata, sic adepta paucis. Prudenter idem Cellensis Idem. lib. 1. de Tabern. *Si gaudium de profectis Ecclesia decore, nimium detentum pedem, mouere lentius ad futura cœperis: quasi suadens de militia labore (si fuerit prolixior) pleniora mereri donatiua: accurat desiderium, & excitet male sopitum gaudium, insinuans stationem insidam esse, iuxta castra Allophilorum: seu Philistinorum: & sæpe acquisitis caruisse, dum ambiuntur superflua.* Exulta ergo in pugnâ, sed ita vt exulem te agnoscas, ne gaudium de merito, possidendo præmio videatur obstrepere: & acquirendæ nouæ coronæ, acquisitis iam, moueant periculum: Sic enim hæc pulchra reputa tabernacula, vt omnino dilecta non existimes: sicque gaude ob meritum, vt retardatum præmium suspires.

§. III.

Hæc pugna, ab vtero quandoque incipit: semper vero vsque ad cælum, absque honestâ missione perseuerat.

354. CLarebit magis proposita huiusce pugnæ perpetuitas, si ostendamus quando strictioribus legibus diuina, quam humana militia teneatur. In hac quidem, (quæ solum iam pubescentes admittebat) post viginti ad summum annos, post sexdecim quandoque, honesta tandem missio concedebatur: emeriti vero milites, & adeptis coronis, & subdiuisis campis, pacis otio recreati, fruebantur: non sic cælestes milites, id est, qui Christo militant; possunt quidem de culpis exautorari, & turpi eiectione propelli: possunt transfugæ alienis in castris militare: honestam vero missionem nunquam inuenient nisi in morte, iam iam cælesti in patriâ coronandi. Hæc militia (& quandoque ab vtero) ineuntem vitam suscipit, sequentem prosequitur, non deserit senescentem: sic vita sacramento addicitur, vt solummodo mortis iure dissoluatur. De Baptista dixit Gabriel: *Spiritu sancto replebitur, adhuc ex vtero matris sua.* Luc. 1. Luc.1.v.15. vers. 15. vt iam ab vtero pugnator haberetur, qui perpetuæ Christi militiæ mancipandus veniebat. D. Chrysol. ibi, serm. 91. *Ante rapuit arma, quam* D. Petrus Chrysol. *membra.* Non solum, vt virtus in ipso exordio, excellentiæ futuræ nuntia probaretur: sed magis, quia ipse spiritus, non nisi armaturus descendit: vt etiam in vtero armator ornet, armet adornator. Et signatè Spiritus sancti, id est, cælestis olei infusione vnctus appellatur: vt eo ipso, iam inde Agonista, & Christi athleta facet destinaretur. Bene Abbas Cellensis lib. de Pan. cap. 24. de gratia & misericordia diuina locutus, ita subdit. Petr.Cell. *Mirabiliter hoc oleum, & potat, & pascit, & vngit: potat sitientes, esurientes pascit, vngit agonizantes.* Agonizaturus ergo Ioannes, ipso diuini olei fonte, totus iungitur, vt vita cum militia: imò, & acies ante lucem oriatur.

355. Inde vox illa Elisabeth ad Mariam: *Ecce vt facta est vox, salutationis tua in auribus meis, exultauit in gaudio infans, in vtero meo*: ibidem, v. 44. Luc.1.v.44 pro *exultauit*, in Græco est: ἐσκίρτησε: quo licet absolutè exultatio significetur, aliquid tamen militare inuolueie videtur: ideo enim apud Lacedæmones, sexcentorum militum cohors, hilariter certamen ineuntium, ab hoc eodem verbo, σκίρται vocabatur. Audiuit ergo bonus miles infantulus, infantulum ducem: ac proinde in gaudio quasi proditurus in aciem exultat. Chrysol. citatus. *Ante* D.Chrys. *aciem petiit, quam lucem.* Vngitur nimirum sacro spiritu, & statim athletæ instar fortissimi, ostentans vires de virtute gigantes, in corpore infantili: arenam exoptat, & in vtero, quando hostis non aderat, exultat ventilator. Sed audi Tertullianum Tertull. lib. de anima, cap. 26. probantem animas à Deo, in vtero creati: vbi ita de Ioanne. *Aspice singulares conceptus, & quidem monstrosiores, sterilis, & virginis: qua vel hoc ipso, imperfectos edere potuissent, pro euersione natura, vt altera simulis stupida, altera intacta. Decebat, si forte, sine animâ nasci, qui fuerant non rite concepti: Sed & illi viuunt, in suo quisque vtero: exultat Elisabeth, Ioannes intus impulerat: glorificat Dominum Maria, Christus intus instruxerat: agnoscunt matres suos inuicem fœtus, agnita mutuo ab ipsis, vtique viuentibus: qui non tantum anima erant, verum & spiritus.* Hæc postrema verba, quæ tota nostro faciunt instituto, non aptè explicueris nisi prius intelligas, quid inter animam, & spiritum distinguat acutus Afer. Ergo eodem libro cap. 11. explicans illud Isaiæ: *Hæc* Isai.42.v.5. *dicit Dominus Deus creans cælos, & extendens eos, firmans terram, & qua germinant ex eâ: dans flatum populo, qui est super terram, & spiritum calcantibus eam.* Cap. 42. vers. 5. sic habet Tertull. *Primo enim* Tertull. *anima, id est, flatus populo in terrâ incedenti, id est, in carne carnaliter agenti: postea spiritus eis, qui terram calcant, id est, opera carnis subigunt.* En latum discrimen inter sanctorum animas, & peccatorum: vt hæ, vili flatui: illæ, diuino spiritui comparentur: qui tamen spiritus, non nisi subigendis affectibus, non nisi debellandis passionibus conceditur. Habet ergo Baptista in vtero, iam spiritum, id est, arma pugnando, quasi à primo vitæ exordio, robustam banc militiam inchoauerit.

Sancti

356. Ier. 1 v. 5. Sanctificatur Ieremias in vtero, cap. 1. v. 5. & ait ad illum, ibidem Dominus: *Ecce constitui te hodie*
Vers. 10. *super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes: & ædifices & plantes.* Vers. 10. vir tenuis & priuatus, tot istis peragendis sufficiet, de sola sanctificatione instructus? plane: quia spiritualia erant certamina, quæ parabantur: quasi sic præcox sanctitatis vnctio Athletam roboraret, vt puer adhuc palestræ assuesceret, & agones ab ineunte ætate aggrederetur: quos sic ibi describit
Hugo Cardin. Hugo Cardinalis. *Vt euellas herbas inutiles, scilicet cogitationes malas, per contritionem: & destruas nociuas delectationes, munda confessione: & disperdas peccata male adunata, competenti satisfactione: & ædifices super primam Petram, meritorum cumulationem: & plantes lignum vitæ in te, & in aliis, virtutum radicatione.* Tot agones infans adit, tot bella puerum excipiunt, quæ sanctificationis primæ gratiosum donatiuum, promerendis stipendiis acceperat impendendum. De anima quadam tenella, & pene in cunabulis, dicebat Ecclesia ad Christum: *Soror nostra parua est, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ, in*
Cant. 8. v. 8 *die quando alloquenda est?* Cant. 8. vers. 8. sperares paruulæ, crepundia, bullas, & puppas apparari? Sed audi Christum: *Si murus est: ædificemus super*
Vers. 9. *eum, propugnacula argentea.* Vers. 9. ecquæ responsio? Si tam parua, vnde iam murus, propugnaculis muniendus, prætumi poterat? quia licet paruula foret, at Christi erat, vnde non poterat non esse militaris: in bellicis instrumentis & propugnaculis, crepundia inueniret: & infantilis ætatis ludicra, in solis armorum horroribus, quæreret generosus spiritus. Talem in profano Marte
Claud. describebat Claudianus Paneg. 3. suum honorium his verbis.

Reptasti per signa puer, Regumque feroces
Exuuiæ, tibi ludus erant, primusque solebas
Aspera, complecti tectum, post prælia, Patrem,
Signa, triumphato, quoties flexisset ab Istro
Arctoa de strage calens, & poscere Patrem
De spol u Scythicos arcus, aut rapta Geloni
Cingula, vel iaculum Daci, vel frena Sueui.

Talia ergo erant, quæ Christus animolæ illi præparabat, hos illa tantummodo ludos expetebat. Fauent huic menti Patres, qui banc allocutionem, de Tyrannorum explicant persecu-
Paraphr. Chald. tione: vnde Paraphrastes Chald. ita. *Quid faciemus sorori nostræ, in die qua locuta fuerint nationes, vt ascendant contra eam, ad bellum?* Si enim quæuis ætas, pro capite suo, bella patitur. Quid ni armis, & propugnaculis vtatur, pro crepunculis? Hæc pauca dicta sunt, vt videas, quam à tenetis incipiat hæc militia: & inde cesset admiratio, quod ad extremos vsque vitæ halitus, quibus traditur cælo, perseuerat.

357. Cornel. Tacit. Querebantur olim Romani Milites, apud Tacitum Anal. 1. belli sui, vel potius sacramenti, duram conditionem: illud tamen ibi durissimum lamentabantur: *Satis per tot annos, ignauia peccatum: quod tricena, aut quadragena stipendia senes, & plerique truncato ex vulneribus corpore, tolerent: Ne dimissis quidem, finem esse militiæ, sed apud vexillum retentos, alio vocabulo, eosdem labores perferre.* Id est, sub veteranorum, imò emeritorum nomine, Tyronum adhuc laboribus assuescere, & sub pacis simulacro, veram belli duritiem tolerare. Nescio, quàm id apud illos, verum: illud scio, in Christiana militia, hoc verissimum; vt iam inde capias, quod statim v. 10. eiusdem capitis, perfecta & veterana sponsa, sororculæ animatura tyrocinium, sic subiungit:
Ego murus, & vbera mea sicut turris: ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens. Idem enim Cant. 8. v. 10.
est, ac si dicat. Ne sit tibi graue clarissima tyruncula, pugnare: construi propugnaculis: Ego veterana sum, & tamen tunc maximè quando videbar debellatis tot hostibus; pacem reperisse, in emeritaque militia, frui præmiis: iterum armor: & ipsorum vberum amores, in motes bellicos, & castrensia propugnacula commuto. Ideo, puto, signatè, non tam se ait sortiri pacem, sed *quasi pacem* quia sub vocabulo, & specie pacificantis otij, in prælio adhuc reapse persistebat.
Bene D. Gregorius ibi expendens *vt coram illo*: Sic D. Gregor. Mag.
scribit. *Quid est, quod non ait pacem, sed quasi pacem reperiens? nisi quia dum in hoc mundo sumus, a peccatis omnimodis non desistimus, & quandiu cum peccato viuimus, pacem perfectam cum eo, qui sine peccato in carne vixit, non habemus.* Hoc est: in prælio semper suimus, dum vita durat, quia obnoxij defectibus, *cadimus, inquit vicem,* Poëta.
prabemus crura sagittis. Vnde non possumus habere perfectam pacem cum Christo, qui à quouis vel leuissimo defectu est segregatus: quippe pax ad illum perfecta, de perfecta vitiorum debellatione, comparatur: quorum tamen incursus, & leues saltem ictus, semper dum vixeris, patieris: imò quo diutius vixeris, eò senseris duriores. Cuius rei causam, in re simili habet Tertullianus lib. de Tertull.
Pœnit. cap. 7. sic scribens. *Sed enim pernicacissimus hostis ille, nunquam malitia sua otium facit: atqui tunc maximè sæuit, cum hominem plene sentit liberatum: tunc plurimum accenditur, dum extinguitur. Doleat & ingemiscat necesse est, venia peccatorum permissa, tot in homine, mortis opera diruta: tot titulos damnationis retro sua erasos: dolet quod ipsum, & Angelos eius, Christi seruus ille peccator iudicaturus est. Itaque obseruat, oppugnat, obsidet: si qua possit aut oculos, concupiscentia carnali ferire; aut animum illecebris sæcularibus irretire; aut fidem terrenæ potestatis formidine auertere, aut à via certa peruersis traditionibus detorquere: non scandalis, non tentationibus deficit.* Quæ omnia si erga quemuis peccatorem, vera sunt, (sunt autem verissima). maiori iure conueniunt illi, qui finaliter pœnitens, hiantem dæmonem relinquit: quoniam contra hunc ille, ignis instar iam iam extinguendi, viuidius accenditur: e cogatur trophæa olim sua, in æternum lugere deturbata.

Et quidem, (vt res magis pateat) euenier aliquando, vt dæmon virtutis tyrocinia, (eò ipso fallacior & versutior) non tentet: at veteranum, & 358.
iam iam emeritum spiritum, absque peruicaci bello, non dimittet. Iouadit protoparentes, & causam comedendi pomi, hanc subiungit: *Eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum.* Genes. 3. v. 5. Genes. 3. v. 5.
sed cur auctor malitiæ, etiam ad bonum, hic visus prouocare? vt quasi deceptoria fallacis hami esca, adiunctum malum occultius ingereret. Sed tu mihi pende, prius *bonum* posuisse, deinde *malum*, non vice versa: quid ita? quia licet tudimenta bona, quandoque licet impatiens ferat: at fines, tentatione fœdare, respergere malitia contendit. Hoc ergo contra veteranos prælium, vt nescit prætermittere opere, sic & hic, verbo non potuit dissimulare. Galfridus ibi. *Ad scientiam boni & mali,* Galfrid.
nos prouocat inimicus: licet mallet, nos semper malum

& malum, vel malum, & peius nosse: videlicet malis initiis, peiores progressus, pessimum finem dare. Alioqui si bona nobis, omnimodo dissuadere non potest, prima esse malverit: etiam in hoc ipso, ad exitum via perget, & calcaneo magis insidiatur. Vt iam despetes veteranus, missionem ab armis, quando ipse hostis, qui totus affectat insidias, nullam id temporis futuram quietem, cogitur profiteri. Attulit autem obiter Galfridus ad illud, quod mysticè de Eccle-
Genes. 3. v.15. sia contra hunc hostem, protulit Deus: *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Ibidem vers. 15. quia licet patiatur principia sibi conteri: non tamen patietur, extrema hominum, absque insidiis pertransiri. Cur autem tunc aui-
D. Ioan. Chrysost. dior insurgat hostis, aperit D. Chrysost. hom. 1. ad Pop. Ant. *Ne admiremur spiritualibus instantes, multa patiamur aduersa: quemadmodum enim latrones, non vbi fœnum, & palea, & calamus: sed vbi aurum & argentum, ibi fodiunt, & continuo vigilant. Sic & diabolus, his maximè instat, qui spiritualia attingunt negotia: ibi multa insidia, vbi virtus.* Cum ergo hæc negotia in fine maximè atrigantur: eò insidiosior insurgat hostis, necesse est.

359. Sed quid, dicat aliquis, nonne aliquando, vsque adeo in hac vita excrescet virtus, vt suo solummodo aspectu hostem terreat, non ausurum potentioribus castris conseri? minimè: occurrit infernus hostis semper, aut maioribus, aut ferè æquis viribus: vt nisi succurrat copiosioris gratiæ robur, expugneris: ac proinde dum iam in extrema meta, de sanctitatis apice adepto videris gloriari: hostiles impetus, ex æquo præliaturos timeas necesse est. Rapitur Ezechiel diuina contemplaturus, & videt ædificium ciuitatis ingentis,
Ezech. 40. v.5. quam vir splendens mensurabat vndique: *Et in manu viri calamus mensura sex cubitorum & palmo: & mensus est latitudinem ædificij calamo vno, & altitudinem quoque calamo vno.* Cap. 40. vers. 5. erat ciuitas ista, sanctum hoc templum, iusti cuiusuis typus, illius maximè, qui fraterna charitate insignis, & suis refugium, & ipsi Deo requiem administrat: imò & totam Ecclesiam, secundum diuersos gradus referebat. Sed iam attende, qualis contra populum Dei, siue Ecclesiam, ipsius inferni typus hostis exsurgat: *Et egressus vir spurius de castris Philistinorum nomine Goliath, de Geth, altitu-*
1. Reg. 17. v.4. *dinis sex cubitorum & palmi.* 1 Reg. 17. vers. 4. vt nulla sanctitas in templo animato videretur inesse, cui tentatoris robur, magnitudine pari non
Stephan. Cantuar. commensuretur. Stephanus Cantuar. ibi apud Godefr. ita. *Vir ille cuius species erat, quasi æris candentis, habebat calamum mensura in manu, quo mensurauit Templum: & calamus ille erat, sex cubitorum, & palmi: ecce eadem fuit mensura Goliath. Mensura Templi consistit in diuersitate graduum Ecclesiæ: & diabolus contra hos, habet mensuram suam, &c. extendit se altitudo diaboli, & altitudini iustorum vult se commensurari.* Sic frustra otium speras dum viuis, cum semper æquè potentem hostem debeas formidare, quantumuis potentissimus videaris.

360. Sed videamus, quomodo hæc dæmonis mensura, æquis, quoad potuerit, passibus, contra virtutem crescere nitatur. Vidit ille ieiunantem Christum, & sollicitauit ad escam, dicens: *Dic vt la-*
Matth. 4. v.5. *pides isti panes fiant.* Matth. 4. vers. 5. & vnde ausus illum, quem ad minus, mortalium omnium sanctissimum existimabat, sic inuadere? quia iste dæmoniorum, etiam potentissimus, qui multiplici ab aliis comparata victoria, quodammodo robustior: iam inde in ipsum Christum animabatur. Quemadmodum enim profanus aliquis Princeps, ex Dynastis deuictis, quorum sibi vires coniungit: iam contra Regem aliquem potentissimum animatur: fluminis instar grandioris, quod fluuiolos vicinos quodammodo debellans, & sibi incorporans: iam in mare protumpens, bellum potius videtur inferre, quam tributum: sic dæmon iste, tot superatis hominibus excreuit: vt iam sibi commensurabilis Christo, sed frustra,
videretur. Id fortasse cogitabat Chrysol. serm. 11. D. Chrys.
ad hunc locum, sic scribens. *Diabolus mali auctor, nequitiæ origo, rerum hostis, secundi hominis semper inimicus. Ille laqueos tendit, lapsus parat, foueas fodit, aptat ruinas, stimulat corpora, pungit animas, cogitationes suggerit, immittit iras: dat virtutes odio, vitia dat amori: errores serit, discordias nutrit, pacem turbat, affectus dissipat, conscindit vnitatem: sapit malum satis, bonum nil, violat diuina, humana temat: hinc vsque ad Christum tetendisse, tentator temerarius sic refertur.* Nota illud. *Hinc vsque ad Christum, &c.* quasi ex prædictis tot insultibus animosior, iam vsque ad Christum tendere præsumeret.

Sed vide adhuc, qualis sensim, experimento 361.
iam agnita Christianæ virtutis magnitudine, videatur hostis malitia augescere. *Si Filius Dei es,*
inquit, *mitte te deorsum.* vers. 6. de quo Auctor Matth. 4. v.6.
Imperf. in catena, sic scribit. *Assumpsit eum ad aliam*
tentationem, dicens apud se: iste qui fame non vinci- Auct. Imp.
tur, etsi filius Dei non est, tamen sanctus est: valent enim homines sancti, fame non vinci: sed postquam omnem necessitatem carnis vicerunt, per vanam gloriam cadunt. Ideo cœpit eum tentare in vanâ gloriâ. Sic parat telum robustius, dum robustior hostis propalatur. Ad quem tunc Christus respondet
vers. 7. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Quæ
verba habentur Deuter. 6. quibus tamen, quid Matth. 4. v.7.
sibi velit Christus, sic aperit ibi Chrysol. serm. 13. D. Chrys.
Se vtique Dominum, se vtique Deum intelligi voluit, hac dicendo: qui non de pinna Templi tantum, se dedit in terram: sed è cælis, se ad inferos vsque iactauit, vt non cadentium forma, sed esset resurrectio mortuorum. In qua explicatione illud saltem admitti potest, quod quamuis ex responsione Christi, perfectè vnionem hypostaticam dæmon non intelligeret, attamen aliquid inesse Christo cognosceret, vnde saltem ob specialem Diuinitatis coniunctionem, & Dominus & Deus appellaretur. Iam ergo deinceps, nil vltra ausurus tentator videbatur: & tamen inuenit certè robustissimum maiestatis telum, quo præsumptam qualem qualem diuinitatis conditionem aggrederetur: nec timuit sic egregias virtutis vires, quæ poterant diuinitatis ingerere suspicionem, quin (dummodo apertè Christum verè Deum esse non agnoscebat) commensuratum telum contorqueret. Ideo ostendens illi omnia regna mundi, ait: *Hæc omnia tibi dabo,*
si cadens adoraueris me. Vers. 9. & præsumes ali- Matth. 4. v.9.
quando, eo vsque perfectionis venire, vt dæmonis pugnas non timeas? falleris. Concludit aptè
Chrysologus citatus. *Aduertite fratres, si possit* D. Petrus Chrysol.
sanus inimicus, quamuis sæpe victus homini cedere: qui audit, & sentit Dominum, Deum: & tamen adhuc tentare non desinit.

Vincitur tamen tertiò, & fugit: non amplius, 362.
vt putares, rediturus: at peruicax vires reficit, reparat potentiam: imò potius adauxit toto triennio: vt Christum, qui humanis oculis operum manifestatione, etiam ætate & sanctitate crescere videbatur, æquis quoad posset viribus, impeteret. Hinc illud Christi Domini ad suos, *venit*

Princeps

Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam.
Ioann. 14. v. 30. Ioan. 14. v. 30. Vt iam iam per Crucem discessu-
rum, noua subiisse certamina nosceremus. Sed tu,
mihi pende, hostem hunc, qui semper in priori-
bus certaminibus, simpliciter diabolus dicebatur,
iam in hoc loco, Principem huius mundi appel-
lari: quasi potentior, & robustior, contra Prin-
cipem, quem suspicabatur, superatâ morte, cœlos
ascensurum, inuehi nosceretur: Si fortè dum vi-
uebat Christus, humano principatu posset spo-
Caietan. liari. Acutè hic Caietanus. *Appellatur Princeps,
non solum quia tunc principabatur, & regnabat in
mundo: sed quia in proposito, veniebat vt Princeps,
ad debellandum* IESVM: *& dixit hoc, vt intelli-
gamus, impetum furorémque Persecutorum* IESV,
*non esse humanarum tantum passionum, sed diaboli
pugnam, non qualitercumque, sed vt Principis: tan-
quam in hoc congressu, ageretur de principatu sicut
verè ita fuit.* Quomodo ergo viuens adhuc, ho-
nestam speres, ab hac militia, missionem, sis quan-
tumuis iustus: si sanctitatis Princeps, dum apud nos
degit, sæuissimum experitur hostem: quis se illi
præsumit commensurare?

363. Quid plura? ascende cœlum, in ipsâ viâ, (dum-
modo inclusus pacifico illo muro, non percinga-
ris,) oppugnaberis: ibi etiam, si de appropinqua-
tione securus, dimittis arma, patriam cum vi-
ctoriâ amittes. Quàm iam appropinquabat cœlo,
Anima illa iusta, de qua dicitur: *Quæ est ista, quæ
progreditur, quasi Aurora consurgens, pulchra vt
Cant. 6. v. 9. luna, electa vt sol?* Cant. 6. v. 9. quis hîc incursum
timeret hostilem, bella formidaret: vbi iam de
vicinitate ad solem iustitiæ, ipsa anima, sol quo-
dammodo videbatur? & tamen timet ipsa, pru-
dentissimè: quia licèt penè in cœlo, cum tamen
adhuc pacificum sponsi solium non esset ingressa:
Ibidem. arma non dimittit: inde additur: *Electa vt sol,
terribilis vt castrorum acies ordinata.* Nescit gaude-
re, nescit otiari: ne fortè de præcoci gaudio, ca-
strensem apparatum non curans, expugnetur.
Pulchrè ad hanc rem, (licèt non ad hunc locum,)
Petr. Cel. Abbas Cellensis lib. 1. de Tab. sic scribit. *Ne glo-
rietur accinctus, æquè vt discinctus: quia de regno,
sine regno gaudere, ambiguum est: de regno autem, in
regno gloriari, tutum & certum.* Semper accingendi
armis, dum pergimus ad regnum: tantum enim
discinctis, id est, iam regnantibus, otiosa gaudia
conceduntur & tuta. Quid ergo, (si licèt in re
grauissimâ, vulgarem phrasim assumere,) non ti-
meat noua nostra stella, quæ quamuis Lunam,
Mercurium, Venerem, Solem, electa videatur
transcendere: in quinta statim sphæra, nescio
quem armatum Martem inueniet, contra quem
præliatura, ordinatas acies dirigat, necesse est: nec
enim, nisi in Beatorum sedibus ipsa beata, viam ab
insidiis tutam comparabit.

364. Alludit verò prædictis verbis Cellensis, re-
sponso illi prudentissimo, quo Achab, superbien-
tis Benadad iactationem compescuit. minitabatur
iste vltimam Israëli calamitatem: & adhuc in pro-
cinctu armorum, iam quasi de comparatâ victoriâ
gloriabatur: ad quem tunc Achab: *Dicite illi,
3. Reg. 20. v. 11. ne glorietur accinctus, æquè vt discinctus.* 3. Reg. 20.
Lyran. v. 11. de quô, sic scribit Lyranus. *Accinctus dicitur
ille, qui vadit ad prælium: discinctus verò, qui iam
deposuit arma, obtentâ victoriâ, per hoc insinuans ipsi
Benadad, quod non deberet gloriari, ac si iam cœpisset
ciuitatem.* Quasi nullus discincturus sibi arma,
meritò præsumatur, nisi qui iam comparatâ vi-
ctoriâ, hostes contriuit: sin minus, semper ac-
cinctus appellandus. Quæ sententia in sensu spi-
rituali, longè verior: pugnamus, dum viuimus,
& licèt multa vincamus, plura semper restant
vincenda: ac proinde quò gloriosiores, eò cautius
contra hostes, & probatioribus muniti annis in-
cedere debemus. Iterum Abbas Cellensis lib. de Abb. Cel.
Panib. cap. 7. *Norunt beatorum animæ, Sabbatum
suum: norunt autem quid intersit, inter accinctum
spiritualium nequitiarum, & discinctum à molestiis
carnis, & infestationibus dæmonum: sicut in libro
Reg. scriptum est: non glorietur accinctus, æquè vt
discinctus. Securè namque gaudet de munere, cui
ipsum nihil posse perdere datum est, in perenni remu-
neratione: periculosè autem exultat de dono, cui maior
accrescit solicitudo cum dono.* Oportet igitur, vt
dum beatus non degis, degas armatus: & quo
propinquior es cœlo, donis cumulatior, eò etiam
eisdem defendendis, sis structior.

Rapitur ad cœlum Elias, si minus beatorum 365.
illud domicilium, tale saltem, cui iam hostiles
insidiæ, pro pacatæ stationis conditione, non
appropinquarent: plorat ereptum sibi patrem,
Elisæus aurigam populo: & additur statim: *Et
leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.* 4. Reg. 2. v. 13. 4. Reg. 2. v. 13.
id est, vt ibi notat Hugo Cardinal. leuauit pal-
lium, quod ipse Elias illi proiecerat: vel in signum
hæreditandæ scholæ, si credimus Lyrano: vel in
amoris memoriam, si Drogoni, vtcunque sit, Drogo Ost.
exsurgit dubium: cur Elias in ipso discessu, pal-
lium Elisæo non concessit? cur amoris pignus,
aut officij insigne, in vltimo colloquio, aduo-
catâ commendationis teneritudine, commouen-
dis ardentius affectibus, non traditur? cur abs-
que hoc pallio ascendere non est ausus Elias? cur
iam ad Patriam illam, qualis qualis foret, dedu-
ctus: tunc solummodo curauit dimittendum?
Ego sic suspicor. Erat pallium istud, aspera quæ-
dam & caprina pellis, propheticæ pœnitentiæ
pars non exigua: hac regente & affligente cor-
pusculum melote ciliciuâ, instar clypei, ignita
dæmonum iacula extinguebat, & libidinis tela
euitabat: timuit ergo Elias prudenter, sibi diffi-
dens, nec prius *melotis* suæ, (sic legunt hîc LXX.) LXX. Interpr.
arma deposuit, quam ad locum paci veniret de-
stinatum: Vix aliter aërias Potestates, vt loquitur
Apostolus, in via illa castra metantes, & sibi
occursuras, superaturus. Et quidem occurrisse
Prophetæ dæmones, ab eodem denuò triumpha-
tos, docet D. Chrysost. tom. 1. hom. de Asc. Eliæ. D. Ioann.
vbi post multa sic lamentantem dæmonem indu- Chrysost.
cit. *Quid istud est, quod sic mihi mens confusa tur-
batur? vires torpent, conatus omnis infringitur? obuiam
procurrere cupio, nec possum: Solita tela torquere curo,
nec valeo. Non sine caussa est, quod sine congres-
sioque afficior, quod solo vincor aspectu! quis tamen iste
est, curru propinquante iam agnosco, ipse enim fulgor,
qui celabat, ostendit: Eliam video, Elias est iste,
agnosco fortissimum bellatorem, sed de me, fateor, sæpè
victorem, &c. O Regis mei misera, & semper de-
flenda conditio! ô virtus ipsa, suis se armis frequenter
expugnant! proh dolor! hostes meos, ipsa quæ dedero
vulnera, faciunt sæpè victores. quod si meum vincere,
perdere est, num tibi satis est Elia, toties in terrâ,
Regem famosum vicisse? nunquid & hæc regna, me
iterum expugnaturus inuadis? me iterum petis? me
terribilis, ac metuendus inquiris?* Terribilis credo
erat, eodem pœnitentiæ habitu, quo olim dæ-
monis acies euerterat, quas etiam in cœlesti via
præcauens, eousque deferendum existimauit:
tamdiu accinctus, donec in ipsomet quietis loco,
discingeretur.

diſcingeretur. Vnde adhuc in ipſomet cœleſtis Capitolij cliuo, triumphalem currum, (quis crederet,) quem coronatus aſcenderat, in falcatum & bellicum commutauit: quaſi nihil in viâ, tutum foret.

366. Poſſes etiam, nec nimis paradoxicus putare, ideò cecidiſſe Pallium Eliæ, quia illud truculenti hoſtis cornibus, euaſurus obiecerat. Pergebat ſolito illo propugnaculo munitus, & dum in aëtio amphiteatro inuaditur ab inferno Tauro, cornupetam fœlici ſorte, obiectu pallij deludit. Fauet

D.Bern. in ſimili Bernardus ſerm.16.in Pſalm. *Qui habitat.* vbi ita. *Quia omne datum optimum, & omne donum perfectum, nonniſi de ſurſum eſſe nouerunt, medium iter latrunculi obſidere. Tranſi ergo, tranſi peruigiles illas nequitias, quæ tam indefeſſe cuſtodiunt, & obſeruant, ne quis in illam poſſit euadere ciuitatem. Si te percuſſerint, & vulnerauerint, dimitte eis Pallium, quod in Ægypto olim Ioſeph, adultera dereliquit: dimitte Sindonem, vt cum Euangelico illo Iuuene, profugias nudus ab eis.* Sic Elias, dum petitur, dimittit Melotem, dæmonem eludit: Sicut aliquando Ioſeph, laſciuæ lupæ, Tygridis immanis tactum, fauces,& vngues euitauit.

367. Aliquid ſimile fortaſsè, ſignificatum voluit

Abacuc 3. v.3. Abacuc, dum triumphatorem Chriſtum, ſic expreſſit: *Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra, ſplendor eius vt lux, cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.* cap.3.v.3. Vbi ſi ſingula expendas, & purpuratum luce victorem,& colligatos currui victos: Triumphi apparatum deſcribi facilè intelliges. Illud ſolummodo obſcurum, cur vel quorſum addatur: *ibi abſcondita eſt fortitudo eius?* Ego crederem non tam ſibi, quam exemplo noſtro, cautum notari triumphatorem diuinum. Legi alicubi neſcio de quo, qui dum ſuſpectos haberet quoſdam generis ſuæ: in ipſo die triumphi, loricam texit purpurâ: & interiorem armaturam abſcondit prætextâ. Idem à Triumphatore noſtro videtur factum:

Symmach vnde Symmachus vertit: *Poſuit abſconditam fortitudinem ſuam:* vt cautelam diſceres, poſſe quidem celari arma,ſed non dimitti: quia victis aliis, alios adhuc in ipſa Triumphi viâ habebis deuincendos.

368. Facit huc vox illa, ſeu gemitus Eccleſiæ: *Anima

Cant. 6. v.11. mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.* Cant. 6. v.11. velut alij legunt: *Propter quadrigas Principis liberalis* id enim etiam ſignificat *Aminadab:* quod maximè ad Chriſtum Principem libe-

LXX. Interp. ralitate conſpicuum, referri poteſt. L X X. clarius: *Poſuit me quadrigas Aminadab.* Quaſi tota Eccleſiæ conturbatio, & ſollicitudo inde proueniat, quod fideles ſuos, tanquam Chriſti quadrigas videret exercendos. Sed cur ita? audi quid

Horat. Horatius de Quadrigis ſiue Curriculis olim certantibus: lib.1.Oda 1.

Sunt quos curriculo, puluerem Olympicum,
Collegiſſe iuuat: metáque feruidis
Euitata rotis, palmáque nobilis,
Terrarum dominos euehit ad Deos.

Non donabantur enim hac palmâ, prædicti decertantes, licèt multos præcederent: quoad vſque ad metam & terminum legitimè conſtitutum, non peruenirent: aliàs ſemper ſibi in timore, à ſubſequentibus æmulis præcauendum. Certans ergo in hoc loco, tanquam currus verè Olympicus, id eſt, cœleſtis, deſcribitur: vt interim ſibi cum æmulis intelligat confligendum: dummodo in termino quieto non conſiſtit: quamuis celerrimo volatu viam cœlorum currere videatur: hic ſolummodo generoſus Auriga formidine liberatur, de cætero Equorum, id eſt, motuum ſuorum curſibus impenditur componendis. D.Ambroſius ibi, D.Ambr. lib.3.de virginib.ita. *Veloces corporis motus domitet, & metu rationis infrenet: deinde caueat, ne impari motu ſe, velut Equi, implicent: vt bonum, aut improbus decoloret, aut tardus impediat, aut turbidus inquietet: fremit enim Equus malitia, ſéque iactando, currum lædit, grauat iugalem: Hunc bonus auriga demulcet, & in campum veritatis mittit, fraudis declinat anfractum. Tutus ad ſuperiora curſus eſt: periculoſus ad inferiora deſcenſus. Inde quaſi emeriti, qui benè portauerunt iugum Verbi, vſque ad Domini præſepe ducuntur, in quo non fœnum eſt eſca, ſed panis qui de cœlo deſcendit.* Semper itaque aſcendit currus iuſtorum, ſemper in cœlum dirigit curſum, nec tamen vſquam eius Equi reputantur emeriti, donec in præſepio viuentis panis, æterna ambroſij paſtus fruitio, illis conceditur. Alludit autem eruditiſſimus Pater, ad Equos emeritos, qui poſt multas palmas, labori ſubducebantur: de quibus alibi fusè dixi. Horum Equorum aliqui ſacrabantur: teſtis pro multis vnus Sueton. in Iu- Sueton. lio cap. 81. de prodigiis in eius morte. *Proximis diebus, Equorum greges, quos in traiiciendo Rubicone flumine conſecrarat, & vagos ſine cuſtode dimiſerat: comperiit, pertinaciſſimè pabulo abſtinere.* Sed non tales, myſtici noſtri Equi, nunquam in hac vitâ, emeriti ſacrantur: ſemper pugnant, ſemper anhelant, donec virentia ſuperni campi paſcua conſequantur, ibi tantum, palmis & coronis conceditur exultare.

Hinc capies, quid ſit illud Chriſti Domini: 369.
Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, Matth.11.
& ego reficiam vos: tollite iugum meum, ſuper vos, v.28.
&c. *iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Matth.11.v.28. requiem proponit, & quamuis leuius, tamen iugum imponit: ſed qualis hæc refectio, vbi noua laboris cauſſa cumulatur? Ne mireris: nam propterea iugum illud, iugum ſuum dixit Chriſtus, id eſt; cuius temonem dirigit, habenas moderatur piiſſimus auriga. Non poteſt hæc via, ſine labore tranſiri: ſatis tamen reficeris, ſi Chriſto ipſo aurigante, effrenes Equos, aut ſaltem minus ſibi inuicem compoſitos olim, iam ſuauiſſimè iugales, iam gubernatu faciles ſortitis. Cæterum eos coronatos, vel emeritos, donec in cœlo quieſcas, deſperaueris. Idem D. Am- D.Amb. broſius, ibidem. *Boni Equi euolant, & à terris ad ſuperiora ſe ſubrigunt, animámque eleuant, maximè ſi iugum habeant ſuaue, & onus leue dicentis: tollite iugum meum,* &c. *Ipſe rector eſt, qui nouit Equos proprios gubernare, vt æqualis omnium ſit curſus: ſi velocior eſt prudentia, tardior iuſtitia, admonet flagello proprio ſegniorem. Si temperantia manſuetior, fortitudo durior, nouit copulare diſcordes, ne fortè currum ſuum diſſipent. Itaque, licèt intelligibili ſpectaculo videre vnamquamque animã ſummo certamine, ad cœlum rapi, feſtinantes Equos, qui priores perueniant ad Brauium Chriſti, quorum prius imponatur palma ceruicibus.* Tunc imponitur palma, quando iugum deponitur: quod tamen nunquam, niſi adepto iam Chriſti brauio præſumas euenire.

Pro hac præliantis, ſeu decertantis currus ſimi- 370.
litudine, facit illud, quod ſtatim ſubdit ad Eccleſiam, (quæ vt vidiſti Cant.6.v.12. Quadrigam ſe vocarat:) Chriſtus, v.12. *Reuertere, reuertere* L X X. Interpr.
Sunamitis, &c. velut ex Græco legitur, *conuertere.*

Quæ

Quæ enim vox vſitatior in aurigando, quam conuerſio, & retrarſus? Sed tu mihi nota, (quod in re ſimili ſupra iam notaui,) tunc maxime decertantis in ſtadio, aut contendentis in prælio currus ſimilitudine aſſici animam: cum *Sunamites*, id eſt, pacifica appellatur: quia nimirum pax iſta, qua tenditur ad cœlum, ſemper bellicoſa, ad ſummum habet inducias, ſed has vigiles, & armatas. Fatet
D.Ambr. ex parte Ambroſius, loco ſæpè citato. *Intelliget illam animam eſſe pacificam, cui Pater Deus præſul ſit, & Christus agitator: quia & ſcriptum eſt, & hoc nomen in noſtris: Pater Pater agitator Iſraël, hic ergo agitator dicit, Conuertere Sulamitis. Benè & quaſi agitator, & quaſi ad currum dicit, conuertere Sulamitis, id eſt, pacifica: quia enim pacifica eſt anima, citò ſe conuertit, & corrigit, etiamſi ante peccauit.* Res planè mira! in pace degit, & tamen ibidem ita oppugnatur, vt ſaltem in leuibus ſæpè expugnetur, proindéque & ſacri Aurigæ voce, & habenis conuerſionem monentibus indigeat. Sed quid? neſcit alibi, niſi in cœlo, perfectа pax iſta noſtra reperiri.

371. Pari emphaſi additur ſtatim cap. 7. v. 1. *Quid vi-*
Cant 7. v. 1. *debis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* Quia quocumque reſpicias, ſiue primos ætatis carceres, ſiue medias, ſiue poſtremas metas, ſemper caſtrenſem animam intuebueris: nullum vitæ ſpatium vacat ab hoc bello; etiam dum viſa cœlum conſcendere, arma non deponat. Aſpicis iam quodammodo triumphantem, & inter choros, ſed tamen, aut muſicé caſtrenſes, aut bellicè muſicos: vt ſemper in acie conſtituta, donec in ſacro Capitolio mortalem ponens lauream, immortalem arripiens videatur. Tale aliquid voluit ſignificare
Epheſ. 6. v. 12. Apoſtolus Epheſ. 6. vbi docens quam nobis armatura Dei, ſit neceſſaria, ſic concludit v. 12. *Quoniam non eſt nobis colluctatio, aduerſus carnem, & ſanguinem: ſed aduerſus Principes & poteſtates: aduerſus mundi rectores tenebrarum harum: contra ſpiritualia nequitiæ, in cœleſtibus.* ac ſi dicat: Nemo putet, ſi cœlum cogitat, & eò aſſumptis alis cupit confugere, hoſtes fugiturum, etiam in cœleſtibus, id eſt, aëria illa, & ſuprema regione, donec in tuto ponatur beatorum domicilio, hoſtes inueniet, armis indigebit. Quippè de dæmonibus aërem habitantibus, hunc locum explicant
D.Ambr. D.Thom. Dionyſ. D.Bern. Ambroſ. D Thom. Dionyſius, & alij. Vnde graphicè D. Bernard. ſerm. 11. in Pſalm. ſupra citat. de hoc ita. *Dæmones in pendulo huius aeris vagi, ventoſique vagantur: indigni ſiquidem cœlos conſcendere, ad terram tamen deſcendere dedignantur.* Benè ergo vbique ſponſa pergit armata, ne in ipſa ſacrâ cœleſtis Capitolij viâ expugnetur. Audiendus
D.Ambr. D. Ambroſius vtrumque hunc locum pulchrè connectens lib. de obitu Valent. vbi ſic ſcribit. *Interrita, inuicta, & tanquam in acie conſiſtens, eſt ſponſa Christi: habet in manu gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei: habet loricam fidei, habet in capite galeam, ſpem ſalutis, quibus armis communita præliatur, & colluctatur non aduerſus carnem & ſanguinem tantum, ſed aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, aduerſus ſpiritales nequitias in cœleſtibus: illud quippè eſt, quod ſuperius dixit, terribilis vt caſtrorum acies ordinata, nihil enim in ſe habet effœminatum, nihil molle, nihil languidum: ſed ſemper tanquam in acie, & procinctu conſiſtit.*

Ex dictis, non ſolum Militi noſtro cœleſti, neceſſaria certamina comprobantur, ſed etiam, dum contra infernos hoſtes, parari à Deo paris & maioris virtutis aduerſarios obiter notaui: contra Lutherum ſubſequenteſque eius acies, Ignatium, eiuſque Societatem inſtrui, quod ex bulla Canonizationis conſtat, aptè confirmatur.

§. IV.

Christus, robur & arma ſua iuſtis communicat: quibus muniuntur pariter, & pulchreſcunt, ad manus maximè. Hæc arma, quandoque iuſtis conſepulta, quantumuis in ſtellas, conformata, quæ in Patris honorem, etiam filiis conceduntur.

MEditor adhuc priuatim, cœleſtis noſtri Militis armaturam meliorem. Commendat 372.
Princeps profanus, Dux terrenus, gloriæ ſuæ auguſtam iactationem, quod arma, quibus vtitur, tanto Militum ſuorum armis præcellant, quanto ille, his de dignitatis excellentiâ præcellere æxiſtimatur. Dum acies explicaret Dux Virgi- Virgil.
lianus Æn. 7. inde præcipuè exultat, quod ſingulari armaturâ cerneretur.

Cui triplici criniâ iubâ, galea alta Chymeram
Suſtinet, æthnæos efflantem naribus ignes.

Et cætera. Vt nimirum, & ſtemmatis decore, & armaturæ robore, ſe Principem ſingulariter venditaret. Quod ſi quandoque ad extremæ comitatis emolumentum, arma ſua, priuato militi Princeps communicat: cum aliunde neque norit, neque poſſit, regios eidem ſpiritus communicare: perinde eſt, ac ſi inuidus illi arma denegaret. Communicauit arma ſua Dauidi adhuc Paſtori, Rex Saul, quæ vbi iuuenis induit, exclamat illico: *Non poſſum ſic incedere.* 1. Reg. 17. 1.Reg.17. v.38.
v. 38. quaſi dicat: Et quomodo hæc arma mouere potero, qui eiſdem inſtructus moueri nequeo? id ego nondum à Dauide prolatum, conteſtaret: regalia quippè arma, & ſtemmata priuato, abſque regalis, & condebiti ſpiritus communicatione, neceſſario veniunt inutilia, vnus eſt diuinus Princeps, Dux æternus, Deus: Qui ſuamet arma, Militibus ſemper communicat affectu pio, vtili effectu, quia & diuinam virtutem cum armaturâ poteſt communicare: ſic enim armat, vt animet: ſic roborat, vt tractandis diuinis armis, homo ſufficiat.

Credebat ſanctiſſimus, poſt tot cum dæmone, 373.
& cum amicis habita certamina, quietem ſibi reſiduam, Iob: cum Deum denuò audit prouocantem. *Accinge ſicut vir, lumbos tuos: interro-* Iob 40. v. 2.
gabo te, & indica mihi. cap. 40. v. 2. in ſingulis verbis, mille noto ænigmata. prætereo, quod nunc ſolummodo, *ſicut vir* accingi præcipitur: quaſi in cæteris vel ad homines, vel ad dæmonem certaminibus, etiam ſub fœminæ ignauiâ, ſub pueri fragilitate, ſatis tamen paratus, veniat iuſtus quiſque, dum congreditur: qui tamen dum Deo concertat, niſi vir vndequaque deſcendat, periturus. Illud rarius, quod omnis Iob armatura, ad vnum cingulum: *accinge lumbos*, redigi videatur: Sed illud magis mirum, quod ita cinctus, Creatori creatura, homunculus Deo, appoſitè componendus exiſtimetur. Nec tamen hoc mirabimur, ſi nouerimus, armaturam qua præcipuè exultat Deus, baltheum eſſe, ſeu cingulum militare: quo præcingitur: vnde Dauid: *Indutus eſt*

Psalm 92. v. 1. *est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.* Psalm. 92. v. 1. hoc autem cingulo, iubetur Iob præcingi: quasi verò dicat Deus: Non leuiter armaris, qui cingulo, me ipsum armare idoneo, instrueris: nec poteris non procedere animosus, quando ego sic nobilem armaturam meam, tibi communico. Nimirum cum diuinus amor, Deum suauissimè cum homine componit decertaturum, diuina homini arma non negauerit. D Gregor. Nazianz. D. Gregor. Nazianz. orat. 2. de Pascha, ita in hanc rem. *Zonam nouis militarem, & strenuam, iuxta quam Euzoni Syria, & Monozoni quidam nominantur. at Deus ipse Iobum Prophetam alloquens, Ne, inquit: Verum accinge vt vir lumbos tuos, & da responsum strenuum. Quibus etiam viribus beneficio diuine, accinctum se esse, David Psalm.* 17. *gloriatur. Ac Deum quoque ipsum, potentiâ indutum, atque accinctum Psalm.* 92. *inducit.* Sic præcinctus Iob, Deo componitur præcincto: ostendens Dominus comem facilitatem suam, arma propria militibus communicat: robúrque suum milites manifestant, dum diuini Ducis arma tractare norunt. Meritò ergo in Euangelio supra citato, & citando sæpè Ignatio & similibus præcipit Deus: *Sint lumbi vestri præcincti*, id est, vt dixi, militari hoc Domini baltheo armati.

374. Sed restat adhuc clarius ostendendum, cum armis diuinis, diuinam pariter virtutem communicati. Excitabat in mystica hæc prælia Corinthios, Apostolus exclamans: *In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientiâ*, &c. *in verbo veritatis, in virtute Dei*, &c. 2. Cor. 6. v. 4. 2. Cor. 6. à v. 4. quasi Paulus, similésque viri, ipsissimam Dei virtutem & robur, haberent decertantes: idque æmulandum suis commendaret. Sed vnde diuina virtus, humanis membris, aptanda? vnde mortalibus cordibus, immortale robur adhærescet? ab ipso Deo, prouenit, si fas dicere, in summa liberalitate, necessario: quippè qui cum arma liberaliter communicet, iam necessitate decentiæ virtutem eisdem tractandis communicabit. Vide quid subdat Apostolus. *In virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris & à sinistris.* Quia qui arma iustitiæ, id est, sua, Paulo tribuit; tractandis, virtutem suam non denegauit: hoc enim decet suauissimam comitatem, & amorem D. Ambr. Ducis nostri potentissimum. D. Ambrosius ibi. *Virtus in eo Dei erat, quæ per signa, atque prodigia, hunc idoneum ministrum probabat.* Inuidiæ est, in profanis Principibus, arma sua negare: impotentiæ, si concedat, regales tractaturis spiritus, non addere. An non armaturam diuinam, eidémque tractandæ, diuinum robur acceperat Ignatius, qui à Deipara se illi exhibente, id castitatis cingulum accepit, quo sic prostrauit luxuriam, vt deinceps, nec leui corpus motu, ne leuiori mens vnquam cogitatione fœdaretur? qui ea humilitate munitur, superbiam, hostem aliàs formidabilem, sic contemnens: vt nullum vitiorum, sibi minus timendum prædicaret? qui ea iam serenitate, interiorum Potentiarum dissidium sic composuerat, vt mens defixa Deo, diuina patiens; humanis cogitationibus, ne dum vaqueationibus non cederet?

375. Sed habet singularissimum adhuc aliquid, diuina armatura, vt muniendo ornet, ornando Psalm 92. v 1. muniat: ideò Psalm. 92. v. 1. citato dixerat Dauid: *Dominus regnauit, decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem.* Noua quidem sed gratissima mixtura, qua fortitudo comitur, qua decor roboratur. Et ideò fortassè, his qui in Euangelio præcinguntur, *lucernæ ardentes* statim appatantur: arma quippè lucis sunt illa, quæ sic ornare norunt, vt pariter corroborent. Luc 12. Congessi in hanc rem alibi plura, è quibus tantum libo illud D. Pauli ad Roman. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus.* cap. 13. v. 12. Roman 13. v. 12. Vbi notabam illud *honestè* ex vi Græci aduerbij εὐσχημόνως quod hic habetur, pulchritudinem quandam denotare. Græca. Quod si quæras, cur qui arma quasi præliaturis imperat, aliunde habitus pulchritudinem, quasi festiuis suadeat? respondebam ex Chrysostomo, qui ad hunc locum ita. D. Ioann. Chrysost. *In aciem nos dies, & ad pugnam vocat. Pugnam verò audiens, & arma, non est quod timeas: in sensibili quidem armaturâ, durum est, & exosum armari: hic verò iucundum, & dignum: lucis quippè sunt arma: vnde & radiis solaribus illustriorem te faciunt*, &c. *Atque in tuto etiam optimè munitum constituunt.* Sic redditur vnusquisque iustorum Mars quidam pulcher, siue sol armatus: Deus quippè decore pariter & fortitudine se præcingens: cataphractâ luce suos munit milites, & armatura lucifluâ comit amicos.

Ascendit in montem Moyses, diuino fruiturus colloquio, vnde subitò pulcherrimæ lucis profluuio inundatus, mortalis vultus conditionem, in immortalis penè decoris tenorem commutauit. Sed illud mirum, quod lux immissa, quæ in frontis diadema, vel in coronam capitis, formanda videbatur, vnde populi tanti Dux & princeps nosceretur, in arma Tauri robusta efformatur: *Ignorabat quod cornuta esset facies sua.* 376.
Exod. 34. v. 29. quid ita? quia eo ipso, quod lux diuina dabatur ad decorem, erat in armaturam fabricanda: nec alia à Deo daretur armatura, nisi quæ simul pulchritudinem lucis importaret. Exod. 34. v. 29. Drogo Ostiens. lib. de Sacram. Dom. Pass. ita de Moysis facie. Drog Ost. *Luminosa & terribilis, quia cornuta erat, ad ventilandum inimicos legis.* Sic iustus iste armatur ad decorem, pariter ad fortitudinem decoratus. Arma igitur lucis meritò tractauit Ignatius. Testis esto nobilissimus Siciliæ Prorex Ioannes à Vega, cui toties lucis fulgore conspicuus, visus est Ignatius. Testis Elizabeth Rosel, matrona illustris, quæ illum Barcinonæ conspexit radiantem. Testis D. Philippus Nerius, Patriarchæ nostri discipulus charissimus, qui illius radios, fulmina contra dæmones esse, amouendis sibi mentis tenebris, experiebatur. Testes denique Guipuscuani, innumerique alij, qui Ducem nostrum & luce armatum, & comptum hac armaturâ fuere demirati.

Illud tamen non leuiter prætereundum, quod lucida hæc armatura, lucernæ istæ ardentes, quæ in Euangelio, propterea tribuuntur Ignatio, solummodo manus videntur obarmasse: *Et lucernæ ardentes, in manibus vestris.* 377. Luc. 12. An fortè, totius cataphracti pulchrè corporis armatura, in iacula mittenda è manibus conformatur? an ab armatis manuum spiculis, luce fulgentibus, cætera armorum genera, quæ caput, corpúsque muniunt, venustantur? Nescio. Illud tamen aucupor, quod cum in Ignatio, cæterísque vitæ mixtæ militibus, armantes luces suas, practicas & operatrices, Deus cupiat: quamuis vndique ad decorem & robur perstruantur, ad manus tamen

tamen exquisitius componuntur. Nonne vidisti nuper Moysis caput cornibus illis lucifluis ubarmatum? at vide iam, qualem illum, ex non ignobilis Interpretis sententiâ, describat Abacuch:
Abac. 3. v.4. *Splendor eius, vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius, ibit mors.* cap. 3. v. 4. Si instar Tauri ventilaturi inimicos legis describitur: cur cornua non fronte gerit, sed manibus administrat? quis vnquam similem manuum recolat annaturam? in profana certè militiâ, id non euenerit: Miles tamen coelestis, non potest, præliantem splendorem suum, vbique fuerit, manibus necessariò practicis, non aptare. Ideò cornuti splendores, qui prius Moysis caput roborabant, roborandis iam manibus applicantur. Vatablus in notis, post multa alia de Moyse,
Vatabl. ad hunc locum: *Cornua in manibus eius, id est, splendores eius.* Sic optimè absconditum ibi dicitur fortitudinis robur, quasi sub lucis venustate dissimulatum.

378. Erat nimirum Moyses in hoc loco, Christi figura, aptè igitur ab illo, in figuratum, deueniemus. Describit hunc Ioannes præcinctum ad mammillas zona aureâ, sed illâ militari: id auguror, quod oculi non blandi, sed quasi toruè intuentes, ignem scintillabant: cum ab ore eiusdem, gladius vtraque parte acutus prominenet: sed pende manus: *Et ha-*
Apocal. 1. v 16. *bebat in dexterâ suâ stellas septem.* Apoc. 1. v. 16. quasi deposito tantisper gladio, tela ab stellis missilia compararet. Atqui, inquis, Apoc. 12. v. 1. Stellæ in
Apoc. 12. v. 1. coronam Ecclesiæ componuntur, credo, quia sponsa, ab sponso Christo coronam mutuatur, quasi & ille stellis soleat redimiri. Si igitur in cœlesti illa curiâ, stellarum lux comendis capitibus solet deseruire: vnde, & cur, armandis iam hic manibus ministratur? Nimirum sicut in Moyse diadema cornutæ lucis, dextram relicto capite obarmat: Sic stellantis fulgoris coronam, in telum misisse Chri-
D Victor. Mart. stus, visus aptasse. Fauet tantisper D. Victorinus ibi, dum saltem virtutem spiritus S. septiformem, (qua Christus aliunde noscitur decertare,) hic intelligit. ergo ille ita. *Stella septem in dextrâ, dixit: quia Spiritus Sanctus septiformis virtutis, datus est in potestatem eius, à Patre.* Vtcumque sit: patet ex ipso textu, non violenter in sensu mystico, stellas has quæ vt infra dicitur symbolum erant septem Angelorum, hîc armandæ & ornandæ simul dexteræ deseruire.

379. Dices. Si Christus, arma sua, militibus solet facilis communicare: cum aliunde stellas, pro telia gerere auguremur: sequetur cœlestibus militibus, stellas missiles, pro iaculis quandoque assignandas. An ergo id audebimus affirmare: & lucernas has ardentes, quæ sanctorum manibus effulgent, cœlestes luces, lampades firmamenti, id est, stellas fuisse prædicabimus: quasi gloriosa illorum opera in expugnandis vitiis, in promouendis virtutibus sic radiarent, vt meritò in stellis figurentur? quid cum aliis iustis fiat, nunc prætereo: at Militi nostro cœlesti Ignario, stellas missiles datas ad pugnandum, cur præsumam, nec temerè, iam aperio. Sepeliebant olim cum strenuis Militibus, arma illorum pariter, amici: vel ostensuri blandâ palpatione, non assignandum hæredem illorum armis, qui virtutem hæreditariam eisdem tractandis, relinquere non poterant: vel etiam, vt futuris fortè sæculis, aperto sepulchro, ex pondere, & nobilitate armaturæ, sepulti militis virtus nosceretur. Hinc illud Aiacis,
Sophocl. apud Sophoclem: Τὰ δ' ἄλλα τεύχη, κοίν' ἐμοὶ τεθάψεται. *Cætera verò arma, simul mecum sepelian-*
Thucid. *tur.* Thucidides lib. 1. in Præfat. belli Pelopon. ita. *Cum expiaretur ab Atheniensibus hoc bello Delos, destructis sepulchris eorum, quicumque in eâ Insula decessissent, Cares agniti sunt genere armorum, cum quibus sepulti erant*: tu plura. Cum igitur, (vt ex historiis nostris, ignotat nemo,) aperto aliquando Militis nostri sepulchro, ossibus sacris honorificentius, alio deducendis, ardentes inde luces, stellarum instar, prodire cernerentur, quasi diu consepultæ sacro sanctocadaueri deliterent: cur non piè existimarem, ex his olim conflatam, sacri militis, armaturam? Sed exemplis, è sacro penu deptomptis, rem declaro.

Moritur iubente Domino Moyses, & sepelitur, additque textus: *Et non cognouit homo sepulchrum eius, vsque in præsentem diem.* Deut. 34. v. 6. nec satis scias, cur tantopere à Deo, sepulchrum hoc curaretur abscondendum. Quod enim aliud posteris potentius ad sectandam virtutem calcar possit adhibere, quis alius vitiis fugiendis stimulus efficacior, quam Moysis sepulchrum? aut quis deinceps caducis vitæ bonis inhiaret: si in conspectu, Mortis, de Moyse, hominum præclarissimo, triumphum haberet? cur igitur hoc, populo viemiori, sanctitatis denegatur incitamentum? cur Moabitis incolis illius vallis, tantum hoc monumentum inuidetur? dicam, quid cogitem. Fuere cornua lucis, vt supra non semel vidisti, Moysis arma: his ille apud suos reuerentiam, & apud alienos immensi honoris famam aucupabatur. Cum igitur Deus, in hæsitantia animi pœnam, illum exauctorasset, vitâ pariter, cum lucifluis cornibus ademptâ: cauit diligenter, ne vnquam sepulchrum illud cerneretur: ne fortè aliquando ab Ethnicis aperto, nullisque lucis vestigiis ibi comparentibus: putaretur Iudæorum mendacium, id quod de luce cornutâ iactabatur: quia cadaueri consepulta non cerneretur. Non audeo affirmare voluisse id Augustinum lib. 1. de Mirab. Script. cap. 15. fauere tamen non negaueris, dum caussam latentis huius sepulchri, sic scribit. *Quatenus illam faciem, qua consortio sermonis diuini rutilauerat, mortis mærore repressam, nemo videret.* Quidquid sit tamen, de Magni Doctoris mente, explicatio ex dictis non hiulca, haberi potest. 380. Deut. 34. v. 6. D. Aug.

Fœlix vbique Iosue, fœlicior, dum diuinis mandaris obediens perseuerat, succedit Moysi: dumque moritur, in *Thamnatsare*, Ios. 24. v. 30. pompâ celebri sepelitur, sepulchro sibi erecto nobilissimo: quique semper Moysis sui, quem viuum coluerat Dominum, defuncti etiam memoriam piissime recolebat: audet manifesto sepulchro decorari, quo tamen bonoris genere spoliatum Moysem condolebat: nec tribuit arrogantiæ, in hoc præferri. caussam si quæras, cur obsequentissimus successor sepulchrum sibi curaret, quod non erat amico, & digniori præcessori interceptum: fortasse non ineptè responderem, si in eo diuini Numinis gloriam à Iosue, quæsitam dicerem: quod sic coniecto. Præcepit Dominus illi, vt populum secundo circumcideret: *Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundo filios Israel.* c. 5. v. 2. quod vbi strenuè peractum: commẽdato obsequio addit Deus: *Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis.* v. 9. quasi diceret: Nunquam gloriosius per te visibiles hostes meos debellaui, quàm hodie de inuisibilibus triumpho: quippè ablata populo peccati notâ, cum Ægyptio præputio, gratiam sanctificationis irrogaui. Ita ne? inquit Iosue: ergo insigne mihi sepulchrum iam hinc meditor, hi enim cultri, qui 381. Ios. 24. v. 30. Ios. 5. v. 2. v. 9.

qui mihi tantæ victoriæ, arma miniſtrarunt, mecum pariter ſepulri: fututo ſæculo, ſi fortè ſepulchrum meum aperiatur, obedientiam ſtrenuámque pugnam indicabunt: glotioſiora enim mihi hæc arma circuncíſionis, quàm quiuis gladij, quos in circunciſorum ſanguine infeci. Vnde id deprom- D. Aug. pſerit D. Auguſtinus, inquiro adhuc, video tamen non inuitum trahi in iſtam mentem, quando tomo 4. lib 6. cap. 30. ſic ſcribit. *Cultellis petrinis populum circumcidit iſte ductor egregius: qui cultri pariter cum illo ſepulti ſunt.* Dices ſic poſſe explicari verba S. Doctoris, quaſi ideò ſepultos dicat hos cultros, quia tunc ceſſarunt Petrini, pro quibus deiode ferrei aſſumpti ſunt. Sed falleris: nam vſque ad Dauidem duraſſe Petrinos, affirmant multi: plures ſunt, qui vſque ad Chriſtum, illorum vſum tetinent: Grauiſſimi, qui nunc petrinos, nuoc ferreos indiſcriminarim aſſumi poſſe, Serarius. teſtantur. De quo multa hîc Serarius quæſt. 8. vbi miror diligentiſſimum, & ſagaciſſimum Interpretem, bæc Auguſtini non examinaſſe. Iam verò, ſi cum aliis contendas, nec etiam apud Ioſuë cultros petrinos fuiſſe in vſu, ſed ideò ſic appellari, quia fetrei ad corem lapidem acuebantur: tunc nullatenus de ceſſatione, aptè interpretaberis Auguſtinum, duraret enim vſus poſtea neceſſario. Hæc ſuggero, quia odi acumen diſcrepans à litteræ veritate: vímque inferre Patribus, duco periculoſum. tedeo.

382. Pugnauit igitur Ignatius meus, illa cœleſti virtute, illâ diuinâ gratiâ, quæ meritò in miſſiles ſtellas formari coniectetur, quando cum illo conſepultas ſtellas pariter deprehendimus. Sed illud ſingularius, quod Patriarchæ noſtri meritis, etiam in filios eius, fœlix hæc armatura, fœliei ſucceſſione transferri videatur. Viuebat adhuc Ignatius, cum per ſummum Pontificis beneficium, Societati ea cura mandata eſt, vt in Æde Deiparæ Lauretanæ, Apoſtolicos Pœnitentiarios ſubrogaret: ergo cum primâ die, & hi confeſſiones audirent, & alius ad populum haberet concionem, conuentu frequentiſſimo, manifeſto omnibus miraculo, viſus eſt repentè ſupra Confeſſariorum, Conciooatorſſque capita, *ſplendor eximius, velut ardentis facis*: vt ha- Hiſt. ſacr. betur in Hiſtor. noſt. 1. Par. lib. 13. num. 24. quaſi virtus, quæ in ſplendores & ſtellas figurata, decorabat parentem: nunc eidem ſuauiſſimè, dum ſub eodem habitu filios ornat, adblandiretut. Habeo coniecturæ piæ, non leue in exemplo ſimillimo, fundamentum. Cingente Syrio exercitu Eliſæum, ſibi, Dominóque timens trepida Griezi: qoem tamen ſecurus Propheta, bono animo eſſe iubet, certò monens valentiori longè auxilio ſe defenſos: *Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum, & curruum in circuitu Eli-* 4. Reg. 6. v. 17. *ſai* 4. Reg. 6. v. 17. Non armati Milites, non Equites cataphracti: Sed totus apparatus, effotmandis Eqnis, & cutribus impenditur: & cur ita? Nimirum D. Chryſ. paulo antè Angeli, (vt Chryſoſtomus, & alij paſſim exponunt,) ſub curru igneo, igneíſque Equis, Eliam ad cœlum vſque rapuerunt, ab aëriiſque poteſtatibus, hoc diſſimulati habitu defenſarunt. Ergo denuò blandientes Magiſtro, eandem tantummodo formam illi familiarem, defendendo D. Ambr. diſcipulo aſſumunt. D. Ambroſius ſerm. 87. ita. *Eliam Angeli ad cœlum perferunt: Eliſæum Angeli, qui magiſtrum portauerant, diſcipulum tuebantur: & notitiâ quadam, obſequia quæ Patri exhibuerant, etiam filio deferebant.* Vbi plura de Elia, qui quadrigâ impoſitus igneâ, & Angelis ducentibus triumpharat.

§. V.

Iuſtorum corpora, in ſpiritus nobilitatem euecta: ſicut impiorum ſpiritus, in carnis vſque degenerant vilitatem. Hinc corporibus illis, acceleratâ glotiâ, cœleſtis throni deliciæ adhibentur.

Detinet nec inuitos oculos, ſtellarum pulchritudo: detineat nos, pulchriorum ſiderum 383. Ignatij, contemplatio: quarum myſterium, vt clarius eruamus, iterum ad militare eius cingulum, recurro: de quo, vt ex Ambroſio vidiſti, ſic habet Lucas: *Sint lumbi veſtri præcincti.* Vbi meritò notant Luc. 15. Recentiores, non ſic Apoſtolicos viros, cœleſtes milites inſtitui à Chriſto, quaſi contentus ſit, ſi ipſi lumbos, id eſt, carnis affectus, vi imperantis ſpiritus præciogant: Sed inſuper opus eſſe, ipſoſmet affectus, ſic iam vndique mortificatos & obedientes ſpiritui habere, vt ipſi, ſemetipſos præcingere videantur: & quaſi vicem ſpiritus gerentes, in officio ſuo contineantur: ideo non dicitur, Præcingite lumbos veſtros: ſed, *ſint præcincti*, quaſi ex ſe: vno verbo, requirit ab his Militibus ſuis carnem non carnalem, ſed iam in ſpiritualem quodammodo commutatam. Nimirum cotpus, quod ſemper ſpiritus calcaribus indiget, curſui arripiendo: ſemper habenis ſtrictis, vitando præcipitio; nondum quidem ſatis domitum reputandum: quippè & equus iam perfectè edomitus, & edoctus, ſibi quandoque, non ex incuriâ, ſed ex ſeſſoris fiducia relictus: ipſe ad tubæ ſignum, vltro carceribus erumpie alacer, ad metam ſpecioſus ſiſtit, aut in gyrum ſe rotat: quaſi ſeſſoris monitum non tam denuò accipiat, quàm acceptum iam olim, tunc exercear. perfectiori adhuc modo cœleſtis militis corpus, quaſi ex ſemetipſo præcinctum, imperata ſuſcipit ſpiritus, iam quodammodo, conditionem ſpiritus, imitatum.

384. Nihil aliud ardentius cupit Deus, quàm animabus noſtris, per amorem tenerrimè dominari: quæ enim ſacrificia illi vnquam gratiora, voluntatis affectibus immolatis? qui ſuffitus apud illum ſuauius exhalarunt, quam ſuſpiria deſiderij feruidi bullientia? Et tamen Paulus, cum videretut ſuos prouocaturus fideles, vt hæc holocauſta ſuauiſſima identidem frequentarent, has immolarent gratiſſimas indeſinenter hoſtias: exclamat anxiè: *Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem.* Rom. 12. v. 1. ita ne ian iam ſpiritualia ſa- Rom. 12. v. 1. crificia Deus nauſeat, eſurit corporea? imò potius, ſpiritus ſaporem, è corpore captabat. Pulchrè Chryſologus ibi, ſerm. 109. *Et quid eſt, quod tacetur* D. Chryſol. *anima, & ſolum corpus, ad Dei hoſtiam ſic vocatur? fratres, hic Apoſtolus honorat corpus, non minorat animam: nam corpus quod capiunt peccata, quod delicta vinciunt, quod deprimunt crimina, quod vitia corrumpunt, quod deiiciunt paſſiones: hoc Apoſtolus cupit ſoluere, liberare ſtudet, laborat attollere, expiare contendit; vt corpus ad originem animæ conſcendat, non anima deſcendat corporis ad naturam: & corpus animam comitetur ad cœlum, non anima corpus ſequatur ad terram.* Quaſi non aliter corpus, in Dei ſacrificiū aſſumatur, niſi vt ad originem animæ conſcendat: nec gratam de ſe hoſtiam Deo præbeat, niſi dimiſſis vitiis, videatur iam, ſpiritus ſortiri conditionem.

385. Videt ſe Dauid ab hoſtibus oppreſſum, qui ſuperbi, iniquitatem in excelſo locuti erant, & nouam

uam arrogantiæ turrim ædificantes, quaſi ſolem ambirent in purpuras, impium os in cœlum ponebant. Ergo dum ab his fluctibus ſe timet abſorbendum, auxiliatorem ſibi Deum experitur, à quo quaſi prehenſus dexterâ, in portum ſalutis deducitur glorioſè: Impiis interim ſubmerſis, & redactis ad nihilum, quaſi eò tantum in altum erigi viſi, vt inde ruerent lapſu grauiore. Quæ poſtquam fusè Pſalm.72. commemorat Pſalm.72. iam in laudes fuſus, gratam erga ſic beneficum Dominum animi exhibens ſignificationem, hymnos concinit, multiplicat affectus: quos inter non leuis ille, licèt obſcurus v.26. qui v.26. ſic exprimitur. *Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum.* Si Deum, eſſe Deum cordis ſui ait, quomodo defeciſſe cor ſuum vere ſubiungit? quomodo ſi non erat cor, Dei tamen poſſeſſio eſſe poterat, cum nihil minus ſit alicuius, quàm quod non eſt? reD.Paul. ſpondet aptè D.Paulinus epiſt.22. *Quia tunc Deus eſſe agnatur cordis noſtri Deus, cum cor noſtrum quod eſt carnale defecerit, ſpirituali ædificatione deſtructum.* Itaque non tam abſolutè defecerat, quam deficiente carne, conditionem induit ſpiritus, quaſi deinceps non iam naturæ æſtibus, ſed ſolum gratiæ motibus pulſaturum: quaſi ſit idem deſtruere carnalis cordis ædificium, quam cordis ſpiritualis turrim ædificare, vbi iam Deus exultans requieſcat.

386. Propterea dum ſub peccatoris figurâ dolet Paulus, aliam legem in membris, ſyncerioris mentis legi repugnantem, & in peccata miſerè captiuantem, exclamat ingemiſcens, *Infœlix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius?* Rom.7.v.24. Sed Roman.7. v.24. quid? Nonne Paulus, ſicut cæteri homines, & corpore, & ſpiritu conſtabat? cur igitur, qui ſe totum cupit liberum, à dimidio ſui, ſe optat liberandum? cur dicat, quis me liberabit, quaſi integrum ſe puter, ſine hac parte, cum potius dicturus videretur: D.Ambr. quis ſpiritum, à corpore liberabit? Pulchrè D.Ambr. lib. de Iſaac, cap.2 ita. *Cum vtrumque in ſe certantem hominem declaraſſet, hoc eſt, interiorem, & exteriorem: in anima magis, quam in corporis parte, ſimulauit ſe conſtitui.* Vt intelligeremus, aut corpus ſpiritualizandum, aut dum repugnat in nobis, tanquam ſi pars aliena foret quidem, computandum: ſolummodo Idem. ſpiritu cenſendis. Ideò addit Ambroſ. *Quod anima ſua traheretur captiua ad peccatum, in quo eſſe ſe mallet, & eſſe confirmat dicens, Infœlix ego homo, &c. tanquam ab extraneo hoſte, ita ſe deſiderat liberari a corpore.* Dum hoc ſcilicet, ſpiritus mores, & naturam induere recuſabat. Ita eſt: Homo quippè de ſolo ſpiritu cenſetur: dum enim corpus, ad ſpiritus non Iob 4.v 18. aſcendit dignitatem, tantummodo, vt ex Iob 4 v.18. conſtat, lutea domus hominis, reputandum. Hinc Salomon: *Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus* Cant.8. v.9. *ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.* Canr.8.v.9. Guillelm. vbi Guillelmus ſibi ſcribit. *Domus hominis, corpus eſt, ſi conſideres hominem & penſes, ſecundum illud dictum diuinum faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Non enim in corpore, ſed in ſpiritu rationali, luminoſa huius imaginis inſigne tenet, denique ſcriptura dicit, homines habere domos luteas, id eſt, fragilia corpora: eos iuxta id, quod in eis excellit, attendens.* Quaſi minus, tanquam pars hominem componens, corpus apud Deum exiſtimetur, dum ad ſpiritus indolem non redigitur.

387. Nimirum, id Chriſtus à militibus ſuis ſtrenuè decertantibus, contrario & fœliciori modo exigit, quod ab ignauis dæmõ impetrauit: vt quemadmodum iſti, ſpiritus acceptinobilitatem, in degenerem carnem viſi conuertiſſe: Sic illi carnis vilitatem, ad ſpiritus originem, (vt ex Chryſologo dixi,) euehere videantur. Hinc Vates regius. *In Deo ſperaui, non timebo, quid faciat mihi caro.* Pſalm.55 v.5. quod Pſalm 55. v.5. idem mutato termino infra v.12. ſic recudit: *In Deo ſperaui, non timebo, quid faciat mihi homo.* Vtrumque dubium foret: & quod in primo loco, ſic de ſe loqueretur, quaſi à carne expers, ſe iam in alia ſerie computaret: & quod in ſecundo, ſic de homine impio inſtituat ſermonem, quaſi ſolummodo componeretur ex carne, dum quam ſupra carnem dixit, iam hominem appellat: niſi ſciremus iuſtos, carnem ad dignitatem ſpiritus, ſpiritum verò, ad vilitatem carnis impios attraxiſſe. D.Ambroſ. in exhortat. ad D.Ambr. virg. poſt multa. *Scire ergo debet ſiue vir, ſiue mulier, quia ad imaginem Dei eſt, & ſimilitudinem: in quo enim ad imaginem Dei ſumus, niſi in anima ſubſtantiâ, & mentis vigore? hæc, noſtra omnis portio. Denique David inquit: in Deo ſperabo, non timebo quid faciat mihi caro: non ergo caro ſumus, ſed ſpiritus: de Iudæis autem dictum eſt Gen.6. Non permanebit in iis ſpiritus meus, quia carnes ſunt.* Vt neſcias, an pretioſior iuſtus, an abiectior impius hoc commercio: niſi quod vterque iam in præſenti, futuri conditionem ſæculi repræſentat.

Obſcuriſſima ſunt verba illa Petri epiſt.1. c.4. 388.
v.6. *Propter hoc enim & mortuis euangelizatum eſt: vt iudicentur quidem ſecundum homines, in carne: viuant autem ſecundum Deum, in ſpiritu.* Maximè ſi in 1 Petri 4. v.6. his ſit alluſio ad illa quæ prius dixerat cap.3. v.19. Et 3.v.19. de his, quibus Chriſtus in carcere prædicauit: quo fortaſſe, nihil obſcurius habet ſacra Pagina. Sed nunc litteram non examino, ſolummodo mores formo. Placet ergo id ſolum ponderare, cur in hoc communi iudicio, quidam iudicandi ſecundum homines, in carne dicantur iudicari: alij verò, non tam iudicari, quam ſecundum Deum viuere: & viuere in ſpiritu dicantur? putóque ideò impios iudicandos dici, *ſecundum homines* idque *in carne*: quia in illis, vita non ſecundum gratiam, ſed ſecundum corruptam hominum naturam duraoerat, vnde ſolum in carne vixiſſe præſumuntur: quod è contra iuſtis, euenier, quaſi ſolo in ſpiritu vixiſſent. Iobius MoIobius Monach. nachus apud Photium, Cod. 222. dictis fauet, quamuis quod immiſcet de prædicatione apud inferos, reiiciendum: ergo vbi ita. *Vt fideles, qui propter infidelitatem ſuam, peccatores remanſerunt, damnentur quaſi planè caro facti, & diuulſi à ſpiritu. Quotquot autem etiam apud inferos Chriſto, qui ipſa erat iuſtitia crediderunt, ſpirituali lætitiâ perfruantur. Illud igitur, vt iudicentur carne de incredulis, dictum eſt: at illud viuant ſpiritu, de credentibus.* Sed magis maius myſterium eſt, in verſione Græca, quam ſequitur Iobius. Græca. Sic enim ibi D. Petrus: ἵνα κριθῶσι μὲν κατ' ἀνθρώπους, σαρκὶ: ζῶσι δὲ κατὰ Θεὸν, πνεύματι. *vt iudicentur ſecundum homines, carne viuant verò ſecundum Deum, ſpiritu.* Quaſi non ſolum in ſpiritu viuant iuſti, iam beati, ſed ſpiritu: nec impij ſolummodo iudicentur, ſeu damnentur in carne, ſed carne. Quid enim eſt, damnari, ſeu puniri carne? nihil pulchrius, in noua hac ſua explicatione habet idem Iobius: ſic reIobius Monach. ſpondens. *Quemadmodum autem, aliquem igne damnari, ſiue puniri dicimus: ſic ſacra Scriptura dicit,* vt iudicentur carne: *grauiſſima enim pœna eſt, (maximè reſurrectionis tempore, quando ea delectatione perfruuntur iuſti, qua humanam omnem ſuperat, & ſpiritu viuunt,) peccantium tunc multitudinem, in nudâ carne, & ſine vllâ ſpirituali gratiâ, vitam ſuam in æternum tranſigere, atque conterere.* Quaſi hæc ſit grauiſſima pœna, non tam ignem pati tortorem, quam carnem ſentire carnificem: id eſt, illud ferre, vt tota

anima quodammodo à carne abſorpta videatur: quando iuſti toti viuunt ſpiritu, id eſt, carnem, ad animæ originem euexerunt. meritò proinde dixeram, vtroſque, dum tales degunt in hoc ſæculo, iam futuri conditionem, id eſt, pœnam, vel gloriam exprimere.

389. An non iam quodammodo in ſpiritum, Ignatij caro viuebat conformata, quæ nullos nec leuiſſimos ſtimulos ſentiebat? quæ etiam ægrota, per octo dies ieiuna perſeuerabat: triduúmque, inimico benignam opem allatura, grandibus itineribus nil guſtans ſufficiebat? quæ extatica in medio aëre, penè ad cœlum iam rapta, ſuſpendebatur? quæ agilis à Româ Lauretum fertur, & cernitur vtrobique? Propterea ergo ni fallor, (eò enim, quæ hucuſque dixi, directa volui,) inter ſtellas Ignatianum corpus ſepelitur: vt quemadmodum Sanctorum animabus ſtellatum ſolium præbetur: Sic huic corpori, quod ad animæ originem conſcenderat, ſimile priuilegium concedatur: Id verò vt ingens eſt Ignatio beneficium: ſic diuinæ munificentiæ, tum decens, tum non inſolitum illuſtrabo; vt obiter Patriarchæ noſtro, aliquid ſingularius conceſſum non negaueris.

390. Decertarat glorioſiſſimè Stephanus pro Chriſto, nec dum ſatis agone finito, imò periculoſiori inſtante adhuc, iam hilaris exclamat: *Ecce video cœlos apertos, & IESVM ſtantem à dextris virtutis Dei.* Act. 7. v. 56. Si à dextris Dei Chriſtus cernebatur expreſsè, iam licet minus clarè, (clariſſimo tamen modo, pro mortalis vitæ conditione,) Deus ipſe cernebatur. Sed quorſum qui paulo poſt, cœleſti erat beatitudine fruiturus ex toto, nunc illam ex parte admittitur delibans? an niſi oſtenſo præmio, retrocederet Stephanus? abſit: firmiori tantus Miles charitatis propoſito, quam ſola ſpe præmij, pugnabat. Ergo non tam præcipuè, roborando Militis animo, quam oſtendendo Ducis diuini amori, cœleſtis illa gloria ſcintillabat: Sic enim auidus Deus, ſe ſe Stephano iam communicandi: vt quaſi tardum volaret tempus præfinitum, gloriam illi feſtinet præuenire. Euſebius Gallicanus hom. de S. Steph. ita. *Quid inter iſta dicemus? quod apertum Martyri cæleſte ſecretum, futuri pramij fuerit teſtimonium; ſed Deum videre, iam præmium eſt. Vide quantum agat in pectoribus ſeruorum ſuorum diuina charitatis ardor: quod ſperabatur deſideriis, oculis demonſtratur: & ſpes, in re, (ſpiritu adhuc intra carnem militante,) perficitur: nec dum explet famulus miniſterium ſuum, & iam Dominus aperit regnum ſuum.* Sic Ignatij noſtri cadaueri, pietate feſtinos, quaſi præfinitum reſurrectionis tempus tardum claudicet; ſtellatum ſolium, & competentem gloriam Deus accelerat. Nimirum iam ſpiritus videbatur Stephanus, cuius vultus inſtar Angeli radiabat.

Actor. 7. v. 56.

Euſebius Gallic.

391. Sed in hoc Stephani miraculo, aliud ad rem præſentem aptius, ponderandum. Poterat quidem Deus Stephani oculos in Angelica iam facie radiantes, videndo Chriſto eleuare: (longéque facilius mentem ſibi contemplando,) quin cœlum quodammodo rumpens, aperiret. Quorſum igitur, æs illud ſolidum diſcinditur, & quaſi in feneſtras inſolitas efformatur? Non vidiſti aliquando fremente æſtu, canicula latrante, aridam terram in rimas, imò buccas aperiri quaſi hians ſuſpiret humores, pluuias cœlum roget, quas cupit anxiè? idem in præſenti puta; cupiebat nimis cœlum, Stephanum Triumphatorem iam excipere: dúmque tardat: præ deſiderio hiat, & non ſolum in portas excipiendo, ſed in buccas, ſolicitando hoſpiti aperitur. Ideò D. Thomas Villan. ſerm. 4. in nat. Dom. ita. *O magnam gratiam Redemptoris! Iam nos fratres, non tetra limbus, ſed hians paradiſus expectat. Cur ſtamus, cur hæremus, cur pauemus,* &c. *Nunc Martyr Stephanus cœlos apertos videt, hiantem gloriam, patentem paradiſi ianuam: latus agonem aggreditur, prouocatus à præmio.* At verò ſacrum Militis noſtri corpus, non ſolum hians ſuſpirat cœlum, & quaſi excipiendo iam glorioſo auidum aperitur in portas; ſed etiam quodammodo moratum impatiens, ſtellas eo vſque dimittit, tumulum ipſum, in ſtellatum globum conuerſuras.

D. Thom. Villan.

Iam penè ad ſpiritus conditionem, ad animæ 392.
originem, corpus ſuum redegerat ſanctiſſimus Iob, quando vlcere peſſimo percuſſus, & in ſterquilinio ſedens, ſic dæmonem effugauit, vt ad illum vltra accedere, non præſumeret: Nimirum cautum fuerat à Deo, ne dæmon animam eius tangeret: *Ecce in manu tua eſt, verumtamen animam illius ſerua.* cap. 2. v. 6. ideò ergo, ni fallor, ab vlcerato corpore vlterius abſtinuit perſequendo, quia illud iam mortificationis dotibus, & patientiæ radiis illuſtriſſimum, quodammodo in animam conuerſum, reuerebatur. Nunc ergo iam attende, qualis poſt ſtrenuas, & diutinas victorias, cum Iobo agat Deus: *Reſpondens autem Dominus, Iob de turbine, dixit.* cap. 38. v. 1. clarius L X X. vertunt: *Per turbinem & nubes.* Quaſi è nubibus ſibi ſolium conformaret, vnde, vt vult Chryſoſtomus citandus, Iobum ſuum proximior alloqueretur. At nonne ſatis, ſi è ſublimi cœlorum throno, verba daret? an vox illa diuina, omni tubâ validior, omni ſono potentior, in medio iſto aëre langueret, vt niſi fracta iam, & quodammodo defatigata, è cœlo, ad terram vſque non accederet? Logi. Quid ergo? non ſolum Iobo, ſed etiam ipſi cœlo, Deus adblanditur: erat nimirum ſic auidum ipſum cœlum rapiendi iam ſibi Iobum, ſacrum corporis triumphantis theſaurum poſſidendi: vt moratum impatiens, & votorum feſtinum, præceps ſe daturum præſumeretur: quod ne fieret, ſaltem nubibus ſuis ad Iobum vſque accedere, permittitur. D. Chryſoſtomus ibi in Catena. *Per turbinem, & nubes: cum cœli ſymbolum, ac nota, ſit nubes. Quando igitur cœlum ipſum vult Iobi vertici imminere: fermè ſolium iuxta Iobum admouet: quo mentem eius erigat, nec vocem ferri ſuperne ambigat: quemadmodum etiam in arca propitiatorie. Hoc ipſum in monte etiam, cum nubes illa conſtitit, factum mihi videtur, vt cælitus atque à ſuperiori regione, vocem mitti intelligerent.* Vult ipſum cœlum ſacris Patriarchæ noſtri oſſibus imminere: dúmque impeditur, non tam nubes, quàm lucidiores ſtellas eo dimittit. Nimirum erat Ignatij corpus, iam penè ſpiritus: & cor carnis ſpirituali ædificatione deſtructum, ſic iam ſpirituale euaſerat: vt diceret aliquando Ignatius, (teſte Ioanne Euſebio cap. 13.) fore vt viuere non poſſet, ſi quem humanum motum, & non totum à Deo, in corde ſuo deprehenderet. Vide quæ dixi paulo ante num. 385. meritò proinde ſic ſacrum corpus ſtellato inſtar ſpiritus, ſolio decoratur: & gloriam futuri ſæculi, adhuc in terra ſepultum, vt habes num. 388. exprimebat.

Iob 2. v. 6.

Iob 38. v. 1.

L X X. Interpr.

D. Chryſ.

Ioannes Euſeb.

§. VI.

§. VI.

Iusti humiles, corpora sua etiam post mortem afflicta, despecta cupiunt: ideo calitus, impensius decorata: quorum lux errores fugat. non solum oculos rudis beant, sed etiam doctrinâ instituens auditum.

393. ILlud tamen interea demirandum, hoc ipsum corpus geniculationibus, caumeniis, ieiuniis, verberibus, ciliciis, & peregrinationibus confectum, & ad spiritus pene rationem extenuatum, vnde & apud Deum preciosissimum: sic aliunde militi meo cælesti, fuisse despicabile, vt dicere soleret, nihil se à Deo in morte enixius oraturum, quam vt eius cadauer, in sterquilinium proiiceretur, vbi coruis & canibus præberet epulum: quia sibi vilissimo peccatori, nullum condignius sepulchrum aptari poterat. An non hæc, vsque ad prodigium, humilitas excurrit? non est patiendi auiditas, ad miraculum? Quis nouit insignem illam, Iacobi Patriarchæ, humilitatem, qui non admiretur verba, quibus moriturus, gloriam sibi sepulchri, visus postulare. *Cumque appropinquare cerneret diem mortis suæ, vocauit filium suum Ioseph, & dixit ad eum: Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub fæmore meo: & facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias me in Ægypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terrâ hac, condasque in*
Genes. 47. v. 29.
sepulchro maiorum meorum. Genes. 47. vers. 29. nec iuramentum exquisitius exigi, nec preces poterant arctius componi: & tamen certum est nec dubitasse Iacob, æquè facilem sibi per Deum ab Ægyptio solo, resurrectionem: neque in terrâ Chanaam Pyramides, & pompam gloriosi sepulchri, imò funesti palatij captare: vt enim in primo, perfidiæ: sic in secundo voto, iactantiæ veniret arguendus. Quò tendit igitur, tam anxia
D. Ambros.
postulatio? audi Ambros. serm. de fide Resur. vbi ita. *Sanctus Patriarcha profugus Patria, fratribus, parentibus, stuprum filiæ, generi necem fleuit, famem pertulit, sepulturam defunctus amisit: transferri enim ossa sua, ne vel mortuus quiesceret, obsecrauit.* Etiam in hoc, ad originem animæ, corpus hoc sanctum, videtur conscendisse: vt enim dormiente homine, vigilat quandoque spiritus: id est, illa quæ vigilans tractat; eadem, per somnia recolit: Sic corpus istud dum viueret, laboribus assuetum: etiam in somno mortis eosdem denuo recolere satagebat. Qualis, huiusce voti æmulus, fuerit Ignatius, tute pondera: Ego enim hinc præcipuè crederem, stellas sibi ad sepulchrum detraxisse: quod humillimus, non solum cælesti honore, sed & sepulchro indignum se existimaret.

394. Luc. 18. v. 13.
Adiuit Templum, gratiam è cælo reportaturus Publicanus: *Et longe stans nolebat nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.* Luc. 18. vers. 13. Putares ineptè humilem, qui cæli misericordiam captabat, & tamen eò oculos non mittebat: & tamen nunquam prudentior, negotium tractauerit, quandoquidem nullo alio modo violentior cæ-
D. Bernard.
lum ipsum expugnaret. D. Bernardus serm. de *quatuor modis orandi.* Ita de humili obsecratore. *Credo ego de talibus dici posse, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Vim faciebat regno cælorum Publicanus ille, qui dum non auderet oculos ad cælum leuare: ipsum cælum ad se potuit inclinare.* Non attollebat oculos ob humilem confusionem, ad cælum: ideo cælum, se se illi non solum intuendum, sed pia direptione spoliandum obiectabat, & quasi inclinatum, è propriaque sede motum dimittebat: Indignum se Ecclesiastico sepulchro sentit Ignatius humillimus: quid mirum, si ipsummet cælum, se se illi adaptet in sepulchrum.

Latet tamen adhuc, in his stellis ad militem 395.
nostrum detractis, & illi consepultis, aliquid quo & huius fœlicitas, & Dei beneficentia commendetur. Nascitur Christus Dominus, tanquam antidotus, ethnicis superstitionibus amouendis: tanquam lux, hæresibus tenebricosis effugandis. Quis ergo non miretur, id temporis oriri stellam permisisse, quæ Magos ad Præsepium ductasset? clamant enim: *Vidimus stellam eius in Oriente.* Matth. 2. ô quid agis numen! nullus error apud Matth. 2.
homines fusius percrebuit, quàm nostri singulos, addictos stellæ, tanquam fato, nasci: cuius potenti influxu, omnia nostra penitus dirigantur: Sed quod peius est, putant, cum singulis hominibus, stellam etiam fatalem denuo produci, ad quam prosperi & infœlices euentus referantur. Si ergo tecum nascitur stella, IESV sancte, si Magi ipsi, illam tuam inclamant; nonne Priscillianistarum impia blasphemia asseri videatur, qui hinc stellam fatalem rebus tuis, imò fatum tuum fuisse, garriebant? Sed respondet multis & pul-
chrè D. Gregor. homil. 10. in Matth. sic conclu- D Gregor. Mag.
dens. *Si Euangelij verba pensamus, quibus de eâdem stellâ dicitur, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer: dum non puer ad stellam, sed stella ad puerum cucurrit: si dici liceat non stella, fatum pueri: Sed fatum stellæ, is qui apparuit puer, fuit.* Aliorum vt plurimum sanctorum corpora, solummodo post vniuersalem resurrectionem ad astra trahentur: ad Ignatij vero corpus, iam nunc trahuntur astra. *Si dici liceat*, habent astra fati vicem non prementis, sed vt sic dicam præmiantis, erga reliqua corpora: Patriarchæ vero nostri corpus, dum non ad astra currit, sed astra currunt ad illud: nobilissimum & potentissimum Astrorum fatum, quodammodo habendum. Tale à IESV suo participauit Ignatius beneficium.

Grauiter etiam in hanc rem D. Thomas Aqui- 396. D. Thom. Aquin.
nas 3. P. q. 36. art. 5. vbi ita, ad obiectionem, quam paulo ante posui. *Dicendum, quod stella natiuitatem Christi manifestans, omnem occasionem erroris subtraxit: vt enim Augustinus dicit contra Faustum: nulli Astrologi ita constituerunt nascentium hominum fata sub stellis, vt aliquam stellarum, homine aliquo nato, circuitus sui ordinem reliquisse, & ad eum, qui natus est, perrexisse assererent: sicut circa stellam quæ demonstrauit natiuitatem Christi. Et ideo per hoc, non confirmatur error eorum, qui sortem nascentium hominum, astrorum ordini colligari arbitrantur: non autem credunt, astrorum ordinem, ad natiui-*
tatem hominis, posse mutari. Sunt hæc August. D. Augusti.
tom. 6. lib. 2. cap. 5. sic in morte suâ, Ignatio concessit Christus, vt errorem amputaret illorum, qui putant, animas post mortem in sidera transformari: (de quo multa dixi alibi) non enim melior pars hominis, pro præmio stellatum indueret naturam, quando stellæ detrahuntur, vt viliori parti, sepulchro scilicet eius famulentur. Nimirum natalis iustorum, mors est: his autem dicitur,
lucernæ ardentes in manibus vestris: id est, stellæ Luc. 12.
in illorum traduntur potestatem. Vnde illud,

Iuſtus dominabitur aſtris. Vt ſicut Chriſtus natus errorem circa ſtellarum potentiam auertit, ſic iuſtus moriens, idem quodammodo facere cognoſcatur. Quid ni ergo Ignatius, qui idololatriæ & hæreſi euertendæ aſſumitur, errores ſimiles fugaturus exiſtimetur? ſed neque abs re, illud quod

D. Fulgent. de Chriſto habet D. Fulgentius ſerm. in vigilia Epiphaniæ, vbi ita. *Latebat eum in præſepio, ſed in ſidere rutilabat: vt hominem illum, Deumque eſſe, & terrena mater, & ſignum monſtraret cæleſte.* Sic ſuo modo Ignatij corpus, & latebat in ſepulchro, & in adiunctis ſtellis rutilabat: vt & terrena eius natura, & mortificationis gratia, illud pene ad ſpiritus euehens conditionem, monſtraretur.

397. Neque mirum ſi tam multa ab his ſtellis doceamur. Habent diuinæ lucis ſplendores, vt non ſolum intuentium oculos beent, ſed & mentem inſtituant, nec ſolum pulchræ, ſed & loquaces eſſe videantur. Videbat Moyſes rubum igne incenſum, neque combuſtū tamen: ipſa quippe flamma, quæ illum incineret tedigere crederetur, eidem amœniſſimos virores tribuebat. Nec tamen tam miror videntis Moyſis ſtuporem, quam ſtupentis verba, ſic enim ait. *Vadam, & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Exod. 3. v. 3. quis enim tibi, tei tantæ cauſam nuntiauerit, ſanctè Moyſes? à loco, in quo nunc es, miraculum cernis, ignotas rationem: ſi proximior accedis, quamuis miraculum apertius intuearis, de eius tamen cauſa, adhuc hæſitaueris, eo hinc confuſior, quo inde perſpicacior: ſæuiuſque torquberis, dum attentius videris, quod minus intellexeris. Cur ergo appropinquas? reſpondet D. Gregor. Nyſſenus lib. de vita Moyſ. *Vadam & videbo*, &c. *Ne videlicet oculos ſolum, verum etiam quod mirabilius eſt, auditum, radiis eius lucis illuminaret. Natura enim illius lucis, velut in duorum obiecta ſenſuum, diuiſa vt in oculos, ſplendore radiorum fulgebat. Sic immortale dogma tunc perſonabat.* Nimirum lux diuinitus communicata, neſcit vtraque dote, non præcellere. Subdit deinde Gregorius. *Vetuit enim ad montem, calceorum pondere preſſum accedere, ſoluereque iuſſit calceamenta: ac demum nudo pede terram illam attingere, qua diuinâ luce reſplendebat.* Vt iam noſcas qua reuerentia Ignatij mei ſepulchrum adiri debeat, quod cæleſti fulgore, ſic reſplenduit. Hucuſque nos armatura illa militis noſtri lucida, vagos fortaſſe, certè tamen non auios deduxit. Ad alia veniamus.

Exod 3. v. 3.

D. Gregor. Nyſſenus.

Idem.

§. VII.

In cæleſti militiâ, vnus ſtrenuus, pro millibus computandus. Omnibus omnia factus, ſufficit ad omnia: Sero quandoque datus, ad myſterium: ablatus, multorum numero ſupplendus.

398. NOn abeſt à militiæ ſacræ glorioſo encomio, vel requiſitâ conditione, quod de præcinctis noſtris militibus, loco ſæpè citato, addit Lucas. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus, &c.* vos enim & vos: terminus eſt diſtributiuus, ita vt ſingulis virorum Apoſtolicorum conueniat, ſic vt vnuſquiſque, ſimilis multis hominibus requiratur: non ſolum, quòd in vnoquoque, multorum debeant virtutes ſplendere, de quo iam alij: Sed etiam, quia vnuſquiſque, de robore, pro multis computandus, laboraturus pro multis: quo modo, licet in rem aliam, in vno Cæſare, multos Marios ineſſe, dicebat Sylla: vnde & hoc vocabulum *Miles*, à mille aliqui deductū voluere, quod ſtrennus vnus, pro mille alijs veniat computandus. Eſt hæc ſupremi Imperatoris Dei potentia glorioſa, vt ſæpè Miniſtrorum ſuorum, tantum vigoris ſoleat conſtituere, in vnoquoque: vt iam vnus, multorum vices ſuppleat, ſtrenuiſſimus: quod & ſymbolicè, in ipſo ſtatim mundi exordio præmonſtrauit. *Fecit Deus, duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas.* Geneſ. c. 1. v. 16. vbi mihi pende, magnum etiam luminare, vocari lunam, nunquam tamen ſoli maiori, comparandam. Iuuatur iſta, innumerabilium ſtellarum choro, nec tamen adhuc ad ſolis excellentiam venire poteſt. Quid ita? quia vnus Sol ſolus ſic producitur, vt tantæ Lunæ, tamque multis ſimul ſtellis præſtare poſſit. Bene Philo Iudæus lib. de Opif. Mundi. *Cum vniuerſum tempus diſtributum ſit induas partes, diem & noctem: diei præfecit Pater ille ſolem, tanquam magnum Regem: Nocti vero Lunam, cum cæterarum ſtellarum multitudine. Magnitudini autem virtutis ac poteſtatis ſolaris, præclarè atteſtantur, quæ modo dicta ſunt: vnus enim cū ſit, & ſolus, priuatim & peculiariter, dimidium totius temporis ſortitus eſt, ſcilicet diem: reliqua vero ſtella vna cum Lunâ, alterum dimidium, quod vocatum eſt nox: & illo exorto, tot ſtellæ quæ apparebant, non obſcurantur ſolum, ſed euaneſcunt etiam, præ ſplendore diffuſo.* An non Sol vnus, pro multis ſic luminibus computandus? Meritò proinde Theodoretus apud Phot. cod. 273. ita mortuum alloquitur Chryſoſtomum. *O egregium poſt mortem decem! ô terribilem, etiam poſt ſepulturam, hoſtibus militem! ô lyram omni harmonia praditam, morte iam ſolutam, ô theatrum tanto Tibicine orbatum, ô ſalutarem hominum ſagenam, in cælum raptam, ô arborem iam in cælum & terram, extenſam, & huic quidem corpus, illi vero ſpiritum, tradentem! in ſepulchro, os Eccleſiæ concluſum eſt! quantus ocellus pietatis hominum raptus eſt! non mortuus es ſancte Pater, ſed vt Sol, occidiſti: non te mortuum dolemus, ſed vt nobis abſconditum: non te vt mortuum querimus, ſed vt in cælos eleuatum.* Tantus enim hic Chriſti miles, ſoli neceſſario veniebat cōparandus: cuius inſtar vnus ſolus, tam multis ſufficiebat: quæ deinceps, vt infra ſubdam, ſubdit Theodoretus: tu interim Ignatio noſtro ſepulto, hoc ipſum epinicium decantaueris. pergo.

Luc. 12.

Geneſ. 1. v. 16.

Phil. Iud.

Theodor.

Videbat Chriſtus myſticas ſuas meſſes, iam maturas falci, iam oculis flaueſcentes: tuncque ſuos in duodecim diſcipulos extollēs, ſic ad illos. *Meſſis quidem multa, operarij autem pauci: rogate ergo Dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuā.* Matth. 9. v. 37. ſtrenas, neque iniurius, poſſet aliquis exigere, ſi hæc ducis verba, ad illos alios diſcipulos referret, qui licet ſecuti Dominum, non tamen ad Apoſtolicam duodecim dignitatem aſcendebant: Fatetur Chriſtus, paucos eſſe duodecim, immenſæ meſſi metendæ, conficiendis tot prælijs: deprecatorias ſchedulas ſolicitat, nouis alijs, ad duodecim, ducibus deſignandis: quis non ſperaret ex amica acie, alios multos, ad hoc iam honoris faſtigiū promouendos? ſed numera, quæſo delectos, nullum præter duodecim aſſignabis. Vnde ergo, qui pauci putabantur, iam ſufficiant? quia poſt Chriſti vota, iam horum ſinguli, pro multis computādi: tantum quippe virtutis & roboris illis addidit, vt iam vnus pro multis laboraret operarijs, & miles, iam pro mille decertaret. D. Chryſoſt. tom. 2. homil. 33. ad hunc locum. *Sed quos nam hic, operarios vocat? duodecim* 399.

Matth. 9. v. 37.

D. Ioan. Chryſoſt.

decim certè discipulos. Quid igitur eum dixisset, operarij autem panci, numero ne discipulorum alios adiecit? minimè, sed eos ipsos misit. Cuius igitur rei gratia dicebat: orate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam? quia videlicet etsi numero personarum non addiderit: virtutem tamen, & gratiam contulit. Qua deinceps, ipsi pauci, pro multis numerabantur.

Luc. 10. v.1.

Idem fere in alia electione euenisse testatur Lucas cap. 10. vbi ita. *Post hæc designauit Dominus, & alios septuaginta duos:* &c. *Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci: rogate ergo Dominũ messis, vt mittat operarios in messem suam.* Luc. 10. v. 1. neque his septuaginta duobus, alios denuo legimus addidisse: nimirum pari mysterio, atque duodecim supra adaugentur.

D.Chrys.

Idem Chrysost. ibi in catena. *Multiplicauit postmodum eos, non addens ad numerum, sed concedens virtutem.*

400. Ascensuro Eliæ, currus igneus paratur in triumphum: idem ignis (liquefactos satiùs diceres pyropos) arcuatur in testudinẽ, hinc deiectus in ascensum, hinc in latera eleuatus: hinc in reclinatoria durus, illinc mollescens in habenas: iam ad temonem prolongatus, & interim circũductus in rotas: & quod magis mireris, in equos animatur: in quibus & canescit spumãs, & hinniens fumescit. Rapitur interim Elias: ad quẽ dolens exclamat Elisæus.

4 Reg 2. v.12.

Pater mi Pater mi, currus Israel, & auriga eius! 4 Reg. 2. v. 12. vbi posset aliquis putare, absentiæ dolore, desiderij ardore, minus composita verba Elisæo: quorsum enim Eliam, qui cælesti iam quadrigâ triumphabat, terrenæ quadrigæ titulo affecit? cur hominũ ductasse currũ memorabitur, qui cælestis iam ductor cernitur? sed tamen nihil aptius dici potest: memorantur enim merita, quibus præmiũ, illud correspondit.

D.Ambros.

D. Ambros. lib. de Naboth, c. 5. sic verba paraphrasat. *Qui populum Domini bono ductu regebas: constantia merito hos accipis currus: tanquã boni auriga certaminis, victor æterno præmio coronaris.* Sed ita ner vnus Elias, tot turbulenti populi negotiis, componendis: tot hostibus, qui Israëlem turbabant, debellandis sufficiebat: nimirum vnus erat, in quo infinita, quodammodo multitudo numerabatur: ideo in Hebræo legitur:

Hebr.

Currus Israel, & equites eius. Quasi in vno Elia, equestre totius Israëlis robur cogeretur.

Vatablus.

Vatablus ibi in notis. *Qui plus iuuabas Israelem oratione, quam magna curruum, & equitũ multitudo.* An non hic miles, pro millibus cẽsendus.

401. Iubet inter hos viros, viraginem non degenerem numerare, id est, Amazonem virtutis, Magdalenã: quid ni, si fugientibus illis, ipsa Crucifixi Ducis certamini adstitit intrepida. De hac ergo, sepulto iam Christo, sic Ioannes.

Ioan. 26. v.1.

Vna autem Sabbati, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum. Cap. 20. v. 1. tantũmodo Magdalenam exprimit, Ioannes, cum tamen duas alias pias fœminas, Mariam Iacobi, & Salomem pariter cõcurrisse:

Marc. 16. v.s.

ex Marc. 16. v. 1. sit fide sanctum. Cur igitur taciris aliis, solam Magdalenam exprimendã curauit perspicacissimus Ioannes? quia in vnâ, non solũ socias duas, sed licet forent innumeræ, cõgestas cernebat: multas videtur dixisse, nec ab aliis Euangelistis discrepasse: qui in Magdalenâ, cæteris longè feruentiori, alias non expressas computabat. Alludit

D. August.

ad hanc mentem tantisper D. August. tom. 4. lib. 3. cons. Euangel. qui ad hunc locum, sic scribit. *Venit autem sicut Ioannes dicit, Maria Magdalene, sine dubio cum cæteris mulieribus, quæ Domino ministrauerunt plurimum, dilectione feruentior: vt non immerito Ioannes solam commemoraret, tacitis eis, quæ cum illa fuerant sicut alij testantur.* Nimirum, licet aliæ eò non venirent, satis foret vnius Magdalenæ feruor, vt omnium ministeria suppleret.

402. Reddiderat fidelis Anna, Samuelem suum diuinitus acceptum, Domino in obsequium: neque contenta dono, suauissimo cantico, agit gratias: vbi post pauca componens se Phenennæ, sic subiungit. *Sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios infirmata est.* 1. Reg. 2. vers. 5. Græcè legitur *peperit septem:* quo mystico numero, non solum multitudinem, sed etiam perfectionem volũt significatam.

1 Reg. 2. v.5. LXX. Interpret.

Nunc ad rem, namque & quæ sibi Anna tribuit, & quæ Phenennæ opponit, sunt difficilia. Cur enim dicat septem se, siue plurimos peperisse, quæ vnum tunc tantũmodo ediderat Samuelem? cur obiiciat Phenennæ infirmitatem, quæ filiorum coronâ cingebatur? nam quod aliqui volunt, Phenẽnam deinceps aut sterilem factam, ne vltra pareret, aut acceptis ante filiis, fuisse orbatam; mera, neque satis probabilis est coniectura. Quid ergo? soluit vtrumque dubium, vno verbo, sed suo, D. Gregorius

D.Gregor. Nazianz.

Nazianz. orat. in Pentec. sic scribens. *Sterilis septem filios, qui perfectus est numerus, parit: sed iniquã, imperfecta sobolis parentẽ, ex aduerso opposita.* Quæ verba ibidem aptissimè, sic explicat Nicetas.

Nicetas.

Solutis per orationem sterilitatis vinculis, Prophetam illum eximiũ Samuelem procreauit: qui quidem Matri suæ, instar septem: hoc est numerosæ sobolis loco fuit. Nouit Anna per reuelationem, quantus futurus esset orbi, puer ille recẽs natus, & proinde meritissimo, iam in vno solo, plurimos cõputabat. Nouit Phenennæ filios, non eò perfectionis deuenturos: vnde licet multos, vix pro vno aliquo computabat. Ideo Nicetas de

Idem.

Phenenna. *Imperfecta dici potest, quia nullum extulit, omnibus virtutibus, Samuelis instar absolutum. Atque hunc etiam septem vocauit, vtpotè perfectum, atque virtutibus expolitum.* Vtrumque præsenti instituto venit aptissimum.

403. Vnus Ignatius noster in Euangelio, multis hominibus similis prædicatur: quia nimirum tantus miles, pro mille computãdus. Manna erat, vt sic dicam Ignatius totius sanctitatis, sanctorũ fere omnium gustũ referebat. Anachoreta in antro, pastus ieiuniis, indutus sacco, solo iacens, ter indies verberatus. Peregrinus, totius orbis sanctuaria piissimè inuisens. Confessor castitate cinctus, spe munitus, fide splendens, feruidus charitate. Voto Martyr, dũ semel pro Christo mori, non dabatur. Doctor, & verbis, & scriptis, orbem instituens. Propheta, innumeris futurorũ prædestinationibus, illustris. Apostolus nunc in cælum raptus, nunc docẽdis hominibus assuetus, innumeris interim miraculorũ prodigiis conspicuus: vt iam hîc quisquam inclamare posset, illud Claud.

Claud.

Diuisa per omnes in vnũ collecta tenes: quasi satis vnus, pro omnibus cõputetur. Hinc fit, vt quia talis erat, omnia omnibus hominibus factus, omnibus sufficere videretur. Vt iam Ignatio meo scriptũ etiam videatur, id quod de Chrysost. subdit Theodor. initio citatus, in hæc verba.

Theodor.

Alius illum rapiens in auxiliũ trahit: alius iudicatus, Patronum vocat: alius famelicus, cibum orat, nudus vestem: alius illum exuit: alius dolens, consolationem petit: alius ligatus, solui postulat: alius trahit illum, ad morborum inspectionem: peregrinus, hospitium efflagitat: alius se sistens, debitum deplorat: alius arbitrum, & pacificatorem, domesticarum turbarum accersit. nec seruus ad alium fugit, amaram Domini indignationem exponens: vidua clamat miserere, alia viduitatem deplorat. Multæ ac variæ mutationes Patri, in singulos, pro singulis renatæ. Rapitur quis, in iudicium? & patronus Pater: fames vexat? &

nutritor, *ex patrone fit: aliquis agrotat? & in medicum pater mutatur: dolore aliquis concidit? & nosocomij curator, solatium adhibet: si hospites curandi, omnia factus, benignum se exhibet* Lege Ignatij nostri vitam, & nihil binc aberrasse, iuraueris constantissimè.

404. Hæc tamen vtpotè temporalia, minoris sunt ponderis: longè excellentius in spiritualibus rebus, multiplicem se exhibuit Ignatius; quasi miles vnus, pro multis, contra dæmonem decertaret: fidelibus omnibus, omnia fieret; vt omnes lucrifaceret. Congessi in hanc rem multa supra à n.48. plura infra n.541. daturus: hîc pauca libo. Discipulos, impetrandi fiduciam docturus Christus, post alia, sic subiungit: *Quis autem ex vobis, Patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, nunquid pro pisce, serpentem dabit illi?* Luc. 11. vers. item 11. suppono non contemnendam illorum explicationem, qui mystice in hoc pisce, Christum explicatunt: illud dubium, cur Christus sub metaphora piscis, quasi per contra positionem dicatur ad serpentem: cum tamen sub formâ serpentis, Iudæis olim Numer. 21. vers. 9. ad salutem præberetur? vnde Ioan. 3. vers. 14. se ictum instar serpentis, exaltandum in cruce attestatur. Respondet tamen pulcherrimè Chrysologus, (cuius acumen alibi præstrictum, ex industriâ, huc integrum reseruaui) serm. 55. ita. *Erat & piscis Christus Iordanis leuatus ex alueo, qui carbonibus impositus passionum, post resurrectionem, suis, id est, discipulis, escam prabuit tunc vitalem: Sed Iudais in serpentem piscis est commutatus, dicente Domino: sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis*, &c. *Iudaus in serpente videbat Christum, quia impius oculus Deum videre non potest, non potest videre pietatem.* Cape S. Doctoris mentem: idem enim vult, ac si dicat: vnus & idem Christus, lucrandis hominibus, multipliciter variatur: filiis siue Apostolis, sub piscis, id est, vitalis cibi forma exhibetur: neque cogitur, alienam à moribus suis, induere figuram: quorsom enim filiis pro pisce, dabitur serpens? at verò impiis & incredulis, (qui virtutem, non nisi genio suo suspicient, & suscipient accommodatam) sub forma se exhibet serpentis: dummodo enim lucrifiant, quidquid vitiosum non fuerit, indulgebit. Iam non miraberis piissimom charitatis stratagema, quo Ignatius noster, sic de reliquo serius, aliquando tamen sub collusoris specie, dæmonem superauit: & in Trucorum (sic vocant) mensâ, sphæras rotans eboreas, Christo Doctorem lucratur. Nimirum homo bis nucibus assuetus, non aliter virtutem videre poterat, non poterat videre pietatem.

Luc. 11. v.11.

Numer. 21. v.9.

Ioan. 3. v.14.

D. Chrys.

405. Virtutum vbertatem, & varietatem in Ecclesiâ suâ commendans Christus: sic ait ad sponsam. *Ficus protulit grossos suos: vinea florentes dederunt odorem.* Cant. 2. vers. 13. vbi mihi mirum, cur cum floridæ vineæ huc aduocentur, non etiam arbor aliqua adducatur, quæ prius quàm fructus edat, protuberet in flores: sed vna ficus, quæ flores ignorans, pro floribus, statim fructus, id est, grossos suauissimos, emittit? non poterat aptius, grata Iustorom varietas in proximis tractandis significari. Guillelmus ibi. *Sunt quidam insignes ad opera: veruntamen operum pietatem, nullâ vultus hilaritate, aut verbi suauitate preueniunt. Hi nimirum in Paradiso Domini, Ficus sunt, & facturi fructus optimos, non pramittunt flores, sed grossos. In ipsis tamen grossis, non minor spes fructus est, quam in floribus, apud prudentem consideratorem: Non enim omnes prudenter attendunt, sed vbi flores non considerant, nec fructus sperant. Porro sunt aliqui, qui spem fructus, pramittunt in floribus: & ante pietatem operum, quadam oblectamenta suauitatis emittunt: de huiusmodi subiungitur: vinea florentes dederunt odorem.* In his secundis, miles meus cælestis computandus, qui sapientibus, & insipientibus debitor factus, illos serio fructu, hos etiam florido inuitabat, cum res id postularet, blandimento. Lege Ignatij vitam apud Orlandinum, & videbis quam piis blandimentis proximos allexerit: & maximè, quibus sibi Xauerium aggregauerit: nimirum vnus pro millibus: omnia omnibus factus, omnes attrahebat.

Guillerm.

In Ferculo illo Salomonis, vbi Maria Christum gestans effigiatur: & in cuius partibus, miro ordine Mariæ dotes explicantur: sic additur ad finem: *Media, charitate constrauit, propter filias Ierusalem.* Cant. 3. vers. 10. sunt *media* ista, actiones illæ indifferentes, inter virtutes & vitia: quæ solum ex vtentis vel abutentis intentione, vel laudi, vel opprobrio adscribuntur. Nunc iam pende, has maximè in Deiparâ, constratas charitate celebrari: idque non vtcumque propter omnes, sed *propter filias*, id est, imperfectiores animas Ecclesiæ. Et cur ita? grauiter idem Guillelmus, ad hunc locum. *Media eius charitate, propter easdem filias Ierusalem constrauit: hoc est piam matrem suam, cui tanta erat gratia celsitudo, & animi fortitudo, infirmis per charitatem iussit condescendere: vt omnibus cohabitantibus, & cum eâ conuersantibus, in cibo, & potu, & veste, & cateris, saluo propria honestatis decore, congrueret: suoque rigore, mater misericordia, nulli onerosa foret: dissimulatâ igitur, vel potius occultatâ virtute, qua intus pollebas: reficiebatur vt cateri, induebatur vt cateri, procedebat vt cateri.* Is fuit Ignatius, cuius iecur, ob incredibilem abstinentiam, in modum lapidis (lege Euseb. cap. 11.) obriguerat. Is fuit, qui sæpe dicere solebat, si feruoribus suis indulsisset, fore vt in ridiculo habitu, pice oblitus, plumis fœdus, futurus omnibus ludibrio, plateas circumiret. Ipse tamen postea, reficitur vt cæteri, vt cæteri induitur, & saluo virtutis decore, vt cæteri procedit: sub communis vitæ specie, omnibus omnia factus, vt infirmiores omnes lucri faceret. 406.

Cant. 3. v.10.

Guillerm.

Ioan. Eus.

Nimirum, non poterat aliter nouus Apostolus, Apostolo prudentissimo, imò & Apostolorum Domino, quem ad viuum exprimere curabat, conformari. Grauissimi ponderis sunt, nec fuco nostro comenda, quæ ibidem subdit Guillelmus, in hanc rem. *Qui vtitur ad luxum, licitis vtitur illicite: qui ad infirmitatis solatium, is licitis vtitur licite: plus tamen licitis vti, valde laudabiliter, vt cum quis vtitur licitis, non infirmitatis sua causâ, sed aliorum accommodatione charitatis. Sic Paulus cum fortis esset, infirmis factus est infirmus, vt infirmos lucrifaceret.* 1. Cor. 9. vers. 22. *& laudibilius de sua rigore remisit, propter filias Ierusalem, quàm si in suâ inflexibili austeritate perstitisset. Ipse quoque Dominus noster, summũ illum abstinentia corporis rigorem, foris ostendere noluit, sed vt scriptum est Matth. 11. v. 18. venit manducans & bibens: & tamen multo laudabilius, quam Ioannes venit non manducans panem, neque bibens vinum, venit Dominus manducans & bibens propter infirmiores: quos eum à se propter rigorem abstinentia, non decuit absterrere.* Vt iam non sit mirum si hodierni hæretici, qui saccum & abstinentiam aliquarum religionum antiquarum mordent, 407.

Guillerm.

dent, & dæmonis inuentionem effutiunt: Ignatij nostri, Societatisque suæ communem vitam blasphement: quandoquidem impij Pharisæi id est, hæreticorum Magistri, & Ioannem pellitum, vocarunt dæmoniacum, & communem perfectioremque Saluatoris vitam voracitatis etiam insimularunt. Sed redeo. Cœlestis meus miles, pro millibus, Christi prælia depugnans, omnibus attemperatur, omnibus sufficit, dum saluo virtutis tenore, infirmos allecturus, nihil ad speciem horridum (licet intus seuerissimum) apparauit. Senec. Prudenter Seneca, discipulum sic instituit epist.5. *Illud autem te admoneo, ne eorum more, qui non proficere, sed conspici cupiunt, facias aliquid, quæ in habitu tuo, vel in genere vitæ, notabilia sint. Asperum cultum, & intonsum caput & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi positum, & quidquid aliud ambitionem peruersâ viâ sequitur, deuita. Satis ipsum nomen Philosophiæ, etiam si modestè tractetur, inuidiosum est: quid si nos, hominum consuetudini, cœperimus excerpere?* prudenter inquam pro sectæ suæ vsu & conditione: quæ Apostolicum tractandi proximos tenorem non poterat exprimere, sed leuiter adumbrare: in hac enim & paupertas spiritus, & lectus humilis, & aliquorum saccus non ambitionem sequitur, sed religionem.

408. Ex dictis duo vlterius iam patebunt: alterum cur Guipuscoæ, Catholicissimæ & nobilissimæ in Hispaniâ nostra Prouinciæ, nullus vsque ad Ignatium, canonicè excultus Diuus, adscribatur: alterum, cur statim post obitum Ignatij, tot viri vndequaque conspicui, in Societate nostra, Christo auspice pullularent. Attende sodes. Quam multis annis doluit Elisabeth sterilitatis suæ infamiam? queis lachrymis viscera infœcunda non rigauit? quibus non suspiriis, autam gratiæ solicitauit in remedium? & tandem oppressa magis senectutis pondere sterilitas, spem iam visa penitus exsufflasse. Tunc ergo gratiarum flumen inundat pretiosius, sed tamen, quod totum in vnico Ioanne consummatur: *& peperit filium*, &c. Luc.1.vers.57. quis Luc.1.v.57. non miretur? si dandus erat filius, cur iuuenculæ adhuc Matri non conceditur? quod si necesse erat, vt penè Christo coætaneus nasceretur; cur saltem alij filij priores Matri non conceduntur: aut certè alij etiam post Ioannem? nihil grauiori acumine D.P.Chrys. Chrysologus scripsit, qui sermon.89. ita. *Sterilitas ista, non erat maledicta, sed mystica, in qua partus, non ablatus est, sed dilatus: neque erat pignori clausa, sed tempori. Colebatur tempore, virtute serebatur, maturabatur ætate, senectute crescebat, vt in filio singulari tota maturitas pensaretur, quando in vno nascebatur, numerositas congesta virtutum. Beata sterilitas, quæ vnum seruabatur ad partum, & expectabat Ioannem: cui, quia prima omnia debebantur: primogeniti dignitas non periret.* Datur itaque Ioannes serus, quia certo tempore, connasciturus Christo reseruabatur. Non dantur post illum alij filij, quia superflui, quando in vno, innumeri quidem poterant computari: non ante illum, vt Ioannes, cui omnia debebantur dignitatis insignia, primogenitus nasceretur.

409. Serus datur Guipuscoæ tantus filius, sero Diui canonicè venerandi titulo gloriatur: sed erat steritas ista non maledicta, sed mystica, neque clausa pignori sed tempori: in Antilutherum Ignatius seruabatur, tunc edendus, quando Lutheri pestis reprimenda. Non alij Diui priores Guipuscoæ conceduntur: vt Ignatio, cui prima omnia debebantur, Primogeniti dignitas non periret. Post Ignatium, non alumnum alium numerat Martyrem, & Deo auspice, proferet multos Canonice beatos: sed esto hi deessent, satis Ignatio suo, & filio & Patrono contenta degeret: quando illi in vno, numerositas virtutum congesta nascebatur. De Sarâ legis: *Peperit filium in senectute sua tempore quo prædixerat ei Deus* Genes.21.vers.2. Gen.21. v.2. de quo benè D.Zeno Veron. sermun.2. de Abrah. *Nouus sanè parentum, circa filium crescit affectus,* D.Zeno Veron. *qui ex promissione certior, ex tarditate dulcior, ex desperatione fœlicior putabatur: vnicus numero, & in amoris soliditate iam primus, totum materna pietatis occupauerat pectus.* Expende singula, vnde facile intelliges, cur Guipuscoa, vbi primum Ignatium canonicè cœlestem vidit, eundem sibi tam anxiè proposuit colendum, & medullitus priuatim, publicè cordibus infixit.

Iam vero illud quod dicebam de diuinæ Prouidentiæ suauitate, in Societate tot virorum illustrissimorum dotibus exornanda: etiam dictis cohæret. 410. Mortuo Iosepho, cognationeque eius Regibus nota: addit statim sacer textus: *Filij Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis impleuerunt terram:* Exodi 1.v.7. Exod.1.v.7 sed quid Iosephi mors potuit fœcunditatis importare, quæ potius è vita, & Principis præsentis fauore, liberius pullulatura videbatur? an quod post Mortem feruentior orabat Ioseph pro suis, & aduocatus efficacior audiebatur? sed si precibus defunctorum fœcunditas esset tribuenda: Abrahæ, credo, Isaac, & Iacob votis, quam vnius Iosephi potius tribueretur. Cur ergo adductâ morte Iosephi, statim fœcunditas, & robur Populi explicatur? erat nimirum Ioseph genti suæ murus, atque vnus pro millibus millium ad tutamen sufficiebat, dum viueret: fuit ergo diuinæ Prouidentiæ, hoc defuncto, innumeros populo illi generare & roborare, vt saltem tam multi possent, defendere Remp. suam, pridem vnius tantum robore securissimam. Oleaster ibi. Oleast. *Non consueuit Deus opem suam, suis auferre, & si vnum adiutorium deest, aliud affert. Cum enim Ioseph, qui suis auxilio & robori erat, ab hac luce sublatus esset: ita multiplicauit, & roborauit eos Deus, vt nemo eos posset omnino delere.* Erat Ignatius viuens Societati suæ, vnus pro multis millibus ad tutamen: quot postea creuerunt, sanguine, religione, calamo (sunt penè innumeri) insignes, depræliandisque cælestibus certaminibus robustissimi, diuinæ Prouidentiæ dono germinarunt, vt tam multis defenderetur Societas, vnius pridem secura patrocinio.

§. VIII.

Virtus hostes expugnat ipsis quibus oppugnatur instrumentis.

SEd habuit Miles noster, egregiam illam virtutis prærogatiuam, qua dum impugnatur, expugnat Aduersarios. 411. Credunt impij, sperant peccatores, Christi seruos, in tribulationibus, quas mouent, perituros: sed falluntur: nam virtus, in ipsa sui oppugnatione, qua debellanda videbatur, hostes debellat; fit ipsa tribulatio, & persecutio virtutis gloria, dedecus hostis, huius deiectio, erectio illius: vt victa & afflicta, interim inuicta superet gloriosius: vt ipsa instrumenta quibus obrui putaretur, eiusdem ministrare gloriæ videantur.

deantur. Lege Ignatij vitam, nil aliud per annos
multos incurres, nisi carceres duros, vincula gra-
uissima, calumnias grauiores, iam morum, iam
seditionis, iam fidei suspectus compellitur in Tri-
bunalia: neque tamen tamen cedit fluctibus, &
commotâ procellâ absorbetur, quam eâ ipsâ naui-
gat celerius, & destinato portui fælicius appellit.
Pulchrè ex ore Socratis, sic habet Seneca, lib. de
Senec. vitâ beata, cap. 27. *Prabeo me, non aliter quàm Rupes*
aliqua, in vadoso mari destituta, quam fluctus non de-
sinunt, vndecunque moti sint, verberare: nec ideo aut
loco eam mouent, aut post tot atates, crebro incursu sue
consumunt. Assilite, facite impetum, ferendo vos vin-
cam: in ea, qua firma & insuperabilia sunt, quid-
quid incurrit, malo suo vim suam exercet. Quod
quam sit verum, multis datis exemplis, confirma-
bo, vnde Ignatianæ victoriæ commendentur.

412. Inuadit innocentem fratrem, perfidus Cain;
inuidus virtutem cum vitâ pueri extinguere cona-
tus, quasi sublato obstaculo, iam apud Deum (ô
impudens amentia!) sanctior, & apud paren-
tes gratior remansurus. Sed quid inde? ipse-
met vitam suam deinceps odit: mortem precatur:
vota enim moriendi erant, verba illa: *Omnis igi-*
Genes. 4. v. 14. *tur, qui inuenerit me, occidet me.* cap. 4. Genes. v. 14.
virtute nimirum mortui fratris superatus: ab il-
lius ereptâ vitâ, vitam sibi, omni morte duriorem
augurabatur: ipsâ, quam intentarat, oppugnatio-
Chrysost. ne expunctus. D. Chrysostom. tom. 5. serm. de virt.
& vit. ita. *Virtutis vis magna est, qua dum laditur, la-*
dentes superat; dum profligatur, profligantes tunc ma-
ximè debellat. Iam enim mihi cogites Abel, nonne im-
pij Cain manibus occubuit? sed casus ille, ad hoc vs-
que tempus, praconium laureámque meretur, &c. *&*
vir parricida ille, victoriam tum etiam grauiorem
morte, vitam trahit: & ex illo protinus, tot per atates,
nunc vsque reprehenditur ab omnibus, & conuitiis vndi-
que laceratur. Vidisti vnquam infœliciora spolia
victoriæ: gloriámve, victoris infaustiorem? vi-
tam Iusto eripit, fœlicius iam viuenti: vt ipse ra-
bidæ cuiusdam vitæ morsibus rapiatur.

413. Vidit aliquando Sara, Ismaëlem cum Isaac fi-
Gen. 21. v. 9. lio suo ludentem, Genes. 21. vers. 9. quid autem in
Hebræo, per ludum istum explicetur; explicuit
Galat. 4. v. 29. apertè Apostolus ad Galat. *Et qui secundum carnem*
natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiri-
Genes. 21. v. 10. *tum.* cap. 4. vers. 29. ergo Sara ad Abraham: *eiice*
Ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius
ancilla, cum filio meo Isaac. vers. 10. eiiciatur filij
persecutor, benè est: sed quorsum hæreditatis
Lyran. causa his immiscetur? Lyranus ex doctrinâ He-
bræorum. *Percepit, quod quærebat comtè Isaac occi-*
dere, vt haberet hæreditatem. Prudentissimè ergo
contexit sermonem Sara, quasi debitam pœnam
assignet culpæ, ipsâ suâ oppugnatione, expugnan-
dæ. Infausta nimirum fuit persecutori Ismaëli per-
secutio: qui enim fortasse, ni sancto fratri insi-
diaretur, in partem hæreditatis foret assumptus:
iam nudus expellitur: vt illata Isaac persecutio:
sit eidem, hæreditatis in solidum consecutio: &
malitia Ismaëlis oppugnans, suo ipso conflictu
debelletur: sic inde euersionem impius incurrit,
vnde Iusto euersionem machinatur. Ideo Dauid
de peccatoribus locutus: *Cogitauerunt, & locuti*
Ps. 72. v. 6. Vatabl. *sunt nequitiam.* Psalm. 72. vers. 6. Vatabl. legit: *conta-*
buerunt, & locuti sunt violentiam. Quia vnde sum-
pto consilio mala meditabantur, inde pereuntes,
miserè contabescebant: sicut violati iusti, per ipso-
rum violentiam floruerunt.

414. Deseuit furore barbaro in fratrem Esau, &
inceptum ab vtero certamen, post Patris mortem,
morte Iacob testatur consummandum: Genes. 27. Gen. 27.
vers. 41. Rebecca prudens, vtrique nato consulit, v. 41.
Iacob à morte durâ, & à duriori fratricidio libe-
rans Esau: interim tamen diuino sic iudicio coo-
peratur: quid ita? quia in hac ipsâ luctâ, qua sibi
Iacobum fratrem prostratum, & à paternâ domo
fugatum gaudet Esau: ibi Iacob coronatur, & bo-
na quibus pro dignitate, fratri imperaturus erat,
adipiscitur. D. Ambros. lib. 10. epistol. 82. *Bona ma-* D. Amb.
ter vtrique detulit, iuniori filio benedictionem, quam
conseruare poterat: non enim filium filio, sed impi-
grum otioso pratulit, fidelem infido. Sic etiam filio
ipsi seniori, non parum contulit, amandando minorem
filium, ne parricidium faceret. Itaque quoniam ob pie-
tatem, non propter impietatem exulabat à parentibus:
loquebatur cum Deo, augebatur censu, liberis, gratia.
Vt qui expulsionis causa fuerat, progressuum ex-
pulso causa foret.

Teneritudo illa affectus, qua Iacob Iosephum 415.
suum diligebat: cæteros fratres torquebat: puta-
bant illi vendito sanctissimo adolescente, non
vltra incentiua futura, quibus inuidi, de paterno
erga illum amore condolerent: quam vendendi
pueri causam, habuere præcipuam. Sed quam de-
lusi? veram illam crudelitatem, & fictam mor-
tem, quam fore putabant diluuium paterno illi te-
nerrimoque amori summergendo, fomentum
præbuisse, inuiti discunt, vt Iacobi erga puerum
amor incenderetur altior, vnde illi profundius
lancinentur. Quæ enim amoris flamma clarior,
viuente apud Patrem Iosepho emicuit vnquam,
quam illa, qua puerum, vt putabat defunctum, de-
peribat? *Congregatis liberis eius, vt lenirent dolorem* Gen. 37.
Patris, noluit consolationem accipere, sed ait; descen- v. 35.
dam ad filium meum lugens, in infernum. Genes. 37.
vers. 35. non solum non potuit, sed magis *noluit*
accipere consolationem, quasi vellet hoc ipso,
amorem suum clarius contestari. Ideo Chrysosto- Chrysost.
mus ibi Homil. 61. *Opinor & hoc illis, aliam fuisse*
plagam, videbant quod Pater tantum, támque feruen-
tem amorem declarabat, erga eum, qui non aderat,
imò, & putabatur à bestiis discerptus, maiori tabesce-
bant inuidia. Vt inde prostrarentur, & sæuius do-
lerent, vnde delendam charitatem aucupabantur.
Attuli huc vsque ex industriâ fraterna exempla,
quia si historias nostras legis, primas & grauio-
res Ignatij persecutiones, ab illis conflatas nota-
bis, qui fraterno penè titulo, Militis mei virtutem
fouere tenebantur: quo deinde victore, conta-
buerunt. Iam ad alios.

Insequebantur Ægyptij feroces, Moysem, acies 416.
suas sacratas Dei, ductantem: reducunt virum
sanctissimum ad incitas: vel hinc confodiendum
mucronibus, vel inde immensis vndis obruen-
dum. Quid tunc Moyses? cedit timori? imò me-
ditatur triumphos; nunquam se clarius victorem
est professus, quam dum arctius oppressum se co-
gnouit: hinc vox illa fiduciam spirans, ad popu-
lum trepidantem: *Nolite timere, state, & videte* Exod. 14.
magnalia Domini, qua facturus est hodie. Exod. 14. v. 13.
vers. 13. certè nesciebat ille adhuc, quibus magna-
libus (licet ex vers. 5. scirent liberandum) Deus es- v. 5.
set afflictum populum liberaturus, ideo corde ta-
citó clamabat, vers. 16. ex ipso tamen Dei ingenio v. 16.
iam augurabatur, non vtcunque, sed victoriam
magnalibus clarissimam piis reportandam, quia
sæpius ab impiis opprimebantur. D. Ambros. lib. 2.
offic. c. 4. de Persecutionum fælicitate. *Neque enim*
parum beatus Moyses, cum Ægyptiorum vallatus
populo

populis & mari clausus, per fluctus sibi, & populo Pa-
trum, pedestrem viam, pius meritis inuenisset. Quan-
do autem fortior, quam tunc erat Moyses, cum extre-
mis circumuentus periculis, non desperabat salutem,
sed exigebat triumphum? & pulchrè ait, *exigebat:*
id est, suo quasi iure repetebat: nunquam enim
certius hostes triumphantur, quam dum oppugna-
tam virturem spetant triumphandam. Est hoc il-
lud Dauidis: *Dominus iustus concidet ceruices pecca-*
Ps.118.v.4. *torum.* Psalm.118.v.4. vbi ex Hebræo legit Vatabl.
Vatabl. *Dominus autem iustus, dissecuit funes impiorum.* Quasi
eo ipso, quod funes, quos impij parabant iustis,
disrupit: iam impiorum ceruices concidantur: nec
enim aliter liberantur iusti, quin pariter horum
oppugnatores expugnentur. Clarius adhuc in no-
Idem. tis, versionem suam, sic explicat Vatabl. *iugum in-*
telligit: id est, liberauit me a seruitute & tyrannide.
Ac si nunquam certius, & magis ex rigore quo-
dammodo iustitiæ, iustus Dominus impias, cer-
uices iugo opprimat, quam dum iugo pia colla
opprimere meditabantur: indidemque pij, victrici
virtute in libertate respitent, & impij expugnato
robore suspirent.

417. Sæuissima quidem fuit persecutio illa, qua in-
nocentissimum Dauidem, insectatus est, Saul:
quem tamen vt se defenderet, facillimo posset
negotio interficere Dauid, cum in speluncâ, oram
Regiæ chlamydis abscidit, & faustissimo fato, sub
1 Reg.24. v.4. suâ Regem habuit potestate. 1.Reg.24. à vers.4. ast
cur non interfecit? cum ob pietatem: tum, ni fal-
lor, quia prudens sciebat, in ipso bello, quod vir-
tuti inferebat, necessario pereundum Sauli, ni
resipuisset: facturumque Deum, vt dum oppu-
gnat sæuior tyrannis, indidem expugnaretur.
Cur ergo fœdaret sanguine manus suas, quem
præsumebat, suismet propriis Saulis suffunden-
dum? ergo misericordia vsus erga illum, certam
Dei misericordiam expectabat. D.Gregor. tom.2.
D.Gregor. Magn. in explan. Ps. Pœn. ad Ps.4. *Cum Saulis persecutio-*
nibus vrgeretur: non solum persequentem occidere, non
voluit: sed ipsi persecutori, cum ipsum occidere posset
pepercit. Tanto enim mirabilius in Dei misericordia spẽ
suam fixerat, quanto miserabilius infirmitatem sua tri-
bulationis sentiebat. Pulchrè dictum: quasi quo ma-
ior foret persecutionis tribulatio, eo etiam secu-
rior misericordia: potentiorque infirmitas, vt ex
Deo victoriam contra hostem importaret, quam
gladius Dauidis haberetur.

418. Mutat Nabuchodonosor in ferream duritiem,
tenerrimam illam pietatem, qua tres Hebræos pue-
ros diligebat: iubet statuæ cultum spernentes, tradi
Dan.3.v.22 fornaci: Dan.3.v.22. accinguntur ministri, qui dum
de pueris triumphare præsumunt, triumphus ipsis
fiunt flammis, deuorati. Quidni? putabat miser
Rex inuidos gloriæ suæ pueros illos, at certè in-
uidebat ille pueris gloriam, si illos in fornacem
D.Zeno Veron. non iniiceret. D.Zeno Veron. serm.8. de Daniel. *Vt*
summersi sunt flammis, statim inuisibili rore, incendia
temperantur: mors refugiens, mutat officium, incenso-
res cremantur: incensis hymnum canentibus, flamma
blanditur: Deus à creaturâ benedicitur vniuersâ; in tri-
bus vna mens, vna virtus, vnus triumphus exultat: me-
lioratur vita supplicio: Rex enim inuiderat pueris, si
non eos præcepisset ardere. Inuiderat quidem, quibus
gloriæ tantum, abstinens à supplicio, furabatur:
quia absque incendio, nec Regem nec Ministros
expugnarent. Sed audi adhuc aliquid, in hac ipsa
victoria gloriosius. Ponderat D.Chrysostomus ho-
mil. ad Pop. Antioch. cur hoc potius, quam alio
pœnæ genere, curaret dæmon in Rege delitescens,
pueri torquerentur? tunc sic respondet. *Diabolus il-*
lic tyranno se insinuans, neque ferro Sanctorum capita D.Chryſ.
abscindi permisit, neque bestiis tradi, neque vllo alio
tali modo puniri, sed in ignem iniici suasit: vt neque re-
liquia illorum Sanctorum, remanerent: ipsis corporibus
consumptis, & ipsorum cinere, cum sarmentorum cinere
commixto. Vides dæmonem oppugnantem? nunc er-
go vide ipsum, ab afflicta virtute, miro quodã te-
nore expugnatum. Pergit Chrysost. *Deus apud Per-* Idem.
sas, ignis esse putatur, ipsumque multo cultu venerantur
Barbari, etiam nunc Regionem illam habitantes. Volens
igitur Deus radicitus impietatis materiam auferre, con-
cessit huiusmodi pœna modum, vt pra oculis omnium,
ipsum colentium, seruis suis victoriam conferret. Proh
nobile victoriæ genus! noua gloria! satagebat dæ-
mon debitum puerorum reliquiis cultum impedi-
re: & cultu sacrilego, quem tandiu in igne adorato,
sibi vsurparat, spoliatur. Quid plura? ipsa siue Re-
gis, siue dæmonis instrumenta, (ne quid intactum
maneat) superantur. Vnde enim tam barbara de-
mentia, vt pueri in fornacem mittendi, momento
(vt sperabant) deuorãdi, vinculis colligentur? quid
intendis, misera perfidia? quomodo, aut quò fuga,
in medio fornacis arripiẽda? sed deerat, ni faceres,
hoc confusioni tuæ corollariũ. Idem D.Chrysost. Idem.
Vinxit pueros tyrannus: & ignis vim, pedes vinxerunt. O
rem admirabilem! vinctos soluit flamma: & ipsa de reli-
quo à vinctis, vincta est. Auidus ignis pabulum quæ-
rens, dum corpora reueretur, vincula triumphat,
sed statim à pedibus puerorum triumphatur: quasi
ideo vinciri viderentur, vt vincere agnoscantur: &
in subiecto igne, etiam de subiectis igni vincu-
lis, capiant spolia.

Neque sæuissimo huic tyrãno, cedit Antiochus, 419.
neque prædictis pueris, libenter cedent, pro eadem
Dei gloriâ decertãtes Macchabæi: neque certè ho-
rum triumphus, victoriæ illorũ: quin & Antiochi
dolor, oppugnãtisque expugnatio, Nabuchodono-
soris præponderat confusioni. Occiderat iam sex
fratres: deinde adolescentiorem septimum, *non so-* 2.Mach.7.
lum verbis hortabatur, sed & cũ iuramento affirmabat, v.24.
se diuitem & beatum factum. 2.Macch.7.v.24. parum
id: ipsam adolescentis Matrem aggreditur, enixè
orans, vt pia suasione, puerũ à tormentis liberaret.
Quo ruis, hominũ immanissime? quid satagis? aut
quid vltra faceres, si ab huius, pueri impietate, to-
tius gloriæ cumulus propenderet, ab eius verò cõ-
stantiâ, immensum dedecoris opprobriũ contrahe-
res? ita erat. Dolebat se in fratribus pridem occisis,
triumphatum: putat & verè putat se contemni, in-
déque expugnari robustius, vnde sæuius oppugna-
bat: quidni ergo curet solicitus, ne saltem ab hoc
vltimo confundatur? D.Cyprian.ep.3. *Cum sex pu-* D.Cypr.
nitis & occisis, superesset vnus ex fratribus, cui Rex di-
uitias, & potentatus, & multa pollicebatur: vt crudeli-
tas eius & feritas, vel vnius subacti solatio foueretur:
&c. sic crudelitas oppugnans indiget solatio: & in
mediis suppliciis voluptuosè virtus degit: nihilque
in hanc impius machinatur, vnde ipsemet fune-
stius non expugnetur. Verissima proinde illa Ec-
clesiastis: *Vidi cuncta qua fiunt sub sole, & ecce vni-* Eccl.1.v.14
uersa vanitas & afflictio spiritus. Eccl.1.v.14. in Sixt. Sixtian.
legitur: *& ecce omnia vanitas, & præsumptio spiritus.*
Quasi mens arroganter præsumens, eo ipso quo
nocere cupit affligatur.

Idem etiam ex nouo testamento, vbi illustriora 420.
sunt exempla, videamus. Præcedat caput nostrum,
Christus Dominus. Traditur ore Iudæ insani,
osculo perfidi sacrilego: sed qui pacem cum Iudæis
hinc quærebat: & hãc, & illam, quam cum Sanctis
haberet,

Angeli. Actor.6.verſ.15.ô quid agis numen ? quæ eſt iſta, ſpectaculi tanti prodigalitas ? merebantur impij, infernum patentem cernere, & dæmonem tortorem, intentantem iam verbera, præſentem perhorrere : aut ſaltem Stephanum ſub habitu iudicis ſeueriſſimum, torua fronte minitantem intueri : cur ergo ſerenitate ſpeciei Angelicæ ſuauiſſimâ, perfruantur ? reſpondet aptè
Euſeb. Gal. Euſebius Gallicanus homil. 5. Stephan. ad rem noſtram. *Non fuit hoc illis gratia meriti, ſed pœna peccati : nam dum morientis proditur gloria, perſequentis torquetur inuidia.* Sic Stephanus torquentes torquet, & qui ex ipſis lapidibus pietatem extorqueret, duriora adhuc pectora non mouet, vt dolore expugnationis propriæ commoueantur.

425. Claudat nobis hanc paginam, poſtremum illud malitiæ, & virtutis certamen, quo militans Eccleſia claudetur. Enoch cœlo tranſlatus, Elias igneo raptus curru, contra Antichriſtum præliaturi, indidem, vt tenet antiqua traditio, remittentur. Et quid inde ? vt fert eadem traditio, trucidabuntur. Sed cur, qui vſque tunc Mortem ſuperarunt, randem violentæ morti ſubiicientur? cur licet mors ſubeunda, ſit tamen ſæua, & puriſſimo effuſo ſanguine, formidabilis ? reſpondeat
Tertull. Tertullianus lib. de Anima, cap. 50. *Tranſlatus Enoch, & Elias, nec mors eorum, reperta eſt : cæterum morituri reſeruantur : vt Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant.* Scilicet ſæuiſſimum illud incendium, quod conſumere iuſtitiam præſumebat, ipſo quem fundet ſanguine abſumetur. Vt in omnibus oppugnatæ virtutis ætatibus, vitium ſuâ ipsâ decertatione agnoueris expugnatum. Tam multa fuere congerenda, vt victoris Ignatij gloria clarius illuceſcat : vnde enim homo, omnibus humanis præſidiis deſtitutus, tot iniuriis cedens, tot impetitus calumniis, tot carceribus addictus, perpetuo triumpharet: niſi quia Æmuli ipſis ſuis oppugnationibus expugnati, vltro ruebant, & contra virtutem bellantes debellabantur ?

§. IX.

Societas IESV*, eaſdem ferè cum Eccleſiâ, patitur perſecutiones : ſed indidem, inſtar Eccleſiæ, vernantior : in laboribus, gloriæ ſemen, aucupata.*

426. SVb Ducis ſui, & ſanctiſſimi Patriarchæ auſpiciis, orta Societas : eodem fato fauſtiſſimo exteſcit : audeo dicere, vix vlla Religionum, tot vnquam perſecutionibus legitur impetita : totus, in illam, infernus, non ſemel viſus conſpiraſſe. Se quidni glorietur Societas : eoſdem vt plurimum hoſtes, & eiſdem ferè de cauſis patitur, quos Eccleſia. Nihil contra Romanum Pontificem, germanum Petri ſucceſſorem, Chriſti vicarium, Hæreſis blaſphemat : quod obiter in Societatem, non collineet : & dum illum, per ſummam impietatem, Antichriſti titulo dehoneſtant, perfidi calami : Ieſuiſtas, (ſic nos vocant) fideliſſimos Antichriſti ſatellites appellant : Pontificiſque Thronum, Ieſuiſtis fulcitum : nunc ridiculo, nunc horribili habitu depingunt. Scatent hac materiâ Hæreticorum ſeu chartæ, ſeu Tabellæ. Prætereo Eliſabethæ Anglicæ, ſimiliumque Principum impia duplomata, eodem ferè conatu, in Eccleſiam & Societatem debacchantia : integros iniquæ impudentiæ tomos, & Ignatij vitam, & familiæ eius Inſtitutum proſcindentes ? an poteſt iam nobis eſſe aliquid glorioſius ? Schiſmaticos, quos paulo ante Eccleſia Catholica eiecerat, Iulianus Apoſtata reduxit : in hos prudenter ſic ſcribit Optatus Mileuitanus lib. 2. contra Parmen. Opt Mil.
Deinde alter, vt omnibus notum eſt, ſecutus Imperator, vobiſcum vota ſiniſtra concipiens, ex famulo Dei, factus eſt miniſter inimici, apoſtatam ſe edictis ſuis teſtatus eſt : quem precibus rogaſtis, vt reuerti poſſetis : quas preces ſi vos negatis miſiſſe, nos legimus : nec difficultatem præbuit quem rogaſtis : ire præcepit pro voto ſuo, quos intellexerat ad diſturbandam pacem, cum furore, eſſe venturos. Erubeſcite, ſi vllus eſt pudor : eadem voce, vobis libertas eſt reddita, qua voce, idolorum profiteri iuſſa ſunt templa : eiſdem penè momentis, veſter furor in Africam reuertitur, quibus diabolus de ſuis relaxatur. Et non erubeſcitis, qui vno tempore, cum inimico, communia gaudia poſſidetis ? Exultet ergo è contra, cum Eccleſiâ, Societas, quæ ſemper cum illâ exulat, Dominam pediſſequa ſubſecuta: quæ eadem voce, quâ Domina, condemnatur : & eiſdem penè momentis, quibus hæreticus furor in Sponſam Chriſti deſæuit, impetitur adminiſtra.

Hortabatur Galatas Paulus, vt fidem ſemel acceptam retinerent, quam inſtitutore ebiberant eo, 427.
qui Euangelium ſuum, non ab homine, ſed per CHRISTI-IESV acceperat reuelationem: quique in eius prædicatione, non ſuam ſed Dei gloriam perquirebat: tunc ſic addit: *An quæro hominibus placere? ſi adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.* Galat. 1. v. 10.
Galat.1.v.10. non eſt facilis verborum ſenſus: quid enim ? an non poſſumus placere hominibus, quin eo ipſo diuinæ ſeruituti renuntiemus ? & vbi ſunt illi, quos paſſim, ex ſacro textu, commendamus, dilectos Deo, & hominibus, quorum memoria in benedictionem conſeruatur? ſed pende ſermonem in hoc loco eſſe de hominibus illis, qui Catholicam fidem oppugnabant, hæreticæ cuiuſdam, vt ſic dicam, circuncisionis impoſtores : his autem verus Chriſti miniſter placere non poterat, quin talis eſſe deſineret. Hinc ergo ſe Paulus modeſtiſſimè commendat, & exultat, quod iam his talibus non placeret : & quidem merito : benè enim D. Paulinus ad hunc locum, epiſt.6. poſt alia, ſic ſcribit. *Diſpliceamus ergo his : & gratulemur, eiſdem nos* D.Paul.
diſplicere, quibus & Deus diſplicet. Gratuletur itaque Societas, eiſdem ſe diſplicere, quibus diſplicet Eccleſia : fremat in illam hæreſis, dummodo ſtrenuam huius adminiſtram fateatur. Quod ſi aliqui etiam ex Catholicis, Societati videntur inſultare : certè id ex rerum noſtrarum prouenit ignorantiâ: vt enim non ſemel in Ducis noſtri vitâ legimus, repente illi Societatique ſuæ, amicos experiebatur Orbis, quos paulo ante infenſiſſimos agnoſcebat : nimirum quia inſtituti noſtri agnitâ ſynceritate, neceſſario amabant, quod oderant ignorantes. Et in hoc etiam Eccleſiæ cohæret Societas : de qua Tertull. in Apolog. cap. 1. multa dicturus, ſic obiter de eiuſdem impugnatoribus. *Vtrunque ex altero redarguimus :* Tertull.
& ignorare illos, dum oderunt, & iniuſtè odiſſe, dum ignorant : teſtimonium ignorantiæ eſt, quæ iniquitatem dum excuſat, condemnat : cum omnes qui retro oderant, quia ignorabant quale eſſet, quod oderunt, ſimul vt deſinunt ignorare, ceſſent & odiſſe : ex his fiunt Chriſtiani, vtique de comperto ; & incipiunt odiſſe quod fuerunt, & profiteri quod oderant. Poſſem longum catalogum recenſere illorum, qui cum prius per ignorantiam infenſi nobis

fotent, postea militiæ nostræ dixerunt sacramentum: incipientes odisse, quod fuerant: & profiteri quod oderant institutum.

428. Et merito quidem, cum in suis olim Ignatius, tum in aliis postea persecutionibus, Societas exultat: vt enim Ecclesia nullo zephyro, nullis auris suauibus, nauigauit fælicior, quam sæuienti procellarum tempestate, sic Societas nostra, eo vernat floridior, quo quatitur vehementius: ideo hilaris tribulationes amplexatur, in quibus semen gloriæ, experta iam, & fælicitet occulata recognoscit. Pullulat aliquando in horto, rubi instar horribilis, frutex senticosus, vndique in spinas consonnatus: & aliunde alius vernat amœnissimus, foliorum virore viuidos smaragdos repræsentans: clamabis ad agricolam, inexpertus: heus tu, mi homo! reuelle plantam illam, vt quid etiam nocitura, terram occupet? foue hanc aliam, pulchritudine oculis blandientem. Imò è contra, subridens ait expertus Agricola: de plantarum origine, oculis ne credideris: noui ego ex iacto semine, quò vtraque plantarum sit promouenda: quæ enim modo horrescit, in rosas suauissimas germinabit: illa alia quæ placet, in venenum cicutæ præsentissimum maturabitur. Pulcherrimè de vtroque Plinius

Plinius. in Panegyric. *Habet has vices, conditio mortalium, vt aduersa ex secundis, ex aduersis secunda nascantur: occultat vtrorumque semina Deus, & plerumque bonorum, malorumque causa, sub diuersâ specie latent.* Tota Societatis fælicitas, ex occultis his seminibus pendet agnoscendis: fouet audidior Tribulationum spinas laborum, vnde experta toties, victrix amœnissimis rosis coronatur.

429 Ingentia bona per Christum nobis illata ce-

Rom. 5. v. 2. lebraturus Apostolus, sic subiungit: *Per quem gloriamur in spe filiorum Dei: non solum autem, sed gloriamur in tribulationibus.* Roman. 5. vers. 2. Aliquid magnum edit Apostolus, sed planè obscurum profectur. Benè est, quod iustus in spe filiorum Dei glorietur: benè quod & glorietur in tribulationibus: sed nónne hæc gloria, vna eademque est, in Deo gloriatio, de qua idem Apostolus ait: *Qui gloriatur, in Domino glorietur?* Cur ergo in hoc loco, gloriam visus, à gloria diuidere, dum postquam ait, in spe filiorum Dei, nobis præglориandum: aduersariuâ particulâ subdit statim, *non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus?* grauiter

Bernard. Diuus Bernardus sermon. 17. in Psalm. *Qui habitat:* sic respondet. *Prælibemus primitias gloria, glorìemur in spe gloria magni Dei: non solum autem, sed vt expressius dicam, gloriemur in tribulatione, in eâ siquidem spes gloria est.* Itaque, non gloriam, à gloriâ, diuidit Paulus, sed clarius additâ particulâ nos docet, spem Filiorum Dei, in tribulationibus abscondi: quasi quod addit, sit prædictæ gloriationis firmum sustentaculum: sed hæc spei gloria, in solis tribulationibus viridescit. Ideo addit Bernardus.

Idem. *Manifestè aduertere est, in his verbis, (cum præmisisset Apostolus, gloriari in spe) non aliud aliquid, sed amplius eum addidisse, dicendo, non solum autem, & gloriari, in tribulationibus: non enim altera gloriatio commendatur: sed additur vbi spes gloria, vbi ipsa spei gloriatio requiratur.* Sed vnde, inquis, tam certa spes nostra, & gloriatio, in tribulationibus reperitur? quia semen, est spes fructus: vnde in semine, iam quodammodo fructus continetur: si ergo in tribulationibus, spes nostra occultatur, hæc vero spes gloriam parit: nónne in ipsâ tribulatione, iam gloriam

Idem. videaris possidere? Bernardus iterum ibidem. *In tribulatione, spes gloria, imò & ipsa, in tribulatione gloria continetur: sicut spes fructus, in semine: sic & ipse fructus, in semine est.* Aucupata ergo, ex Apostoli verbis, tanti seminis notitiam Societas: in tribulationis tribulis sibi complacet (instar Patriarchæ Ignatij) vnde & flores in coronam, & in vtilitatem, fructus percipit iucundissimos.

Sed pende quæso, discrimen huius seminis, ab omnibus aliis, quæ natura agnoscit. Reliqua omnia semina, vt germinent in flores, vt in fructus proueniant, prius pereunt: nam nisi putrescant, nunquam in ambitionem gloriæ propagantur. At semen hoc sacrum, etiam nondum corruptum, iam fructescit: imò quo integrius, floridiores germinat spes gloriæ. Reliqua semina, iam non sunt, cum operantur: ast hoc tunc maximè operatur, quandiu fuerit. Hinc illud eiusdem Pauli: *Quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostra: supra modum in sublimitate, æternum gloria pondus operatur in nobis.* 2. Corinth. 4. vers. 17. non dixit, *operabitur, sed operatur.* Sed quomodo, inquis, iam nûc operatur gloriam, quæ solummodo in cœlis comparatur? quia sic firma spes, in tribulatione ipsâ vernat: vt vel ista, pro fructu licet latente, haberi possit: D. Bernardus citatus. *Non dixit remunerabitur, sed æternum gloria pondus operatur in nobis, latet gloria fratres mei, absconditanobis est in tribulatione: in momentaneo hoc latet æternitas: in hoc leui, pondus sublime, & supra modum.* Quam nouus fructus, inuisibiliter nobis thesaurizatur; qui nondum corrupto semine, vernat incorruptibilis: qui vnicus inter alios, nondum emortua parente, viuere consueuit! 430.

2 Cor. 2. v. 17.

Bernard.

De Libano, id est, de purissimo conscientiæ candore, de sanctimoniâ vitæ rarâ, de candidissima cordis munditie: Anima vocabatur coronanda: *Veni de Libano Sponsa mea, veni Libano, veni: coronaberis de capite Amanâ, de vertice Sanir, & Hermon: de cubilibus Leonum, de montibus Pardorum.* Cant. 4. v. 8. quid in Libano, (seu monte candido) speciosum non coniectas, pulcbrum non suspicaris? quin imò, quid in Libano non vides floridum, non vernans, non amœnum? mons erat de incorruptibilitate, odoréque cedrorum, venerabilis: de auicularum hospitio canorus: de gregum fœcunditate celebris: & gratissimus de florum varietate: & tamen hinc auocata, inuitatur ad Amana & Sanir, & montes Pardis infestos, illorum rugitibus horribiles, inffames spelæis? nónne dulcius in ipso Libano coronaretur? equidem coronarij flores, coronæ gloriosæ, ibi pullulant gratiosiores, vbi sæuior tribulationum detonat tempestas. Gellibert. serm. 29. ad hunc locum. *Cumulata planè materies præmiorum, inter totius puritatis merita, passionibus variis atteritur. Pulcherrimus corona nexus, quãdo puritas vita, & humilis pressurarum tolerantia cobarent.* In Libano ergo, Anima innocentiam componat, sed ab aliorum montium horrore, tribulationum scilicet pressurâ coronabitur. 431.

Cant. 4. v. 8

Gellibert.

Sed tu mihi pende, quam aptè hæ pressuræ in coronas, aliunde vertendæ: prementium montium vocabulo exprimantur. Gigantes finxit vetustas, Montibus in pœnam suppositos: quibus illi non solum premerentur, sed opprimerentur: sic passim: *Inarime Iouis imperio imposita Typhao* buccinatur. At virtus gigas, licet laborum 432.

pondere

pondere prematur, non opprimitur: imò quod magis est, ipsis tribulationibus coronatur: & montis ipsius pressura, in coronarios flores, vel regium conuertitur diadema. Sic Iuno cupiens iniqua Herculem, toto cœlorum pondere obruere, præcepit vt lassi iam Athlantis onus subiret: sed nil aliud effecit, quam vt Herculi ipsi, stellæ quodammodo in torques, & sol pulchrior in coronam cederetur. Eleganter Claud. lib. 1. de Rap.

Claudian. *Firmior Herculea mundus ceruice pependit:*

Lustrarunt humeros, Phœbus & astra vices.

Ita vt pondus, non iam videretur oneris, sed honoris. Merito proinde subdit Gellibertus. *Magnum quidem est pressurarum pondus; ideo forsitan, montium est expressum nomine hoc: ingens moles, sed fides supergreditur nesciens opprimi.* Imò etiam, & indidem iam sciens coronari. In his itaque montibus horridis & senticosis. longè aptius quam in Libano, semen coronatiis gloriæ floribus fouetur. Sed emphasis adhuc latet in eo, quod non tam de ipsis montibus, quàm de ipsorum capite, Sponsa dicitur coronanda. Pergat Gellibertus. *In omni re, quasi caput est, quod vel primum est, vel maximum. Sic ergo caput hic accipe, quasi rerum, quæ his montibus figurantur, vel principium, vel cumulum donec intelligi. De capite Salmanâ coronatur, de vertice Hermon, & Sanir, quæ iniuriarum cumulum quendam exuperat, & tribulationum molem: extollentem se, aduersus humilem scientiam Christi.* Vt quo cumulus durior, eò veniat diadema excellentius: & inde caput nostrum vberiori cumuletur gloriâ, vnde laborum caput sæuius extollitur: ac denique in tribus Leonum cubilibus honoris suauitatem degere, intelligamus.

433. Hoc erat, quod ænigmaticè magis, occoltabat Sanson, cum dixit: *De comedente exiuit cibus, & de forti, egressa est dulcedo.* Indic. 14 vers. 14. quis crederet in ore Leonis fauorum alucar? quis inter nouaculas dentium, noualia seminandæ dulcedini, purarer apparanda? & tamen nescit alibi fælicius & facilius, læta suauitas, quam ab asperitate tristi pullulare. Alij vertunt: *De tristi, exiuit dulce.* De quo ita D. Ambrof. de Elia & Ieiun. cap. 21. *Non mediocris, sed laudata quæstio est: de manducante exiuit esca: & de forti, dulcedo. Aliqui habent: de tristi, dulce: Græci codices maximè: sed & fortè, laboriosum est: exit enim dulce, de tristitiâ, vel labore.* Impleuit typum Sansonis, ipse Christus, qui post fel, & acerum Crucis, fauos gustauit: Luc. 24. vers. 45. in re tamen sic nota, habent aliquid non tritum verba Tertulliani, lib. de Cor. Mil. cap. 14. condemnantis deliciosas pariter & ambitiosas hominum coronas. *Certè præter figuram, contumelia in promptu est, & turpitudo, & dedecoratio, & his implexa sæuitia: quæ tunc Domini tempora & fœdauerunt, & lancinauerunt: vt tu nunc laureâ, & myrto, & oleâ, & illustriori quaque fronde, & quod magis vsui est, centenariis quoque rosis, ex hortis Midæ, lectis: & vtrisque liliis, & omnibus violis coronatis: etiam gemmis forsitan & auro, vt & illam coronam Christi amuleris, quæ postea obuenit: quia & fauos, post fella gustauit.* Explico in gratiam nouitij Lectoris, obscuta verba, quia præsenti materiæ, in primis faciunt. Loquitur Afer cultus, de spineâ Christi coronâ, quæ præter quàm quod erat peccatorum figura, ideoque turpis & infamis; etiam ingentis doloris sæuitiam admisce-

Gellibert.

Idem.

Iud. 14. v. 14.

Græc. D.Ambr.

Tertull.

bat: ex quo frondem, vel floridam Hominum coronam condemnabar. Sed violentius adhuc pergit humana cœcitas, obcœcatins erumpit violentia: etiam gemmis & auro coronantur: ac si coronam, qua modo Christus iam gloriosus circundatur, æmulentur; non attendentes, hac Dominum, post spineam, coronatum: vt ibidem pyropi refulgerent, vbi paulo ante sanguis purpurauerat: sicur eidem gustui mella admouit, à quo pridem fella non amouerat. Quia ibi gloria nascitor, vbi laboris semen latè spargitur.

Nascitur ipse Dominus, & ecce inter omnia fausta, Euangelica præconia, quibus nuntij cœlestes, nunc Deo gloriam, nunc hominibus pacem intonant: nonquam tamen natum nobis puerum, tanquam Regem salutant vniuersorum, at quando principatus tanti, iustior acclamatio, quam nato Principe? & tamen siletur titulus. Rapitur postea in cœlum, ascendit Christus: & acclamatur. Vndique: *Dominus virtutum ipse est Rex gloria* Psalm. 23. v. 10. interque mutuas Angelorum altercationes, quater gloriosus titulus intonatur: ac si ideo viderentur differere, vt cresceret, ex colloquio, repetitio. Grande mirum! in suamet Prouinciâ, vbi notus, vbi adoratus Christus, Rex vocatur: quod quidem minus videtur necessarium: tunc autem necessaria, & speciosissima foret appellatio Regis, si quo nouus accedit, vbi degit incognitus, talis diceretur. Cur ergo Angeli, quem natum, Saluatorem nuntiaront, Regem etiam pariter, non dixerunt? visus respondisse citatus Tertullianus. *Nec ante Rex gloriæ à cœlestibus salutatus: quam R x Iudæorum proscriptus in Crucem.* Vt sic ipsa Crucis tribulatio, radix & semen glorificationis fuisse intelligatur. 434

Ps. 23. v. 10.

Tertull.

Quam aptè id sibi cognitum, declarauit Dauid, de iusto sic scribens: *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum* Psalm. 90. v. 5. quasi esset legitima consequentia, vt qui in tribulatione erat, ad gloriam eueheretur. At vnde legitima? quia quoduis aliud semen à tribulatione, legitimis gloriæ fructibus, adulterinum est. D. Bernardus, loco sæpe citato. *Agamus gratias, Patri misericordiarum, qui nobiscum est in tribulatione, & in omni tribulatione nostrâ, nos consolatur. Res enim, vt dixi necessaria, tribulatio, quæ in gloriam vertitur, tristitia quæ mutatur in gaudium,* &c. *Non contemnamus fratres; semen modicum est, magnus exinde fructus exsurgit.* Ita est: modicum quippe tribulationis semen, vberrimos gloriæ fructus, operatur in nobis. Quidni ergo fælix Ignatius, quidni Socieras fælix, tanquam sibi faustissimas arripiant tribulationes, è quibus in gloriæ cumulum euehuntur: insigníque corona, de patientiæ meritis, decorantur? lege Orlandinum lib. 13. n. 60. 435

Ps. 90. v. 5.

D. Bern.

§. X.

Charitas erga inimicos, Deo ingenita: & deificatis hominibus inserta. Ex illa Christi Diuinitas asserta. Quàm pretiosa quámque beneficiis prabitis, ipsorum inimicorum triumphatrix.

Sed adhuc parum erat, cœlesti meo militi, simplici patientia hostes vincere: gloriosiores instar IESV sui Triumphos meditatur. Vindictam ab inimico, non reperere, vulgaris sancti- 436

tatis terminis continerut : at vero inimicos ſic diligere, vt & pro illis ores, & inſuper beneficiis cumules vulgaribus : id quidem ad diuinam iam virtutem prope accedit : ſic proles legitima redderis Patris illius, qui ſolis ſuis radiis, qui pluuiæ ſuæ guttis, ingratos beat, fœcundat aduerſarios. Hoc plaoe nobiliſſimum victoriæ genus, quo vtrinque fæliciter hoſtes de triumphantur. Reportauit huiuſcemodi coronas, Ignatius glorioſiſſimas : quarum nonnullas, additis è ſacro penu exemplis, illuſtrare noo piguerit.
— Ribaden. — *Religioſus quidam eruditus ex Amico, inimicus factus inuidia extimulante, in Ignatium exarſit: qui etiam iactare cœpit, omnes noſtræ Societatis homines qui in Hiſpaniâ eſſent à Perpiniano, Hiſpalim vſque igni ſe traditurum : idque Ignatio, qui ſuis verbis renuntiaret, miſit : cui Ignatius per eundem ſcripto ita reſpondit. Tu quidem, quotquot noſtri in Hiſpania ſunt, cremandos te curaturum dicis: ego vero id duo, & opto, vt & tu charitate flagres, & amici tui ac acceſſarij, non ſolum qui in Hiſpaniâ, ſed qui in vniuerſo orbe terrarum ſunt, Spiritus ſancti igne inflammentur, & ardeant : vt perfectionis culmen adepti, diuinam gloriam augeant magis, & illuſtrent.* Ribaden. lib. 5. cap. 2. An non charitas iſta, diuinæ charitatis radios participat, & ardorem.

437. Humillimus fuit Dauid, qui non ſolum electus in imperium, ſe pulicem appellauit, ſed etiam poſtquam pedum in ſceptrum, Rhenonem in purpuram, & in palatium, tugurium commutauit, vilioris vermis titulo, ſe affecit. Et tamen circunſtantibus iam deuictis Regionibus, vicinis Regibus, adactis in tributum : exclamat ilico:
— 2.Reg.9. v.3. — *Nunquid ſupereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam Dei?* 2. Reg.9.verſ.3. an hæc vox, ex prærupto ſuperbiæ vertice, non viſa deſcendiſſe? an non ſatis, ſi ſe in hac miſericordiâ, hominem beneficum, Regem appellaret munificum : quin ſe Deum quodammodo intonaret? ſi *miſericordia Dei*, ſuper omnia opera eius celebratur; nónoe diuinos titulos affectat : qui ſe miſericordiam Dei, iactat executurum? vnde ergo ab arroganti ſpiritu, ſententia vt par eſt, poterit excuſari? & quidem optimo iure : quandoquidem cœleſtis gratiæ munere, diuinam ad viuum miſericordiam referebat. Inimiciſſimus fuerat Saul Dauidi, nullas non exercuerat in illum hoſtilitates : exilio perpetuo hunc multauerat, ad necem tota ſolicitudine impetierat : huius ergo familiæ, pro tot acceptis malis, bona reddere : non humanæ, ſed diuinæ propemodum miſericordiæ
— Oleaſt. — imputandum. Ita Oleaſter in cap. 18. Geneſ. *Expende, quare vocet miſericordiam Domini, quam erga domum Saulis volebat exercere : noſtra enim in hoc diuinâ diſtare videtur miſericordia, quod noſtra, ad noſtros tantum, ſe extendit, diligentes ſolum eos, qui nos diligunt, amicos, non inimicos. Miſericordia vero Domini, præcipuè eſt ad inimicos, qui ſolem ſuum, ſuper bonos & malos facit oriri : & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos.* Humiliter itaque in participata diuinitate, potuit Rex piiſſimus exultare.

438. Docebat Chriſtus ſuos, orandi efficaciſſimum
— Matth.6. v.12. — tenorem : tunc præ aliis, ſubdendum præcipit: *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Matth.6.verſ.12. Mirum eſt quod adhibita comparatione, vrgendus diuinus affectus præcipiatur, quaſi ita teneatur condonare nobis, ſicut nos, debitoribus noſtris condonamus. Quæ enim proportio creaturæ viliſſimæ, ad omnium ſupremum Creatorem : vt venia noſtra, diuinæ veniæ veniat æquiparanda? ſed ne mireris : qui debita, id eſt, delicta, peccantibus in nos, faciles dimittimus, eximio gratiæ dono, diuinæ iam naturæ participes habemur, viſcera IESV CHRISTI, induiſſe iam viſi : tanta autem proportio agentium, mutuam operibus irrogat proportionem, vt ad diuini amoris deducta bilances, paris quodammodo ponderis videantur. Chryſolog. — D.P.Chryſ. —
ſerm.72. ad hunc locum. *Satis poteſt homo miſericors, qui cum Deo, de pietate confligit: cum tantum ſibi dari, quantum dederit: quantum donauerit, tantum deſiderat & donari.* Sic à Diis per gratiam, ad Deum per naturam initur commercium : & quaſi eiuſdem pretij fuerint, venia data, acceptæ correſpondet.

Maius eſt, quod addidero : imò quod ad eoſ- 439.
— Luc.17.v.3 — dem diſpulos, alibi addit Chriſtus. *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi.* Luc. 17. v.3. ſed ſic ad illius temporis loqoitur auditores, vt ad nos omnes doctrina extendatur. Pende ergo, quod abſolutè dicitur, *dimitte* quaſi non ſolum iniuriam noſtram, ſed & pœnitentis culpam remittere præcipiamur. Sed vnde hoc in omnibus verificādum? ſi quod vtplurimum euenit, iuſtus iſte condonans, non ſit Sacerdos: quomodo alienum peccatum poterit relaxare? hebes procedis, ſi ex dictis, nodum facile non diſſoluis. Qui ad heroicum illum ſanctitatis peruenit faſtigium, qui inimico iniurias condonat, & blandâ increpatione allicit ad pœnitentiam : hic non ſolū dignitate Sacerdotij, ſed diuinitatis iam gaudet poteſtate : quidni ergo tanquam Deus, iam peccata dimittens intelligatur : cuius nimirum ſtrenuæ virtutis intuitu, auxilia congrua Reo tribuit Chriſtus, quibus à culpâ ſua reſipiſcit? ſic explicandus acutiſſimus Chryſologus, ſermon. 139. ad hunc locum. *Age homo, mandante Deo, dimitte, dimitte peccata : eſto miſericors ad delicta : in te commiſſorum, tu remiſſor eſto peccatorum. Tu modo non perdas in te, diuinæ infulas poteſtatis : quidquid in alio tu non remiſeris, tibi in alio tu negabis.* Vt non ſolum Sacerdos, ſed & Pontifex infulis redimitus, & , quod ſummum eſt, Deus de poteſtate exercitâ habearis : tibimet ipſi inuiſurus, ſi à conceſſæ iuriſdictionis abſtineas exercitio. Grauiſſima ſunt, quæ ſubiungit ibi Chryſologus, de modo, quo erga delinquentem, nos gerere debeamus: — D.P.Chryſ. —
quibus totum Ignatium viſus expreſſiſſe. — Idem. — *Hunc qui per compaſſionem, non ſubuenit : hunc qui per patientiam non curat, non per veniam ſanat, ſanus non eſt, ægrotat, infirmatur, viſcera non habet, & ab humano ſenſu monſtratur alienus. Furit frater? adſcribe ægritudini : tu illum cura, vt frater: adſcribe tu, quod ſic geritur febri, & fratri non poteris imputare commiſſum : dabiſque tu prudenter infirmitati culpam, fratri veniam : vt illius ſanitas ad tuam gloriam recurrat illius : venia tuum redundet ad præmium.* Talem ſe erga prædictum Religioſum geſſit Ignatius : & incendia quæ nobis minitabatur, phreneſis ſebri deputans : diuino Spiritus ſancti incendio curandum peroptabat.

Nobilius adhuc eſt illud aliud exemplum, quod 440.
— Ribaden. — citatus cōmemorat Ribadeneyra, ferè in hæc verba. Luteriæ, dum litteris vacaret, contubernalem habuit Ignatius, qui hunc, commiſsâ ſibi pecuniâ defraudauit, & in eas anguſtias coniecit, vt magno ſtudiorum ſuorum incommodo, quotidie mendicare cogeretur. In Hiſpaniā prædictus fraudator Lutetiā decedens, dū opportunā Rhotomagi

nauigatio

nauigationem expectat, in morbum periculosum incidit : qui vsque adeo mitem Ignatium, ac singulari prædictum charitate esse intelligebat, vt ad illum de suâ aduersâ valetudine, amicè scriberet, & quasi esset beneficio, à se, aliquo affectus, opem ab illo sibi, auxiliumque postularet. Oblatam occasionem, Ignatij charitas auidè arripuit. Rhotomagum, quærendi iuuandique hominis causâ, confestim ire statuit, & magna spiritus alacritate, ac animi robore, tridui iter nudis pedibus, atque ita ieiunus percurrit, vt ne aquam quidem gustaret. Debilitatum hominem offendit, iacentem erigit, confirmatumque iam, ad primos illos suos socios, in Hispaniam, cum litteris commendatitiis

Orland. mittit. Plura & teneriora de illo Orlandinus. Itaque & itineris labore, & ieiunij seueritate, charitatem, erga ægrotum inimicum, cumulat Ignatius: vt huc natum videatur illud Dauidis : *Ego vero,*

Ps. 34. v. 3. Vatabl. *cum mihi molesti essent, induebar cilicio.* Psal. 34. v. 3. Vatablus vertit: *At ego, cum ipsi ægrotarent, sacco vestiebar.* Quia pro ipsis ægrotantibus, quos sibi molestissimè infensos fuerat expertus, affligebatur: erga hos etiam, sicut erga Saulum, Dei misericordiam exerceos: quem ad vnguem meus miles æmulatur.

441. Producto iam Paradiso (quem, fere iuxta Damascum, situm, probabilior fert sententia) addit textus: *Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* Genes. 2. vers. 10. vnde satis colligitur,

Genes. 2. v. 10. nullam orbis plagam, prius paradisiacis aquis irrigatam, quam Palestinam, & finitimam Assyriam, cuius Damascus obtinet principatum. Et cur ita? vt iam inde exemplo suo, ad tam diuini operis

Oleaster. æmulationem, nos Deus prouocaret. Oleaster ibi. *Considera, quod præcipuos hostes suos, prius irrigat. Nouimus quid populo eius, fecerit Assur, & alij vicini terræ promissionis: ad quos tamen paradisi flumen, tam copiosè mittit.* Hoc itaque meditabatur Ignatius, dum tam sedulus inimicis ministrabat. Neque mirum si is qui totus spirabat Christum, ex hac virtute maximè, diuinitatis, ex gratiâ, participem, se probaret: quando ipsemet Christus ex eadem præcipuè, se Deum esse verum, declarauit. Ideo

Luc. 23. v. 43. Euseb Gal. pulchrè Eusebius Gallicanus, homil. de B. Latr. expendens Paradisi gloriam Latroni promissam Luc. 23. vers. 43. sic exclamat. *Credamus Deum, vel ex solâ virtute patientiæ: qui dum ab homine cruci, & neci traditur, sic quoque homini gloriam pollicetur: qui illas ipsas iniurias & plagas, conuertit in pretium nostrum.* Quæ verba quia iam alibi fusius me expendisse memini: leui tantum brachio, nunc volui inculcata, vt viam illis aperiam, quæ in hanc rem, iam denuo inculcabimus.

442. Vix aliquid intellectu difficilius, continet Christi Passio, quam verba illa, ipsi iam iam morituro Domino, & cum clamore valido, ab ore

Matth. 27. v. 46. prodeuntia : *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Matth. 27. vers. 46. cur enim derelictam se diceat Humanitas, quæ nunquam à diuinitate fuit separata? aut cur, licet inferior portio, absque sensibili solatio pateretur: id quasi querulus doleat Christus, quo sciente & volente, res peracta: imò qui sibimet ipsi solatium subtrahebat? Sed planè non tam querimonia, hic funditur, quam doctrina: quæ dum magis ænigmaticè, profertur, auidius inuestigatur: pio ausu ita rem explicauit

Petr. Cell. Petrus Cellensis lib. 1. de Tab. ad huoc locum. *Clamat in cruce humanitas, non causâ querimoniæ, sed causa doctrinæ, dicens diuinitati, vt quid dereliquisti me? quasi d. ad hoc me dereliquisti, non personali separatione, sed auxilij retentione: vt probares, si tanta in me perseuerarit patientia, quanta est adiuncta gratia: ne immerito humanitati illi sapientia vnita diceretur, cuius tanta, in passione, patientia non probaretur.* Nimirum, hinc vel maximè Iudæi, Dominum gloriæ agnoscere potuerunt: quia huiuscemodi patientia, nullus hominum perseueraret. Nihilominus, hinc velut pretiosiori corona cumulatur: quod illas ipsas iniurias & plagas, in pretium conuertit inimicorum, exclamans interim: *Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.* Luc. 23.

Luc. 23. vers. 34. v. 34.

Hinc illud Pauli Hebræos instituentis: *Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis*, &c. 443.

Et testamenti noui mediatorem IESVM, *& sanguinis aspersionem, melius loquentem, quam Abel.* Cap. 12. à vers. 22. mira sententia; prouocat Apostolus ad fiduciam, in Christi sanguinis collocandam aspersione: & tamen hunc sanguinem, Abelis fuso sanguini componit. Vox sanguinis Abel, vindictam in fratrem, clamabat de terra, Genes. 4. Genes. 4.

vers. 10. si ergo melius, & sonorus magis clamat v. 10. sanguis Christi, quis vindictam aspertimam non formidet? sed non a, clamorem tantummodo clamori, & sanguinis vocem, voci comparari, non votum: aliud quippe sanguis Dei rogaret, aliud hominis sanguis: ille in misericordiam, iste vero in vindictam exferuescens. D. Chrysost. tom. 6. D. Ioan.

homil. de Cæco. *Quare melius quam Abel, loquitur sanguis Christi? quia sanguis Abel insidet capiti homicidæ: Christi vero sanguis, homicidas etiam pænitentes emundat.* Hoc scilicet satis erat, vt se, sanguis iste diuinum comprobaret: plusquam homo est, qui acceptas plagas, ad inimicorum conuertit vtilitatem. Et expende singularissimum modum condonandi, de quo idem Apostolus, ad Colloss. Coloss. 2. Chrysost.

Delens quod aduersus nos erat Chirographum, decreti quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, Cap. 2. vers. 14. quasi parum v. 14.

esset deleri diuino sanguine, si charta adhuc integra permaneret: quid igitur? affigitur cruci, dilaceratur, vt iam omnino inutile redderetur: sic eisdem clauis, quos perfida gens, in sacro-sancta membra, adegit sæuissimè, Christus, illius salutem operatur: & dolosis accepta instrumenta, ad inimicorum remedium conuertit. Idem Chrysostomus tomo citato, orat. 2. in Pentecost. *Vides quo* D. Ioan.

pacto deletum fuerit, illud Chirographum? neque deletum tantum, sed etiam disruptum est, cum illud crucis claui confiderint, vt sic inutile redderetur. Chrysost.

Est adhuc aliud, in hac ipsa Christi Domini passione, ad rem nostram præsentem non obiter prætereundum: Tremit terra, Sol obscuratur, obrepunt tenebræ, petræ scinduntur. Quid ita? quia non vt... cumque per affectum Christo compatiuntur: Sed quomodo possunt, effectu ipso simul patiuntur: vt crucis clauis, creaturæ omnes confixæ videntur, & ipso Christi supplicio puniri. Ergo in pœnam iustam reorum, se commori cupiunt Christo, vt peccatores ministerio suo spolient. 444.

Grauiter D. Leo Magnus serm. 6. de Pass. Dom. ita. D. Leo.

Pendente, in patibulo, creatore, vniuersa creatura congemuit, & crucis clauos omnia simul elementa senserunt: nihil ab illo supplicio liberum fuit: hoc in communionem sui, terra traxit, & cælum: hoc petras rupit: monumenta aperuit, inferna reserauit: & densarum horrore tenebrarum, radios solis abscondit. Debebat hoc testimonium, suo mundus auctori, vt in occasu conditoris sui, vellent vniuersa finiri. Et tamen

restituit Deus soli lucem, & solem peccatoribus; ordinem elementis, & elementa hominibus. Sed cur quæso? an malè optauerant creaturæ crucifixæ, crucifixo conditori, in humani sceleris commori horrorem? non certè malè optabant, poterant tamen & debebant, ad exemplum Christi aliquid longè melius optare: nec tam vindictæ licet iustissimæ, quam veniæ affectu, in ipsosmet carnifices commoueri: placerent magis (vt ita dicam) creaturæ: Si qua voce culpæ impietatem detestabantur: misericordiam impiis solicitarent. Fallor, vel fuit ista mens S. Doctoris, dum dictis sic subiungit. *Sed patientia Dei seruat rebus, & temporibus ordinem suum: nosque in illum potius vocat affectum, vt eorum salutem petamus, quorum crimen horremus.* (Idem.)

445. Hinc iam non mirum, si diuinos sic oculos rapit virtus ista, vt nullam apud suos voluptuosius videatur spectare, è nulla alia gratius spectaculum percipiat. Reliquerat Bethaniam Christus in Ierusalem iturus: & addit Marcus: *Cumque vidisset à longè ficum, habentem folia, venit, si quid forte inueniret in eâ, & cum venisset ad eam, nihil inuenit præter folia, non enim erat tempus ficorum. Et respondens, dixit ei: iam non amplius in æternum, ex te quisquam fructum manducet.* Cap. 11. à vers. 13. (Marc. 11. v. 13.) quæ vt paulo post dicitur, exaruit à radicibus: vers. 20. (Vers. 20.) infructuosos homines, in hac arbore denotari, nemo non videt. Sed ingens statim insurgit dubitatio, cur tam asperâ pœnâ puniretur, cum disertè, non esse *tempus ficorum* exprimatur? cui tamen pulchrè respondet Origenes homil. 16. in Matth. 11a. (Origen.) *Si non erat tempus ficorum, quomodo venit* IESVS, *quasi inuenturus aliquid, in ea? & quomodo iuste dicit ad eam: nunquam ex te quisquam fructum manducet? contra hæc respondemus, quod numerati ab Apostolo fructus Spiritus sancti, sunt charitas, gaudium,* &c. *Hi omnes, aliquando tempore suo redduntur: melius autem, quando circunstantibus aduersariis, & prouocantibus ad non fructificandum: potuerit aliquis, propterea quod satis est prodificatus in verbo: nihilominus proferre fructus Spiritus sancti.* Legimus passim apud Priscos Historiographos, quam in deleciis essent apud Reges, alieni temporis flores, fructus intempestiui: quibus proinde arte, hyems rosas, & primum ver, poma mitia ministrabat. Id etiam visus à suis, captare Rex cælestis: quasi nihil sibi gratius parari posset. Pulchrius iam ad rem nostram, quod addit Origenes. (Idem.) *Quod autem dico, tale est. Vnus de fructibus Spiritus sancti, charitas: huius tempus est, quando non est difficile, fructum reddere charitatis, & diligere diligentem: & est quidem fructus iste Spiritus sancti, tamen in tempore suo. Si tamen aliquis excitetur ad odium, fidelis constitutus, & circunueniatur, & insidias patiatur, & diligit insidiantem sibi: aut si fuerit aliquis male moratus, & odio dignus: & ille iustus, neque hunc talem oderit, sed quasi filius eius, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, viam tunc eum diligat: vere è non in tempore ficuum, fructum dans charitatis, beatus est.* Quid ni ergo, beatus, etiam dum viueret habendus Patriarcha noster, qui tam alieno tempore, has delecias (cælestes, propemodum cupedias) diuino regi suo ministrabat? sed esto, inquis, gratissimus sit fructus iste: cur tamen, qui tam precioso autumno, alienis mensibus non vernauerit, merito arefiat? Pulcherrimè concludit tandem Origenes. (Idem.) *Vult enim Christus, fideles suos, meliores esse humanâ omni naturâ, & exigit eos supra naturam & opera Dei magis, quam hominum: propter quod hominibus dicit, quoscunque ad beatitudinem vocat: ego dixi, Dij estis vos, & filij excelsi omnes.* Quasi singulariter in his alieni temporis fructibus, diuinitas participata, merito reluceat: quam proinde participationem (vt ibidem ostendit) qui negligit affectare: meritissimo suppliciis æternis deputatur.

Huic tantæ perfectioni Anna inhiabat: quis 446.
enim non timeret, ne forte postquam fœcunda, iam hilaris exultabat, Phenennæ, quam inimicissimam fuerat experta, insultaret? & tamen tantum hinc abest, vt potius ad æmulæ vtilitatem verba contexeret: hinc illud in eius cantico: *Dilatatum est os meum, super inimicos meos, quia lætata sum, in salutari tuo.* 1. Reg. 2. vers. 1. (1 Reg. 2. v. 1.) non acuit os suum tanquam gladium, inimicis proscindendis: Sed potius dilatat, tanquam monitis piis, salutis flumen, in illos effusura. Chrysost. tom. 6. homil. (D. Chrys.) *Adu. eos qui tan. in fest. conu.* Sic ad hunc locum. *Animaduerte accuratam orationem: non dixit: exacutum est os meum: non enim ad conuicia, & dicteria præparatum erat, non ad accusationem, & opprobria: sed ad consilium & admonitionem, ad correctionem & instructionem.* Sed neque id satis: proprio Phenennæ nomini pepercit, neue, si singulariter, licet occulte æmulam aliquam exprimeret, Phenennam indicasse putaremus: maluit plurali numero, *inimicos* indefinite proferre: ne forte dum instituit, denotare illam obiter videretur, cuius correctionem vnicè, nec vllo modo vindictam exoptabat. Idem S. Doctor ibidem. (Idem.) *At ne nunc quidem, mulierem æmulam nominauit, sed simpliciter indefinitâ nuncupatione, quasi quâdam personâ tantæ tristitiæ auctorem abscondit. Non dixit, vt multa dicunt mulieres, confudit eam Deus, dissipauit, & deiecit scelestam: sed simpliciter, dilatatum est os meum super inimicos meos.* Gloriosior mihi planè, dum sic personatam occultat æmulam: quam dum Prophetâ filio, coram omnibus postea exultauit.

Præclara quidem hæc Matris exempla, sed 447.
adhuc fuere filij præclariora. Infremuit tonitruis cælum, horrenti pluuia terram penè inundans, diuinam in Israëlem iram contestatum. Exclamat populus, & Samuëlis opem implorat afflictus: ad quem Propheta: (1. Reg. 12. v. 23.) *Absit à me hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis: & docebo vos viam bonam, & rectam.* 1. Reg. 12. vers. 23. ita ne tam grande piaculum foret, si Samuël, pro illo populo, non oraret? an semper pro afflictis, ad orationem, præcepto vrgeri reputemur? non erat certè iam populo Prælatus & Princeps Samuël, quem nouo creato Rege, populus abiecerat: vnde ergo, ad orandum pro illo, teneretur? imò propterea: timuit quippe Samuel & merito, ne, quia abiectus fuerat, putaretur inimicis suis infensus, & complacens vindictæ: vnde necessarium duxit, missis pro illo precibus, hac se prauâ suspicione expurgare. D. Gregor. hom. 15. (D. Gregor. Mag.) *De principatu deiectus à populo, cum idem populus peteret, vt pro eo Domino preces effunderet, respondit: absit à me hoc peccatum, vt,* &c. *Culpam quippe vir sanctus perpetrare se credidit: si eis, quos aduersarios pertulerat vsque ad deiectionem: benignitatem gratiæ, non reddidisset in prece.* Nunc audi ex Ribadeneyra citato, quã se Samuëli similem exhibuerit meus Ignatius. *Acerbior item extitit, alius quidam Pater, impetu quodam animi, abreptus in Ignatium, ac contumacior: pro quo in Missa orans Ignatius instantius, & magnam*

vim

vim lachrymarum profundens, clamabat ad Dominum: ignosce Domine, parce Domine. Cui Dominus: sine me, ego enim pro te vindictam sumam: ego, ne resipiscat, vltor existam. Accidit autem postea, vt ille Pater in templo quodam fautorum reliquias aliquando venerabundus intueretur: & inter beatissima ossa, quasi hominis aspectum videret, truci vultu flagellum intentantis, nisi Ignatio paruisset; quod ille ipse Ignatio: Ignatius mihi enarrauit. Vtrobique se vindicem exhibebat Deus, ibi Samuelis inimicos, monens tonitruis: hic Ignatij aduersarium, terrens flagello. Vtrumque tamen deprecatorem potius, quàm precatorem vindictæ, ardentius diligebat.

448. Adhuc effusior in Saulem, charitas Samuelis: de quo ita cap. 16. *Dixitque Dominus ad Samuelem: vsquequo tu luges Saul: cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israel? imple cornu tuum oleo, & veni, & mittam te ad Isai Bethleemitem: prouidi enim in filiis eius, mihi regem. Et ait Samuel: quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me.* verſ. 1. & 2. quid ais Samuel? si ita infensum tibi Saulem agnoscis, vt non immerito timeas occisorem: quid illius deiectionem deprecatis? quid assiduus luges, quod à Deo iustissimè spernatur? imò, quem sic despectū Deo agnoscebas, vt irrefragabili sententia scires puniendum, (vt enim supra dixisti, non est Deus sicut homines, qui flectatur) quid adhuc sic solicitus reparandum? sed quid faceret charitas? vtcunque sit, nescit feruentior in inimicos non deferri. Idem Gregor. *Quia iratum Deum eidem Sauli cognouerat, in tanto se luctu afflixit*, &c. *Pensemus ergo eius animi quantus ardor charitatis incenderet: qui & illum flebat, à quo timebat occidi.* Hinc illud Dauidis, de inimicis locutus ad Deum: *dedisti lætitiam in corde meo: à fructu frumenti, vini & olei, multiplicati sunt.* Psal. 4. v. 7. in Hebræo est: *dedisti lætitiam corde meo, à tempore, quo frumentum, & mustum eorum aucta sunt.* De quo Vatablus in notis. *Tantum abest, vt hostibus meis inuideam, vt illis gratuler vbertatem frumenti, & vini, id est, omnium rerum ad vitam necessariarum copiam: nam victi tuis beneficiis fortasse agnoscent, quam scelerate coniurarunt aduersus eum, quem vt regem inaugurasti. Hoc autem dono tuo habeo, vt eorum fœlicitate gaudeam non doleam.* Sed quid ni gaudeat iustus inimicorum fœlicitate, qui illorum miserias, luget assiduus.

449. Alludit dictis illa Christi Domini comparatio: *Simile est regnum cœlorū grano sinapis*, &c. Math. 13. verſ. 31. vt sicut semen hoc minimum in arborem vsque crescit ingentem: sic Ecclesiæ fides, incrementum facturа magnū noscéretur: sed certè multa erant, & illa vt nemo non putaret, digniora, quæ è minimis orta principiis, ad molem vsque maximam deuenriunt, cur ergo vnum sinapi, huc singulariter assumatur? respondet D. Paulinus epist. 6. *Memento granum sinapi, de quo simine sumus, si conteratur, accendi magis, & tunc demum in vim suam concitari. Quamobrem debemus natura nostra, in hoc respondere, vt aduersis hominibus contriti, inardescamus ad fidem: & eos qui nos, vt minimos hominū (scilicet quasi granum sinapi, quod minimum est seminum) frangere conantur, vramus.* Tunc enim participatam diuinitatis naturam apertius redolemus, cum ipsos, à quibus conterimur charitatis igne incendimus. Cupiebat ille alius Religiosus, vt initio dicebam Ignatium, eiusque familiam penitus comminuere; quem tamen iste charitatis incendio, & Spiritus sancti igne, fœliciter exurere satagebat: tunc seminis concepti virtuti magis correspondés cum conterentem æmulum, gratiarū sapore condire satagit,

1. Reg. 16. v. 1.

D. Gregor. Mag.

Psal. 4. v. 7.

Hebr.

Vatablus.

Math. 13. v. 31.

D. Paulin.

Impleuerunt humo, puteos Isaac, inuidi Palestini, Genes. 27. v. 15. dissimulat ille patiens, & iterum alios fodit, quos denuo per calumniam sibi ereptos dolens v. 20. tacet adhuc: aperitque alium quem tixas æmulorum passus, vocauit *inimicitias*, v. 22. nec tamen cessat, in publicā sterilis Prouinciæ vtilitate cumulandā: & alium iam pacificè denuo excauatum, *abundantia* titulo insigniū: & ecce apparet homini Deus, dicens: *Ego sum Deus Patris tui Abraham, noli timere, quia ego tecum sum: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum.* v. 24. quasi nunquā dignius condebiro multiplicandæ posteritatis præmio afficeretur, quam cum erga æmulos suos, benignitatis opera multiplicabat. Philo Episc. in Catena paruā, ad hunc locum. *Discat quicunque, inter filios, Abrahæ vult numerari, ingenij esse humani: discat aduersarium suum, non contentione rixarum superare, sed benignitate. Ex hoc potissimum loco, Isaac natura deprehenditur simplex, & libera, qua maximè Deum delectari monstratur, ex eo quod ei è vestigio occurrens, promissa stabiliuit.* Quid ni ergo religiosa Ignatij posteritas crescat in immensum, cuius Patriarchæ simplex liberaque natura, aduersarios suos, non rixā, sed benignitate superauit? imò, quæ à Patre suo, quasi hæreditaria benedictione, hinc maximè afficitur, vt inimicos diligat impensius: vnde illa relicta nobis ab Ignatio institutio, in Catalogo Missar. & orat. num. 17. *Omnes Sacerdotes ... iuxta constitutiones frequenter orare pro vniuersā Ecclesiā*, &c. *Et etiam pro male affectis erga nostram Societatem* Vt sic in bono, malum, iuxta doctrinam Apostoli, vincere discamus.

Et certè, nullibi cælestis noster miles, eiusque religiosa & militaris familia gloriosiores triumphos reportauit: quia nullā re fœlicius, & facilius quàm beneficentiā inimici superatur: attende Minus aptè laudat, qui niuis candorem, per comparationem comendat, ad carbones: qui solares radios, tenebris cōpositos, vocat clarissimos: si fella auerso ore degustans, tunc esse mel iucundissimū fateatur: nam neque niueus candor, nec solaris splendor, neque mellea dulcedo, inde æstimari possunt, quod tam abiectis extremis præferatur: sed quod in suo genere, extremam perfectionis lineam attingat. Vnde iam mirum, quo tendat illa Christi comparatio ad sponsam: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea, inter filias.* Cant. 2. v. 2. an non sic videtur, formosam solummodo inter deformes appellare? nonne aptius, tantum lilium sic cōmendaret, si ad eius colorem, rosæ purpura erubescens, ad eius fragrantiam, minus suaue spirates violæ dicerentur? aptissima quidem foret obiectio, si lilium nostrū compararetur spinis, & non potius spinas confoueret. Audi Bernard. serm 48. in Cant. vbi ita. *Non mediocris titulus profecto virtutis, inter prauos viuere bonum: & inter malignantes, innocentiæ retinere candorem, & morum bonitatem: magis autem, his qui oderunt pacem, pacificum: & amicum ipsis te exhibere inimicis. Id plane tibi, similitudinem datam de lilio, iure quodam proprietatis, specialiter vendicabit: quod ipsas vtique pungentes se spinas, cādore proprio illustrare, & venustare non cessat. An non perinde lilium tibi videtur implere Euangelij perfectionem, qua orare iubemur, pro calumniantibus, & persequentibus nos?* Adhuc tamen dubiū, quia licet spinis lilium non comparetur, spinas tamen iunctas dicitur venustare: vnde enim ex natura rei aptè huc vocentur spinæ: cum lilia inter spinas, (quod est tostatum) non soleāt nutriri? quas igitur spinas dicitur venustare: illas credo, quibus Topiarij mediam liliorum plantam, bestiolis noxiis defendendam,

450. Genes. 27. v. 15.

Verſ. 22.

Verſ. 24.

Phil. Episc.

Reg. Soc.

451.

Cant. 2. v. 2.

D. Bernard.

LXX. Interpr. ſolent circuncingere: ideo clarius LXX. vertunt: *Sicut lilium, in medio ſpinarum.* Itaque inimici, qui iuſtos circunſtant, hos defendunt: quibus dum iuſti benefaciunt, quid aliud faciunt, niſi quodammodo in triumphalem pompam illos adducere? ſicut lilium, dum horrentes ſpinas candore veſtit, & reſpergit odore, eaſdem ſibi vendicat, in famulatum.

452. Pactum quodammodo cum hominibus initutus Deus, ne ipſi vindictæ vellent indulgere, ſe illis vltorem promittit: *Mihi vindictam, & ego* Deuter.32. v.35. *retribuam.* Deuter.32. verſ.35. quaſi apud illum, & certior, & durior perſiſteret. Sed ita ne? & vbi miſericordia diuina? vbi pietas quam agnoſcens alicubi Dauid, maluit in manus Dei, quàm in manus hominum incidere? ſi tam certus diſtringitur, contra iuſtorum inimicos, diuinus gladius, quo confugiant miſeri peccatores? ad iuſtos ipſos Matth.5. læſos: quibus proinde præcepit Chriſtus Matth.5. diligerent inimicos, & orarent pro perſequentibus ſe. Bene: ſed quorſum circuitus iſte, vt non tam vindictæ ſuæ cedant iuſti, quam illam in Deum remittant: à quâ nihilominus illum, fuſis precibus poſtea retardant? vt glorioſior eſſet iuſtorum triumphus, qui orantes pro inimicorum venia: non ſolum inimicos triumphare: ſed & Deum ipſum, iam iam ad vindictam paratum, exarmare videntur, & ab eodem gladium extor- D.Ambroſ. quere. D. Ambroſ. in Pſal.38. poſt alia, de orationis potentia. *Ergo ſi infirmus es, ora: ſi fortis es, ora: infirmus, pro te oras: fortis, pro inimico tuo, oras. Bonum ſcutum infirmitatis oratio, tu oras, & Dominus te protegit: bonum ſcutum etiam triumphantis, vt inimicum tuum, quem poſſes ferire, defendas, ne ab alio trucidetur: & quod manus eſt, à Chriſto, qui dixit: Mihi vindictam, & ego retribuam. Hæc eſt oratio, quæ in ſinum conuertitur deprecantis: fructum refirens eorum, quæ voluit impetrare.* An non ſtrenuus miles meus, & vere triumphator, qui vt vidiſti num.447. gladium è Chriſti manibus extorſit: ne ſaltem extremo ſupplicio, contumax ille æmulus puniretur?

453. Ad conſolandum Iobum venerant amici, qui tamen ſic moleſti, atque onerosi fuere conſolatores, vt nulla verbera à dæmone ſæuiora, quàm ab his verba iuſtus pateretur, ad finem tandem iubentur à Deo ſacrificium parare, in quo tamen Iob, ſacerdos conſecratur: huc enim tendit vox Iob.42.v.8. illa Domini. *Sumite vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis: Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis, & faciem eius ſuſcipiam.* Cap.42. verſ.8. de quo D. Ioan. Chryſoſt. bene D. Chryſoſtomus in Catena. *Fit Iobus ſacerdos, amicis victimam afferentibus. Et illud attende, vt is, qui pro ſuis liberis, ſacrificium facere ſolitus erat, nunc etiam pro amicis faciat. Vide quemadmodum Deus, dum iniuriarum, quas illi Iobo impoſuerant, obliuionem facit inſignem, illos ipſos homines, virtutis teſtes efficiat?* Sed mihi adhuc illud mirum, cur licet his, per Iobi orationem culpa remittatur, non etiam præcipiatur, vt aliquam ſatisfactionem offenſo iuſto darent, qui læſo omnini ſacrificium offerebant: an mitior Iob quam Deus, vt ille ſimplici beniuolentiâ, hic non niſi accepto ſacrificio reconcilietur? abſit: Sed ſatis pœnarum, Iobo dabant amici, imò inimici, dum illum, pro ſe intercesſorem inuebantur: cum hinc Iob, illuſtriſ- Olymp. ſimum ex eiſdem triumphum reportaret. Olympiodorus ibi, in cat. *Simul atque Deum cum Iobo loquentem viderunt, ſtatim cœperunt inſignia dare victoria: diuino enim congreſſu, doctrinâ, ac teſtimonio dignatum eſſe, prima videlicet fuit Iobi laurea: nunc autem ornamenta & premia accipit ſecunda victoria, dum pro amicis, deprecatoris partes amplectitur: certaminum porro munus, ac trophæum reportat, dum amicis veniam impetrat.* Vt enim nulla charitas excellentior, quàm illa, quæ ſic abeſt à vindictâ, vt veniam inimico, pro certaminum ſuorum præmio accipiat: ſic nullo nobiliori trophæo, quam eâdemmet veniâ triumphatrix decoratur: ideo quaſuis alias pœnas, ab amicis aduerſariis, ſi forte poſtulatas, Iob tanquam proprium damnum reputaret. Bene proinde citatus Olympiodorus, ſic Idem. ſubiungit. *Etenim damno ea res Iobo fuiſſet, ſi amici, qui conſolationis cauſâ, ad ipſum commearant, pœnas interitu perſoluiſſent. Omnino perinſignis honor, ac dignitas, precibus placatum Deum, peccata concedere: tunc vero maximè, cum dixerit iuſtus; ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Illis nimirum, à quibus ſub ſpecie conſolationis, ipſe iuſtus grauiſſimè læſus fuerat. Sed adhuc in hac Iobi hiſtoriâ pendeodum aliud.

Sacrificante Iobo, addit textus: *Dominus quoque conuerſus eſt, ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille* 454. Iob.42. v.10. *pro amicis: & addidit Dominus, omnia quæ fuerant Iob, duplicia.* Verſ.10. nonnulla hic, (liceat id mihi) ſi non ex priſco Patre, ex principe tamen interprete ponderanda. Promiſerat Iob in hoc eodem capite, verſ.6. leuitatis verborum ſuorum Verſ.6. apud Deum, *pœnitentiam in fauillâ, & cinere* ſe facturum: & ecce audis, iam ad Iobi pœnitentiam, Deum conuerſum, cum ille oraret, pro amicis: quaſi nullam gratioſiorem Deo pœnitentiam poſſet offerre, quam preces illas pro amicis, qui tenetâ fuerant inimici. Sanctus noſter ibi. Sanctius. *Placet valde appellari hic Iobi pœnitentiam, orationem pro amicis: imò duplici titulo pro inimicis: quia ipſum verbis exagitarant contumelioſis; & quod amicitia prodidiſſent officium, & fidem, & videri nihilominus voluiſſent amici, cum amicitia ſpecie, illum inſequerentur hoſtiliter.* Quid ni ergo triomphatorem hunc Iobum auguremur, ſi adhuc lepra affectus, & quodammodo crucifixus morbo, inſtar Chriſti, in cruce triumphantis, orat pro inimicis? comparationem hanc, (licet triumphum in[illegible]ligat potius, quàm exprimat) eleganter proſequitur ita Sanctius. *Stillabant ſanie Sacerdotis manus, & tabefacta* Idem *membra deſtaebant: & tamen cum ipſe multa pateretur, pro inimicis orabat, & ſacrificium offerebat. Vitum plane illius Sacerdotis ſummi ſimulacrum, qui quaſi leproſus, & vir doloris, ſui immemor, pro inimicorum ſalute, tam ardenter orat. Quem non mouerent Iobi eleuata, & ſupplices manus, corroſa à vermibus, nudata à carnibus, & tamen de inimicorum ſalute, ſolicita?* Certè mouetunt Deum, non ſolum amicis peccantibus parceret, & leuia vt dixi verba Iobo condonaret: Sed vt ipſum Iobum, priſcæ ſaluti, atque fœlicitati, reſtitueret: ideo quippe poſt hanc orationem, ſtatim addita Iobo omnia duplicia, ſubdit facet textus: vt horum oratio fuiſſe cauſa proxima intelligatur. Pergit Sanctius. *Ex hoc fit veriſimile, id quod paulo ante* Idem. *dicebamus, in hac oratione, ſanatum eſſe Iobum, & ſibi ipſi omnino reſtitutum.* Quod verum eſſe, ex D. Thoma, & aliis Latinis Doctoribus, nemo neſcit. Vt non ſolum inimicos, ſed mala etiam propria, fuſis pro inimicis veniâ precibus, ſoluta triumphari agnoſcamus.

Audi nunc vincentem & triumphantem militem meum, in re ſimili: de qua ita citatus Ribadeoeyra. 455. Ribaden.

deneyra. *Lutetiæ Parisiorum, quidam vsque adeò in Ignatium concitatus, vt scalas iam, ad eum occidendum ascenderet; vocem audit dicentem sibi: Infœlix, quid facis? qua voce perterrefactus, à proposito destitit. His autem, exsuscitator postea fuit, eius accusationis, quæ contra Ignatium eiúsque socios, Romæ primum conflata est: quem vt beneficiis vinceret, ipsis Societatis inimicis deprecantibus, in Societatem admisit: neque tamen in sancto proposito, ille diu permansit.* Cui proinde aptissimè epinicium tanquam victori decantandum. Et quidem sic IESV suo, per omnia assimilandus erat Ignatius. Luctabatur cum Angelo Iacob, & dispositione mysterij, præualuit iste, aduersus illum: rogabat ergo victus Angelus, vt dimitteretur: ad quem tunc victor Iacob: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.* Genes. 32. v. 26. Gen. 32. v. 26. quantum ænigma! vincit, & nihilominus à victo supplicat benedici Iacob? Vincitur Angelus, & nihilominus ad benedicendum victorem, potens reperitur? imò tunc potentior: quia nimirum in Angelo IESVS, & in Iacob, Iudæi Christum occidentes figurantur. Sed quo Eu[...] Gal. mysterio? Pulchrè Eusebius Gallicanus hom. 8. de Pascha. *Quale mysterium in certamine inferior æstimatur: & ad benedictionem idoneus inuenitur! apertè ergo Christus aduersarios benedixit, quando & pro interficientibus supplicauit: benedixit victus, qui liberas passus: interueuit reus, absoluitque damnatus: quia vt aduersarij resipiscant, redemptionem tribuit interemptus.* Accusatus absoluit quodammodo Ignatius, accusatorem: læsus, Societatem suam illi indulget: sic instar IESV sui, dum visus hostibus cedere: eosdem benedictione afficiens triumphat gloriosius.

§. XI.

Eximia charitas, culpabiles etiam Amicorum affectus, ne dum molestos, curatura, eosdemmet sibi induere videtur. Ignatij in hanc rem pium stratagema: & vnde.

456. SI talia charitatis certamina, erga inimicos aggreditur Ignatius, iam nemo mirabitur, qualem se erga Amicos, gerat strenuissimus. Narrandum tamen aliquid, in hoc genere, non vulgare: Orlandin. de quo ita Orlandinus lib. 1. num. 69. *Cum alium Parisiis amicum, ab turpi muliercula consuetudine, multis tentatis viis nequisset abstrahere, ingenioso pariter fortique consilio, non dubitauit, aduersus ignea inimici tela, aggredi rem, cui parem sanctissimos viros ausos, miramur pro sua. In stagnum prægelidum, tempestate perfrigidâ, collo tenus se se immersit, propter quod, iter erat impudico, ad flagitium properanti: cùmque is propè fuit, repentè seuerâ, ac lamentabili voce erumpens, deterrénsque, séque, dum in suo ille cœno volutaretur, futurum eo loco denuntians, vt à misero numinis iram auerteret: eâ specie improuisâ, & charitatis admirabilitate perculit, commouit, ab tenaci illo veneno, prorsus auulsit.* Nimirum proprios stimulos repressuri, alij Diuorum spinis, alij niuibus leguntur volutari: imò & virgunculam nouimus, prægelido has flammas balneo, sibi suffocantem: qui tamen alienos ardores restincturus, gelu ipse adiret: Ignatium si excipias, fortassè non protuleris: neque id Militi meo, per omnia Ducis sui IESV vestigia, expressuro, quodammodo necessarium, non habendum: de hoc enim ita Paulus, immensam Dei misericordiam commendans: *Eum, qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.* 2. Cor. 5. v. 21. de quo grauissimè ibi D. Chrysost. 2. Cor. 5. v. 21. ita. D. Ioann. Chrysost. *Quænam hæc, oratio, quænam mens, hæc consequi, atque exprimere queat? eum enim, qui iustitia laude præstabat inquit, peccatum fecit, vt peccatores iustos efficiat: imò, nec sic quidem locutus est, sed quod longè sublimius erat, dixit: neque enim affectionem, sed qualitatem ipsam posuit: non enim dixit, fecit peccatorem: sed, fecit peccatum: non, eum, qui peccatum non perpatrarat: Sed qui nec peccatum quidem norat, &c.* In hoc enim diuina IESV charitas lucet præcipuè, non tam quod pœnas lueret pro peccatoribus, quam quod sic luat, vt non solum peccator, sed ipsummet peccatum quodammodo fragilibus videri possit: dumque ipse tam efficax, nec sibi necessarium pharmacum sumit: non solum morbosus, sed morbus ipsissimus, queat apud ignaros reputari. Quis pudicitiæ negotium agi intelligens, Ignatium immersum prægelido stagno cerneret, qui illum, non solum libidinosis flammis correptum, sed ipsam quodammodo libidinem, sic curandam non putaret? & tamen is erat Ignatius, qui non solum libidinem non interim sentiebat, sed neque norat, (à Deipara quipè illum olim inuisente, non solum effrenes corporis motus, sed & obscenæ mentis figuræ, fugatæ fuerant,) voluit tamen in alterius remedium; instar IESV, sic esse medicus, vt & ægrotus pariter credi posset.

Est quidem tenerrimus charitatis feruidioris, affectus iste; sic amicis consulere, vt non solum illorum morbo inferre medicinam, sed ipsum in te morbum, (dum sine culpa fieri potest,) videaris inferre. 457. Aliena videntur, ab humillimâ cultissimi Centurionis vrbanitate verba illa: *Domine puer meus, iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.* Matth. 8. v. 6. vnde enim, qui Christum, rerum Matth. 8. v. 6. omnium Deum ac Dominum esse agnoscebat, cui se, suáque omnia subiicere debeter: audet nihilominus seruum & puerum hunc, quasi asserto sibi dominio, coram Domino suum appellare? dicendum ergo τὸ *Meus*, non tam dominium exprimere, quam affectum, quo penè cum dilecto setuulo infirmari videbatur: Hugo Cardinalis, ibi. Hug. Card. *Meus: ecce compassio, quasi dicat, morbus est meus: quis infirmatur, & ego non infirmor.* Quia eximiæ charitati non satis erat, medicinam infirmo procurare, nisi se pariter infirmum exhiberet. Ergo Miles tantus, Centurio strenuissimus, qui in prælio hostes intrepidus, imò & mortem constans aggrederetur: hic iam dolori cedit imbellis, quasi gementi puerulo congemiscens, eiusdemmet participans affectum. Ruente iam Troiâ, igne vrbis superbiam deuastante, humeris seniorem Patrem imponit Æneas, Ascaniolum suum dextrâ ducit, teneràmque vxorem instituit subsecuturam: Virgil. tunc sic addit apud Virgil. lib. 2.

Et me quem dudum non vlla iniecta mouebant
Tela, nec aduerso glomerati ex agmine Grai:
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Suspensum, & pariter comitique, onerique timentem.

Scilicet Martiale illud Æneæ pectus, suorum iam affectibus possessum, cum seniore parente languebat, cum filio trepidabat, & tandem cum vxorculâ effæminabatur: nec satis putat, charorum inuigilare saluti, nisi illorum pauore respergatur. Quid ni ergo Centurio, cum infirmo dilecto puero infirmetur?

Descendit

458. Descendit Deus olim, legem daturus populo, in montem Sinai, quem flammarum horror, quasi præstans excubias præcingebat, tenebrarum occultabat caligo, & buccinarum strepitus publicabat: interim igitur, *timuit omnis populus*, Exod. 19. v. 16. (Exod. 19. v. 16.) vel quod ex Hebræo vertit Vatablus: *Expauit vniuersus populus:* (Vatabl.) Vnde & ipsum Moysem simul expauentem, in hócque vniuersali termino comprehensum, voluit D. Gregorius (D. Gregor.) Nyssenus iam citandus. Sed mirum est, quod ibidem statim additur: *Et sonitus buccinæ paulatim crescebat, in maius, & prolixius tendebatur: Moyses loquebatur, & Deus respondebat ei.* v. 19. (v. 19.) Ecquæ enim tam diuersa hæc, à genio nostro, conditio? appetente periculo, ineuntéque horrore pauet Moyses: eodem amplius & amplius succrescente securus degit, gratissimósque, cum prioris formidinis auctore, miscet sermones? Audiendus Nyssenus (D. Gregor. Nyss.) lib. de vit. Moys. vbi de hoc ita. *Moyses solus in monte relictus, contra quam cæteri homines pati solent affectus est, nam cum omnes desolati, in societate minus timent: ipse derelictus solus, audacior factus est. Vnde patet non vt timidum quendam, perterritum in principio fuisse, sed charitate timentis populi fuisse commotum: quare, cum quasi onus quoddam timorem populi deposuerit, ac in se ipso factus esset: tunc etiam in ipsam caliginem audacter ingreditur.* Parum scilicet crediderat Moyses, timorem populi verbis delinire, ni & ipse per charitatem, timido eiusdem affectu trepidaret. Sed tam Centurio, quam Moyses, eos per charitatem affectus induunt, vnde generosi amoris gloriâ commendatâ, integra innocentiæ fama perseueret. Vnus Christus, etiam cum dispendij famæ periculo, peccatum se sustinet appellari: quem miles meus æmulatus, sic gelidas in alterius remedium, aquas ingreditur: vt visus ipse, posset de libidinis propriæ incendio suspectus venire.

459. Vnde neque Abrahami gestum, aliunde in re charitatis celeberrimum, cum Ignatiano hoc poterit comparari. Promisit Deus terram illam fœlicissimam fluentem lac & mel, sanctissimo Patriarchæ, quam iste in longitudinem, latitudinémque perambulans dum calcat, quasi inita possessione, suam efficit, Genes. 13. v. 17. (Genes. 13. v. 17.) vnde nihil prius, nihil illi futurum antiquius videbatur, quàm Palatium ibi ædificare, Turrim extruere, quæ Posteris suis, priscæ nobilitatis, & auiti dominij foret monumentum: & tamen, nihil id motatur Abraham, qui semper mutatoriis Tabernaculis, non incolam, sed hospitem, & peregrinum, in illâ se est professus regione: vnde Genes. 18. v. 1. (Genes. 18. v. 1.) Angelos excepturus, in ostio Tabernaculi persistebat. Ecquid ita? cur fixo domicilio, familiæ tantæ stemmata non stabilit? respondet D. Chrysolog. (D. P. Chrys.) serm. 121. *Peregrinus ipse, iugiter laborauit: sicque ne peregrinus, peregrinum se esse sentiret, sub tentorio manens ipse, sine tecto aduenam manere, non passus est: & hospitem hospes semper ipse suscepit, extorris Patria, domicilij nescius.* Exciperet licèt amicissimè hospites Abraham, semper tamen illi tacitè ingemiscerent, si iste stabili commorans domicilio, quiete frueretur, dum ipsi extorres patriâ vagabantur: ergo non solum hospitalitatem, sed & peregrinationem, participato affectu induit Patriarcha, ne admissi beniuolè peregrini, peregrinos se esse meminissent. Magnum hoc: sed quod nemo negauerit, maius est aliquid, sic libidinosi & inflammati pietate commoueri: vt quasi participato innocenter affectu, medicaturas gelidas aquas Ignatius ingrediatur: vt æstuans amicus, in castitatis temperiem deueniret: quo maximè innocentis agni, qui se pro nobis peccatum fecit, charitas effigiatur.

Nondum perspicua patet benedictio illa, qua Moyses discessurus afficit Iosephum: *Ioseph quoque ait: de benedictione Domini, terra eius: de pomis cœli, & rore, atque abysso subiacente: de pomis fructuum solis, ac lunæ,* &c. Deuter. 33. v. 13. & 14. 460. (Deut. 33. v. 13.) cur enim mystici hi fructus, seu virtutes, quibus iustus cumulatur, non solum ab stabili iustitiæ sole, sed etiam à variandæ lunæ prouenerint mutabilitate? Si stultus, vt luna mutatur, quid iusto prudentissimo, cum hac luna? Sed luna, tanto soli coniuncta, iam nihil ominosum portendat, sed faustum aliquid importet, necesse est: nimirum, mutatur etiam iustus, sed prudenter: nam in se vnus, pro variis proximorum affectibus, variatur: quos ita induit, vt eisdem, in illorum gratiam affici, videatur. Galfridus ibi. (Galfrid.) *In pomis solis, & lunæ, gemina charitas: quod diuina, tanquam sol, luceat sola: fraterna, vt luna, congratulando, & compatiendo mutetur.* Quam ergo prudens, quam eximia charitas illa Ignatij fraterna, quæ sic compatiendo mutatur: vt quasi stimulantes affectus, libidinosásque flammas, ipse pateretur, in proximi remedium, gelidos intrepidè vortices ingreditur? Mirum est, quod citato sæpè capite, de Ignatiana charitate, sic scribit Ribadeneyra. (Ribaden.) *Dicebat se, si quid ad animarum salutem pertineret, paratissimum esse, nudis pedibus, cornibúsque onustum, per plateas incedere: nullum denique recusare habitum, aut ridiculum, aut probrosum vestimenti genus, quod esse vtile hominibus posset. quod re ipsâ comprobauit, si quando se se occasio obtulit.* Mirum hoc, inquam, sed tamen cum discusso hocusque prodigio non comparandum: quod vnicè, IESV sui gestum, quâ ratione poterat, exprimebat.

461. Non inducti Baptismi, sed adductæ Pœnitentiæ virtute homines sanctificaturus, eosdem in Iordane lauabat Baptista, sacrúmque ministerium, dispositurus, in obsequium Christi fideles, exhibebat: cui præstiti laboris gratias redditurus, accedit Christus, ab eodemmet pariter baptizandus. Miratur Ioannes prodigiosi gesti nouitatem, ad quem tunc Dominus: *Sine modo, sic enim decet, nos implere omnem iustitiam.* Matth. 3. v. 15. (Matth. 3. v. 15.) quasi non ita iusto ad solitam misericordiam, præmio seruus afficeretur, si dum Christo ministrans conseruos baptizat, ipsum etiam omnium Dominum, non baptizaret. Sed cur ita? quoniam qui alios in obsequium Christi baptizabat, dignè solummodo ab ipso Christo, debuit baptizari. Ergo, inquis, miro ordine, in hoc exercitâ iustitiâ, non tam dicendus Ioannes Christum baptizans, quam ab ipsomet Christo, baptizatus? ita est: nam dum sub specie baptizandi, quasi homo lauacro indigens, aquas per eximiam charitatem ingreditur Christus, reuerà Baptistam suum baptizabat. D. Chromatius Episcopus Aquileiens. (D. Chrom.) ibi. *Baptizauit quidem Ioannes Dominum, ac Saluatorem nostrum, sed potius ille baptizatus est: quia ille aquas sanctificauit, hic aquis sanctificatus est: ille gratiam donauit, hic accepit: hic peccata deposuit, ille remisit: quia hic, homo, ille, Deus.* Est enim hæc eximiæ charitatis techna suauissima, si per speciem morbi, pharmacum sumas, quo quidem, ægrotus tibi amicus fuerit sanandus. Sic Ignatius, charitate flammatus, quasi libidine æstuans, aquas prægelidas ingreditur, quarum

frigore,

frigore, lasciuæ amici flammæ erant restinguendæ.

462. Si autem quæras vnde Ignatio, tam impensè aliunde contemplationi dedito, tanta foret industria in actionibus pro salute proximorũ exercendis, vt tenerrimè in horum fragilitatem, constans illius spiritus molliri videatur: facilè responderim, ab ipsomet contemplationis fonte, id gratiæ deriuatum, vt enim supra fusissimè probaui, practicâ quodammodu contemplatione, germani Christi Ministri decorantur. Mystico somno consopitur Adam, vbi reconditâ arcanorum mysteriorum imbuitur notitiâ, & addit textus, *Cúmque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem, pro eâ: & ædificauit Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem* Gen. 3. v. 21.
Genes. 3. v. 21. Mira res! in tam intimo spiritus com[...]tcio, vbi Adam totus in spiritualem mutandus videretur, si non carnalis, attamen certè carneus magis redditur: inter contemplandum, vbi construi roborarique solent vires spiritus, non solum ossea durities subtrahitur Adamo, sed pulpæ etiam mollitudo illi obducitur? quid hoc rei? re-
Gellibert. spondet acutè Gellibertus, serm. 14. *Contemplationis gratia, compassionem nõ euacuat, sed informat, & mentis excessus, temperatam reddit infirmis. Denique cum dormit Adam, virilis costa in infirmiorem mollescit sexum, & propter socialem copulam, de latere viri, formata est mulier, imò in sociam mulierem Adam ipse conuertitur, & conformatione quadam in coniugem: ideò dum euigilat, charitatis vocem primam emisit, in compari sua, se ipsũ agnoscens: hoc nunc os, de ossibus meis.* Minus enim agit egregius contemplator, licèt infirmos roboret, nisi cum ipsis pariter videatur infirmari: nec satis habet Adam, fragiliori sexui osseum robur indere, nisi & ab illo participet pulpam fragilem.

463. Nimirum est hoc etiam illud Christi, de quo
Gal. 3. v. 13. Paulus ad Gal. *Factus pro nobis maledictum* c. 3. v. 13. Nec enim solummodo benedictiones suas nobis impertiuit, sed & maledictiones nostras, eo modo, quo supra dicebam seruatâ innocentiâ suscepit. E tertio cœlo, quò contemplator ascẽderat, remeãs
2. Cor. 11. v. 29. Paulus, sic ad suos: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* non ait infirmis se, firmitatem qua posset, indidisse, sed illorum infirmitatem participasse: quid ita? quia minus legitima foret Pauli contemplatio, minúsque ad Christi gustum efformata, ni ipse infirmorum affectibus sic indueretur, vt cum ipsis vi-
Gellibert. deretur infirmari. Idem Gellibertus ibid. *An nõ tibi Paulus videtur, virilem dignitatem, in humiliorẽ sexum deflectere, cum dicit, se factum infirmis, infirmum? quasi spiritualis Adam, Eua efficitur, dum subiectis comparitur Apostolica firmitas: & sublimior virtutis & scientia, sobrietate quadam, capacitati temperatur infirmorũ: & si mente excedit Deo, sobrius tamen fit aliis. mentis excessus, bonus est sopor, non superbiam inducens, sed sobrietatem docens.* Non ergo infirmum Amicum tantummodo ad pudicitiam roborat Ignatius, sed & cum illo, innocens ipse videtur infirmari, & contemplator legitimus, infirmo condescendens, non solum benedictionem impetrat, sed pro eodem, instar Christi, factus *maledictum* potuit reputari. Præterea exempla alia Ignatianæ charitatis, erga Societatis suæ alumnos, quæ in eius vitâ leguntur iucundissima: quia satis colligitur, qualis in suos foret, qui talem se gesserat in alienos. tu legeris.

464. Solummodo hanc piissimam charitatis sympathiam esse, addo dum alienis miserorum sic vestitur affectibus: vt pro eisdem, debitas pœnas soluere, satagat innocenter, & vltimam germani amoris lineam attingere; qui solum dum reapse simul patitur, verè compatitur. Promittebat eximia virtuti præmia, ampla misericordiæ dona, Christus Dominus, & caussam assignabat: *Esuriui enim, & dedistis mihi mãducare, sitiui & dedistis mihi bibere.* Matth. 25. Matth. 25.
v. 35. Vt quod pauperibus fuerat erogatum, sibi in v. 35.
acceptis positum ostenderet. Sed quid? nonne, ad id, satis, si diceret, cibum se, & potum accepisse? Cur ergo, fame sitique vexatum se scribit? credo vt libentius pauperibus subueniremus, quorum angustias, in Deum transiisse, hinc agnoscebamus: qui (quòd amat,) vt eos, per misericordiam nostram liberet, illorum in se miserias transmittit pius, proprio, si fas est dicere, dolori non parcens adhuc, vt dilectorum subleuet labores. D. P. Chrysol. serm 15. D.P.Chrys.
Dixisse suffecerat, dedistis mihi potum: sed præmisit: esuriui, sitiui: quia parcus fuisset amor pauperis, quod pauperem suscepisset, nisi & passiones pauperis suscepisset. & certò verus amor, non nisi passionibus probatur: verus amor est, fecisse suas, angustiati angustias. Tu ex dictis, verum Ignatij, erga proximos amorem, iam deprebendes.

§. XII.

Iustorum charitas erga Deum: fiducia in eodem: Constantia in euentibus: & in dolore, humanitatis sensus prudentissimus. Fundata Societatis, fundatorisque nostri Prærogatiua.

CVm vera atque germana charitas in proxi- 465.
mos, ex charitate erga Deum oriatur: satis ex amore proximorũ, amorem suum in Deum, probat Ignatius: huius tamen, vnum tantum, vel duo monumenta, ex innumeris, apertissima, huc adducam. Dum regulas de paupertate Societatis scriberet, pariter in secreto codiculo, quæ lumina, & reuelationes, affectúsque cœlitus combiberet describebat: quos inter, hic mihi singularissimus adnotatur,
quem eiusdẽ verbis habet Orlandinus lib. 10. n. 62. Orlandin.
Subiit cogitatio, quid si Deus me ipsâ in gehennâ collocaret? hîc verò inquit, duo mihi offerebãtur: ex vna parte cruciatus, quos eo loco perferrem, ex alterâ, maledicta in Deum, quæ audirem, in priorem, non poteram mihi dolorem repræsentare, neque iis cruciatibus commoueri: atque ita videbatur mihi, multò acerbius fore, in sanctissimum Dei nomen, audire blasphemias. An non hæc sobria, diuini est amoris ebrietas reputanda? vnde enim gratissimus Deo Ignatius, aut quorsum in inferno collocãdus? Charitatis suæ ardorem, non tam ostentans, quam ventilans, & ipsâ ventilatione amplius accendens Apostolus, sic ad suos, post multa. *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, &c. neque altitudo, neque profundum, poterit nos separare à*
charitate Dei. Rom. 8. v. 38. Suppono cum Theodo- Rom. 8. v. 38.
reto citando, *altitudinem* in hoc loco, de cœlo, Theodor.
eiúsque incolis, atque deliciis accipiendam: Sicut *profundum*, de inferno & eius cruciatibus explicandum. Sed quò raperis Paule? quidve impossibilia connectis? Incolæ ne cœlestes, charitatis violationem vsquam poterunt pertentare? tu ne charitate adornatus, inferni cruciatibus addiceris? quid ergo victoriam polliceris, ab hoste nunquã aggressuro, reportãdam? Nesciuit, nec potuit aliter illa amoris purissimi ebrietas explicari: neque valuit aptius.
Theodoretus orat. de charit. ita. *Omnia enim examinasset, & comparasset, & amori omnia cedere inuenisset,* Idem.
tam quæ sunt molesta, quam quæ sunt iucunda: & charitatis priuationem, eo quod est in gehenna supplicio, acerbiorem ostendisset, quæ, si fieri posset, mallet eum diuinâ

dilectione

dilectione, ſupplicium, cuius mina intentantur, quam abſque eâ regnum, quod eſt promiſſum: ebrius deſiderio, ea quærit, quæ non conſtant: & ea contendit conferre, cum diuino amore. Ardentior foret Pauli charitas, non negauerim, Ignatius tamen ſuam, ſignificantius viſus expreſſiſſe, dum in inferno, non ſolum deponendam negat charitatem: ſed ſub ipsâ ſobrij muſti ebrietate, nec ſibi ſentiendos dolores aſſeuerat.

466. Conſimili charitatis ſpiritu animatus Miles meus, in diſſertatiuncula quadam piiſſimâ, quam cum Laynez ſuo habuit aliquando, *vtrum nimirum ſyncero Christi amatori, eligendum, ſi illi optio fieret, aut ſtatim fœlici morte in cœlum reuolare, aut potius in hac vita, cum æterna ſalutis periculo manere, ſed cum certâ notitiâ, fore, vt viuens gratiſſimum aliquod obſequium Deo præſtaret:* Fatentéque Laynez, ſibi in tuto ſalutem ſuam collocandam: reſpondit aſſeueranter, ſibi alteram partem præferendam: Neque enim, de diuinâ bonitate timeri fas erat, vt illi non conſuleret, qui certæ gloriæ ſuæ interim renuntiabat, dummodo cum eiuſdem periculo, Domino tamen impenſius deſeruiret. Et tamen, is erat tunc Ignatius, cui vita in faſtidio, cui mors vnicè in voto, cuius perpetua ſuſpiria, diſſolui, & eſſe cum Christo: neſcit enim legitima amoris militia, lauream propriam, dilecti ſui obſequio, non postponere. Faciunt in hanc rem, verba D. Greg. Magni hom. 15. in Ezechiel. vbi ita. D Gregor. Magn. *Menti ſponſum ſuum fortiter amanti, de morâ præſentis vitæ, vna ſolet eſſe conſolatio, ſi per hoc, quod ipſa ab eius viſione differtur, aliorum animæ eius verbo proficiant, & ad cœleſtem ſponſum amoris facibus inardeſcant. Mœret, quia differri ſe conſpicit, triſte eſt ei, omne quod aſpicit, quia illum adhuc non videt, quem videre concupiſcit: ſed eſt vt dixi non parua conſolatio, ſi feruens anima differtur, & per eam multa colliguntur, vt tardè cum multis videat, quod ſola videre citius volebat.* Sed adhuc feruor iſte, ad Ignatij feruorem non excreſcit, cui etiam cum proprio periculo, diuinum ſolummodo obſequium æſtimabatur.

467. Propius ad rem noſtram accedit myſtica illa Sulamitis, ſanctitatis apex, idea perfectionis, fuerant huius ardentiſſima vota, in ipſo meridianæ
Cant. 1. v. 7. lucis feruore, reuelata facie Deum intueri, Cant. 1. v. 7. & ecce fœlix illa hora, qua per amoris tenerrimum languorem, è ſæculo ad cœlum commigratura videbatur: tunc exclamat: *Fulcite me floribus,*
Cant. 2. v. 5. *ſtipate me malis, quia amore langueo*, cap. 2. v. 5. Sed quid moliris? cupis diſſolui, & eſſe cum Christo: inſtat mors, & illa fœliciſſima, qua non ſolum amans, id eſt, Deo grata decedis, ſed ipſomet amore, gratior iugularis: & interim duraturæ vitæ, amouendo languori, fulcimenta rogas? rogo, inquit, vt adhuc impenſius Domino in proximis lucrandis adminiſtrem: ipſæ enim lucrandæ animæ, mihi ſolatio erunt & fulcimento, dum licèt periculo meo, pro illis in hoc ſæculo decertauero. Fauet citatus Gregor. ſic ſubiungens. D Gregor. Magn. *Quid namque ſunt flores, niſi animæ bonum iam opus inchoantes, & deſiderium cœleſte redolentes? quid mala de floribus, niſi perfectæ iam bonorum mentes, quæ ad fructum perueniunt boni operis, de initio ſancto propoſitionis? quæ ergo amore languet, fulciri quærit floribus, ſtipari malis: quia ſi illum quem deſiderat, videre adhuc non permittitur; magna eſt ei conſolatio, ſi aliorum profectibus lætetur.* Fauet inquam Gregor. dum beatitudinem ſponſæ, diuino obſequio voluit compenſandam: non tamen implet explicationem, quia de inſtante morte, paratáque beatitudine non loquitur. Aptius ergo Euangelica Sibylla, Magna Tereſia, quæ mecum dubitat, & de obſequio patientiaque pro Christo, reſpondet. Cuius verba repete ex Com. noſtris in Cant. ad hunc locum. Nimirum Tereſia, totum Ignatij ſpiritum, ab eiuſdem filiis altè combiberat. Et pende quid ſtatim v. 6. Cant. 2. v. 6.
addat Sulamitis: *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* quaſi dicat: ſi vt Christo impenſius deſeruiam, beatitudinem certam volo detineri, & adhuc ſub periculis vitæ pro illo decertare: quid non ſperem à fideliſſimo amico ſic tenendam, ne labar, quaſi arctiſſimo eius cuſtodiar amplexu? quo mirè & dogma, & charitas Ignatij explicatur.

Et certè, licèt mirabilior ſit Ignatij charitas, dum 468.
gloriam ſuam, diuino ſic obſequio poſtponit: non tamen deſinit eſſe mirabilis in eo, quod ſub fluctuantis vitæ, in qua manſurus erat periculo, tam certus de diuinâ cuſtodiâ, paratóque dilecti auxilio ſubſiſteret. Animatus charitate Petrus, & conceſſione Christi animoſus, è ſecuro nauigio, calcaturus proſilit fluctus periculoſos: inſtat ventus, glomeratur procella, & *timuit* Apoſtolus eum iam cœpiſſet mergi. Matth. 14. v. 30. tunc exclamat, Matth. 14. v. 30.
Domine ſaluum me fac. v. 31. Sed ſi iubente Domino v. 31.
mare perambulat, cur timet? Si timet, quaſi diffidens Domino, quid eiuſdem auxilium implorat? reſpondet D. Maximus, (ni fortè D. Ambroſ.) ſerm. D Maxim.
de nat. Apoſt. *Quid illum tantopere dicimus trepidaſſe, cui pia trepidatio ſua, maiorem profecit ad fidem? vt enim credidit Petrus imperio Domini ſui, poſſe ſe fluctibus ſuſtentari, ita nihilominus dum mergitur, credidit ipſius Domini ſui virtute ſaluandum. Verè beati Petri, & dum trepidat, mirabilis fides, quam nec pereuntis, potuit turbare fortitudo: clamando enim dum mergitur, Domine libera me, de ſe diffiſus eſt, non de Domino dubitauit. Ne quis ergo timorem hunc, glorioſiſſimi Petri ducat in vitium, quoniam timor iſte, quamuis primam eius turbauerit fidem, confidentiam tamen in eo, reparato credulitatis ornauit.* Quaſi ideò permitteretur à Deo, initio trepidare, vt egregium poſtea opus fidei ederet firmioris, quæ nec vrgente iam perituri periculo potuit perturbari, ne ſalutem à Domino ſperaret. Magna quidem Ignatij fides, qui è ſecuro, in fluctuantem vitam deſcenſurus, ſecuriſſimam à dilecto opem ſibi pollicebatur.

Ex hac in Deum feruentiſſimâ charitate, fidu- 469.
ciáque ſecuriſſimâ, generoſos illos ſpiritus combibit Miles noſter, vt nunquam à firmo conſtantiæ gradu, quod in militiâ hac cœleſti rariſſimum eſt, poſſet dimoueri. Mirum dictu! nullus vnquam illum, quidquid varius euentus tulerit, mutato vultu conſpexit. Multa in rem hanc grauiſſima exempla cumulat eius hiſtoria; quæ inter, grauiſſimum mihi illud, de quo ita Ribadeneyra Ribaden.
lib. 5. cap. 1. *Dum ægrotaret, admonitus à Medico, ne ſe angoribus daret, néve triſtioribus rebus occuparetur: cogitare attentè ſecum cœpit, num res tam noua, & acerba ſibi poſſet accedere, quæ ſe moleſtiâ aliquâ afficeret, & perpetuam animi ſerenitatem perturbaret: hæc cogitanti, illud quod maximè inſidebat animo, ſolum occurrit, ſi quomodo Societas noſtra diſſolueretur. Progreſſus eſt longius, & vt ſe excuteret, ac diligentius pertentaret, quæſiuit ex ſe, quàm diuturna hæc moleſtia, futura eſſet? Statuebátque, ſi hoc nullâ culpâ ſuâ eueniſſet, poſt quartam horæ partem, quam in oratione poſuiſſet, ſeſéque collegiſſet: Se, ſi quid ex ea re cœpiſſet moleſtia, facilè depoſiturum. Etiamſi vniuerſa, inquit, Societas deleatur, & tan-*

quam

quam sal aqu à dissoluitur. Quæ animi constantia, vt exactius ponderetur, attendendum est, quid Ignatius, quid vir egregius per triginta ferè annos, in Societatis fundatione laborasset:& qualis iam Societas floreret. Nimirum illius immensos labores, tota eius historia, vltra humanũ virtũ,deprædicat. Societas per orbem diffusa vniuersum, in duodecim iam Prouincias efformata alumnos vndequaque conspicuos nutriebat,quorum Xauier totũ Orientem fidei Sacramento addicebat. Canisius Germaniam reuocabat ab hæresi,publicè eius Apostolus, appellatus:Laynes Tridentinum Concilium sic fouebat, vt quia interim quartana febri laborabat, sessio in diem salutis deferretur, statuentibus Patribus absque eius suffragio,nihil diffinire. Hispaniam Faber illustrabat:vt alios consimili vigore in Gallia,Italia,Africáque florentes,nunc subticeam. Et tamen hæc Societas delenda vt sal aqua, nihil adhætentem diuino nutui,Ignatium commoueret.

470. At quamuis præsentem Societatis statũ,talẽ cerneret,fortassè eiusdẽ futura incrementa ignorabat: Vnde minus eiusdẽ gloriam æstimatet?imò potius in Maurezæ antro, vt eius fert historia, diuturno illo & stupendo octo dierũ raptu,aliisque similibus illustrationibus totius Religionis tenorem, ordinem,& progressum,cœlitus didicerat: vnde & Societatem,diuinũ quodammodo opus augurabatur.

Tertull. De Moysis Pentateucho locutus Tertull. sic habet lib.de Animâ,cap.26. *Multo antiquior Moyses,etiam Saturno, nongentis circiter annis: certè diuinior multo, qui decursus generis humani,ab exordio mundi quoque, per singulas natiuitates nominatim, temperatimque digessit:fatis probãs diuinitatẽ operis,ex diuinatione vocis.* Quot prophetias multo ante Societatis fundationẽ,(legũtur multæ,)edidit Ignatius:tot erãt operis futuri excellẽtiæ monumẽta:& si fas dicere,præuia fũdatoris diuinatio,fundãdæ Religionis diuinitatẽ qoodammodo,ostentabant.Et tanto deleto opere, Ignatij spiritus non conturbatur! O hominem te dixerim,in aliquid supra homines appellandum?

471. Illud enim in hac re mirandũ magis ,tam multa in hoc raptu de Deo,de se,déque religioso suo ordine Igoatio infusa, aliisque illustrationibus diuinitus communicata: talis fuisse generis,vt fateretur ipse apud suum Ioannẽ de Polanco,ineffabilia esse: neque de acceptis,millesimam partem,ob auditorũ incapacitatẽ,humanã linguã posse explicari. Rapitur Paulus ad tertiũ vsque cœlũ docetur prædicator gentiũ,& altissimis mysteriis imbuitur.Descẽdenti, (sic possumus imaginari,) accedunt gratulabundæ creaturæ ob accepta:rogantes Discipuli, vt saltem secum reliquias condiuidat, expromat aliquid, de tam multis, in æternitatis conuiuio degustatis:ille tamen,*audiuit arcana verb.a,quæ nõ licet homini loqui.*

1.Cor.12. v.4. 2.Cor.12.v.4.quorsum ergo,inquis, ascendit? imò cur descendit saturus iam Magister,discipulos ieiunos relicturus?imò propterea:probabat enim Paulus vitam,doctrinámque suam,& Ecclesiarum quas fundabat ædifi ationem,plus quam humanas esse, si ipse plusquam homo probaretur: necessario autem putandus plusquam homo,qui à Deo mysteria homini non loqoenda, acceperat. Eusebius Galli-

Euseb.Gal. canus hom.in natali Apost. *In paradiso quoque arcana verba panduntur,quæ non licet homini loqui: quæ cum ita sint,penè supra hominem est,cui creduntur eloquia homini non loquenda.* Plusquam homo putandus Ignatius,qui sic Deum habuit diuinorum creditorem,vt mysteria,dictu impossibilia perciperet apud homines,supra humanúmque ædificatæ Societatis opus probetur, quando illius Idæam & progres-

P.Pinto Ramirez S. Script. Selecta.

sum,in illã reuelatione concipit eius Auctor,vnde interim supra homines comprobatur.

Adhuc mendicus apud Belgas stipẽ collecturus degebat Ignatius, cum forte ab amicis Hispanis exceptus,iuuenem assidentem,familiarius compellauit: *Et cur iam hinc*, inquit,*non agamus amicissime, quando te in collegij Societatis fundatorẽ,a Deo electum probè noui?* quæ verba Methymnensis collegij nostri fundatio ab eodẽ iuuene assũpta,exitu certissimo, verissima comprobauit.Et quid hoc erat aliud,quã Societatis suæ alumnos,nondum editos,nec propemodum somniatos, iam tunc Amico nobili commendare?aut quid hæc commẽdatio,nisi cum certã auctoris diuinatione , operis quodammodo diuinitatem exprimebat? Commẽdaturus Christus Petro oues suas,id est,cæteros Apostolos,quos in parẽtes fidelium designabat Ioan.21.v.17.prius ipsos generandos per Euangeliũ fideles commendauit,dicens bis:*Pasce agnos meos*.v.15.& v.16. & quorsum hæc commendatio prolis,nondum editæ?quorsum tam præsens cura,sobolis iam tunc futuræ?Credo vt diuinitatẽ operis,vocis diuinatione testaretur,dũ præscius futura germina recognoscit.Fatet Chrysol.serm.6. *Commendat oues,ouium commendat germina: quia fœcunditatem gregis sui, Pastor præscius nouerat iam futuram.* Prætereo innumera,quibus Iesv suo simillimus Ignatius,Societatis suæ fœcunditatem futuram, præscius agnouisse declaratur:quámque præclarum opus hoc futurum:& tamen eodem si fortè deleto ,non commouendum Ignatium , quis non stupet? Sed est hæc perfectionis summæ,ad quam deuenerat iam Ignatius, conditio gloriosa. 472.

Ioan 21: v.17.

D.P.Chrys.

473. Diuitiarũ sarcinis,ouium gregibus, dulciorique coniugũ, & filiorũ onere impeditus Iacob, ad Patriam remeauit:Vbi Esaũ degebat ab vtero sibi infensus,& insuper vili Maiotatuũ venditione,furtiuáque benedictionis præoccupatione exasperatus. Ergo familiã in duas turmas subdiuisã,paratisque, leniendo si fortè,fratris furori,muneribus:cum videretur Iacob per totã noctẽ vigilias actutus,quo imminens periculum euitaret: securus tamen omnium,inter tot fluctus,quasi in statione placida,soporatur:*Cũnque dormisset ibi,nocte illã*:Gen.32.v.13. Somnus ne iste, à conceptã tristitiã torpor magis: an supina ignauæ mentis incuria appellanda? O quid agis? euigila Iacob:adest frater,quouis hoste truculentior,quot expedit satellites, tot lupos, tot parat plagiarios, qui greges tuos, aut abigant, aut occidant.Et tamen dormit. Heus tu,Mesopotamiæ bona,quæ congessisti:tot pretiosæ sarcinæ,supellex diues,iam hostibus deueniunt in prædam, & ludibrium!At ille dormit adhuc. At sanè,iam hinc non dormies, mi homo:instat hostis, Rachelem tuam, crinibus tracturus,& puppum quem in pupillis geris,scopulo Iosephum allisurus.nec tamen ita euigilat Patriarcha:quid ita?quia iam se,suáque omnia Domino commiserat , prudenter quantum in se fuerat re digestã: de cætero,spiritu imperturbabili perseuerat, perfectæ sanctitatis fere apicem testaturus. D.Ambros.lib.2. de Iacob, cap.6. ibi. *Perfecta virtus habet quietis tranquillitatem,& stabilitatem,&c. perfectorum est enim, non facilè mundanis moueri, non turbari metu, non exagitari suspicione,non terrore concuti, non dolore vexari: Sed quasi in littore tutissimo aduersus insurgentes fluctus sæcularium procellarum, mentem immobilem fidã statione placidare.* Genes.32. v.13.

D.Amb.

474. Iam quæcumque habuerat Iob,dæmõ fuerat demolitus,quæ inter filiorũ obitus, magis dolendus. de quo tragicè elegans D. Zeno ferm. de eodem. *Tectis labentibus, illam sanctissimam fratrum cohortem* D. Zeno Veron.

 sepelit,

ſepelit, ante quam iugulet, taléque commentus impietatis excidium, vt in illâ vnius funeris turbâ, paternus dolor non ſufficeret orbitati, cum neſcit quem primum plangat, quem priorem inueniat, cui primum iuſta crudi funeris ſoluat. quo nuntio accepto Dei ſeruus ſcidit veſtimenta ſua: non vt Dei inuidiam faceret, ſed vt expeditius cu vi hoſte pugnaret. O quam multiplex in vno totius Societatis funere, tumulandorũ turba, quateret Ignatium! & tamen interim orbitati, cui nullus dolor paternus ſatis foret, mira conſtãtia pectoris ſufficeret: & in illa ſtrage, vbi neſcires, quidnam prius veniret lamentandum, nec leuem Ignatij gemitum prænotares: qui non tam Deo faceret inuidiam querulus, quam ſtrenuus ad nouam ſe palæſtram inſtar Iobi, cum dæmone appararet. Certè faſtigium eſt hoc ſupremum, vel ipſo Deo iudice, ſanctitatis. Quam multa Iobi encomia, cum
Iob 1. v. 8. dæmone agens, Dominus expoſuerat, c. 1. v. 8. cum quo tamen poſt prædictam ſtragem denuò expoſtulans, eadem prædicta pari tenore commemorãs, nouum innocentiæ titulum ſuperaddidit. *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & rece-*
Iob 2. v. 3. *dens a malo, & adhuc retinens innocentiam.* cap. 2. v. 3. Nunquid & antea, non innocens Iob? erat quidem, ſed nunc longè præclarior eiuſdem innocentia radiabat: vt vir iſte, non vtcumque iuſtus, ſed quaſi ad innocentiæ ſtatum fœlicisſimũ reductus videatur:
D. Ambr. & cur ita? D. Hieron. epiſt. ad Theophil. ita reſpondet. *Exultans Dominus in victoria famuli ſui, & illius patientiam, ſuum ducens triumphum, dixit ad diabolum: animaduertiſti, &c. Pulchrè addidit, & adhuc perſeuerans in innocentiâ: quia difficile eſt preſſam malis innocentiam, non dolere; & hoc ipſo fide non periclitari, quod ſe videat iniuſtè ſuſtinere, quod patitur.* Tu pende, quam grauior apud Ignatium, totius foret Societatis iactura, quam iſta familiæ ſuæ, apud Iobum: & inde militis mei conſtantiam dimetire.

475. Sed neque caret myſterio, quod præſentiret & fateatur Ignatius, ſe ſaltẽ ad horæ quadrantẽ, fore commouendum: ſic quippè neceſſe erat: ne ab aliquibus ſtupidus, nec tam homo, quam hominis putaretur ſtatua: néve ab aliis pluſquam homo, & ferè Deus, quem iam humana non attingerent, crederetur: & vtrumque ratio meriti Iobi, nobis exempli pondus deperiret. Audito nuntio de filiorũ ſtrage,
Iob 1. v. 20. commouetur Iob, *& ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite, corruens in terram, adorauit.* c. 1. v. 20. At nonne ſpecioſiorem triumphum, de patientiâ ſuâ, Deo exhiberet, ſi immobilis & inſenſibilis, nullo dato per-
Olymp. ſiſteret doloris ſigno? abſit: Pulchrè Olympiod. in Catenâ: *Credibile eſt, ob ſuperiores narrationes, cum tacita cogitatione verſantẽ rerum euentus, admiratũ fuiſſe: Vbi verò de tanta, ac tam ſpecioſa ſobolis, ſubito audiuit interitu, ne doloris, communiſve ſenſus expers videretur: quod debetur naturæ largitur, veſtémque diſcindit, ac comam ad ſpeciẽ luctus tondet; neque enim victoriâ quis iccirco potitur, quia non patitur, ſed ideò, quia cum patitur, animo perfert inuicto.* Talis erat, ſed in re longè grauiori, militis mei victoria: neque enim glorioſus inde miles, quod vulneris altioris, dolores minimè ſentiat: Sed quia dũ ſentit, ſtat in gradu ſuo, neque mutato ordine, immobili ſtatione perſeuerat: pariter & doloris ſenſum, & ſpiritus diuinam exhibens
D. Ioann. Chryſoſt. philoſophiam. D. Chryſoſt. ibid. *Quod veſtem diſciderit, comámque totonderit, haud mireris: pater erat, & pater filiorum amans, naturæ condoleſcẽtis ſenſus oſtendendus erat; animi quoque philoſophia, minimè occultanda. Niſi enim illud feciſſet, ſuſpicatus forſitan quiſpiam eſſet, eius philoſophiam, à communi ſenſu humanitatis abhorrerè. Ita eodem tempore, decuit & naturæ viſcera, & philoſophiæ præſtantiam indicari: & eius animum, ob vim doloris, ad nullam peruerſitatem, prauitatémque deferri.*

Non tamen ſatis eſt, ſi iuſti homines ſe ſenſibiles, ſed conſtantes exhibeant, ne fortè ſtupidæ ſtatuæ reputentur: poſſent enim aliunde tales haberi, vt iam vltra naturæ humanæ ſortem putarentur à Deo conſtituti, neque aliquid cooperatrici virtuti ſuæ, ſed totum eorum robur, ſingulari alicui gratiæ, & nouo priuilegio, quo inſenſibiles redderentur, tribuendum: quod nec illis ad meritũ, neque nobis proficeret ad exemplum: ideò citatus Chryſoſt. ibid. de eodem, ita. *Caue putes Iobum ſuperatum fuiſſe, quia id feciſſe dicitur: imò verò hoc ipſum factum, illius comprobat victoriam: niſi enim illud feciſſet, dixiſſet quiſpiam, malorum ſenſum omnem, ei planè Deum eripuiſſe.* Moueatur ergo tantiſper Ignatius, cedat humano affectui, ne à Deo inſenſibilis effectus credatur, neque tam de cooperatrice virtute, quã de nouo quodam priuilegio vincere putetur: quo, plus quam homo, minus aptum nobis exemplar proueniret. 476. Idem.

Defunctâ dilectiſſimâ vxore, addit Scriptura de Abrahamo: *Venitque Abraham, vt plangeret, & fleret eam.* Gen. 23. v. 2. vbi illud quæſo mihi pende, hunc eſſe, ſanctiſſimum illum Patriarchã qui paulo ante cap. 22. nullo exhibito doloris ſenſu, immolaturus filium gladium arripuerat. Nunquid Saram anniculam, ordinario, & debito fato functam, impéſius quam filium, ſpei tantæ depoſitum, tot editum miraculis, in tot poſteritates nutritum, in ipſo ætatis flore tunc degentem, & ab ipſomet Patre acerbè trucidandum, impenſius diligebat? quis crediderit? cur ergo per huius deſpectum, illius funus ſic ploraт ambitioſè? Quia prudens timuit, ne fortè quam in priori euentu conſtãntiam exhibuerat, aut ſtupidæ inſenſibilitati, aut participatæ diuinitati, qua præſtaret hominibus, homines attribuerent: ideò in ſecundo euentu, ſe humani ſenſus participem oſtendit. Guillelmus Hamerus ibi. *In hoc Iſaac ſacrificio, Abrahæ animum planè mirati ſumus, vt adamantinum, & τὸν ἀπαθῆ: nec immeritò, qui ſiccis oculis, & duro vultu, filij prædilecti ceruicibus gladium intentare ſuſtinuerit: Sed diuini præcepti amor, omnem paternam indulgentiam excluſerat. Cæterum ne putaremus, illum hominem non fuiſſe, vel humanos affectus ab illo alienos fuiſſe: tradit iam ſcriptura, eum humani ingenij, manſuetique animi hominem fuiſſe, cum illum plorantem & flentem inducit, idque in funere prædilectæ vxoris Saræ.* Diuini beneplaciti amor, omnem propriæ voluntatis diſplicentiam excluſerat ab Ignatio, ne in delenda ſi fortè Societate diſſentiret: aliquem tamen breuiculo ſpatio doloris ſenſum exhiberet, ne aut inſenſibilis ſtatua, aut vltra homines, diuinus ab ignaris crederetur: nec aliter glorioſiorem victoriam miles noſter cœleſtis reportaret. 477. Gen. 23. v. 2. Gen. 22. Guillelm. Ham.

§. XIII.

Chriſtus è nuptiis, venit ad nuptias: illius thalamus, quibus cuſtodiendus tradatur: & quàm horum induſtria fœcundetur. Ignatij peregrinatio: Eiuſdem à Deo Patre, ad filium commendatio; & quam impensè, à Xauerio ſuo coleretur. Breuis ad Societatis IESV alumnos, adhortatio.

REdeo iterum ad Lucam, qui hueuſque ſub militari metaphorâ nos deduxit: Ergo ille poſt- 478.
quam milites cœleſtes baltheo præcingit, & ſtellatâ exornat

exornat armaturâ: de eisdem, quot umsiogulos vt
vidisti,ob strenuitatem multis comparauit,sic sub-
Luc.12. iungit: *Et vos similes hominibus expectantibus Domi-
num suum,quando reuertatur à nuptiis*.Si autem quæ-
ras,quónam veniat,hic,qui à nuptiis Dominus te-
D.Bern. uertitur? ad nouas venire nuptias, respondet Ber-
nardus lib.sent.vbi ita. *Homines Deum spectantes de-
bent esse suspensi,quando veniat:dubij,quid eis deferat:
hilares,deuoti,diligentius adornati, ita sperantes in eo,
nuptialem præsentiam, familiarem gratiam, liberalem
munificentiam. Tres sunt species nuptiarum, prima re-
conciliationis, per fidem; secunda adoptionis per spem;
tertia glorificationis perfecta per charitatem.* Atque ab
his tertiis nuptiis, quæ in cœlo, per gloriam per-
fectæ iam charitatis celebrantur,ad terras Christus
reuertitur,alias illas nuptias celebraturus.Præbebit
Apocal.12. v.2. huiusce rei exemplar illustrissimum, Apoc.vbi ita
Ioannes.*Vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam,de-
scendentem de cœlo, paratam, sicut sponsam ornatam
viro suo*.cap.21.v.2.quasi ab aquis,quæ super cœlos
sunt,margaritas,baccatáque monilia deferret; au-
rum à cœlestibus fodinis erueret:& peplum è sole
purpureum mutuata, lunam interim formans in
cothurnos, & stellis in diadema radians, sponsam
se comptissimam exhiberet,sponsi Dei oculos alle-
Idem. ctura: sed mirum,quod statim subditur: *Et audiui
vocem magnam de throno dicentem: ecce tabernaculum
Dei,cum hominibus:& habitabit in eis*. Sed quid hoc
rei? Si ipsa ciuitas,tabernaculum est,vbi homines
cum Deo habitabunt: quomodo in ipsis,dicitur
Deus hominibus habitaturus?parum id: difficilius
aliquid insurgit. Si quod Deus inhabitat ciuitatem,
illa sponsa dicitur:ergo turba hominum,quæ Deo
in habitaculū assumenda dicitur, etiam ad sponsæ
dignitatem credetur euehenda. Quomodo ergo
quæsitum venit sponsam, qui iam sponsam aliam,
secum defert? quomodo qui sic odit virum in lege
gratiæ duas simul habentem vxores: nunc sub eo-
dem tempore bigamus commendatur? vbi verissi-
mum illud oraculum, quo se in Cant. iactat Deus
dicens: *Vna est columba mea*? Sed non turbemur,
inquit idem Bernardus serm.27. in Cant. nescit
enim à nuptiis reuerti Christus, nisi alias nuptias
contracturus:ideò tamen cœlestem sponsam secum
defert,vt ex hac,& terrena alia,assumenda, medio
charitatis vinculo,vna tantummodo sponsa efforet-
D.Bern. metur. Pende verba S.Doctoris, qui sic concludit.
*Cum haberet sponsam inhabitatem sibi à principio,mul-
titudinem Angelorum: placuit ei, & de hominibus
conuocare Ecclesiam, atque vnire illi, quæ de cœlo est:
vt sit vna sponsa,& sponsus vnus.*

479. Vnde ergo,inquis,ad rei militaris metaphoram,
in verbis Lucæ hucusque explicatam, nuptialis fe-
stiuitas apta venerit? quia nimirum sic milites suós
armat Christus,vt illos in sacratum nuptiarum cu-
stodes, & virginei partus designet cubicularios.
Vnde de his præcinctis nostris,quos hucusque mi-
litari baltheo cinctos explicaui, sic subdit ibi
Guillelm. de Cail. Guillelmus de Cailloë apud Godefrid. *Tenemur
etiam lumbos præcingere, id est, præaliis cingere, qui
virgineo partui, spirituales quodammodo cubicularij
credimur deputati, spirituali lumborum & cordium
præcellere castitate. Triplex nobis cingulum, sacra
Scriptura commendat, pudoris, amoris, honoris:
pudoris cingulum, lumborum est: amoris cingulum pe-
ctoris: honoris cingulum, capitis.* Ergo milites sunt
parati, armati, & pacifici custodes nuptiarum:
Vnde IESV militiæ, inde IESV ipsius thalamo
Cant. 3. v.7. ad excubias deputati. Hinc illud in Cant. *En le-
ctulum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt, ex for-
tissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella do-
ctissimi, vniuscuiusque ensis super femur suum: propter
timores nocturnos*.cap.3 v.7.Milites sunt,& thalamo
circunstant: ecqui fœlices isti,qui simul & bellico
stipendio, & pacifico fruuntur congiario? qui sic
armantur Marti,vt adornentur amori?qui ad tha-
lamos,vbi reconditæ contemplationis docet Chri-
stus,sic se doctæ Mineruæ mystas exhibent,vt bel-
latricis Palladis duces videantur?respondet Gelli- Gellibert.
bertus ibi serm. 16. *Non inmerito nunc de numeri
huius disputo ratione, illos tamen videtur figurare, qui
prærogant & iustitiâ operis, & notitiâ legis.* Iustos
igitur, & doctos pariter Ministros, hic intelligit,
æterni Patris Duces, & filij Iurisconsultos, vno
verbo, viros denotat Apostolicos, quos Ecclesia,
cœlestis aulæ milites, & vera mundi lumina, indidem Hymnus.
appellauit. inde enim Lusitania Societatis nostræ
alumnos, Apostolorum titulo appellat.

Perge vlterius, & pende quid de hac ipsâ quæ 480.
nunc in thalamo dormit,scribat Salomon,quando
illam,iam sub vineæ nomine concelebrat: *Mille tui
pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius*.
Cant.8.v.12.dum Ecclesia in thalamo quiescit,imò Cant. 8. v.12.
tanquā thalamus Christi commendatur, sexaginta
numerat,quorum excubiis defensetur;dum verò in
vineam mutatur,iam custodum numerus,in mille,
id est,propemodum innumeros excrescit: & quod
mirum est, in thalamo armantur Milites, vbi to-
gati incessuri videbantur: in vinea vbi armati ex-
cubituri,tunc pacifici dicūtur:vt intelligas Milites
esse qui in euoluendis disciplinis, & componendis
suis, proximorúmque motibus impenduntur: &
aliunde Togatos esse,qui vitiis, hæresi & idolola-
triæ bellâ inferant:& quam fausto pedetentim dum
Ecclesiæ fouendæ student,sic illa eorundem operâ
promouetur: vt quæ instar thalamus,teneras tan-
tum delicias exhibebat,iam inde instar vineæ, ge-
nerosiores edat fructus:vnde est,vt quæ prius sexa-
ginta tantum custodibus,in sui tutamen contenta
erat, iam defendendis tot fructibus, millenos, ac
millenos vigiles requirat.Ideò D.Ambros.ibi post D.Ambr.
alia,componens statum Ecclesiæ vtrumque,custo-
dúmque vtrobique diuersitatem,sic concludit lib.1.
de virgin. *Creuit numerus, vbi creuit & fructus: quia
quo sanctior quisque, eo munitior.* Nullibi Ignatij no-
stri, Societatísque eius, significantius stemma af-
ferri queat. Fundat Ignatius Societatem suam ex
militibus religiosis, & pacificationibus militari-
bus,quibus suo modo conueniat,id quod Bernard. D.Bern.
serm.ad milites de Templo,cap.4.sic scripsit. *Miro
quodam,ac singulari modo cernuntur,& agnis mitiores,
& leonibus ferociores,vt penè dubitem,quid potius cen-
seam appellandos, monachos videlicet, an milites; nisi
quod vtrumque forsan congruentius nominarim, quibus
neutrum deesse cognoscitur,nec monachi mansuetudo,nec
militis fortitudo.* Interim in præsentem Ecclesiæ
sponsæ statum, oculos suos mittit Paulus Tertius,
Summus Pontifex,Societatémque nostram sic cō-
firmat,vt sexaginta tantummodo, religionis albo
adscribantur: quasi isti tunc satis,sacro Salomonis
thalamo adscribendi: sic Societas anno 1540.sta-
bilitur.Sed ecce paulo post,anno videlicet 1543.in
eandem Ecclesiam oculis coniectis, videt Paulus,
virtutibus litterísque Ignatij, eiusdem laboribus
gloriosissimis alumnorum, eandem Ecclesiā vber-
rimis prouectā incremētis,vt iā quæ thalamus fue-
rat,in vineā frondescere videretur:videt Orientem
luce fidei melioris vestitū,Occidentē virtutibus re-
nouatū:Aquilonē ab hæresi penè purgatū: & rore
gratiarum madentem iam Meridiem:Romam suam

virtutis & pietatis operibus renouatam:ſtabilitam religione Galliam: Hiſpaniam charitate flagrantem: & retuſis Lutheraniſmi ſpinis Germaniam reſpirantem: vexillóque Crucis, Indiam, Malabaricámque regionem, radiantem: qui ſi diutius viueret, videret Iaponiam & Chinam iam Chriſto militãtes: Guineam baptiſmo dealbatam: & Orientalem Æthiopiam Catholicis ſubiectam Patriarchis: hilaris ergo & exultans: priori limitatione ſublatâ, iubet ſexaginta illos, in mille ac mille excreſcant: quaſi iam totidem forent neceſſarij, vt comparatos denuò Eccleſiæ fructus, ſeduli cuſtodirent: nam qui thalamo ſexaginta ſatis fuerant, vix milleni & milleni vineæ ſufficerent.

481. Vnde iam capio, cur Ignatij vita, ſic à Deo diſponeretur, vt ille totam fere Europam inambularet, & in Solimytanâ peregrinatione, non minimam Aſiæ partem perluſtraret. Annuntiatâ Iſraëli fame, delitebat Elias iuxta torrentem Charit, à coruo paſtus: ad quem tunc Deus: *Surge & vade in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt paſcat te* 3.Reg.17.v.9. nunquid erat difficile Deo, ariditatem torrentis prohibere, aut corui miniſterium prolongare, vt Propheta in eodem loco aleretur? nugæ. Cur ergo in tam remotam cogitur peregrinationem? reſpondet D. Chryſoſt. tom.6. orat. de Pet. & Hel. *Hoc autem qua diſpoſitione Deus effecerit, velim audias: quoniã videlicet neſciebat Elias, quomodo apud alias nationes ſe res haberet: cum enim in vno loco ſederet, neque orbis terrarum calamitatẽ videre poſſet, quomodo omnia areſacta eſſent, fontes, fluuij, plãta, arbores,* &c. *cum inquam hæc ignoraret, & volucrum, aliarúmque rerum omnium interitum, puerorum mortẽ, & matrum eiulatus, tantam denique orbis terrarum calamitatem neſciret: excitans illum Deus fecit, vt multam terram peragraret, illinc ad Sidonem vſque proficiſcens: vt ita ſaltem cum vidiſſet Elias, quo pacto ſe res haberent: rogaret deinceps Dominum ſuum, vt pluuiam dare vellet.* Peragrarat iam Ignatius Hiſpaniam, Galliam, Italiam, partem Aſiæ: cum deinde ſtudiorũ cauſſa Lutetiæ immorans, nec vnde vitam aleret inueniens, cogitur bis in Germaniam inferiorem, atque ſemel in Angliam ſtipis cogendæ cauſsâ proficiſci: poterat quidem facilè Deus, illi ad tenuiſſimos ſumptus neceſſaria, Lutetiæ miniſtrare: voluit tamen, vt omnes has prouincias videret, vt Eccleſiæ calamitatibus conſpectis, ad Societatem fundandam, alumnóſque ſuos per orbem diſpergendos vrgeretur: quorum induſtriâ, Deo auſpice, ſterilis tunc Thalamus, in vineæ frondeſceret, vbertatem. Quæ quàm ſint vera, non aliunde melius deprehendes, quã legẽs Ribadeneyram lib.2.c.18. vbi fuſiſſimè, qualis paulo antè, & paulo poſt Ignatiũ, foret Eccleſia deſcribitur: ibi intelliges, quàm interim, nonis quodammodo Apoſtolis, cõtra dæmonis Pſeudo-prophetas, certè Apoſtolicis viris opus eſſet.

3 Reg 17. v.9.

D Ioann Chryſoſt.

Ribaden.

482. Et quidem licèt ex inſtituto, operibúſque Societatis noſtræ, ſatis Apoſtolicum quendam ordinem, editum ab Ignatio cognoſcamus: libuit id aliunde, amœniori modo augurari. Appropinquabat iam ad vrbem Ignatius, Societatis ſuæ iacturus fundamenta, cum in templum deſertum & ſolum ingreſſus, orationi impenditur ardentius: ibi, mutato corde, mentíſque oculis clariſſimâ luce colluſtratis, videt quomodo Deus Pater, Deo filio Crucem geſtanti, Ignatium ſocióſque peramanter commendabat, in eiúſque dexteram inuictam, & patrocinium tradebat: quos cum benigniſſimus IESVS in ſe recepiſſet, blando placidóque vultu, vt erat cum Cruce, ad Ignatium conuerſus ait: *Ego vobis Romæ propitius ero*, &c. Quæ Ribadeneyra penè eiſdem verbis habet lib.2. cap.10. Quæro ergo cur Deus Pater, Deo filio Ignatium & ſocios commendaret: cùm quà Deus, idem cum filio: & quà talis perſona, patris quidem potentiæ, & amoris? & quidem, (ſi fas coniectare,) credi poſſet, piiſſimam quandam mutui honoris concordiam, inter Patrem & filium, hìc interceſſiſſe. Commendarat olim filius apud Ioan.18 à v.3. Apoſtolos ſuos Patri: non quod ipſe eos tueri non poſſet: ſed vt ita honorẽ Patri arrogaret. Viciſſim igitur in hoc loco Pater filio Ignatium, & ſocios commendat, non quod his ſeruãdis eſſet impotens, ſed vt filio mutuum honorẽ impendere videretur: quaſi, (licèt non eſſent hi Apoſtoli,) parum ab Apoſtolorum inſtituto diſſiderent: Apoſtolicis veſtigiis, prout gratia concederet, inhæſuri.

Idem.

Ioann. 18. v.13.

Chriſti geſta, atque curam eiuſdem, erga Eccleſiam, deſcribens Paulus, ſic concludit: *Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo, & Patri.* 1.Cor.15.v.24. quaſi in Eccleſiæ militantis, id eſt, in mundi fine, filius Regnum, atque coronas ſuas, ſuauiſſimo ſit Patri traditurus. Sed quid? Spoliabitur ne Chriſtus propterea principatu: nec eiuſdem cum Patre throni, particeps reputandus? abſit: Sed quemadmodum Pater non ſe ſpolians, ſed filij honori conſulens, omnia illi in manus dicitur tradidiſſe: Ioan.13.v.3. ſic viciſſim Chriſtus, non ſe regio priuans, ſed paterno conſulturus honori, eadem illi dicitur traditurus. Chryſoſtomus in Ioan. in cat. Græc. Corder. ita. *Cum verò traditionem audis, nihil humanum ſuſpiceris: honorem enim erga Patrem, & concordiam denotat: quemadmodum enim Pater ei tradidit, ita & ipſe Patri: & hoc indicat Paulus dicens: cum tradet regnum Deo & Patri.* Sic quodammodo in re noſtra: tradidit olim Chriſtus Apoſtolos Patri in curam & patrocinium, viciſſim ergo Pater ſuauiſſimâ honoris concordiâ, in dextram filij inuictam, ſecuriſſimúmque patrocinium tradebat Apoſtolicos hos viros, licèt impares gratiâ, munere tamen conſortes. Commendabat verò præcipuè Ignatium tanquam Ducem, à quo non reliquorum virtutes quodammodo pendere, cui vni reliquorum egregia facinora, rectè tribuenda: Sicut vice verſa Chriſtus, Patri Petrum, Luc.22.v.32. Singularius tanquam cæterorum Principem commendaret. 483.

1.Cor 15. v.24.

Ioann.13. v.3.

D Ioann. Chryſoſt.

Luc. 22. v.32.

Iam verò eum fuiſſe Ignatium, à cuius ſpiritu, cæteri omnes pendere ſe agnoſcerent, cuique operũ ſuorum fructus, Deo auſpice, in acceptis referẽdos, intelligerent: vnius Xauerij, (qui inter ſocios, illuſtrior ſplendeſcit,) geſto, ſatis declaratur: de quo ita Ribadeneyra, poſtquã illius in Oriente progreſſus breuiter inculcat, ſic ſcribit lib.4.c.17. *Epiſtolas, in genua procumbens, præ reuerentiâ ad illum ſæpè ſcribebat: conſilium petebat & documenta, ad Indorum conuerſionem, & quibuſdam in litteris ait, ſe quidem hæc, ab Ignatio petere, ne ſi id facere prætermittat, grauiter à Deo puniatur, propterea quod ſpiritu illo & luce ſanctiſſimi Patris ſui, ac Magiſtri, ad tot gentium ſalutem, non eſſet vſus. Contra verò omnium tempeſtatum vim, & periculorum incurſus, nomine ſe, atque interceſſione Ignatij muniebat: appendebátque collo, quaſi ſcutum firmiſſimum, Ignatij nomen, manu ipſius Ignatij ſcriptum, & ſuæ profeſſionis vota.* Lege Xauerij epiſtolas, & notabis, quam frequens ab Ignatio ſuo opẽ imploret, vt in ſpiritu, & virtutibus illius poſſit proficere. Et tamen is erat Xauerius, qui vt noſti, miraculis & prodigiis innumeris orbem obſtupefecit: vt tamen prudentiſſimus erat, paternas potius virtutes, quam miracula æmulari ſatagebat, probè ſciens, hæc ab illis, ſi forent neceſſaria, prouentura. Requieuit quidem 484.

Ribaden.

4.Reg.2. v.9. quidem spiritus Eliæ duplex, in Elisæo 4.Reg.2. vers.9. quia vt notant Interpretes, duplo plura, quam Pater, filius edidit miracula: nec tamen vnquam Elisæus, Eliæ nomine fuit appellatus, nunquam filius pro patre reputatus. Sed ecce longa post sæcula venit Baptista, nulloe dito signo, nullo miraculo perpetrato, & tamen à populis Elias creditur, imò à Christo Domino Elias appellatur. Et cur ita? pende quid Angelus dicat de Baptista: *Et ipse præcedet ante illum, in spiritu, & virtute Eliæ.* Luc.1.v.17. ergo Elisæus, Eliaco miraculorum spiritu: Ioannes vero Eliaca magis virtute, & zelo fulgurabat: virtutes vero potius, quam paterna miracula, filios vberius solent cohonestare, vt ipsimet pro Patribus habeantur. Origenes homil.3. in cap.17. Matth. ita. *Quoniam spiritus Eliæ, & in Elisæo quidem, tantum requieuit: Ioannes autem præcessit ante Christum, non solum in spiritu, sed etiam in virtute Eliæ: ideo Elisæus quidem, non est dictus Elias: Ioannes autem dictus est & ipse, esse Elias.* Satis quidem Ignatij miracula expressit Xauerius, & nonnulla speciosiora, quàm Pater, edidit filius, vtpotè apud infideles necessaria: qui tamen nihil maior, nihil prius habebat, quam Diuum Patrem ad viuum repræsentare: malebat illius virtutibus, quam miraculis in se transferendis studere: à cuius vigore, quasi membrum è capite pendebat totus.

Luc.1.v.17.

Origen.

485. Hinc erat, quod in genua procumbens, quasi adhuc viuentem adoraret, Xauerius ad Ignatium daret litteras, vt vidisti: vt qui ab orbe, quasi Societatis confundator colebatur, orbem aduerteret monens, vnice Patri suo hanc gloriam deferendam: Ignatiumque, vt reuerà fuit, solum tantæ religionis auctorem, solum solem, & quasi numen recolendum. Designato iam tenore, qui in Arcâ, & Propitiatorio faciendis, foret obseruandus: addit sacer textus, *Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies, ex vtraque parte oraculi.* Exod.25.v.18. vbi latè, de horum situ, & apparatu. At ecce Deuter.5. vers.8. sic præcipitur: *Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium, quæ in cælo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis.* Cur enim tam sedulo hîc caueatur, quod supra tam iniungitur diligenter? an non Cherubim sculptis, præcepto huic dominico opponuntur? certè opponuntur: quia tantummodo hic imagines interdicuntur, quibus Idololatriæ inesset periculum: quod tamen in Cherubicis illis statuis, nullum erat. Sed cur, inquis, nullum, si in ipso sanctuario, & iuxta arcam colendam ponebantur? cur non putarent spectatores, illos, simul cum Arcâ, adorandos? quia ipso situ, ipsâ ministrantium alarum extensione, ipso mutuo admirantium instar respectus satis declarabant se ministros potius & cultores Arcæ, quam eiusdem maiestatis consortes: potiusque numinis adoratores, quàm adorandos ibi collocari. Diodorus ibi in cat. par. post alia de præcepto sculptilia prohibente. *At dicat aliquis, quid Cherubim effinxit in adyto tabernaculi? non vtique vt illa adorarentur: sed contra ita appofuit, vt arcam testimonij, tanquam ministri protegerent, & venerarentur.* Qui cerneret societatem in Europâ ab Ignatio gubernatam, eisdem pene institutis (neque enim tunc egregium constitutionum opus, à Patriarcha nostro editum erat) à Xauerio in Indiâ gubernari, vt in historiis nostris annotatur: putare posset, Ignatio Xauerium confundatorem, nisi aliunde videret hunc in genua pro-

Exod.25. v.18. Deut.5.v.8

Didorus.

cumbentem: quo potius Magistri cultor, quàm cum illo colendus exhibetur.

Prius ergo quam ad Xauerium (qui filius Patris tanti est gloria non exigua) deueniam, ad Societatis nostræ alumnos, illa suggero, quæ Eusebius Gallicanus in homil. de laudibus D. Maximi, scripsit aliquando his verbis. *Huius ergo tanti ac tam præclari, quasi vt nos discipulos meminerimus ac filios: rapiat vnusquisque quod potest, de bonis intestati parentis. Hic de hæreditate eius assumat holosericam gestorum varietate pretiosissimam: hic mansuetudinis ac simplicitatis occupet talentum: ille decus pectoris, beneuolentiæ ac sapientiæ monile, sibi vendicet. hic margaritam compunctionis, & thesaurum castitatis inuadat. Licet enim ille locupletissimus Dei amicus, quidquid habuit, integrum secum tulerit: & nobis tamen, si volumus totum relinquitur.* Expressit quidem semetipsum, illustrisque pectoris bona, in Regulis & constitutionibus suis, Magnus Patriarcha noster, quas dum nobis proposuit amplectendas: licet quidquid suum erat integrum deferret, idem tamen nobis, si volumus reliquit: quot lineas in eiusdem libris legis, tot armorum genera, à cælesti milite habes hæreditaria: rape, armare, decerta: vt tandem cum ipso pariter coroneris: ne si à tam glorioso Patre, degener filius degas: sub ignauiæ sordibus, vbiuis fias ludibrium: & ad maiorem infamiam nobile quoddam portentum videaris: vt verè dixeris quod Commodus apud Herod. de parente suo dicebat: *Libentius me commilitonem, quàm filium appellabat: quippe hanc, natura appellationem: illam vero, virtutis communicationem existimabat.* Sic enim cælestis militis filium te probè dixeris, si eiusdem te commilitonem non negaueris. Quod si iubar paterni solis te præstringit: fraternum iam hinc aspicias: ab eodem parente, & in eadem, qua tu scholâ, sic excrescens. 486.

Euseb Gal.

Herodian.

CAPVT III.

Xauerius venator Apostolicus.

§. I.

Apostolicorum venatorum, in prædis insequendis diligentia: Deo aduolant, vt inde aptius ad homines recurrant vitali vulnere capiendos. Xauerij ardor, qui venandis Iaponibus, non dolens, sed cruentus, reptante pene equo, se trahi patitur.

AD conspectum occisi creatoris, intimum doloris sensum creaturæ etiam insensibiles, quasi viua viscerum compassione, exhibuerunt: quas inter etiam Petræ, fidem suam commendatunt, hominum, fide interim, sub impietatis fluctibus, miserè naufragante. Ideo delinquente sole, velo lacerato, tremente terra, apertisque sepulchris, *& petræ scissæ sunt:* Matth. 27. vers.52. exhibenter quodámodo corda blanda, contra quæ ferrum nuper, frustra defatigatum obstupesceret. Cuius rei causam sedulo, vt inuenias, reducenda est in memoriam promissio illa diuina, de orbe, ad Christi aduentum, conuertendo, quæ sic habet apud Ieremiam: *Ecce ego mittam piscatores* Ier.16.v.16 487.

Matth.27. v.52.

multos, & piſcabuntur eos: & poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos, de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. Cap. 16. verſ. item 16. ſi ergo de cauernis petrarum homines eruendi, in quarum viſceribus, imò quarum viſcera duriora, ipſi putari poterant: bene in Saluatoris morte, petræ ſcinduntur: vt ſperent hi ſacri venatores futurum ſibi facile diuini verbi vi, lapidea corda penetrare, quando ipſi lapides, vbi deſiſtere videbantur, in Saluatoris luctu conſcinduntur.

D. Ambroſ.

D. Ambroſ. in Luc. lib. 10. *Petræ ſciſſæ ſunt, vt per prærupta ſaxorum oſtenderetur futurum, quoniam verbi vis, pectorum dura penetraret: quo facilius ex cauis petrarum, illi venatores, quos Ieremias prædixit, Domino venarentur.* En tibi Ieremiæ verba, apertiſſimè declarata, & à Chriſto adhibitum impendium, vt compleantur. Et quidem quàm facile eſt, in Apoſtolis, piſcatores illos promiſſos expiſcari, quos Dominus, hominum piſcatores deſignauit: tam videtur difficile venari, quinam ſint ſubiuncti ibidem venatores: quos nunquam in nouo legeris teſtamento.

488. Igitur non contemnendum operæ pretium duxi, in Euangelio quærere, vnde hæc prophetia impleatur: præſtoque fuit parabola ſeruorum vigilum Luc. 12. vbi ni fallor, non obſcurè venatores deſcribuntur: dumque eadem, ab Eccleſia Xauerio accommodatur: probabo apertiſſimè, non vtcumque Orientalem Apoſtolum (quod Bulla Canonizationis eius conteſtatur) appellandum: ſed eum Apoſtolum, qui ſacri venatoris partes ad amuſſim expleuerit. Et quidem dum in ipſo parabolæ initio præcipitur: *Sint lumbi veſtri præcincti:* apertè ſatis, venatorius habitus deſignatur: licet enim cuiuis miniſterio, fluxarum veſtium præcinctio requiratur, at diſcurſuris huc illuc venatoribus, in primis neceſſaria: vnde eſt, vt nullos veterum, præcinctos venatores non commendet: quin & Dianam venationis Deam, quaſi antonomaſticè, præcinctam, appellabant. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.

Luc. 12.

Ouid.

Talia pinguntur ſuccincta crura Dianæ,
Cum ſequitur fortes, fortior ipſa feras.

Bene ergo præcinguntur ſerui iſti, quaſi venatores, nobilioris generis feras inſecuturi. Prodiit quæſitura Chriſtum, Sulamitis: & vix prodiit, cum exclamat: *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem.* Cant. 3. v. 3. prodit ſecundo, ſed penè perſonata ne agnoſcatur, adhibito ſcilicet vultui palliolo: reprimens credo gemitus, greſſus ſuſpendés, ne ſentiretur: ſed fruſtra: diligentiores nimirum erant hi vigiles, hinc illam non ſolum aſſequũtur, ſed etiam feriunt: *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem: percuſſerũt me.* Cap. 5. v. 7. vbi expende, ibi cuſtodientes vrbem vigiles, hic eandem circumeuntes deſcribi: quaſi olim dum per vicos & plateas incederet, vrbis comitiuam offendiſſe: hic vero excubiis circumcingentibus vrbis incurriſſe, quaſi puella extra vrbis pomærium tunc vagaretur: vtcunque ſit, nunquam prodit, quin ſemper capiatur. Ecqui cuſtodes iſti ſic ſeduli, ſic diligentes? nimirum Apoſtolici venatores, qui huc illuc ſolicitè diſcurrentes, nullam Chriſto non prædam aſſequuntur. Gellibertus ſerm. 45. *Boni & prudentes Magiſtri, vago quodam, & quaſi venatico genere dediti vtuntur: & varios ad mentium ſtatus vertunt ſermones, ſi forte inueniant quem tangant, quem ſtimulent, quem promoueant: ſi quis audientiũ glorietur & dicat: inuenerunt me cuſtodes, percuſſerunt me.* Et pulchrè dixit, *ſi quis audientium glorietur*: quamuis enim quandoque hos tibi cauendos putes venatores, at iam percuſſus gaudes, noſti quippe hæc vulnera, ſalutis eſſe: nec tibi ad damnum, ſed potius ad remedium prouenire.

Cant. 3. v. 3

Cant. 5. v. 7

Gellibert.

489. Hinc Dauid peccatoribus ſeueriſſimas intentans minas: *Vir linguoſus non dirigetur in terrâ, virum iniuſtum mala capient, in interitum.* Pſ. 139. v. 12. ecquæ mala, quæ ſic capiũt, vt non capiát in euerſionem, & interitũ? vnde ſi mala ſunt, ſalutem poſſunt capeis importare: vt hic putaret Dauid, mala hæc, *ad interitũ* eſſe, declarare? nimirum reprehenſiones & vulnera Apoſtolici venatoris, ſub malorum ſpecie, ſalutem importare: à quibus proinde mala iſta *in interitũ* capientia condiſtinguenda putauit Dauid. Clarius Græca θηρεύσει εἰς θάνατον: *venabuntur ad mortem.* Ideo ibi Euthym. *Quoniã venatores perſæpe aliqui, ad ſalutem ſunt: hoc eſt, qui feras capiunt, non vt perdant, ſed vt ſeruent: propterea addidit in interitum, hoc eſt in perditionem.* Si quis venatorũ, fœlici iaculo leonem interficeret, è cuius vnguibus, damulã, eriperet; quam deinde delicioſe enutriret: iam damula liberatori ſuo cederet in prædá: & licet vulneraretur obiter, attamen ſi poſſet, in ſalutem ſe capi fateretur. Gemit colũba, accipitris iam penè vnguibus laceranda: quam dexter auceps miſsâ ſagittâ accipitrem transfigens, ſic liberat: vt cadentem pariter columbam ſibi capiat: an non hæc in ſalutem præda facta, quæ domi ad delicias aſſeruatur? tales ſunt Apoſtolici venatores, qui à tartarei accipitris, ab inferni leonis vnguibus animas eripiunt, vt Chriſto cedant in prædam: quæ licet obiter reprehenſione, & adhibitâ vulneratis pœnitentiâ videantur: id tamen in ſalutem ſibi fieri agnoſcant, & glorientur, neceſſe eſt.

Pſ. 139. v. 12.

Græca.
Euthym.

490. Nec tamẽ hos diſcurſus leues putes, & voluptatis blandimenta, facilique labore captas prædas: quandoque immẽſo ſtant põdere dolorũ: nulloſque non cruciatus, ad inſtar Chriſti, patitur venator Apoſtolicus, vt prædâ hac ſaluandâ perfruatur. Commendarat ſe Chriſtus *lilium conuallium*: & de Eccleſiâ ſuâ ſic ſubiungit: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias* Cant. 2. v. 2. in aſſumpta humanitate paſſus eſt Chriſtus, vt nos diuinitatis ſuæ, tribueret eſſe participes: ideo dum ſe lilium, etiam Eccleſiam liliũ appellat, vt ex nominis tanti cõmunicatione, communicatio gratiæ intelligatur. Cur igitur in hoc loco, non tam ſpinæ & labores memorantur, quos in liberãda Eccleſia, Chriſtus paſſus fuit: quàm ſpinæ, quas inter Eccleſia obrui videbatur: quia perinde erat: ſi enim ſaluandã Eccleſiã adiuit Chriſtus, hæc autem non niſi inter ſpinas morabatur: neceſſario vt illam eriperet, cruentandus erat ipſe liberator: nimirum tanquam fera in ſpinetis, & ſenticoſis ſpelæis Eccleſia delitebat, quam non niſi immenſo labore, venator ille cæleſtis aſſequeretur. Hugo Cardin. ibi. *Fecit Dominus, ſicut canis venaticus, qui feram inſequẽs, caput intra ſpinarum aculeos immittit, non timens exulcerationem, vt feram capiat. Eccleſiam quaſi feram inter ſpinas, id eſt, intra reprobos latitantem extraxit: ſed punctiones ſpinarum, vſque ad ſanguinis effuſionem ſuſtinuit: in cuius ſignum coronam ſpineam portauit in capite ſuper crucem.* Iuſtar ergo Domini ſui, venationes ſacras, per immenſos labores, eidem Domino ſolent excercere.

Cant. 2. v. 2.

Hugo
Cardin.

491. Sed parum eſt, ſic præcinctos vagari Apoſtolicos venatores, vt curſu ſolummodo videantur ſufficere, niſi curſus, in volatum quandoque aſſueſcat. Hyperbolicum hoc eſt in profana venatione vnde Fauſtus.

Aduolat, & preceps curſu venator anhelo, &c. Fauſtus

At

At in nostris, tam verum, quàm quod verissimum. Inter tria illa, quæ quamuis minima, profundo tamen grandia sacramento, Salomon reueretur: vnũ est, qood Hebaicè legitur indeterminstè מתנים
Prou. 30. v. 29. זרזיר id est: *lumboe accinctus*. Prou 30. v. 29. ubscurissimum planè est, quid tandem, in hoc accincto lumbos, significetur. Vulgata versio habet: *Galius succinctus lumbos*. Vatablus cum aliis, *Canis venatorius*. Alij vero, *Aquila accincta*. Ecquis iste accinctus lumbis, qui iam canis venatur in montibus, iam super nubes, aquila aucupatur? certè vir Apostolicus, prædicator Euangelicus: vt ibidem D.
D. Hieron. Hieronym. fatetur: idem habet D. Gregor. lib. 30.
D Gregor. Mag. Moral. cap. 5. qui insuper bune accinctum lumbis Salomonis, ad illos præcinctos lumbis refert quos supradicto loco, Lucas celebrat. Et quidem ita est: debent coim Euangelici ministri, non solum præcincti currere, sed volare: hinc aocupio, inde ve-
D Ambros. nationi studentes. Pulchrè D. Ambrosius lib. 1. de virg. ad finem, commendans virgines quasdam Deo deuotas, quæ se qua ratione poterant, aliarum conuersioni impendebant, sic scribit. *Quod si inuestigandus virginitatis inoleuerit odor (namque prætereus, speculandi venatum pudoris explorant) totis curarum vestigiis, prædam latentem, vsque ad ipsa cubilia, persequuntur. Aut si liberior alicuius volatus affulserit, totis omnes videas assurgere alis, concrepare pennis, emicare plausu, vt casto pudicitia choro cingant volantem: donec albenti delectata comitatu, in plagas pudoris, & indaginem castitatis, domus patriaque oblita succedat.* Quam bene præcinctæ virgines! quæ non solum se Christo canes venatorios sed etiam generosus falcones adhibebant: binc vulatui, iode cursui desudantes.

492. Licet Christu in prædam, tunc arctius prædicta Sulamitis caperetur: Christo tameo captura prædas, ipsa prodierat: nam illa verba: *Num quem di-*
Cant. 3. v. 3 *ligit anima mea vidistis?* Cant. 3. vers. 3. in sagittas quodammodo armabátur, quibus auditores Chri-
Gellibert. stum vel indicarent, vel exciperent: ideu Gellibertus. ibi, serm. 5. ita. *Deliciæ eius sunt, secum esse dilectum suum: non inuidet, non zelatur: dilectum suum, omnium vult esse dilectum: ideo apud omnes quærit, vt illum apud omnes, aut inueniat, aut inuitet: quærit enim apud illos* Iesvm, *quorum quærit profectum, in ipso.* Sed mirom est, qood statim addit ipsa:
Cant. 3. v. 4 *Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.* Vers. 4. planè mirum, quod statim post creaturas, quibus lucrandis studebat, tam breui creatorem inueniret: nuoquid bæc amoris sunt insomnia, qni solet spe credulâ, iam sibi inoentum gratulari, quod vsque desiderat? immensum chaos interiacet inter vtrumque, distãtia est inter creatorem, & creaturam: inter totum, & nihil: inter Dũ, & hominem: qui ergo *paululum* verè dici queat? nimirũ sic præcincta cucurrerat venatrix pia, vt tandem sumptis pennis aduolaret: credidit ergo paululom, quod præpeti volatu, celerrimè pertrsnsi-
Gellibert. uit. Idem Gellibert. serm. 8. *An fortè pennigera est charitas, & præpeti volatu ardentis desiderij, interiacens hoc, de quo loquimur, prætervolat vacuum? vtique, sic assentio.* Volat itaque falconis instar, diuino corde inescanda: & inde venatura in terris bumines, descendit robustior.

493. Habes buiusce venationis, & aucupij exemplar apertissimum, Xaoerium: sic præcinctus degebat, vt contemplator ad Deum reuolaret, diesque integros, in corde illo diuino generosus falco nutriretur: inde prædas facturus descendebat venatur, & innumera leucarũ millia percurrens, centum sexaginta regna penetrãs, ionumerasque in eisdem prouincias, tantum agit prædatum, vt manu propria millionem, & ducenta millia hominum, ipse baptizet: præter innumeros alios, qui ministrorũ operâ baptizati: vt taceam interim, quàm multus fideles, sed corruptis iam motibus perditissimos, quos fœlix ad pœnitentiam reuocauit: nullu relicto monte, cuius spinis oon cruentaretor, nullis prætermissis cauernis, vnde post posito periculo, prædas noo eroeret: quasi sibi dicta caperet, verba illa Chrysostomi tom. 6. orat. de S. Iuliano, quæ sic D. Ioan. Chrysost.
habent. *Si enim homines venatores, loca prærupta, montes & barathra, & inuia quaqua loca peruadunt, seu leporem ac capream, aut aliquid eiusmodi; seu volucres etiam istas plerumque siluestres venari velint: tu qui non bestiam vilem, sed fratrem spiritualem, propter quem mortuus est Christus, à perditione reuocaturus es, non iam montes & saltus, sed portam solum egredi refugis, & erubescis: quam tandem quæso, veniam obtinebis?*

Ex boc feruore aduolandi ad Deum, vt inde ex- 494.
peditiores, in hominum capturam pussint deuenire, miris modis veoatores Apostolici se exercent. Nuuerat Ioannes Cbristum stantem in littore, monuitque Petrum: *Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se, (erat enim nudus) & misit se in mare.* Ioan. 21. v. 7. qoàm noua natandi ra- Ioan. 21. v. 7.
tio! imò si succinctus fuisset tunicâ, nudandos videbatur, vt iret expeditior per mare: hæc enim rerum natura, haud probè oos recipit nisi nudos: Petrus tamen feruore raptus, non tam natatum sibi, quàm volatum proponebat: neque volatui, succinctam pro modestiâ vestem, putauit obstituram: vt autem sibi volatum negati doluit, spretâ celeri carinâ, saltem celeritatem natatũ affectauit, morasque reponendi iterum tunicam habuit longissimas. Fauet Theodor. ibi, orat. de charitate. *Cum in Galilæa* Theodor.
piscans intellexisset ipsum esse Dominum, qui stabat & loquebatur in littore, non sustinuit quidem: (cum cymba tardius proscinderet terga maris) desiderauit autem sumptis pennis, per aërem occupare littus, quàm celerrimè. Quoniam autem pennis priuata est natura, aquis quidem vtitur pro aëre, pro pennis autem manibus: natans autem peruenit ad Deum. In re licet dissimili, simillimus venatoris mei feruor, ad Iaponiæ Regiam, quo illum Christus vocabat adeundam: Meacensi nimirum equiti, famulum se adiungit, equitantis impedimentis, vna cum suis sarcinulis elatis in humerum, citatis gressibus præcurrentem subsequitur herum, cui non tam peditis alienigenæ commodum propositũ erat, qoam vt latronum ipse pericula, equi velocitate vitaret. Ergo ne celerior ille vitandis latronibus, qusm Xauerius sequendo Christo, & venandis Iaponibus videretur, arreptâ equi caudâ, se qnodammodo trahendum, permittit equiti. O quàm cupiebat volatũ, qui hac arte, fugacis equi cursum tenere potuit. Erat anni tempus durissimum, tempestas frigida, via adeo lubrica; & frigoribus conglaciata, vt eam ingredi, præsertim sub sarcinis, sine prolapsionũ frequentia vix posset: interim tamen pedibus nudis aquilone exolceratis, iter conficit, feruore, totum doloris sensum adimente. Vt boc faciat illud D. Gaudentij D. Gaud.
de quadraginta Martyribus Tract. 17. *Inter pruinas ardebat fides; & cælestes animi, desiderio Christi feruebant: vrebat acritudo nimij frigoris, liuentes rigentium corporum cutes: & occupata erga Dei amorem, religiosa mentes amœnitatem paradisi cogitabant.*

Noo poterant prærupta salebræ, horridæ gelu 495.
cautes, vel puugentia alibi spineta, feruido meo venatori dulorem commouere, cuius tamen nudos

pedes poterant cruentare: quid ita? exemplo discerim. Pari, atque in prædictis, desiderio tenendi Christum, Petrus etiam olim conflagrarat: ergo fastidiens nauiculæ moras, gressum super aquas impetrat à Domino: quid tunc? ambulat super aquas: sed tamen, *videns ventum validum, timuit, & cum cœpisset mergi, clamauit dicens: Domine*
Matth. 14. v. 30. *saluum me fac.* Matth. 14. v. 30. Si conceditur Petro, nouus gressus, & tutus super aquas: cur permittitur procella commoueri, vnde idem in timorem
D. Zeno Veron. relabatur? visus respondere D. Zeno Veron. serm. de timore. *Petrus esto marinus fertur, non naufragus, sed viator: timet profundum intercipere, non timentem: nec tamen in toto dissimulat, ne per mare, pedibus se ambulasse non credat.* Voluit Christus, vt Petrus præstitæ sibi gratiæ, clarissimum haberet argumentum: & qui vix crederet liquidum tunc etiam fuisse mare, cum solidum siccis vestigiis præbuit obsequium, timore fluctuantis æstus commoueretur. Feruore ductus dolorem intercipiente, vix crederet Xauerius, quantum gratiarum acciperet à Deo, in confragosis vltra humanam fidem viis, auiisque scopulis, pro animarum venatione superandis: ergo saltem misso pedum cruore, & exulceratis plantis commoneatur necesse est.
Ribaden. Vide omnino Ribaden. in vita Ignat. lib. 4. cap. 7.

496. Sed neque mirum, si equo tractus sic excutiat Xauerius ad Meacum, qui vt condignus esset venator Apostolicus, instar equarum Christi, multum Occidentis, & totum Orientem fere peragrarat. Mira est illa comparatio Christi, ad Ecclesiam: *Equitatui*, vel quod plures Patres legunt ex Græco: *Equæ meæ in curribus Pharaonis, assimilaui te,*
Cant. 1. v. 9. *amica mea.* Cant. 1. vers. 9. & quidem per equitatum, quem noster interpres posuit, equas potius, quam equos intelligi, satis alibi ad litteram probaui. Nunc ad rem. Quid in equâ, singulare magis credatur enitere, quam in equo, vt Apostolicæ cuiusdam virtutis typus habeatur? respondet
D. Ambros. Ambrosius lib. de Isaac, cap. 4. *Virtutis labor quærit victoriam, vt possit equa illi, quæ Salomonis est, comparari, velox ad cursum, habilis ad partum: quoniam fœcunditas animæ desideratur & quæritur.* Præuertit cursu equa equum, longè velocior, & insuper alendis fœtibus habilior: ideo Apostolicis viris (qualis venator noster) aptior exprimendis, qui excurrentes orbem, tot Christo natos per ba-
Idem ptismum ediderunt. Pergit Ambros. *Huius equæ similis æstimatur hæc anima, hoc est Prophetica, vel Apostolica virtutis, eo quod in eorum annumeretur gregem, qui fœcunditate prædicationis suæ, totius orbis terrarum spatia resperserunt: & quamuis in corpore constituti, nulla tamen cursus spiritalis sensere dispendia.* Tu vide an Apostolicæ virtutis censendus sit Xauerius, qui fœcundus verbo, tot Christo peperit filios: qui velox cursu, orbem peragrat: qui equo vectari quodammodo, se patitur: vt mysticæ equæ partes adimpleret, præcinctusque excurreret, ad venandum.

§. II.

Meditationis, contemplationisque deliciæ, in virtutis solidioris augmentum communicantur.

497. Vidisti Apostolicos venatores, sic ad Deum aduolare, vt inde venandis reuolent hominibus: sic Xauerius, mysticis contemplationis deliciis adeo delibutus, vt aliquando *satis esse* clamaret, succumbente nimirum, diuinæ voluptatis ponderi, humanâ fragilitate, inde ardentior proximorum saluti, & perfectioni propriæ desudabat. Ergo sic habe, quicunque tanto muneri assuescis: delyria sunt phantasiæ delusæ, & doli diabolicæ versutiæ, insomnia denique mentis, penè amentis, illa, quæ sic rationem videntur illustrare, vt pariter affectum, non accendant: neque sunt verè à Deo manantes illæ deliciæ, quæ solidæ virtuti, & officio implendo non præbent nutrimenta. In viâ es, omnia tibi, itineri ardentius conficiendo apparantur: suspectam teputa quamcumque interiorem communicationem, vbi dum voluptas ad solatium viget, ad perfectionem languet voluntas: vbi dulcedine suauitatis afficeris, nec tamen virtutis proficis studio: vbi denique quo magis ad fruendum componeris, non etiam ad feruentius pro Deo patiendum, proque iuuandis proximis disponeris. Huc faciunt verba Christi, quæ ex Luca, huc vsque declaraui, Apostolicos venatores instituentis: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ* Luc. 12.
ardentes in manibus vestris. De quo D. Maximus in D. Maxim.
Cat. aut. ita. *Lucernas accensas docet habere, per orationem & contemplationem.* Licet enim contemplatio mentem beet, atque capitis arcem iubare illustret: tamen quasi in manibus gerenda, quia exhibenda operibus significatur. Ideo Theophy- Theophyl.
lactus idem. *Oportet adesse lucernas ardentes, id est, discretionis donum, vt valeat dignoscere practicus, non solum quid oporteat, sed & quomodo. Notandum, quod primo iubet lumbos præcingi, secundo lucernas ardere: nam primo quidem est operatio, deinde speculatio, quæ est illustratio mentis.* Quasi dicat: à mortificationis opere, oriuntur deliciæ contemplationis, & luces pulchræ: nemo tamen credat, bas in solâ arescere speculatione: practicæ enim sunt, manus sollicitant ad opus: quidque, & quomodo agi debeat, ministrant: vt vnde fructis vberius, inde vlterius nutriaris.

Eodem recidit illud Leuit. 11. vers. 3. *Omne* 498.
quod habet diuisam vngulam, & ruminat in pecoribus Leuit. 11. v. 3.
comedetis. Quia frustra, de ruminante quadam meditatione, profundioraque mysteria digerente gloriaris: nisi pariter discretam in manibus præteodas operationem. Pingues victimas suas mysticas, diuinus amor comedit: nunquam tamen istæ pinguescent, quidquid fruendo ruminent, deuorent ruminantes, nisi (res mira!) diuisis vnguibus, id est, discernentibus manuum operationibus, hoc eligentibus, illud repudiantibus, adornentur. Radulphus ibi, apud Godefr. *Comeden-* Radulph.
da itaque sunt animalia, quæ & ruminant, & vngulam findunt: quia illis soli imitatione digni sunt, qui diuini verbi meditatione, quid agere, quid non agere oporteat, edocti: discretionem illam, quam intellectu perceperunt, in actibus quoque suis ostendunt. Ruminas ergo, vt diuidas: & pastum voluptatis tibi præbet Christus, vt inde operantis virtutis pascua consequaris: caue sis ignauus cornipeta, qui solummodo diuinæ mensæ delicias, iucundi conspectus captes voluptatem: vixque inde egressus ad ignauiam, imò fortè nequitiam regrediaris.

Vana est lux illa, aut saltem esto sit vera, va- 499.
nissimo cuidam cordi irradiat, quæ solum inter diuinæ præsentiæ blandimenta, & cælestis delicias eomercij durare potest. Cœnanit cum Christo Iudas, tunc addit textus: *Cum autem accepisset buccellam, exiuit continuo, erat autem nox.* Ioan. 13. Ioan. 13.
vers. 30. certè ex tempore cœnæ destinato, quæ v. 30.
ad

ad vesperam debuit inchori, illaque iam confecta, atque interiecta pedum lorione: iam satis lectoribus constaret noctem esse. Quid ergo opus fuit, vt tam clarè, noctem fuisse, exprimeret Ioannes?
Didym. respondet Dydimus in Cat. Gr. ad cap. 1. Iob. ita. *Nec ea nox tantum, qua in sensus incurrit, sed etiam illa, qua menti tenebras obducit: videlicet, tunc noctes is malorum circunfusus erat, cum se à luce auertit.* Eatenus ergo, licet iam obscurus, in extremas se tenebras non præcipitauit, dum diuinæ deliciis mensæ fruebatur: vixerit, cum caligini profundissimæ immergitur. Cæcutiebat quidem inter delicias, cuius iam eot, dæmonem baiulabat: quas tamen vbi desetit, totis se statim tenebris immisceet. Et non fuerit mihi suspecta illorum contemplatio, qui delicias sibi visi intetiro degustare, subito vt exeunt, torpentis spiritus ineunt immortificatos affectus, corpotis voluptates?

500. Penè dixerim, dæmoniacam esse illam reuerentiam, quâ dum commercio diuinæ suauitatis admitteris, affectus exhalas teneriores: si dimissus, Sanctorum effectus operum internitris. Longam consabulationem, inter filios Dei intrusus, cum ipso rerum Domino, dæmon habuerat: tunc impetratâ iam, imò si fas dicere, lædendi Iobi exIob. 1. v. 12. torrâ facultate, addit textus? *Egressus est Satan, à facie Domini.* cap. 1. vers. 12. sed qoò egressus abiret, quin à præsente vbique Domino notaretur? certè nullibi Dominum non offenderet: sic tamen Scriptura loquitur: vt priorem dæmonis assistentiam, non amoris fuisse, declararet: qui vbi priuatum illum assistendi modum reliquit, statim solitis inOlymp. ferendis damnis assueuit. Aptius ibidem Olympiodorus. *Nimirum locus est nullus à diuinâ ditione semotus: hac nihilominus ratione Scripturâ loquitur, quia à Deo impetratis postulatis, nihil in agendo cunctatur. Quia etiam intra eum qui bonus est, nihil mali aut inesse, aut admitti potest: qua enim mala sunt, extra bonum sunt.* Qoid mirum si dum adstat tibi Deus, affectus fetueat, deuorio accendatur: etiam dæmon ibi quiescit à nocendo: & reuerentiæ manicis, ab inferendo damno, religatur. Timeo tamen, dum post longam meditationem, & cœlestium contemplationem, statim te minos licitis, saltem immortificatis affectibus aspicicio studentem: ne paulo ante illusus, nô amoris veri, sed fictæ dulcedinis vinculis, instar dæmonis, reuerens ante Deum stetisses: cur enim caosam similem non inferam, vbi similes affectus proferuntur.

501. Vnde iam capies & rei narratæ mysterium, & contextum narrationis apud Ioannem: scribens
Ioan. 8. v. vlt. enim cap. 8. v. vltimo: IESVS *exiuit de templo:* addit statim cap. 9. v. primo: *Et præteriens, vidit*
Ioan. 9. v. 1 *hominem cæcum à natiuitate*, &c. Quem deinde lux mundi, luci restituit: de quo benè Chrysostom.
Chrysost. in Cat. *Vbi considerandum, quod egrediens de templo, studiosè venit ad opus sui manifestatiuum: ipse enim vidit cæcum non cæcus ad eum accessit.* Vt nos doceret itationes ad templum, diuiniquecommercij negotia suspecta fieri: ni operum virtutis studiositatem, nobis imprimant. Hinc Dauid: *Eructauit*
Ps. 44. v. 2. *cor meum, verbum bonum.* Psalm. 44. vers. 2. de quo
D. Chrysost. ibi Chrysostomus, licet ad rem aliam: *Quemadmodum in eructatione, id quod fit, oritur ex qualitate ciborum: ita & in doctrinâ spiritali: talia ergo eructabat, qualia comedebat.* Sic in te nostrâ, benè eructabat, qui diuinis assuetus epulis, benè comedebat. Veruntamen in solâ ne suauitate, & dulcedine diuini ferculi consistit eructatio? meditatio ne degustati epuli, in solâ voluptate requiescit? minimè: ideo addit: *Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi.* Nouit itaque dicere verbum, Ps. 44. v. 2. sed opera dicere: quia interna illa mentis eructatio, opere magis, quam verbo dicebatur. Hugo Hug. Card. Cardinal. ibi. *Id est, illa qua dico, facio: & illa qua facio, prædico. Ego. quasi discriminatiuè: quasi diceret: pauci sunt, qui ita faciant: sermocinatores enim sunt multi; operarij vero pauci.* Vt iam illuminatorum Hæreticorum infami sectæ inludamus, qui vulgo has contemplationis eructationes, turpiter propinant, mera venena absque operum nutrimento immiscentes. Vnde iterum idem Propheta. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquia* Ps. 75. v. 11. *cogitationis, diem festum agent tibi.* Psalm. 75. vers. 11. vt dum mens piis cogitationibus Deo suspenditur, eidem sanctis operibus impendatur: opera enim, tanquam reliquiæ, contemplationis delitiosè epulantis, festiuum inuicem Deo epulum apponunt. Idem Hugo, licet paulo aliter, de hac cogitatione ibi edisserat. *Reliquia cogitationis, sunt opera: quia* Hug. Card. *ex abundantia cordis, os loquitur: & quod cor concipit, manus operatur.* Frustra igitur (addo ego) cogitas multa suauiter, nisi eadem fortiter opereris: neque enim tam in contemplatione, quam in huius affectibus, diem festum agis. Grauiter proinde D. Ambrosi. ad illud Psalm. 118. vers. 47. *Et meditabar in* Ps. 118. v. 47 *mandatis tuis, qua dilexi, & leuaui manus meas ad* Ambrosi. *mandata tua;* sic scribit. *Pulcherrimus ordo iste: vt eorum præceptorum, qua diligimus, sit nobis assueta meditatio. meditatione enim mandatorum cœlestium, operis boni vsus inolescit. Nam sicut meditationis verborum finis, memoria est, vt qua meditamur verba teneamus: sic meditationis præceptorum cœlestium intentio, vel finis, operatio est, &c. Ideo prius posuit: & meditabar: & subiecit: leuaui manus meas: post meditationem etenim, bonum est leuare actus nostros ad præcepta Dei.* Equidem bonum, imò & necessarium: ideo enim meditationes dulcissimas tibi condiuit Christus, vt iode tu opera illi condas in obsequium.

Explicarunt iam aliqui de Sara, in extrema 502. ætate, natum ipso nomine gaudium risus cooperantem, edente, vitæ contemplatiuæ conditionem, quæ qoidem post longa desiderij interualla, suauissimo fructu potitur tandem: sic in Liâ statim tot filios pariente, actiuam etiam vitam denotarunt. Nunc ergo mihi pende verba, quibus vtriusque fœtus enuntiantur: Lia quippe post tres filios editos scribitur. *Quarto concepit & peperit* Gen. 29. *filium, & ait, modo confitebor Domino: & ob hoc vo-* v. 35. *cauit eum Iudam: cessauitque parere.* Genes. 29. v. 35. qoid de Sara? *Concepit & peperit filium, in senectute* Gen. 21. *suâ.* cap. 21. v. 2. nunquid Sara non cessauit parere? v. 2. cessauit qoidem. Cur ergo de illa semel enixa subticetur: quod de fœdiori Lia propalatur? quia licet Sara in re cessaret: at sub contemplationis typo, cessare nunqoam potuit. Quid ita? audi Drogonem Ostiens. lib. de Domin. Pass. *Illa prius steri-* Drog. Ost. *lis, postmodum iam senex filium gaudio, vnum tantummodo peperit: hac post sex filios parere cessauit: nisi quod nouissimè filiam, sacri generis ignominiam peperit. Mira res? hac quasi sex habuit filios, parere cessare dicitur: illa qua vnum tantummodo, parere cessare, non memoratur: sed altima finem habet; contemplatiua semper parit: illa in dolore, ista in gaudio parturit.* Potest qoidem ob corporis fragilitatem, ab exteriori exercitio, & actiuæ vitæ operibus cessare: semper tamen interioris virtutis studio fœcundatur: Christique delicias & gaudium acceptum, roborandis saltem cordis affectibus conuertit.

Conci

503\. Conciliabis hinc illud Prouerb. *Fili auſculta ſermones meos : & ad eloquia mea , inclina aurem tuam : ne recedant ab oculis tuis , cuſtodi ea in medio cordis tui*. cap.3.verſ.20. verba ſunt æternæ ſapientiæ, animam myſtico quodam ſuſurro edocentis. In Sixtianis vertitur : *Vt non derelinquant te fontes tui, cuſtodi eos in corde*. Quaſi ſecreta illa verba , fontes ſint virtutibus irrigandis : è fonte enim iſto Dominus , & ſitim tibi reſtinguit, & prata ſua amœnat. Fortaſsè alluſit huc Chryſoſtomus ſermon.1. de orat. ex politiſſima verſione noſtri Pontani, vbi ita. *Partium igitur noſtrarum eſt, à Deo condocefactos, in omni vita precationem frequentare : eaque perpetuo animos perfundere : cum ea non minus , quam rigatione ſtirpes egeamus : nec illa fœta grauantur , ſi per radices non biberint : nec nos nobilibus pietatis fructibus abundare poterimus, ſi precibus non fuerimus irrigati*. Illuſus itaque degit , quiſquis orationis fontibus, ſolum voluptati ſatiandæ accedit, ſitientes virtutes prætermittens : riges illas neceſſe eſt, ne rigeſcas ipſe : ſi captas ſolas delicias, deliquio capiendus : nec poteris pulchrè vernare ad voluptatem, niſi ad vtilitatem pulchrius fructeſcas.

Prou. 3. v. 20. — Sixtian. — Chryſoſt.

594\. Propterea ad Iacob ſuum , dicebat applaudens Pater : *Ecce odor fili mei , ſicut odor agri pleni*. Geneſ.27.v. item 27. in tabernaculis commorabatur Iacob : Eſau vero, ſemper agreſtis ruſticabatur: & tamen ille odorem agri pleni combibit: alter non ita. Nimirum iuſtus contêplationi deditus, quo inde magis ad voluptatem comebatur : eo etiam ad vtilitatem commendabatur vlterius. Fauet D. Ambroſius lib. de Iſaac cap.7. poſtquam laudatis animæ oculis, qui Deum auolare faciebant, eius ſtatim fœcunditate commendatâ, concludit tandem. *Speciosa fœcunditas eſt bonorum operum , contraria enim ſpecioſitati , ſterilitas : quoniam qui priuatur ſpecie vel decore , in eo eſt malum : quod autem malum, hoc ſterile , & infœcundum. Cuius rei quod euidentius indicium , quam natura eſt ? terra enim, quæ bona , eſt fertilis atque fœcunda : quæ autem mala , ea ieiuna atque ſterilis : quæ vero fertilis , hæc decora. Quid enim pleno agro pulchrius , cum ſeges fluctuat , cum poma irrutilant , vel cum vuarum ſerta dependeat, aut baccis olea curueſcit : viridanti gramine montium vertices, vallium humilia veſtiuntur ? & vt Scriptura vtamur teſtimonio , Iacob decorus erat , & ideo erat odor agri pleni : Eſau , hiſpidus erat & indecorus, & ideo agreſtis erat , qui fructus illos habere non poſſit*. Sic alter in tabernaculo inſtar agri fructeſcit: alter in agro inſtar arentium lignorum tabernaculi ſterileſcit.

Gen 27. v. 27. — D. Ambr.

505\. Datur ergo contemplationis dulcedo , vt inde fructus operum demetantur : aliàs, non erit illustratio , ſed illuſio : aut ſi vera fuit , eo ipſo quod ceſſas , vtrunque denegabitur. Beſtia illa prima ſymbolum ſuperbiæ, apud Danielem , apertiſſimè rem iſtam manifeſtat. *Quaſi Leæna , & alas habebat Aquilæ : aſpiciebam, donec euulſæ ſunt alæ eius, & ſublata eſt de terrâ*. cap.7.verſ.4. videbatur potius eo ipſo quod illi regio aëria, truncatis pennis, negabatur : indulgendam eſſe terram, vt quod ibi amiſerat , hinc reparatet : & quæ iam volare non poterat ſublimis, ſaltem humilis reperet. Quid enim faceret miſera , cui denegatâ aëris prædâ, terrenæ etiam, de propriâ induſtriâ prædæ interdicuntur? ſed grauiter reſpondet ibi Ricardus Victorin. apud Godefr. *Poſt alarum auulſionem, & terra inhabitatio denegatur : quia poſt ſubtractam contemplationis gratiam : etiam bene operandi gratia , animo ſuperbienti ſubtrahitur*. Quaſi ideo haberet alas , vt opera retur : ideo volaret alta vt inde humilis laboraret: quæ ergo contemplationis dono abuſa fuit, & boni operis vſum amittat , neceſſe eſt. Habes iam cauſam , cur venator meus poſtquam ſuauiſſimus contemplationis deliciis fruebatur, tam impensè profectui ſuo , & animarum ſaluti ſtuderet: probabatur enim operibus vera contemplatio : & præcinctus ad curſum , venandis animabus : pennas aucupando ſibi Deo prometebatur : nunc canis venatorius ſentes calcans , cauernas inueſtigans : nunc Aquila accincta , terens ſtellas , & ipſum ſolem iuſtitiæ examinans.

Dan. 7. v. 4. — Ric. Vict.

§. III.

Thomas Apoſtolus primogenitus , Didymum habet Xauerium , illius hic veſtigia adorauit , adoranda ſucceſſoribus veſtigia relicturus. Totam Indiam, Iaponiam maximè ferè nudis pedibus perambulat, terras ſanctificaturus.

QVanuis autem venator meus , vbiuis locorum eſſet , à venandi homines ſtudio animum ſtatis horis reuocáret , vt diuino commercio frueretur ; nullibi tamen laxioribus habenis, contemplationi & precibus indulgebat : quam dum Meliaporæ ad Thomæ Apoſtoli ſepulchrum, excubabat. Eò, (quando res aliqua grandior aggredienda) excurrebat Xauerius , integras noctes (interdiu non vacabat) precibus impendens, opem ab Indiarum Patrono, & feruentis ſpiritus ſuppetias ab illo orans : frementibus ſic interim dæmonibus , vt non ſemel verberibus plagiſque inflictis , relinquerent ſemianimem : ille tamen hinc animoſior perſeuerabat , donec diuina luce irradiatus, ſuauiſſimoque nectare perfuſus, id hauriret ſpiritus , tot tantaque conficeret , vt merito ab Vrbano Octauo in Bulla Caoonizat. *Orientis Apoſtolus* appelletur. Vnde non temerè putauit Gregorius de Pedroſa , Valliſoletanus Epiſcopus, Regius olim concionator , affirmandum : non abſque myſterio factum, vt inter cæteros Apoſtolos, ſolus Thomas *Didymus* , id eſt , gemellus, appellaretur , Ioan.11.v.16. vtpote cui gemellus alter, Xauerius nimirum debebatur. Iam ergo de Xauerio erga Thomam, ſuo modo illud poterit vſurpari, quod de Tullio, erga Demoſthenem , Hieronymus vſurpat, epiſtol. ad Nepot. vbi ita. *Marcus Tullius , in quem pulcherrimum illud elogium : Demoſthenes tibi præripuit, ne eſſes primus orator : tu illi, ne ſolus* , &c. Præripuit tibi Thomas , ô Xaueri , ne eſſes primus Indiarum Apoſtolus: tu illi (non peruicax , ſed eiuſdem ſuffragiis fotus, & interceſſione) ne ſolus. Gaudet Thomas , ſe primum & præcipuum è duobus , non tamen fratrem gemellum dedignatur. Pollux piiſſimus Caſtori ſuo, ſi non dare impetrare certè potuit , Apoſtolatus gloriam immortalem. 506.

Ioan. 11. v. 16. — D. Hieron.

Parturiente Thamar , manum eduxit Zara: *In qua obſtetrix ligauit coccinum, dicens, iſte egredietur prior*. Geneſ.38.verſ.28. & tamen Phares prior egreſſus eſt. Vtcunque tamen foret , quid opus erat , priorem deſignare ? vnde tanta cura obſtetrici , vt naſciturus prior noſceretur ? ſenſit prudentiſſima fœmina gemellos edendos , quorum primogenito eximius ab Abrahamo maioratus deberetur : cum ergo ſimillimi per omnia gemelli naſci ſoleant : ne poſtea vter illorum Primogenitus 507.

Gen. 38. v. 28.

nitus esset ambigeretur, amouendis in re grauissi-
mà litibus, & fraternis (si viuerent) inuidis præ-
sumptionibus obuiandis: signuio parat obstetrix,
vnde facile prior, qui & princeps, nosceretur. Dio-
Diodor. durus ibi in cathenâ patua: *Ad Zaa argitum obste-*
trix coccinum alligant, quod in gemellis, ca solet in-
nasci simmitudo, quæ facile fallat: vt itaque de pri-
mogenito nihil ambigeretur, prudens mulier, indicio v a
est. Gemellum Thomæ simillimum, orbis de-
mirabatur Xauerium, & quasi ipsissimum Tho-
mam India percolebat: qui tamen vt debitos
sno iure priuo & principi fratri tribuat maiora-
tus, non alienæ prudentiæ, sed propriæ humili-
tatis vtitur indicio: adorat gemelli sui cineres, &
è cadauere illius, haurit spiritum: vt iam nemo
dubitaret (in moribus & operibus simillimis
aliunde) Didymo suo, Primogenita non attentari.
508. Sed licet maiori Thomæ non inuitus cedat Xa-
uerius: Xauerio tamen, cæteri nouem fratres,
quos fondandæ Societati Christo peperit Igna-
tius, maioratus iura concedant necesse est: mul-
tum gloriæ fuerit, gemellos penè, & simillimos
nasci nouo Apostolo, lauream tamen, huic vni
concedendam, fatebuntur non inuiti. Nihil spi-
rat arrogantiæ Paulus, cum ad Corinthios suos,
1.Cor.15. cæteris se Apostolis conferens, sic scribit. *Gra-*
v.10. *tia autem Dei sum id, quod sum: & gratia eius in me*
vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus la-
boraui. 1. Corinth. 15. vers. 10. vnde tamen tam
audacter, labores suos, reliquorum laboribus cre-
didit præferendos? respondet. D. Iren. lib. 4. c. 41.
D.Iren. *Plus laborabat, qui in gentes Apostolatum acceperat,*
quam qui in circumcisione præconabant filium Dei: illos
enim adiuuabant Scripturæ, quas confirmauit Domi-
nus, & impleuit, talis veniens, qualis & prædicaba-
tur: hic vero peregrina quadam eruditio, & noua do-
ctrina, Deos gentium, non solum non esse Deos sed idola
esse dæmoniorum. Bene quidem præcincta, reliqua
Ignatij proles, aut in Catholicis iuuandis, aut in
confundendis Hæreticis, aut in Trident. Concilio
fouendo, intra Europæ limites, Scripturarum gla-
dio decertauit: vnus Xauerius tunc, tot barbaras
nationes, tot Indiarum regna penetrauit, vbi nouo
quodam doctrinæ genere, peregrino eruditionis
tenore, dæmoniaca idola deturbauit: sic abundan-
tius omnibus laborans, omnibus gloriosius co-
ronatur.
509. Sed non obiter prætereundum, quod diuino
consilio factum fuit, vt licet Xauerius, totum ad
fidem Orientem non conuerterit, ferè tamen to-
tius Orientis Prouincias perambularet: in nullam
enim Orientis regionem deinceps penetrauit So-
cietas, cuius vel ambitum, vel saltem limen Xaue-
rius non attingeret præcinctus, interiora si posset,
piis venationibus exercere. Post longam è Patriâ
peregrinationem, tandem Palestinam ingreditur
Gen 13. Abraham: ad quem tunc Deus: *Surge ergo & peram-*
v.17. *bula terram, in longitudine, & latitudine sua, quia tibi*
daturus sum eam. Gen. 13. v. 17. nimirum, quia eius
successoribus erat concedenda. Sed itane? quando
defatigato seni, quieta sedes paranda videbatur:
nouus viandi labor expeditur? ecquid inde eius ne-
potibus boni accresceret, si anus totam terram per-
Th. Aquin. calcaret? respondet ibi D. Thom. *Vt maiori deuotione*
à filiis haberetur, tanquam bonum perambulatum a
sancto Patre, non humanitus, sed iussu diuino. O quam
deuota pietate, quàm pia deuotione venatrix ad-
huc Societas, prouincias illas recolet, quas ab
Apostolo Duce, ab Apostolico suo venatore noue-
rit percalcatas! Expendens. Plin. Panegyrista, qualẽ
apud barbaras nationes se gereret Traianus, quas-
que per aspera prouinciarũ subiret expeditiones,
sic scribit. *Veniet ergo tempus, quo posteri visere & vi-* Plinius.
sendum tradere minoribus suis gestient, qui sudores tuos
hauserit campus: quæ refectiones tuas, arbores: quæ som-
num saxa prætexerint: quod denique tectum magnus
hospes impleueris. Et tunc ipsi tibi, ingentium ducum
sacra vestigia iisdem in locis monstrabantur. Fuit tem-
pus cum Xauerius, sacra Thomæ vestigia adoraret:
nunc illius adoranda monumẽta, vbiuis Indiæ, po-
steris demonstrantur: & calcata sacris pedibus ter-
ra, deuotionem sequentibus venatoribus nostris
videtur spirare. Vide de hac re Orl. lib. 11. n. 135. Orland.
Non eo vsque morabatur Franciscus meus Xa- 510.
uerius, in aliqua regione, ad quam accedebat, do-
nec omnes eius incolas Christo venaretur: sed his
ibi baptizatis, quibus lux benignior affulgeret, idẽ-
tidẽ regiones nouas perquirebat, vbi denuo labo-
raret. Quærit D. Greg. Nazianz. hom. vnic. in c. 19. D Gregor.
Matth. ad illud v. 1. *Cum consummasset* IESVS *ser-* Nazianz.
mones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ, Matth. 19.
trans Iordanem Cur identidem Christus, loca per- v. 1.
mutaret? nec immerito, quid enim opus erat, tot lo-
ca peragrare, qui occulta virtute, remotos etiam
incolas posset ad se trahere? aut cur, nondum prio-
ribus illis omnibus ad fidem vocatis, remotiores
alios, perquireret conuocãdos? sed respondet aptis-
sime IESVS *qui prius piscatores elegerat, ipse quoque* Nazianz.
piscatur, euerriculoque vtitur, ac loca subinde commu-
tat: idque non eâ tantum causâ, vt maiorem plurium ho-
minum, Deique amore præditorum multitudinem, ad-
uentu suo elucraretur: sed etiam, quemadmodum mihi
videtur, vt plures locos sanctitate imbuat. Nimirum
rete Euangelicum, non omnes ex omnibus gene-
ribus, sed aliquos ex omni tamen genere, pisces so-
let congregare. Vbi ergo aliquos expiscabatur IE-
SVS, locos mutabat, quos sacris plantis disponeret,
vt temporis successu, à ministris suis, plures & plu-
res venirẽt expiscandi. Permutet Xauerius loca, vt
sanctitate imbuat: ibique relictis aliquibus bapti-
zatis, quasi iacto fidei semine, vberiorem fructum
relinquat successoribus.
Vbi Petrus, non sibi partẽ cum Christo haben- 511.
dam intellexit, nisi pedes lauaretur: non hos tantũ,
sed & caput & manus obtulit abluẽdas: ad quẽ tũc
Christus: *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes* Ioan. 13.
lauet, sed est mundus totus. Ioan. 13. v. 10. sententia est v. 10.
planè, haud facilis intellectu: qui enim totus est
mundus mundos etiã pedes habeat necesse est: si er-
go Apostoli, licet non omnes, (quia ibi Iudas) toti
tamen mundi erant: quid denuo lotione pedũ di-
cuntur indigere? quia licet iam mundos sibi habe-
rent pedes, tamen in aliorum gratiã, nouo purita-
tis additamento, hi pedes indigebant: nimirũ pul-
chriores hi pedes debebant splẽdere, in Euangelij
præparationem excursuri, vtpote qui ipso suo cur-
su, puritatem, etiam aliis importabant. Theodor.
Heracleota ibi, in Cat. Corder. sic ad rem meam.
Mundatos, illos pedibus mittit, concessa iis puritate Theod.
conspicuos, vt sic orbẽ terrarum peragrare possent, & læ- Heracl.
ta nuntia promulgantes. Iuxta quod legitur; quã speciosi
pedes promulgantium pacem? eos igitur toto puros cor-
pore, cæterum pedum emundatione, opus habere dixit: id
est, vt videlicet dũtaxat in se ipsis puri essent, sed etiam
in cursu suo asportantes omnibus hominibus puritatẽ Sic
locum, quàm potui fideliter, ex Græco verti. O quã
speciosi, venatoris nostri pedes excurrebant, quo-
rum cursus, tantum puritatis Indiæ asportauit:
tantum ipsis terris reliquit sanctitatis, vt fœcun-
dæ cœlestium prædarum, successoribus Aposto-

latus

latus sui, venationes continuas administrent.
512. Sed neque caret pietatis mysterio, quod nonnul-
las ex regionibus, & maximè Iaponiam nudis pe-
Orland. dibus Xauerius peragraret, de quo Orland. lib. 11.
n. 100. credo vt Iaponiæ, quæ tot fidelium ardore,
tot Martyrum sanguine erat consecranda, è nudis
plantis maiorem quandam cóciperet sanctitatem,
Deum peculiarios ibi commoraturum quodam-
modo, decentius exceptura: suppono Montem il-
lum Dei Horeb, ad quem Moyses minauit gregem
Exod. 1. v. 1 Exod. 3. v. 1. eundem esse cum Monte Sina, vbi eidé
Ioseph. Moysi postea à Deo data lex: sic à Iosepho, Hiero-
Hieron. nymo, Caietano, & Pereyra: sentiunt etiam hodie
Caiet. viri docti. Nunc ergo pende, quid Deus è rubo, ad
Pereira. Moysem trepidum, eóque properanté, iá subiũgat.
Exod 3. *Ne appropries huc: solue calceamentum de pedibus tuis:*
v. 5. *locus enim in quo stas, terra sancta est.* ibid. v. 5. si non
erat appropinquaturus ad rubũ, vnde Deus loque-
batur, quorsũ erat excalceandus? si vero ex diuinâ
præsentiâ etiá circumuicina terra sancta erat, ideo-
que nudis pedibus reuereter tangenda: cur permis-
sus est paululum procedere calceatus, & nó in ipso
loco, vnde rubum aspexit, iussus est statim ponere
calceamenta? videtur igitur solum rubum, voluisse
Deum præsentiâ suâ sanctificatũ haberi: neque ob
reuerentiam sanctæ iam terræ, sed potius vt nudis
iusti vestigiis sanctificaretur, iussos deponi calceos
in hoc loco. Nimirum in illo Monte erat postea
Deus sub immensa maiestate legé populo daturus,
Moysémque de medio ignis, ad suæ gloriæ nebulá
Exod. 24. vocaturus Exod. 24. voluit ergo hoc priuilegium
grato sibi iam Moysi cómunicare, vt pedibus nu-
dis terram illam sanctificaret, decétioremque red-
Diodor. deret táto muneri. Diodor. ibi in Cat. par. ita. *Solue*
calceamentum, &c. Quid aut? benedictus es, & benedi-
cis, sanctificasque locũ, quacunque incedis: & Sacerdos,
& spiritu plenus. Erue igitur calceamenta tua, vt terrã
in qua stas, sanctifices, ac veluti locum perungas, vbi nõ
multo post populũ alloquar, cuius tu de medio ignis Sa-
cerdos eris. Scio morderi hanc explicationem tacito
Theodor. nomine, à Theodoreto q. 7. in Catd. quia Moyses
nódum erat Sacerdos: sed Diodotus vt credo, non
tam præsens, quam futurum sacerdotium designa-
uit: vnde hæc explicatio in sensu mystico, plausi-
bilis mihi est. Soluat ergo Xauerius calceamenta,
quia *locus in quo stat, terra sancta est*: id est benedicit
& sanctificat locũ quacunque incedit: Deoque pa-
ret sedem condignam tam benignè inter Iapones
conuersaturo: fusóque pedum sanguine, vt supra
dixi, terram tam multorum martyrio disponat.
513. Nimirum erat India, & è tota India, maximè Ia-
ponia, Xauerianæ gloriæ promissa terra, quam im-
posito per mysticum somnum humeris suis Indo,
& exhibitis per visioné immensis laboribus, Deus
illi destinarat: quidni ergo ad Indiæ, priuatimque
ad Iaponiæ ingressum, Spiritu sancto plenius af-
flaretur? aut quidni sic afflatus, terram illam gloriæ
suæ scamma, nudis plantis huc ac illuc discurrens
sanctificare conaretur? in Ierichuntino agro erat
Iosue, cum ecce illi obuiam Angelus, diuinæ mili-
Iosu. 5. v. 15. tiæ dux strenuissimus: tunc iste ad illum: *Solue cal-*
ceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo stas,
sanctus est. Fecitque Iosue, vt sibi fuerat imperatũ. c. 5.
v. 15. & vnde locus ille sáctus, qui adhuc tot vitiis
Iericho, tot idololatriæ abominationibus scate-
bat? imò calceandus (si fortè nudis plantis incessis-
set) videbatur Iosue, ne cótagio sceleratæ prouin-
ciæ fœdaretur. Quid ergo? non erat ex se sanctus
ager ille Ierichuntinus: sanctificatus tamen Ange-
lo creditur locus, quem tangit Iosue, vnde vt am-
plius sanctificet, nudis plantis illum iubet percal-
cari. Quid ita? quia erat iam terra illa promissio-
nis, vnde à Deo maiori spiritu afflandus Iosue, vt
ibi infensos hostes debellaret: sic autem afflati ho-
minis, quidni pedes nudi terram sanctificarent?
Diodor. supra citatus. *Archangelus ad* IESVM *Naue*: Diodor.
ex quo terram attigisti, quam promisit Deus Israeli, af-
flatus es spiritu: nudis itaque pedibus sanctifi ato ter-
ram. Debellaturus erat Xauerius in promissâ sibi
terrâ tot dæmones, tot idola, tot Brachmanum, &
Bonsorum sectas: quidni ergo plenius affletur, af-
flatusque, terram nudis vestigiis sanctificet? sic er-
go præcinctus venator, non solum excurrisse, sed
etiam volitasse per orbem existimandus: nec so-
lum venatici Christo canis, sed etiam accinctæ
Aquilæ partes adimplesse.

§. IV.

Xauerius venatoria Dei formido. Miracu-
lis tutus, quorum nonnulla referuntur:
protectus singularissimè à Deo pericula
irridet.

PErgit Lucas, in venatoribus suis Apostolicis, 514.
describendis, sic subiungens. *Sint lumbi vestri* Luc. 12.
præcincti, & lucernæ ardentes, in manibus vestris. Cum
initio hanc præcinctionem, non solum cursui, sed
etiam volatui requisitam viderimus, venatorésque
nostros non solum celeres, sed etiam pennatos de-
scripserimus, aliunde vero, ardentes illis faces, in
hoc loco adhibitas agnoscamus: viuas in eisdem
Dei formidines apparatas, haud temerè coniecta-
rem. Est *Formido*, (quod pueri norunt) venatorium
instrumentum, ex diuersicoloribus pennis factum,
quo partem campi cingebant: deinde clamoribus,
eò feras adigentes, ardentibus facibus pennas
vstulabant: quarum vario colore, strepentéque
igne, & insuper fumeo nidore, sic feræ perterre-
bantur, vt facile caperentur: à conceptáque fe-
rarum formidine, ipsum instrumentum, *Formido*
vocabatur. Profana testimonia passim incurres:
do vnum Statium lib. 1. Achil. Stat.

——Si torua feras indago latentes
Claudit, & admotis paulatim cassibus arctat:
Illa ignem sonitumque pauent, diffusáque linquunt
Auia, mirantúrque suum decrescere montem;
Inque vicem stupuere greges, socióque timore,
Mansuescunt simul hirtus aper, simul vrsa,
lupusque
Cogitur, & captos contemnit dama Leones.

Meminit huius formidinis Isaias, & Salomon, de Sanch.
qua ibi Sanchez, & Salazar: ego vtriusque paginæ Salazar.
plura, fortè, nó rancida, in spicilegio litterali con-
gesta dedi. Cum igitur in hoc loco (licet mysticè
magis, quam litteraliter) & pennas venatorum ex-
plicarim, & insuper admotas faces legam, haud te-
merè sum auguratus, sic quandoque venatores
suos Christum disposuisse, vt ipsi viuæ forent for-
midines, quarum aspectu, admirantes & venera-
bundi homines, perterriti caperentur.
Diuersissima erant ingenio, & naturâ quatuor 515.
illa Animalia, (in quibus viros Apostolicos sym-
bolice significatos, ferè omnes Patres agnoscunt)
quæ diuinæ gloriæ quadrigam circunferebant: in-
de quatuor faciebus, & quatuor inde pennis, mi-
rabilia: *Quatuor facies vni, & quatuor pennæ, vni.* Ezech. 1.
Ezech. 1. vers. 6. sed quamuis quatuor, facies singu- v. 6.
la haberent, ab vna tamen, vt ex contextu patet,
præcipuè notabantur: inde Leo rapax, hinc aquila
præpes:

præpes:hinc taurus cornupeta, inde tandem mitis humo cernebatur. Sed vnde tam diuersi generis animalia inuicem mansuescunt:& ad eandem vehendam quadrigam possint coocordare:quia diuina quadam formidine percelluntur:vt enim vidisti ex Statio,feræ simul hoc instrumento captæ, inuicem stupent, socioque timore mansuescunt, nec iam Dama leonem pertimescit: vide enim
v. 13. quid addat Propheta v.13. *In medio animalium splẽdor ignis: & de igne fulgur egrediens.* Ecquis ignis iste:aut quorsum?respondet D. Gregor. ibi hom.5.
Gregor. Magn. *sanctus Spiritus in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens, discurrere dicitur:quia vniuersam Ecclesiam replens, in electorum cordibus, ex se ipso flammas amoris prodit, vt corusci more per terrorem feriat: & ad amorem suum corda torpentia accendat.* Itaque columba illa cœlestis,non vtcunque ignem, sed fulgureum gestat, *vt corusci more, per terrorem feriat:* quid ergo mirum, si & pennata discurrens,& ignita terrorem & formidinem iniciens, tanquam sacræ venationis formido, capta animalia contineat in officio?

516. Illud ergo in hoc loco mirum est,horum animalium pennas,concepto igne,in cineres non redigi. O quid agis sacra columba, diuina formido?immortales tuæ plumæ,innato igne nesciunt perire: at animalium,quæ incendis,pennæ, quidni tanto concepto incendio tabescant? imo certè eiusdem spiritus colũbini & more,& priuilegio durabunt: ideo enim diuina formido, hæc sibi animalia venatur, vt in sacras formidines conuertat aliis sibi hominibus venandis. plumæ horum venatorum absque igne,vanitati studẽt:pennati & igniti discurrãt necesse est,vt iam Formidines sacræ homines venentur,& vnde ipsi ardent,alios accendant.
Idem. Idem Gregor. *Splendor ergo ignis, & de igne fulgur egrediens, inter pennata animalia discurrit:quia Spiritus sanctus simul singulis atque omnibus præsto sit, & incendit quos contigerit, & illuminat quos incendit, vt post frigus pristinum accensi ardeant, & per ignem amoris quẽ acceperint, flammas exemplorum reddant.* Et iterum post pauca. *Qui amore Domini in prædicatione discurrunt, rota eius ignis ardentes sunt: quia cum ex eius desiderio,per varia loca discurrunt, vnde ipsi ardent, alios accendunt.* Quam pulchra venandi ratio! cedunt diuinæ formidini, vt deinde formidines, quibus alij cesserint, euadant: feriuntur Spiritus sancti seu ignitæ columbæ terrore: vt inde venandorum hominum corda terrore feriant.

517. Mira est illa comparatio Salomonis,qua Ecclesiæ,siue cuiuslibet viri Apostolici charitatem explicuit.
Cant. 8. v. 6. *Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.* Cant.8.v.6.inter ipsa amoris blandimenta, aliquid horribile præ se iussa ferre hæc charitas, quo mortis, & inferni terrorem iniiciat spectantibus. Sed mihi magis mirum, quod in tanti horroris confirmationem, id quod additur, satis esse præsumatur?*lampades eius lampades ignis,atque flammarum.* Quid enim mirum,si lampades siue faces,quo charitas vel accenditur vel accendit, sint ignis lampades?illud mirabilius foret, si niueæ cũ essent, incendium admouerent: quod verò igneæ erant,quidnam magnum?certè illud magnũ, quod non vtcunqoe lampades, sed plumeæ forent:ideo
LXX. Interp. LXX.vertunt:*ala eius ala ignis.* Quis enim non miretur pennas diuino igne incendi, nec consumi? Nimirum talis debet esse charitas viri Apostolici, pennata scilicet & ignita, vt ad Deum volare, indéque ad homines descendere possit ardentior: hosque per mortis & inferni terrorem commonere. Fouet ex parte coniecturam hanc nostram
Phil. Carp. Philo Carpath. ibi. *Duæ sunt nobis maxime necessariæ, inuus charitatis partes, quas alas ignis, idem sponsus ignitas appellauit, &c. O immensum charitatis ardorem! carbones ignis sunt flammæ, & alæ dilectionis sponsa, in sponsum, & genus humanum.hæc est vera & perfecta charitas, quando Deum, & proximum diligit.* An non erat sacra Dei *Formido*, hominibus venandis meus Xauerius,dum charitate pennatus & ignitus orbem circumuagatur?an non erat *Formido*,qui sub pannosa veste,nudis pedibus, intonso capite, sic aliunde diuina se maiestare conspicuum ostendebat, vt tot nationes barbaras percelleret?an insulæ Mauri incolas,suis ipsis incolis duriores: an Cafres humano pasti sanguine: an Reges apud Iapooiam superbissimi: an tot aliæ tam diuersi sub eadem feritate ingenij Prouinciæ, ab vno tantum homine capi possent: nisi tanquam ad conspectum formidinis mansuescerent?

Et quidem prodigiosa illa Miracula (quæ præ multitudine vix redigas ad numerum)quibus Xauerius, omnibus dominari videbatur creaturis, sic barbaras, & horribiles aliunde natiooes, in omnem reuerentiam compooebant, vt iam inde tutus, & quasi periculorum expers,inter illas versaretur: quidni enim sensu præditi homines, quantumuis ab humanitate alieni, tanquam viuam formidinem, illum reuererentur, quem ab insensibilibus creaturis cultum agnoscebant? quidni degeret tutus inter barbaros, pro quo terra cœlum, & elementa omnia decertabant? Apostolicos Prædicatores commendaturus Abacuc, sic habet ad Deum locutus: *In luce sagittarum tuarum ibunt: in splendore fulgurantis hasta tua.* cap.3. v.1.Alij vertunt: *In lumine iacula tua ibunt:in splendore fulguris armorum tuorum:* De qua D. Gregor. Homil.5. citata. *Iacula Dei, sunt verba sanctorum, quæ corda peccantium feriunt: sed ista iacula habent arma. Scitis fratres, quia Præliatores viri, iacula mittunt, armis vero muniuntur.* Quod sanctorum verba tanquam pennatæ sagittæ volent, cordibus audientium transfigendis: quod iaculorum instar, pectora licet durissima transfodiant, in plano est. quis tamen vnquam prædicatores, instar præliatorum, armatos legerit?quorsum, aut quæ tandem arma illis, qui annuntiant pacem? pende quid addat ibidem S. Doctor. *Dum ergo verbis addunt miracula, quasi armis se muniunt:ne ipsi feriantur. In lumine iacula tua ibunt, quia in aperto exeunt verba Dei: Sed quia comitari debent sententias sanctorum, facta miraculorum: rectè subiungitur: in splendore fulguris armorum tuorum: quia dum addunt eis arma miraculorum, mentes persequentium fulgurant, vt eos persequi non præsumant.* O quoties à persequendo Xauerio, cessasse barbari leguntur: miraculorum huius splendore fulgurati. 518.

Abac. 3. v. 1.

Gregor. Magnus.

Idem.

Nimirum protegebat illum Deus, & sic protegebat, vt se illi in munimen, & scutum formare videretur. Debellarat Abraham quatuor Reges, opima ab his spolia reportans: dumque timeret meritò,ne reparato bello, tot offensorum Principum potentiâ, priuati peregriniqué hominis tabernaculum obrueretur: audit Deum dicentem sibi. *Noli timere Abraham ego protector tuus sum* Gen. 15. v. 1. Sed nunquid non omnes Amicos suos protegit Deus: quibus tamen, iniquorum impietas, nocere solet? quid ergo hîc singulare promittitur Patriarchæ, qui quamuis dudum iam amicus erat: de ordinaria tamen protectione, non omnino impenetrabilem hostibus, 519.

Guillielm. Ham.

ſe poterat pertimere? reſpondet ibi Guillielmus Hamerus. *Protector in hebræo, eſt* מגן *clypeus, LXX. legunt: ἐγὼ ὑπερασπίζω σε. ego clypeo tego te quem non fortem redderent hæc verba: & omnium hoſtium metum diſcuterent?* Vix credi poteſt quam aſperæ cœlo, ſitu, gente ſint inſulæ illæ, quas vulgo Mauri dicimus: lege & mirare, quæ de his Orlandinus lib.6. n.106. (Orland.) has ergo dum cogitaret Xauerius: complures eius amici vehementer orabant, ne tam efferaros homines, qui nihil niſi cruorem ſitirent humanum, adire vellet: neue caput ſuum committeret iis, qui venena paſſim ſpargerent, ſicaſque vibrarent. precibus lamenta miſcebant, & ſuo nutu ad interitum properantem cunctabantur adimendo nauigio. *Sed cum certū* addit Orland. (Orland.) *Et fixum eſſet Deum ſequi vocātem, affirmabat ille, eo ſe nixum, & velut incubantem, ſi nauis adimeretur, in Mauricam, tranſnataturum.* An non erat iam illi, ſingulariſſima ratione clypeus Deus hoſtibus non timēdis: cui ſi nauis adimeretur, etiam nauis foret quodammodo, qua Xauerius rurus expiſcādis ad fidem barbaris, enauigaret: ipſiſſimos ſæuientis pelagi fluctus, tránſnatans intrepidus?

520\. Ion. 1. v. 12. Nouit Ionas in fluctibus iratis, iratum Dominum, tunc ad nautas attonitos periculo. *Tollite me, & mittite me mare.* c.1. v.12. ſi ad Deum iam conuerteris, ſi Deum times: quid Deum tentas? mone nautas vt proram dirigāt in Niniuem: (mutabunt libenter curſum, qui tantopere, immo tam ſcrupuſè ſtudent ſaluti tuæ:) tu interim obedientiæ propoſito admiſſo, ſerenitatem facilè impetrabis. vehi naui recuſas ad prædicandum: demergi cupis, nec peccas aut certam mortem præſumens, aut præſumpto miraculo Deum tentans: certè non peccat: immo pœnitentiā feruidus, iam Deo placens: non tam præſumens, quam interiore luce doctus, tardā putauit nauim, celeriorem piſcem aucupatur, vt ethnicus illos Deo venetur, quorum ſic Dominus ſalutem cupiebat. D. Zeno Veron. ſer. de Timore. (D Zeno Veron.) *Ionas timens Dominum, ſpontaneum non timet adire naufragium: miſerabilius ſepelitur, quam præcipitatur: & tamen iter quo tendebat, inuenit, antequam videat: felix magis ſepulchro, quam naui.* Sic certo nouerat Xauerius, à Deo ſe ad barbarorum illorum vocari conuerſionem, vt ſi nauigare non poſſet, tranſnataret: parique cum Ioná fide, (quamuis ſub diſpari circunſtantiarum apparatu) mauellet credo nauim ſibi negatam, vt celerius aut natās, aut vectus piſce, eo perueniret: inde tutus & intrepidus inter vndas: vnde conſpicuus miraculis, fuit venandis incolis terror, & formido

521\. Et quidni parandum (ſi opus eſſet) Xauerio meo piſcem, in vehiculum ſperarē: cui marina beſtiola, alibi quidem non defuit in obſequium? Exortæ ſedādæ procellæ, dum forte ad Malucos nauigaret, prehenſam filo æneam Chriſti imagunculam, demiſit in aquas Xauerius: & quidem obediuit mare dominico ſimulacro, pacatū ſubitò: ſed quaſi concepto ſenſu tāti theſauri, filo rupto, imaginem ſuis viſceribus retentam voluit. Appellit tandem poſt non breues moras portui Xauerius, dumque in littore obambulans, amicum ad pœnitentiam ſollicitaret: tacito interim deſiderio, amiſſas ſuas delicias ſuſpirans; ecce marina beſtiola è cancrorum genere, è mari erumpens, blande repens per terram, familiariſſimè hominibus, quos fugaciſſima ſolet euitare, ſe immiſcet: imaginē curuis brachiolis, ſeu natiuis forcipibus elatam, Xauerio reſtituit exultabundo. Potuit facillimè Deus in Iſraëlis fame, Eliam mille modis ſuſtentare: aut dum per auem voluit, mitiores quidem volucres apparare, & tamen coruis imperat miniſterium. *Corui quoque deferebant ei panē & carnes.* 3. Reg. 17. v. 6. (3. Reg 17. v. 6.) vt blandius ſuauiuſque ſibi numē intelligeret: quò rapaciores, & gulæ indulgentiores coruos, contra proprium ingenium ſibi obſonij coquos agnoſcebat. Simeon Metaphr. in eius vitā. (Simeon. Metaph.) *Certe coruus, animal valde gulæ deditum & longe rapaciſſimū, panes quidem mane Dei iuſſu: veſpere autem carnem ad Prophetam afferebat.* Parum enim erat alienæ fami, niſi ſuam fraudātes miniſtrare. Parum erat ſi vndarum impulſu, Xauerio imaguncula redderetur: ſolent vndæ littus ſuauiter oſculari: ergo cancer præter naturam cogitur in terram excurrere, hominibus, quos trepidus euitat, adblandiri: vt indolem ſuam defraudans Xauerij deſiderio adminiſtret.

522\. Gen. 8. v. 11. Emiſit Noë columbam, ſerenitatis gaudium, iterum exploraturam. *At illa venit ad eum ad veſperam, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo. intellexit ergo Noe, quod ceſſaſſent aquæ ſuper terram.* Gen. 8. v. 11. & quidem ita erat, ceſſarant aquæ: vnde tamen id prudenter aucupatur Noë? oliua folia non deponit, ſub aquis viuit: & vt fatetur ibi Pereyra, (Pereira.) toto diluuij tempore hæc ſub aquis vernarat. cur ergo non exiſtimaret Noë, non tam factæ ſerenitatis, quam faciendæ, munuſculum illud pacis à Deo ſibi miſſum: columbamque è profundo pelago, ramū extraxiſſe? quia modeſtus noluit præſumere, in ſui gratiam, columbam ad ima aquarum tranſactis naturæ legibus coactam fuiſſe: ſimilia quippe miracula, vt gratulanter veniunt excipienda, ſic nunquam arroganter præſumenda, Fauet Ambr. lib. de Noë c.19. (D. Ambr.) dum propoſito dubio, ſic reſpōdet. *Quia non eſt huiuſmodi columba, vt poſſit fructus latentes ſub aquis, eruere.* Non præſumpſit arroganter, ſed gratulanter, accepit miraculum Xauerius: nec certè minus eſt quod cancer in terra ad homines excurrat, quam ſi columba in mari, ad ima mergeretur,

523\. Sed redeo ad illam in periculis fiduciam, ex diuino patrocinio conceptam: qua venandis hominibus, formidinem ſe gerens meus, Xauerius, nihil formidabat. In Iudæ ſui figurā, iuſtorum Principes deſcripturus Iacob, poſt alia, ſic ſubiungit. (Gen. 49. v. 9.) *Catulus leonis Iuda: ad prædā fili mi aſcendiſti, quieſcens accubuiſti, vt leo: & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum?* Gen. 49. v. 9. Aſcendit ad prædam, & dormiens quieſcit: nec timet præda fieri dum prædas captat: quid ſi inter dormiendum hoſtes accurrant? quid ſi ſopito ineuitabilia vulnera infligant? nec etiam ita timet: quid ita? Ruffinus Aquil. ibi. (Ruffin. Aquil.) *Dormit ait leo Sapiens, nanque confidit vt leo: maximè cum potuerit confidenter dicere, omnia poſſum in eo, qui me confortat: nō terroribus non minis, non vllis illecebris excitatur: ſed manebit immobile propoſitum & mens fixa.* Inter tot nationes barbaras, ad quarum prædam aſcenderat Xauerius, accubans & ſecurus quieſcebat: in IESV ſe confortante potens omnia. quid enim formidare poterat, qui cæteris formido veniebat. Ideo apte dicitur, *vt leo*: dormiētem etiam leonem trepidant feræ aliæ: vnde Lyran. ibi, (Lyran.) Dauidem, vt fuſius alibi notaui, hic intelligens; *In tantum præualuit aduerſariis Iſraël, quod circa finem regni ſui, nullus audebat inſurgere contra eum, nec regnum eius perturbare, vt patet l. Reg. ſecundo: & in principio tertij. Ideo ſubditur vt leo, quem alia beſtia non audent inuadere: & quia Deus promiſit illi regnum, & filiis eius in ſempiternum: ideo ſubditur: quis ſuſcitabit eum? auferēdo ſibi dignitatem regiam: quaſi dicat, nullus.* Promiſerat Deus Xauerio; vt ſupra dixi, Indici apoſtolatus coronam, & regiones illas fidei conuertendas; eiuſque merito, etiam ſucceſſoribus ſuis, penetrandas:

das: quis ergo vnquam terrere, aut eius inquietare animos potuisset?

524. Sed miram eius in periculis constantiam, ex hoc vno gesto disces maximè, quod verbis Orlandini apponam lib. 8. num. 108. vbi descriptâ fœdissimâ
Orland. tempestate, sic subiungitur. *Intrepidus Xauerius, cunctos cœlestes ex ordine, præcipuè cœli terræque reginam, diuinas vt auerterent, & mitigarent iras, deprecabatur: quibus ille præsidiis vndique circumseptus, & spe omnino in immensis Christi promeritis, collocatâ, longe maiori animi voluptate, in horribili illa tempestate periclitans fruebatur (quemadmodum ad Romanam societatem, scribit ipse de se) quam præsenti deinde periculo liberatus: vt quo tempore cæteri vectores omnes præ mœrore, ac desperatione salutis, ploratus ingentes, ac tiulatus edebant: ipse præ gaudio, cœlestique lætitiâ suauissimos lacrymarum imbres effunderet: vmque alij suum iam deplorantes interitum vota facerent, nunquam se omnino, pelago sua capita tradituros, si præsens illud discrimen euaderent: ipse vicissim Domino supplicabat: ne se prorsus ab ea periculo vindicaret: nisi ad paria, aut etiam grauiora, propter eius obsequium gloriamque, pericula reseruaret.* Planè iam vltra humanam conditionem, venator hic Apostolicus collocabatur, quem in tanto periculo, communis hominum sensus non tangebat. Pernoctabat in montes secedens, orando Christus Dominus: ingreditur aliquando mare, & in suorum nauicula, somniculosi more, indulget somno: *& nauigantibus illis obdormiuit.* Luc. 8. v. 23. quantum ænigma! euigila, quæso, Dominè, & quid hoc sit mysterij,
Luc. 8. v. 23. expone nobis. cur qui in terris, etiam noctu vigilas, importuno per diem somno, nauigans grauaris? sed esto vocibus nostris indormiscas: certè discipulorum clamoribus excitaberis: en ingruit fœda tempestas, fæuiunt venti, tument fluctus, & penè summersâ naui, periclitâtes discipuli te suscitant, dicentes: *Præceptor p rimus.* v. 24. quid ergo
v. 24. obdormisti? immò propterea. Ambrosius ibi, l. 6.
D. Ambr. *Exprimitur securitas potestatis: quod omnibus timentibus solus intrepidus quiescebat: non est ergo consors naturæ, qui non est consors periculi.* Non erat certè consors naturalis pauoris ex imbecillitate: qui ex maiestate, periculo imperabat: non ita erat solius naturæ nostræ consors, vt etiam diuinâ non polleret. Participabat per gratiam Xauerius à IESV suo, non esse consors periculi, vt si non consors, diuinitatis particeps haberetur.

§. V.

In Xauerij laboribus Christi Crucifixi imago, sanguineo perfunditur sudore: nouo Amoris stratagemate, vt qui in corpore beato tam non poterat, in viuâ penè imagine pateretur.

525. Quid ergo mirandum, exhibeat se formidinem, tot barbaris nationibus Xauerius, nihilque in periculis formidet ipse: si à IESV suo participat diuinitatem? miranda certè magis, nostra huius participatæ conditio diuinitatis: qua sic viuebat ipse, iam non ipse, vt totus in Christo viuere, videretur: sic inuicem per amoris transformationem, per cordis sympathiam, affectibus mutuatis: vt immortalis iam Christus, non solum patienti Xauerio compateretur, sed etiam in statuâ suâ, eosdem cerneretur pati dolores. Colebat priscâ religione Xaueriana familia, in Palatio suo gentilitio statuam Crucifixi, quam tamen attonitâ, Nauarrâ toties viuo sanguine manantem, stupebant: quoties in Indiâ, grauiori aliquo laborum pondere Xauerius premeretur. Legimus non semel apud Ethnicos, idolorum effigies sanguineo sudore perstillantes, cum aut Resp. aut Princeps aliquis e clarioribus & charioribus, discrimen aliquod grauius incurrebat. Hinc Statius in epitrapez. Æneam Herculis statuam sudantem ponit, cum Alexander veneno interceptus æstuaret: ideo de hoc ita; Statius.

Iam mortis opacâ
Nube grauis, vultus alios in numine charo,
Æraque supremis timuit sudantia mensis.

Conante scilicet Dæmone, Principum erga numina falsa amorem figere: quorum imagines, quasi mutuatis affectibus, in sui gratiam cernerent desudantes. O quò non rapiatur Amor Xauerij, cuius gratiâ, non præstigiis fictis, sed vero miraculo, de affectuum sympathiâ, statua Crucifixi, sanguineo sudore perfundi cernitur.

Inter abominationes alias sacrilegas, quibus domum Domini, fœdauit Israel: cum grauissimis est illa numeranda, de qua Ezech. c. 8. *Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.* v. 14 Notissima est fabula Venerijhuius Amasij, quem ad imitationem flentis Veneris multis postea ceremoniis, fœminæ idololatricæ deflebant, in illo sacreo, cur perfidæ istæ Hebrææ, non solum plangere dicantur, sed sedere. 526. Ezech. 8. v. 14.
Scio (quod interpretes hic aduertunt, nemoque ignorat) sessionem in sacris, apud idololatras fuisse solennem: scio tamen è contra, non in omnibus: & quidem sacrum istud Adonidis (si Aristophani credimus in Lysistr.) cum luxu, & saltationibus bacchicis, fieri consueuerat ideo ibi.

Ergo ille luxus fœminarum premicat, Aristoph.
Sonusque tympani, & frequens bacchatio,
Adonidisque planctus, in tectis strepens, &c.

Cur ergo Hebrææ fœminæ, tacita potius & mœsta sessione, quam saltu licet lugubri, & bacchanali tympano, Atheniensium saltem fœminarum, more, Adonidem hunc suum deplorabant? quid quod ferè circumuicinæ gentes, sic Adonidem mortuum sedentes deplorabant: vt eriam resuscitato postea, luxuriosissimè applauderent quod ex Diuo Hieronymo hic, & ex vtriusque paginæ variis auctoribus satis constat, cur ergo hæ fœminæ, priori luctus parte contentæ: festiuo deinde luxui renuntiant? si vera putes, quæ ex Hebræis Lyranus hic scribit, haud ineptam fortasse coniecturam tibi dabo. ergo ille ita. *In hebræo habetur, Plangentes Thamuz: quod significat incensionem ea quod sicut dicit Rabbi Salomon, idolum illud erat concauum, & fiebat ignis intra, cuius color sursum ascendens, faciebat liquefieri oculos illius idoli, qui erant plumbei, & sic videbatur plorare propter quod mulieres in eius cultu flebant.* Scilicet Sacerdotum dolo, vbertima hinc sibi munera captantium ergo delusæ fœminæ, quæ numen sic benignom existimabant, vt in idolo suo, gentis suæ laboribus illachrymaretur, quidni reciprocis lachrymis studerent? quidni tenerrimè numen illud sibi proponerent colendum? sed quanto verius in Xauerij laboribus, non lachrymas, sed sanguineam statua fundebat Crucifixi tanto ab illo tenerius colebatur: aut quid non iam pro illo numine sanguinem fundere satageret: cuius statuam pro se, sanguineas sudantem guttas obstupeceret? D. Hieron. Lyran.

527. Gen. 19. v.26. Iam sulphure fumabant vrbes Sodomiticæ, fugientéque Lot familiam ductante, cunctos habitatores, atque terræ virentia ignis deuorabat: tunc addit textus: *Respiciensque uxor eius post se versa est in statuam salis.* Gen. 19. v. 26. quòd fracto præcepto, v.17. (quod supra impositum legitur v.17.) puniatur, non mirum: cur tamen tam nouo supplicij genere contabescit? nónne aptius, si quas respexit sulphureas flammas, in cineres redacta pateretur. Sed illa quidem, non t m ignes, quam vrbis suæ incolas, quos generos, & futuros amabat affines, respiciebat: merito ergo punita, vertitur in statuam: vt inde pœnam subiret, vnde culpam contraxit: & quæ stupidos homines, effrenique libidine, amissis rationis sensibus, in statuas pæne conuersos, diligebat adhuc: sacrilegi amoris transformatione intus iam stupens statua: foris etiam in statuam ipsa verteretur. Clem. Alex. Clemens Alexandr. in Protrept. Impios arguens: sic ad hanc rem. *An non enim, quodammodo vt Niobe, vel vt magis mysticè ad vos loquar, instar vxoris viri Hebræi (eum Lot appellabant veteres) induistis omni sensu vacui? hanc mulierem accepimus effectam esse lapid m, propterea quod amarat Sodomam: Sodomitæ autem impij, & qui versabantur adhuc in impietate duro erant corde, & stolidi.* Hanc & non aliam esse germanam, prisci Doctoris mentem, satis claret, ex his quæ immediate ante dixerat, ad eosdem, idolorum suorum statuas, Idem. affabre insculpentes. *Sed vos quidem, vt statua fabricetur quam pulcherrima, valde elaboratis: vos autem propter sensus egestatem, efficiamini imaginibus similes non curatis.* Ad rem. in statuam versa punitur infælix mulier, quia amoris sympathiâ, iam intus Sodomitarum instar, quos deperibat, statua insensibilis obriguerat. At quò sanctior, eò est amor IESV tenerior in Xauerium: ibi amor profanus, fœminæ animam, in statuam pene insensibilem redegerat, cui corpus postea punitum conformatur: hîc autem Amor diuinus insensibilem Christi statuam, quodammodo animauit: vt quia immortalis iam non poterat, in statuâ suâ, Xauerio conformandus pateretur.

528. Matth. 3. v. 9. Arguebat Baptista Iudæos, qui arrogantes nimis, genus sibi ductum ab Abraham iactabant, dicens: *Ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham, dico enim, vobis, quoniam potens est Deus, de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Matt. 3. v. 9. id est Iudæis spretis, potest sibi è gentibus Populum creare, qui per fidem, genus Abrahæ designetur. Seu vilitas, seu numerus populi suscitandi consideretur, aptior arena in comparationem, vocanda videbatur: vtrinque enim & potentia & benignitas diuina clarior elucebat: si è viliori materia, numerosiorem sibi gentem excitaret: & ad Iudaicam confusionem, quo vilior gentis populus olim, quo & inde numerosior diceretur: eò veniret aptior comparatio. Cur ergo lapides potius, quam sabulosi pulueres hîc vocantur? quia non aliunde clarius, & decentius, quàm per lapides, gentes notabantur, quas impius idolorum cultus, affectuum sympathiâ, in vigorem lapideum transformarat: colebant lapidea simulacra, & inde duri, in lapideas statuas quodammodo degebant conuersi: immensum ergo & potentiæ, & charitatis pondus exhibebat Deus, dum has insensibiles penè statuas, immissa fide, irrogatis virtutibus animaret. D. Irenæus. D. Irenæus l. 4. c. 15. ad hunc locum. *Hoc fecit Deus, à lapidum religione extrahens nos, & à duris & infructuosis cogitationibus transferens nos, & similem Abrahæ fidem, in nobis constituens.* Immensum potentis charitatis suæ pondus probabat Deus dum per Xauerij prædicationem, idololatras illos, in statuas penè lapideas iam conuersos, fide animabat: sed nónne vt rarius, sic etiam mirabilius haberi debet, quod sic mutuo amore in Xauerium videatur transformari, vt propter eundem, imaginem suam animet, reddatque eiusdem doloris, quodammodo participem?

529. Scilicet Amoris vnio, quæ solius spiritus, non vero etiam corporis ligat affectus, minus, quam par est, arcta existimatur. Probabat Apostolus, omnes nos, non sicut vicinos in populo, sed sicut membra in corpore, vniri: 1. Cor. 12. nimirum 1. Cor. 12. v. 13. quia, *in vno spiritu, omnes nos in vnum baptizati sumus.* v. 13. qui ergo vno spiritu regimur: vnum idemque simus corpus, necesse est. Sed quorsum tam sollicita, vnitatis in vno corpore, demonstratio? vt ea amoris sympathia transformans, in nobis agnoscatur: vt inuicem non solum spiritu, sed etiam corpore, & congaudere, & compati videamur: v. 26. *Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.* v. 26. Audienda D. Paul. nunc pulcherrima verba D. Paulini ad Amicum D. Sulpicium, scribentis: quæ epist. 1. sic habent. *Infirmitatum tuarum, ægrotantes, litteras accepimus: probauimusque in nobis, secundum Apostoli dictum, & effectum, compati sibi vnius corporis membra: nam eo ipso nos refectos sensimus, quod reualuisse te, scripseras: vt diuersis licet terris positi operantis in nobis spiritus vnitatem, tacitâ in corporibus separatis connexione, paribus aut incommodis, aut remediis congruentibus experiremur. Commoditas cœperat ambobus vna procedere: seu quod alter, alterius leuamine respirabat: seu quod Dominus vnitatis operator, indiuiduo spiritu omnes suos nectens, neque carnalem in nobis substantiam, disparare pateretur.* O quàm non solum vnus spiritu, sed etiam vnus corpore erat cum IESV suo meus Xauerius, quando ille, (quod iam beato corpore esset impassibilis) nouum quoddam visus corpus animasse, in quo huius laboribus dolens compateretur! Non parum se putauit dixisse, idem D. Paulinus epist. 24. ad Amandum, de Amico Delphino sanitati restituto, cum dixit. Idem. *De vtroque vestrum pariter lætificati sumus: quia sicut eadem est tribulatio, quæ illum corpore, te corde confecerat: ita & eadem visitatio, quæ illi diuinam opem, supra lectum doloris: & tibi refrigerium securitatis in cubili compassionis attulerat.* Sed longe maius est, vt vidisti, quod ipse cum Sulpitio suo, non solum spiritu, sed etiam corpore sic vnus esset, vt & infirmitas & salus, ambobus cœpisset vna procedere: maximum, quod erga Xauerium exhibet IESVS.

530. Præmia Misericordibus in extremo iudicio distributurus Christus, sic ad illos. *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere, &c.* Matth. 25. v. 35. non solum dixit: dedistis mihi Matth. 25. v. 35. potum, & cibum: Sed etiam, *esuriui, sitiui*: quia (vt ex Chrysologo ad rem aliam supra dixi n. 464.) paruus fuisset amor pauperis, nisi angustiati angustias suas fecisset. Vnde tamen tam arctus amor iste Christi, vt non solum compati pauperi, sed & famem sitimque eius adhuc in cælis pati videatur? quia sic se transfudit in pauperem, immò sic pauperem, in se, suáque viscera transfudit: vt angustia communis habeatur. Chrysologus serm. 14. D. Chrys. post multa. *Sed quomodo aut se transfuderit in pauperem, aut in se pauperem fuderit: dicat ipse iam nobis. Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare;*

non

non dixit, esuriuit pauper, & dedistis illi manducare: sed esurini ego, & dedistis manducare mihi. Sibi datum clamat, quod pauper acceperit: se manducare dicit, quod comederit pauper: quod biberit pauper, sibi testatur infusum. O quid agit amor pauperis, gloriatur in cælo Deus, vnde pauper erubescit in terrâ. & hoc reputat in honorem sibi, quod pauperi computatur iniuria. Dixisse suffecerat, dedistis mihi potum: sed præmisit, esurini, sitini, &c. Vbi deinde illa, quæ iam loco supra citato dedi, & huc etiam aptissima venirent. Non quod Christus in cælo adhuc esuriat, sed quia talem se suauissimâ transformatiui amoris compassione gerit, ac si ipsemet esutiem & sitim pateretur. Suauis hoc quidem, longè tamen teneriotis est charitatis, nouo stratagemate amoris, statuam quodammodo viuam reddere, vt qui in se iam non poterat, in illâ quasi ipsissimus pateretur.

531. Explicat idem D.Chrysol. serm.45. versiculum illum Psal.6. vers.4. (Psal 6.v.4) *Anima mea turbata est valdè, sed tu Domine vsquequo?* de Patrum suspiriis, qui tardantem Domini Incarnationem cupiebant. Sed obscurum est in hanc rem, quod statim additur: (Vers 5.) *Conuertere Domine, & eripe animam meam.* Vers.5. (D.Chrysol.) vbi acutus dubitat idem S.Doctor, sic scribens. *Homo Deo, reus iudici, addictus sic loquitur cognitori? conuertere Domine: homo peccat, & Deus conuertitur?* Sed quid ni, si amabat, conuerteretur, & transformaretur? vt quia quatenus Deus, pro peccatis nostris non poterat dolere, & pœnas ferre: in hominem, in seruum, in parentem conuerteretur. (D.Chrysol.) Sic acutior respondet idem Chrysologus. *Ita fratres, quia iuxta Prophetam, iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet,* &c. *Conuertere Domine. Vnde? vbi? de Deo, in hominem: de Domino, in seruum: de Iudice, in patrem: vt pium conuersio te demonstret, quem potestas terribilem comminatur.* Immensam pietatem amoris, erga omnes, in hac conuersione monstrauit Deus: at erga Xauerium, nouum adhuc eiusdem conuersionis exhibuit corollarium: cuius dolores vt doleret, vt sibi humanitatem induit: sic humanitatis figuræ, vitam videtur induisse.

§. VI.

Xauerius ab Ethnicis, Deus reputatur, miraculis & sermone stupendus: humilis renuntiat titulo, cui corrupta natura nostra inhiat audißimè: sed inde gloriosior celebratur.

532. ERgo & Christum spirans, & prodigiosa edens miracula, eam se sacram formidinem exhibuit Xauerius apud Indos: vt Bonzij Iapones non dubitarent, missâ legatione, ab eo quærere, an Deus esset, & numen aliquod cæleste in terras deuenisset: parati pro Deo colere, quem diuinis penè operibus radiantem mirabantur. Mirantes Ethnici Lystris, Pauli, atque Barnabæ opera, exclamant: *Dij facti similes hominibus, descenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam Iouem, Paulum vero Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi.* Act.14.vers.10. (Act.4.v.10.) habebatur apud Gentes Mercurius Deus, & de sermonis suauitate nuntius, interpresque Deorum, vt nosti: videntes ergo Apostolorum miracula, & insuper suauissimam Pauli prædicantis efficaciam, Mercurium ipsissimum esse existimarunt. Quid ni igitur Bonzij, Xauerij miracula obstupentes, & insuper linguæ suæ prodigium recolentes, quo arte diuinâ & peregrinum sermonem facilis: & stupendus magis, sic sententias adaptabat, vt vno eodemque verbo, disparibus multorum dubiis satisfaceret, eundem Deum esse reputarent? Rarum est illud quod Orlandinus memorat, lib.11. num.110. (Orland.) *Proditum est litteris, & in eo fama consentit, multos ad Xauerium ductos, variis oppressos impeditosque morbis, repente ab eo liberos & expeditos, vel salutari crucis signo, vel piaculari lustratos aquâ, fuisse dimissos. Eundemque muto, linguam surdo, aures: capto pedibus, impedimenta soluisse. Nec minus mirandum illud: cum in conuentu, plurimâque turbâ, eodem tempore, multa à multis inter se discrepantia, maximéque disiuncta, curiosissimè quærerentur: Xauerium ad omnia, vno eodemque responso, perinde omnibus fecisse satis, ac si vnicuique separatim, propriéque respondisset: idque ei, non semel atque iterum, sed sæpe vsu venisse.* An non similis operum & linguæ prærogatiua, vt olim apud Lycaonios Paulum, sic nuper apud Indos Xauerium, licet falsam, numinis tamen ad opinionem euexit?

533. Sperabant suspirantes Apostoli, diuinæ promissionis, complementum, Spiritum scilicet sanctum superfundendum: & ecce, *apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis.* Act.2. v.3. (Act.2.v.3.) nec solum variis linguis loquebantur, sed quandoque vnâ eâdemque vtentes, ab hominibus multiplici linguarum diuersitate seiunctis, capiebantur, perinde ac si idiomate singulorum vterentur: vt ibidem habes: vers.7. (Vers.7.) quamuis autem non legamus, vno eodemque responso, diuersis simul quærentium dubiis, Apostolos satisfecisse: postquam tamen id venatori meo concessum lego, melioribus non ausim denegare. Nisi forte dixeris, quid quemadmodum, diuina benignitate dispensante, Apostoli quandoque, maiora quam Christus, vt Patres notant, miracula ediderunt: sic eadem, in vsu linguæ, maius aliquid concessum Xauerio, quam Apostolis: vtcumque sit, quod non auctoritatis hoc sibi Xauerius prodigio conciliaret? Non caret difficultate, quod præ omnibus formis, linguæ habitum indueret in hoc loco Spiritus sanctus quodque primum accepti nominis argumentum, vario linguarum vsu exhiberent Apostoli: respondet tamen aptè D.Chrysost.tom.6. orat.in Pentec. (D. Ioan. Chrysost.) his verbis. *Cum olim homines superbiâ elati, turrim extruere voluerint, quæ ad cælum vsque pertingeret: & iniectâ diuisione linguarum, prauam illorum coitionem, & concordiam dissiparit Deus: iccirco nunc quoque in specie ignearum linguarũ ad eos aduolat Spiritus sanctus, vt per illum, orbem terrarum diuisum coniungat. Et accidit res noua simul, & mira: vt enim tunc antiquitus, linguæ terrarum orbem diuiserunt, & malam concordiam in dissidium conuerterunt: ita nunc quoque, terrarum orbem linguæ copularunt: & quæ dissiderant, in concordiam reduxerunt.* Copulabantur totius orbis homines, in Apostolis, quia in his omnia linguarum genera efflorebant: imò magis, quia quandoque vno, & forte Galilæo sermone vtentes, auditoribus diuersissimis, Parthis scilicet, Medis, Ælamitis, Mesopotamicis, Cappadocibus, Phrygiis, Ægyptiis, libyis totque aliis, Act. 2.vers.8. (Act.2.v.8.) simul capiebantur: quasi iam omnes hi, in Apostolo loquente, conlingues vnirentur. Sed certè rarius est quod in Xauerio loquente, tot auditorum diuersorum mentes videantur vnitæ? illic enim vnius vocis extrema significatio

solummodo variatur: hîc vnius sententiæ, naturalis intelligentiâ multiplicatur: ab illo dono tanquam Deus existimatur Paulus: quid ni ab hoc, talis etiam Xauerius existimetur?

534. Orta quidem falsa illa Ethnicorum præsumptio, qua Barnabam & Paulum pro Diis habebant, ex immoderatâ obseruandi, & tribuendi creaturis diuinitatem, superstitione: satis tamen ibidem declarabant, quàm iogens in Apostolis virtus elu-
D.Chrys. ceret, ideo Chrysost. ibi homil 31. *Etiam hac tentatio non parua, ab immodicâ obseruandi nimietate prodiit: verum & hinc Apostolorum virtus ostenditur.* multum enim non solum potentiæ in opere, & sermone: sed etiam sanctitatis in commercio, exhibuerant hi, quibus diuinus cultus offerebatur. Et bene, *tentatio non parua* hæc appellatur: Sic
Act. 14. v.12. enim addit Lucas: *Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros & coronas ante ianuas afferens, cum populo volebat sacrificare. Quod vbi audierunt Apostoli Barnabas & Paulus conscissis tunicis suis, exilierunt in turbas clamantes,* &c. Ibidem vers. 12. humano quippe generi, comparandæ diuinitatis auidissimo, nulla offerri potuit tentatio difficilior: quam dum Apostoli superant, seque mortales fatentur, iam ab omni vanæ gloriæ studio
D.Chrys. immunes se probant. Idem Chrysostom. ibidem, paulo ante. *Vide illos vbique, a gloria studio mundos: quam non solum non desiderabant, sed & cum daretur repellebant.* Rara erat Xauerij virtus, ob quam illi vltro diuinitas offerebatur: rarior, qua oblatam repulit, intra suos se terminos abiectum continens.

535. Quis non miratur prodigia, quibus Baptista, aut in vtero geritur, aut funditur ab vtero? Nunciatur ab Angelo, concipitur ab sterili, repletur Spiritu sancto nondum natus, & iam indutus gratia: vix dum bene animatus, iam animosus, vix suis formatus visceribus, maternam impellit, & præcursurus Christo, sibi præcurrit: immaturus viræ, obsequio maturus, ducem nuntiat, priusquam videat: & qui in vtero matrem prophetissam reddiderat: ab vtero emissus Patrem reddit Prophetam: verbique vox, mutum verbis: Christi præco surdum auditui restituit. Inde in desertis Angelico educatur gremio: gerulos habet spiritus cælestes. O quò tendis puer? quorsum in te omnia naturæ iura innouantur? quid naturam calcas, quasi gratiâ solummodo animeris? Nimirum is fuit Ioannes, cui facta legatione, Iudæi Messiatum, id est, diuinitatem obtulere: is fuit, qui *confessus est, & non negauit, & confessus est,*
Ioan. 1. v.20. *quia non sum ego Christus.* Ioan. 1. vers. 20. vix autem posset, hanc mundi gloriam repellere, aliunde ste corruptæ naturæ appetibilem, nisi prius, quidquid erat naturæ superasset. Sic capio Chry-
D. Ioan. Chrysost. sologum, serm. 91. vbi longo catalogo, descriptis Baptistæ supra naturam mirabilibus, sic concludit. *Impatiens Dux, qui antequam perueniret ad corpus, peruenit ad regem: ante rapuit arma, quàm membra, ante aciem petiuit, quam lucem: & vt vinceret mundum, vicit ante naturam.* Licet non pari, simillimâ certè gratiâ, naturæ corruptæ indolem, superarat Xauerius, vt optabilem mundi gloriam superaret.

536. Quàm ergo, iam extra corruptam, prauæ huius naturæ indolem, Xauerius: qui oblatam diuinitatem sic constanter recusat: & Baptistæ imitator, in sua se mortalitate, vilissimum recognoscit? imò quanta hinc gloria & Baptistæ
Q.Curtius. accreuerit & Xauerio? prudenter Q. Curtius in vita Alexandri, lib. 4. *Iouis igitur filium se non solum appellari passus est, sed etiam iussit: rerumque gestarum famam dum augere vult, tali appellatione corrupit.* E contra sanctissimi prædicti viri, dum arrogantiam tituli exhorrent, famam, & rerum gestarum gloriam adaugent.

Quid? si ambitiosi oblatæ diuinitati assen- 537.
tirent, perderentur: quam tamen dum cauent humiles, eâ à Domino gloriâ euehuntur, vt iam inde pro Diis habeantur: certè supra cæteros homines euehendi. Benè D. Augustinus serm. D. August.
23. de sanctis: ita de Baptistâ. *Quod enim est maius testimonium veritatis, quam se humiliando eum agnoscere, cui æmulando, potuit inuidere? putari Christus potuit, & noluit: existimari Christus potuit, & noluit. Dixerunt homines cum fallerentur in eo: num fortè hic est Christus? respondit ille, quòd non erat, vt maneret quod erat: inde quippe Adam lapsus perdidit quod erat, quia quod non erat vsurpauit,* &c. *Homo ergo iste, vt dixi magnus Ioannes, cui Dominus tale perhibuit testimonium, quem sic veritas commendauit, vt diceret: in natis mulierum non exsurrexit maior Ioanne Baptistâ: potuit credi Christus, imò iam ab eis, qui eius magnitudinis gratia fallebantur, credebatur Christus, vt illo morerentur, nisi ab illo confitente corrigerentur.* Et quidem ita supra homines Ioannes hic euehitur, vt diuinitatis consors per gratiam videatur: vnde & postea ab Herode diuina Christi miracula audiente, in Christo resurrexisse putabatur.

Sic certè in Xauerio meo, res euenit: qui 538.
vanæ legationis gloriâ conculcatâ, talis deinde & miraculis & virtutibus enituit: vt ab omnibus Orientis totius, fidelibus, Pater sanctus, ab infidelibus, Deus magnus, adhuc dum viueret vocaretur. Ideo Remondus orat. 29. de Remond.
Xauerio, post multa ad hanc rem. *Vos denique testor, ô rem sæculis omnibus inauditam! testor inquam estis Hebrei, Mahometani, Ethnici, cæterique barbari, qui Franciscum Xauerium, non magis audita quam perspecta sanctitate, ac prodigiis terra marique patratis, Deum terra ac maris, communi & publico nomine vocastis.*

Iam ergo nil mirum, si tot gentes, ad Deum, 539.
secum adducerer Xauerius. Obscura sunt verba illa Christi Domini, de Baptista. *A diebus autem Ioannis Baptistæ, vsque nunc, regnum cælorum, vim patitur: & violenti rapiunt illud.* Matth. 11. vers. 12. Matth. 11.
cur enim à Baptistæ tantum diebus, regnum cælorum vim pati, declaretur? Nunquid, priores Patriarchæ & Prophetæ, piis etiam insultibus hanc arcem non aggressi? Sed pende prius, quæ sit vis ista, & quales hi violenti atque valentes, & inde, quam merito Ioannem ductorem secuti dicantur, agnosces clarius. De his ergo, ita D. Augustinus serm. 20. de sanctis, post D. August.
alias huius loci explicationes. *Adhuc & alio ordine, regnum cælorum vim patitur: quando illud homines acquirunt, quod Angeli perdiderunt: quando illuc adoptati humiles ascendunt, vnde superbi incola ceciderunt.* Scilicet attentant diuinitatem Angeli rebelles, & in Principe suo Lucifero, esse altissimo similes præsumunt: ideo detruduntur. Concluserat quodammodo se cælum, quasi ab inoptis aliis incolis sibi præcauens: ab humilibus tamen portæ arietantur, & perrumpuntur, quasi suo iure, regnum per humilitatem inuadant, & diripiant, quod fuerat superbis interdictum. Quis ergo dignius ducat has victrices cateruas, quam

quam is dux, qui infernali duci sic opponitur? nimirum lucifer, inuadendam præsumit superbissimus Deitatem: Ioannes, oblatam vltro, nec titulo tenus, quo poterat, attingit, humillime suis terminis contentus: proinde merito fortium horum caeteris præesse dicitur, atque post se iam ducere victores, quorquot regna cælorum fœliciter deripiunt. Et miraris si tot gentes in in astra ducat Xauerius, qui sic probè vestigia Baptistæ inuestigans, illius instar viuum effigiatur?

§. VII.

Animarum venator, omnia omnibus se facere, laborat: honores, in proximorum armat salutem, quorum etiam temporalibus necessitatibus non deest: vbique prudens.

540. ERgo & affectuum sympathiâ, & virtutum nitore, & miraculorum tandem exhibitione, in Deos quodammodo quosdam, Apostolici venatores transformatur: cur ergo, de eisdem addit Lucas: *Et vos similes hominibus?* Si Deo simillimi degunt, & participatione gratiæ, Dij habentur: quid hîc hominibus similes dicuntur? Sed si rem probè expendas, eo ipso quod non homines, sed similes hominibus appellantur: Deos ibidem subintelligi agnosces. Quærebat Christus à discipulis, quem dicerent homines, esse filium hominis: & varia respondentibus subdit: *Vos autem, quem me esse dicitis?* Matth. 26. vers. 16. vbi notissima est Hieronymi obseruatio; dicentis. *Prudens lector attende, quod ex consequentibus, textuque sermonis Apostoli nequaquam homines, sed Dij appellantur. Cum enim dixisset, quem dicunt homines esse filium hominis? subiecit: vos autem, quem me esse dicitis? illis, quia homines sunt, humana opinantibus: vos qui estis Dij, quem me esse existimatis?* Sic in præsenti Lucæ loco: quasi dicat Christus: non iam volo vos, homines: quam hominibus similes: ego dixi, Dij estis vos, & filij excelsi omnes: hominibus tamen pro ministerio vestro assimilandi.

Luc. 15.

Matth. 16. v. 16.

D. Hieron.

541. Nihil aptius, venatoriæ rei, quam exchrimus venire poterat: dissimulat se venator, sub bestiarum formâ, feras capturus: ideo Philippus Galleus in Typis venat.

Phil. Gal.

Aut bonus asserui, ficta sub imagine fallunt.

Bene ergo venandis hominibus, esto sint Dij, se se illis assimilant sacri venatores: vt omnibus omnia facti, cum Apostolo, omnes fœliciter Christo lucrifaciant. Quàm ars ista Xauerium nostrum decorasset, adductis multiplicibus testimoniis, non probabo: tota enim huc eius vita foret transferenda: aliquot tamen minus obuia congerere non pigebit, quæ sequentibus Societatis venatoribus, Apostolicæ venationis normam præbeant.

542. Formidines quasdam sacras se gessisse, Seraphinos illos, quos vidit Esaias, inde coniecto, quod charitate ardentes, sacro fumo totum templum impleuerunt, ipso etiam nomine igniri, & insuper rot pennis obuelari. At ecce lamentante Propheta, quod labiis prædicatorii aptis careret: aduolat illorum vnus, timidum Deo venaturus, vt inde animarum venator Isaias mitteretur. At qualis volat? *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari: & tetigit os meum.* Cap. 6. vers. 6. si spiritus erat absque corpore, solumque ad speciem pennatus: vnde illi humana manus, vt forcipe calculum, id est, ardentem prunam tolleret de altari, prophericis tuoe labiis purificandis? beatissime Seraph, quid sic deuceris, quasi humana manu indigeas ministeriis? nimirum venari Deo Isaiam cupiebat: qui trepidus cauterium non speraret, & timens fugeret, ni venatorem suum sibi similem agnosceret. Glossa Interl. ibi. *Similitudinem hominis videt, ne timeret.* Frustra quippe venari humanas feras præsumpseris, nisi quantum res ferat saluâ virtute, te te illi coneris assimilare.

Isai. 6. v. 6.

Glossa.

Neque mireris si Seraph, se in hominem transformat lucrando homini: ipse Seraphinorum Dominus; in idem, eodem vergit: Non solum, quando per incarnationem verus homo factus, sed etiam multo ante per similitudinem. Vidit illum Ieremias adhuc puerulus, audiuque in prædicatorem, animarumque venatorem, se designati: ad quem tunc trepidus & balbutiens Propheta: *A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* Cap. 1. vers. 6. quasi diceret: quid me speres, homines fenteorsis reformarorum: qui balbutiens, nec verba formare nouerim? scilicet puer, indole etiam magis, quam ætate: premebatque exiguum corpusculum, ingens metus: expauebat se prædam Deo fieri Quid tunc Dominus? induit hominem, & paruulum venatur: *Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum,* Ibidem. Sed quam longum, in vtriusque Prophetæ venatione, discrimen! Isaiam, manus tangit, forcipe & ardenti carbone obarmata: sola manus, & nuda, & tenerrima, Ieremiam. Quid ita? quia nihil non mediratur Deus, prædis capiendis: erat Ieremias puerculus, & agnitâ quantumuis humanâ manu, si tamen ignem pariter videret, contremisceret, morique potios, quàm cauterium pati sustineret. Ergo pergamus absque igne, inquit Deus, & manum butyri instar mollissimam efformemus, puero cupedias: pauidus quippe effugiet hinc lepusculus, ni meris blandimentis capiatur. D. Hieronymus ibi, sic ad hanc rem. *Ibi enim quia solida & perfecta ætatis erat: mittitur vnus de Seraphim, qui non manu, sed forcipe, & carbone, tangat os eius. Hic autem ipsius Dei manus mittitur: vt humanorum artuum videns similitudinem, tactum manus non reformidet.* Quasi sic se omnibus omnia faciat, & pro cuiusque ingenio se temperet venatorem. Vbi etiam aduerte, eo te similiorem Deo in venandis hominibus exhiberi, quò mitiori vtaris instrumento: hic enim leui manu Seraph adinoro igne labia repurgauit.

543.

Ier. 1. v. 6.

Idem.

D. Hieron.

Fascinari Galatæ, susceptam prius doctrinam, quasi commotâ nauseâ vomuerant: ad quos tunc Paulus post multa. *Vellem autem esse apud vos modo, & mutare vocem meam,* &c. 4. Gal. vers. 20. ecquod nam hoc, restituendis ad sanitatem, remedium? responder subtilitè, & pulcherrimè D. Hieron. in Comeor. huius epistolæ ad Paulam & Eustoch. lib. 2. ad hunc locum: mirandam Apostolo vocem, vt qui priori doctrinâ non profecerant, aliâ quidem, alio tenore prolatâ fortè proficerent: neue mortuæ quodammodo 544.

Gal. 4. v. 20.

D. Hieron.

epistolæ indormirent, potius viuâ voce, & hac quidem à solatio mutatâ, suscitandi. At inquis, non erat periculum, ne forte minus constans videretur, dum mutat tenorem docendi: aut saltem minus prudens, qui initio meliorem hunc tenorem non obseruasset? certè non erat: scit enim nihil suarum partium magis esse, quam variatis circunstantiis, varia prædis retia apparare: & vt histrio venandis plausibus, habitum & vocem millies commutat: sic venator hic diuinus, qui scenam & spectaculum *mundo & Angelis & hominibus*. 1.Cor.4.verf.9. exhibebat: venandis animabus se transformabat. Nunc audiendus Hieronymus citatus. *Paulus Apostolus, qui factus fuerat Iudæis Iudæus, vt Iudæos lucrifaceret: & qui erant sub lege, quasi esset ipse sub lege, & infirmis infirmus, vt infirmos lucrifaceret: pro qualitate eorum, quos saluare cupiebat, mutabat vocem suam: & in histrionum similitudinem: (factus si quidem est theatrum, mundo, & Angelis, & hominibus) habitum in diuersas figuras vertebat, & voces: non quod id esset, quod se esse simulabat: sed quod id tantum videretur esse, quod cæteris proderat. Cernit Galatas aliâ indigere doctrinâ, alia viâ debere saluari: non illâ, qua primum, ad Christi fidem, fuerant de gentilitate transducti: & compellitur dicere, vellem nunc esse apud vos, & mutare vocem in nobis*, &c. Prius stellas numeraueris, quam formas, in quas venandis hominibus, histrionis instar, se se noster touuerterit Xauerius, assertus fidei Protheus. O quas non mutabat voces, quam pro trahendorum qualitate, doctrinam non variabat. Iam fulminat eloquentiam inter Principes: iam cum mancipiis barbarizat: iam balbutit cum pueris: iam cum militibus prælia: merces cum Mercatoribus, & cum nautis, ventos, Maria, sidera pertractat: atque tandem cum Doctis omnium reuoluit genera scientiarum. Sic quem formidinem de miraculis & vitæ sanctimoniâ reuerebantur omnes: tenerrimè aliunde, omnia omnibus factum diligebant.

1.Cor.4. v.9.
D. Hieron.

545. Mystica satis est descriptio illa, qua Apostolicos suos venatores, quos sæpè huc aduoco, effigiat Ezechiel: sed præ aliis, pedum figura mirabilis sic exponitur. *Pedes eorum, pedes recti & planta pedis eorum, quasi planta pedis bouis*. Cap.1.verf.7. si enim pedibus humanis, & rectis constare dicuntur: ne retortis vestigiis, ad mala mundi, quæ reliquerunt, reflectantur, vt habet hic Gregorius hom.3. quorsum sic facti pedes, in bouinam, atque monstrosam plantam desinunt tandem? quia monstrum sanè est, sed vitio carens, quo quales sint futuri, demonstratur. Idem Gregor. ibidem. *In sanctis prædicatoribus, planta pedis, est vituli, scilicet maturè incendens, & fortis, & diuisa. Quia vnusquisque prædicator, & venerationem habet in maturitate: & fortitudinem in opere: & diuisionem vngula in discretione. Non enim facile prædicatio eius accipitur, si leuis in moribus esse videatur: & nulla erit maturitatis ostensio, si contra aduersa omnia, non adfuerit operis fortitudo: virtutis autem meritum, ipsa fortitudo operis amittit, si discretio in intellectu non fuerit*. Morum pondere, & vitæ maturitate insignis noster Xauerius, fortissimum se in tolerandis aduersis, superandisque difficultatibus exhibuit: at in mentis discretione, ad stuporem vsque enitebat: talem se singulis exhibens negotiis, vt in omnibus, omnia fieri, videretur: dum se vnum, pro rerum varietate, multiplicitet varium exhibebat.

Ezech.1. v.7.
D. Gregor. Mag.

546. Nihil vnquam Xauerio humilius, nihil oculis propriis despicabilius: nuntius à Pontifice Apostolicus, non solum à quouis Episcopo, sed & à viliori Parocho pendebat, absque cuius nutu, in propriâ diœcesi nil aggrediebatur: tam absque fastu, vt pullato indutus carbaso, incederet: & tamen cum experientia disceret, arrogans Iaponum ingenium, exteriori captandum apparatu, Bungum ingressurus, à Lusitanis Bombardarum festiuo strepitu salutatur: deinde pretiosissimis, pro se quisque vestibus indutí cum Xauerio ad Regiam pergunt. Triginta erant numero, aureo torque decori, totidem instructi famulis & pedissequis, non ineleganti vestitu: Xauerius quoque eisdem cogentibus Lusitanis egregie togatus, exoletam mox redditurus ad vestem, Cathasinam superinduerat splendentem: Sacerdotalis stola è serico villoso viridi, ad genua vsque de ceruice, pendebat, aurea cum appendicula, quali tunc Sacerdotes vti consueuerant. Hos initio parua nauigia vehebant, sericis intenta velis, & præclaris conspicienda vexillis. Præsto fuit ad littus Xauerio excipiendo lectica à Rege missa, quam tamen ille gratiis comiter actis, cum remisisset, pedibus perrexit. Præibat Nauarchus œconomi instar, virgam præferens manu: proximi autem iuuenes lectissimi quinque, ministrorum speciem gerebant. Vnus serico in inuolucro, ad vsum Sacerdotis Dei summi, Breuiarium: alter crepidas holosericas, tertius è Bengalensi arundine scipionem, aureo capulo præfulgentem: galerum alius: denique postremus Dei matris præferebat effigiem, cum Damascenæ rubræ vestis integumento. Hucusque Orlandini verbis lib. 11. quantus autem fructus ex hac piissima techna Iaponicæ conuersioni sequeretur, orbis testatur. Nimirum qui eo vsque pannosus, & nudis pedibus, apud Iapones vix proficiens laboratat: diuino instinctu, instrumenta commutat venatoria, & ab humano honore, quem humilis irridebat, superbo Iaponum ingenio, fastuosæ genti, retia parat: paulopost ad paupertatis, & humilitatis suæ delicias rediturus. Orland.

547. Instituebat Timotheum suum Apostolus, addens post multa: *Nemo adolescentiam tuam contemnat*. Epist.1. cap.4. verf.12. vt nimirum quomodo posset, venerabilem se gereret: nec se interim ab hominibus contemni pateretur, quibus non tam despectus, quam cultus atque placens vsui foret. Sed quid ais, Apostole? & vbi illud, quod ad Galatas, pridem dixeras? *Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem*. Cap.1. verf.10. an aliter tete geris, & aliter discipulum instituis? imò pari tenore procedit, sed pro temporis, & rerum qualitate variando: eò tes deducta, vt suos tunc in officio non contineret Timotheus, neque adstantes ethnicos conuerteret ad fidem, nisi se sub aliqua honoris forma redderet, venerabilem: ergo non tam sibi, quam illorum vtilitati, humani honoris vmbræ præcipitur indulgere. Prudentissimè D.August.tom.2.epist.64. animarum pastorem sic informat. *Seipsum præbeat patientia, & humilitatis exemplum, minus sibi assumendo, quam offertur: sed tamen ab eis qui se honorant, nec totum nec nihil accipiendo, & quod accipitur laudis & honoris, non propter se, qui totus coram Deo esse debet, sed propter illos accipiatur, quibus consulere non potest, si nimiâ deiectione vilescat: ad hoc enim pertinet quod dictum est: nemo iuuentutem tuam contemnat: cum hoc ille dixerit, qui alio in loco ait: si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem. Magnum est, de honoribus & laudibus hominum*

1.Timot.4. v.12.
Galat.1. v.10.
D. August.

hominum non lætari, sed omnem pompam inanem præcidere: & si quid necessarie retinetur: id totum ad vtilitatem honorantium salutemque conferre. Sic hominibus magis assimilantur: & sub honoris velo, ab iis, qui solum hunc honorem suspiciunt, in animarum salutem suspiciuntur.

548. Altare duplex sibi Deus in Tabernaculo faciendum præcepit: *altare Thymiamatis* intra velū: *holocaustorum altare* extra: quod ita factum, habes Exod. 35. & passim alibi. In primo ergo altari aromata & odores, Deo eremabat Sacerdos: in secundo autem victimas iugalabat. Cum in thure ac suffimentis bona virtutesque cordis atque animæ significentur, quibus ad Deum ascendimus: non mirum, si à Domino, tanquam condignum sacrificium, intus accipiantur. At si exteriores victimæ, vtpote carnales, bona corporis repræsentant, quæ sic Deo, iustisque vilipenduntur: cur idemmet Sacerdos, ab his etiam sacrificium apparauerit? Respondet Philon. Iudæus, lib. de Temulent. *Duas aras ponit, exteriorem ad victimas ad suffitus interiorem: volens nos per hæc signa docere, virtutes vtriusque speciei, debet enim vir sapiens & intus in animâ inuisibili, & in externis actionibus ornatus esse prudentiâ, omni auro, pretiosiori, &c. Hîc in arâ seu vitâ conspicuâ, tergoris, carnis, cruoris, & huiusmodi corporeorum, videbitur magnam curam gerere, ne vulgarem multitudinem offendat, quæ bona corporis, facit animi bonis proxima. In interiore vero, omnibus rebus incruentis incorporeis non carneis, nec nisi rationalibus vtetur: quæ per thus, suffimentaque significantur.* Nec susciperet, nec imitaretur rude vulgus, interioris pretium sacrificij, si exterius à Sacerdote, videret vilipendi: nec animi bona proposita amplexaretur, si sibi bona corporis, quæ culpam non inuoluunt, initio conuersionis, videret denegata: nec admitteret Sacerdotem, in ducem & rectorem, quem sic à vulgari genio, cerneret alienum. Bene ergo Sacerdos interim, hæc quasi Deo placentia (quæ vere sub hoc intuitu placent) tractat, eidemque sacrificat: vt hinc, vulgus ad interiora intromittat.

Exod. 35.

Phil. Iud.

549. Et certe nulla potest gloriosior victoria. A dæmone reportari, quàm pio vsu exteriorum bonorum & honoris, virtutibus deseruiendo, quorum abusu ille, vitia solet hominibus conciliare. Parcissimus fuit Agesilaus Lacedæmonum Rex in trophæis, & statuis post victorias erigendis: & tamen Pharsalos expugnans trophæum sibi iubet apparari. Cur ita? quia pedites solebant decertare Lacedæmones: Pharsali vero, equitandi peritiâ gloriabantur: cur igitur tunc præter morem equestrem aciem ducens, vinceret Agesilaus, meritò, nihil sibi putauit gloriosius. Auctor Apophthegm. in Ages. ita. *Cum Pharsali vrgerent, latrociniisque vexarent eius exercitum, sexcentis equitibus, vertit illos in fugam: moxque trophæū statuit sub Narthasiis. Nec aliâ victoriâ magis lætatus est: quod ipse per se constitute equitatu paucorum, nec aliis adhibitis copiis eos superasset, qui de re equestri præcipuè gloriabantur. Pulchrum est vincere lacessentes, præsertim his præsidiis, quibus hostes potissimum se iactant.* Nunquam gloriosius dæmonem profligauit Xauerius, quàm dum, qui semper humilis decertarat, nunc sub honoris vmbrâ, præliator accedit: & honorum præsidio illum vincit, quo infernus hostis se potissimum iactat, homines superasse. Nimirum non admitterent Iapones, bona cælestia eisdem à Xauerio importata: nisi Sacerdos, tanquā venator egregius, illorū sese morib. accōmodaret.

Auctor. Apophth.

Hinc etiam erat, vt quandoque donis, & lucri 550.
temporalis incitamentis, homines ad Christum, venator meus adduceret. Ludebat aleâ miles, eburnearum tesserarum infælici semper iactu penè desperatus: arripit Xauerius tesseras, manu tractat, & mittendas porrigit lusori, qui deinceps pro cane infaustu, semper seniorem iactans: vt sibi pecunias lucrifacit, sic Christo ipse perstat lucrifactus. Militibus aliis & nautis, vt virtuti studerent, honores, maioraque stipendia apud Principes solicitabat, & temporalis commodi sub esca, pœnitentiæ hamum abscondens, eosdem ad salutem expiscabatur. Hac arte eiusdem Discipulus Pater Gaspar Berzæus apud eosdem Indos, *Homini plebeium, aliis frustra machinis adhibitis, mercede illectum, traditisque ex pacto aureis nummis vigeniti, quos in eam rem, ex eleemosynâ corrogarat: à crimine ciuitati manifesto remouit.* Vide Orlandinum lib. 12. num. 121. Nimirum sic solet Deus, temporalibus bonis, homines venari, de quo alibi, me plura memini congessisse: hic pauca subdo. Exhibuit quandoque se Deus Abrahamo, & ait. *Ego Dominus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus.* Genes. 17. v. 2. in Hebræo legitur. *Ego sum Deus liberalis, fortis, beneficus.* Vbi Oleaster. *Ne putaret homo, se in vanum laborare in cultu veri Dei, ostendit se Dominus largum in muneribus, &c. Sic supra cap. 15. Ego scutum tuum, & merces tua magna nimis. Vbi simul docet, qualiter homines alliciendi sint muneribus & promissionibus ad fidem, non minis & terroribus.* Ingentibus, prout potuit, beneficiis temporalibus, barbaros sibi deuinciebat Xauerius: ad fidem alliciendos: se quidem omnibus in omnia conuertens, vt omnes lucrifaceret. Vide Orleand. lib. 4. num. 142.

Orland.

Genes. 17. v. 2.

Hebr. Oleaster.

Orland.

Nondum claret, diuini illius præcepti mystica 551.
explicatio: *Omnis alienigena non comedet de sanctificatis: inquilinus Sacerdotis, & mercenarius, non vescetur ex eis. Quem autem Sacerdos emerit: & qui vernaculus eius domus fuerit, hi comedent ex eis,* Leuit. 22. v. 10. Quanuis enim pulchrè Radulphus ibi, apud Godefr. ideo à participatione sacrorum, inquilinos & mercenarios Sacerdotis, amatos dicat: quod in illis, hi, qui non æternam sed transitoriam quærunt salutem, non constanter sed obiter ob mercedem Deo seruiunt, denotentur: adhuc tamen dubium est: quisnam intelligatur in hoc seruo, quem Sacerdos emit, & cur maximè is talis, in tantum dignitatis, sit euehendus? Sed ni fallor ex Xauerij, eiusque discipuli gestis, locus innotescit. Sacerdos qui proximorum inuigilat saluti, meritò eos à fidei sacris repellit, qui non nisi obiter tanquam inquilinus: & auare tanquam mercenarius breui recessurus, præsumuntur accedere. Si vero alicuius animus, quamuis non nisi data sibi pecuniâ, in veram stabilemque fidei seruitutem, alliciendus credatur: hunc emere quodammodo, Sacerdos atque minister Dei non recuset. Nunc capies Radulphum, qui prædictis subiungit. *Emitur seruus à Sacerdote: cum datâ sibi pecuniâ animus peccatorum, ad Dei seruitutem conuertitur. Vernaculus vero est, qui sua sponte, vel proprio ductus ingenio, hanc sibi seruitutem imponit.* Hæc est piissima, si fas dicere, simonia, qua salutem alterius, si aliter non potes, emis quodammodo pecunia! O quot seruos, in obsequium Christi emit Franciscus: quot reddit sacrorum participes, humaniorum hac escâ delinitos! Sic piscator, sub esca dulci abscondit hamum. Do historiolam ex Æliano lib. 1. cap. 23. vbi ita. *Capras, Sargi admodum*

Leuit. 22. v. 10.

Radulph.

Idem

Ælianus.

modum amant : cum enim vmbra quadam apparet earum caprarum, quæ iuxta littus paſcuntur, ſtatim præ lętitiâ geſtiunt, & quantum maximè poſſunt, adnatant : & quamquam ſalire non poſſunt, tamen ſalire nituntur, ſed fruſtra tamen. Caprarum odorem percipiunt, etiam ſi in fluctibus verſentur : quæ cauſſa eſt, vt accedere ad capras, in primis affectant. At cum in ſuo amore, ſint adeo infælici nati ſidere, earum cauſſâ capiuntur, quas tam depereunt : Piſcator enim caprina indutus pelle cum cornibus, inſidias inſtruit, ſolo relicto a tergo: atque farinam iure caprino madefactam, in eam deiicit partem maris, in qua ſargi ſunt : quo illicio odoris capti, ſargi accurrunt, farinam deguſtant, & maximè detinentur eâ pelle caprinâ, quam ſentiunt. Ex his itaque Piſcator, multos valido hamo capit. Hunc imitare, quiſquis piſcandis Chriſto hominibus occuparis.

552. Galat. 1. v. 10. Dixerat Apoſtolus vt ſupra vidiſti : *An quæro hominibus placere? ſi adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.* Galat. 1. v. 10. & tamen idem Corinthios ſuos inſtituens, vt ſine offenſione degerent, ſeque ipſum conſtituens in exemplar, ſic
1. Cor. 10. v. 33. ſcribit: *Sicut & ego per omnia omnibus placeo:* 1. Cor. 10. v. 33. quid volunt iſta ſibi, tam contraria? ſi placeres hominibus, non eſſes Chriſti ſeruus : & tamen placeré omnibus per omnia ſatagebas? quid enim, ſi non quod tibi, ſed quod multis vtile eſt, quæras : ſi tamen placens, Chriſto diſplices? pen-
Idem. de quod addit : *Non quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis : vt ſalui fiant.* Sic hominibus omnibus per omnia placere, vt captata his vtilitas, in ipſorum æternam ſalutem deriuetur : tam abeſt, vt Chriſti violet ſeruitutem : quin potius, non alibi
D. Aug. fidelius ſeruiatur. D. Auguſt. in Pſalm. 121. poſt multa de officiis charitatis : ita. *In quo autem eſt charitas fratres? qui non ſua quærit in hac vita; audi Apoſtolum Paulum, habentem charitatem : placete omnibus per omnia, ſicut & ego omnibus, per omnia placeo. Vbi eſt ergo quod dixiſti : ſi adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem? & modo dicis te placere, & modo cohortaris, vt illi placeant? ſed non ibi poſuiſti finem, vt quis propter ſe, non propter charitatem placeat : qui gloriam ſuam quærit, non quærit ſalutem aliorum : ait enim : ſicut & ego omnibus, per omnia placeo, non quod mihi prodeſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.* Hæc eſt quippe vera Apoſtolici venatoris charitas, proximorum vtilitati, per omnia, ſiue humana fuerint, ſiue diuina, inuigilare; dummodo ad ſalutem æternam, conducere eiſdem agnoſcantur.

553. Sed parum eſt, ſic per omnia, proximis placere, vt tamen interim, quodammodo immotus perſeueres ; illud in hac re difficilius longè, & tamen neceſſarium omnino, vt ad illorum muteris mutationes, & vnus idemque ipſe, vbique tamen, pro variis aliorum affectibus, varieris. Dilectionis
Rom. 12. v. 15. *abſque ſimulatione* dotes exponens idem Apoſtolus, ſic poſt multa ſubiungit. *Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: id ipſum inuicem ſentientes.* Rom. 12. v. 15. quaſi tunc abſque ſimulatione diligas, cum in proximorum gratiam, affectus tuos diſſimulas, vt illorum, aut gaudio, aut triſtitiâ induaris. An non difficile, ſic ſe vnum in tam diuerſa, ſemper paratum gerere? & tamen hoc, inprimis Apoſtolico Prædicatori neceſſarium : cur
D Gregor. Mag. ita? reſpondet D. Gregor. Homil. 11. in Ezech. ad hunc locum Pauli. *Nihil tam oneroſum, in ordine ſacerdotum video, quàm rigorem mentis compatiendo flectere : & cum perſonis ſuperuenientibus, animum mutare : & tamen valde eſt neceſſarium : nam quando ex prædicatione eius ad boni operis gratiam peccator reducitur, ſi Prædicator videtur ingratus?* Quaſi neceſſario ingratus, id eſt iniucundus reſpuatur prædicator : ſi cum aduenientibus perſonis, non mutetur : ſi vnuſquiſque non illum ſibi ſimilem, & in affectus ſuos, per omnia transformatum, non agnouerit. Lege Xauerij noſtri geſta, & quot aut compatiens, aut collætatus, dederit huius charitatis exempla vix enumeres : nec mirabetis, vnde ſic gratus hominibus, tot conuerterit.

Vbi primum ſacerdotes, interioris atrij portas 554.
ingrediebantur, *veſtibus lineis* ſe induebant : Eze- Ezech. 44.
chiel. 44. v. 17. tunc additur ſtatim v. 19. *Cum-* v. 17.
que egredientur atrium exterius ad populum, exuent v. 19.
ſe veſtimentis ſuis : in quibus miniſtrauerant, & reponent ea in Gazophylacio ſanctuarij: & veſtient ſe veſtimentis aliis : & non ſanctificabunt populum in veſtibus ſuis. Expendo hæc vltima verba, quæ certè obſcura. Si populi ſanctitatem curabat Deus, eamque Sacerdotibus curandam præcipiebat: cur tantopere cauet, *ne veſtibus ſuis*, id eſt ſacris, populum ſanctificarent? quia quamuis ſanctificationem populi optaret Deus, id tamen ineptis inſtrumentis fieri vetabat : nihil autem ineptius erat, quam vt ſub veſtibus ſacris, altaris miniſterio deſignatis, Sacerdos ſe populo immiſceret: quamuis enim reuerentiam : non tamen amorem commoueret ſimilitudinis, alliciendis animabus omnino neceſſarium. Sed neque in ſenſu myſtico, locus iſte à
propoſitâ ſententiâ abhorret: de quo ita D. Gregor. D. Gregor. Magn.
citatus, *Groſſiora quippè veſtimenta, ſunt lanea : ſed cum Sacerdos ad ſanctum myſterium accedit, id eſt cum intus, per compunctionem ingreditur ſubtiliori intellectu, neceſſe eſt quod ipſe quaſi lineo veſtimento veſtiatur. Sed cum ad populum foras egreditur, oportet, vt veſtimenta in quibus intrinſecus miniſtrauerat reponat, atque aliis veſtibus indutus appareat.* An non eſt hæc abſque ſimulatione charitas, quæ ita affectus, quos in oratione ſibi ebiberat, diſſimulat; vt tota in ſuos alumnos conformata videatur? quid enim ageret Grex, niſi ſe ſe illi paſtor accommodaret? pergit igitur poſt pauca grauiter Gregorius.
Groſſiora ergo veſtimenta, Sacerdos exiens ante populum Idem.
induat, vt mentis ſuæ habitum, pro vtilitate filiorum etiam ad terrena toleranda componat. Penſate ergo fratres chariſſimi, quantus ſpeculatori labor ſit, & ad ſublimia cor tendere, & hoc repente ad ima reuocare: & in ſublimitate cognitionis intima extenuare animum: & propter exteriores cauſſas proximorum, vt ita dicam ſubito in cogitatione craſſeſcere. Tu lector penſa; qualis eſſet illa Xauerij ſpeculatio, qua ſic cor in ſublimia raptum afficiebatur, vt *ſatis eſſe* clamaret; & ſubito ab hac linea ſubtilitate, in laneam craſſitiem conſidera deuolutum, iam Neophytis cibaria conquirentem, iam miniſtris vexatos regiis defendentem : iam ab hoſtili inuaſos exercitu propugnantem: & vnum omnibus per omnia vtiliſſimum, & transformatum in omnes admiraberis.

Ab illâ ergo ſpeculatione didicit venator meus, ſic foras quandoque demulcere, vt mero blandimento perageret, quod nulla vi poſſe peragi videretur. Benè Orland. lib. 9. num. 168. *Hæc erat* Orland.
diuina Xauerij ars, qua morbis hominum, veluti prudens medicus medebatur, tempeſtiua diſſimulatio, vt cum in eorum ſe familiaritatem penitus inſinuaſſet, tum eos demum, ſuorum vitiorum comiter, & ſine arbitris admoneret. Ex quo fiebat, vt quemadmodum remedia, minimè exulceratis, ſed lenitis iam animis exhibebat : ita eorum eſſet ſanitas & curatio præſtantior. Cuius rei ibi præſtantiſſima congerit exempla.

Laudat

Laudarat Paulus Corinthios, quod omni virtute
diuites essent in Christo, omni scientiâ abunda-
rent: concludens tandem: *ita vt nihil vobis desit in*
1.Cor.1. v.7. *vllâ gratiâ.* 1. Cor.1.v.7. sed ecce paulo post, in-
crepator acerrimus obiurgat, *quia contentiones sunt*
v.12. *inter vos,* &c. v.12. vnde ergo nulla illis gratia de-
erat, quos vnitatis vinculum deseruerat? cur sani
commendentur, qui miserè schismatis morbo la-
D Gregor. Mag. borabant? respondet D. Gregorius homil. citatâ.
*Ecce quos in omni verbo, & in omni scientiâ lauda-
uerat, quibus nihil deesse in vlla gratiâ dixerat, pau-
lisper loquens, ad increpandum leniter veniens, diui-
sos erga se ipsos reprehendit: & quorum prius salutem
narrauerat, postmodum vulnera patefacit. Peritus
enim medicus, vulnus secandum videns, sed ægrum
timidum esse conspiciens, diu palpat, & subito percus-
sit: prius blandâ manu laudes posuit, & post modum
ferrum increpationis fixit: nisi enim verecundæ mentes
fuerint palpando reprehensæ, ita vt ex aliis rebus au-
diant, quod in consolationem sumant: per increpatio-
nem protinus in desperationem cadunt.* Absit autem
vt credas, (quod ibidem benè notauit S. Doctor)
Paulum fuisse mentitum, dum prius eis nihil de-
esse in omni gratia dicens, postea vnitatem asse-
rit amisisse: erant enim inter Corinthios aliqui,
omni gratia repleti, & erant quidam in persona-
rum fauoribus excisi: cœpit à laudibus perfecto-
rum, vt deinde mitius increpationem attingeret
infirmorum. Nimirum sic communitas est repre-
hendenda, Christoque venanda, vt dum cum per-
fectis & laude dignis, infirmi videntur inuolui,
atque palpari, suauiter deinde ferrum accipiant:
Idem Concludit ergo prudenter Magnus Gregorius. *Et
in hoc quoque ad medicinam cordis, a medicina corpo-
ris vsum trahens: nam cum feriendum vulnus medicus
aspicit, prius ea membra, quæ circa vulnus sana sunt,
palpat, vt post ad ea quæ vulnerata sunt, palpando per-
ueniat.* Hac arte prudentissimum medicum, se ve-
nator meus exhibuit: ideo innumeras saluti ani-
mas restituit.

556. Enituit non minus eius prudentia ingesto illo,
Orland. de quo ita citatus Orlandinus. *Cuidam Mercatori
se ipsum conuiuam offerendo, in familiaritatem inti-
mam illapsus: septem ipsas dicitur, quas ancillarum
nomine alebat pellices, sensim aliam post aliam detra-
xisse: eidemque ad accuratam confessionem perducto,
facile persuasisse: vt eas honestè fœminas, in matrimo-
nio collocaret.* Sic se obtulit Christus conuiuam, vt
Zachæum lucrifaceret? sic in Simonis conuiuio:
septem è Maria dæmones exsufflauit. Sed pende
qua prudentiâ, dum repente non posset, rem sen-
sim, & patienter peragit meus Xauerius: ponde-
rat grauissimè D.Chrysost. tom.6. Orat de Sama-
ritana: quam sensim Christus, mulierculam istam
traheret ad salutem, nunc sitim suam inculcans,
nunc sub promissâ aqua gratiam dissimulans: inde
sub prætextu vocandi mariti, aperiens se Prophe-
Ioan. 4. tam: tandem orandi aperiens tenorem: Ioan.cap.4.
D. Ioann. Chrysol. tunc sic scribit. *Accommodabat se mulieri Christus, &
infirmitati mulieris aliquid concedebat: vt sensim ad
rerum grauiorum sublimitatem, eam proueheret. Quem-
admodum piscium venatores, (audi enim, pruden-
ter quid illi faciant) hamum in more mittunt, cum-
que senserint captum esse piscem, non statim extrahunt
illum, sed paulatim laxant, vt ille planè, atque intre-
pidè illecebram deuoret: cumque animaduerterint, in-
timis eius præcordiis, hamum infixum esse, tunc ma-
iori cum animo piscem extrahunt, qui prius se illi ac-
comodauerant.* Sic itaque Xauerius meus venaba-
tur, omnium genio quoad poterat, gratiam acco-
modans: hos subito, illos sensim trahens, fortissi-
mâ suauitate apostolatus sui munera exercens:
dum iam diuino beneficio, & gratiæ participa-
tiune pene Deus: omnibus se hominibus simi-
lem exhibebat.

§. VIII.

*Prædicator Euangelicus, vtili rerum mate-
ria: simplici verborum stylo, auditorum
capacitati accommodandus.*

NOn possunt, imò nec debeo hinc abire, quin 557.
seorsim & fusius considerem caussam illam,
ex quâ vberrimos prædicatiбnis suæ fructus, Xa-
uerius, non solum apud Idololatras, sed etiam apud
perditissimos fideles, congregauit: nimirum, quia
non solum res verbaque, sed ipsum etiam pronun-
tiandi tenorem, auditorum capacitati accommo-
dabat. Dabo igitur in hoc loco, non tam acumina,
quam pondera sententiarum, quibus SS. Doctores
hanc partem illustrarunt: vt tam Xauerij prædica-
tio commendetur, quam nostri abusus temporis
arguatur. Fateor ingenuè, nihil in Christianâ Rep.
deploro corruptius: auribus blandimenta, non cor-
dibus vulnera parant prædicatores: leuissimis acu-
minibus sectatis, veræ doctrinæ pondera spernun-
tur: vibratur stylus, turgescit eloquentia, obscura-
tur periodus: & perit interim, quidquid animarum
saluti dandū foret: hæccine Dominicæ crucis pia
prædicatio? Sed ego nullius sum, huic prælio de-
certando: huc adeste Ecclesiæ lumina, & columi-
na, qui orbem, Christi inhærentes vestigiis con-
uertistis, & prædicationibus vestris in Dominica
reria traxistis: è verbis vestris, nostrates Prædicato-
res discant, quis nam concionandi tenor, in tanto
negotio sanus habeatur.

Non erat Seraphico spiritui difficile, ardentem 558.
prunam tollere ab altari, quâ adstantis Prophetæ
labra purificanda, (ni forte putes stultus, sic sibi
vstionem præcauisse) quin adhibito forcipe vte-
retur: & tamen, legis apud Prophetam: *Et volauit
ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem
forcipe tulerat de altari.* Isai. 6. v.6. caussam subdit Isai.6 v.6.
Iobius Monachus apud Phot. Cod. 222. *Docet nos* Iob.Mon.
*sacra Scriptura, quemadmodum sine intermedio ali-
quo, & absque crassiori materia ignis capi non potest:
sic nec rerum diuinarum quidquam percipi posse sine
materialibus symbolis, cæterisque rebus, iis qui susce-
pturi sunt, accommodatis: ergo forceps hic, interiectam
crassiorem materiam designat: quemadmodum & carbo
diuinum numen denotat: Deus enim noster, ignis con-
sumens est.* Viderint nunc qui vt se doctos vendi-
tent, & acutos, nuda mysteria elucubratis verbis
solent conuoluere: an satis rudi populo capiantur:
vt accepta porgatione, à vitiis inolitis resipiscat.
Pulchre Chrysolog. ser. 39. de Christo per vulga- D.Chrys.
res parabolas edocente. *Per se semper sibi diuina
sufficiunt, sed ob hoc hominibus, humanis frequenter in-
sinuantur exemplis: quia cælestis prouidentia, non quod
ipsa dicere, sed quod auditor capere possit, attendit. Sic
fons, per tenues venarum primitus erumpit meatus, at-
que angustiis sensim serpit in riuulis: donec digno suc-
cessu, in totam se fluuiorum latitudinem prorumpat. Et
vt vobis, de nobis loquar, nato paruulo, mox coauum
præparat succum natura: escam commutat in potum,
& stupentes adhuc fauces, serpentesque internorum
meatus, ad vsum solidioris sibi, longâ lactis infusione
componit. Sic nos Dominus ad capienda diuina, ver-
naculis erigit, & informat exemplis.* Tu qui familia-
rem

rem iſtam dieendi rationem iam ſpetnis : & ab ore tuo edita, ſatis ſibi ſufficere diuina, putas: & quæque dicas ſubtilia, pari facilitate, auditoribus præſumis capienda : an Chriſto, Magiſtro adhæreas, hinc expende.

559. In tabernaculi apparatu, Sacro etiam altaris miniſterio, fabricandæ *fuſcinula* præcipiuntur:
Exod. 27. v. 3. 1. Reg. 2. v. 13. Exodi 27. v. 3. quibus ſcilicet è lebete, coctæ ſacrificiorum carnes, 1. Reg. 2. v. 13. extrahebantur. Miranda quidem diuina ſolicitudo, quæ in has minutias viſa diuertiſſe : ſed interim commendanda, ſi reconditum ibi myſterium capiatur.
Abbas Cellenſ. De his ergo Abbas Cellenſis lib. 2. de Tab. ita. *Fuſcinula quoque ſunt, quibus victimarum cocta, ad eſum reficiendorum afferuntur. Harum vſus Prædicatoribus congruit : quia Doctorum eſt, cuique perſona myſterium cum diſcretione committere : & aliâ quidem, omnibus edenda efferant : aliâ ignibus altaris conſumenda relinquant, quæ noſtram capacitatem tranſcendunt.* Caue ergo abſque perſonarum diſcretione concioneris : ſolum in hac materiâ perſonarum acceptatorem, te cupit Chriſtus : væ illi, qui omnia omnibus indiſcriminatim apponit edenda : & vt capacitatem ſuam venditet, auditorum ſpernit capacitatem, nihil altaris ignibus relinquens. Prudenter D. Ba-
D. Baſil. Magnus. ſilius magnus, in Procemio, de vera fide. *Quemadmodum enim, non eadem inſtrumenta in manus ſumit, qui prælia eſt initurus, & qui colere agrum velit : alia quidem ſupellex inſtrumentorum, iis congruit, qui in pacis quiete, res ſibi ad victum neceſſarias parant, alij armorum apparatus iis, qui in bello ſe aduerſus hoſtiles copias inſtruunt. Similiter quoque, nequaquam eodem dicendi genere vtatur, & qui in ſana doctrinâ cohortetur, & qui in diſputatione ſibi repugnantes redarguit. Si quidem alius eſt genus dicendi, quo vtimur refellendo, aliud quo in cohortando : itemque alia eorum ſimplicitas, qui in pace veram pietatem prædicant, & confitentur : alij illorum ſudores, qui aduerſus oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, fortiter dimicant.* Nos tamen longe aliter in re noſtrâ : decertamus contra infenſiſſimos hoſtes dæmones, munitiſſima vitiorum propugnacula inuadimus : & vnguentati, calamiſtratique, euirata orationis compta iacula emittimus : hortamur quaſi pacifici ad virtutes, & eas ſententiarum argutias, tot armatas dilemmatis conuoluimus, ac ſi contra ſophiſtas dimicaremus.

560. Ad ſponſam Eccleſiam, ſic habet Chriſtus:
Cant. 4. v. 4. *Sicut turris Dauid, collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis : mille clypei pendent ex eâ, omnis armatura fortium.* Cant. 4. v. 4. quid hîc forte, quid bellicum, non miraris ? O tamen vide quid
v. 5. ſubdat : *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis.* v. 5. quò ruis, Amazo ſacra ! Amazones belligeræ, alterum ſaltem vberum detruncant : quid in virum, turrita, eueheris, & munita : ſi aliunde vberibus
Gellibert. exhibitis, in fœminam molleſcis ? Gellibertus ſerm. 26. *Quid ergo ? tantum ibi ſunt arma fortium, non infantium vbera ? ſi excedit quaſi turris charitas, non condeſcendit ? ſiue mente excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus vobis, charitas Chriſti vrget nos. Audiſtis excedentem : vultis ſobriam & condeſcendentem accipere ſponſam ? Vbera, inquit, tua ſicut duo hinnuli. Bona turris ſponſa, quæ ſe per conuerſationis diſciplinam vndique claudit ; & per ſcripturarum doctrinam, ſibi clypeos copiosè appendit, & per contemplationis exceſſum, in ſublime aſſurgit. Ipſius etiam continentia fortis, & doctrina fidelis, & exceſſus cæleſtis, cum & eius ſublimitas condeſcendere didicit, & doctrina copiam ad ſobrietatem deduci, & vigor liqueſcere in quandam rationalis lactis dulcedinem, & arma fortium, in infirmorum vbera conuerti.* Certè non ad concionandum, nos vrget Chriſti charitas, ſed vanitas propria, ſi clypeos vberibus non temperamus : non excedimus Deo ebrij amore, ſi ad proximos ſobrij non deſcendimus : aut quæ in nobis ſobrietas eſſe poteſt, ſi doctis tantum vina eructamus, acuminata mittimus, rotamus pondera, cum neceſſario interim lacte paruulos defraudemus ? & benè *duo vbera* : vt qui internâ compaſſione afficeris ad proximorum ſalutem procurandam : externâ etiam, te te illis accommodes, vt proficiàs. Idem Gellibertus ſerm. 27. *Interna compaſſio, vbera quidem habet, ſed coaptatio, vbera foris exhibet : illa miſeretur, ſed iſta medetur. Quid enim mihi prodeſt, ſi tantum compateris, & infirmitati, & quaſi infantiæ meæ, contemperare te commode neſcis, &c. Vtinam illud attendant, qui facti ubi ſunt, in conuentu fratrum, ſermonem : ſtudent magis alta, quam apta dicere : facientes apud infirmas intellegentias, miraculum ſui, non ipſorum ſalutem operantes : erubeſcunt humilia & plana docere, ne ſola hæc ſciſſe videantur : erubeſcunt vbera habere, nudare mammam, lactare paruulos.* Habes ad viuum expreſſos, nonnullorum prædicatorum mores duriſſimos : alludit vero obiter ad illud Ieremiæ,
Sed & lamiæ nudauerunt mammam : lactauerunt catulos ſuos : filia populi mei crudelis quaſi ſtruthio in deſerto. Thren. 4. v. 3. Sed nos lamiis duriores, ſtruthionibus ſimiles, nudare paruulis vbera erubeſcimus.

Hinc, & illud eiuſdem Chriſti, ad eandem Ec- 561.
cleſiam : *Fauus diſtillans labia tua, ſponſa, mel & lac ſub linguâ tuâ.* Cant. 4. v. 11. Ibidem v. 11. commendantur Eccleſiæ Prædicatores, qui in corpore hoc myſtico, labia reputantur, quibus Eccleſia loquitur. Sed cur ſacra hæc eloquentia, non tam pleno alueo fluere, quam guttatim dicatur ſtillare ? quia non quantum ipſa poteſt dicere, ſed quantum capi poteſt, ſolet effundere : quia non tam ſui miraculum, quàm auditorum captat vtilitatem. Gellibertus Gellibert.
iterum ſerm. 34. *Tria quidem laus iſta complectitur, dulcedinem, plenitudinem, parcitatem : dulcedo conſideratur in genere, plenitudo in copia, parcitas in effuſione. Quid effuſionem dico ? diſtillatio magis eſt, quam effuſio. Quid neceſſe eſt in aſſignandis ſingulis immorari, ipſi enim ſcitis, quia fauus, non niſi dulcedinem effundit : nec niſi de pleno effundit. & de plenitudine quidem ipſâ non totam ipſam. Eſt ergo in labiis ſponſæ dulcedo ſola, dulcedo plena, & dulcedo ſobria : plene quidem poſſidetur, ſed non plene effunditur, ſed prout auditorum capacitas exigit.* Sic ergo aflue, vt non defluas, ſed diſtilles : ſuffocat gurges paruulos, nondum profunda myſteria tranſnatare doctos : quanuis mel comedendum porrigas, non tamen vltra modum : paruo paruuli reficiantur, ne ſatiati euomant Prou. 25. v. 16. Prou. 25. v. 16.
& vnde ſalutem ſperabant morbum contrahant. Non tantum doctis prædicas, imò vix illis : populus tibi frequens inſtituendus : apta tibi potius quærenda, quam alta. Ideo benè D. Chryſol. ſerm. 99. de parabola fermenti, ita. D. Chryſol.
Bonus Dominus, amator ſuorum Chriſtus, regni ſui ſimilitudines iterat, variat comparationes : quas non de occulto ſumit, non captat de cæleſtibus, ſed profert de quotidiano vſu, de communi conuerſatione

propo

proponit, vt ad omne genus hominum perueniat, quod est omnibus profuturum. Tu ergo si abstrusa obtrudis, recondita si tractas, certe non profutura quæris, nec tam sicut Christus amator auditorum prædicas, quam ostentator tui prædicatis: Christus quotidiana tractat, tu sola exquitissima tractanda putas: vter fallitur? benè iterum idem S. Doctor serm.
Idem. 43. *Populus, popalariter est loquendum: communio compellanda est sermone communi: omnibus necessaria, dicenda sunt more omnium. Naturalis lingua clara simplicibus, doctis dulcis: dicens loquatur omnibus profutura. Ergo hodie imperito verbo veniam dent periti.*

562. Aod, quem populo afflicto, in saluatorem Dominus erexit, ambidexter erat & fortissimus,
Iud. 3. v. 16. Iud. 3. additurque statim: *Fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulum, longitudinis palmæ manus. v. 16.* Si autem quæras, quid tam diligenter parato, tamque descripto diligenter gladio peregerit: solummodo Eglon occisum leges, in cuius corpore, quasi iam officio functus,
v. 22. gladius derelictus: ibidem v. 22. Nunc audi, quid ad finem huius capitis, addat Textus: *Post hunc fuit Sangar filius Anath, qui percussit de Philisthiim sex centos viros vomere: & ipse quoque defendit Israel.* v. 31. Vomis fortuitus, nec sacri scriptoris sententiâ ponderatus, tam præclaro, inopinoque facinori satis fuisse cernitur: cum gladius ille, vnius tantum hominis nece contentus pereat: vt nimirum Euangelicis ministris essent exemplar.
Stephanus Cant. Stephanus Cantuar. ibi apud Godefr. *Ecce iste, plures occidit mouere, quam Aod gladio suo limato & acuto: quia sæpe plus proficit simplex, & rudis prædicatio, quam exquisita, atque polita.* O qui syllabas trutinas, sententias contorques, deque euphoniacâ clausula, tanquam de acutissimo gladio gloriaris: qui piâ & affectatâ quandoque rusticitate dicentes, irrides: expende vtrinque fructus, & erubesces.
D. Prosp. Aquit. Grauiter proinde D. Prosper Aquitan. lib. 1. de vitâ Contemp. cap. 23. *Non in verborum splendore, sed in operum virtute, totam prædicandi fiduciam ponat: non vocibus delectetur populi adclamantis sibi, sed fletibus: nec plausum à populo studeat expectare, sed gemitum: hoc specialiter Doctor Ecclesiasticus allaboret, quo fiant, qui audiunt eum, sanis disputationibus meliores, non vana assentatione fautores. Lacrymas, quas vult à suis auditoribus fundi, ipse primitus fundat: & sic eos compunctione sui cordis accendat: tam simplex & apertus, etiam si minus Latinus, (disciplinatus tamen & grauis) sermo debet esse Pontificis, vt ab intelligentia sui, nullos quamuis imperitos excludat: sed in omnium audientium pectus, cum quâdam delectatione descendat.* Certè templum Dei, conuertimus in Theatrum, dum pene histrioniam exercemus: polimus verba, & ridiculè soluta quædam carmina fundimus è suggestu: captamus popularem auram, & aurium pruritu, miseras auditorum mentes, plausum sollicitantes nobis fascinamus. Reprehendit hanc
D. Ioann. Chrysost. corruptelam passim, D. Chrysostomus: nunc satis illud, ex homil. 2. ad Pop. Antioch. *Non est Theatrum, Ecclesia, vt ad delectationem audiamus, adintos hinc recedere oportet, miratos quidquam amplius & magnum, hinc recedere expedit: quoniam temerè & frustrà proficiscimur, si ad tempus refrigerati, sic recesserimus vacui, & dictorum vtilitate inanes facti. Quæ mihi horum plausuum vtilitas? Quæ laudum, & tumultuum? Laus mea est, per opera vos, omnia quæ dicuntur, exhibere.* Tu nisi hanc laudem quæras planè inluderis.

Hinc Apostolus: *Facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos.* 1. Thes. 2. v. 7. Nimirum, lac simplex, non temerè escam solidam: vbera potius, quàm fercula porrigebat. Sed cur, qui se nutricem exhibet, instar paruulorum fieri, asseueret? paruulos nutrit Paulus, benè est: cur tamen ipse in paruulum conuertatur? quia non foret apta paruulorum nutrix, nisi se totum in paruulos transformaret. D. Chrysol. serm. 62. *Nutritor pius, nisi totus fuerit redactus in paruulum, nunquam paruulum, perfectum reducit in virum: denique tunc vocem tenuat, verba ponit, agit nutibus, sensus seponit, infirmat visum, abiicit vires. membra dissoluit, vt gressum, tradat gestit non ambulare, sed repere: ridere simulat, timere fingit, flere mentitur: quia est in illo mendacium, pietas: desipuisse, prudentia est: est infirmitas, virtus. Hoc reor Beatum Paulum fecisse, cum dicit: factus sum paruulus in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos.* O quales in plenitudinem ætatis Christi accrescentes, pio hoc tenore alumnos suos reddidit Apostolus! Nos cum infantibus infantire erubescimus: timemus impotentes præsumi ad escam diuidédam, si in tempore opportuno lac præbeamus. O quam desipimus & decipimus! Benè idem Chrysol. serm. 106. de Domino ficus parabolam exponente. *Rogo quid tam planum, qui tam lucidum, quid tam commune, quod rusticis sit vernaculum, quod proprium sit peritis: quam proposita similitudinis forma? Quæ de generali vsu veniens, omnes & verbo instruit, & conuertit exemplo.* At nos, quidquid commune est, ineptum & hiulcum reputamus: nihil nisi singulare placet, quod nouitate percellat, quod intricatione confundat: refertissimam cupimus auditorum concionem, vt paucissimis, & forte nulli, promamus capienda hiantes illos malumus, ad plausum nostrum, quàm ad ipsorum saturos vtilitatem: dummodo, quod minus capiunt, laudent impensius; negotium putamus peregisse. Hoccine est, semetipsos prædicare, an Christum? audiendus iterum D. Prosper Aquit. lib. supra citato. cap. 14. *Alia est ratio Declamatorum, & alia debet esse Doctorum: illi elucubratæ orationis pompam, totis facundiæ suæ viribus concupiscunt: isti sobrio vsitatoque sermone, Christi gloriam quærunt. Illi rebus inanibus, pretiosa verborum induunt ornamenta: isti veracibus sententiis, ornant & commendant verba simplicia. Illi affectant suorum sensuum deformitatem, tanquam velamine quodam phalerati sermonis abscondere: hi eloquiorum suorum rusticitatem, student pretiosis sensibus venustare. Illi totam laudem suam, in fauore vulgi: isti in virtute Dei constituunt. Illi plausibiliter dicunt, & nihil auditoribus suis declamando proficiunt: isti vsitatis sermonibus docent, imitatores suos instituunt; quia rationem suam, nulla fucata compositionis affectatione corrumpunt.* Tu ibi plura.

Margin notes (right column): 563. 1. Thes. 2. v. 7. — D. Petr. Chrysol. — Idem. — D. Prosp. Aquit.

Expendit Ammonius in Catenâ Cord. longum illum sermonem, quem cum Samaritana miscuit Saluator Ioan. 4. & adductis multis, quibus Christus, fœminæ probare se posset Messiam, sic concludit. *Nullo horum mulierem inducit, sed aquæ duntaxat pollicitatione, atque prædictione illam allicit, & per hæc in Christi cognitionem adducit, & se iam qui sit manifestat, &c. Quod non dixit Iudæis subdolè interrogantibus, id mulieri simplici reuelauit. Et neque de Moyse quidquam illi proposuit, sciens eam ignaram esse Scripturarum: sed in iis tantum, quæ nouerat, illi persuasit.* Tu qui nihil familiare, & notum ignaræ plebi, 564. Ioann. Ammon.

fœminis religiosis soles inculcare, capi præsumis? nisi forte, te Christo imagineris prudentiorem: iste populo simplici,& ideo aptissimo reti trahit:tu Iob.Mon. non nisi fucato satagis venari. Benè Iob.Monach. initio citatus,caussas adhibens,cur humilibus verbis Christus vteretur. *Primum quidem ad Iudæorum efferuescentem inuidiam mitigandam: deinde vero, vt nobis humilitatis exemplum, ipso met facto exprimeret. Tertiò etiam, quia verborum splendor, non facit, vt inde necessario actiones splendescant: cum è contra, diuinorum supraque naturam operum patratio: secum pariter verborum soleat euehere humilitatem.* Te ergo, qui non vt Christus prædicas, Prædicatorem Christi existimauerunt: hinc hinc ad fabulas conuertimur, magistri prurientes auribus. Veritatis sermoné retardantes. Væ nobis, si de nobis quandoque dictum præsumatur, illud Gellib. serm. 5 expendentis meProu 7. tersicem illam Prou. 7. qui tandem sic concludit. Gellibert. *Suspecta est mihi talis platea, in qua mulier tam varia, & versipellis, blanditiarum suarum insidias, vecordi machinatur iuueni: nescio enim quid obscurum & distortum, & fucatum, mihi significat nox, angulus, & ornatus meretricius. Suspecta est mihi omnis doctrina, & certo suspecta, quæ nullam inducit de Christo mentionem: quæ eius nec Sacramentis renouat, nec præceptis informat, nec promissis inflammat.* Quasi licet multa de Christo congeras in concione, obscurè tamen, distortè, & fucatè dicens: perinde sit, ac si nullam de Christo ingeras mentionem: qui tunc solummodo verè prædicatur, cum fideles in vsum Sacramentorum, in præceptorum custodiam & amorem, in patriæ cœlestis desiderium, accenduntur.

565. Ergo & Christum, & ad gloriam eiusdem prædicabis, si res auditorum accommodes capacitati: incassum aliter, tui tantummodo ostentator laborabis. Quæsitus Baptista, an Elias esset: negauit Ioann 1. v. 21. apertissimè, Ioan. cap. 1. v. 21. eum tamen Christus Matth. 17. Dominus Matth. 17. Baptistam, esse Eliam affirmaret: nec tamen fallitur Ioannes, vel Christus falli potest: quia quod seruus verè de personâ negabat; id de spiritu, Dominus affirmabat. Sed cur D Gregor. Magn. sic sensum vterque variauit? respondet Mag. Greg. Homil. 7. in Euang. *Quod ergo Dominus fatetur de spiritu, hoc Ioannes denegat de personâ: quia & iustum sic erat, vt & Discipulis Dominus spiritalem de Ioanne sententiam diceret: & Ioannes iisdem turbis carnalibus, non de spiritu, sed de corpore responderet.* Fac Baptistam licet verè, mysticè tamen ad turbas respondisse: & quos inde tumultus excitaret, nemo non præsumpserit. Attempera itaque materiam stylumque tuum concioni: quæ cum vt plurimum confluente populo constet, nec obscura illa acumina, D Zeno Veron. neque verba librata perferre potest. D. Zeno Veró. serm. de præcepto, *attende tibi*: expendens huius sententiolæ efficaciam, sic subiungit. *Talis nanque natura ipsa verbi spiritu compaginante formata est, vt velox breuisque sit, & transcursu concito, multa designet in paucis: vt per ipsam sui breuitatem, tenacius à memoriâ reseruetur. Hæc nanque est emendati natura sermonis, vt neque obscuritate, quæ dicuntur, offuscet: neque abundans ineptiis, vim rerum quæ indicantur, faciat euanescere.* Hæc itaque syncere dicta, vtilitaté congerunt auditoribus: periculosè nimis ordo præuertitur: & paruulis quamuis petentibus, præbere Petr. Cel. solidum cibum, mors est. Prudenter Petrus Cellensis, lib. de Pan. cap. 5. *Si non fregerit Doctor, negligentia arguitur: paruulus si neglexerit suscipere, fame periclitatur: cibum tamen solidiorem non vsurpet, qui lactis est particeps, quia aut gingiua dentibus nondum armata læduntur: aut angustum æsophagi, seu gutturis foramen, forte obturabitur: quorum alterum malum, alterum pessimum: in altero enim læsio, in altero peremptio hominis.* Tu vero, non te nec is huius reum habeas, qui non solū non subtrahis, ignoranter postulantibus paruulis escam solidiorem; sed etiam vltro porrigis? est igitur fidelis dispensator ille, *Qui dat escam* (verba sunt eiusdem Cellensis lib. 2. de tabern. *pullis coruorum in tempore opportuno: qui libras sensum propositum, & vtilitatem audientium: sensui aptant loquendi materiam: proposito temperant modum: vtilitati subministrans congruum finem & principium* Idem

Dedi hucusque in re nimis tritâ; ploratâ sæpe nunquam emendatâ satis: quidquid ex sacris Doctoribus, nondum apud alios legerim obsoletum: addo ex profanis Senecam, cuius non videtur auctoritas spernenda. Epist. 40. ita. *Quæ veritati operam dat oratio, incomposita debet esse & simplex: hæc popularis, nihil habet veri: mouere vult turbam & inconsultas aures impetu rapere: tractandam se non præbet, aufertur. Quomodo autem regere potest, qui regi non potest? quid quod hæc oratio, quæ sanandis mentibus adhibetur, descendere in nos debet: remedia non prosunt, nisi immorentur. Multum præterea habet inanitatis, & vani; plus sonat quam valet. Leniendа sunt, quæ exterrent: compescenda, quæ irritant, discutienda, quæ fallunt: inhibenda luxuria, corripienda auaritia: quid horum raptim potest fieri? quis medicus, ægros transitu curat? quid quod nec voluptatem quidem vllam habet, talis verborum sine delectu ruentium strepitus! Sed vt pleraque, quæ fieri posse non crederes cognouisse satis est: sic istos qui verba exercuerunt, abunde est semel audisse.* Pende obiter hæc vltima verba in illos, qui talenti sui (sic loquimur) excellentiam, in summa linguæ velocitate (*tarauilla* vocant) constituunt. Idem iterum Epist. 38. *Plurimum profuit sermo, qui minutatim irrepserit animo: disputationes præparatæ, & effusæ, audiente populo, plus habent strepitus, minus familiaritatis. Philosophia, bonum consilium est, consilium nemo clamore dat; aliquando vtendum est, & illis, vt ita dicam, concionibus, vbi qui dubitat, impellendus est: vbi vero hoc non agendum est, vt velit discere, sed vt discat, ad hæc submissiora verba, veniendum est: facilius intrant, sed hærent: non iam multis opus est, sed efficacibus.* In quibus verbis priuatæ illæ conciunculæ commendantur, quæ per modum consilij, minus strepitus habent, sed plus ponderis: quibus Xauerius meus, innumeras Christo animas conciliauit, vt in eius historia passim legimus: scilicet ex illis erat, data opportunitate, ad quos prudenter Gellibertus serm. 16. post multa. *Versatilis sit in manu tuâ, gladius spiritus, vt ad omne quod tibi emergit negotium famuletur: nec te destituat sermonis sacri facultas, quem temporalis & subita deposcit occasio. In labiis tibi sit, non in foliis, verbum validum & efficax: labia enim sacerdotis, Malach. 2. non folia, custodiunt scientiam,* Tu quidem: qui nisi præmeditata in chartis, in foliis descripta nosti depromere: qui nisi politas illas, & cuibratas periodos, longo & inutili studio laboraras, fundere erubescis: nec sententiæ custos, nec proximorum Pædagogus habearis. Sed quia de hoc iam variis in locis plura: ad alia iterum redeo iucundiora.

§. IX.

§. IX.

Apostolici venatores, intactas prædas Domino reseruant: cuius dum gloriam quærunt prædicando: maiorem sibi gloriam: & fructus virtutum acquirunt vberiores. Xauerius in hoc negotio, qualis.

567. Luc. 12. ADdit igitur Lucas, de venatoribus bis nostris apostolicis: *Et vos similes hominibus, expectantibus Dominum suum.* Et quotsum expectaut? vt nimirum prædas factas, Domino seruent intactas: sunt pulchra in hanc rem verba illa D. Chrysostomi, Homil. 42. ad Pop. Ant. *An quæso, non tibi videtur esse opus temperantiæ, cum canis fami imperet, qui postquam venando aliquid ceperit, à præsenti se continet escâ, & appositam cernens mensam, licet vrgente gulâ, Dominum expectat?* Versio nostra, sed fidelis: vide Græca. Hanc itaque dotem, à venatoribus suis, exigit Deus: vt nihil captæ prædæ decerpant, sed integram Domino seruent, ad cuius tantummodo gloriam venantur. Periit casu leo mansuetus Domitiani Imperatoris: cuius tamen inde fælicitatem extollit Statius lib. 4. Syl. 5.

D. Ioann. Chrysost. — Statius.

—— Magni quod Cæsaris ora
Inter tot Scythicas, Lybicasque, & littore Rheni,
Et Phariâ de gente feras, quas perdere vile est:
Vnius amissi, tetigit iactura, Leonis.

Si autem quæras quid insigne haberet Leo iste, cuius iactura, Cæsarem ipsum afficeret mœstissimè? respondeo instar vernaculi Canis, Cæsari venatoriam operam ministrasse, eâ fidelitate, vt à prædis captis, Dominoque seruandis, abstineret expectans.

Idem.

Quid, quod abire domo, rursusque in claustra reuerti
Suetus, & à captâ iam, sponte recedere prædâ,
Insertasque manus, laxo dimittere morsu!

Hæc nimirum prærogatiua ingens Canis venatici, si intactam prædam dimittat, si Domino fruendam attulerit: huius tantummodo voluptati, per immensa pericula studens.

568. Matth. 23. v. 15. Hinc illa Christi Domini expostulatio ad Pharisæos. *Væ vobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare, & aridam vt faciatis vnum Proselytum.* Matth. 23. v. 15. Quæ nihilominus obscurum aliquid inuoluit: si enim damnarentur Pharisæi, quia scatentes sceleribus, corrupti motibus, vitâ perditissimi: hypocrytæ nihilominus, religioni specimen prætenderent, res quidem esset plana intellectu: quid tamen culpæ est, si totum terrarum orbem peragrarent, si maria nauigarent, immensis vbique periculis expositi, vt proselytos ad fidem adducerent, & animas reuera lucrifacerent? Si homines se fidei venari simularent, & interim nihil studij in negotium tantum adhiberent, meritò inde venerant reprehendendi: si autem reapse animas conuertebant, si in id operis terræ marisque discrimina subibant: cur eo nomine opprobria ferant, vnde relaturi præmia viderentur? quia licet venatores forent, licet se, omnibus omnia facere studerent: non tamen Dominum suum expectabant: non ad huius gloriam, sed ad suam vtilitatem, ad inanis gloriæ iactationem, prædis his sacris, sacrilege faciundis incumbebant. D. Chrysostomus, Homil. 44. in Matth. *Non propter gloriam Dei, vt additis cultoribus honoraretur Deus: non propter misericordiam, volentes eos saluare quos ducebant: sed propter auaritiam, vt additis in synagogâ Iudæis, sacrificiorum adderetur oblatio: aut propter vnam gloriam, vt viderentur.* Nimirum ambibat Pharisæus, dominici venatoris titulos gloriosos, & tamen vtilitatem prædæ sibi retinebat, diligens ad venatum, sacrilegus in abusu: capiens prædam, sed Dominum non expectans: itaque dum se omnibus omnia facit, non tam virtutem dissimulat, quàm simulat charitatem, hypocrita germanus.

D. Chrys.

569. De illis Apostolicis venatoribus, quos ab Ezechiele supra huc, sæpe aduocaui: additur adhuc aliquid in hanc rem, non obiter prætereundum. Ferebantur nimirum impetu spiritus, & sic ferebantur, vt nunquam retro verti noscerentur: *Nec reuertebantur, cum ambularent.* Cap. 1. v. 12. Quia vt benè ibi Gregorius Magnus Homil. 5. *Electi quippe sic ad bona tendunt vt ad mala perpetranda non redeant.* Perseuerantes nimirum vsque ad finem: ab incepto opere non desistunt: quippe quæ retro sunt obliuiscentes ad anteriora extendunt se ipsos. Sed quid est illud, quod statim additur? *Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis* v. 14. Quid vnquam repugnantius dici, aut fingi poterat. Nunquid ad prisca sæculi mala redeunt? vnde ergo cœli adhuc ministros se exhiberent? sed aliud est quod supra negatur, aliud quod in hoc loco perhibetur: non reuertebantur ad sæculum, sæculique delicias, quas semel deseruerant: & tamen captis animarum prædis, subito ad Dominum suum reuertebantur. Et quorsum inquis? idem D. Gregor. ibidem. *Quia postquam mira sancti, inter homines faciunt, postquam corda audientium sparso lumine incendunt: ad quandam auctoris sui gloriam redeunt, vt illi laudem reddant, per quem se posse talia sciunt.* Tales sibi cupit Deus venatores, qui nihil sibi gloriæ tribuant, sed quidquid laudis est, referant in Dominum: hoc enim est eundem expectare, intactamque eidem prædam attribuere.

Ezech. 1. v. 12. D. Gregor. Mag. — v. 14. — D. Gregor. Magn.

570. Apostolicos hos Prædicatores instituebat Salomon, vt salubres doctrinæ suæ aquas funderent auditoribus: non tamen adhuc claret institutio: *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis, aquas tuas diuide: habeto eas solus: nec sint alieni participes tui.* Prou. 5. v. 16. Quàm mira sacri fontis conditio! Quam nouum pio doctori iudicitur ingenium. Diuidit doctrinam suam, id est pro capacitate auditorum, quid singulis conueniat impertitur: & tamen eandem met solus, sibi retinet? cur patitur, cuius tamen participes recusat sic habere? audi ibi venerabilem Bedam. *Aquas & in plateis diuidimus, & tamen soli possidemus: quando & exterius late prædicationem fundimus, & tamen per eam, laudes humanas consequi non ambimus. Nec sint alieni participes tui. Immundi spiritus participes fiunt doctori, si eius mentem, vel fastu elationis dum prædicat, vel hæresi, vel aliquouis vitio corrumpunt.* Quasi inde prædicationis nostræ fructus, Christo nimirum offerendos, nobis non retineamus, quod aliquid propriæ laudis aucupamur: quid ni si dæmoni potius, laboramus. Prædæ igitur omnes, iure suo ad Dominum referendæ: hunc expectent Prædicatores fructu potiturum: *Per quem*, vt dixi Gregorius, *Se posse talia sciunt*: & sine quo, nihil virtutis, voci suæ tribuere vnquam poterunt.

Prou. 5. v. 16. — Beda. — D. Gregor. Magnus.

571. Fere totum caput septimum Numerorum, in

referendis muneribus impenditur, quæ Principes populi, in altari dedicatione, Domino obtulerunt: cum veru, ſinguli inter alia, *acetabulum* & *phialam* dicarent, nunquam tamen legis, aut illud aceto, aut iſtam vino redundaſſe, id eſt iis liquoribus, in quorum miniſterium fabricantur: ad ſummum ſimila conſperſà oleo implebantur:
Numer. 7. v. 13. *Acetabulum argentum &c. Phiala argentia vtrumque plenum ſimilà conſperſa oleo* v. 13. Quod ſæpe repetitur. Repræſentabantur quidem, in Principibus iſtis, Eccleſiæ Paſtores & miniſtri, qui quotidiè animas Deo lucrantur & tanquam altaria precioſiſſima illi conſecrant. Cur igitur vaſa oblationis ſuæ proprió liquore vacua, ſolumque ſimilâ vtcumquè
Galfrid. referta dicant? Reſpondet ibi Galfridus. *Non ducis eſt, cyathum offerre, ſed phialam: videlicet non exilem, ſed vberem exhibere doctrinam. Cæterum meminiſſe debemus, Duces iſtos nec vinum in phialis, nec acetum in acetabulis obtuliſſe: vaſa exhibent, verba miniſtrant: nam implere os, & efficacia facere, dare ſcilicet voci ſuæ, vocem virtutis: non humani officij, ſed gratia eſt diuinæ. Attamen plena offerunt vaſa, non vacua, ſicut quidam qui neſciunt, de quibus loquuntur, neque de quibus affirmant.* Offerunt itaque ſermones ſuos plenos, quia doctos vt par eſt: vacuos tamen virtutis requiſitæ: quia hanc non à ſe, ſed à gratiâ norunt prouenire. Cur ergo prædas Domino non ſeruent: quas oon tam verbis, quam virtute diuinâ capere potuerunt?

572. Cant. 8. v. 12. Eccleſiæ fælicitatem, ſub vineæ comparatione, deſcribens Salomon, ſic habet: *Vinea fuit pacifico, in eà quæ habet populos: tradidit eam cuſtodibus: vir affert pro fructu eius mille argenteos.* Cant. 8. v. 12. nonne vinea iſta laboranda? non modo pullantibus ſpinis repurganda, modo nouis plantis augenda: infœlices rami amputandi, inde fœliciores inſerendi? cur ergo cuſtodibus tantummo-
Guillel. do, & non potius cultoribus aſſignatur? Guillelmus ibi in Cat. Delr. ita. *Tradidit eam cuſtodibus, non ait cultoribus: quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. Vnus ergo eſt cultor eius, ſed cuſtodes plurimi: vnus qui colit eam: ſed multi ſolicitudinem gerunt circa eam. Planè vnus eſt, qui coluit eam ad fructum, à quocunque foris occaſio præbeatur: ſed & ipſa per ſe cuſtodum ſolicitudo caſſa eſt: niſi enim Dominus cuſtodiat vineam fruſtra vigilant, qui cuſtodiunt eam.* Si ergo totus fructus à Deo cultore eſt, ſi cuſtodia tua caſſa, & vana eſt, niſi tecum ipſe præcipuè cuſtodierit: quid fructum tibi arrogas? quid prædas tanto Domino, non aſſignas.

573. Fruſtra laborem oſtendens, quàm ſe fidelem IESV ſuo, Xanerius exhibuerit venatorem: quàm nihil prædarum tot attigerit: quàm Dominum fruiturum expectaret: tota eius hiſtoria, ſingulis fere paginis rem teſtatur. Sed quid mirum, ſi filius Ignatij chariſſimus, Patrem æmuletur, cuius inſigne, natis ab illo in gentilitium ſtemma deriuatum, illud fuit, omnia, *Ad maiorem Dei gloriam:* perpetrate? Id ergo tantummodo obiter adnotaoerim: fuiſſe in Xauerio imprimis neceſſarium, vt non quandoque, ſed paſſim, geſtorum ſuorum, Deo gloriam attribueret: huius caneret præconia, & opem coram populo inuocaret. Iam fornacem in paradiſi delicias amœniſſimas, deſcendens, ad tres pueros, Angelus redegerat: cum ipſi laudis cantico, mutis etiam & inſenſibilibus indicto creaturis: tandem collaudatores homines aduocarunt: igitur filios hominum, Iſraëlitas, Sacerdotes, ſeruos Dei, iuſtorum animas, Sanctos, & corde humiles inuitant: tuncque demum ad ſemetipſos, ſic loquuntur: *Benedicite Anania Aſaria, Miſael Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.* Dan. 3. v. 88. vbi merito D. Chryſo- Daniel. 3. v. 88. D. Chryſ.
ſtom. tomo 6. Hom. de tribus pueris: ſic addubitat. *Quid igitur prodeſt, quod tot ordinibus numeratis, in poſtremo ipſi, nomine proprio ſunt relati? nonne enim, inter filios erant, qui benedicerent? non inter Domini ſeruos, qui numerati erant? vel enim ſancti, & humiles corde, nonne inter ſanctos recenſiti, &c. Quid ergo ſibi vult, illud additamenti?* Quo igitur tenditis, Pueri prudentiſſimi? ſi iam tatis, ſub prioribus titulis intelligimini, qui veſtra propria exprimitis vocabula, quaſi ſub communis appellationis faſtidio, aliquid ſingularius, per ambitionis ſpeciem affecteris? imò fuit id humilitatis omnino requiſitæ egregium præconium. Benè idem Idem
S. Doctor. *At enim, quia ſupra naturam erat res iſta, quia naturam humanam excedebat, ſi quidem in corpore, fornacem ingreſſi calcauerant, ne quis eorum, qui ſeducti erant, propter miraculi nouitatem, appellare Deos ipſos auderet, & adorare, &c. Idcirco ſuam indicant ſeruitutem, ſeque adorare confitentur.* Poterant quidem inſciis putari, ſe priores illos ordines, ad ſui ipſorum adorationem conuocaſſe: ideo expreſsè ſe publicant adoratores, commune omnium numen adorantes: tot prodigiis, tot miraculis prædicationem ſuam Xauerius decorabat, vt (quod ſupra dixi) à barbaris tanquam Deus coleretur: quid ni ergo publice Deo gloriam referret, vt impiam auerteret opinionem.

Veruntamen licet tam ſedulo Apoſtolici ve- 574.
natores, prædas Deo ſeruent, illi gloriam referant, per quem ſe poſſe talia cognoſcunt: non tamen ieiuoi fructibus perſiſtunt: nam inde glorioſiores apparent, quò impenſius Dei gloriam ſolicitant. Ideo meritò Guillelmus paulo ante citatus, ad locum Caor. ibi adductum, ſic ſubiungit. *Veruntamen vnuſquiſque Propheta, mercedem recipiet, ſecundum proprium laborem: quamuis enim neque qui plantat, ſit aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus: plantantem tamen, atque rigantem, pro quantitate laboris ſui, ſuo tempore, glorioſè remunerat Deus. Quamuis neque qui plantat, neque qui rigat, ſit aliquid: labor tamen plantationis, atque rigationis, præclaram atque perfectam, plantanti atque riganti iuſtitiam comparat.* Hinc eſt, quod traditâ iam vineâ cu- Guillel.
ſtodibus additur: *Vir affert pro fructu eius, mille argenteos.* Si tantummodo cuſtos eſt, cur afferat, Cant. 8. v. 12.
ſeu comparet ſibi tantum præmij? cur *pro fructu,* quem non fecit, ſed cuſtodiuit: ſtipendia referret? imò ſi ſtipendia ſibi aquirit: cur illa afferre potius dicitur, quàm referre? quia dum vnico, & diuino cultori allaborat, ſibi comparat: & dom idipſum quod comparat, non tam ſuæ quam Dominicæ gloriæ attribuit, afferre illud potius & offerre, quam auferre ſibique deferre commendatur. Nunc capies eundem Guillelmum, qui ſic concludit. *Vir, id eſt quilibet, in cuſtodia vineæ viriliter agens, vt Paulus, affert pro fructu, mille argenteos: id eſt de ſupernis profectibus, quibus propria ſollicitudinis, laborem impendit, copioſa, & præclara meritorum lucra acquirit: quæ nimirum non ſibi, ſed gratia conditori attribuit, ſecundum illud: afferte Domino gloriam & honorem, afferte gloriam nomini eius. Pſalm. 28. v. 2.* Guillel.

575. Concordabis binc illud Salomonis : *Sapientia*
Prouerb.1. v.10. *foris prædicat , in plateis dat vocem suam.* Prou.1.
vers.10. L X X. in Sixt. legunt. *Sapientia in exiti-*
LXX. Interpret. *bus canitur, &c.* Quia ipse sapiens qui Deum præ-
dicat , etiam prædicatur : dumque eius laudes ca-
nit, indidem canitur etiam laudatus. Feruide Chri-
stum prædicabat Stephanus , cui totam conciliare
gloriam satagebat : interim eleuatis oculis excla-
mat : *Ecce video cælos apertos , & Iesum stantem à*
Actor.7. v.56. *dextris virtutis Dei.* Act.7. vers.56. eleuatum ad
cælos Christum, sedisse ad dexteram Patris , testa-
tur Euangelium : quorsum ergo surrexit, & stans
cernitur ? vt inuicem prædicatorem suum , præ-
dicaret. Stant testes, cum testimonium perhibent:
exhibet se stantem Iesvs , vt testis præconisque
D.Maxim. sui , præco testisque infallibilis audiatur. D.Ma-
ximus in homil. Alc. ita. *Pulchrè scriptura diuina,*
filium hominis, ad dexteram Dei Patris stare , memo-
rauit: vt ad confundendam Iudæorum incredulitatem,
illi Martyri ostenderetur in cælo , qui à perfidis nega-
batur in mundo : & illi testimonium cælestis veritas
daret , cui fidem terrena impietas derogaret. Quid
mirum ergo, si inde gloriosissimus apud homines
degeret Xauerius, qui solius Dei gloriam procu-
tabat ? quid mirum quot miraculis , tot quasi
tubis à Deo laudaretur , quem ille totis viribus
laudabat ?

576. Imò non mirum si tot Christo homines vena-
retur, qui sic se ab omni laude , & gloriâ alienum
seruauit, vt grauiter se à Deo timeret puniendum,
ni totus ab Ignatij consilio , (vt supra dixi) in
Indiarum conuersione dependeret : quasi se vilis-
simum agnoscens peccatorem , Deo in primis , &
deinde parentis optimi meritis , omnia sua fatere-
tur tribuenda. Laborarat per totam noctem Pe-
trus , & nihil ceperat : tunc missis diuino Christi
auspicio retibus , tot pisces capit, vt duas nauicu-
las impleret : tunc stupenti , ait Iesvs : *Noli ti-*
Luc.5.v.10 *mere , ex hoc iam homines eris capiens.* Luc.5.v.10.
vni Petro promissio tanta facta, cum tamen mira-
culi magnitudinem, cæteri Apostoli , Petro colla-
borantes simul commendarent : *Stupor enim cir-*
cundederat eum, & omnes qui cum eo erant in capturâ
Vers.9. *piscium.* Vers.9. cur ergo in communi omnium
opere , omnibus singulariter Petrus , sic præpo-
nitur ? quia in communi omnium stupore , sin-
gularius se Petrus humiliauit : vide quid præmit-
titur : *Quod cum videret Simon Petrus , procidit ad*
genua Iesv *dicens : exi à me , quia homo peccator*
Vers.8. *sum Domine.* Vers.8. de quo D. Antonius de Padua,
D.Anton. de Pad. Dom.6. post Trinit. *Ex hoc quod fuisti , vita tua*
maculas erubescens , confessionem verecundam non re-
primens, sed potius detecto vulnere remedium quærens,
eris homines capiens. Capiat ergo homines Xaue-
sius , dum se consilij inopem sic fatetur , & non
solum à Deo , sed ab eius ministro sic dependet,
vt illis virtutem ad ministeria , referat in acceptis.

577. Expectent deinde Apostolici venatores Domi-
num suum : intactas illi prædas offerant : neque
interim , non tam sibi quam alij , se putent labo-
rare : nam dum proximis consulunt , ipsi profi-
ciunt : & vnde alios nutriunt , reficiuntur ipsi.
Obscurus est contextus illorum versiculorum
Dauidis : *Declaratio sermonum tuorum illuminat, &*
intellectum dat paruulis : os meum aperui , & attraxi
Psal. 118. v.130. *spiritum , quia mandata tua desiderabam.* Psal. 118.
vers.130. *&c.* Ex eo enim, quod declaratio diuini
sermonis, paruulos illustret, atque cælestis imbuat
nectare doctrinæ : potius impellendus videbatur
Propheta, vt os suum, ad docendum, declarandam-
que legem paruulis : quam ad attrahendum spiri-
tum, apertuius : quid ergo ? certè aperuit ille os
suum, vt doceret , nimirum dominica prædicandi
mandata cupiens adimplere : significat tamen obi-
ter , quid inde sibi vtile proueniret , dum enim
docendo, tradendæque spirituali doctrinæ os ape-
rit : fœliciter vberiorem spiritum combibit refi-
ciendus : vt dum nutrit , delicatius nutriatur.
D.Gregor. Mag. hom.9. in Ezech. ita. *Aperimus* D.Gregor. Mag.
os nostrum, cum recta loquimur , & concedimus , quæ
à Deo accipimus : quia & tribuitur , & augetur in
nostris sensibus cibus vitæ , cum prædicare cœperimus.
Vnde Propheta alias dicit . os meum aperui , & at-
traxi spiritum : non enim spiritum attraheret , nisi os
aperiret: quia nisi ad prædicandum proximis se impen-
deret , spiritalis doctrinæ gratia, in eo non creuisset. Et
bene dicitur, augeri etiam hunc cibum , dum tri-
buitur : est enim hoc illud D. Ambros. lib.6. in
Lucam , cap.9. *Panis quem frangit* Iesvs , *my-* D.Ambros.
sticè quidem verbum est, & sermo de Christo , qui cum
diuiditur, augetur : de paucis enim sermonibus, omni-
bus populis abundantem alimoniam ministrauit. Dedit
sermones nobis , velut panes , qui cum in nostro liban-
tur ore , geminantur. Libas itaque , quod partiris,
& dum aliis porrigis , prius saturaris : tuncque
maximè tibi comparas , quidquid aliis videris ap-
parare : inde enim Xauerius ditior, quod tot alios
virtutibus ditauerit.

§. X.

Venatores sancti , desiderio præsentis , nec capta præda , expirant. Xauerius , non solum Christo , sed eiusdem instar , post mortem venatur. Expenditur , cur sic. apud Indos mori expediret. cum iam ab Ignatio vocaretur.

Pergit Lucas , neque vtcunque hos sacros ve- 578.
natores describit expectantes Dominũ suum,
sed expectantes , *quando reuertatur à nuptiis.* Hæsi- Luc.12.
mus supra in parabolâ militiæ , ad hæc verba: quæ
tamen non minus in parabolâ venationis , diffi-
cilia : quid enim commune Nuptiis , cum ve-
natione ? quid cornua & strepitus inter venan-
dum , ad musicam festiuam, & concentus nuptia-
les ? At , inquis , nuptiæ istæ Christi , vt SS. PP.
exponunt , in morte peraguntur : venit Christus,
è nuptiis cælestibus , vt in terra animas è carnis
vinculo , è corporum consortio iam solutas, nouis
etiam nuptiis sibi despondeat. Bene est : fateor:
Sed quid tunc morti , cum venatione ? quid fer-
uori venatico, cum gelido languore ? quid rubori
campestribus exercitiis contracto , cum pallore ad
vitæ finem contrahendo ? dicam quid coniectem.
Erumpit, eiusdem quem fatigat, montis terror, ad
venationem Tigris , ita celer , ita ad cursum ac-
cincta, vt præcipiti fluuio *Tigri*, propterea nomen
imponat , imò & Persico idiomate sagitta , è suo
nomine *Tigris* appelletur. Dum circuit , ciliorum
singula , quasi in mille oculos conformans, in le-
pusculum fortè obiectum pernix rapitur ; dum-
que instans hunc halitu attingit, & rabidis spumis
iam respergit : ecce iam penè capta præda , oris
angusti latibulum ingressa , nulla arte, nullis viri-
bus peruium : hiantem feram misere deludit. Fe-
rocit interim atroci rugitu Tigris , & immaniter
sæuiens sic dolet , vt rabido furore contabescat:
iam præda morti facta, quòd præda penè captâ

eluderetur. Sic olim explicueram verba Iob: Job.4.v.11. *Tigris periit, eo quod non haberet prædam.* Cap 4. Sanchez. verſ.11. penè in eandem mentem Sanctius ibi, ſic ſcribens. *Perire autem dicitur Tigris: quia non habet in quem ſuos exacuat vngues: & quo rabidam famem expleat, aut obtundat.* Hinc iam, ni fallor claret parabola: ſic generoſos Apoſtolicos venatores ſuos exigit D.us: vt non ſolum feruido ſpiritu venentur vſque ad mortem, ſed etiam auidiſſimo deſiderio moriantur, quando illis paratæ ad oculum prædæ, & penè captæ, caſu aliquo tandem eripiuntur. Adeo ne ſui impotens, hoc deſiderium? planè.

579. Vulgaris iam in rem ſimilem, Moyſis hiſtoria: an tamen protritum, quod ſubiunxero, ipſe videris. Vrgebat dies, quo erant cæleſtes minæ adimplendæ: iubetur Moyſes aſcendere montem Nebo, è cuius vertice promiſſionis terram contempletur: intuetur inde terminos fuſæ prouinciæ circunſeptos montibus arduis, fertiles valles, prata amœniſſima, & munitas vrbes. Hæc eſt, inquit, tunc Deus terra illa, quam ſub benedictionis ſchedulâ, Patribus olim tuis, ſum pollicitus: *Vidiſti eam oculis tuis,* Deut.34. v.4. *& non tranſibis ad illam.* Deuter.34.v.4. & additur ſtatim: *Mortuuſque eſt Moyſes ſeruus Domini in terrâ Moab, iubente Domino.* Quæro nunc, quo inſtrumento, eripitur hæc vita? quo tandem fulmine, diuini iudicis ſententia mandatur executioni? peode, Vatablus. qui locum recudat Vatablus ex Hebræo. *Oſtendi tibi eam, vt oculis tuis videres, illuc vero non introires:* Et examina particulam illam, *vt*, quippe cauſalis eſt: quaſi dicat: ideo oſtendi, vt videns oculis contabeſcas, & dum negatam deſideras, non eò intromittendus, moriaris. Nimirũ nouerat iam pridem Moyſes, & fidelis crediderat, non ſe in hanc Prouinciam, ingreſſurũ: dolebat quidem quod illam, non tam ſibi, quàm Deo, non eſſet venaturus: durabat tamen: at poſtquam ſciorillante aſpectu, in immenſum creuere deſideria: fit præda mortis, quod prædam ad oculũ, & penè captam non conſequatur. Neſcio ſi quid vnquam tenerius ſcripſit Petr.Cell. Petrus Cellenſis, quàm dum lib. de Pan. cap.11. ſic ſcribit, poſt multa. *Sed oſto, volebas illum introducere, ad terram illam deſiderabilem: & quare oſtendebas, quod non dabas? quaſi enim puero, porrigis pomum, & retrahis manum: fortè non tam fortiter doleret, ſi non videret: creſcit auiditas ſcintillata ex viſione, ardentius flammeſcit animus, in muneris oblatione: ſed quo vberius ſpes gaudet, deſperata acrius dolet.* Et quidem ſic dolet, vt ad mortem vſque deducatur.

580. Neque diſſona rei noſtræ, alia eiuſdem loci explicatio. Non tam ſibi, vt dixi, quam Deo, captabat prædam iſtam ſanctus Moyſes: vir enim tantus, qui ab Ægyptio ſpolio nihil detulit: certè à promiſſâ terrâ, nihil etiam terrenum ſperabat: ſciebat ergo in Prouinciâ, iam ſacris Patriarcharum oſſibus decoratâ, futuros ſanctiſſimos Prophetas, Reges iuſtiſſimos: Templum ibi auguſtiſſimum, vero numini conſecrandum: & quod ſumma rerum erat, Chriſtum ibi è Mariâ naſciturum. Verumtamen nouerat etiam, ipſammet Prouinciam, poſteris ſuis tandem eripiendam: & à perfidâ gente, poſt Chriſtum occiſum, Regnum amittendum: quod quidem licet ſæpè à Domino audiret, clariſſimè tamen, ſub hoc vitæ mortiſque confinio: vnde lamentabile illud Canticum, toto præcedenti cap.32. tu legeris. Qui ergo ita infremuit, ita doluit, quod prædam iam captam, ſuis eripiendam præſcinit, vt penè deliquium animi pateretur: (hoc enim vult Chryſoſtomus, tom.5. lib.3. de Prouerb. his verbis, poſtquam alios Moyſis labores numerat, quibus illum Deus afflixit: *Quodque omnibus erat acerbius,* D.Chryſ. *ipſum in infernum deduxit, dum illi ſcelera, & futura Iudæorum mala præoſtendit, idolorum ſcilicet culturam, captiuitateſque illas ineffabiles: vt non ſolum iis quæ incubabat, ſed iis etiam, quæ necdum contigerat, affligeretur animo, ac penè deficeret.*) quid mirum ſi ad ipſiuſmet prædæ conſpectum, præingenti dolore moreretur? certè non eſt generoſus venator, cui dolo ereptæ ſibi, vel ſuis prædæ, iam poſſeſſæ, vitam non eripiat.

Obſidebant Philiſtæi muros Bethlehem, quos contra, liberaturus Patriam, prodierat Dauid: 581. ergo ex ſpeluncâ Odollam, ſeu præſidio, vbi tunc erat, turrita Patriæ faſtigia aſpicienti, ſubiit in memoriam, illimis aqua, quæ ibi in ciſterna perennabat: & inde maiori iam flammatus deſiderio exclamat: *O ſi quis mihi daret potum aquæ de ciſternâ, quæ eſt in Bethlehem!* 2.Reg.23.v.15. 2.Reg.23. v.15. vix ille iſta, cum è fortiſſimis ſuis duces tres, per ſummum vitæ diſcrimen, hoſtilia caſtra profundere deſtinantes, viam capeſſunt, aquam allaturi: ah quò ruitis virorum ſtrenuiſſimi! ſiſtite gradum: non tot, virtutis tantæ, commilitones numerat Dauid, vt boni conſulat audaciam periculoſam: non benè tantorum capitum iactura, regiæ ſitis leuamento compenſatur: Sic animoſæ ſtrenuitatis ſanguis, vitæ ſic egregiæ, tunc iuſto funduntur commercio, cum regia vita ſubditur periculo: tunc ſolummodo magnarum animatum non prodigi peribitis: ſi foret aliàs, Rex tantus periturus: quò ergo irruitis? & quidem meritò, (reſponderent illi) neque enim leuiter periclitari viſum, regium caput: Rex prudens, Propheta ſanctus, tam feruido aquæ æſtuans deſiderio, aliquid aqua grandius ibidem ſitit: ergo piam ob oculos prædam habere, nec potiri: quamque à Ieruſalem huc uſque ſequitur, iam fermè ad portas Bethlehemicas non conſequi: id quidem tam durum iudicamus, vt nutare Dauidis noſtri vitam non vani coniectemus: quid ergo illi timentes, vitam noſtram profundere timeamus? verè prudenter. Sitiebat Dauid in illa aqua Bethlehem, Saluatoris fontes ibidem naſcituri: dumque myſtica ſaltem figura ſatiari optabat: ob oculos tamen poſita defraudari: in extrema quadam miſeria reponebat: nihil ergo illi tunc foret periculoſius, cum re vera nihil tunc pati poſſet mirabilius. Fauet tantiſper noſtræ explicatiunculæ D. Sophronius D.Sophr. Conſtant. orat. de natal. Chriſti: vbi dolens, quod obſtantibus Sarracenis Bethlehem potitis, ſacra illa loca adire non poſſet, ſeque Dauidi comparans, ſic concludit. *Ipſe quoque, æquè ac nos modo, ob hoſtilem metum, ad ſacram Bethlehem curſu contendere, aquamque concupitam haurire prohibebatur. Quid autem homini contingere poteſt miſerabilius, quam bonum deſideratum, ob oculos poſitum habere, neque deſiderato tamen frui poſſe? quandoquidem tunc temporis quoque, proinde ac nunc, Philiſtæorum ſtatio Bethlehem obſidebat.*

Puniturus Deus Iſraëlem, ſic per Oſeam mi- 582. natur. *Area & torcular non paſcet eos: vinum mentietur eis.* Cap.9. verſ.2. quidquid ſanctum, Oſeæ 9. v.2. erat, temporalibus his bonis poſtponebant impij Iſraëlitæ, vnde merito ibidem puniuntur. Quid tamen additur in hoc mentiente vino, iam prius denegato torculari, vt tanquam aliquid grauius inculcetur? quia non ſolum defectus vini, ſiue

cuiusuis boni eouoctiatur : Sed is, eiusque boni defectus : quod iam ob oculos positum, & penè possessum, subito eripitur : quasi tempestiuitas fructuum abundantiam ostenderet : quam iam iam decerpturis, inopioa subtraheret tempestas. Bene ergo dicitur *mentiri* vinum, quod se se ex-
Ruff. Pius. hibens, miserè captantes Tantalos illudebat. Ruffinus Pius ibi, ita. *Id est, nihil melius, nihil amabilius, terrarum vbertate, & ventris impendiis censuisti: tota ergo tibi & frugum, & fructuum subducetur vbertas. Vtque magis vota discrucient: diu apparens vindemia, ita subitis disperibit procellis, vt in dolorem tuum, non solum læsa, sed etiam mentita videatur.* Quid oi ergo Apostolici venatores, qui nihil animabus luctaodis habent preciosius, nihil amabilius, sic voto exhibitæ & penè possessæ prædæ crucientur, vt præ dolore piissimo, quod sibi eripiatur : post suspiria creberrima expirent?

583. Nouerat Xauerius meus idololatricam Iaponum superstitionem è Sinis dimanasse:Sinensemque Prouinciam aditu difficilem, exteroum hospitio imperuiam, venandam prius Christo, vt quasi caput expugnato, membra deinde facilius caperentur : ergo per exquisitam industriam, per immensos labores, Sinam generosus aggreditur. Iam ad Sancianum, primam eiusdem insulam intrepidus peruenerat, suspiratamque prædam, ob oculos habebat : cum subito, euanescentibus medijs, quæ pridem apposuerat, præda eripitur. Dolet venator, gemit, & tandem morbo tabescens; cui viram date nequiuit; impendit vitam:moritor piæ desiderio prædæ magnus Xauerius. Lubet
Petr. Cell. iam ad Deum exclamare verbis Cellensis supra citati, in Moysis obitu. *Quid est Domine? hæc est illa prædicabilis, & prædicata vbique gentium, amicitia tua, ad amicum tuum Moysem? taliter ne finiuntur promissiones tuæ? ita ne remunerantur, qui in castris tuis,vsque ad mortem,militantes merentur? si Moyses fraudatur desiderio suo, cuius spes non pendeat, in dubio? sed esto, nolebas illum introducere ad terram illam desiderabilem: & quare ostendebas, quod non dabas?* &c. Sed quid de Moysis obitu senserit Cellensis, tu ibi legeris : quo mors deferenda
Orland. Xauerij : sic aperit Orlandinus lib. 12. num. 105. *Videlicet Deo, cordi magis fuit, præmium inde quasi perfecti operis, Xauerio reddere, quam vt perficeret. Nondum fatis forsitan ea regna,ad Euangelij sationem erant idonea: reseruabit illud decus, eius posteris Deus: & tot ab eo susceptos, exantlatosque labores, æternis maluit condecorare præmiis: quam aperire cursum ad nouos.* Piè, prudenter, grauiter.

584. Adhuc tamen vrget pietas, vt tam insperati obitus, oouas nec inutiles causas scruremur: vt quantum apud humanam prudentiam intempesti, tantum tempestiui, apud diuinam habuisse cognoscatur. Postularat, Lusitani Regis nomine,
D. Ignat. de Loyola. legatus, sex ab Ignatio socios in Indiam transmittendos : ad quem tunc Ignatius sereno placidoque vultu. *Si ex decem, ad vnam Prouinciam, sex auferas : quid,* IESV *bone, reliquo terrarum orbi relinques?* Vide Ribaden. lib 2. cap. 16.quasi diuina
Ribaden. promissione accepisset sanctissimus Patriarcha, fore vt filij sui per totum terrarum orbem venarentur: mittitur in Indiam, satis prædictæ promissionis conscius Xauerius:& cæteris per totam Europam diuisis. ipse obiter Africanas oras legit, & maximè Mozambicum, Orientalemque Africæ insulam sanctificat Socotoram : ad Americum Mindenaum penetrat, vt nuper ex gestis inclyti Martyris nostri Marcelli,rescitum est.Apud Indos, quidquid in notitiam hominom deuenerat, attingit saltem; vna restabat impenetrabilis Sina:huius penetralia licet non ingressus, tenet tamen continia : in primo eius portu,vnde saltem Prouinciam aspiceret, obit Xauerius : quid ita? audi, quid citato loco de Moysis morte, scribat Oleaster. Oleaster.
Noluit Dominus, se illis præcipuè veracem ostendere, qui fuerunt auctores pacti, & promissionis, & qui præcipuè eas exigere possent : nemo enim melius Moyse nouerat, quid Dominus fuerat patribus pollicitus : ideo illi præcipuè erant ostendenda promissa: vnde non solum ad eius consolationem, illi promissam terram ostendit : sed vt illi notam faceret suam veracitatem. Quasi promissa terra, breui posteris Moysis possidenda: eiusdem iam exhibita oculis, satis diuinam assereret veritatem. Nemo melius Xauerio nouerat, factam parenti Ignatio orbis conuertendi promissionem : ideo Sinam, (quæ vna superaret) paulopost à Matthæo Riccio nostro, aliisque Societatis alumnis, fidei subiugandam, illi ponit ob oculos : non solum ad eius consolationem, sed vt illi notam faceret suam veracitatem.

Esto, inquis:satis impletur promissio,dum præda cernitur, paulopost à suis capienda : cur tamen moritur Xauerius? credo, vt id quod restabat, longè gloriosius post mortem venaretur:essetque non solum Christi venator, sed ad huius instar, egregiam venationem exerceret.Christum in Iuda suo figuratum,sic alloquitur Iacob. *Catulus Leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt Leo.* Genes.49. vers.9. clarius rei nostræ Symmathus: *Ad venationem fili mi ascendisti,* &c. Quam noua venandi ratio! noua coditio! si venaturus ascendis Leo fortissime, quid non vigilas, quid dormiens recumbis? quid somno, cuoi venatu? quid prædæ, non effugient somnolentum? si autem dormis, quid iactes, non ad requiem, sed potius ad venationem ascendisse? Sed certè venaturus sibi Ecclesiam, tanquam rationorem prædam, ascendit IESVS in crucem : Sed quia præda fugax est, & ingratissima, fuit ibi, & laborat piissimus venator, cum lachrymis & clamore valido, incumbit operi : frustra tamen, ni præ eiusdem amore, præ ingenti desiderio moriatur : ergo fit morti præda, vt prædam capiat: & quæ viuum frustrarat peruicax, iam morte dormientem spoliis iucundissimis coronat. Glossa Interl. ibi. *Ad prædam ascendisti : vt captiuam duceres captiuitatem, crucem ascendisti. Accubuisti: quando in passione inclinato capite tradidit spiritum, & velut quodam somno mortis requieuit.* Et quid Xauerio obueoire vsquam poterat gloriosius: quam instar Christi, post mortem, Sinam venari? certè enim illi attribuunt, eiusque precibus, quæque præclara nostri, in Orientali expeditione meditantur.
585. Genes. 49. v.9. Symach. Gloss. Int.

Er pende interim, quid dormienti diuino venatori tunc euoenerit : *Vnus militum lanceâ latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua.* Ioann. 19. vers. 34. nemo nescit ex communi Patrum sententia, cum Augustino citando, Baptismum & Eucharistiam in his duobus liquoribus præfigurari. Sed quorsum, inquis, Sacramenta ad totius Ecclesiæ vitam præparata : non à viuo, sed à mortuo Domino prodire visa? quia cum Ecclesiæ sponsæ, Sacramenta vt fateris, parantur : non aliunde aptius scaturire visa, quam à mortui seo dormientis latere, ex quo ipsa tunc Ecclesia formabatur. D. Augustin. tractat. 120. in Ioan. in hunc locum. *Ille sanguis in remissionem* 586. Ioan. 19. v.34. D. August.

fuſus eſt peccatorum, aqua illa ſalutare temperat poculum: hac & lauacrum præſtat, & potum. Et interiectis paucis de Eua ab Adami latere formatâ concludit. (Idem.) *In habitu iacentis & dormientis, ſecundus Adam inclinato capite in cruce dormiuit: vt inde ei formaretur coniux.* Sic ferè alij Patres. Potuit ne teneriùs & efficaciùs, à ſummo venatore iam mortuo, capiari præda, & capi iucundiſſima? lege nunc hiſtoriam Xauerij, quam edidit Martinez (Martinez.) lib.6. cap.4. fol.158. vbi ſimillimum prodigium enarratur: cum enim diutinam Xaueriani corporis incorruptionem India miraretur: iurati Medici, nulli medicamini ſublatenti, ſed ingenti miraculo tribuendam, penè ad cor, latus eius aperientes, *recentem ſanguinem, & clariſſimam aquam,* è vulnere manantem, cum reliquis adſtantibus obſtupuere. Quaſi Xauerio ſuo Chriſtus concederet, vt Orientalis Eccleſia, ſic ab eius ſpiritu & precibus foueretur, ac ſi quodammodo videretur ab illius tunc latere formari. O hominem per immenſa diuinæ miſericordiæ beneficia, in Deum, transformatum? Et nota, quid de hoc effuſo Chriſti ſanguine, habeat ibi Euthym. (Euthym.) *Res ſupra naturam, ac manifeſtè docens, quod maior, quam homo eſſet, qui fuerat vulneratus: ſiquidem a mortuo homine, etiam ſi millies quis eum pupugerit, non exibit ſanguis.* At à Xauerio non ſolum mortuo ſed diu ſepulto; IESV ſui dono, non ſemel ſed ſæpè ſanguis effluxit, & is aliquando odoris ſuauiſſimi. Orlandinus lib.13. num.86. (Orland.) *In eo condendo, cum paululum corpus eſſet loculi breuitate compreſſum, & nonnihil inflexum, repente ſanguis ex humero fluxit, admirabilem ſuauitatem odoris, cunctis inhalans, ingenti ſtupore defixis, cum quintum iam menſem vacaret animo corpus.* An non quodammodo maior erat quam homo, qui hunc ſanguinem id temporis emittebat?

587. Imò, quia Xauerius à totius Orientis Barbaris, tanquam Deus terræ & maris habebatur, vt ſupra vidiſti: opus fuit vt ibidem apud illos, acerbo quantumuis funere moreretur. Cogitabat iam ſenior Ignatius, ab Indiâ Romam auocare Xauerium, vt Iunioris Herculis humeris, defeſſus Athlas totius Societatis molem imponeret. Volaret iſte obediens, & vnius.i. (ſcientibus loquor) paternæ inſinuationi, celerrimus ipſo facto reſponderet: fac veniſſet, diem tandem clauſurus in Europa: quis vnquam Barbaris illis, qui illius miracula recolebant, qui pluſquam viginti ſeptem mortuos ab eodem ſuſcitatos ſtupebant: Xauerium, hominem & mortalem fuiſſe perſuaderet? ergo agnoſcant mortuum, & aperto non ſemel iam ſepulchro, iam loculo, huc ac illuc circumlatum cadauer contingant, apud ſe tandem, Goæ ſepultum, retinendum: tunc non Deum, ſed verè fuiſſe hominem probè ſcient. Quid quod ipſo anno, quo obierat, litteræ veniebant ab Ignatio, vbi interpoſito obedientiæ nutu & virtute, iubebatur in Europam remigrare: non quod eius obtemperationi diffideret, ſed vt oſtenderet, quam ſibi cordi eſſet eius ex Indiâ reuerſio: quod benè expendit Orland.lib.13. num.82. (Orland.) licet alias cauſas ſubdat, ob quas ad maiorem Dei gloriam laboraturus tunc in Europa videretur. An ergo non fuit neceſſe, rapi morte Xauerium, vt non Deum ſed hominem, ſe apud Indos probaret, quorum ſaluti ſummopere ſtudebat? ſtimulo carnis, id eſt, affligante morbo Paulus diu laborauit: cuius diſcipulus Timotheus ſtomachi dolore vexabatur: innumeri ſunt ſanctorum, quos variæ infirmitates aggrauarunt: id quod expendens. D. Chryſoſt. (D. Ioan. Chryſoſt.) varias eius rei cauſas adducit homil.1. ad Pop. Antioch. quas inter illa aptiſſima ad rem noſtram. *Ne cæteri maiorem haberent de ipſis opinionem, quam humana pateretur natura: & ipſos Deos, non autem homines eſſe arbitrentur.* Quia tot miraculorum ſplendor, quo viri Apoſtolici radiabant, niſi paululum illorum morbis hebeſceret, intuentium oculos ſic præſtringeret, vt eos Deorum inſtar adorarent. At Xauerius iam Deus ab Indis habitus, via morbo, ſed certè ipſa morte, erat impiam opinionem auerſurus.

588. Præcepit & adiurauit Iacob Ioſephum ſuum, vt ſtatim ab obitu, oſſa ſua in terram Patrum ſuorum deportaret, nec vllatenus in Ægypto ſepeliret. Geneſ.47. verſ.29. (Geneſ.47. v.29.) quod iſte quidem piiſſimè exequitur ibidem cap.50. verſ.13. (Geneſ.50. v.13. Et 24.) ſed ecce moriturus poſtea Ioſeph, ſic etiam adiurans ait ad fratres ſuos: *Deus viſitabit vos: aſportate oſſa mea vobiſcum, de loco iſto.* Cap.50. verſ.24. ſi piiſſima duxit Patris vota Ioſeph, ideo nec breui mora in Ægypto poſitum ſtatim in terram Chanaam portauit ſepeliendum: cur ipſe non idem ſibi rogat? cur in Ægypto mortuus, ibidem diutius iacere: & tandem poſt longa ſæcula, tempore diuinæ viſitationis, id eſt, futuræ libertatis, tunc demum oſſa ſua aſportanda voluit? cur inſtar Patris, non ſtatim eo inferenda commendauit? Ego ſic coniecto. Fuerat Ioſeph apud Ægyptios in diuinandi ſcientia habitus peritiſſimus, cæleſtiumque arcanorum Condus, Promus, ingentia in illos contulerat beneficia: ſi ergo illius apud ſe oſſa diu non viderent, & mortuum, in cinereſque redactum non aſpicerent: quid ni crederent, reſurrexiſſe, & inſtar Apis ſui, toties reſurgentis, in numen aliquod, fuiſſe transformatum? certè fluuium ſuum Nilum, cuius inundationibus, ſegetes in acceptis referebāt Ægyptij, tanquam præcipuum Deum colebant ipſi: vnde ipſum σωτῆρα, id eſt, *Saluatorem ſuum* appellabant: hincque factum, (vt in ſpicilegio noſtro latè probo) vt & Ioſephum olim, quando ſterilitatem Nili ſupplenit, non ſolum Ægypti, ſed *Saluatorem mundi* appellarent: Geneſ.41.v.45. (Geneſ.41. v.45.) qui ergo initio beneficiorum, illum diuino titulo affecerant: quid ni poſt longam experientiam, & gubernandi peritiam, eundem pro Deo colerent: & ni mortuum diu viderent, tanquam numen ad cælos raptum adorarent? Fauet coniecturæ noſtræ Chryſoſtomus ibi, homil. vlt. qui expendens, (D. Ioan. Chryſoſt.) cur tandem poſt longa ſæcula, auferri ab Ægypto oſſa præciperet Ioſeph: ſic ſcribit: *Ne Ægyptij memores beneficiorum eius, cum pro more ſuo, facile ex hominibus Deos appellent, corpus iuſti haberent, in impietatis occaſionem.* Qui proni ad ſuperſtitionem, etiam defuncti oſſa (abſentibus nimirum Ioſephi fratribus, qui illos ab impietate compeſcerent) culturi præſumebantur: quid facerent ſi non videntes diu mortuum, adhuc eum Diis ſuis viuere præſumerent? moriatur ergo Ioſeph apud illos, diu iacens, & immobilis agnoſcatur: ſi quomodo poſſit, Ægyptiam reprimere ſuperſtitionem. O quoties diuinas Xauerij prædictiones, & in hominum beneficium, ingentia miracula, Barbari obſtupuere, vnde illum diuino titulo affecere! moriatur ergo apud illos, cernant cadauer immobile: vt impiam opinionem amouerent.

Sed non ſolum Barbarorum vtilitati, ſed etiam maioribus Xauerij meritis, ad Sinæ nondum captæ conſpectum morientis, conſuluit Deus. Productis Paradiſi deliciis, iamque ibidem Adamo conſti- 589.

tuto,

Gen. 2. v. 16. tuto, ait Deus: *Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientia boni, & mali ne comedas.* Gen 2. v. 16. Nunquid inuidia fuit, nunquid auaritia? nunquid inopia, quasi Deus hac sibi arbore indigeret? absit. cur ergo cæteris omnibus concessis liberalissimè: hâc vna, Adam adhuc clarissimus interdicitur? respondet D. Basilius Seleucus orat.

D Basil. Seleuc. 3. *Citrà inuidiam, fructu interdixi, neque enim vnum reseruaui ipsi: nullius enim indiga mihi natura est.* &c. *Verum, vt prohibitore cognito, præbitorem quoque agnoscas: & vnius priuatio, recordationem illius excitet, qui dedit vniuersa. ne voluptas vndequaque circunfusa, beneficij memoriam spoliet: ac per inexplebilem voracitatem; in ignominiam delabaris.* Crescerent in immensum Adami merita, quoties in denegato singulari fructu, prohibitorem veneraretur: tot es enim cæterorum largitori gratias ageret, qui hos potens subtraheret, tamen liberalissime indulsit. Nullam Prouinciarum aggressus Xauerius, quam venator fœlicissimus non caperet: vnâ Sina iam iam in conspectu positâ interdicitur: vt huius prohibitore cognito, cæterarum agnosceret præbitorem: vt vnius priuatio, recordationem illius excitet, qui dederat tot alias: & ingentes illi gratias ageret, quod homunculo, quem tam facilè optata Sinâ interdicens, mori addicebat: tot alias illustres prædas, humanis viribus maiores, liberalissimus concessisset.

590. Sic cum Moyse supradicto, factum augurot: qui post tot in Ægypto edita miracula, tot in deserto prodigia: in tam intima Dei familiaritate. ad conspectum tamen promissæ terræ, iubetur expirare: vt homo tantus dum se in puluerem agnosceret redigendum, non iam sibi, sed Deo retroacta, clarius cognosceret referenda: & sub hac homilitate, sententiæ fulmen adorans, pretiosiori apud Dominum morte, id est ingentibus meritis cumulatâ, diem clauderet. Hinc illud Dei ad Iosue.

Iosue. v. 2. *Moyses seruus meus, mortuus est.* Ios. 1. v. 2. quantus apud Deum fuisset Moyses, quam fidelis obsequio, nemo melius quam Iosue agnoscebat: quid ergo erat opus, vt à Deo hanc seruitutem tunc audiret: aut quid ibi quasi nouum enuntiatur?

Caietan. Respondet Caietanus, ibi. *Seruus meus mortuus est: mortuus in statu seruitutis meæ: quidquid erat, quidquid operabatur meum erat: seruus enim, totum quod est, Domini est.* Quasi non solum vitam, omniaque eius, in diuinæ seruitutis statu transigeret: sed signanter in eodem *seruitutis statu* mortem obiret. quasi tunc cumulatior meritis feruns, quando humilis, ad optatæ prædæ conspectum diuinæ se sententiæ lubentissimus attemperauit. id Xauerio meo, apptimè conuenit, qui diuina reuelatione mortis suæ sententiam sic

Orland. accepit, (lege Orlandinum, qui & reuelatam mortis horam, & mortem desideratam tunc Xauerio, scribit) quasi nihil hilarius, siue desiderantius afferri posset. Res mira! desiderio Sinæ, in mortem penè ducenti æstuabat: & interim seruituti diuinæ sic addicitur, vt mortem ipsam, quâ Sinâ priuabatur, præoptaret.

§. II.

In idem plura. Iuge & incruentum Xauerij Martyrium obiter commendatur. cur non solum mori apud Indos, sed ibidem perpetuum habere sepulchrum oporteret.

Mira est illa sententia Pauli: *mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum.* Phil. 1. v. 21. 591. Philip. 1. v. 21.
Ideo enim mortem in lucro reponunt iusti, quia inde immortales in Christo viuere incipiunt: si ergo iam Paulo, viuere est Christus: quid mortem dicit sibi lucro futuram? si autem re vera, mori lucrum est: cur iam viuere suum, Christum vocat? viuebat quidem Paulus iam non Paulus: quia viuebat in illo Christus: non tamen adhuc ipse in Christo immortali, respirabat, & quomodo, inquis viuebat in illo Christus: quomodo Christus viuere illi erat? respondet D. Maximus Taurinensis serm. de Apost. Pet. & Pau. ita. D. Maxim. Taur. *Erat vtique Christus eis viuere, quibus vita non erat sine Christo: erat eis Christus viuere, quia totum proficiebat Christi Ecclesiæ, quod viuebant.* Et tamen sic vtilis Ecclesiæ Apostolus dum viueret: lucrum in morte reponebat: non solum quia per mortem Christo fruiturus: sed etiam quia ipsam mortem cuiusuis generis quouis tempore foret, lubens iam acceptabat: illas ipsas Ecclesias, pro quibus tam impensè laborabat, libenter deserturus, ad nutum Domini. Simili mortem suam affectu, coronauit Xauerius, ingens à morte, gratiæ lucrum reportans, quo maiora gloriæ pondera sibi emeret.

592. Obiit tandem Xauerius, quia interdictâ sibi, ob prædictas iam caussas, Sinâ: nec ad Europam, vt dixi, ob easdem rationes rediturus: iam quid in Oriente ageret, vix supererat: quamuis enim non omnes Prouincias, redegisset, at in omnibus certè, quod Apostolorum est munus, fidei semina sedulus sparserat. Euerterat Deus Prouinciam Sodomorum, iuxta quam Abraham tetenderat Tabernaculum: cuius excidium toto cap. 19. Gen. funestissimè repræsentatur: tunc statim cap. 20. v. 1. sic addit sacer scriptor. Gen 19. Gen. 20. v. 1. *Profectus inde Abraham, in terram australem, habitauit inter Cades & Sur.* certissimum est nihil incommodi, à Sodomitico excidio passum Patriarcham: sic enim erat apud Sodomorum terminos, vt tamen satis spatij intercederet, ne quid propterea damni pateretur. Si ergo à punitæ terræ vicinitate non læditur: & aliunde, ab eiusdem conspectu, diuinam iram monentis, multum exempli, trahere poterat Patriarcha: cur alio commigrat? respondet Gullielmus ibi, ex Hebræorum doctrinâ. Guillelm. *Hebræi qui laudes Abrahæ studiosè consectantur, caussam huius profectionis, à loco, quem tot annis incoluit, hanc tradunt: quod nullam iam hospitalitatis caussam, cui vnicè studebat, haberet: subuersis enim Sodomitanis vrbibus, & in vastum lacum versis: nemo iam peregrinus ad illas commeabat, quem tecto hospitioque susciperet vir pientissimus.* Et meritò, qui enim hospitalitati solummodo viuebat: quid ibi otiosus detineretur: vbi iam nulli hospites dabantur? Viuebat Xauerius, vt per totam Indiam prædicaret, tantæ Prouinciæ Apostolus designatus: si iam nullus est locus, nulla regio, in quos prædicationis eius sonus non exiret: quid otiosus ibidem commoretur? commigret in cœlum Xauerius necesse est.

593. Ergo si fas piâ hyperboli vti, poteris in Xauerium transferre illam, qua erga D. Romanum Mart. vtitur in eius serm. Eusebius Gallicanus, Euseb. Gallic. sic scribens. *Quia vir per omnia consummatus, in hac vitâ, quò ascenderet, non habebat: per mortem quæ inter hanc, & illam vitam media erat, ad summum cæli culmen euasit.* Nisi fortè putaueris, multum discriminis, inter Romani Martyris, &

Confesso

Confessoris Xauerij mortem intercessisse : quasi vero tota Xauerij vita, longum quoddam Martyrium non fuisset. Expende verba illa Pauli, quem vnicè Xauerius sibi proposuit imitandum : *quotidie*
1.Cor.15. v.31. *morior, per vestram gloriam, fratres : quam habeo in Christo* IESV *Domino nostro*. 1. Cor. 15. v. 31. vnde enim quotidie moriatur Paulus, qui semel tantum pro Christo, vitam fudit ? totus ad rem meam Chrysologus serm. 128. de D. Apollinari
D.P.Chrys. Martyre, sic scribit. *Nec eum quisquam Confessoris vocabulo, minerem, credat esse, quam Martyris: quem Dei nuta, quotidianum & multiplicem, reuersum conspicit ad Agonem : audi Paulum dicentem, quotidie morior : semel mori, parum est eum, qui potest Regi suo, gloriosam sæpè de hostibus referre victoriam : non tam mors, quam fides & deuotio, Martyrem facit: & sicut virtutis est, in acie, in conflictu, pro Rege, amore succumbere : ita perfecta virtutis est, diu agere, & consummare certamina.* Pulchrè dictum ! per mortem, virtutem Martyris, Paulus exhibuit : sed perfectam virtutem, dum viuens, & consummans tot certamina, tot adiens pericula, gloriosus Martyr, moriebatur quotidie. An non erat Martyrium iuge, mors quotidiana, vita Pauli ? audi quid ille,
2.Cor.11. v.23. ad eosdem Corinthios. *In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.* 2. Cor. 11. v. 23. Deinde has frequentes mortes virgis, lapidationi, oaufragiis, & immensis vbiuis deputat periculis.

594. Lege nunc Xauerij vitam, & freqeotibus his mortibus, passim legeris respersam: harum partem, & illam minimam conglobat Ribadeneyra
Ribaden. in vitâ Ignat. lib. 4 cap. 7. vbi de Xauerio ita. *In aduersis, infractus omnino, & robustus : in diuina prouidentiâ semper defixus, cuius fiduciâ, & alieno tempore nauigabat, & vitam suam magnis obiiciebat periculis, à quibus sæpè numero ereptus est. ter naufragium fecit, duos aliquando, tres vè dies, iactatus vndis, in tabulâ seruatus est : diu postea in sylvis abditus, manus se insequentium barbarorum, & crudelitatem vitauit : aliâs arbore tectus, in eâque pernoctans, mortem à gentilibus sibi paratam euasit. In summis sæpe molestiis Deum precabatur, vt dura semper, duris succederent, neque sibi labores vnquam minueret, sed potius augeret*, &c. *Si natura imbecillitate, opprimeretur, sæpe vel saxum capiti, vel ceruical durum subiiciebat, atque ita humi cubans, leuem capiebat somnum & breuem*, &c. *Orantem illum, diabolus grauiter aliquando verberauit*, &c. Ecquem Paulo legistis similiorem ? Nónne quotidie moriebatur Xauerius ? nónne illum, fides & deuotio Martyrem fecit ? parum certè illi fuit semel mori, qui potuit Regi suo, gloriosam sæpè de hostibus referre victoriam: virtutem in morte, sub talibus circunstantiis acceptatâ, exhibuit : sed perfectam in illâ vitâ, quæ tot potuit certamina consummare. Pergit aptè Chrysologus, commendans Apollinarem. *Summum est fratres, pro Domino præsentem vitam, si necesse sit, contemnere, sed gloriosum est etiam cum vitâ, mundum, suo temnere, & conculcare cum Principe. Festinabat Christus ad Martyrem, Martyr suum festinabat ad Regem : benè diximus festinabat, iuxta illud Prophetæ Psalm. 18. Exsurge in occursum mihi : sed vt propugnatorem suum, sibi Ecclesia sancta retineret, Christo vehementer occurrit, vt vincenti iustitia reseruaret coronam: & sibi belli tempore, prœliatoris sui præsentiam condonaret.* Ab initio Apostolatus sui, iugi quodam laborum Martyrio, ad Xauerium festioabat Christus : Xauerius suum festinabat ad Regem : hinc illa sympathia in doloribus, de qua supra fusè ego : &
pulchriùs Orlandinus lib. 12. n. 109. Sed tamen Orland.
Orientalis Ecclesia, vt propagatorem suum sibi diutius retineret, pia intersistebat. Sic victori reseruatâ in longum iustitiæ coronâ, belli tempore, præsentiam & fauorem non subtraxit. quid dixerim reseruatâ ? certè aucta interim Xauerio corona, non solum mundi omnia, cum inferni Principibus conculcans: sed etiam frequentibus mortibus, vitam Martyrij purpurâ illustrans : vt etiam pro Xauerio dictum videatur, quod de Christi Confessoribus vinctis scripsit Cyprianus,
epist. 4. *Sperantes iam sola cœlestia : & tantum diui-* D.Cypr.
na meditantes, ad fastigia celsiora, mora ipsa passionis, ascendistis, longoque temporum ductu, glorias vestras non subtrahitis sed augetis. beatum facit prima & vna Confessio : vos toties confitemini, quoties rogati, vt de carcere recedatis, carcerem fide, & virtutes prælegistis : tot vestræ laudes sunt, quot dies, quot mensium curricula, tot incrementa meritorum. Semel vincit, qui statim patitur : at, qui manens semper in pœnis, congreditur cum dolore, nec vincitur, quotidie coronatur. O quot lemniscis, palmam incruenti sui Martyrij decoraoit Xauerius! qualis coronaretur quotidie, qui quotidie pro Christo monebatur ! sed redeo.

Moritur itaqne Xsuerius, quasi vir per omnia 595.
consummatus, in hâc vitâ, (vt dicebat Eusebius citatus) quò ascenderet vltra, non haberet, & benè in insulâ paruâ Sanciano scilicet. moritur, (quæ licet triginta leucis distet à continenti, tamen sub Sinarum dominio posita, meritò iam Sina reputatur :) benè inquam in Sina moritur, vbi tanquam in arce, totius idololatriæ cultus seruabatur, totius superstitionis Iaponicæ origo fundabatur :) quæ vt nosti fuit caussa, cur è Iaponibus, ad Sioas Xauerius recurreret) neque enim alibi aptius, pro Apostolatus sui mysterio, & ministerio moreretur. Cupiebat Paulus (tam multus in res Xauerij aduocandus) dissolui, & esse cum Christo : fœlici sorte incidit in Festi manus, iam iam sæuioribus Synagogæ manibus, ad necem immanissimam tradendus : tunc exclamat.
Ad tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet iudicari, &c. Act. 25. v. 10.
Cæsarem appello. Actor. 25. v. 10. & vbi sitis illa moriendi ? qoid inducias morti, captat Apostolus ? Si reuera non timet gladium, quid martyrium suspendit ? oportebat nimirum Romæ iudicari, quod ibi illum mori oporteret, & cur ita,
Audi D. Maximum serm. de Petro & Paulo. *In* D. Maxim.
quo tandem loco Martyrium pertulere? in vrbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum : scilicet, vt vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis : & vbi gentium Principes habitabant, illic Ecclesiarum Principes morerentur. In Sina Monarcha imperat, Orientalium omnium Regum potentissimus ; ibi caput erexerat superstitio : benè ergo ibidem moritur Xauerius, & sanctitatis caput egregium, & Apostolicorum virorum, qui è nostris ad Indiam mittuntur facilè princeps.

Cupiebat Europa, sacratissimo incorrupti hu- 595.
cusque corporis thesauro frui : sed frustra tamen: è Sanciano Goam defertur : ibi honorificentissimè sepultum conquiescit. Anxia fuere Iacob vota, vt in terra Chanaam, corpus eius sepeliendum de-
ferretur: ideo ad Ioseph: *Facies mihi misericordiam,* Gen. 47. v. 29.
& veritatem, vt non sepelias me in Ægypto, sed dormiam cum Patribus meis, & auferas me de terra hac, condasque in sepulchro maiorum meorum. Gen. 47. vers. 29. Certè, vt iam alibi ad rem aliam notaui,

non

non tetigit ambitio pompæ funebris Iacobum: nec per fidei fragilitatem, æquè benè ex Ægypto, sibi aliquádo resurgendū dubitauit: cur ergo tantopere curat, vt ossa sua in terram Chanaan deferantur? vt ibi posita, stimulus forent posteris suis, eodem properandi. Nihil ardentius cupiebat Iacob, quàm vt nati, adducto diuinæ visitationis tempore, in terram illam promissam, vbi nasciturus, Christus, conuolarent, nec minimum in Ægypto commorantes: putauitque merito, multum ad acuenda natorum desideria, ponderis habiturum, si ibi ossa paterna conderentur, occultâ vi ad se, posteros attrahentia. D. Thom. Aquinas ibi, post

D.Thom. alias rationes, hanc sic inculcat. *Hoc etiam valebat ad hoc, quod fortius animarentur, redire ad illam tempore suo: & ad illam semper maiori deuotione flagrarent.* Sepelitur ergo in India Xauerius, vt Apostolatus sui successores inde trahat, & maiori deuotione flagrent eodem commeandi, è sacris eiusdem reliquiis, spiritum bibituri: quem ipse è reliquiis Primogeniti sui Thomæ, alte biberat.

597. Lubet ad calcem transcribere verba, quibus Theodoretus apud Phot. cod. 273. egregium illum animarum venatorem, Ioann. Chrysost. post mortem, sic compellat.

Theodor. *Da nobis, ò Pater, mutuam lyram tuam, & tuum, ad tuas laudes, concede plectrum: etsi enim manus, natura lege, soluta sunt, at lyra, per omnem terram sonat dono gratia. Da nobis illam immortalem linguam; sola enim tua lingua par est, ad narrandas res tuas. Propterea Ioannes, Ioannem antecessit; Baptista liberè loquens, Chrysostomum æmulantem. Baptista morte reprehendens, Chrysostomum post mortem prædicantem: Baptista deserti incola, Chrysostomum totius orbis sapientem.* Compone Xauerium cum Thoma, vt Baptistæ Chrysostomum comparat Theodoretus: nec ouum ouo similius commendaueris. Sed pergat idem Doctor.

Idem. *Habes aliam cum Apostolis cognationem: Primus apud Scythas, qui, quod in curribus viuant, Hamaxobij dicti sunt, aras erexisti: & barbarus, vix ab equis desiliens, didicit genu flectere, & ad pauimentum incuruari: & qui captiuorum lachrymis non mouetur, didicit pro peccatis flere. quin etiam & iaculatores Persas, iaculans prædicatione: ferre didicerunt Crucifixum adorare. vicit tua lingua, Chaldæorum & Magorum imposturas: & Persarum inculta natio, templa germinauit: nec amplius Babylon pietatem auersatur: Hæc te similem Apostolis fecerunt: adhuc apud nos, semina lingua vigent.* Habet eximiam cum Apostolis cognationem, meus Xauerius, primus apud Iapones aras erexit: vicit Brachmanes impostores: germinat inde Tranancoris Regio barbara, sacella viginti, Malabares, Ceilanenses, Amboinios, Malucos, Mori incolas, & tot alias nationes, nec etiam vocabulorum barbara varietate, dictu faciles, in centum & sex Regnis, Christo conuertit. An hæc illum Apostolis simillimum non reddiderunt? concludit Theodoretus, de Constantinopoli, Ioannem excipiente.

Idem. *Quando Ioannem aliquis nominat, magnus sonus exauditur, Ecclesiastica lyra, antiquum plectrum cognoscit, & pro digitis, sufficiunt syllabæ nominis tui. Constantinopolis vidit Syrorum vela, & contempsit: vidit lapillos Indicos, & irrisit: nec illam purpureus Tyri color delectauit: auream concupiuit linguam, quæ immortales doctrinæ liquores destillauit.* Viuit hucusque immortale Xauerij nomē, in toto orbe: cuius tamen syllabæ, Goæ, sic audientium aures dulciter feriunt, vt adhuc intimâ suauitate, viuam illā prædicationem audire videantur. Goa Indici nobis imperij Metropolis, tot Sinarum Sericis, tot Arabiæ odoribus, tot Ceilancassiis, tot Piscariæ vnionibus, Sofalæ auro, & Orientis adamantibus ditescens: omnia vilipendit, vnius Xauerij prædicationem suspirans adhuc, cuius olim immortalibus doctrinæ liquoribus, se sibi fœliciter senosit restitutam.

CAPVT IV.

Mortificationis Exemplar Borgia.

§. I.

Mortis meditatione omnes, sed Principes maximè, mortificati respirant. huius meditationis cineres, vt tenacius hæreant, lacrymis irrigandi, qualis ad ista, Borgia.

VT Xauierij Prædicationem, miraculis coruscam, orbis obstupuit: sic meritis radiantem, Borgiæ Mortificationem prædicauit: 598.
edidit Christo, tam nobile natorum par, Ignatius: vt vtranque Societatis curam, in vtroque ad viuum expressam, venturi deinde posteri haberemus: inde Proximis hinc nobis impensissimè laboraturi. Sed O, qui vitam Borgiæ perpetuo crucifixam demiraris: iam disce caussam non potuit mortificationi non viuere, qui ex morte, vitæ halitum comparauit: traxit conspecto Imperatricis cadauere spiritum, quid præterquam mortificationes respiraret? ita est: nescit nisi mortificandis affectibus studere, quisquis mortis studio assuescit. Quatuor Animalia mitis oculatissima figuris, vidit inter se conformia Ioannes: *Et Animal primum simile leoni: & secundum Animal simile vitulo: & tertium Animal habens faciem quasi hominis: & quartum Animal, simile Aquilæ volanti, & quatuor Animalia, habebant alas senas: & in circuitu & intus, plena sunt oculis.* Apocal. 4. v. 7. (Apoc. 4. v. 7.) Vide omnino, quæ supra n. 515. de illis aliis apud Ezechielem animalibus, dicebam: vt enim ibi tam diuersas animalium indoles, in vnum coiisse, socioque timore vidimus mansuescere: quia diuinâ quadam formidine percellebantur: sic in hoc loco, demus aliquid necesse est, vnde tam dissitæ animalium conditiones, quasi sociato fœdere conueniant, vt non iam leo taurum inuadat: nec homo, vngues aquilæ perhorrescat. Ecquid illud? ni fallor, id quod deinde subditur: *Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor Animalium, & in medio seniorum, Agnum stantem, tanquam occisum.* cap. 5. v. 6. Agnus ad speciem mortuus, haud inuitas Animalium vitas in officio continebat: iam testudineæ bouis tarditati, rapidissimus Aquilæ volatus se commensuraret: iam bos, si opus foret, instar Aquilæ volaret: iam hominis mansuetudinem leo indueret: & homo, ad leonis robur animaretur: tamque diuersa ingenia, in eiusdem genij ductu persistent, & fortasse ideo tot oculis plena describuntur: vt in Agni adorati morte, suam intuentia: nil iam nisi mutuam charitatem exercerent. Quid ergo mirum si Borgia noster, quem nobilitas inter alios, vt Aquilam euehebat, quem potentia vt leonem commendabat: ad cultæ Reginæ mortuæ aspectum: bouis instar humilis incedat,

incedat, & abſque faſtu; quaſi vnus è plebe, regalis ſtirpis ſpititum compellat.

599. Scilicet neſcit iam auitæ gloriæ, priſci dominij animos attollere: quiſquis in alterius morte, ſe tandem inanime cadauer recognoſcit: in eâdem foueá (vt dixi illo num. 515.) communem mortem timentes, nec leo agnæ inſultat: neque agna leonem expaueſcit. Hinc illud Eccleſiaſtici.

Eccleſ. 28. v. 6. *Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari.* cap. 28. v. 6. non ſulum peccata ſupponit euitanda: ſed etiam quaſuis inimicitias, quæuis iurgia ſeponenda. Sed quid ſi Princeps fueris, & à viliori homunculo lædaris? immo, licet à ſeruo tuo: ſub communis enim mortis timore: nil niſi præparatio ad illam mentem occupat. Stephanus Cantuar. (apud Tilm. in cap. 8. Zach.) ad hunc locum:

Stephan. Cantuar. *Certè ſi Dominus, & ſeruus in eodem carcere poſiti, idem expectarent iudicium: Dominus caueret ſibi diligenter, ne opprimeret ibi ſeruum: & nos in eodem ſumus ergaſtulo colligati, ſcilicet in mundo, vel in corpore mortis huius.* Quaſi in corpore morti deſtinato, ſubque huius memoria, quantumuis Dominus fueris, tumidos illos ſpiritus deponas: & cum Borgia tibi iam vilis, quidqnid arrogantiam ſapit, mortificatus penitus conculces.

600. Pecunias quas Impius Iudas templo reiecit, in Figuli campum impenderunt Iudæi: & ſubdit ſtatim Matthæus.

Matth. 27. v. 6. *Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Ieremiam Prophetam dicentem: & acceperunt triginta argenteos,* &c. *Et dederunt eos in agrum Figuli.* cap. 27. v. 6. cur Ieremiæ tribuantur verba, quæ potius ſunt Zachariæ, alterius eſt otij diſputare: Vide Maldonat. ergo Zacharias ita.

Zach 11. v. 12. *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos: & dixit Dominus ad me, proiice illud ad ſtatuarium.* cap. 11. v. 12. cur qui *figulus* ab Euangeliſta, à Propheta dicatur *ſtatuarius*, in plano eſt: nam luteas ſtatuas figulus ſolet edere. Mira tamen diuerſitas in

Sixt. Sixtianis, quæ ex Græco vertunt: *Depone eos, in conflatorium.* Quid enim quæſo commune, domus figuli habet cum conflatorio, vbi metalla liqueſcunt? ni hallucinor, ſic rem myſticè concordabis: quia ſicut pretjoſum aurum, & æs vile, dummodo liqueſcant in fornace, ſic commixta coaleſcunt, vt nulla interim ratione oculis diſcerni queant: ſic aurea nobilitas, & vilis ſeruitus: ſapientia culta, & ruſtica ignorantia, ſi domum figuli, id eſt lutum & puluerem conſiderent Creatoris, (è quo omnes pariter homines ſunt creati) mirâ facilitate coaleſcent: quin ſuperbia aliorum tumeat, quin timeat humilitas aliorum. Sic mortis memoria, quidquid, eſt praui affectus, etiam in Principibus detruncat, & mortificat. Sæuiebant in Iſraëlem Principes Philiſtinorum: quos

Pſ. 9. v. 21. contra pius imprecatur Dauid: *Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant gentes, quoniam homines ſunt.* Pſalm. 9. v. 21. tanti nè eſt, vt ſe cognoſcant, homines eſſe? certè tanti: perinde enim eſt, atque ſe mortales agnoſcere: quod ſi facerent, certè inimicari non præſumerent. Vatablus ibi in

Vatabl. notis. *Vtinam gentes Philiſtai, & quicunque Deo aduerſantur, ſciant ſe mortales eſſe. Hominem eſſe, eſt mortalem eſſe, & imbecillem præ Deo. additur in Hebræo, Sela: quaſi diceret: O ſententiam exactâ conſideratione dignam! expendant homines apud ſe, hominis vitam, bullam eſſe, vmbram, ſomnum: quidquid item fragile eſt, atque fugax.* Expendit id certè attentiſſimâ conſideratione Borgia, ideo quidquid caducæ gloriæ, quidquid Dynaſtici tumoris erat; ſub illo mortis puluere ſepeliuit.

Totum procedit caput primum Leuitici, in deſcribenda ratione victimæ offerendæ, & hoſtiæ conſecrandæ. Sed nunquid paſcitur Deus taurorum carne, aut ſanguine delectatur? ſcilicet ſub his ſacris demonſtrabatur, quomodo rationabile noſtrum obſequium, & noſmetipſos, hoſtiam viuam, & Deo placentem, offerre debeamus. ibi igitur poſt alias ceremonias in Auibus ſacrificandis exercendas, ſic ſubiungitur. *Veſiculam vero gutturis, & plumas, proiiciet prope altare, ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi ſolent.* 601. Leuit. 1. v. 16.

Leuit. 1. verſ. 16. non ſolum ſacrificium præcipit, ſed etiam, vbi collocanda reſidua inſtituit: veſicula gutturis, vbi cibus conditur, inanis ex ſe ſemper, ſemperque vt tumeſcat, cupida alieni, pariter cum plumis ſublime petentibus; per aërem volitantibus, non alium, quam ad cinerum locum, vbi computreſcant, deſtinantur: quid ita? quia rationalis victima, ſi tumores ſuos, & ſuperbiæ anhelantes affectus, cineribus id eſt mortis, cuncta in cineres redigentis memoriæ addicat, tunc Deo placens, mortificatis affectibus litabit. Sic iam alij: cape adhuc Radulphum, qui rem clarè ſic exprimit ibi apud Godefrid. *In loco cinerus, id eſt mortis meditatione, veſiculam cum plumis proiice: vt dum iugiter finem tuum, conditionemque mortalitatis recogitas: inanem iactantiam, cum omnibus ſuperfluis, mox deponas.* Radulph. Neſciunt ſuperbientes plumæ, ventoſis inhiare honoribus, quæ in mortis meditatione, vitam omni vento inconſtantiorem, recognoſcunt: neſcit ambitioſa veſicula, alienis vorandis inhiare, quæ ſe breui, à morte prætimet deuorandam. Ad hos cineres, & Principis faſtum, & honorum ambitionem redegit Borgia: quid mirum ſi inde ſic mortificatus reſurgat, vt in Mortificationis exemplar viuum deſignetur?

Deſcendit Chriſtus Dominus in terras pacem allaturus, vitæ halitum ſuauiſſimum indulturus animabus, eaſdemque S. ſpiritus igne inflammaturus: & tamen Luc. 12. ſic exclamat. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur?* 602.

verſ. 49. Nónne & pacem Angelis decantatam? nónne & vitæ halitum; cum ipſe ſit ſpiritus oris noſtri? quid ergo aliis prætermiſſis, ignem ſolum hic curauit exprimendum? quia non ſolum ignis ille ſanctiſſimus, ſed etiam relictæ ab eodem reliquiæ, nobis vtiles: Audi Chryſologum ibi ſerm. 164. *Diu oppreſſa dumis, nationum cupiens noualia purgare, ignem mittit primus maximus Magiſter in terram: & quidquid naturalis ſqualefecerat luxus, quidquid arefecerat brumalis rigor, artifici depurgat, & conſumit incendio: quatenus ſola longa exhauſta ieiunio, ipſo ſuo cinere ſaginata pingueſcant.* D. P. Chryſ. Quidquid igitur in te vitebat dumoſum, quidquid ſenticoſum luxuriabat, ſic ſacro incendio conſumitur, ſic artifici igne areſcit, vt in cineres vtiles redigatur: vnde producendis iam fructibus ſagineris. Scilicet affectus illi priſci, qui nocuerant, mortificati iam proſunt: non tamen aliunde aptius, quam dum omnia tua, ſub mortis habitu, quaſi redacta in cineres contemplaris. Nemora & lucos colebant ethnici, vbi diis ſuis turpitudini ſeruientes, & reapſe Veneri indulgentes, ſacrificabant: dedi multa in ſpicilegio. At fingebant certè alios Deos, præter Venerem, Bacchum, & Priapum, qui hæc venerea ſacrificia, in lucis ſuis parari, non ferebant: & certè Iupiter (quamuis non ipſe adeo pudicus) miſſis fulminibus putabatur, lucos aliquos laſciuâ turpitudine

turpitudine violatos expiasse: ideo Horatius: *Tu
parum castus, inimica mittens fulmina lucis.* Vetuerat
proinde Deus, templorum lucos, Hebræis sæpe:
sed gens proterua, idololatriæ dedita, & lucos
plantauit, & vt passim legis, ibidem voluptatibus
indulgebat. Videbantur ergo verius & iustius à
Domino in hos lucos fulmina iaculanda, si quo-
modo à deuastatis iam impios auerteret cultores:
pende tamen quid Iosias Princeps sanctissimus di-
uino nutu egerit: *Succidit lucos, repleuitque loca eo-*
4.Reg.23. v.14. *rum ossibus mortuorum.* 4.Reg.23. vers.14. vt si qui
postea eo confluerent, ipso mortuorum aspectu
ab affectandis deinceps voluptatibus deterreren-
tur: quasi inhumatis ossibus, plusquam omnibus
fulminibus expiarentur. Ideo Stephan. Cantuar.
Steph. Cantuar. ibi. *Lucos succidere, & replere ossibus mortuorum, est
vitæ sæcularis delicias exterminare, per memoriam
mortis.* Quidni sæculo renunciet meus Borgia,
quidni delicias omnes plenè mortificet: qui per
omnia sæcularis vitæ nemora, quasi obiectum sibi
Reginæ illius cadauer, visus intueri?

603. Dixi hucusque vnde homines, & maximè ter-
reni Principes, à deliciis abstinentes, mortifican-
dis affectibus soleant studere: iam id clarius, ab
humani generis Principibus ediscamus. Peccant,
Gen.3. v.21. puniuntur, facitque Deus illis, *tunicas pelliceas*:
Gen.3. vers.21. nimirum, vt ex antiquis Patribus,
Lyran. habet ibi Lyran. *In signum suæ mortalitatis*: quin
etiam in morbi sui medicinam, addiderim ego:
quasi in illorum conspectu, bestias Deus occide-
ret, vt homines exuuiis induendi, visa illorum
morte terrerentur. Sic Leonum custos, in illo-
rum præsentiâ canem occidit, quo viso, leones in
debitæ obedientiæ officio continentur. Gerunt er-
go protoparentes tunicas pelliceas, vt semper me-
moriam mortis refricarent: qua tanquam amu-
leto defenderentur, & mortificandis affectibus
studerent. Hinc & Paulo ante Adamo ait Deus:
v.19. *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* v. 19. vt huius
pulueris meditatione, iam deinceps, serpentis do-
los euitaret: id quod visus expendere D. Basilius
D. Basil. Magn. Magnus exam humil. 11. sic scribit. *Terra es &
in terram reuerteris: memor sis, quod paulo post, hæc
saltantia membra, aut quæ nunc adest carnis concupi-
scentia, paulo post non erunt, membris resolutis, & in
terram resolutis. Memor sis naturæ, & solutus est om-
nis ad malitiam impetus, & concitatio, hæc commone-
factio, in omni peccato nobis amuletum sit.* Vbi dein-
de pulchra. Immo propterea Ecclesiast. *O mors,*
Ecclesi.41. v.1. *ô mors, quam amara est memoria tua, homini pacem
habenti in substantiis suis: viro quieto, & cuius viæ
directæ sunt, & adhuc volenti accipere cibum.* cap 41.
v.1. Qui enim adhuc paratus est, adire voluptatis
lucos, quærere Paradisos deliciarum, & cibum ve-
titum arboris prohibitæ, æmulator Adami degu-
stare: nihil habet amarius, mortis memoriâ, qua
scilicet à voluptatis executione retardatur, aut sal-
tem ipsam commiscet amaritudine. Galfridus ibi.
Galfrid *Quia mors, ex morsu pomi prohibiti superueniet, ama-
ra est memoria eius, adhuc volenti accipere cibum: non
recipere promissum, sed accipere vetitum: videlicet
adhuc diuinum præuaricari mandatum.* Quasi is, qui
iam (non sicut olim imprudens, & inexpertus
Adam) expertus nouit, toties sibi nouis titulis du-
ram mortem incurrendam, quoties vetitis incurrit
voluptatibus: hanc memoriam habeat dulcissi-
mam, qua ab illarum vsu compescens se, nec ci-
bum vetitum capere præsumens, sed promissum
expectans, in officio mortificatus continetur.

Quidni, si propterea Ieremias: *Filia populi mei, ac-* Ierem 6. v.26.
cingere cilicio, & conspergere cinere. c.6.v.26. de quo
D. Antonius de Padua, ser.10. post Trinit. sic scri-
bit. *Scilicet illius maledictionis memor: cinis es, & in* D. Ant. de Pad
*cinerem reuerteris. cinis ex incendio dicitur, ex quo fa-
ctus est Adam, cum sua posteritate igne cupiditatis
accensus, flatu falsæ promissionis fuit incensus, & ideo
in cinerem mortis reuersus.* Cineris itaque Adamatici
memoriâ curari iubemur, qui morbum ab Ada-
mo, miseri contraximus. Bene ergo Princeps Bor-
gia, in nostri generis Principe instituitur.

Pergo ad alios. Prodegerat villicus ille iniqui- 604.
tatis, commissa sibi bona, & traditam substantiam
dissiparat: Luc.16.v.1. & quid aliud hoc erat, quàm
Dominum spreuisse, Dominum ignorasse? sed ecce
tibi vocatur à Deo, id est morti destinatur, vt non
amplius possit villicare: tunc in penitiori corde
exclamat tacitus: *Quid faciam, quia Dominus meus* Luc.16. v.3.
aufert a me, villicationem? v.3. Ecquis Dominus? cur,
quem hucusque sic vilipendebas, vt quasi dominij
eius memoriam amitteres, bona eius dissipaueris,
iam Dominum fatearis? nimirum sumpto mortis
memoriæ pharmaco, lethargû deponit, & ad men-
tis sanitatē restituitur: iam Dominum suum, etiam
apud se tacitus appellat, nec audet aliter: qui apud
alios, eundem, bonorum dissipatione prodigâ, de-
negarat. Galfridus ibi. *Nunc primum, Dominum re-* Galfrid.
*cognoscit: Dominus est, licet ei quod vult facere, resisten-
di nulla facultas: amissâ autem villicatione, nihil post
mortem aget deinceps homo, pro arbitrio suo.* Nihil,
inquã, aget meritoriũ: refricasset ergo miser quo-
tidie hanc memoriam, nec vnquam in tot damna
laberetur. Ideo Dauid post culpam: *Cinerē, tanquam* Ps. 101. v.10.
panem manducabam, Ps.101. v.10. quia licet inten-
deret aliis meditandis, semper tamen mortis me-
moriam immiscebat: sicut enim in opiparo conui-
nio, licet varia apponantur obsonia, quæ singilla-
tim gustentur: at cum omnibus, panis immiscetur,
ordinarius scilicet cibus, & necessarius: sic Rex
pœnitens, alias meditationes, à cineris sui ordina-
ria cõsideratione non separabat. Allusit credo huc
D. Ioann. Climac. in scalâ. Parad. gradu 5. vbi ita. D. Ioann. Clim.
*Sicut cibis omnibus panis vilior est, & magis necessa-
rius: ita præstat omnibus operibus mortis cogitatio.* Li-
cet enim multæ aliæ meditationes dentur excel-
lentiores: nescio quid in hâc, ad mortificandos
Principum affectus, detur vberioris virtutis: sicut
in pane quotidiano, & necessario, ad vires reficiē-
das. Prudenter Seneca, Lucillum suum, inter Ro-
manos clarissimum, instituens, sic habet epist.26. Senec.
*Incertum est, quo te loco mors expectet: itaque tu illam
omni loco expecta. Epicurus ait: meditare vtrum com-
modius sit, vel mortem transire ad nos, vel nos ad eam.
hic patet sensus: egregia res est, mortem condiscere. Su-
peruacaneum fortasse dicis id discere, quo semel vten-
dum est: hoc est ipsum, quare meditari debemus:
semper discendum est, quod an sciamus, experiri non
possumus.* Ecquis enim, non semper in pauore sit,
qui nunquam potest experiri, an id quod necessa-
rio debet agere, immo in quo totum eius agitur
negotium: qua ratione sit agendum, penetrarit?
merito ergo Dauid, huic studio verè regali, & re-
gibus necessario indulgebat.

Omnia illa, quæ Christus Dominus, in Passione 605.
salutiferâ tulit, explicat acrtè pariter & deuotè
Drogo Ostiensis, l. de Sacr. Dom in. Pas. de iis quæ
intus, cuiusuis peccatoris anima pati solet, pro qui-
bus, beneficus tũc Dom. satisfaciebat. Sed interim
expẽdas quæso, quod non sub illo habitu ridiculo

regiáque purpurâ, quibus Rex fictus fuerat illusus, ad mortem Saluator optimus duceretur: significanter enim Marcus: (Mar.15. v.20.) *Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpurâ, & induerunt eum vestimentis suis, & educunt illum, vt crucifigerent.* Marci. 15. v.20. cur enim morte addicendus, habitum illum regium non retinuit? quia qui habitum illum sumpserat, vt pro Regum tumore, pro Principum superbiâ satisfaceret, ostendens obiter, tam phantasticam esse horum gloriam, quàm ipsamet phantastica pompa quâ irridebatur: docere voluit Principes, vt saltem ad conspectum mortis imminentis, pompæ renuntient, superbos illos spiritus deponant. Drogo citatus post multa, de vanâ Principum gloriâ, & mortalium ambitione, pro qua Dominus in similitudine carnis peccati, & (Drogo ost.) in habitu regio satisfaciebat, sic concludit. *Sed quid est, quod post illusionem chlamyde exuitur, & suis vestibus reinduitur? nisi quod sæpè superbus Adã, cum per dolorem carnis, confinia mortis ingreditur, depositâ elatione, ad putredinis suæ considerationem reuertitur: vbi videlicet, vel miseratione diuinâ pœnitentia fructus inuenit, vel post tremendum iudicium, duplici contritione conteritur.* Quasi mortis aspectus, necessariò putredini suæ agnoscendæ, superbiores Adami filios inducat: aut de obstinatione, extremo supplicio venerint afficiendi.

606. Nota satis, non tamen adhuc satis explicata, (Eccl.1. v.13.) verba illa Ecclesiastici: *Timenti Dominum, benè erit in extremis: & in die defunctionis suæ benedicetur.* cap.1. v.13. putantur penè synonyma esse in hoc loco, bene esse iusto in extremis, atque in die defunctionis benedici: cum tamen elegantius, quasi illatiua assertio explicetur: quemadmodum enim ex communi loquendi vsu dicimus, bene esse militem in castris, doctorem in scholis, aurigam in curru, & in puppi nauclerum: Sic rectè dicemus, virum iustum, & qui Deum timet, bene esse, bene se habere, si fuerit in extremis, id est si in mortis suæ consideratione defixus perseueret: hinc enim benedictionem defunctus consequetur. quid ita? quia sicut in castris miles non lasciuit, Doctor in scholis non otiatur: neque admoto aurigâ currus præcipitat, attentove nauclero, exerrat nauis: sic iustus sub hac maximè consideratione prudens negotiatur: nec præcipites mores, aut exerrantes affectus patietur. Galfridus (Galfrid.) ibi. *Non desipiunt qui nouissima, prima: & prima, nouissima faciunt: solliciti maximè de extremis, ne extrema gaudij luctus occupet. Qui nauim regit, non in prora residet, sed in puppi: sic nostra etiam nauis gubernator Animus, nostra conuersationis arbiter, prospero cuncta dirigit, si fuerit intentus extremis: nam ea memorans non peccabit.* In extrema parte nauis gubernandæ, puppi scilicet, sedet gubernator: nec tu per tumidum æstuantis vitæ pelagus, nauim affectuum tuorum gubernabis, nisi in extremo mortis vigil sedeas. quid ille, qui non solum suam, sed vel totius Reip. vel alicuius prouinciæ nauim gubernat.

607. Descripsit Isaias Babylonis, id est humanæ gloriæ, & terrenæ voluptatis euersionem, subiungens tandem: (Ierem.13. v.20.) *Non habitabitur vsque in finem: & non fundabitur vsque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec Pastores requiescent ibi.* cap.13. v.20. Non habitabitur scilicet à iustis, & viris sanctis: qui strenuâ mortificatione, quidquid est voluptatum conculcantes, æternis iam deliciis anhelant. illud solummodo dubium, quidnam in Arabe isto inueniret Propheta, vt è tot aliis nationibus, vnus, significando perpetuæ mortificationis studio assumatur? & respondet ibi Guillelmus apud Godefr. (Guillielm.) *Arabs, occidens interpretatur: in carnalium deliciarum consideratione, mentis affectum non figit, quisquis se tanquam in occidente constitutum agnoscit: nec corpus suum casso labore reuocare studebit ad ortum, quod quotidie declinare conspicit ad occasum.* Quod si huius allegoriæ gustu, aliquis forte è lectoribus titilletur, addat & aliam Hugonis Cardin. qui ad (Psalm.59. v.10.) illud Dauidis: *In Idumaam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.* Psalm.59. v.10. sic scribit. (Hugo. Card.) *Idumaa, interpretatur terrena, & significat mundum, in quem vir iustus extendit calceamentum, calcando & contemnendo ipsum: calceamentum vero, quod fit de corio mortui animalis, & munit pedes signat memoriam mortis, quæ benè munit pedes, id est affectus, ne ad obices, quos offert mundus offendat.* Sed hodie palato saltem Hispano, hæ tam meræ allegoriæ, sine alicuius mixturæ condimento, ad Tropologiam, frigescunt. nec immeritò.

Adiuit Christus Dominus Gerasenos: additque Marcus: 608. (Mar.5. v.2.) *Statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui habebat domicilium in monumentis, & neque catenis iam quisque poterat eum ligare, quoniam sæpè compedibus & catenis vinctus disrupisset catenas, compedes comminuisset.* cap.5. v.2. erant nimirum hæc monumenta extra ciuitatem, iuxta montes, vt colligitur ibidem v.5. & ex vsu Hebræorum, vicinarumque gentium satis constat, qui in campis seu montibus, sed iuxta viam publicam, suos sepeliebant. Matthæus duos fuisse memorat, & subdit: *Saui nimis ita vt nemo posset transire per viam illam.* (Matth.8. v.28.) cap.8. v.28. de quo Abulensis ita. (Abul.) *Non poterant tenere eos in ciuitate, quia etiamsi ponerent eos in vinculis, rumpebant vincula, & fugiebant ad sepulchra.* Sed quid quæso inuenerant dæmones in sepulchris, qui euitantes ciuitatem, sola sepulchra colebant, vt ita dolerent inde eiici, quasi à pretiosissimâ sibi domo expellerentur? quia ideo prisci sepulchra sua in campis, sed ad viam condebant, vt prætereuntes monerent, inde enim quod nemo nescit, à monendo, monumenta vocabantur. nullam ergo contra vitia valentiorem antidotum timebant dæmones quàm de monumentorum aspectu, mortis memoriam: vnde nihil magis curabant, quam quod nullus illâc transiret, ne scilicet salutarem mortis memoriam reuocaret. Fauet, fortasse huc respiciens, Abulensis: (Idem.) *Volebant terrere homines, & ita omnes terruerant, vt iam nemo auderet transire per viam illam.* Tenent scilicet dæmones monumenta, ne moneantur homines ea pertranseuntes, sic facilius peccato detinendi.

609. Ex hac ergo mortis memoriâ, si non à vitiis, (quippe ab infantiâ iustus) à tepore tamen, in virtutis ardorem Borgia resurrexit: hinc vitam crucifixam sic amplexatus, vt soli mortificationi viuere videretur. neque mirum: si enim mors, dura quædam Crux est, quid à mortis memoria, nisi crucifixos mores speraueris? conglobarat citatus supra Drogo, nonnullorum exempla, quos periculi magnitudo, fugato somno, in vigiliarum officio continebat: de discipulis, cum Christo agoniâ sudante, dormientibus, sic scribens: *Dormit Simon, dormit Iacobus, & Ioannes: quare quia non attendunt, quid post paululum futurum*

sit

sit: periculi magnitudo somnum fugat: nunquid dormiuit Petrus in atrio? nunquid dormierunt, qui relicto eo, fugerunt? nunquid dormiuit adolescens, quando tenuerunt eum, & ille relicta sindone, nudus profugit? & tamen frigus erat, quia stabat Petrus, & calefaciebat se: magnitudo periculi, & frigus & famem facit oblivisci. Tunc sic elegans ad rem nostram concludit.

Idem. *Euigila tandem, euigila miserabilis Anima, si non amore, saltem timore: cogita saltem cruciatum, quem iam passura es in morte: certè nulla crux est durior, quam mors: mors inquam ipsa, est durissima crux, quæ tibi paratur, ad quam quotidie tu festinas, & non attendis: vide quomodo te mors crucifigit: corpus vigescit, crura distenduntur, manus & brachia decedunt, pectus anhelat, ceruix languescit, labia spumant, oculi stupescunt, facies exsudat, vultus horrescit, & velut testa palescit, ista manet Crux te: nescio vtrum in lectulo molli, an in Cruce rigidâ suauius moriaris: nisi quod crux cito dolorem abscindit.* Quid ergo è sæuioris huiusce Crucis memoriâ, nisi perpetuum crucifigentis compunctionis exercitium sperares? quid à mortis meditatione, nisi mortificationi pullulare?

601. Quanuis alia obiter inseruerim, vt plurimum tamen Magnorum (qualis erat Borgia) exempla cumulaui, quibus Mortis memoria in antidotū parabatur, vitiis fugiendis, & mortificationibus amplexandis. Do in eandem rem verba eiusdem Borgiæ ex prudentissimâ illa epistolâ, quam dedit ipse ad Ludouicum Principem, Lusitani Regis fratrem. habetur in eius vitâ apud Ribaden. lib. 2. c. 3. licet viuidius sonent Hispano idiomate, quo conscripta, vertenda tamen fidelissimè asseuero. ibi ergo post alia, sic subiungit. *Benedictus Dominus,* qui aufert spiritum Principum: *quippe si in hoc, terribilem se gerit, erga alios Principes: non tamen talem erga te se exhibuit, sed piissimum, & benignissimum: dum scilicet à te aufert spiritum illum, quem nonnulli Principes solent habere, spiritum elatum, cæcum, ingratum erga Deum: cuius loco,* spiritum principalem *tibi dedit, quo Princeps & Propheta David cupiebat & orabat confirmari,* &c. *O quam bene de Lusitania meretur Deus, cui Principes absque spiritu Principum concessit! ò Domine, ò quis capere possit, quantum sit eo Principe Principis spiritum deesse:* & spiritu principali *confirmari! ò quis sciret vtriusque exprimere discrimen!* Quod postquam fusè ostendit: iam vt in Principe quem instituebat, amoto Principis spiritu, spiritum principalem radica et: mortis sibi semper præsentis memoriam, prudens ingerit.

Borgia. *Veniet dies quando huius sæculi pelagus transibitur, in quo tandem fallaciæ istæ detegentur: vbi multi frustratos se deprehendent, plenos scilicet spiritu tenebrarum, vanitatis & fallaciæ & ab spiritu Dei omnino vacuos: quo tamen ad æternæ fœlicitatis portum fuerant conuehendi.* Quasi Principis spiritui mortificando, & viuificando conseruandoque spiritui principali, nihil hac Mortis insinuatione, vtilius tunc subiret: qua nimirum ipse strenuus ad vtrunque persistebat.

611. Sed pende quid de prima illa Borgiæ conuersione addat Ribaden. lib. 1. c. 7. post conspecti cadaueris narrationem. *Sic eius animam, lux ista diuina gratia efficaciter penetrauit: tamque constans in affectibus perdurauit, vt ab illo, vsque ad extremum vitæ punctum (per tres scilicet annos & triginta) semper illi inluxerit, nunquam ibi proposita obliuiscenti, nec feruores conceptos minuenti. Ergo è regio Sacello, reuersus domum inque secretius cubiculum se proripiens, obserato ostio, in terram se prosternit: ibique ingenti lachrymarum fusâ, permixtis è perculso corde suspiriis, sic secum loquitur,* &c. Augurot in his lachrymis caussam, vnde tam diutina lux ista fuerit: vnde tam tenax mortis hæc meditatio Borgiæ inhæserit. Miræ sunt ceremoniæ, quibus sacros combustæ vaccæ cineres, in pollutorum emundationem asseruari, præcipiebat Deus: lege totum cap. 19. libri Numeror. illud mihi mirum hos cineres (cum tamen in illis tota virtus expiationis, vt ex Paulo Hebr. 9. vers. 13. colligitur) non prius contaminatis inspergi: quam aquâ viuâ commiscerentur: *Tollentque de cineribus combustionis atque peccati, & mittent aquas viuas super eos in vas,* &c. vers. 17. nam reuera in Cineribus esse virtutem, eiusque caussam, apetit ibi Oleaster in his verbis. *Cinis non erat aqua commistus sed commiscebatur, quando immundus erat purificandus: tunc enim pars cineris aqua commiscebatur, & super mundandum aspergebatur: & virtute continebant, huiusmodi cineres sacrificium pro peccato: & ideo quemadmodum sacrificia poterant pro peccato mundare, ita & cineres, cum essent vaccæ oblatæ pro peccato.* Si ergo in cineribus virtus requisita erat quorsum huc aqua? videtur ibidem post multa sic respondisse: *Volebat Dominus vt aquæ currentes, va. ca cineribus immiscerentur, vt possent aspersorio effundi super immundum.* Sed in hoc maximè laboramus, cur non aridi cineres, vt poterant, sed potius humentes requirerentur? puto non ineptè ad litteram, voluisse Deum, vt tenacius hi pulueres persisterent in mundatis, illorum aspectu ad reuerentiam componendis: qui tamen cineres si aridi mitterentur, quouis excussu, quouis flatu leuissimo auolarent. longè tamen aptius ad mysterium, rem aperit Cellensis lib. de Pan. cap. 25. ad hunc locum, de homine ad pœnitentiam conuerso. *A cinere nanque incipit cum se in cinerem & puluerem, ab æternitatis immarcescibilitate, per peccati præuaricationem, redactum gemit, inde procedit ad lachrymas, si fortè de puluere mortalitatis reformari possit, vel saltem ad limum alicuius tenacitatis. In eo melior limus, quam puluis, quia vagâ leuitate, & dissolutione vanâ non circunfertur omni vento, sicut puluis: sed conglutinatur, & coacernatur ad vnitatem in pondere humoris.* Quam ergo prudens Borgia, qui pulueri illi, quem vtiliter, ex Reginæ defunctæ feretro, hauserat, lachrymas superfundit. quid mirum, si nullo flatu auolet, qui concepto per humorem pondere, menti conglutinabatur: in nobis cur non tenax hic cinis, quò tamen respergimur non raro: humoris debiti defectui tribuendum. Pergit Cellensis, quasi Borgiam cerneret iam noui hominis habitu radiantem; pérque mortificationem, fundendo pro Christo sanguini, si opus esset, paratum. *Habet itaque pondus quod erat sine pondere: habet vnitatē quod erat sine vnitate: est etiam molle, quod erat siccum & sine humore: potest exinde iam aliquid formari, cum prius ex puluere, nihil aliud quam oculus posset cæcari. Iam igitur disciplinam apprehendit, iam præcepta suscipit: iam ad omnem obedientiam, per profectum compunctionis, iugum submittere nouit. Deinde vsu & consuetudine, aqua ista vertitur in sanguinem: non tamen Aegypti sed Christi: vt iam promptus sit homo, non lachrymam, sed animam: non vndam, sed vitam, si sit necesse, pro Christo, vel fratribus ponere.*

Numer. 19. v. 17.
Hebr. 9. v. 13.
Oleast.
Idem.
Petr. Coll.
Idem.

Recole locum illum, quem supra dedi n. 602. 612.
de Christo Domino, qui instar Agricolæ, mortificati nostri affectus cineribus, cor saginat ad

fructus: deinde vide quid ſubdat. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur? baptiſmo autem habeo baptiʒari, & quomodo coarctor, vſque dum perficiatur?* Luc.12. v.49. & 50. pende rerum
Luc.12. v.49.& 50. tam diſperſarum coniunctionem: ignem importat, & lauacrum memorat: totus deſcendit ignitus, & ſtatim aquas immiſcet: applicat flammam, & requirit humorem: quid ita? reſpondet idem
D.P.Chryſ. Chryſolog. n. citato adductus, ſerm. 164. *Vrget aqua ignem: cogitanda eſt tulis, tam diuiſa coniunctio. Vrget vnda flammam, multiplicat flamma vndam: quæ eſt talis, tum concors, iſta diſcordia? geritur hic, ſicut diximus, agricola diuini ſpecies: plena nanque omnia calore germinant, humore nutriuntur. Vnde rerum parens Deus ignis & aqua commercio nos germinat, nos enutrit, quorum tanto ardet, calet, exæſtuat, anhelat uſfectu.* Et quemadmodum, quod ſupra vidiſti, per cineres, ſeu mortis meditationem, ab incendio relictos, ſterilecor ſaginat: ſic per ſacrum humorem ad lachrymas oos prouocet, quibus fructus deinde germinent fœlicius: vt quemadmodum incendio cinereo, & humore diuino producuntur, ſic etiam ſimili cauſsâ conſeruentur. quod Borgia noſter, conceptos cineres lacrymis irrigans mirificè expreſſit.

§. II.

Iuſtus Mortificatione reſpirat: hæc quotidiana debet eſſe euellendis ſpinis, floribus plantandis: qui tamen ſemper ab illis ſibi timent; ne ſeruilis carnis conditio rebellet.

613. Nimirum qui vt Chriſto ſuo viueret, ad mortuæ reginæ conſpectum reſurrexit: non potuit non mortificationis ſpiritu animari: quo enim pretioſius Chriſto viuis, eo frequentius tibi moriaris neceſſe eſt: vita hæc, & mortificatio vix
Luc 9. v.23. diſtinguitur. Hinc illud eiuſdem Domini: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie.* Luc.9. verſ. 23. vt enim quotidiano cibo, humana vita indiget: ita quotidiano, ſpiritualis vita, crucis onere. quid ita? quia, vt ſcriptura loquitur, Deus, non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum: ſine cruce autem quotidiana, quaſi quaſi; peccato motiamur neceſſe eſt: qui ſolum per iugem Crucem dignam Deo vitam reſpi-
Math.10. v.34. ramus: vnde, iterum: *Qui non accipit Crucem ſuam, & ſequitur me non eſt me dignus.* Matt.10.v.38. grauiter D.Leo ſer.9. Quadrag. ad hanc rem, & hunc
D. Leo. locum. *Nec dubitare debemus, hanc vocem non ſolum ad diſcipulos Chriſti, ſed ad cunctos fideles, totamque Eccleſiam pertinere: ſicut ergo totius eſt corporis piè viuere, ita totius eſt temporis, Crucem ferre.* Quaſi & vita pia, & quotidiana mortificatio non ſeparanda: nullumque Chriſti membrum, diuinæ valeat coniunctioni, in myſtico Eccleſiæ corpore adſpirare, quin perpetuis mortificationibus reſpiret: immo, quaſi non arctius naturali vitæ anhelitus, quam ſpirituali mortificatio coniungatur.

614. Nec immeritò: ſicut enim abſque halitu, non viuitur, quo, cauſsâ aliquâ intercluſo, mors properat: *Sic* deficiente omninò mortificatione, virtus deficit: aut ſaltem illâ intermiſsâ, hæc languſcit. Paulus exultans iam in Chriſtianâ libertate, ſic habet ad Romanos: *Quid ergo? peccabimus, quia non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia?* cap.6.v.15. quaſi diceret, non peccamus: fruſtra enim qui iam per gratiam ſanati ſumus remedia malorum, per legem expectaremus: immo nullatenus hæc, à lege poterant expectari prudenter, quamuis vellemus. Sed cur non poterant? reſpondet Chryſologus ibi, ſerm.114. *Nunquam curat, qui infirmantis queri, & expectat arbitrium: nam cum ex humore frigido, ſemper ignis ſuccendatur in corpore: & rigor nimius membra vexat, & concutit, acrius ipſe efficit, & gignit incendium: ita ægrotus, ad augendam flammam, qua ſuis ſemper æſtuat, & anhelat in venis dari ſibi aquam frigidam impatienter expectat, neſcius quod tunc calor, calore reſtinguitur: frigore nutritur incendium.* Quaſi ideo maximè lex, onera peccati ab animâ releuare, Deoque coniungere non poſſet: quia non tam cordis & affectuum, quam præputij circumciſionem edoceret; (reſeratâ plenè ad legem gratiæ Crucis mortificatione:) dum etenim quandoque voluntati permittebat indulgeri: habitum & vitam quodammodo intercludebat: quæ apud iuſtos, mortificatione reſpirat. concludit ergo Chryſol. *Lex dum hominis ſemper expectat, & ſuſtinet voluntatem: nec tamen homo peccati ſarcinâ præpeditus, ſufficere, legalibus præualet obedire mandatis: cultorem ſuum lex non abſoluit à peccati vinculo, ſed crimine præuaricationis obligat.* Degebant ergo infirmi ſub lege, quia hæc ſemper in aliquibus, (vt in pluralitate vxorum, diuortio, &c.) affectui indulgebat. Nos vero degimus ſani, valenteſque ſub gratiâ: quæ licet longè benignior, inſeparabilem tamen Crucem quotidie, iubet attollere: quæ licitis etiam docet renuntiare, ne ad illicita labamur. Sic ducimus ſuauem, non trahimus difficilem virtutis vitam: quæ apud illos intermiſſo mortificationis halitu laborabat. D.P.Chryſ. Idem.

615. Patent hinc ſuauiſſimi illi affectus, Animæ iuſtæ: *Dilectus meus mihi, & ego illi, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbra.* Cant.2.v.16. Cur enim ſolum eatenus, quæ ſæpius noctè, & in lectulo, dilectiſſimum ſuum cupiebat? cur ſolum aſpirante die, & non pariter inſpirante nocte, amor iſte mutuus reſpirat? nimirum quia tanta perfectio, iam nihil obſcurum ſecum patiebatur: ordinatione Domini, iam dies perſeuerat: & ipſa oox, iam illis illuminatio in deliciis. benè: ponatur ergo, *donec clareſcat dies:* quid opus eſt vt aſpirans enuntietur? quia nimirum hic dies, hæc lux tanta, ſolius mortificationis alis importatur: quidni ergo adſpirare dicatur iuſtis, qui mortificatione ſolummodo reſpirant? D. Bernardus ibi ſerm. 72. *Quaris in quo reſpiratio iſta? in te ſi incipiat ſpiritus concupiſcere aduerſus carnem: ſi repugnas, reſpiras: ſi ſpiritu, facta carnis mortificas, reſpiraſti: ſi hanc cum vitiis, & concupiſcentiis ſuis crucifigis, reſpiraſti?* Sola quippè hæc mortificatio, fœlicem diei reſpirationem ſolet importare. Vnde ſtatim ad illud Pauli: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* 1. Cor.9. Sic ſubiungit, idem Bernardus. *Vox eſt reſpirantis: immo qui iam reſpirarat. Vade tu, & fac ſimiliter, vt te reſpiraſſe probes, vt deinde demum inſpirantem tibi credas illuxiſſe.* Sic fœliciter reſpirabis, quia inſpirante die frucris: ſemper in luce eris, quia mortificationis renouatio, noctem neſcit. Hinc & illud Pſalmiſtæ: *quoniam propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* Pſalm.43. verſ.22. (quod citat idem Paulus Rom. 8.) quaſi eſſet nefas diei partem, Cruci ſubtrahere, neque ſolidum, ſoli impendere mortificationi. de quo benè Diuus Ambroſius in Pſalm. 43. ita. *Morte afficiebantur pro Dei cultu, totoque die, verſabantur in morte, ſicut & Paulus.* Quia ſicut totius erat corporis piè viuere, ſic Cant.2. v.16. D.Bernard. 1.Cor 9. D.Bernard. Pſalm.43. v.22. Rom 8. D.Amb.

ſic totius putabant temporis crucem tollere. Nota autem mihi, tam Dauidem, quam Paulum, mortificationis diurnæ tantum meminiſſe: quia ſemper illis mortificationis dies aſpirabat, quibus nulla affectuum nox, nihil inquam obſcurum, vt dixi,
Idem. incubabat. Quod optimè expendit idem Ambroſius, ſic ſubiungens. *Quia & ſi exterior homo eius corrumpebatur, interior renouabatur de die, in diem: quia diem ſibi, vniuſcuiuſque fides, & gratia operationis illuminat: vnde nec Paulus Apoſtolus noctem ſciebat, quia qui renouatur, ſemper in luce eſt.* Cum autem hæc lux, vt vides, hic dies reſpirationis ſit: toties iam videris reſpirare, quoties te mortificas, vt iam ſpiritualis vitæ halitus, & mortificatio neutiquam diſtinguantur.

616. Si autem quæras, vnde hæc quotidiana mortificatio, tam ſit Iuſtis neceſſaria, iam reſpondeo. Quemadmodum enim; niſi Noualia perpetuo inuertantur, breui ſilueſcent: & vbi prius planities pinguibus ſtrata glebis, poſtea ſpinetum, pungentibus durum veptibus aſpicitur: ſic natura ſibi relicta tribulos germinat: & maledicta olim caro, niſi perpetuo mortificationis vomere aretur, ſpiritum ſuffocat, vitiorum ſpinis inhorreſcens. De iugi iſtâ in mortificandis affectibus perſeuerantia, capiendus Chriſtus, cum dixit: *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens*
Luc. 9. v. 62. Beda. *retro, aptus eſt regno Dei.* Luc. 9. verſ. 62. vbi Beda: *Manum in aratrum mittere, eſt quaſi quodam compunctionis inſtrumento, ligno & ferro dominicæ paſſionis, duritiem ſui cordis atterere: atque ad proferendos bonorum operum fructus, aperire: quam ſi quis colere incipiens, cum vxore Loth, ad ea quæ reliquerat, reſpicere delectatur: futuri iam regni munere priuatur.* Quia ſcilicet incipiens non perfecit: & ex non ſulcatâ carne, denuo vitiorum ſpineta pullularunt. Ideo meritò Magnus Hieron. ad illud Pauli
Gal. 6. v. 8. D. Hieron. *Qui ſeminat in carne, de carne & metet corruptionem.* Galat. 6. verſ. 8. ſic ſcribit. *Omne quod loquimur, agimus, cogitamus: in duobus ſeminantur agris: ſi bona ſunt, quæ de manu, ore, corde promuntur, ſeminata in ſpiritu, vita æterna fructibus redundabunt: ſi mala, ab agro carnis excepta, corruptionis nobis ſegetem pullulabunt.* Audis fœcundum agrum corruptionis? caue ergo relinquas aratrum, quo infœliciſſima ſeges extirpatur.

617. Nec extirpatur ſolummodo, ſed etiam eius loco, æternæ vitæ germina ſuccedunt. Peccat Adam, & licet in terrâ hac materiali, impenſius tamen, in carnis ſuæ terra maledicitur: de qua eſt illud,
Geneſ. 3. v. 18. *ſpinas & tribulos germinabit tibi.* Geneſ. 3. verſ. 18. vbi mihi mirum eſt illud, cum tot è terra toxica oriantur, tot herbæ veneno pullulent fallaces: cur affectus carnis reuera venenati, qui nobis ex peccato germinarunt, non tam venenatis plantis, quam ſpinis & tribulis comparentur? an prauis affectibus indulgens, pungitur tantum anima, nec venenatur? certè venenatur: pulchrè tamen ſolum ſpinæ huc aduocantur, quia vt ab ſpinis roſæ oriuntur, ſic ab affectibus iſtis, mortificationis aratro conuulſis, virtutum roſæ ſolent germinare.
D. Ambroſ. Huc credo collimabat D. Ambroſ. ſerm. 36. vbi ita. *Nos hoc eodem ieiuniorum tempore, producamus de ſpinis noſtris roſas: hoc eſt de peccatis iuſtitiam, de ſeueritate miſericordiam, de auaritia largitatem. Iſtæ enim ſunt ſpinæ corporis noſtri, quæ præfocant animas, de quibus ait ſcriptura: ſpinas & tribulos tibi germinabit terra: germinat enim mihi terra mea ſpinas, ſi me corporalis libidinis titillatione compungit:* Sic quas gula protoparentum ſpinas germinauit, non ſolum ieiunij mortificatione reuellimus, ſed inſuper in florum blandimenta commutamus.

Faciunt ad rem eandem verba illa Apoſtoli ad 618.
Corinthios: *Quotidie morior per veſtram gloriam* 1. Cor. 15. v. 31.
fratres, quam habeo in Chriſto Iesv, *Domino noſtro.* 1. Cap. 15. verſ. 31. nunquam enim mortificationem remittebat, proximorum ſaluti deſudans, nouas quotidie cruces incurrendo, quæ illi reſpirationum inſtar erant. Id tamen in his verbis dubium: quod ipſemet, hanc gloriam habere in Chriſto iam teſtetur, quam tamen Corinthiorum eſſe aſſeuerat: Si hanc ipſe habes Paule; quomodo ſuam eſſe affirmas? ſi veſtra ô Corinthij, quomodo Paulus illam habere poterit? certè & huius, & illorum communis erat: qui enim quotidie pro aliorum ſalute laborans ſe mortificabat: indidem non ſolum ſibi, nequid denuo pullularet ſpinarum præcauebat, ſed nouos etiam flores complantabat, iugi renouatione reuireſcens. iterum Ambr. D. Ambroſ.
in Pſal. 43. ad hunc locum. *Paulus moriebatur ſecundum carnem, in ieiunijs, in naufragijs, in diuerſis periculis, in miſerijs conſtitutus: ſed non totus moriebatur: moriebatur homo eius exterior, ſed renouabatur interior: & ideo non deficiebat, cum tot periculis vrgeretur.* Vnde ergo maiorem gloriam obtineret, timebat itaque diem mortificationi intermittere, ne lex carnis, ſpiritus legi repugnans, denuo repullulans virtutes ſuffocaret. Et quanta hæc gloria? propterea ipſe: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri* Iesv Christi, *per quem mihi mundus Crucifixus eſt, & ego mundo.*
Galat. 6. verſ. 14. vbi Chryſoſtomus. *Illa mihi* Galat. 6. v. 14. D. Ioan. Chryſoſt.
mortua ſunt, & ego viciſſim illis: nec illa me capere poſſunt, neque manibus iniectis captiuum ducere, quippe ſemel mihi mortua: neque ego illarum cupidine teneri, quippe mortuus illis, &c. Vides crucis potentiam, in quantam celſitudinem, Apoſtolum ſubuexit. Ingens planè eſt celſitudo, quod ſic pulchris virtutum floribus, in nouam creaturam, vt ipſe paulopoſt intulit, reuireſcat.

Caue tamen, licet iam magno ſpinarum faſce 619.
colligato, imò combuſto, in florum te ſentias pulchritudinem germinare, caue, inquam, à mortificatione tibi ceſſandum putes: latent radices, breui, ſi ceſſas, in germina erupturæ, & florum teneritudinem rupturæ. Diſcuſſa ſæpe, nec vnquam excuſſa ſatis, comparatio illa Chriſti Domini ad animam: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica*
mea inter filias. Cant. 2. verſ. 2. clareret magis, ſi Cant. 2. v. 2.
roſam appellaret, quam agnatæ ſpinæ ſolent cingere: quid lilio cum ſpinis, quod è mitiori longè plantâ pullulat? imò indidem, puto, quæritur myſterium: in terrâ, roſis ſolummodo adiacent ſpinæ, violæ, caryophilla, lilia id damni neſciunt: at in animâ, nihil floridum naſcitur, cui minaces aculei non adhæreant, quos ſi extirpare diſſimulet,
peribit. Bernardus ibi, ſerm. 48. *Donec in carne eſt* D. Bernard.
anima mea, inter ſpinas profectò verſatur, & neceſſe eſt, vt patiatur inquietudines tentationum, tribulationumque aculeos. Quod ſi lilium eſt ipſa, iuxta ſponſi verbum, videat quam vigilem ſolicitamque eſſe oporteat, ſuper cuſtodiam ſui, ſepta vndique ſpinis, hinc inde aculeos intendentibus: nec enim vel leuiſſimam ſpinæ ſuſtinet vllatenus punctionem, floris teneritudo: ſed mox, vt modicè premitur, perforatur. Et dubites falcem arripere, neque vnquam deponere: ne fortè creſcant ſpinæ, floriſque tui teneram pulchritudinem transfigant? an te, ſponſâ hâc perfectiſſimâ putas ſecuriorem? hæc certè ſibi prouidens
ſubiungit prudentiſſimè: *Sub vmbra illius, quam* Cant. 2. v. 3

desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo: D.Ambros. Ibidem, v.3. quo quid sibi velit, aperit D. Ambrosius serm 5. in Psal.118. vnumquemque iustorum sic iostituens. *Habet alias mansiones, ad quas Ecclesia, cum delectatione succedit: istæ morsiones sunt crucis Christi, & sepulturæ, in quibus vulnerata est Ecclesia, sed vulnere charitatis: vulnus enim est, quod Christus excipit, sed vnguentum est quod effudit, pomum est quod pependit: hoc pomum gustauit Ecclesia, & ait: & fructus eius dulcis in faucibus meis.* Protexit itaque cruce se sponsa, vt sub mortificatione, suum ab spinis lilium tueretur: quia nimirum solo mortificantis crucis fructu, carnis sentes sterilescunt: & castâ crucis vmbrâ, lasciua carnis seges emarcescit.

620. Efficacius adhuc rem commendauit Chrysostomus, homil.8. in cap.6 epist.ad Hebr. vbi ex- Psal.31.v.4 D.Chrysost. pendens illud Prophetæ: *Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.* Psal.31.vers.4. sic scribit. *Non enim simpliciter penetrat, sed infigitur. Et si parum peccati remanent, & non totum euellamus, ipsum parum, facit dolorem, sicut in spinis. Et quid dico ipsum parum? etiam postquam exciditur, per multum tempus, plaga dolorem relinquit, & opus habet multâ curatione, & medicinâ, vt tandem à dolore liberemur: non enim sufficit euellere tantum peccata, sed etiam curare locum qui percussus est.* Grauissima planè, ab spinâ carni confixâ, ad peccatum animam lædens deducitur comparatio: cui tamen illud adhuc potes addere, non solum curandum locum, vt plaga sanetur, (quòd in euulsa iam è corpore spinâ satis est) sed etiam ne ab illâ plagâ, nouæ malorum segetes pullulent. Habet peccati spina, (præter spinæ naturalis conditionem) quod etiam ab animo euulsa, mali habitus semina relinquat, vnde noui & noui sentes enascantur: ergo non quale quale malagma, sed mortificationis canterium, loco malè affecto adhibeatur: ne frondeat iterum ex occulto semine spina: & vnde fructus posses, cruentaturos Dominum tribulos emittas. Hinc tenerrima eiusdem querela, vineæ suæ miseriam deplorantis: *Expectaui vt faceret vuas,* Isai.5.v.2. D Ambros. *& fecit labruscas.* Isai. cap.5. vers.2. ex Græco legitur: *Et fecit spinas:* de quo D.Ambros. serm.73. *Compungunt Iudæi Dominum, dum coronant, compungunt dum crucifigunt. Igitur fratres videte, ne & vobis dicatur, sustinui vt faceret vuam, fecit autem spinas: hoc est ne spinas, quas Domino Iudæi cruentis imposuerunt manibus, nos iniquis sensibus apponamus: & compungamus eum, non asperitate sentiam, sed operum prauitate.* An non tibi in tam peruicaces spinas, quotidianæ mortificationis falx, videtur necessaria?

621. Sed quid? dicat aliquis, si nonnulla nobis à Deo, nouimus indulta cur illis saltem quandoque non vtemur? quorsum quotidie mortificatio distringatur? certè multa nobis sunt indulta, sed nobis ignauis nobis remissioribus: perfectis verò, & iis qui gressu virili, Christi Domini calcant vestigia, crux semper, & vbique attollenda. Ideo Paulus: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt:* 1.Cor.10. v.22. *omnia mihi liceat, sed non omnia ædificant.* 1.Cor.10. vers.22. sed cur, si licita sunt, non etiam expediant? quid ædificationi minuitur, si licitis indulgeatur? quia non tam ad voluptatis licitæ vsum, exponi visa: quam ad mortificationis occasionem apponi: grauiter Tertullianus lib. de cultu fœmin. Tertull. cap.10 *Nonne sapientes Patres familiæ, de industriâ quædam seruis suis offerunt, atque permittunt, vt experiantur, an æqualiter permissis vtantur, si probe, si modestè? quanto autem laudabilior, qui abstinuerit in totum, qui timuerit etiam indulgentiam Domini? sic igitur Apostolus, omnia, inquit, licent sed non omnia ædificant. Quanto facilius illicita timebit, qui licita verebitur?* sic mortificatio nostra, Christo semper in votis: remissio, in patientiâ: indulgentiam fragilitati permittit: quam tamen robustus spiritus, & verus Domini seruus, ne forte paulatim ad illicita relabatur, non admittit: gaudet indultis, vt illa, mortificatus, ad aras Domini iugulet gloriosius.

Cum honoris splendore, ius pariter armorum Hebræis tollitur, in seruitutem redactis apud 622. Ægyptios: & tamen de his iam exeuntibus dicitur in Exod. *Armati ascenderant, filij Israël, de* Exod.13. v.18. *terra Ægypti.* Cap.13. vers. 18. & vnde armati, qui arma cum libertate deposuerant? respondet Lyranus ibi. *Quæritur vnde habuerint arma: quia* Lyranus. *cum essent oppressi seruitute, ne multiplicarentur, & rebellarent Ægyptiis, &c. Non est verisimile; eos arma habere? dicendum, quod habuerunt, per accommodationem ab Ægyptiis, sicut enim prompte & liberaliter accommodauerunt eis, vasa aurea, & argentea: sic accommodauerunt etiam arma, ad defendenda pretiosa, quæ eis accommodauerant, à prædonibus si occurrerent.* Pulchra ratio, taxandæ Ægyptiorum auaritiæ, qui ne vasa accommodata periculo exponerent, vitam suam, rebellionis armatæ periculo exponebant. Addo magis moraliter ad rem nostram. Teneris necessario, si indulges serico, arma illi, contra te date: nescit indulgenter habitus seruus, non armari: seruile corpus si amas, armas consequenter in animam: quæ inde abiectâ mortificatione, in Deum rebellans pariter, libidinum seruituti, cum corpore subiacebit. Propterea caute Apostolus: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* 1.Cor.9.vers.27. vbi eleganter Chry- 1.Cor.9. v.27. D Petrus Chrysol. sologus serm.161. *Præbebat vindictam bonus seruus, qui se vsque ad liuorem, sic agens iugiter, verberabat, nec laxabat frena corpori: ne per indulgentiam caro laxata, alterius incurreret seruitutem* Nouerat quippe Paulus, mortificationem, debere esse stigma perpetuum serui Christi, sine qua, dæmonis foret stigmate inurendus, quo in tartaream seruitutem commigraret: nec dari inter terminos istos, medium aliquem: nec iri aliter nisi per iugem crucem ad primum: sicut per indulgentiam itur ad secundum.

In pœnam simulationis suæ seruitutis fœlicioris iugum imponitur Gabaonitis, ab Hebræorum 623. duce Iosuë: scilicet, *Esse in ministerio cuncti populi, & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas importantes.* Ios.9.vers.27. nec absque ingenti myste- Ios.9.v.27. rio, inter tot laborum genera, quibus addici poterant, vna maximè lignorum incisio, quæ ad altare portarentur, illis indicitur: de quo Theopha- Theoph. Ceram. nes Ceramæus orat 2. de cruce, ita. *Gabaonitæ, quos filius Naue lignis ferendis, ad diuinum tabernaculum deputauit, ethnicorum nationem repræsentabant, quæ accessit ad Iesum, verum illum diuinarum promissionum in sorte largitorem, à quo vita donati, ligna ferre, hoc est salutare crucis verbum, humeris virtutum circumferre, & tabernaculo fidei subministrare didicerunt.* Quia non poterant diuinæ seruitutis gloriosos sibi titulos conseruare, nisi perpetuæ cruci, per mortificationis studium addicerentur: vaga quippe labilis, imò fugax seruilis nostra conditio, solum mortificantis crucis viribus subsistit, & ad bonum immobilis perseuerat.

Hinc

624. Hinc Salomon. *In malitia sua expelletur impius: sperat autem iustus in morte sua.* Prouerb. 14. v. 32. (Prou. 14. v. 32.) sed inter perdentem malitiam, & mortem seruantem, nullam videris gratam antithesim, nisi hæc mors, de mortificatione, malitiam iugulante explicetur. Ita est: ideo aptè in Sixtianis vertitur. (Sixtian.) *In malitia sua repelletur impius: qui autem fidit sua sanctitati iustus.* Quasi vniuersa iusti sanctitas, in solâ affectuum suorum morte consistat: nec sanctitas à mortificatione distinguatur. Neque tamen absque mysterio Salomon, non tam euertendum immortificatum peccatorem dixit, quam expellendum, quasi è loco aliquo ruat, & eiiciatur: è contra vero iustum, in crucis mortificatione, tanquam in sacrâ anchorâ sperare: quemadmodum enim labenti alicui moli, & vi ruentis ponderis, obiecta quæuis fragilia propellenti, opponimus robustissima: & lapidibus lignisque duriorem aliquam aliam machinam obuertimus, vbi labens illa subsistit, & corruens fulciatur: Sic è Paradiso, vsque ad Tartarum præcipiti naturæ nostræ, crux supponitur: in qua, licet grauis peccatis, non solum sistat: verum etiam quodammodo repercussa, ad cælum redeat iam diuina. (German. Constant.) Germanus Constantinop. orat. 3. de cruce. *Descensus erat ex alto, in hanc lachrymarum vallem: nec prius subsistit natura deorsum ruens, quam illa in solidam Petram Christum, lignumque crucis, tanquam in immota quædam fulcimenta, conquieuit, & quasi repercussa est.* Qui igitur crucem aliquando sibi subtraxerit, quid speret nisi ad inferos vsque innato affectuum pondere deturbari? quid nisi dempto mortificationis fulcimento, in ruinam prolabi lamentabilem? dum grauia centrum petunt, obicem si amoueas, corruent necessario.

625. Iam ad id cuius causâ, hæc dicta sunt: non est animus Borgiæ mortificationes, priuatim referre, facilius enim astra numeraremus: Sed aliquas sententias adducere, vnde quid de mortificatione, qui illam exerceret, constabit facile: legendus Ribaden. lib. 4. cap. 5. & 6. (Ribaden.) Planè mortificatione respirabat, *Qui cum alicuius personæ perfectam sanctitatem audiret commendare, respondebat: talis erit, si fuerit mortificata.* An non fuerat quotidiana eius mortificatio, an non mortificationem pro habitu ducebat, qui dicebat, *Fore vt mæstus viueret, si putaret mortem sibi, eo die incurrendam, in quo priuatum aliquid mortificandis sensibus non subiisset?* Hinc ad sororem suam, sanctissimam monialem solebat dicere: (Borgia.) *Soror tunc religiosi status nostri exercitia bene habent, si diei horas, mortificationibus mensuremus, vt penè per viginti quatuor vices moriamur, vt simus ex illis, ad quos ait Apostolus: mortui estis,* &c. *Ego quidem in hoc labore, nunc optime habeo, possum quippe dicere quotidie morior.* An non euellebat spinas, (Idem.) flores plantabat, *qui mortales inimicitias, cum corpore suo gerebat, cui nunquam inducias breues, nedum pacem, volebat concedendam?* An non dura seruitute premebat carnem, qui hanc non solum ancillæ, sed etiam bestiæ more perurgebat? qui quæsitus, cur illam tam dure exciperet, (Idem.) respondit dolore confusus: *Det pœnas bestia præteritæ voluptatis?* Sed quis finis?

***

§. III.

Deus piissime, in mortificationis præcepto, laborem fingit: & tamen eôdem iustos sic illustrat, vt quasi sibi sint pares, mero commercio, pro humanis diuina adipiscantur.

626. Miranda sanè Borgiæ assidua mortificatio, sed adhuc miranda magis voluptas illa, qua, in ipso mortificationis exercitio, perfundebatur. Hanc aucupor ex illius verbis, quæ multa, in eiusdem schedulâ habentur apud Ribaden. lib. 1. cap. 17. (Ribaden.) ipsâ enim die, quâ per eximium mortificationis genus, sæculo renuntians, Principem exuens, emissâ solenni professione, Societatis IESV militiæ dixit sacramentum: quid sentiret, longiusculè & patheticè describens, suauissima, spiritus, cælesti nectare imbuti, gaudia, posteris expressit; excerpo pauca, fideliter è vernacolo idiomate, latinitati data, quæ nobis vsui iuxta & confusioni esse poterunt. Ergo ita tunc Borgia. (Borgia.) *Domine mi, & singulare refugium meum! quid in me inuenisti, quo me respiceres? quid quo me vocares, inuenisti? quid vidisti, quo me tuorum adscriberes Societati? si enim conuenit, vt illi sint strenui, ignauus ego sum: Si ipsi mundi contemptores esse debent, ego mundi illecebris adhuc implicor: si semetipsos illi odio debent prosequi, me adhuc proprius amor, multus premit: quid ergo inuenisti?* &c. *O anima mea, attentius rem considera: si enim tibi hæc imposita dicuntur, in peccatorum tuorum satisfactionem, non minus mirari debes: quæ enim captiua degis, tunc eris libera: quæ parum possidebas, & cum dolore, tunc totum, & cum gaudio possidebis: nimirum actiua vita amaritudine relictâ, in contemplatiua dulcedinem adoptaris. O Domine! ecqua ista, tua commercia? ô quantum est, tecum negotiari? ô quam mirabilem satisfactionem exigis à peccatore! vere tu, Dominus ille es,* qui fingis laborem in præcepto: *quandoquidem pœnitentiam deliciis: abstinentiam commutas saturitate. Iam vero, si in satisfactionem hoc præcipitur, viarum illarum, quas pro me iniisti; vt scilicet per imitationem paupertatis, & obedientiæ tuæ, te sequar: id etiam mihi longè mirabilius: tu quippe Domine, è domo & hæreditate tuâ prodiisti, ego ab alienâ: tu à Patre, nec tamen separatus, in mundum venisti: mihi autem mundum præcipis relinquendum, vt vadam ad Patrem: tu ad dolorem exiisti, ego à dolore: O quam alia via tua, à viâ meâ! tu vincula subituras, ego vinculis propero disrumpendis: tu ad amaritudinem, ego ad gaudium: tu ad tribulationem processisti, ego in requiem,* &c. Ecquis vnquam Religionis crucem, iugem mortificationem subiuit hilarior? Duo solummodo hic expendo, quæ dum Borgiæ mortificati exhibent voluptatem, diuinæ benignitatis ingenium commendant.

627. Magnum quidem est, quod piissimus Dux noster Christus, laborem fingat in præcepto, vt militibus suis merita adaugeat: Sed adhuc maius, quod etiam sic fictos labores tanti faciat, vt hos in suorum satisfactionem, quasi par pati referatur, acceptos velit, vtrumque demiratur: & experitur Borgia: vtrumque in illius gratiam, illustro paucis. Probationem, & disciplinam Cæsaris, in milites suos, expendens Suetonius, sic habet cap. 66. (Sueton.) *Famâ hostilium copiarum perterritos, non negando minuendo ve, sed insuper amplificando*

 ementiendo

ementiendóque, confirmabat. Itaque cum expectatio aduentus Iuba terribilis esset, conuocatis ad concionem militibus: Scitote, inquit, paucissimis hinc diebus Regem affuturum, cum decem legionibus: equitum triginta, leuis armaturæ centum millibus, elephantis trecentis. Perinde desinant quidam quærere vltra aut opinari, mihique qui compertum habeo, credant. Non potest quidem ementiri Christus, nescio tamen quomodo videtur fingere onera grauiora, vt & meritum tibi augeat, & subinde expertus leuissima, afficiatis suauius. Hinc Dauid: *Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præ-*
Ps.93. v.20. *cepto?* Psal.93. vers.20. quasi dicat: quid instar mendacium hominum, Deus verax videris ementiri? certè nec fallis, nec potes: fingis tamen quodammodo onera impottabilia, dum vocas ad militiam, quæ postea leuissima subeuntur.

528. Videbat absque dubio Propheta, illud Christi: *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut Patrem, aut Matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, &*
Matth.19. v.19. *vitam æternam possidebit.* Matth.19. vers.29. quam specificè omnia proferuntur, vt de repetitione augere videantur difficultatem: sed nonne, in hoc ipso præcepto fictus labor: vbi dum omnia relinquenda proponuntur: eadem centuplum cumulata retinentur? nonne mirum commercium, vbi quasi paria forent, humana diuinis commutantur? Tale est illud: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris, iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.*
Matth.11. v.18. Ibidem cap.11. vers.18. iugum publicatur, vbi requies inuenitur: terret onetis nomen, & tamen honoris suauitas retinetur: fingitur voce pondus, quod reapse leuissimum tractatur: & tamen tantillâ fatigatio corporis immensâ spiritui requie re-
D.Bernard. sarcitur. Audiendus iam Bernardus in declamat. super illa verba. *Ecce nos reliquimus omnia: vbi ita. Non enim difficile est ei dare centuplum in præsenti, qui daturus est vitam æternam in futuro,* &c. *Sed quomodo inquis, possunt hæc fieri? qua ratione accipit centuplum, qui sibi nihil relinquit ex omnibus? nempe hoc est, quod paulo ante commemoraui: tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem. Mira nouitas! Sed tum qui noua omnia facit: iugum tollens inuenit requiem: relinquens omnia centuplum habet. Nouerat hæc & ille nimirum homo secundum cor Dei, qui eloquebatur in Psal. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? an non fictus in præcepto labor, onus leue, suaue iugum, crux inuncta?* Non poterant fingi aptiora verba, exprimendis prædictis affectibus Borgiæ omnia relinquentis. Adhuc tamen noua exempla cumulanda.

629. Prouocat Dominus Abrahamum ad militiam, dicens: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram, quam mon-*
Genes.12. v.1. *strabo tibi.* Genes.12. vers.1. quis vnquam paternam domum reliquit, peregrè profecturus: qui pariter terram, & cognationem non relequirit? cur ergo iterantur mandata, & vna eademque sacræ sequelæ conditio ter intimatur? respondet
D.Ambros. Ambrosius lib.1. de Abrah. cap.2. *Satis fuerat dixisse, de terra tua: ibi enim erat exire de cognatione, exire de paterna domo: Sed ideo addidit singula, vt eius affectum probaret: ne forte aut imprudenter cœpisse videretur: aut fraus aliqua mandatis cælestibus pararetur.* Quasi fraudulentiæ quodammodo Deus ab homine caueret accusari, nisi difficultates omnes planissimè protulisset. Et tamen bonus aliquis dolus, sancta fraus, hic videtur intercedere: dum enim proponuntur asperiora, per experientiam leuissima cognoscuntur. Relinquit sterilem terram Abraham, terram melle & lacte fluentem possessurus: relinquit patrem, multarum gentium pater ipse constituendus: & pro impia cognatione, omnium fidelium obtinet cognationem. Fingitur ergo labor in præcepto, vt beatum commercium intercedat. Longè grauior illa alia eiusdem tentatio. *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis: atque ibi offeres eum in holocaustum.* Genes.22. vers.2. vnus Genes.22. v.2.
dolor præcipitur in mactanda hac victimâ, sed is tot addictis exaggerationis insulis, vt crescere videatur. Vnigeniti conditio torquet, dilectionis lancinat teneritudo, omnia suggerit prouocans, ne forte hebes, primo nominati filij ictu, memoria tardaretur. Et quid ita? vt clarius deinceps, fictus fuisse labor probaretur. Bernardus citatus: *Labor* D.Bernard.
fictus est in præcepto: oblatus siquidem Isaac, sanctificatus est, non mactatus. Propterea ibidem vers.1. vbi dicitur: *tentauit Deus Abraham,* Symmachus Genes.22. v.1. Symmach.
in Sixtianis vertit: ἐδόξασε: quod aliquis *ἐπειράσε* legens, posset vertere: *glorificauit.* Certè videbatur durum imperium, senera tentatio: quæ vt ficta erat, sic etiam vera fuit glorificatio. Sed iam obstupesce commercium: de quo ibi Rupertus lib.6. Rupert.
in Genes. cap.30. *Quæsiuit misericors Deus capitulum in homine, per quod posset iuste debitor ipse teneri: quæsiuit ipse ab homine vnigenitum sibi filium immolari: vt suum ipse filium, iusta vicissitudine deberet homini.* Hæccine sanctissime Doctor *iusta vicissitudo*? Si Dei filius, pro filio Abrahæ commutetur? certè iusta, si ad immensam respiciat misericordiam, & infinitum pelagus amoris: Sic enim in his fictis laboribus Deus, gratiæ suæ participatione, homines vertit in Deos: vt quodammodo sibi pares velit existimari: quibus proinde par etiam pari referre teneatur.

Pergebat Iacob, tumentem fratrem timens: 630.
dumque per noctis silentia preces fundens, diuinam opem sollicitat: additur statim: *Et ecce vir luctabatur cum eo, vsque mane.* Genes.32. vers.24. Genes.32. v.23.
vidisti vnquam rariorem portandi auxilij modum? implorat afflictus miles, robusti ducis operam, contra hostes: Sobitoque ipsum, in se hostiliter sentit resurgentem: hominem timet Iacob concertaturum sibi: & totum Deum, aotagonistam experitur. Quid timor ille, è robusta diuinitate agonizante conceptus, bumani Athletæ animos non exhauriret? scilicet vocabatur Iacob in Patriam iam reuersus, ad maiorem perfectionem: ideo duriores leges subite cogebatur: vt ipsum sibi Deum infensum existimaret. Sed quam ficta durities! non in arenam gladiator descendit Deus: non in aciem cataphractus: Sed luctator in palæstram: vt quæ brachia, quos nexus euersuros, initio pertimebat Iacob: iam deinceps, dulces esse amplexus præsentiret: & sic dulces, vt nec etiam sub auroram vellet eos dimissos: ergo amplexator accedit Deus, cum luctatur: luctator amplexator dum inuadit. Sed vnde humini vires, saltem ad illos primos congressus cum Deo, quos initio bellicos putabat? bene Chrysolog is: *Iacebum fugientem solatur in somnis redeuntem pio certamine prouocat, luctatoris constringit amplexu, vt amaret parem certaminis, non timeret.* Falsò enim, D.Petrus Chrysol.
vt alibi monui, vulgò legitur: *partem certaminis.* Fuit olim præcipua cura Muneratij, gladiatores sic componere, vt pares forent: Vide multa apud

Lypsium

Lypsius. Lypsium Satur. 2. cap. 19. & quod maius est, nihil ingnominosius putabatur, quam impari componi. Senec. Quintil. Ideo Seneca: *Ignominiam putat gladiator, cum inferiori componi.* Et alius apud Quintilianum: *Cum me vita tamen res, apud quosdam faceret miserabilem, quod viderer saique comparatus.* Idem athletis, & similibus certatoribus eueniebat. Puduit ergo Deum athletam, nisi pari componi: sicque gratiâ suâ Iacobum roborauit: vt iam inde, non tam Iacob, quam *Israel* id est (auctore Hieronymo) *Princeps cum Deo:* vocaretur: vt in hoc labore ficto, vbi amplexus sub luctâ dissimulatur: tantum etiam commercij intercederet, vt pro pietate fideli, quâ Iacob fratrem timens, ad Deum confugiebat precator: iam par ad luctam, iam ad regnum consors haberetur.

631. Inuenit igitur Iacob, in hâc quam putabat aduersam luctam, amplexus dulces: & acceptâ (penè dixerim in spolium) benedictione: timores in hostem Esau, cognouit deriuandos. Consimilem amantis fictionis laborem, initio vocationis suæ, Abacuc 1. v. 1. expertus est credo Abacuc: vnde incipit: *Onus quod vidit Abacuc Propheta.* v. 1. cap. 1. Potuit quidem præfigere libro, nominis sui titulum: & deinde incipere: *Onus quod ego vidi.* Signanter tamen dum onus videt impios oppressurum, nomen Cantuar. suum expressit? benè Stephanus Cantuar. *Abacuc interpretatur amplexus, quia quasi disceptando luctatur cum Domino: vel quia diligens Dominum, & ab eo dilectus.* Luctam subierat, amplexum inuenturus: vocatur vt athleta, sed constringitur dilectus: labor ingruens, fictus inuenitur: vnde ipse iam liber, onera videt alios oppressura. O quantum Idem. fictæ luctæ præmium! Pergit Stephanus. *Si fueris Abacuc, & cum Angelo magni consilij luctari volueris: & anima tua cum sapientiâ colluctetur: multa videbis onera contra mundum, & mundi amatores: quia quod mundus delectat, tu onus reputabis.* Capit diuinitatis stemma, scilicet diuinationem: iam instar Dei præuidet futura: quasi sub fictæ luctæ labore iam illi par euaderet, vt pro humana pietate, diuinam excellentiam quodammodo extorqueret.

632. Dedi iam alibi in tomo Concept. sed ad rem aliam, prædictam Iacob luctam: quam tamen tibi nunc protuli, sed longe alio computu: liceat idem, in loco Cant. quem noui Bernardi verbis ponderabo, nouo sacri textus ductu variatum. Vocatur Christus animam iam perfectam, dicens Cant. 2. v. 13. *Surge propera amica mea,* &c. Cant. 2. v. 13. & 14. & vocarat absque dubio, vt cum iis laboraret, ad v. 15. quos ibidem statim conuertit sermonem: *Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit* v. 15. Accurrit illa his ni fallor ministris dux adhibenda, & cum eisdem, huic negotio planè difficillimo, vt videbatur, incubitura: quàm enim plenum difficultatis opus, plenum crucis, vel paruulos & latentes conscientiæ florentis affectus suffocare: vel etiam per Martyrium, vulpinos hæreticorum dolos auertere ab Ecclesia? immensum laboris pondus proponi videbatur: & tamen fictus erat labor, sic enim obedientem vocationi creaturam, creator obarmauit, vt quasi in palestrâ, illam sibi parem redderet: penè idem dicens quod olim ad Iacob: si contra Deum fortis fuisti, quid ni contra defectulos tuos, vel contra versipelles hæreticos præualebis? id totum v. 16. infero ex verbis, quæ sponsa ibi addit v. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Quæ quid sibi velint, D. Bernar. aperit (licet contextum dissimulet) D. Bernardus, serm. de Natiuit. B. Mariæ, vbi ita. *Luctare cum Angelo, ne succumbas, quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: an non lucta, dilectus meus mihi, & ego illi? notam fecit dilectionem suam, experiatur & tuam: in multis enim tentat te Dominus Deus tuus, declinat sæpe, auertit faciem, sed non ira: probationis illud est, non reprobationis.* Habet luctam, & illam fictam, qua magis probabat Deus, quàm reprobabat: imò qua sibi animam penè reddit parem, vt iam quasi impares vinceret aduersarios. Sed nota iam gloriosum commercium quod in hac amoris palæstrâ intercedit, de quo idem Bernardus serm. 78. in Cant. ad hunc locum. *Quid sibi vult ista inter tam dispares, comparatio? aut illa in immensum gloriatur, aut is in immensum amat.* Idem. *Quàm admirabile est, quod illius intentionem, ista sibi quasi propriam vendicat dicens, dilectus meus mihi: nec contenta tamen pergit amplius gloriari, respondere se illi, quasi ex æquo morem gerere, rependere vicem: sequitur enim: & ego illi. Insolens verbum, & ego illi: nec minus insolens, dilectus meus mihi: nisi quod vtroque insolentius, vtrumque simul. O quid audet cor purum, & conscientia bona & fides non ficta!* Planè labor fictus, planè mirabile commercium.

Recole quæso, quæ supra num. 373. dixi de Iobo, cum Deo ad certamen descendente: maius 633. enim aliquid restat ponderandum. Quid enim non timoris conciperet Iob, dum superato Dæmone, cum requiem speraret, audit de medio Iob. 40. v. 2. turbine Deum prouocatorem? *Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & indica mihi.* Cap. 40. v. 2. potuit ne robustior, erga humanum militem tentatio contorqueri: quam dum cogitur cum ipso duce Deo metiri vires, aliter exauthorandus? aut quæ potuit crux proponi horribilior, quam gladius, diuini verbi anceps, sustinendus? heu quomodo terrenus nanus, cum diuino gigante componetur? Sed pergat hilaris, *accinctus lumbis* vt citato numero dixi, armaturam Dei gerit, qui Psalm. 92. v. 1. ad bellum etiam dicitur *præcinctus.* Ps. 92. v. 1. Quid tunc? iam condignè procedet ad pugnam, quasi non impar decertaturus: neque hoc satis, ficta erat pugna, fictus in præcepto labor: inuenit inter vulnera, amoris fontes; & in hoste laudum suarum præconem, coronæ largitorem: & quòd Deum commendarat, miratur sui largum cummendatorem, vt ex toto cap. 42. satis constat, nunc cape Origenem ibi in Catena Græca, ad hunc locum. Origen. *Ecce tibi Deus Iobum premio afficit, cum interrogat hominem, cum audit, cum ei potestatem facit respondendi: ac nisi victor extitisset Iobus, nequaquam illum Deus complexus esset: nisi constanter tolerasset, nunquam videlicet audisset, accinge sicut vir lumbos tuos: nec enim quisquam, qua par est dignitate, cum Deo loquitur, nisi lumbis cinctis.* Aspera itaque proponit Deus, sed porrigit suauia, & pro humano obsequio laboris ficti, diuinum veræ laudis decantat epinicium.

Iam hinc capies, quid sit illud Christi, cum 634. Discipulis euntis in Emaus: *Et appropinquauerunt castello, quò ibant, & ipse finxit se longius ire.* Luc. Luc. 24. v. 28. 24. v. 28. Certè non destinabat longius procedere, cur ergo fingebat vt fingeret laborem in societate sua, quibus aut ite longius, graue: aut fine eius dulcedine manere, erat grauissimum: & cum neutrum vellet, merita tamen illis, per adhibendas preces sollicitabat, quasi non tam se illis gratis daret, quam redderet debitorem. D. Bernardus serm. 74. in Cant. D. Bern. *Simulabat se longius ire* non

non quia hoc volebat, sed volebat audire; mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit, &c. *Ergo istiusmodi piam simulationem, imò salutarem dispensationem, quam tunc corporaliter verbum corpus interdum exhibuit: non cessat identidem verbum spiritus, modo suo spirituali cum deuotâ sibi animâ sedulo actitare: præteriens teneri vult: abiens, reuocari: neque enim hoc irreuocabile verbum.* Equidem dum sic teneri se patitur, haberi siue possideri cupiebat: fingebat laborem secutoribus suis, vt tenacios ab eisdem caperetur. Iam satis hic beatissimi commercij intercesserat: maiora tamen Imperator munificus meditatur: Luc 14. v.30. *Et factum est cum recumberent, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.* v. 30. Humana accepit, protulit diuina: & pro pane vsuali quem obtolerant discipuli, porrigit Eucharisticum: quò vltra, fœnerantius his commercium prodire potuit? de Eucharistiâ locum capiendum, in tantâ rei notitiâ, putidum fuerit Patres cumulare.

635. Sæuit in pueros Herodes, & impio bello in tot expugnatione puerorum, vnius supremi ducis caput oppugnat: vocat hic, quodammodo in auxilium, amicos; & per legatum monet Iosephum dicens: Math. 2. v.15. *Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Matth. 2. v.15. Equidem vt Ioseph, indigenti tunc (ô mysteriom amoris, & pietatis!) Deo succurreret, & miles ducem sponte fragilem liberaret: satis erat, si audiret: *Perge in Aegyptum*: quid ergo opus fuit, dicere, *fuge*? D.Chrys. respondet acutè Chrysologus serm. 150. *Mandatur fuga, non profectio: imponitur necessitas, non voluntas; inducit Angelus latentem peregrinationem, non liberum commeatum: vt via quæ est per se molesta semper, esset molestior per timorem.* Vides qualem laborem! quot horribilem circunstantiis? atqui fictus erat labor, in præcepto: fugam putabat Ioseph, sed Parthicam, vt ita dixerim, non agnoscebat. Fugiunt Parthi, sed vt vincant: simulaot se fugaces, vt securius & expeditius sagittas retromittant: vnde illud Propert. Propert. *Parthorum astutatelu remissa fuga.* Sic fere omnes prisci, de fugâ Parthicâ. Sic ergo Christus de stratagemate fugiebat: vt postea suo tempore, sibi, custodique suo gloriosiorem victoriam compararet. Idem Chrysolog. D. Petr. Chrysol. *Bellicosus, quod in bello fugit, artis est non timoris: Deus quando fugit hominem, Sacramenti est: non pauoris. Potens quando se subducit infirmo, insequentem non pauet, sed foras producit, vult enim in aperto vincere, publicam referre cupit ex hoste victoriam: occultum se non natitur inire conflictum, qui mandare suum sæculis vult triumphum: secreta victoria virtusque latens exemplum posteris non relinquit.* Quod eleganter deinde in Christo expendit. Et tamen, dum sub hoc ficto, labore seruat IESVM Ioseph, vt postea suo tempore, per crucem hostes triumphet, & Deus agnoscator: miro commercio capit Ioseph, vt singulari prærogatiuá, saluator Saluatoris quodammodo appelletur. Sed satis ista, vt prædicti Borgiæ nostri, affectus piissimi illustrentur.

§. IV.

Laboriosius vitio, quam virtuti deseruitur: ideo condignè seuertori pœnâ punitur illud.

636. Borgia. NIl ergo iam mirum, si tam auidè Borgia, mortificationis duriciem amplexatus: & piam præcepti fictionem, & perceptam expertus suauitatem. Hinc est vt soleret affirmare, *Si quemadmodum vinum, sic etiam religionis mortificatio dulcis, gustanda porrigeretur, fore vt fere nullus hominum, in sæculo remaneret.* Hinc est, vt iam sæculo renuntiato exclamarit, cum Romam relicta dodomo proficisceretur: Idem. *In exitu Israël de Aegypto,* &c. addens: *laqueus contritus est, & nos liberati sumus in nomine Domini.* Hinc affectus illi, in epistola supra citata ad Principem Ludouicum: Idem. *O quantum esset lucrum, si quam diligenter vsus & mores mundi carnisque examinamus: sic probare, & experiri, cælestis spiritus conditionem niteremur.* Hinc denique affectus alij, ex supra citatâ schedulâ, vbi mirè, & fusè, quid dulcedinis, in rerum omnium ablegatione sentiret, protestatur. Ita est: laboriosa seruitus, Ægyptus misera, sæculum est: in sola mortificationis cruce, terræ promissio, id est vera voluptas comparatur: viæ difficiles in sæculo ineuntur, amœnas semitas pærber mortificatio: & quia de hoc secundo, iam supra diximus: de primo, iam nunc aliquid delibandum: vnde quam vere loqueretur meus Borgia agnoscatur.

Aoxius aberrantem ouiculam, quæsiuit cœlestis pastor, quam nec sine ingenti labore inuenit tandem: satis videbatur si stolidè ingratam, aut ictu lapidis, aut inflictu baculi reuocaret ad caulas: ille tamen non ita: *Cum inueniret eam imponit in humeris suis gaudens.* Luc. 15. v. 5. 637. Luc. 15. v. 5. gaudet inuentâ, benè est: sed cur nocenti blanditur? cur humeris imponit quam vtcunque gradientem posset ducere? certe, quia aut deserenda erat, quod à pastoris amore pio esset alienum: aut si reducenda, necessario humeris erat imponenda. Quid ita? quia quæ à Christo aberrans, voluptatibus se tradiderat: exuta bonis, quæ emendo labori impenderat: penè sine visceribus, quæ telæ voluptatum neuerat contexendæ: ita defatigata viis, ita laceratá à lupis repetitur, vt nullatenus propriis gressibus potuisset progredi, ac proinde pastoris humeris indigeret. Tertul. Tertul. lib. de Pœnit. Cap. 8. *Errat & vna Pastoris ouicula, sed grex, vnâ charior non erat: vna illa inquiritur, vna pro omnibus desideratur: & tandem inuenitur, & humeris Pastoris ipsius refertur, multum enim errando laborauerat.* Pende Tyro, *errare* in hoc loco, esse *vagari.* Qui à Deo exerrant ambulaot plane vias difficiles, & vnde voluptatem sperabant, inde labores incredibiles, ad mortem vsque ducentes sibi comparant: profusiorem quidem laborem vitiis impendentes, qui longe facilius virtutibus studerent: extremo propterea supplicio digni semper, & affecti quandoque.

Sabbati sanctificationem, Leuit. 23. & Deuter. 5. alibique sæpe commendat Deus: at ecce tibi deprehenditur miser homo, qui die Sabbati ligna colligebat: Numer. 15. 638. Leuit. 23. Deuter. 5. Numer. 15. Leuis hæc violatio videbatur: dubitat Moyses, quidnam de reo fieri deberet: Deum consulit, à quo responsum hoc habet, insperatum: *Morte moriatur homo ille: obruat eum lapidibus omnis turba, extra castra.* v. 35. Multa hic interpretes expendentes, in tam leui culpa, pœnæ seueritatem. Ni tamen fallor, in exemplum posoit Deus, tantum supplicium, ne leuis culpa illius putaretur, qui cum posset in Sabbato, ad meritum requiescecere; maluit tamen ad culpam laborare. Sic capio D. Hieronymum in cap. 18. Ezechiel. D. Hieron. Vbi explicans

plicans illud: *Et dabo te in cinerem*: sic subiun-
git. *Dabo te in cinerem, vt omnia, quæ superædi-*
ficasti mala conscientia tua, ignis absumat: qui cum
debueras requiescere, in Sabbato, & nequaquam
opus facere seruile: ligna in Sabbato collegisti; vt
haberet quod in pectore suo deuoraret incendium.
Non est quidem leuis culpa, dum culpæ per la-
bores impenderis, qui per otium suauissimum,
639. dioino posses præcepto adblandiri.

In memoriam summi illius beneficij, quò
Israelem in libertatem asserens, puniuit Deus
Ægyptum: solemnes septem dies Hebræi agi-
tabant: in quorum vno tantum laboriosum ali-
qui imponebatur, scilicet amara illa comestio
Exod. 12. v. 15. lactucarum: in cæteris fermentum vnicè inter-
dicebatur. *Septem diebus azima comedetis.* Sed
vide violati præcepti pœnam. *Quicunque co-*
mederit fermentatum, peribit anima illa de Israël, à
prima die, vsque in diem septimum. Exod. 12. v. 15.
Sed cur tam dura pœna, cur vltimum suppli-
cium hîc imponitur? Quid multum erat, si pa-
tum aliquid fermentati gustaretur: vt inde &
D. Gauden. ablegatio à populo, & mors veniret incurrenda?
Respondet D. Gaudentius tract. 7. contra Ma-
nichæos. *Iussit Deus Israëlitis vt septem diebus*
Pascha fermentatum sibi panem non facerent. Si fer-
mentatum fieri iussisset, diligentia illic necessaria
fuerat, ne deesset: quod iussit, desidia est, non la-
boris: negligentiam iubet, vt obedientiam probet:
& non vis, vt damnet illam animam, quæ diligen-
tiam commodauerit, vt contemnat? Dignissimus
plane vltimo sopplicio, qui potuit absque dili-
genti labore, imò & per desidiam præceptum
adimplere, studere virtuti: & maluit labo-
rando seqoi vitia, quæ semper duro tramite in-
euntur. Otium suauissimum, putabat Borgia,
quidquid mortificans præciperet religiosa obe-
dientia: quasi ab Ægypti laboriosa seruitute, ad
640. Sabbatum & qoietem deueniret.

Gen. 2. v. 16. Productâ iam Paradisi amœnitate, homini ibi
collocato, ait Deus: *Ex omni ligno Paradisi co-*
LXX Interp. *mede: de ligno autem scientiæ boni & mali, ne co-*
medas. Genes. 2. v. 16. Græca habent: ἀπὸ παντὸς
ξύλου, &c. οὐ φάγεσθε. *De omni ligno, quod est in*
paradiso, escâ comede: de ligno autem cognoscen-
di bonum & malum, ne comedatis ab illo. Vbi non
leuis difficultas est, cur vsus cæterorum ligno-
rum, vni tantum permitti videatur, *comede*: à
vetito autem ligno, iam plures mutato numero
Phil. Iud arceantur, *ne comedite*? videtur autem apta ad
mysterium responsio Philonis Iudæi lib. de Opif.
Mun. vbi ita. *Ad virtutem perficiendam, tractan-*
damque, vnâ solum re, videlicet ratione opus est: cor-
pus vero etiam impedit hanc, tantum abest, vt ad-
iuuet: (hæc enim ferè summa est sapientia, alienare
se à corpore, atque eius concupiscentiis.) Vt autem
quis fruatur vitio, non solum mente, sed & sensu,
& ratione, & corpore opus est, &c. Quomodo vo-
luptatibus fruetur, absque ventre, cæterisque sensibus?
Rectè igitur vnam solam rationem de quærenda vir-
tute alloquitur, &c. Contra de vitio, ad plures ver-
ba facit. Sic virtus vnius tantum rationis diligen-
tiâ, ad sui perfectionem, contenta est: volu-
ptati, omnia membra, omnes sensus vt pluri-
mum laboriosissimè impendunt: anima sola,
virtuti sufficere potest: animam & corpus cum
sensuum satellitio, vt plurimum voluptas defa-
tigat: estque quisque pro mille laboraturus,
vt vitio seruiat, qui facile virtuti labora-
ret. An ergo non dignus, qui morte more-
retur, qui laboriosam voluptatem, suauissimæ
virtuti præposuit?

Peccat tandem vxorius Adam, ne nouam 641.
nuptam, delicias iam suas contristaret: tune-
que experitur apertius, an iustus, an vero re-
us degeret suauius: audit enim post culpam:
Comedes herbam terræ, in sudore vultus tui, vef- Gen. 3.
cêris pane tuo. Genes. 3. v. 18. latet gratissima v. 18.
antithesis, ad ea quæ prius possidebat: quam
fœliciter aperuit Gellibertus serm. 35. *In su-* Gellibert.
dore vultus, pane vescitur: qui in Paradiso, de
vitæ ligno, ad libitum poma carpebat: hîc vesci-
tur pane suo; ibi vitæ fructibus. Proh miseram
conditionem! quanto suauius viuitur, dum
virtuti deseruitur, quodammodo in paradiso:
quàm dum ad terrenas proceditur voluptates!
Ibi quasi ex alienis, expers molestiæ, illiba-
tam dulcedinem carpebas: nunc iam in tuis,
sudatam vix reperies suauitatem: vbi gratis,
edulio dulcissimo; hîc vili frustulo, & sudo-
ribus empto potieris. Signanter etiam additur
ibidem v. 17. *Maledicta terra in opere tuo, in* Gen. 3.
laboribus comedes ex eâ, cunctis diebus vitæ tuæ v. 17.
spinas & tribulos germinabit tibi. Vt noscas per
culpam & voluptatis indulgentiam, non tam
ad otium transiti, quam ad negotium durum:
quid enim durius, quàm ad laborem cogi, im-
pelli ad sudores, quibus tamen tantummodo
tribulis & spinis pani adnascentibus, videris
pluuiam & irriguos humores ministrare? quid
infœlicius, quàm statum sic rerum commuta-
re, vt qui delitiis otiosus fruebaris, vt punga-
ris spinis, iam labores? Benè idem Gelliber- Gellibert.
tus. *In paradiso, produxit Dominus omne lignum*
pulchrum visu, & ad vescendum suaue: labo-
rat in terrâ eiectus Adam: & non Dominus,
sed ipsa terra spinas & tribulos germinat. Sed
peius adhuc est, vt dicebam, quod si quos
fructus vilissimos terra profert, eos non nisi
carissimo sudoris pretio ministret: & quod pessi-
mum est, sæpe etiam accepto laboris pretio
mentiatur. Concludit proinde meritò Gellibert. Idem.
Paradisus gratis dat fructus suos: terra laboranti,
nec suos. Commutatio misera! Sed tu Domine
perdis & iustè omnes, qui fornicantur abs te. Ita
est: si paradisi gratis oblatas deseris delicias,
terrenis fruiturus miserrimè laborabis. Hinc
Philo Iudæus lib. 2. Allegor. ad hunc locum. Phil. Iud.
Mens cupida sensibilium per brutos sensus, ea non
sine labore ac sudore appetit. Vt nihil sit breuissi-
mæ voluptatis germinaturum, quod prius su-
doris imbribus non rigetur.

Hoc erat, quod detestabatur Propheta: *Con-* 642.
fundantur omnes iniqua agentes superuacuè. Psalm. Ps. 24. v. 4.
24. v. 4. nihil enim reuerâ fieri potest dignius con-
fusione, quam quod, cum summo labore fiat,
nullam tamen importat vtilitatem: nihil ma-
gis superuacuum, quam quod cum summis im-
pendiis comparetur, vtilissima alia, & facilè
parabilia, impedit infaustissime. D. Bernardus D. Bern.
serm. in verba. *Ecce nos*, &c. ita ad hunc locum.
An superuacuè penitus agit iniqua, qui non modo
fructuosius, sed etiam iucundius: non modo salu-
brius, sed etiam suauius Deo poterat seruire, quam
mundo? Maior quippe labor, laboriosior dili-
gentia, vitio impenditur, quàm virtuti. Et ta-
men quàm aliud, quàm diuersum est, quod au-
cupamur? Hinc idem Propheta: *Omnes dies no-* Ps. 89. v. 9.
stri

stri defecerunt, & in irâ tuâ defecimus: anni nostri sicut aranea meditabuntur. Psalm. 89. v. 9. Sed cur sicut aranea? audi de ista Plinium lib. 11. cap. 24. *Orditur telas, tantique operis materia uterus ipse sufficit.* Quia certo tempore (vt ipse Plinius ex antiquis profert) corrumpuntur bestiolæ viscera, in telas deinde deducenda: quæ tamen captandis tantummodo muscis adaptantur. Sic impius annos impendit, semetipsum miserrimè euiscerans, vt varias voluptates, muscis importuniores fœdioresque, deceptus ipse capiat. Stephanus Cantuar. ad caput. 4. Zachar. ita. *Cum numerus annorum nostrorum, octogenarium vix excedat: nos tamen sicut aranea meditamur, qua vt muscas capiat, euiscerat semetipsam.* Ecquid laboriosius quam vitio viscera impendere, cum leui supiriolo vitus compararetur.

Plinius.

Stephanus. Cant.

643. Propterea Salomon iustum instituens, sic habet: *Ne des alienis honorem tuum.* Prou. 5. v. 9. Quasi dicat auctore Beda: ne in dæmonis obsequium te impendas: quia tyrannicæ crudelitati subiicieris: cuius rei statim caussam subiungit Salomon: *Ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena.* v. 10. Ecqui labores isti? illi plane, de quibus Ieremias: *Vt iniqua agerent, laborauerunt.* cap. 9. v. 5. Beda ergo, de verbis Salomonis ibi sic scribit. *Ne dæmoniorum facta adimples, si vel ingenium animi, vel corporis tui vires, ad patranda facinora contradas: domumque alienam, id est numerum perditorum, te adiecto multiplices. Et pulchre dixit, labores: quia sunt, qui iuxta Prophetam, vt iniqua agant laborant.* Quid durius, quam aliis, & sic infestis hostibus laborare, vbi dolor ipsius laboris, pro munere compensetur voluptatis. Faciunt huc verba ex libro Iob, cap. 40. *Respondens autem Eliphas Themanites, dixit: Si cœperimus loqui tibi; forsitan molestè accipies.* v. 1. quæ sententiæ, longe aliter ex Græco, ita vertitur: *Suscipiens autem Eliphas Themanites, ait: numquid tibi sermo sæpe est habitus in labore?* Cuius sensum, sic ad tem nostram, aperit in Cat. Græca D. Chrysostomus. *Nouit scriptura laboris nomine, peccatum significare, vt cum dicit: sub linguâ eorum, labor & dolor. Sic ergo Eliphas; vide Iobe, ne forte aliquid locutus sis in peccato: eâque de caussâ, his premaris ærumnis.* Quasi tam sit coniunctus vitio labor, vt nec etiam debeant nomine separari, quin pro vno, & eodem habeantur. An non proinde meritò Borgia, ab Ægypto sæculi fugiens, quasi in libertate placidâ respiret, contritum sibi laqueum gratuletur? an non gaudeat, quod sibi minori labore constet virtutum crux, quam vitiorum voluptas, cum sæculo conculcata?

Prou. 5. v. 9. Beda.

v. 10. Ierem. 9. v. 5. Beda.

Iob 40 v. 1.

L X X. Interpr.

D. Ioann. Chrysost.

§. V.

Terrenæ opes, vanæ: cœlestes vero solida perennant: in his igitur comparandis labor, non solum ferendus hilariter, sed etiam emendus.

644. Ribaden. Commendat meritò Ribaden. lib. 4. cap. 8. Borgiæ prudentiam, ex eo maximè, quod opibus & deliciis possessis renuncians, æternis thesauris inhiaret: prudentissimi enim iudicij est, caducam terrenorum conditionem, & incorruptibile cœlestium pretium penetrare. Deinde ad finem cap. 10. Hæc Borgiæ verba aurea, (paulo ante libata, nunc altius ponderanda) adducit. *Si flatus religiosus, instar vini gustandus porrigeretur, nullus hominum, quantumuis late dominans Princeps, sacri liquoris suauitate inescatus, religionis albo non adscriberetur. Sed quia religionis fælicitas, solummodo post ingressum eiusdem degustatur: plures bonum hoc fugiunt, exteriori paupertatis seueritatisque horrore perterriti: ignari scilicet diuitiarum, & blandimentorum, quibus animas diligentium seruorum Deus cumulat.* O quàm probè noncrat, quàn caducæ sæculi, quàm Christi diuitiæ solidæ sint habendæ! Quàm faustus atque prudens cœlestium negotiator: qui non solum religionis crucem init hilariter, sed etiam abalienatis & quasi venditis omnibus, emit hunc thesaurum! Hinc iterum idem Borgia, die quo sæculo renuntians, rerum omnium dominium, transtulit in hæredem: post multa sic ad Deum. *Tu nosti, æterna sapientia; quod si omnia mundi regna, orbisque Monarchia, sub meâ forent potestate, pari affectu, eâdemque lætitiâ mihi spernerentur, quo hæc paucula, quæ dono tuo possidebam spernuntur: recipe me in domum tuam Domine, & in cruce tua me foue: ecce, vt me tecum capere possit, nudus accedo.* Pende quam omnibus sarcinis, crucem tedinat, quam mortificationis laborem emat hilariter! vide plura lib. 1. cap. 24. Ego iam quæ proposui, præmissi tituli ordine, illustro paucis.

Borgia.

Borgia.

Nota est in hanc rem, sed forte nouo comptu placitura, sententia illa, Christi Domini ad Apostolos: *Amen dico vobis si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: vsque modo, non petistis quidquam in nomine meo.* Ioan. 16. v. 23. atqui ipse quidem Ioannes, & frater eius, regnaturi Domini latera, & primas sedes postularant: & alij similiter Apostoli, rogarant alia. Adde in his verbis, cæteros omnes fideles, pariter instituì: multa sunt autem quæ rogamus: nec tamen consequimur: Paulus adimi sibi colaphizantem spiritum, otabat, nec exorauit: quis ergo, omnia sibi credat impetranda? Sed quidem Apostoli dum temporalia petebant, nihil petebant: Paulus vtilem sibi morbum deprecabatur: vult Christus, vt id quod reuerâ sit aliquid petamus, & impetremus: virtutes scilicet, & opes solidas ac cœlestes: aliàs, non tam aliquid, quam nihil, videmur postulare: quid ergo mirum si nihil impetremus? D. Antonius de Pad. Dom. 5. post Pascha. *Nos ergo filij, debemus Patrem nostrum quid petere: omne quod est, nil est, præter amare Deum: amare Deum est aliquid, & istud aliquid petere debemus.* Vt dum solida charitatis bona non petimus, nihilum postulare cognoscamur. Proinde meritò addit, *In nomine meo:* Ecquod enim magis proprium Dei nomen, quàm illud, quo se ipse appellauit, *Ego sum qui sum?* Exod. 3. v. 14. quis ergo audeat ab eo, qui solus est Ens, ὁ ὢν: non entia postulare? si enim prudenter comicus dixit: *Iniusta à iusto petere, iniustitia est:* Quanta inscitiæ inanitas, inania quæuis ab eo, qui solus est solidissimus postulare? iniuriam facis viro magno, à quo exigua petis: ecquæ erit iniuria, si à veritate, mendacium: vanum à plenitudine, nihilum

645.

Ioan. 16. v. 23.

D. Anton. de Pad.

Exod. 3. v. 14. Plaut.

bilum, ab eo postules, qui essentialiter est? petamus ergo in nomine eius, qui est, illa quæ vera sunt, virtutes scilicet, & cœlestia dona: terrena quippe bona, prætereunt phantastica, & in figura: eleganter Galfridus ad hunc locum. *Non petistis quidquam in nomine meo. In quo nomine? ego sum, qui sum. Non ergo petunt in hoc nomine, qui transeuntia, non manentia, temporalia appetunt non æterna: nec videtur temporaliter ad Apostolos, sed ad omnes homines generaliter dictum. Si quidem prior ille populus Patrum, terrena petiit, & accepit: neque id mirum, cœlestia enim nec dum poterant adipisci.* Ecce præclarissimum Dei nomen, nos educens quam sint illa caduca, quæ ambimus: quæ vera & solida, quæ ambire deberemus. Quæ huc afferri possint, de nomine IESV, cum quo solummodo ad salutem ducentia, cohærere debent: notiora sunt, quam egeant explicatione. Vide Gregor. Homil. 28. in Euangel. ded. supra ad rem aliam. Galfrid.

646. Id quidem voluit Dauid dicens? *Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum*; & statim quasi per correctionem, ne quis deciperetur, addit: *Omnibus inuocantibus eum, in veritate.* Psalm. 144. v. 18. sed quid, inquis, opus erat, addere *τὸ in veritate*: cum planum videretur, eos qui in mendacio inuocant, non adepturos? planum quidem, si de animi, verborum ve mendacio, & veritate, sermo esset: verum tamen de rerum ipsarum fallacia, vel veritate sermo est: quandoque autem à verè inuocantibus, res istæ fallaces, seu bona temporalia, apud Deum impetrantur, non semper. Id ergo monet Propheta, prope esse Dominum vt semper inuocantium votis respondeat, qui in veritate inuocant, id est bona cœlestia desiderant: in his enim solida veritas, in illis mera vanitas inuenitur. D. August. ad hunc locum, postquam late illos carpit, qui temporalia postulant, & illis contenti degunt: sic ad rem nostram. *In mendicitate es, cum omnibus his quæ accepisti, & nescis: pannosam carnis mortalitatem, adhuc portas: stolam illam gloriæ immortalitatis nunquid accepisti, & quasi iam satiatus non rogas? beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Ergo si bonus est Deus, quia ista tibi dedit: quanto beatior eris, cum se ipsum tibi dederit? desiderasti tanta ab illo: rogo te desidera & ipsum: neque enim vere dulciora sunt ista, quam ille: aut ex aliquâ parte comparanda sunt illi. Ergo qui Deum ipsum, à quo accepit de quibus gaudet, præponit his omnibus rebus quas accepit, ipse inuocat Deum in veritate.* His ergo ita inuocantibus adest Deus, hos audit, qui verè inuocant, quia vera aduocant: seque à fallaciis & bonis apparentibus reuocarunt: acceperat Borgia, ab infantiâ iustus, à Deo multa: in quibus fuerat gauisus: nunc iam verè Deum inuocat, quem his omnibus præponit, quæ ab illo acceperat: neque solum caduca postponit Deo, sed etiam relinquit: quâ nudum cum Christo capiat crux angusta. Psalm. 144. v. 18. D. August.

647. Nimirum timuit Borgia, ne tot opibus, tot honoribus iustitiæ suæ opera soluere illi Deus videretur: qui scilicet non his caducis, etiam dum frueretur, sed æternis solummodo inhiabat. Superauerat quatuor reges Abraham & opimis gloriæ spoliis indutus, tabernaculum suum triomphator ingressus, dignus videri poterat, cui ad æternitatem trophæum erigeretur. Gen. cap. 14. Sed pende quid statim addatur: *His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram, per visionem dicens. Noli timere Abram, ego protector tuus sum; & merces tua magna nimis.* Cap. 15. v. 1. dum se clypeum, & protectorem Patriarchæ exhibet Deus, potius ante bellum, quam post illud, locutus videri poterat. Quid enim aptius imminentis periculi timori subleuando? & tamen transacto iam certamine, comparatâ victoriâ, hæc dicuntur. Sed quid timeret Abraham hostibus debellatis iam, & ne vltra auderent, redactis ad incitas, & in summum actis pauorem: quid modò securitas promittitur, timor amandatur: quando potius ille timorem adhuc inicere, metum hostibus incutere videbatur? respondet ibi Lyranus. *Ex victoriâ tam excellenti, de quatuor regibus habitâ, timuit ne foret in hoc sua iustitia remunerata: propter quod dixit Dominus ei, ne timeret. Igitur Abraham significat quemlibet iustum, qui exaltatus ex aliquo Dei dono, timet ne forte de bonis suis, remuneratus sit in præsenti. Propter quod Dominus consolatur eum per inspirationem internam dicens, noli timere, &c. Sunt enim in futurum reseruata.* Non erat merces grata iusto, cui semper tanquam cœlestium margaritarum mercatori, ingrata illa merx, quæ virtutem non auget, quæ diuitias æternas non cumulat, quæ miseris terræ terminis coarctatur. Corrumpuntur enim fœde, quæcunque terram sapiunt, cœlo non destinantur. Genes. 14. Genes. 15. v. 1. Lyranus.

648. Manna quod sex diebus colligebatur, tandiu persistebat, donec eâdem die, vsu consumeretur: quod si reseruaretur in crastinum, iam computrescens, vermibus scatebat: *Dimiserunt quidam ex eis vsque manè, & scatere cœpit vermibus, atque computruit.* Exod. 16. v. 20. solum autem quod die sexta in Sabbatum seruabatur, conseruabatur: *Et non computruit, neque vermis inuentus est in eo.* v. 24. caussam ad mores reddit ibi acute Balduinus, apud Godefr. ita. *Quòd reposita pro Sabbato non corrumpuntur, signum est quod bona, pro futurâ requie, facta, in futuro integra manent: quæ autem propter præsentem vitam, & amore seculi fiunt, corrumpuntur, & ex his vermes ebulliunt.* Misera negotiandi conditio! Eas merces, eas diuitias & honores comparare, qui absque dubio, pro tempore necessario computrescent: illis non studere, quæ semper incorrupta perseuerant. Ibi ergo reponendi thesauri, vbi nec fures fodere, neque tineæ possunt corrodere: ibi per æternitatem immorabimur. Nemo prudens in peregrinationis loco, stabilem figit mansionem: nemo apud hostes, reconditorium sibi parandum satagit. Exod 16. v. 20. v. 24. Balduinus.

Pari sensu licet diuersa comparatione, id nobis testatum voluit beatus Iob, dicens. *Militia est vita hominum, super terram.* Cap. 7. v. 1. si mortalium & labores, & pericula volebat designare, quanto melius, tem nauticam, quam militiam aduocasset? ab hostibus & labores & pericula milites patiuntur: sed non leuius vtrinque à piratis habent nautæ. Aliunde vero in vtroque elemento, quantum discrimen, quàm diuersa ratio? quiescunt illi in terrâ, sed isti fluctuant: ibi à situ saltem secura vita: hîc tabellæ tantum crassitudine, à morte seiungitur. Præterea innumera alia incommoda, vel etiam leuiter considerantì obuia: cur ergo potius milites, quam nautæ denotantur? quia quidquid sit de vtriusque vitæ ratione, in modo tamen præmia reponendi, aliquid allucet in milite, quod minus aptè à nauta exprimeretur. Miles ex hostili Iob. 7. v. 1.

hoſtili præda, ex ſpoliis pattis, ex promeritis ſtipendiis, non ſolet in hoſtium prouinciâ campos, in ſenectutis requiem comparare, ne ſubito incurſu raptos lugeat: ſed quidquid bonorum habet, in patriam quietam remittit, vbi illis, ſecurâ in tranquillitate petfruatur. Hoc ergo quod planum in nautâ, vt poté non in pelago moraturos quiſquam videtet: nec ita facile in milite ſubnotaret, vt pote qui batbaræ terræ deliciis ineſcatus ſi forte, ptæſumi poſſet, prædia ibi ſibi optaturus: explicatum puto voluit, ſanctus Iob: vt videremus militiæ noſtræ ſtipendia in tuto nobis reponenda, in Patriam, cœlum ſcilicet tranſmittenda, ne ſi in hoſtili ptouincia cumulemus, aut ædificemus, nobis planctum & hoſti paremus ſpolium. Diuus Chryſolog. ſermone 54. *Quis militans, non ad Patriam mittit, quidquid bellico ſudore conquirit, vt adoleſcentia labores, ſenectus otioſa compenſet? & Chriſtianus, cui militare eſt, quod viuit in ſæculo, quomodo non cogitat, vt pericula terrena, otiis cœleſtibus conſoletur?* Nimirum ſola cœleſtia otia perſeuerant: terrenæ opes fluxæ, & periculo expoſitæ contemnantur.

Et quidem, abiecti eſt animi, ſi dum poſt
650. militaria diſcrimina, Pattiam régnaturus ſpectas: interim viliſſimis gregariotum ſarcinulis adſpiras: degeneris eſt ſpititus, iam poſſe ſtabile regnum capere, & ioterim vili ſpoliolo adhæteſcere. *Nolite*, inquit Chriſtus, *timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum: vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam.* Luc. 12. v. 32. liberaliſſimum planè
Luc. 12. v. 32. oſtendit Pattem io hoc loco, Chriſtus: quid enim munificentius, quam ſingulos & omnes fideles, ad regiam vſque euchete dignitatem: cur ergo in tanta liberalitate, commercium quoddam noſtrum exprimitur: quaſi non tam ſyncerum Patris donum: quam regnum venditum videatur offetri? licet non ex indigentiâ ſuâ, ſed ad meriti noſtri cumulum, inire nobiſcum commercia, Deum noo pudeat: in præſenti tamen loco, aliquid præterquam commutatio, puto notatur. Quid illud debita generoſi ſpiritus diſpoſitio, ſine quo, minus apti Imperio tanto videremur: quàm enim alienus à dignitate regia ille animus, qui adhuc abiectis adhætet, quando hætes cœleſtis throni conſtituitur? Scitiſſimè Diuus Chryſolog.
D. Petr. Chryſol. ſermone 25. *Aufert ſpes anxias, dubios tollit euentus, omnemque propellit & excludit timorem, quando in exordio ipſo, regnum naſcentibus pollicetur. Quis de victu, quis de veſtitu, quis de plebeio cenſu, & vernalis coſpitis vilitate ſuſpirat, de regno certus, & de dominatione ſecurus? ſatis ſibi inuidet, qui eleuatus ad ſumma, ipſe ſe ad humilia deiicit, ad egena deponit.* Certè ſatis: neque enim is talis ſibi attendit, qui ad maiora natus, & æternis diuitiis adoptatus, caducis adhuc opibus, & reſculis viliſſimis totus impenditut.

Quam id contra Dominicum præceptum
651. ſæpe nobis metipſis præcipitur attendendum: vnde Paulus ad Timotheum ait: *Attende tibi,*
1. Tim. 4. v. 16. *& doctrinæ.* 1. cap. 4. v. 16. de quo præcepto gtaphicè Diuus Zeno Veron. ſermone in
D. Zeno Veron. hæc verba, per plures paginas: qui tandem ad rem noſtram, ſic ſubiungit. *Attende tibi, id eſt, neque tuis, neque his quæ circa te ſunt, ſed tibi, ſoli attende: aliud enim ſumus nos ipſi, aliud quæ circa nos ſunt: nos namque ſumus anima & mens, ſecundum quam ad imaginem eius, qui nos creauit, facti ſumus: noſtra verò ſunt corpus & corporalis ſenſus: circa nos autem ſunt mundana ſubſtantia, viuendi artes, & cætera vſus inſtrumenta mortalium. Quid igitur præcipit ſermo? ne attendas inquit carni, neque ea quæ carnis bona videntur, ſtudio impenſiore ſecteris, id eſt, ſanitatem corporis, decorem, cultum vultus, voluptatem carnis, atque delicias, neque vitæ longioris vota ſuſpires.* Gnome grauiſſima, quâ nobis ſtudium erga hæc temporalia interdicitur, quâ deſerenda caduca bona, aſſerenda ſolida illa inculcantur: cui denique Botgia ſic conſtaos aſſueuit, vt à ſæculi tenuntiatione, nec minimo quidem nutu, humanis putauetit attendendum: vnico ſibi, id eſt diuinis ſtudio attendens. Nec immetitò, quandoquidem io ipſo verbo, *attende tibi*, præmium ipſius negotiatioois videtur aſſignari: dum enim quis in attendendo ſibi vigilarit, eo vſque tendet, vt in ſe ſolo; cœleſtia iam bona poſſidente, fixam tanquam in æternis diuitiis ſentiat voluptatem.

Id oſtenſum voluit Moyſi Deus, hominem
ſcilicet trepidum, fratris ſanctiſſimi ſocietate 652.
animaturus. Timuerat vt noſti, Moyſes Ægyptiacam legatiooem, multa excuſandus ſubiunxetat: ad quem tandem Dominus: *Aaron frater tuus Leuites, ſcio quod eloquens ſit: ecce ipſe egreditur in occurſum tuum, videnſque te lætabitur in corde.* Exod. 4. v. 14. Græca habent: ἐν αὑτῷ: quod benè in Sixtianis vertitur: *Lætabitur in ſe ipſo.* Sed vnde quæſo commendatur in hoc loco Aaron, vt perſpecta exinde eius virtus, timido fratri foret in ſolatium? Quia perinde Exod 4. v. 14. LXX Interp. Sixtiana.
eſt, ac ſi Dominus diceter: perge intrepidus, habes enim pro ſocio fratrem virtutibus diuitem, & veris proinde diuitiis exultantem, ideo in ſe ipſo gaudet, quia ſibi attendens, veros in ſemetipſo teperit theſauros, merces ſolidas: terrenarum caducarum opum, externorum bonorum mercimoniam, nihil curans. Philo Iudæus in lib. *Quod det. pot. inſ.* ita. *Illa verba,* Phil. Iud.
gaudere in ſe ipſo, præter, iam dictum dogma, indicant & aliud magis ad rem pertinens, oſtendente legiſlatore germanum & maximè proprium hominis gaudium. Proprium enim, nec è pecuniarum poſſeſſionum ve copiâ, nec è ſplendore gloriæ, nec ex vllo omnino inanimato, infirmo ve opere, quod per ſe ipſum eſt corruptibile, poteſt contingere. Imò nec à robore agilitateve corporis, aut cæteris id genus dotibus, quæ vel cum peſſimo quoque communes ſunt, & habentibus ſe, nonnunquam perniciem attulerunt ineuitabilem. Quoniam igitur in ſolis animæ bonis, pura & minimè adulterina inuenitur lætitia: in ſe vtique gaudet omnis ſapiens, non in his, quæ circa ſe habet: in ſe ipſo enim habet mentis virtutes, quas nobis placere æquum eſt: circa ſe verò bonam habitudinem corporis, & cæterarum rerum copiam, propter quas, non eſt quod nobis placeamus. Quid ni ergo exultans, quæreret illa bona Borgia, quibus in ſemetipſo gauderet, quæ corruptionem euitantia, notunt ad æternitatem perennare?

Venio iam ad ſecundam partem tituli præmiſſi: non ſolum diuinas has diuitias, diligeos quærit Borgia, non ſolum crucis laborem hilaris amplexatur, ſed etiam rerum omnium abnegatione, illum emit: tam auidus mortificationis virtutibus tequiſitæ, vt ſe nudet, quo cum IESV ab anguſtiis crucis

capia

capiatur. Parum est labores crucis ferre constanter, ni & constent tibi: parum si non euitas laboris tibi impositum pondus, ni emis expositum. D.Anton. de Pad. Hoc voluit D. Antonius de Padua, Dom. 9. post Trinit. vbi de primo Christi Domini aduentu, ita scribit. *Habuit diuitias, scilicet paupertatem, & humilitatem, quas in nundinis nobis proposuit, vt eas emeremus, sine quibus diuites esse non possumus. Proposuit etiam gloriam, quæ est in tribulatione lætitia: in persecutione patientia. Ad has nundinas venerant Apostoli, quibus mirabiles merces lucrabantur, cum ibant gaudentes a conspectu concilij* Act. 5. v. 11. *Act. 5. v. 11. quoniam digni habiti sunt, pro nomine* I E S V *contumeliam pati. Super hoc habes Prouerb. 20. Malum est malum, dicit omnis emptor, & cum recesserit, tunc gloriabitur.* Redibant ergo Apostoli gaudentes, quia quas patientiâ, omnibusque relictis, emerunt tribulationes, iam sibi gloriosissimas esse agnoscebant. D. Anton. de Pad. Pergit Antonius: *Si ad nundinas tribulationum, in quibus venduntur vera diuitiæ venire disponis: vide prius, an habes in bursâ cordis, pretium patientiæ & lætitiæ, quo emere possis: alioqui non consulo tibi, quod accedas, quia vacuus redibis.* Egregiè: nisi enim lætitiâ, & patientiâ emas crucis tribulationes, iam non tibi erunt ad mercem, sed ad mortem. Lætitiam quam caducis homines impendunt, debes corradere piè auarus, vt largior & profusior ad tribulationis pretium inueniatis. Venit ad Christi mundinas Borgia, emit caducis diuitiis, quas reliquit, æterna bonâ: sed maxime ad crucis tribulationes, tantum lætitiæ attulit & patientiæ, vt in admirationem orbem rapuerit. Lege eius vitam, maxime lib. 4. cap. 1. 2. & 3. pergo.

654. Nascitur cum iure, ad maioratus paterni gloriam Esau: & tamen maioratu non potitur, quin imò fruendum vendit fratti minori: Genes. 25. v. 31. *Cui dixit Iacob: vende mihi primogenita tua: ille respondit; en morior, quid mihi proderunt primogenita?* Genes. 25. v. 31. additque textus: *Et abiit parui pendens, quod primogenita vendidisset.* v. 34. v. 34. sed cur emit tam auide Iacob, quod iste vendidisse, parui pendit? quia is erat maioratus, qui pariter debebat studia virtutis, & eiusdem labores, diuinis acquirendis benedictionibus frequentare: ergo moriebatur Esau, non tam laboris pondere, quam ignauiæ torpore? vnde inquirendarum virtutum onus vendit iste: at Iacob luctator egregius, strenuus vitiorum supplantator, non solum id oneris subit intrepidè, sed etiam emit diligenter, neque enim auarus inhiat diuitiis terrenis, sed inhians labori placendi semper Deo, etiam dato pretio deuouetur. Sic locum D.Ambros. explicat D. Ambrosius lib. 1. de Cain cap. 4. qui tandem subdit. *Apud ignauos enim, nulla sunt insignia virtutis: apud sapientes, prima habentur: studia enim virtutum, quædam instrumenta sunt; itaque sicut bellator, sine armis esse non potest, ita sine exercitatione, virtus.* Emat ego Iacob maioratum, tanquam virtutis stemma, quem tamen parui pendit Esau, quia ille non solum laborum sacrorum oneri assuescere, sed etiam illud, quamuis grauissimum, cupit emere: hic, neque etiam gratis valet sustinere.

655. I E S V M nostrum laboribus addictum, & pretio venditum, expressit ad viuum Ioseph ille à fratribus distractus. Sed cur quæso I E S V S noster, triginta distrahitur Matth. 26. v. 15. Matth. 26. v. 15. Ioseph vero viginti argenteis tantum venditur: Genes. 37. v. 28. *Vendiderant eum Ismaelitis viginti argenteis.* Genes. 37. v. 28. cum tamen obturandis perfidiæ oribus, Iudæis confundendis, longe conuenientius videretur, si figura & figuratus, vtrobique, pari pretio venderentur? Equidem profundius in hoc mysterium quærebatur: nam liberaliores quidem Euangelici discipuli emendo Christo, quam olim veteres iusti: & quemadmodum merces in terra vbi pluris fiunt, emuntur liberalius, & carius publicantur: sic in Euangelio (quidquid hoc non intenderent Iudæi, nec Iudas agnosceret,) carius nobis exponitur crucifixus, quàm in lege veteri: quoniam emendis crucis mercibus, quoduis exigatur pretium, non curamus. Ambrosius lib. 3. de Sipiritu sancto cap. 18. ita. D.Ambros. *Viginti aureis in veteri testamento venditur: triginta in Euangelio: pretiosor enim typo, veritas: largior gratia, quam disciplina: Opimior lege, præsentia: quia lex promisit aduentum, legem aduentus impleuit:* Neque mirum sit largior gratia Euangelij, quam legis disciplina, quando quidem vt vides est longe opimior. Sed adhuc nouum mysterium suboritur: Christus enim, dum in Iosepho, typo scilicet suo venditur, seruituti destinatur: scilicet illud temporis denotans, quo in assumptâ carne à Virgine editus, hominibus formam serui accipiens ministrauit: at verò dum in se ipso vendi dicitur, crucis doloribus addicitur: benè ergo olim viginti, nunc triginta argenteis taxari voluit: quia licet multis deberemus emere Christum nobis natum, licet non pateretur; at crucifixi labores, nouo triente addito, emendi nobis: quò enim pro nobis vilior factus est, eò nobis debet esse pretiosior: & crux eius nobis etiam per summas impensas comparanda. Idem. Pulchrè citatus Ambros. *Vtriusque contractus considerare conuenit qualitatem: viginti aurei, pretium seruitutis, triginta aurei crucis sunt: quamuis enim simili modo, assumptionis & passionis sint admiranda mysteria, plenitudo tamen fidei, in Sacramento est passionis. Non minoris quidem æstimo sancta Virginis partum, sed gratius sumo benedicti corporis Sacramentum.* Pulchrè dictum! æstimatur vt par est natalis beneficium, & assumpti benedictique corporis Sacramentum: ita tamen æstimatur, vt in pretio, gratius nobis dari, nobis minoris stare recognoscamus: scilicet quia carius debemus crucis emere mysteria, & illius acquirere imitationem. Id voluit Ambrosius sic concludens. Idem. *Quid clementius, quam quod mihi suas donauit iniurias? plenius tamen est, quod tantum contulit nobis, vt qui moriturus non erat, quia Deus erat: nostrâ ille morte moreretur, vt eius spiritu vineremus.* Itaque ingens Incarnationis beneficium, plenius passione cumulatur, vnde qui illud viginti emeremus, non dubitemus triginta hoc emere gaudentes: quod Borgia affigendus cum Christo cruci, hilariter impensis omnibus ministrauit.

Obscura, ex dictis clarent, verba illa Christi, ad Episcopum Laodiciæ, qui pauper, cæcus, & miserrimus paulo ante describitur: 656.
Suadeo tibi emere aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris. Apocal. 3. v. 18. Apo-

cal. 3. v. 18. lapſo iam homini, & peccatis obruto, nihil prius conſulitur, quam pœnitentia, quam crucis mortificatio, qua reſtituatur ad vitam: non ergo in hoc loco, vt ſæpe alibi, *aurum probatum* pro perfectiſſimâ charitate, id eſt amoris deliciis, videtur vſurpandum: ſed pro pœnitentia,& tribulatione, tunc magis neceſſaria: tribulatus enim animus, laborum igne, tanquam aurum in fornace ſplendeſcit, vt alicubi ait Petrus. Sed ita ne? non niſi vendita datur tribulatio? labores vtiles in domo Dei, non niſi venales exponuntur? plane. Quia licet per meram gratiam voceris ad pœnitentiam: iam tamen iuſtificatus, vtiliter ad coronam non patieris, niſi ex tua parte, quodammodo dato pretio

D. Victor. Martyr. te diſponas. Ideo D. Victorinus Martyr ad hunc locum. *Quia tempus eſt pœnitentia, ait: conſulo tibi vt emas à me aurum conflatum: id eſt, ſi quomodo potes, pro nomine Domini aliquid pati.* Sic qui liberaliſſimus, in gratiâ ſuâ fundenda adoratur: non gratis, ſed quaſi accepto pretio labores elargitur.

657. Hinc Propheta: *Quomodo dilexi legem*
Pſ. 118. v. 97. *tuam Domine! tota die meditatio mea eſt.* Pſalm. 118. v. 97. Amat ardenter, nec tam dicitur tota die legis præceptis implendis, quàm eiſdem vacare meditandis: quid ita? puto deſcribi iuſtum, qui dum omnia præcepta vtcunque implet: tamen per noua ardentioris dilectionis incrementa, longe perfectius ipſam adimplere legem, & adhærere Chriſto, diſponebat: ideo ſolicite meditabatur ſecum, computans, an ſatis expenſarum haberet, ſatis pretij deſtinatæ emendæ perfectioni. D. Ambroſius in hunc Pſalm. ſerm. 15. ad hunc locum. *Totâ die in lege meditare: non perfunctoria tibi debet eſſe tranſcurſio. Si agrum emere velis. Si mercari domum; prudentiorem adhibes, & quid iuris ſit diligenter conſideras: & ne in aliquo forte fallaris, tibi ipſi non credis. At nunc tu ipſe emendus es tibi, de tuo pretio tractatur: conſidera qui ſis, quod nomen habeas, quid acquiras tibi, non aurum, non pecuniam, non gemmarum monilia, ſed* CHRISTVM IESVM, *cui nulla poſſunt pretia, nulla ornamenta conferri.* Quaſi Propheta totus meditaretur, quomodo legem dilectam, id eſt præceptorum onera perfectius implenda emeret: ſicut vnuſquiſque ſe ipſum debet emere, imò redimere, & quidquid habet impendere, vt qui ſeruus fuerat peccati, virtuti ſeruiat.

658. Meritò proinde D. Auguſtinus in Cat. ad
Matth. 13. v. 46. Matth. *Simile eſt regnum cœlorum, homini negotiatori, quærenti bonas Margaritas, inuentâ autem vnâ pretioſa Margaritâ, abiit & vendidit om-*
D Auguſt. *nia quæ habet, & emit eam.* Cap. 13. v. 46. in Margaritâ hac aut Chriſtum, aut charitatem, aut ſcientiam ſacram explicans, ſic concludit. *Quodlibet illorum trium ſit: vel ſi aliud occurrere potuerit, quod Margarita vnius pretioſa nomine ſignificetur: pretium eius eſt, nos ipſi: qui ad eam poſſidendam non ſumus liberi, niſi omnibus pro noſtrâ liberatione contemptis, quæ temporaliter poſſidentur: venditis enim rebus noſtris, nullum aliud pretium maius accipimus, quàm nos ipſos: quia talibus implicati, noſtri non eramus.* Quid autem, quæſo eſt, ſe ipſum impendere, ſe ipſo ſibi emere Chriſtum, quam labores crucis comparare, & dato pretio, auſteræ cuidam addici conſcientiæ: indeque in libertate reſpirare? ideo Borgia vt vidiſti, impenſis omnibus, de laqueo contrito, de aſſertâ libertate ſibi gratulabatur. In idem recidit ibidem, v. 44. Parabola illa de agro, quem qui Matth. 13. v. 44.
inuenit homo abſcondit: *Et præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet, & emit illum.* Neque enim auarus tibi putandus Chriſtus Dominus, quaſi non donans agrum, in quo delitebat theſaurus, ſed vendens: ſic enim docere cupit, Euangelica conſilia, eâ ſiti adeunda, eo ardore crucis prædicationem quærendam: vt non ſolum cum gaudio retineantur, verum etiam amentur cum gaudio. Ideo ſignanter *præ gaudio* dicitur iuſtus iſte, vendidiſſe vniuerſa, & crucis prædicationem comparaſſe:
Chryſoſtomus ibi. *Prædicatio Euangelij occulta-* D. Chryſ.
ta eſt mundo: & ſi non vendideris omnia, non emes eam: & cum gaudio, hoc oportet facere. Vt non emas ſolum: ſed etiam generoſitati debitæ aliquid adimere videaris, niſi cum gaudio emas.

§. VI.

Suſpecta eſt contemplatio, quæ ſolidæ mortificationi non innititur: ab hâc enim ad illam rectâ itur: hæc autem mortificatio, circa vtrumque, carnis ſcilicet, & mentis affectus iugulandos diſtringi debet.

ACrurus Rabadeneyra lib. 4. cap. 5. de 659.
Borgiæ mortificatione, quia iam fuſe de Ribaden.
eiuſdem oratione & contemplatione cap. 4. diſſeruerat: prudenter ſic incepit. *Optimo iure, ſuſpectam habuere, ſancti Patres orationem, cui ſoror, & comes non adeſt continua mortificatio: quomodo enim viuis adhuc deſideriis corporis, nec affectibus debellatis, oratio humilis, pura, pacifica, amore feruida, & quaſi hoſtium ſuorum fuerit triumphatrix? Philoſophiam iſtam nouerat probe Borgia*, &c. Quia eò, non in poſtremis, collineabat Borgiæ aſſidua mortificatio, vt in contemplatione (ad cuius ſupremum vſque gradum fœlix peruenit) ſuauiſſimè conquieſceret: vnde poſtea ad actiuam Societatis partem aptior deſcenderet. Operæ igitur pretium duxi non exiguum, ſi fuſius, quàm vera hæc foret Borgiæ philoſophia exponerem: quamque ſuſpecta habenda contemplatio, quam futilis: ſi minus mortificatione fulciatur. Mira fuit condendi orbis, apud Deum diſpoſitio, ſed neque minus miranda myſteria ibidem abſcondita: cum enim in primo die lux niteret, cœlum in ſecundo firmaretur, & in tertio aquæ congregarentur: quis non dubitet, cur ſol creaturarum omnium inſenſibilium princeps, tandem quaſi poſtremus, in quarto die producatur? ſed
reſpondet myſticè Hugo Victorin. ibi Ge- Gen. 1. v. 16.
neſ. 1. v. 16. apud Godeſt. *Nulla anima me-* Hug. Vict.
retur lumen ſolis accipere, & ſumma veritatis claritatem contemplari, niſi tres dies illi in ea præcedant. Et quidem ita euenit, prima in corde peccatoris lux producitur, vt ſemetipſum cognoſcat, inter lucem & tenebras condiſcernens: fit deinde Firmamentum, id eſt in bonis propoſitis

cor

corroboratin, diuisioque inter aquas superiores & inferiores, id est, inter desideria carnis & spiritus: postea inferiores aquæ in vnum congregantur, ne carnis desideria fluxa sint, & vltra necessitatis metam se effundant: vt totus homo, penè ad naturæ sanæ statum reuocatus, in vnum locum oprata sua colligat: & subiectâ spiritui carne Spiritus creatori subiiciatur. Quæ postquam mul-

Idem. tis Hugo dilatat, tandem sic concludit. *Quisquis sic ordinatus est, dignus est lumine solis: vt mente sursum erectâ, & desiderio in superna defixe, lumen summa veritatis contemplanti irradiet: & non iam per speculum in ænigmate, sed in seipsâ vt est veritatem agnoscat, & sapiat.* Non quod contemplationi, dum viuimus, clara visio concedatur, sed illa, quæ ad communem obscuram comparata, quodammodo absque ænigmate videatur: ad quam tamen vt vides, perfectâ carnalium omnium mortificatione peruenitur.

660. Nescimus mystica, nisi per sensus mysticus tractare, laborabo tamen, ne rancida allegoria, sine aliquo saporis condimento obtrudatur: quod si adhuc ita fastidiosus lector nauseauerit: non multum subibit oneris, si his dimissis, folio verso, ad alia properet si fortè non hiulca: aliis, scio, hæc solummodo mystica placebunt: nec ceteris tantum palatis scribendum. Pergo. Amoris œstro concita, & sobrio illius musto inebriata, quæsitura dilectum sponsa, lectum deserit, dicens: *Surgam & circuimbo ciuitatem, per vicos, & plateas, quæram*

Cant. 3. v. 2. *quem diligit anima mea.* Cant. 3. vers. 2. sed cor non prius platearum percurrit latitudinem, vbi probabilius sponsus videbatur inueniendus, quam ad

Gellibert. vicorum reducitur angustias? Gellibertus serm. 4. postquam fusè in plateis, spiritualium deliciarum dilatationem explicuit: sic ad rem nostram. *In vicis, virtutum vsus est, & exercitium: quæ necessaria nobis sunt, dum in corporis huius habitaculo commoramur: in plateis vero, feriata quædam fœlicitatis futura præludia. Et vide nunc verborum seriem, primo ponit vicos, consequenter plateas.* Et meritò: frustra enim latitudinem platearum suspiras, nisi prius vicorum superas angustum: nam ad voluptatem contemplationis, ad orationis speculam, rectâ solum per mortificationem cursus dirigitur. Prudens proinde in optando Propheta, in ordinando prudentior, sic exclamat: *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: concupiscit & deficit*

Ps. 83. v. 1. *anima mea, in atria tua, Domine.* Psal 83. vers. 1. prius tabernacula bellica, vbi prostratos affectus victrici mortificatione debellet, exardescit: quàm

Gellibert. in pacificam quietem atriorum deficiat. Gellibertus citatus, hæc vota verbis comparans sponsæ, sic subiungit. *Habes & in Psalmo simile: quam dilecta, &c. Miraris sponsa sedulitatem? ordinem sequere: noli te prudentiorem, vel promptiorem sponsa præsumere: primo exerce te in tempore virtuali, vt deinceps ad veritatis speculatorium conscendas; quid illac ingressum pares, qua exitus est? cum sponsa per vicos, ad plateas veni, & cum Psalmista, post tabernacula virtutum, ad ampla veritatis atria: alioqui ordinem si conuertis, peruertis.* Quot in conquirendis virtutibus, vicorum toleras angustias, quot ictus in tabernaculo subis, tot confers gradus sacræ contemplationis speculatorio conscendendo.

661. Ad columnas illas argenteas, Ferculum Salomonis decorantes, & claræ scientiæ (quatenus mortalis fert conditio) symbolum præferentes, non nisi per sanguineum purpuræ ascensum procedebatur: *Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum.* Cant. 3. vers. 10. Cant. 3. v. 10

de quo adhuc Gellibertus serm. 18. ita. *Illud attendendum, quomodo, imò quam congruo modo sibi concidunt columnæ argenteæ, & ascensus purpureus: in illis sapis fideliter, in istis sentis humiliter: in illis meditatio, in istis imitatio.* Neque enim ad puræ meditationis splendorem peruenitur nisi ad Christi Domini imitationem, per sanguinem mortificationis ascendatur: nec aliter ad dilectum tendit sponsa. Neque vero minus anxiè, imò longè ardentius Christus inquirit animam, quàm ista illum: audi tamen qualem sibi sternat viam, qualem inuisendæ sponsæ, muniat semitam: *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* Cant. 4. v. 6. in Græco est: πρὸς βουνὸν τοῦ λιβάνου: *ad collem Libani.* Quam vocem (licet etiam Libano thus significetur) non de thure, sed de monte illo celebri, & niuibus candenti, quidam explicarunt: vt nimirum mortificatio carnis, & cordis munditiеs in sponsâ, viam Christo præparasse intelligantur. Hugo vi- Hug. Vict.

ctor. ibi apud Gost. *Myrrha mortificationem carnis significat, Libanus, qui interpretatur decandidatio, munditiam cordis. Hac est via, per quam sponsus, ad sponsam venit: quia prius per abstinentiam, concupiscentias carnis occidit, deinde per munditiam cordis, ignorantias mentis abstergit: postremo, quasi tertia die ad colloquium sponsæ veniens, desiderio suo animam accendit.* Vt discas obstrusam omnino viam Christo opponere, qui se mortificatione non disponit: cum ille per aliam incedere, quodammodo ignorare videatur.

Fœminis illis, quæ ardenter defunctum suum 662.

amorem, sepultum Christum Dominum perquirebant, respondit Angelus: *Non est hic, surrexit enim.* Matth. 28 vers. 6. & tamen vt constat ex Matth. 28. v. 6.

Ioanne cap. 20. vers. 11. *Maria stabat ad monumentum foris plorans.* Quorsum si aberat dilectus, aderat illa? aut quorsum, absentem in sepulchro vnicè expectabat? quid si Christus iam mortem euitarat, illa tamen in loco mortis, morabatur? credebat, credo, non aliunde, neque aliâ, quàm ea morte, & per mortem, dum viueret, perque omnium rerum mortificationem, ad Christi sui Galfrid.

fore notitiam euehendam. Ideo bene Galfridus, ad locum Matthæi, nos instituens: *Surrexit, non est hic. Quid igitur nos hic agimus, quid hic sumus? fratres non nobis hinc fugiendum est: Sed hac nobis eundum: nam & fuit hic, qui non est hic, sed hinc resurrexit: hac via, ambulemus in ea: qui enim vult in Christo manere, debet sicut Christus ambulauit, & ipse ambulare.* Tandem ergo ad sepulchrum inuenit Maria amorem suum resurgentem: neque nos aliquando eundem speculabimur, nisi mortificationis viam triuerimus, nisi mortificatione atteramur. Et quàm aptè ipse Angelus, id nos edocet! Matth. 28. v. 6.

qui statim apud Matth. citatum vers. 6. sic subiungit: *Venite & videte locum vbi positus erat Dominus.* Quia ad mysteria Christi videnda, opus est vt prius veniatur: prius viam mortis viuæ incedas necesse est, quam mysteria illius sacræ mortis con- Galfrid.

templari possis. Idem Galfridus. *Alij quidem veniunt, sed non vident, alij tanquam è longè intuentur, dum memores diuinæ passionis eam non imitantur: neutram suadet Angelus: sed venite, ait, & videte locum: venite profectu sacræ conuersationis; videte piæ deuotionis affectu.* Vtrumque ergo simul suadet Angelus: sed illud prius: sic rectus ordo, quem si inuertas, præuertes.

Pulcherrima rem comparatione, illustrauit Salomon, inter quatuor enim illa, quæ quamuis 663.

minima ſint, ſapientiſſima tamen reputantor, de ſtelliooc ita. *Stellio manibus nititur, & moratur in edibus regis.* [Prouerb.3. v.28.] Prooerb.30. verſ.28. toto conatu corpuſculi, repens manibus, pectore ſerpens, faſtigium prenſat ſtellio, laborat, ſudat, & tandem requieſcit: ex puluere & radio excitatus, induſtriâ tamen laboris, irradiantibus auro loquearibus aſſurgit: ſerpebat viliter ſtellio, & laborans viriliter fit ſtella. Sic fidelis anima laborans ſpeculationis conſcendit ſpeculam, luce irradiatur, & quot in valle lachrymoſæ mortificationis fecerit progreſſus, tot gradus aſcenſionis diriget in faſtigiom. Ideo Dauid. *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lacrymarum in loco quem poſuit.* [Pſ.83 v.6.] Pſal.83.v.6. de qoo Gellibertus [Gellibert.] ſerm.20. de contemplatione locutus ſic ſeribit, fortaſſe nonquam io hac materiâ elegantior. *Specula eſt, & ſpecula verè ſublimis: ſpecula omnis terrena exaltationis ſupergreſſa nebulas. Inaſſuetus quid adhuc ſaltum paras? manibus, ſicut ſcriptum eſt, nitere, vt aſſueſcas morari in ade regis Salomonis: interim repe, donec rapiaris: non enim ſaltus, ſed aſcenſiones, inquit. Pſalmiſta, diſpoſuit in corde ſuo. Quæ ſunt autem iſta aſcenſiones, niſi quadam mentis purgationes? ideo in valle lacrymarum, quia delicta quæ purgantur, plorantur.* Optima verba contra ſciolos, qui incipientibos affectandam ſtatim ſuadeor cootemplationem: de quibus fuſius egi io Caot. Tropol. crucifixi meditationem proponens, & imitationem ne- [D. Aſter.] ceſſariam: adde & D. Aſterium apud Photium, Cod.271. vbi de viro orationi dedito prudenter ſic ſcribit. *Si verè, & orans placeat Deo, non modo in figurâ crucem repræſentat, ſed etiam in affectu: vt enim in cruce, clauis affixus: ſic & orans necat omnem carnis concupiſcentiam, memoriam expellens omnium diuitiarum, gloria, parentumque affectum Nulla res adeo ab illo amatur, & concupiſcitur, quam inuenire tempus aut otium, quo ſe ipſo colligere poſſit: ſed ad hæc duo præcipuè collineat tanquam in ſcopum, vt pœnam effugiat, vitâque cito decedat: & propterea nihil mente agitet, quam oratione ad crucifixum proficiſci.* Vt hinc vtillima, ad Crucifixum, oratio cognoſcatur: neque tamen tameo ſit vera ad illum oratio, niſi ſemper cruci, & affectuum mortificationi innitatur.

664. Nimirum non aliter pura oratio ſuccedit, non aliter Chriſti gloriam contemplamur. Hinc capies verba illa Angelorum iuſtos, contemplandæ Chriſti gloriæ inuitaotium: *Egredimini, & videte Filia Sion, regem Salomonem, in diademate, quo coronauit illum mater ſua.* [Cant. 3. v. 11.] Cant.3. verſ.11. non aliunde, inquiunt interpretes myſtici, quàm à Sion vocantur: vt vſus nomini atteſtaretur: ne caſſo nomine gloriarentur, ſed potius ſpeculationis (id enim *Sion* ſignificat) filiæ, ſpeculando Chriſto aſſueſcerent. Non repugno: video tamen in id, aptius *filias Ieruſalem* videri appellandas: vnde enim melius pacificum Regem, id eſt, cæleſtem Salomonem contemplaturæ vocarentur, quàm à pacis viſione, quod Ieruſalem nomine denotatur? aliquid ergo conueoientius latet in Sion, quod fœliciter aperuit [Aponius.] Apooius, licet fusè: iotercerpo pauca, quæ ſatis. *Sion mons ſpecula, vel habens ſpeculam interpretatur: qui ex eo tempore nomen accepiſſe comprobatur, ex quo in eo Abraham, filium ſuum Iſaac, ad victimam duxit: & ibi vidit Abraham, redemptionis humanæ in Iſaac, & ariete futurum myſterium; aliud deuotione mentis, & aliud manibus immolatum: & vocauit nomen loci illius; Dominus vidit, vel Dominus viſurus eſt: quæcunque ergo animæ, harum perſonarum lacte doctrinæ, fuerint doctæ, quales ſunt prædicti immolatores, &c. Iſtæ inuitantur ad regis inſignia peruidenda.* Quaſi mortificationis paternæ imitatio, collyrium eſſet oculis filiarum, vt ad tantum ſpectacolum vocarentur: ediſcebant in monte iugem affectuum ſuorum immolationem, ideo ad contemplationem aptiſſimæ veniebant.

665. Vidimus hucuſque, per mortificationem, ad orationis ſpeculam rectâ iri, ſed quaſi in genere: videamus id priuatim in duobus illis, quæ mortificationis terminos concludunt, nimirum io carnis, & mentis ſeuera diſtrictione, & de vtraque ſeorſim pauca libemus: deqoe prima priùs. Igitur ex carnis afflictione orationis ſpeculam contra dæmones roborari, & attendendo Deo illuſtrari: ſatis ipſe Dominus IESVS, exemplo noſtro, docuit, qui per quadraginta dies orationi vacaturus, carnem innocentiſſimam ieiuniis macerauit, Matth.4. [Matth 4. v 3.] imò ſatis etiam ipſe dæmon, timorem ſuum manifeſtauit, qui ad finem ieiunij, tunc tentaturus acceſſit, verſ.3. qui dum fragilioris famis ſigna ooo videtat, fugiebat. Ideo D. Chryſol. ſerm.13. *Vbi Dominus, quadrageſima ieiunium, indefeſſo illo virtutis ſuæ aggreſſus eſt documento: mox diabolus occurrit expugnaturus dolis: quia ieiunantis viribus obſiſtere non valebat: quanto enim crapulationi deditus dominatur, & ebriis, tantum refugit illo ieiunos, orantes tantum timet: dicente Domino: non eijcitur niſi in ieiunio, & oratione.* [D. Petrus Chryſol.] Exemplo enim noſtro Chriſtus, continuæ tot diebus orationi, afflictionem carnis, copulauit: vt orationem noſtram mortificatione roborandam edoceret. Et pende illud *mox*: forte enim vult S. Doctor, prius non auſum eſſe dæmonem, neque dolis neque viribus: qui quando relinquendi ieiunij ſigna præuidit, iam dolis ſaltem tentare præſumpſit orantem.

666. Luctatus Iacob cum Deo, & ex orationis luctâ, eluctandis dæmonibus glorioſiſſimum nomen ſibi reportat: *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël.* Geneſ. 32. verſ. 28. [Geneſ.32. v 28.] vnde tanta fœlicitas, vt homo vel *Princeps cum Deo* vel vt alij volunt, *videns Deum* appelletur? vnde tanta gloria Iacobo, vt ſe Deum, quem antea non agnouerat, inter amplexus habuiſſe, recognoſcat dicens, *vidi Dominum facie ad faciem?* Verſ.30. [Verſ.30.] puto, id ex eo quod præceſſerat, eueniſſe: nimirum de cæleſti antagoniſtâ, ſic dicitur: *Tetigit neruum fœmoris eius, & ſtatim emarcuit.* Verſ.25. [Verſ 25.] Caro enim marceſcens, & diuinitus nouo illo mortificationis genere præſtricta, viam animæ ad nouos ebibendos radios præmuniuit. Fauet D. [D Paulin.] Paulinus epiſt.2. vbi multus in hanc luctam, ſic concludit. *Atque vtinam ad ſalutaris inſigne luctaminis, neruum fœmoris noſtri, maieſtatis ſuæ timore percutiat: quo obſtupeſcente infirmabitur virtus carnis, & ſpiritualis gratia conualeſcet.* Sic planè conualuit Iacob, tunc petiit benedictionem, cuius eouſque oblitus videbatur: tunc illi denunciatur aurora, tunc mutua colloquia exercet, & luctatoris ſui arctioribus potitur amplexibus, lætioribus nuntiis imbuitur, poſtquam ſcilicet in fœmore percutitur; qui per totam noctem, nihil præter luctandi laborem comparatat.

667. Propterea animæ illæ, de quibus paulo ante num.654. dicebamus, non tam ſimpliciter videndo vocantur Salomoni, quam egredi iubentur: emphaticè enim dicitur: *Egredimini filia Sion:* Cant.3.v.11 [Cant. 3. v 11.] quæ ſi foris iam eſſent, non tam egredi, quaſi ex interiori, quam abſolutè accedere dicerentur: certè concluſæ erant, coarctatæ ſupponuntur.

tur: ideo aptæ contemplando sponso iudicantur. Gellibert. Gellibertus serm. 20. *Illi enim videntur digni hac læta visione, qui se quadam pœnitentia lege concluserint, & disciplina constrinxerint custodia, quarum renuit anima consolari.* Sed quid mirum id eueniat adolescentulis, & sodalibus: quando ipsa sponsa tunc aptior fruendo Deo intelligitur, quando se per mortificationem, omnibus carnis abdicat voluptatibus, & mortificationis terminis concluditur? ideo ad illum Cant. 1. v. 10. Cant. 1. vers. 10. dicitur: *Surge, propera amica mea, & veni.* Quia, vt ex cap. 4. v. 12. Cant. 4. v. 12. constat, *hortus erat conclusus, fons signatus.* De quo Gellibert. idem Gellibertus. *Vis nosse, quàm bona sit conclusio? hortus conclusus, fons signatus, surge propera amica mea: vides quomodo illam inuitat, & amicam vocat, quæ seipsam concludere nouit?* Quia caro per mortificationem arctata, & conclusa, spiritus penetralia excipiendo plurimo Deo, aperit & distendit. Hinc Tertull. Tertullianus Apolog. cap. 39. de Christianorum moribus locutus, sic subiungit. *Editur, quantum esurientes capiunt, bibitur quantum pudicis est vtile: ita saturantur, vt qui meminerint, etiam per noctem, adorandum Deum sibi esse: ita fabulantur, vt qui sciant, Dominum audire: post aquam manualem & lumina, vt quisquis de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere, hinc probatur, quomodo biberit.* Loquitur ad vsum prisci æui, quo non iam meridie prandium, quàm ad vesperam cœna parabatur: & ex carnis per temperantiam mortificatione, orationi vel mentali, vel vocali colligit dispositionem.

668. Facit huc in sensu mystico, illud Psalmistæ:
Ps. 77. v. 25 *Panem Angelorum manducabit homo.* Psal. 77. v. 25. id est, cælesti doctrinâ, & diuini verbi dulcedine iustus pascitur: inde autem signanter *panis Angelorum* dicitur: vt qui diuino huic commercio velint inhiare, & sacris dapibus frui, Angelorum instar intelligant terrestres sibi cibos, id est, voluptates carnis, per mortificationem & ieiunium deserendas. Eus. Gal. Eusebius Gallicanus homil. a. ad Monachos, ad hunc locum. *Panis Angelorum Christus est, cuius cibi & nos participes sumus, quando mentem in eius præconiis occupamus. Ecce verum cibum qui reficit, & non deficit, sed vsu suo proficit, de suis crescit expensis: hoc pane reficimur esuriendo, & pascimur ieiunando.* Frustra enim diuinis præconiis, sacris precibus, & puris meditationibus desudabis, nisi carnis afflictio coniungatur: & quidquid sensualis fuerit voluptatis resecetur. Tertull. Tertullianus iterum lib. de spectac. cap. 15. *Deus præcepit Spiritum sanctum, vtpotè pro natura sua bono, tenerum & delicatum, tranquillitate, & lenitate, & quiete, & pace tractare: non furore, non bile, non irâ, non dolore inquietare: hunc, quomodo cum spectaculis poterit conuenire? omne enim spectaculum sine concussione spiritus non est: vbi enim voluptas, ibi & studium, per quod scilicet voluptas sapit: vbi studium, ibi & æmulatio, per quam, studium sapit: porro & vbi æmulatio, ibi & furor, & bilis, & ira, & dolor, & cætera ex his, quæ cum his non competunt disciplinæ.* Omnis planè voluptas sensuum excludenda, vt in serenam contemplationis speculam admittaris: ista enim absque Spiritu sancto non constat: Spiritus autem S. naturæ suæ bono tener & delicatus, carnis & mentis affectuum strepitu inquietatur.

669. Iam ad mentis serenitatem, & affectuum quietem suo ordine deuenimus: de quo Dauid, Christi Domini requiem, in pectore suorum delineans, sic scribit. *Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.* Psalm. 75. vers. 3. de quo eleganter Ps. 75. v. 3 Gellibert. serm. 1. Gellibert. *Nisi quieta mente, quæri non potest delectatio sapientiæ, nec intranquillus in illam affectus dirigitur: nihil inquinatum incurrit in illam, nec impacatum quidem: illa vero in animum quietum & purum, vltro incurrere solet, & gratis influere, in pace enim factus est locus eius.* Sed nota, quam apto ordine, pacem, & affectuum omnium quietem, Sion seu speculatio subsequatur: quasi non possit anima parare Christo Domino puræ contemplationis speculam, vbi inhabitet: quin prius pacificæ mentis, & per mortificationem iam serenæ, locum præparauerit. Pergit Gellibertus. Gellibert. *Habitatio eius in Sion, hoc est in speculatione: pax præponitur, quasi præparatio quædam speculationis. Oculus turbatus vel irâ, vel curâ, quomodo lucem illam inaccessibilem intuebitur, quæ nisi serenis non attingitur mentibus, nec illis tamen semper ad libitum?* Frustra conatis speculationem puram acquirere, si mortificato cordi non fulciatur: musica Deo est, quæ nisi præcedente serenâ hac concordiâ non consonabit: gemitus est suauis, qui ad Deum, nisi præeunte tumultu, non perueniet.

Premebatur sub Pharaone, Israël: neque tamen durissimè vexatus, & ad cælum atroces gemitus fundens exauditur: perit rex iste barbarus, & quando impij morte, recreandus fortasse populus putaretur: tunc labores meditando pensant, Deum orant, sperant, & suspitiis nouis rogant, atque aures beneuolas numinis conciliant: ideo additur: 670.
Post multum vero temporis, mortuus est rex Ægypti: & ingemiscentes filij Israel propter opera, vociferati sunt, ascenditque clamor eorum ad Deum. Exod. 2. Exod. 2. v. 23. vers. 23. & cur non prius audiuntur, qui certè iam pridem sub oneribus, & paruulorum nece ingemuisse credendi? respondet Philo Iudæus Phil. Iud. lib. 2. Allegor. *Duplex gemitus est: alter eorum, qui cupientes appetentesque iniquitatem, non fiunt eius compotes: alter pœnitentium, & grauiter ferentium ante actam vitam, dicentiumque: O nos miseri! quanto tempore exegimus laborantes morbo insipientiæ! & occupati studiis iniustitiæ! qui gemitus nunquam accidit, nisi defuncto in animâ, rege Ægyptio, hoc est impiâ voluptariâque consuetudine: moxque post mortuam malitiam, ingemiscit vicem suam, videns Deum.* Quasi eatenus cæcutiret Israel, seu videns Deum, neque meditatione cælo attendere, Deumque vtili gemitu orare posset: dum in illius animas Pharao, siue voluptatis affectio regnaret.

Voluptates suas, ad sobriam vsque ebrietatem propinat Christus, dum conuocatis amicis 671.
ait: *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* Cant. 5. vers. 1. Cant. 5. v. 1. quis dubitat ad has delicias, sponsam bis charissimis longè chariorem, pariter aduocari: ipsa tamen statim vers. 2. Vers. 2. quasi propinanti sponso responderet, subdit: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Quorsum autem, dicat aliquis, quæ ad conuiuium vocatur, de somno cogitat, & quasi oscitans, vigilias suas videtur commendare? accuratissima planè fuit responsio, indicabat enim, qua siti in sacra pocula accederet illa, quæ dum tota carnis affectibus dormiebat: tota nihilominus inde maximè, cordis custodiæ vigilabat. Gellibertus ibi, Gellibert. serm. 42. ita. *Ac si dicat dilecto: tu me ad ebrietatem vocas, & ego huic muneri vaco: ego dormio, & cor meum vigilat. ab aliis dormio & quiesco negotiis:*

ideo cor meum liberius vigilat, ad ſectandam hanc ebrietatem, & vinum potandum. Nouerat quippe prudentiſſima hæc anima, cæleſti illi fruēdæ ebrietati, cor omnibus aliis voluptatibus văcuandum: imò ideo etiam demto auida inebriatur, vt profundius dormiat, & à terrenis affectibus quieſcat, vnde aptior profuſioribus ebrietatibus inueniatur.

Idem. Iterum idem Doctor. *Ordo mirabilis, de ebrietate dormitio; & de dormitione, vigilia. Illo dicit, inebriamini: & illa dicit, ego dormio: bonus ſopor, mentis exceſſus, & abalienatio ab affectibus carnis, & (ſi id etiam dicitur) à ſenſibus corporis. Tunc magis videt & vigilat amor ſpiritualis, cum conſopitur penitus omnis paſſio, & affectus animalis.* Sic ergo aptè, quæ ad contemplationis culmen vocabatur, ex gradibus, quibus ad illam aſcenditur, ex mortificatione ſcilicet carnis, & affectuum ſumit reſponſionem.

672. Hinc capies, cur ipſa anima, quæ ſæpiſſimè interiora ſponſi Chriſti penetralia appetierat, eundemque in matris ſuæ reconditiora ſecreta, aut blandè ducere, aut blandiori violentia trahere deſtinarat, vt ex totâ Canticorum ſerie patet: exclamet nihilominus aliquando. *Quis mihi det, te fratrem meum, ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iam nemo me deſpiciat.* Cant.8.v.1. Cant.8.verſ.1. ideo enim, ni fallor inueniendi illum foris ſe cupidam ſignificat: vt ſimul, ſemetipſam foris, & extra omnes inanes mentis vagationes, & vana cordis deſideria oſtendat: hinc Verſ.2. ſubiungit ſtatim verſ.2. *Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis.* Quia tunc aptior diuino lumini, & ſecretis per contemplationem excipiendis: cum extra ſe, ab affectibus peregrina, & iam Chriſto domeſtica reperitur. D.Ambroſ. D.Ambroſ. lib.de Iſaac cap.7. ad hunc locum. *Bona anima quæ foris eſt, vt verbum intus ſit: illa extra corpus, vt verbum habitet in nobis.* Ecquæ maior affectuum alienatio? quæ exquiſitior rerum omnium ſeparatio? totam ſe relinquit, & penè extra corpus, anima conſtituitur, vt Deum capiat: quia ni per totalem mortificationem, ſemetipſam fugiat, Deum fugabit.

673. Euitaturus Labani impij ſoceri conſuetudinem, vxores ſuas conſulit, imò commonet Iacob: vtque additis animis impellat, ſic ſubiungit: *Video faciem Patris veſtri, quod non ſit erga me, ſicut heri, & nudius tertius: Deus autem Patris mei, fuit mecum:* Geneſ.31. v.5. Geneſ.31. verſ.5. vbi ſedulo ponderandum, illud *autem* non ſolum enim aduerſatiua particula eſt, ſed etiam cauſalis, & antecedentis ſententia illatiua; propterea enim Laban, ſeu externorum commercium, minus iam familiarem habebat Iacobum, quia cum iſto Deus familiarior verſabatur: vnde & Iacob iam penitus impij conſuetudinem rumpere ſatagebat, vt nouis titulis, penitiori numine vteretur: nequit enim penitius. Deus animam penetrare, quin iſta, ſoluendo cum impiis Phil.Iud. commercio diſponatur. Philo Iudæus lib. *De eo quod pot. det. inſ.* Ita ad hunc locum. *Atqui ideo, dixerit aliquis, Laban erga te male affectus eſt, quia Deus tibi fauit: nam in quacunque anima, externum iſtud ſenſibile honoratur, tanquam bonum maximum, in ea ratio ciuilis non inuenitur: in qua autem Deus obambulat, in ea bonum externum ſenſibile non inuenitur, quod in nomine Laban intelligitur* Omnia ergo ſenſibilia nobis deſerenda, vt Deo placeamus: ſignum enim diuini commercij, & numinis latentis, illud eſt euidens, ſi nos mundo, & mundus nobis fuerit crucifixus: tunc nobis flendum, cum adhuc terreni affectus noſtri vident: cum hilari nos facie aſpiciunt, tunc diuina coram facie deſpicimur.

§. VII.

Voluptates, & immortificati affectus, diuini commercij obſcurant ſerenitatem. Corporis habitus, qualis ad preces.

HOc quidem aut dictis coincidit, aut ex illis clariſſime infertur: Si enim carnis afflictio, 674. affectuum mortificatio, contemplaturam, vel purè meditaturam animam illuſtrant: ſatis patet contrarias voluptates, eandem neceſſario obſcuraturas: quod vt ad oculum, vt dicitur, videatur, paucula huc congerere non inuidebo: inde manifeſtior prudentiſſima illa diſpoſitio, qua Borgia, per voluptatum omnium, terrenorumque affectuum mortificationem, ſerenis fruebatur contemplationis radiis, cognoſcetur. Manifeſtat ſe ad mare Tyberiadis poſt reſurrectionem, Chriſtus Dominus: nec tamen Petro, olim perſpicaciſſimo, quique diuinæ generationis occulta ſacramenta Patris reuelatione acceperat, cognoſcitur: quin Ioannes tanquam nuntius, & intermedius aſſiſtat? *Dixit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus. Dominus eſt.* Ioan.21. verſ.7. quid ita? quia Ioannes, ad crucem vſque, Chriſtum comitatus, nulli Ioan. 21. v.7. vnquam affectui indulſerat: vnde de illo Chryſol. D.Chryſol. ſerm.78. *Primus qui diligitur videt: quia ſemper amoris oculus acutior intuetur: & ſemper viuacius qui diligitur ſentit.* At vero Petrus qui crucem ancillæ, immortificato timore trepidarat: inde adhuc hebetior ſpeculando Chriſto perſiſtebat. Idem. Idem Chryſologus. *Quæ res, illam Petri ſic tardauerat mentem, vt ab alio audiret Dominum, qui cæteris conſueuerat nuntiare? vbi eſt illud ipſius Dei viui? vbi eſt? in domo aufugerat Caiphæ principis Iudæorum: tardius ſuum Dominum videbat, qui vocem facile ancillæ ſuſurrantis audiuit.* Quaſi quæuis immortificata paſſio, his obſcurandis radiis, mentis perſpicaciæ turbandæ præcipuè inuehatur.

Labitur breuiculæ voluptatis illecebrâ Adam 675. inescatus: iram Dei incurrit, dumque hanc euitare ſatagit, ad arborem confugit abſcondendus, ſed eam arborem, quæ in medio Paradiſi reuirebat. Quo ruis, miſer, homo? ludis operam, dum improbus diuinis illudere tentas oculis! ſed eſto fugias, nonne ſatius ad angulum latebras quærere, abdita penetrares, quàm *in medio ligni Paradiſi* Geneſ.3. v.8. patentis vndique, peruij facillimè? Gen 3. v.8. Reſpōdet aptè ex Adami ore, Germanus Archiep. Conſtant. apud Gretſ. orat.3. de cruce. *Fructus decerptus, tenebricoſa caligine me inuoluit: vt omnia mihi viderentur circumagi: & ego in medio Paradiſi* German. *conſiſtens, occultari poſſe credebam.* Totus obtene- Conſtant. breſcebat: potuit enim pomi voluptas, imò potius indulgendæ vxoris immortificatus affectus, offuſâ caligine, & cerebri vertigine mentem obſcurare: ne quid cerneret, aptiuſque remedium diſcerneret. Vnde meritò D. Maximus Monachus apud D. Maxim. Phot.Cod. 129. in arbore ſcientiæ boni & mali, Monach. allegoricè viſibilem creaturam ſubintelligens, quia & bona ſpiritualia conferre poteſt, quæ mentem nutriant, & iterum vim quandam mali, quæ mentem corrumpit, dum ſenſum recreat: ſic concludit. *Hinc forte & homini Deus, ne huius fieret particeps, interdixit: vt prius (quod par erat) per gratia participationem, propriam ſuam, originem cognoſcens,*

cognoscens, & impertitam gratis immortalitatem; & incorruptionem & immutabilitatem firmatus, ac veluti Deus: iam per deificationem, Dei opera cum ipso Deo contemplaretur: nulloque ab eis accepto detrimento, eorundem notitiam consequeretur: per gratiam quidem Deus, potius quam homo existimandus. Sed, proh dolor! attingit incautus prius veritas sensibilium voluptates; & cognoscendo Deo, diuinis contemplandis operibus hebetatur: sic mens per gratiam irradians, tota immortificato affectu obtenebrescens, Deum illum per participationem, iumentis insipientibus comparauit.

676. Factus est pro nobis Christus Dominus, peccatum, inquit Apostolus: non quod pro nobis culpam sumeret, quam purissima persona subire non poterat: sed quod illa passus est, quæ omnia, nostro singulorum vitio, debebantur. Hinc illud: *Et
Mat. 14. v. 63. cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem, & colaphis eum cadere:* Mat. 14. v. 63. erat enim nimirum ibi Petrus, (de quo supra) pro quo etiam luebat: hic autem facie velabatur, dum immortificato adhuc timore, nec Deum nec Magistrum cognoscere, intrepidus respondebat: dixit quippe:
v. 17. *Nescio hominem, quem dicitis.* Ibidem v. 71. ita est Petre, ita est: puto saluares iuramenti veritatem, si præsentis tantum temporis differentiam mente cautâ, liceret tunc (quod non licebat) enuntiare: noueras enim olim Christum; at iam immortificatus hebescis, & fœdatus culpâ caligas: neque cognoscendo Deo oculi puri, iam sufficiunt. Drogo Ostiens. lib. de Sacr. Domin. Pas. ita ad hunc
Drog. Ost. locum. *In domo Principis Sacerdotis, velatâ facie, colaphizatur Christus: quia in domo conscientia, cæcata mente colaphizatur Christianus: quod enim Christus in publico, ego patior in occulto: quod ille foris à ministris Caypha, ego intus à negotiis satana; quia supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, faciem mihi velauerunt, faciem meam in terram defixerunt, & dorsum meum incudem suam fecerunt,* &c. *Ibidem Petrus negauit dicens: O homo, non sum: hominem attendo, non Deum: hominem timeo, non Deum, cuius veritatem nego. Nonne tibi Petrus in his verbis velatam habuisse faciem videtur?* Habebat equidem: nec Diuinitatis edita nuper miracula respicere: nec faciem illam, in quam desiderant Angeli conspicere, propiùs contemplari, potis erat.

677. Propterea piissimè Saluator Christus, miserum & tenebricosum hominem, diuino oculorum irradiat splendore, vt ad mortificationem, resumpto spiritu redeat: & inde amoto faciei velamine, possit latentem in IESV diuinitatem reco-
Luc. 22. v. 61. gnoscere: *Et conuersus Dominus respexit Petrum: & recordatus est Petrus verbi Domini.* Luc. 22. v. 61. semper Christus, quasi sufficienti auxilio, Petrum respexerat: nunc vero, congruo illo, & efficaci. Non ergo generalis fuit iste Christi respectus, sed priuato quodam amoris suasorio conditus: quo Petrus non mortificationem solam, sed ipsam mortem exposcens, velamen abiecit, tenebras effugauit, vt contemplando iterum Domino apta-
Drogo ost. retur. Drogo citatus. *Tandin faciem velatam habuit Petrus, donec respexerit eum Christus: sed nunquid, non etiam prius respiciebat? etiam: sed Petrus respicientem se Christum, non respiciebat, quia velatam faciem habebat, vnde bene alius Euangelista, & recordatus est, inquit, Petrus. recordatus Petri, respectum fuit Christi? ergo cum peccatorum flendo recordaris, à Christo videris: imo sublato velamine Christum vides.* Nunirum vt alibi ex eodem dixi, mortificans illa lachrymarum amaritudo, lippis oculis præbuit collyrium: & quasi acutus gladius, velamen fœlicissime lacerauit.

Non minus id apte in Prodigo adolescente demonstratur. Solent qui aliquem auidius sperant, 678.
speculam conscendere, vnde latè patens prospectus emittatur, redeuntem è longè conspecturi. Sic Anna è supercilio montis Tob. 11. v. 5. vnde respicere posset de longinquo, filium suspirabat. Tob. 11. v. 5.
Talem quis posset imaginari cœlestem Patrem, quasi sperabundum, & ab alto intuentem: subditur enim? *Cum autem adhuc esset longè vidit illum Pater ipsius.* Luc. 15. v. 20. Sed cur, nunc illum signanter dicitur vidisse, qui absque dubio viderat, Luc. 15. v. 20.
& in volutabro commorantem, & inde proficiscentem? quia licet miser adolescens, porcorum voluptatibus inhærens, & haræ turpitudinum addictus, diuinæ misericordiæ vocante gratiâ videretur: neutiquam tamen propius Patrem ipse intueretur, nunquam diuinam faciem specularetur nisi ab ipso Patre, clariorem nunc lucem ebiberet, qua omnes priscarum voluptatum tenebras expelleret. D. Petrus Chrysol. serm. 3. *Pater vidit* D. P. Chrys.
illum, vt & ille Patrem posset attendere: Patris visus illustrauit filij venientis aspectum, vt tota fugaretur obscuritas, qua circumfusa fuerat de reatu. Expelluntur immisso fulgore tenebræ, & tunc filius, portui contemplationis suauissimæ appellit.

Descripturus Moyses Gen. 32. luctam Iacob, in 679.
qua gloriossimè, vt paulo ante vidimus, videntis Deum cognomen sortitus est sic incipit. *Transiit vadum Iabboc: traductisque omnibus qua ad se* Gen. 32. v. 22.
pertinebant, mansit solus; & ecce vir luctabatur cum eo. v. 22. Scilicet vt mysterium ostenderet, cur ibi potius quàm alibi Iacob aptior ad colluctandum cum Deo haberetur. Ecquod illud? D. Antonius de Pad. Dom. 6. post Pascha: *Iacob supplantator,* D. Anton. de Padua.
Iabboc torrens pulueris: qui significat temporales delectationes: qua transeunt vt torrens: sterilescunt & excæcant oculos, sicut puluis. Quia frustra conaretur Deo in contemplatione purâ colluctari, nisi prius puluerulentas voluptatum tenebras pertransiret: quibus non superatis caligaret. Hinc D. Bernardus serm. 5. de naturali oculo locutus. *Sunt* D. Bern.
tria, qua hunc oculum impediunt, tenebra, humor concretus, puluis iniectus. Hac tria sunt etiam, quibus interior oculus impeditur: sed alia nomina sortiuntur: nam quod hic tenebra, ibi peccata dicuntur: ipsa vero peccata confluunt in memoriam, quasi in quandam sentinam, & hic est ille humor concretus: quod autem hic puluis dicitur, hoc ibi cura terrenorum actuum nuncupatur. Benè ergo puluerem hunc excæcantem fugiebat Iacob, vt Deum facie ad faciem, quantum status fert viuentium intueretur.

Est pulcher locus Apostoli, cum gustu ad hunc 680.
puluerem excæcantem; quem absque dubio ille fugiebat, cum inter cætera, quæ cum carne suâ gerebat certamina, illud commemorat: *Ego igi-* 1. Cor. 9. v. 26.
tur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. 1. Cor. 9. v. 26. quid est, *in incertum* currere? currere non destinato scopo negligenter, & vt aiunt: incertus quo pedes ferant, vbi sistere detur: quo fit, vt facilè ab aliis præcedaris, semper inde deterior, quod excusso antecedentium puluere cæcutiens obruaris. Ideo ergo ad certum currit Paulus, ne si incertus curreret, carni cederet, quæ proinde præcurrens, subsequentis tardique spiritus oculis, puluerem excitatum vestigiis iniiceret, de hac frequenti Caueæ plagâ,

Pruden

Prud. Prudentius alicubi: *quid puluis Cauea semper funebris*, &c. Nunc capies D. Gregor. Nyssen. lib, de S. Beatitud. initio, vbi locutus de Pauli spiritu, Carni siue aduersario suo, præcurrenti: sic D. Gregor. Nyss. concludit. *Omnino autem non ignorans aduersarium, nimirum qui per Carnem obluctatur: quem per artem pugnandi, vnguibus continentia lacerans sugillat: cuius membra mortificat fame, siti, frigore nuditate: cui notas & puncta Domini imprimit, & inurit: quem cursu, à tergo relictum vincit, ne præcurrente aduersario, tenebræ oculis suis offundantur.* Offundetentur enim absque dubio, si caro indulgenter habita, liberior excurreret: nec spiritus quasi alis assumptis præuolaret. Subit in hanc rem, (quoniam de spectaculorum comparatione Paulus explicatur) vsus ille Romanorum, quo ad signum incipiendi Ludos, Editor *mappam* emittebat: quâ visâ clamabat solenni formulâ vniuersus spectatorum conuentus, *misit*: quasi hilariter congratulans, de signo dato. quod tamen ad rem nostram, acutè mordet Tertullianus, lib. de spectac. cap. 16. Tertull. *Misit, dicunt, & nuntiant inuicem, quod simul ab omnibus visum est, teneo testimonium cæcitatis: non vident missum, quod si mappam putant, sed est diaboli ab alto præcipitata figura, ex eo itaque itur in furias, & animos, & discordias.* Itaque voluptas illicita, miseros excæcarat. Sed redeo.

681. Fruebatur altissimâ contemplatione Dauid, dum scilicet accinctus, prælia spiritus aduersus carnem impiger aggressus est: diffluit tandem luxu, voluptati indulget: & cum innumeras penè pœnas, quas propterea dedit, quandoque memoret: illam vnam præcipuè exclamans dolet, testatur suspitans: Ps. 39. v. 13. *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.* Psalm. 39. v. 13. quia nimirum ignaua otia, turpes voluptates nihil vehementius impetunt, nihil prius oppugnant, nihil expugnant sæuius, quam mentis oculos, vt Ps. 37. v. 5. v. 11. speculando Deo hebetentur. Vnde iterum: *Iniquitates meæ, supergressæ sunt caput meum.* Psalm. 37. v. 5. scilicet obcæcandum: ideo v. 11. concludit: Chrysol. *Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.* Tenebræ quippè voluptatis, mentis lumen præcipuè inuolarant. Chrysologus serm. 3. *Non sunt tales tenebræ noctis, quales, quæ de confusione veniunt peccatorum: audi Prophetam dicentem: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem, & alibi: lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum. Nox sepelit hesternum lumen: peccata sensum, animum, membra confundunt.* Quasi diceret: nox ita lumen sepelit, vt illud necessario iterum denuo oriatur: culpa confundens sic obscurat animum, vt ex se, nisi diuinus adsit fauor singularissimus, perpetuo tenebrescat.

682. Sed licet voluptas quæuis, orationis inficiat puritatē: & ideo præuia affectuum omnium mortificatio requiratur: non tamen illa satis: adhuc enim inter orandum, cum opus fuerit, mortificatio corporis adhibenda: re enim vera externus corporis habitus, & mortificata membra, aut genuflexa, aut prostrata, aut in formam Crucis expansa, non parum attentioni mentis, & impetrando voto experimur deseruire. Hinc de Borgia nostro Ribadeneyra lib. 4. cap. 5. R. baden. *Quòd horas tot, tamque continuas precationi impenderet, idque ore terræ affixo: & dentes corrupti sunt, & os ipsum fœdo cancro laborauit: periretque cito Borgia, nisi congruo medicamine serpens contagium interdiceretur.* Tu pende, quam ab spiritu ardenti, pura ascenderet oratio, quem etiam sic mortificata caro reddebat apriorem. Hæc est secunda pars tituli præmissi, quam totidem illustrare, non piguerit. Fideles suos instituens, sic habet Christus. *Qui biberit ex aquâ, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Ioan. 4. v. 14. Ioann. 4. v. 14. & iterum cap. 7. ad fontem viuum, suos in- Ioann. 7. uitat. Ecquæ caussa, cur lumen illud Doctrinæ, & diuini commercij consuetudo, aquæ potius *è fontibus Saluatoris* hauriendæ: quàm cuiuis alij rei toties assimilatur? quid in aquâ, quid in fontibus elucet, vt clarius, quam quoduis aliud speculum, cœlestem sugendam doctrinam repræsentet? visus respondere D. Cæsarius Arelat. hom. 34. vbi edissetens contra eos, qui absque necessitate, aut stantes, aut erecto collo, adoraturi accedunt, sic subiungit. D. Cæsar. Arel. *Ad Ecclesiam, fratres, quasi ad fontem viuum, & spiritualem fluuium conuenire debemus, vt accipiamus aquam illam viuam, de qua Dominus dixit: qui sitit, veniat & bibat: & iterum: qui biberit aquam, quam ego dabo, non sitiet vnquam. Ad istum ergo fontem fœliciter currit, quicunque ad Ecclesiam fœliciter venit. Sed sicut de fonte terreno, & corporali non potest aliquis bibere, si se noluerit inclinare: ita & de fonte viuo, fonte Christo, & sancti Spiritus fluuio, nemo aquam viuam haurire poterit, nisi se humiliter inclinare voluerit.* Quasi illa corporis humilians inclinatio, totam sibi diuinam incliner Pietatem, quæ purissimi instar fontis sitim restinguat.

Clarent inde verba Micheæ: *Quid dignum offeram Domino? curuabo genu, Deo excelso? nunquid offeram ei holocaustomata, & vitulos aniculos?* cap. 6. v. 6. 683. Mich. 6. v. 6. ex tribus interrogationis notis nonnulli interpretes videntur adimere secundam: vt affirmatiuè asserat Propheta, non holocaustis neque victimis sic placari Deum: vt reuerenti quadam genuflexione attrahitur. Rupertus lib. 5. in Cant. de externo inter orandum habitu, & compositione, ita. Rupert. *Non paruum inuentum reperit, qui istud consecutus est, vt scienter se exhibeat Creatori, sicut reperit Propheta Micheas cum dixit: quid dignum offeram Deo? curuem genu Deo excelso. Nec vero soli Deo, verum etiam hominibus dulcis visu, & amabilis est eiusmodi compositio, siue appositio: tantoque quisque magis reuerendus existit, quanto frequentius atque affectuosius genua curuans genas suas, vel oculos, aut totum caput demiserit.* Bene autem *Inuentum* vocatur, siue industriæ techna, quæ donum nouit offerre, quod infinita dignitas non dedignetur.

684. Obscura quidem, sed quæ tamen rem nostram non leuiter illustrant, sunt verba illa Apostoli: *Omnis mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum: vnum enim est, ac si decaluaretur.* 1. Cor. 11. v. 5. 1. Cor. 11. v. 5. tegitur in viri sui reuerentiam, quasi ipso velo capitis sui fateatur, maritum caput, & superiorem suum. Sed cur tunc maximè, cum orat, siue psallit? respondet D. Paulin. epist. 4. D. Paul. *Non frustra hoc, eò potissimum tempore fieri debere Apostolus docet, cum aut orat mulier, aut prophetat, tunc enim venit in spiritus conceptionem, & ideo tunc magis excitat tentatoris inuidiam, cum in virum perfectum spirans exit terminos infirmitatis suæ*, &c. *Igitur quia in oratione fit conceptio spiritalis, ne quis mulieri vltra vasculi sui fines agenti dolus hostis, & laqueus occurrat: vult Apostolus in habitu eius ostendi esse illi supra caput potestatem, quâ regatur pariter & defendatur: eâ ipsâ humilitate cordis, virtutem illâ conferente, quâ scientiæ supercilium premit gubernaculo disciplinæ.* Sic ergo tantopere curat Deus, vt Mulier inter orandum, ipsa exteriori formâ, subiectionem capiti, id est viro suo, à quo tegitur & defendi

defenditur, debitam protestetur: quâ non humilitate subiectionem capiti ipsius viri, id est Christo debitam, requiret protestandam? si ille habitus humilis, apud fœmina viro subiecta cognoscitur, diabolicos fugat incursus, auertit tentationes: quantò has efficacius amouebit compositio humilis erga Deum: vt sic oratio tuta ascendat, & voti compos referat postulata?

685. Hos inter orandi habitus, frequens est, & ab ipsis Ecclesiæ cunabulis vsurpatus ille, quo expansis brachiis, & in modum Crucis formatis

Tertull. orare solemus. Huc faciunt pulchra verba Tertulliani in Apolog. cap. 30. vbi ita, *illuc* (in cœlum) *suspicientes Christiani, manibus expansis, quia innocui: capite nudo, quia non erubescimus: denique sine monitore, quia de pectore oramus*, &c. *Sic itaque nos ad Deum expansos, vngula fodiant, Cruces suspendant, ignes lambant, gladij guttura detruncent, bestiæ insiliant: paratus est ad omne supplicium, ipso habitu orantis Christiani.* Expansa quippe brachia & cruciformia, nudum corpus & apertum scorpionibus ferreis relinquunt: neque Cruces timent, quæ Cruci aptanda, iam ferè expanduntur: sic ignem non vitabunt, qui Crucifixis corporibus apponi solebat: neque feras, quæ quandoque in illa immittebantur: frustra enim timeant, tormenta qui ipso tormenti habitu, eadem potius videntur prouocare. Hæc, ni fallor est culti Afri mens, neque acumine, neque eruditione ieiuna: sed docti iudicent. Quomodo ergo non omnia impetret sic orans, qui iam se æterno Patri exhibet, instar Christi, crucifixum? fortassè ideo subdit Tertull.

Tertull. *Hoc agite boni Præsides, extorquete Animam Deo supplicantem pro Imperatore: hic erit crimen, vbi veritas, & Dei deuotio est.* Nemo nescit, quod hic notauit iam Cerda, *Hoc agite* formulâ fuisse veterû: addo illâ maximè vsos, inter sacrificandum: ibi enim clamabat præco ad Sacerdotem, *Hoc age*, putarem ego, emphaticè hanc formulam, ideo à Tertulliano hic vsurpatam: quasi Anima illo habitu supplicans, victima Deo gratissima habenda videretur: quam si tunc contorquerent, iam Deo vero, inuiti sacrificium ministrabant. Ideo idem

Idem. paulo ante. *Hæc ab alio orare non possum, quàm à quo me scio consecuturum: quoniam & ipse est, qui solus præstat, & ego sum, cui impetrare debetur, famulus eius, qui eum solum obseruo, qui propter disciplinam eius occidor: qui ei offero opimam, & maiorem hostiam, quam ipse mandauit, orationem de carne pudicâ, de animâ innocentis de spiritu Sancto profectam.* Si ergo sic crucifixus orator victima erat, bene, mactaturis illum ministris, dicitur, *Hoc agite*, absque dubio igitur litaret victima, impetraret oratio, quæ ipso habitu, rationabilem se & spontaneam sacrificio profitebatur.

686. Hinc D. Asterius Episcopus Amaseæ, apud Phot.

D. Aster. Cod. 271. (vt supra dixi num. 663. ita, de oratore Christiano: *Non modo in figurâ Crucem repræsentat, sed etiam in affectu.* Et iterum ibidem ita. *Optimum est continuo cogitare creaturas nos esse, & animalia infirma: Creatorem verò Deum, & optimum vitæ nostræ curatorem. Hoc verò ante omnia, oratio perfecta præstat: nemo enim putat rei, qua prosint, nisi prius accipiat certam fidem, Deum preces exaudire, & implere posse, quod petitur. Precatio autem vitæ nostræ auxilium est, colloquium cum Deo, obliuio terrenorum, via ad cœlum: & rectas tendere in cœlum manus, formam est exhibere Christi Crucifixi.* Et quomodo non litauit hæc victima, quæ opimam illam, & diuinam, modo vtcunque repræsentat, sed ipsam Crucem, trophæum scilicet Christi victoris, in semetipsa ad viuum erigere videtur? Hinc iam capies D. Ambrof. de D. Agnete locutum, lib. 1. de Virginib. vbi ita. *Tendere Christo inter* D.Ambr. *ignes, manus, atque in ipsis sacrilegis focis, trophæum Domini signare victoris.* Quia Crucem expansis palmis referebat. de Seraphinis Isaiæ, inter orandum Crucifixis, dixi supra in hoc tractat. num. 5.

Hoc ergo erat, quod edoctum volebat D. Bernardus, serm. de quatuor modis orandi, ad initium: vbi de obsecratione, ita. *Maximè verò, illud, obsecratio est manifesta: per passionem tuam, libera nos Domine, & cætera in hunc modum. tale enim videtur, ac si latro deprehensus, & iam vicinus suspendio, quando veniam desperat, nec inuenit in se vnde veniam deprecetur, extendens brachia dicat: quia sic passus est Christus, vt eorum, à quibus tenetur, animos moueat ad pietatem. Credo ego de his talibus dici posse: regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Quid ergo si illius latronis instar, prædicti obsecratores, brachia extendant, Crucem forment, & Patri passum Christum repræsentent? certè non solum pia viscera mouebunt, sed & cœlestes thesauros piissimâ diripient violentiâ: quasi forma ista orandi, clauis adulterina legitimè sit vocanda, cui sanctissimis dolis portæ illæ æternales reserentur, cælo in prædam sanctissimis his latronibus iam cessuro. Argutè proinde Prud. Prudent. in Agone D. Fructuosi. 687.

Nexus denique, qui manus retrorsu,
In tergum, reuocauerat reuinctas,
Intactâ cute, deciderunt adusti:
Non ansa est cohibere pœna palmas.
In morem Crucis, ad Patrem leuandas,
Soluit brachia, quæ Deum precentur.

Videant nunc Hæretici, an hic, orandi modus, sit nouitius, tu vide Patres ad illud Exod. 17. v. 11. de Moyse ad orandum, Crucem formante. mihi paginam claudat vnus Ambrosf. serm. 56. *Ipsius* D.Ambr. *etiam incessus hominis, cum manus leuauerit, Crucem pingit: atque ideo eleuatis manibus orare præcipimur, vt ipso quoque membrorum gestu passionem Domini fateamur. tunc citius nostra exauditur oratio, cùm Christum, quem mens loquitur, etiam corpus imitatur. hoc exemplo Moyses sanctus, cum contra Amalec bellum gereret, non armis, non ferro, sed eleuatis eum, ad Deum manibus superauit.* Scilicet, multi sic apud Deum, quem oras, ille corporis habitus, exterior illa humilitatis dispositio, quâ componeris: tunc potentiùs exorando, cum crucifixum & humilem repræsentas. Sed ad mortificatam formam Borgiæ, dum oraret, ista fatis.

§. VIII.

Eucharistia Nota est, & illa arcana, per quam Iusti, cæterorum diuinorum beneficiorum Notas mysticas probè callent, & dæmonis dolosè benefici, fallacias deprehendunt: Eucharistica verò Nota, solummodò per Fidem adeunda. Borgia scientiæ huius, optimus Notarius.

Fuit *Nota* apud veteres, abbreuiatio quædam, quâ sæpè per vnam tantum litterulam integra dictio, & plerunque tota simul sententia exprimebatur. Hinc erat vt scriptores veloces siue notarij, longum Oratoris sermonem, sic facile uter audiendum describerent, vt calamo, dicentis 688.

linguam

linguam præcurrentes anteire viderentur. res notissima. Sed præter has vulgares, communesque singulis gentibus Notas & abbreuiationes: etant aliæ quædam arcanæ, extraordinariæ, & insolêtes, vt pote ad singulorum libitum institutæ (hodie *Cifras* dicimus: Amicis tantum mutuo consensu agnitæ, quibus secreta sua, non aliis capienda, iouicem significarent. Ex sacro profanoque penu multa huc afferri possent: nisi sic auidam falcem
Pineda. in has messes iniiceret Pineda, vt nec minutam spiculam relinquere videretur. Lege si lubet virum magnum, lib. 5. de rebus Salomonis, cap. 13.
Ps. 110. v. 4. Ex his ergo ad rem Eucharisticam, non temerè quis putauerit explicandum illud Psalmistæ: *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.* Psal. 110.
Vatabl. v. 4. alij vertunt *Memoriale fecit.* Vt enim in Enchiridio & Memoriali, ad epilogum reducimus, & abbreuiamus, quod alibi dilatatum exhibuimus: sic in Eucharisticâ escâ, omnia mirabilium suorum beneficia, collegit Christus: quasi omnium in istâ, summam, atque epilogum constitueret. Semel carnem assumpsit Christus induendus: passim hodie panis habitu induitur: & vt latet sub carne Verbum: sic sub figurâ panis caro delitet. Nascitur semel è Virgine, qui millies ac millies Sacerdotum verbis, hîc renascitur. Cruentum se olim obtulit in Cruce sacrificium: at in arâ, ipsissimam hostiam, sed incruentam offert frequentissimè. Si resurgens, ascendit in altum, in maiestatis cœlo futurus nobis aduocarus: in amoris & deliciarum cœlum, Animam scilicet puram passim intrat, sponsus suauissimus futurus. Si inde nobis Spiritum sanctum emisit: in hoc epulo ipse quotidie, cum Patre & cum Spiritu sancto nos sanctificat. Si ergo nihil aliud est *Nota*, quam longarum dictionum breue signum: merito hoc signi siue Sacramenti nostri memoriale, notam dixerim, quo longa beneficia breuiantur.

689. Hucusque plana ista, & cuiuis vt pote quæ notam vulgarem, communem, & notissimam inculcant: at Eucharistia, non solum nota est, sed insolens & arcana: sicque scatens mysteriis & prodigiis in Dei, iustorumque commercio: vt nullus hucusque mortalium, similem aliquam, humanis negotiis tractandis, notatiacam artem posset inuenire. Attende lector. Habent quidem arcanas notas Principes, quibus ad suos vtuntur: & istas sæpè diuersas: vt quod certis tantummodo volunt apertum, celetur aliis. At quis vnquam Principum vnam tantummodo, & certam inuenit vnquam, qua cæteras omnes notas suas licet ab hâc diuersissimas, sic comprehenderet: vt si Amico priuatissimo hanc communicatet: eò ipso infallibiliter ille, cæterorum Ministrorum notas priuatas intelligeret? ego saltem nondum vidi. Habent Principes non solum notarios, his notis suis & cifris (liceat deinceps hac voce & similibus vti, vt vulgo nostro capiar) scribendis: sed etiam alios, si fas dicete exnotatores, & discifratores, qui hostium Cifras, & occultissimas notas, per non leuis sudoris laborem, aucupantur quandoque. Sed neminem vnquam Regum audisti sic fælicem, qui vnâ certâque notâ, cifras suas discretas omnes comprehendetet: quæ pariter fœlicior omnes hostiles cifras exnotaret, omnês aduersantium notas discifraret. Vos tantum est Princeps Christus, qui hanc Magistralem notam, scilicet Eucharistiam, potuit inuenire: per quam qui priuatissimus fuerit Amicus, non solum cæteras diuini Regis notas, quantumuis diuersissimas fœlix & facilis penetrabit: sed etiam dæmonis notas, & hostiles fallacias egregius discifrator exnotabit: & ex diuinis, quas capit: (non propter similitudinem, quin immo propter enormodam contrarietatem) dæmoniacas deteget, nullo penè labore fatigandus. Id augutor ex versione Hebræa, quæ sic habet: *Memoriam fecit* Hebr.
mirabilium suis: predam dedit timentibus se. Non itaque solum est memoriale quoddam beneficiorum, & operum mirabilium, sed etiam memoriale, epilogus, immo nota & cifra, ipsis dominicis beneficiis seu mirabilibus: id est quasi clauis quædam eisdem reserandis, & penitus agnoscendis: quia omnia diuina beneficia, quasi per notas eduntur, vnde nobis difficilia intellectu Sed parum hoc: cum enim sacræ & arcanæ notæ hoc habeant priuatim, vt hostiles dæmonis notas exnotent & discifrent: id Eucharistiæ singularissimè concessit, vt quæ esca est, sit etiam *Preda*, non vtcunque, sed prædatrix: quia dum hanc in Amoris spolium accipimus, pariter etiam dæmonem spoliamus: inde ab illo preciosissimam agentes prædam, quod omnes illius arcanas notas, hac vnâ fœlicissimè exnotamus. Non potui rem difficilem, aut breuius, aut planius expedire: quæ iam subsequentibus exemplis fiet manifestior: vbi dæmonis subdolè benefici Notas, Deique verè benefici Antinotas: vtrarumque Eucharisticam exnotationem propalabo.

Prima vtriusque Nota, & Exnotatio.

Prima dæmonis nota, licet frequens arcana 690.
tamen, qua incautos decipit, miseros eludit, illa est, cuius arte, nunquam sæuius nocumentum homini importat, quàm dum promissa vel præstita beneficia, eiusdemmet infelicis, oculis proponit. fusè in Protoparentum casu id expendo. Promisit diuinitatem Euæ, callidus hostis: tunc addit textus: *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum,* Gen. 3.
ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque dele- v. 6.
ctabile: & tulit de fructu illius & comedit: deditque viro suo, qui comedit. Genes. 3. v. 6. Notarunt ferè omne prisci Patres, ex oculis totum damnum prouenisse. Sed tu pende, cur, cum ptius iam lignum vidisset Eua (quæ ex contextu, iuxta illud fuisse coniectatur, ptius quàm cum serpente colloqueretur) ounc id, veluti nouum referatur: de quo Rupertus. *Edici satis non potest, quam non* Rupert.
leuiter dictum sit: vidit igitur mulier: quasi nondum vidisset, sicut nunc vidisse dicta est: & reuera, nondum eo modo viderat, quia cum hâc præsumptione, qua nunc intuita est, nec dum consideraverat. Et quid hoc fuit aliud, quam pomum iam satis visum: sub nouâ visibilitatis conditione scrutari? quid ita? quia donum alias à Deo negatum, à dæmone demonstrante quasi beneficium accipiendum, Euæ porrigebatur: nec poterat iste sæuior nocere miseræ, quam dum illi, sub nouo, suoque, visibilitatis genere pomum proponebat: Nota enim quam mitam oculorum conditionem subiret iam Eua: *Vidit quod bonum esset lignum ad vescendum.* Quò ruis infausta! Oculis de gustu credis? Et quod aspectu pulcherrima, nascuntur venenata? ô quàm desipis, quæ sapores non palato discernendos committas; sed puppillis. Benè Galfridus ad 4. Reg. Galfrid.
cap. 5. *Peccauit Eua per visum, lignum vetitum intenens, sic oculis delectata, vt nescio quomodo viderit,*

quod

quod suaue foret etiam ad vescendum. Sed quidni perturbentur obiecta sensuum, vt noceant: si præstigiator dæmon, quasi nouo adhibito fuco, pulchrum aliàs pomum, pulchrius videtur reddidisse, vt dono suo, & beneficio sic visibili, miseram fascinaret? Ideo Philo Iudæus lib. de Opif. Mundi, in serpente, deceptricem intelligens voluptatem, ita scribit. *Voluptas suas præstigias & fraudes, viro non audet admoliri, sed fœmina, & per* Phil.Iud. *hanc illi.* præstigias itaque fecit: vt iam pulchrius, visibileillud donum videretur, sæuiusque noceret.

691. Hoc est quod additur, vidisse Eoam lignum, *pulchrum oculis, aspectuque delectabile.* Quasi prius, non ita pulchrū, non ita delectabile iudicasset. Propterea D. Gregor. Nazianz. Orat. in nou. Dum. ita, D. Gregor. Naziam. hunc ab exemplo, nos instituit. *Pulcher erat ad aspectum, & bonus ad esum, fructus ille, qui mihi mortem intulit, proinde colorum vitreme fugiamus: ad nos ipsos, oculos conuertamus. Caue ne te pulchra atque eximia forma cupiditas superet: ac ne ad leuem quidem, si fieri potest, fortuitamque aspectum, palpebra te transuersum agant: quod quidem assequeris si tibi Euam animo propofueris, dulcem illam illecebram, charum venenum.* Vbi pende exemplo Euæ, exemplum etiam Adami coniunxisse: vt enim illa, pomo pulchro, sic iste pulchrâ fœminâ decipitur. vnde iam capio quod additur: *Deditque viro suo, qui comedit.* Cur enim Adam, tam facilè præcipitaretur, & ne delicias suas contristaret, in barathrum immane rueret, nisi quia quod Euæ cibos, hoc illi Eua fuerit? ergo vt pomum iam fucauetat callidus præstigiator, Euæ impensius placiturum: sic & Euam fucauit, vt tanquam dulcis illecebra, venenom charum, abriperet Adamum. Vidit rem Nicetas, Gregorium sic paraphrazans. *Vi-* Nicetas. *dendum itaque tibi, ne cum palpebris abripiaris, atque Eua tibi, animo proponenda, quæ quidem dulcis impostura erat, ob conspicuam ipsius formam, & incautatis chara propter illicientem, & delinientem voluptatem: fœmina enim, velut esca vitam, ad se trahit, ac veneno inficit, voluptuariisque gestibus ac sermonibus ac rebus, quasi quibusdam præstigiis ludificatur: quibus ad acerbissimum animæ interitum, & exitum, illectus pertrahitur.* Sic fœmina virum traxit, vt esca fœminam: quidni? erat Eua iam Adamo dulcis impostura, incantario chara: credo, quia vt ista pomoro iam visum dæmonis præstigiis, pulchrius denuo iudicauit: sic eisdem falsito pulchriorem, & inde chariorem Adamus vxorem suam vidisse visus. Fuit ergo arcana dæmonis Nota, occulta cifra, quâ dolosum donum obtexit, illa eiusdem ante male affectos oculos appositio: aliter enim quàm pro solito, & pomum vxori, & vxorem marito apposuit visibilem.

692. Iam Christus dæmonem, gulæ iaculis decertantem triumpharat: cum ille volens ducitur ab isto in altissimum montis cacumeo, quod vel cœlo præstabat basim, vel sibi, ab stellis coronam comparabat: longè altius certè, quam pinnaculum Templi, vbi vanæ gloriæ tetia, à Christo confracta dæmon deplorauetat, & quorsum id? vt in sacrilegæ adorationis mercedem, quidquid erat potentiæ & Maiestatis offerretur. *Assumpsit eum* Matth 4. v.8. *diabolus in mōtem excelsum valdè: & ostendit ei omnia regna Mundi, & gloriam eorum, & dixit: hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Matth. 4. v. 8. Sed nónne poterant ista, in deserto gulæ, vel in pinnaculo, vanitatis scammate, promitti? quidnam esset in monte aptius, vt auaritiæ iacula, vt tot donorum machinæ efficaciores putarentur? non tam in offerendis donis & beneficiis, quàm in modo offerendi, vim postremæ, & validioris tentationis, dæmon collocaret, scilicet è defetto humili, è pinnaculo non ita edito, non tam promissa dona ostendere, quam solummodo poterat promittere: vim autem totam in eo præsumebat, si dona sua redderet visibilia: si ob oculos poneret beneficia. Ideo priusquam promittat, ab altissimo monte, *Ostendit ei omnia regna mundi.* Quasi dixerit: forsan ideo primis duabus tentationibus, paratus dolus fuit deprehensus, quia oblata munera ibi, arcanis Notis nostris fuere destituta: nec obieci cibos gulæ visibiles & nec præsentes exteriores plausus, elationi apposui: nunc vero tot oblatis donis, hisque arcanâ visibilitatis Notâ inuolutis, quî deptehendar? ita est: inuoluuntur & implicantur doli dæmonis, oe agnoscantur, ipsamet, mirum dictu! donorum suorum visibilitate: ideo sola impeccabilitas Christi, in tam occulta lubricæ visibilitatis Notâ, non periclitabatur. Id insinuat Glossa, in Cat. Aureol. ad hunc locum, hinc maximè victorem Christum celebrans: *Qui non concupiscentiæ oculo intuetur, si ut nos: sed, sicut Medici vident morbos, sine læsione.* Glossa. Quasi ni Medicus diuinus foret: ni IESV, seu Saluatoris oculis cerneret: saltem periclitaretur, ad tamque obscuram Notam caligaret.

Cape iam Antinotam diuinam, vnde arcana dæmonis Nota, falsumque beneficium agnoscatur. 693. Nunquam diuina beneficia ad vtilitatem effectus veniunt manifestiora: quam dum sunt oculis minus visibilia: quò occultiora subtrahuntur aspectui, eo efficaciora prosunt necessitati: vnde & dicunt manes qui sic accipis, quia & beneficia nuuo fidei merito cumulata, aliis accipiendis substernuntur. Trepidauit Giezi dum vrbem accincto milite, cataphracto equite, & falcato curru tota denique Syrij regis potentiâ ad perdendum Elisæum, feruere cernit: subrisit Propheta subdens. *Noli timere, plures enim* 4 Reg. 6. v. 16. *nobiscum sunt, quam cum illis. Cùmque orasset Elisæus, ait: Domine, aperi oculos huius vt videat, & aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum & curruum ignœorum, in circuitu Elisæi.* 4. Reg. 6. vers. 16. Certum puto, cœlestem hunc exercitum, non prius visibilem formam induisse, quam Elisæus oraret: aliàs absque necessitate miracula multiplicarentur: si visibile obiectum, tunc puero occuleretur, cum iam erat Prophetæ manifestum. Ergo cum Giezi (si fortè is erat) animauit Elisæus, bonoque illum animo esse iussit: auxilium sibi potius credebat adesse, quàm videbat. Sed vnde quæso, non solum pari, sed etiam maiori numero, nouit sibi cœlestes milites propugnatores venisse: quàm terrenos oppugnatores puer timuerat? cur non solum sufficiens, sed etiam cumulatum superabundansque auxilium fore præsumpsit? quia nimirum beneficium è Deo erat, non tam oculis expositum, quam fidei commendatum: vtque erat Deo familiaris, agnoscebat Propheta eiusdem Notam, eò maiores irrogari gratias, quò veniunt occultiores. Diuus Ambrosius sermon. 86. *O fides Sancti Prophetæ, non timet aduersarios, quos prospicit, quoniam scit Angelos secum* D. Ambr. *esse,*

eſſe, quot credit: non metuit inſidias quia cæleſtia adeſſe ſibi nouit auxilia. Spiritualibus ergo oculis Eliſæus, & acie fidei, auxilium inuiſibile iam videbat: quod quia externis oculis non apparet, prudenter cumulatiſſimum præſumitur: eo enim benignior Dominus atque ad miſericordiam profuſior: quò occultiora irrogat beneficia: vt denuo fidei accipientis merita cumulauerit. rem claré & grauiter Ambroſius pergens, ſic expreſſit.
Idem. *Videte beatitudinis meritum: Propheta nuntiat etiam de multitudine: cum puer adhuc incertus ſit de ſalute. Spiritales oculi carnalibus quanto plus cernunt: hic perſpicit armatorum numerum: & ille non cernit defenſionis indicium. Quanta eſt diuina Miſericordia! defertur hominibus beneficium, nec videtur auxilium, periclitantem conſequuntur, & neſciunt. Hæc eſt enim pietas Saluatoris, vt interueniat ſaluti, & non ſe prodat aſpectu: ſentiatur beneficiis, & non cernatur obtutibus.* Non ſibi proinde; ſed meticuloſo puero, fieri viſibile beneficium orauit Propheta: vt & puer deinceps animoſiori fidei aſſueſceret.

694. Suauiſſimi amoris fuit ſpecies illa, ſub qua Chriſtus reſurgens exhibuit ſe Mariæ. Glorioſus, & opimis ſpoliis triumphator, nec dilectæ memoriam deponit, nec amatoriam metamorphoſim obliuiſcitur: ruſticum ſimulat, indutum panno, peronibus calceatum, ligonéque inſtructum: ita
Ioan.20. v.15. vt exiſtimaret Maria, *quod hortulanus eſſet*: Ioann. 20. v.15. & bene inquit Chriſtus, quoniam (verba
Drog. Oſt. ſunt Drogonis Oſtienſ. lib. de Dom. Paſ. *Mens tua, hortus meus eſt: benè exiſtimaſti, quia Hortulanus ſum: ſecundus Adam ego ſum, operor cum cuſtodio paradiſum meum. fletus tuus, pietas tua, deſiderium tuum, opus meum eſt*, quot lacrymas Maria fuderat, tot ductibus hortum ſuum diuinus irrigauerat hortulanus: quot illa exercebat virtutes, tot iſte curæ ſuæ plantas, & flores ſuauiſſimos numerabat, pergit Chriſtus apud Drogonem:
Idem. *Habet me intus & neſcis, ideo quæris foris.* Neque enim ſic piè perſiſteret Maria, niſi Dominos amantem animaret. Plana hucuſque iſta: non ita quæ ſequuntur: de Chriſto enim in propriam
Ioan. 20. v.16. iam formam reſtituto, ſubdit Euangeliſta: *Dicit ei* Iesvs, *Maria: conuerſa illa dicit ei Rabboni (quod dicitur Magiſter) dicit ei* Iesvs, *noli me tangere*, &c. v.16. Cur enim Chriſtum non tangat, cur ſacros eiuſdem pedes non teneat Maria, cuius deſideriis ſe prius, quam cæteris Apoſtolis exhibuit videndum? quia piiſſimus ardenti charitate amantem redamabat: cupiebatque vt inuiſibili potius beneficio, (quo tot virtutes in eius ſpiritu fouebat intus) contenta foret: quam vt externam & viſibilem præſentiam ambiret. quorſum ergo foris apparet? pulchrè concludit Dro-
Drogo. go. *Ecce & foris apparebo, vt te introducam: & inuenias intus, quem foris quæris: Maria noui te ex nomine, diſce me cognoſcere ex fide.* Quia vt profuſius foret beneficium & vberiores gratias acciperet Maria: fide potius, quam oculis, erat Dominus inquirendus: eò ergo tantummodo foris apparet, vt intus illam, cumulatius ditandam introducat quaſi dicat: ô Maria, ſi te in charitatis penitioris ſignum noui ex nomine: cur tu Notas & cifras meas non agnoſcis? cur non me tunc largiorem intelligis, cum me fidei commendo: dum ſentior beneficiis neque cernor obtutibus?

695. Mira ſunt illa Eccleſiæ vota, ad eundem hunc
Cant. 8. v.14. Dominum reſurgentem, quem hîc tam anxiè retinere, conabatur Maria. *Fuge dilecte mi, & aſſimilare Capreæ, hinnuloque ceruorum, ſuper montes aromatum.* Cant. 8. v. 14. inſpice, quantum ænigmatis, hic deliteat: Amor abſentiâ torquetur, nec aliunde altius, quàm dilecti ſeparatione lancinatur: ideo per tela, per ignes, præſentis amplexum ſuſpirat, inhiat commercio: quid ergo Eccleſia dilecti Iesv abſentiam vltro ſollicitat? nimirum licet ardentius quàm Maria, longè tamen prudentius diligebat: captabat ſibi, ſuiſque Chriſti fauores, gratias ſollicitabat: intelligens diuina beneficia, eo vtiliora fore, quò occultiora, abſenſentem cupit oculis, quem cordi præſentiorem retineret: ergo vt indulgeat fidei, adimit volu-
ptati. D. Iuſtus Orgelit. ibi apud Ghiſl. ita. *Qui conuerſatus et nobiſcum in terris, pronus regredere ad ſuperiora, ſicque aſcendens in excelſa, qui neque appares obtutibus carnis, adeſto ſemper oculis cordis: vt te in fide retineamus, quem aſpectu non cernimus.* D. Iuſtus Orgel.
Quaſi in hac peregrinatione longè ſibi per fidem vtilior eſſet Chriſtus, quam ſi humanis oculis cerneretur: & hæc foret ſumma Domini miſericordia, vt interueniret ſaluti, neque tamen conſpectui præberetur: implet ergo Eccleſia, dominicam & arcanam Notam probe callens, quod adhuc ignaræ Mariæ mandabatur.

Beneficia Chriſti, & victorias bono noſtro re- 696.
portandas: celebraturus Iſaias, ſic erumpit: *Iu-* Iſaiæ 9. v.4.
gum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die Madian. cap. 9. v. 4. innumeras, & mirabiliores victorias, reportauit olim Iſrael, Deo auſpice, ab hoſtibus ſuis: quàm iſta fuerit, quâ Gedeon Madianitas triumphauit: cur ergo hæc vna maximè vocatur in exemplum? fortaſſe quia in hâc, occultiori beneficio, immiſſo nec tamen viſo auxilio, triumphus paratus fuit. Lege totum c.7. Iudic. vbi ne- Iud.7.
que, vt poſtea contra Aſſyrios Angelus iugulator expeditur: neque vt tempore Ioſue, cœleſtis eques cernitur auxiliator: ſed manu omnino abſcondita, proſtratas hoſtium acies, hinc panico timore turbatas, inde amenti furore in ſe conuerſas obſtupuit Iſrael. Fauet D. Hieronymus in
Iſai. vbi ita. *Tibi liberatos ſeruire feciſti, abſque vllo* D. Hieron.
exercitu, & abſque effuſione ſanguinis, in abſcondita manu: ſicut quondam ſub Gedeone populo Iſraeli, de Madianitis victoriam præbuiſti. Quaſi inde hoc beneficium pluris æſtimandum, quod non viſibili auxilio, ſed fidei ſperantium commendatum exhiberetur. Sunt grauiſſima in hanc mentem, licet non ad hunc locum, verba D. Ambroſij ſerm. 41. vbi comparans beneficium illud, quod nobis Chriſtus contulit, dum ſub tot ſenſibilibus miraculis in Iordane baptizatur: cum illo, quod quotidie accipimus, dum baptizamur: poſt mul-
ta, ſic ſcribit. *Tunc Trinitatem carnalibus oculis vi-* D. Ambroſ.
dimus modo eandem Trinitatem, fidei oculis contemplamur. Tunc Chriſtum vix humanus vultus aſpexit, nunc eundem mens humana complectitur: tunc Spiritus ſanctus velut columba ſpecie hominem circumfudit: modo ſe in interiora hominis, ipſa virtute diuinitatis infundit. Tunc Pater à Domino, propter filium longo auditu vocis aduenit: modo autem deſcendit ad nos, ipſe pariter cum filio. Plenior ergo gratia eſt, vbi Deus non aſſumptâ ſpecie deſcendit ad homines, ſed propria ſubſtantia, deſcendere dignatur ad filios: ibi enim tanquam incredulis, fidem vult ſignis corporalibus perſuadere: hic tanquam fidelibus gratiam ſpirituali virtute conferre. Habent ergo Dei beneficia Antinotam, Notæ beneficiorum dæmonis intelligẽdæ, atque eiuſdẽ dolis euertẽdis, quod hæc tunc

ſauius

fæuius noceant, cum oculis exhibentur: illa tanto sint vtiliora, quo magis fidei commendata aspectui subtrahuntur.

697. Quis iam non videat, quam facilè qoi Eucharistiâ fruimur, & notam dæmnnis, & Dei Antinotam exnotemus? scimus latere sub forma Panis, & vini: non aliunde tamen apertiora sentimus beneficia ad vtilitatem, quam dum minus aspectui committuntur. accepta dona, datæ fidei meritis compensamus: sic & accipientes obæramur, & soluimus reddentes. vnde & cætera dioina beneficia hac magistrali Nota exnotabimus: & dæmonis dolosè benefici Notas irridebimus conscij, ibi sæuius abscondi nocitura, vbi suauius oculis obiecta blandiuntur. Lux ergo nobis sed velata, est Eucharistia: qua & tenebras dæmonis fugamus, & Domini mysteria, in eiusdem castris, subsequimur adorantes. Pulchrè Drogo

Exod. 13. v. 21.

Ostiens. citatus, expendens illud: *Dominus autem præcedebat eos, ad ostendendam viam per diem, in columnâ nubis*, &c. Exod. 13. v. 21. sic scribit.

Drog. Ost.

Quæ est nubes quæ præcedit veros Israelitas. nisi verissimum & sanctissimum corpus tuum. quod in altari sumimus, in quo velatur nobis altitudo Dei, &c. *Hanc nubem totus exercitus tuus sequitur, Dominus Rex Sabaoth: qui autem non sequitur eam, in tenebris est.* Nobis ergo dux est, vt expulsis tenebris & dæmonis versutias agnoscamus: & in Domini castris quasi familiares militemus.

Secunda vtriusque Nota, & Exnotatio.

698. Dilatat promissa sua dæmon, accumulat dona, & quàm potest ingentia aut offert, aut præbet beneficia, omnia denique ampliata illa & protensa, allieiendo homini impendit: sed eo ipso Notis suis pestiferis obsignata: sub ingenti enim mole, & tumidâ sub specie quidquid est caducum porrigit, vt æterna surripiat: multa quantumuis tibi offerat, plura è te captat. Cape iam miser mortalis arcanam & noxiam Notam hostis subdolè benefici, quò liberalius, in amplioris speciei apparatum munera dilatat, eò te sæuius perdere conatur: immensa pompa peribis, & ipso rerum pondere, ipso beneficiorum onere opprimeris. Assumpto in montem Domino, ostendit illi omnia

Matth. 4. v. 9.

regna mundi, & gloriam eorum: & subdit: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Matth. 4. v. 9. vtque pollicetur, etiam si posset, omnia tribueret. vt quem suspicabatur hominem, ad se traheret. Sed quò tendis perfide hostis? si vni impendis omnia, quid cæteris reseruas capiendis? an iam cæterorum euersionem nihil curas? qui omnes machinas huic vni sic admoues euertendo? absit. Nouerat scilicet sic omnia vni donata, ad se facilè, aliis decipiendis reditura: neque enim limitatum hominis vasculum tanta caperet, quin subitò, ipsa mole rumperetur. Non foret fons liberalis, sed destructor, si totus in vrceolum infundi vellet, nec tantillæ capacitati attemperari: ipso munere frangeret accipientem. Grauissimè D. Cyprian. (si forte is est) lib. de Oper. Card. Christi, serm. de Ieiun. & Tent. ad hunc locum.

D. Cypr.

Talia pollicetur, vltra quæ extendi non possit cupiditas: regnorum scilicet omnium Monarchiam & vniuersitatis dominatum: vt in omnibus mundanis vnus homo quasi Deus habeat potestatem: & vni omnia subiecta sint: & generale vectigal excellentiæ principali, cuncta persoluant, &c. *Peremptoria sunt hæc consilia, quæ tibi talia pollicentur: in quibus te necesse est aut vomitu, aut ruptis interire visceribus.* Vt non solum accepta euomas, miserè restituenda fallaci: sed & cum illis per summam iniqui fœnoris iniustitiam, spem salutis æternæ cum anima proiicias.

699. Adhuc profusiorem se edidit Protoparentibus: magis maiora promisit, & in augustiorem speciem munus ampliauit: *Eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum.*

Gen. 3. v. 5.

Gen. 3. v. 5. vt non solum omnes Dei creaturas, proprio iure sibi possidendas: sed ipsum etiam diuinitatem præsumerent participandam. Satagebat nimirum callidus serpens, non vtcũque Protoparentes lædere: sed penitus à Deo alienare: vtque illos eximiâ præuentos gratiâ agnoscebat, nec facilè labiles: totum quod polliceri potest, infert mendax: vt sæuus totum quod auferre cupiuerat, extorqueret. idem Cyprianus (vel quisquis est elegantissimus Auctor) loco citato.

D. Cypr.

Malum hoc Adam in Paradiso pulsauit, & strauit: cum subiectionem, quam Deo debebat, fastidiens, appetiit dominatum: & cum vellet esse sicut Deus, sine Deo se vidit, & nouit, &c. *Ad suasionem Diaboli, animam vanitati subiectam deiecit ambitio poteratque exterminio eius posteritas didicisse, quam misera mutatio fuit, de delicijs ad spinas & tribulos emigrasse: & rastris ligonibusque auaritiam condemnatam.* Non potuit minori fœnore, noxius spei fallacis fructus euomi: eripitur Adamo Deus, & quidquid cum Deo habebat preciosum: qui pomposum tumida promissione pomum à dæmone deuorarat. Hinc est quod additur: *Cúmque cognouissent se esse nudos, consuerunt sibi folia ficus.* vers. 7.

Gen. 3. v. 7.

Vt nihil inanius miseris, vilius nihil quæri poterat: sic aliunde aptius miseriæ iam suæ protestandæ: dilatauerat dæmon promissionis suæ pompam, in immensum fucauerat pomum, vt quasi diuinitate grauidum, conceptæ diuinitatis mole turgesceret: cum rè vera terrenus fructus, quo ad promissum attinet, potius abiecto foliolo, ventorumque ludibrio foret comparandus: quidni ergo iam foliis addicantur, vnde conceptam fallaciam testentur? Germanus Constantinop. Orat. 3. de Cruce, apud Grethser.

German. Constant.

An non illusus est homo à diabolo qui cum eum ingenti spe diuinitatis pauisset: tandem totam illam spei turgidam molem, ad folia ficus transtulit? Et benè, non vtcunque, sed in vestem consuenda folia assumuntur: fecerunt enim *Perizomata*: vt qui regiam Diuinitatis Purpuram, è dolosè benefico dæmone sperabant, vilissimam foliorum telam compararent. Ideo D. Leont. Arabis. quem in opere Concept. fusius ad rem aliam expendi: de dæmone locutus.

D. Leon.

Illius induens nuditatem, purpuram esse regalē, ficus folia composuit. Nesciunt aliò turgentia dæmonis munera, & pomposa recidere promissa.

700. Non abest ab huius doctrinæ scopo, id quod scribit Lucas, de dæmonio illo, quod Dominus eiecit: *Erat* IESVS *eiiciens dæmonium, & illud erat mutum.* cap. 11. v. 14.

Luc. 11. v. 14.

duo expendo: non tam hominem dici mutum, quam dæmonium: cum re vera ille obmutesceret, & dæmonium solummodo ab affectu tale dicatur. deinde, ita signanter dæmonium *illud* mutum appellari, quasi à diuerso affectu, alia sint dæmonia loquacissima. ita est: nisi quòd & ipsum dæmonium, quod è se totum garrulitas est, ea ipsa importuna garrulitate, mutos surdos & stupidos reddit miseros illos, quibus fabulas suas insusurrat. quid ita? quia dum perdendis illis laborat vnicè, sic perstrepit multa connectens, & mira, quotquot sabeunt, promittens: vt infælices tandem obtuat, & in truncos quodammodo conuertat. Isaac Monachus ibi apud

Godefr. post multa de priuatis singulorum dæmoniis; pissima iam humilitate, de suo sic concludit. Isaac. *Meum mihi dæmonium, loquacissimum est: & de mundi huius gloria, & decore, & deliciis, longissimas & mendacissimas fabulas texit: de illis mille suspiciones susurrat, mira promittit, minatur. Nunc de scientia, nunc de religione, nunc de genere, nunc de gratia, nunc de eloquentia mecum multa concionatur: ita sibi sæpè meas aures auellit, vt nec legere, nec legentem audire vacuum sit: vnde & mihi loquens, me penitus mutum efficit, stupidum reddit & surdum: & hinc mutus dicitur spiritus malignus, quia quos inuadit, mutos facit à laude Dei, & proprio officio linguæ rationalis.* Quasi omnia accumulet, omnia promittat, impendat omnia, vt tandem miseros obruat, & stupidos reddat, quibus frequens tam nimia insusurrat: quid non obrueret præbitis, si promissis tantummodo sic obtundit? sed nescit dæmon modum, odit mensuram, vt ipsa dilatati muneris mole opprimaris.

701. Alliciebat Princeps Ægyptius Iacobum, filios eius, totamque sanctissimam Patriarchæ familiam, vt ad se veniret dicens: Gen 45. v.18. *Venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis medullam terræ.* Gen.45.v.18. Deinde addit ad Ioseph: v.19. *Præcipe etiam vt tollant plaustra de terra Aegypti, ad subuectionem paruulorum suorum & coniugum.* v.19. Licet paruulis & vxoribus plaustra & currus, essent aptiores, & ideo hi tantummodo exprimuntur: Rex tamen etiam Patriarchis ipsis, vt putat citandus infra Cyrillus, plaustra & currus apparabat. Sed cur in tam profusa liberalitate, qua omnia Ægypti bona promittuntur, v.20. *omnes opes* v. 20. notanter solummodo plaustra putauit exprimenda? respondet D. Cyrillus Hierosol. D. Cyrill. lib. de Adorat. in spir. & verit. *Aegyptiorum dux quietem & delicias illis promisit, & currus insuper addit, vt demulceret eos, opinor quibus descendere graue erat.* Benè: cur tamen demulcente blandimento opus esset? cur graue foret descendere his, quibus *omnia bona, omnes opes* Ægypti promittebantur? immo propterea, ni fallor; licet enim Notam hanc arcanã Ægyptij regis, inferni scilicet satellitis, ėxnotare non facilè possent Patriarchæ, at saltem suspicarentur, multum sibi futuri damni, sub tam immensis donis delitere: nescit enim dæmon, nesciunt tartarei ministri, vt penitus euertant, promissiones muneraque sua non dilatare: dabunt caduca omnia sed hamata, vt meliora quæ possides eripiant. Sic euenit: vnde bene Idem. concludit Cyrillus. *Descenderunt cum tota domo sua: & vbi in Aegyptum venerunt, post hac sperabant emansuros se laborem, quem domi pertulerant, præsentiumque voluptatum sensus eis dulcis erat: verum tempore procedenti ignominiosum seruitutis iugum subiit, illa olim à Patribus generosa & libera multitudo.* Huc scilicet pomposa illa munera, turgida illa beneficiorum moles deuenere.

702. Quam in contrarium tendit diuina Antinota! quàm sub alio tenore diuina beneficia conceduntur! arctat Deus dona sua, & ingentis infinitique muneris molem, in breuissimos quandoque terminos angustat, se nobis attemperans: vt absque vtilitatis nostræ dispendio limitatum, sic beneficio afficiat, ne obruat maiestate. Dedi pluscula in hanc rem, in Cant. Tropol. hîc pauca suggero, quæ ni tibi satis, inde plura repete. Ergo immensa sua dona, quæ ex se nullis terminis continentur, sic attemperat Deus; accipientis capacitati accommodata, vt proficere possint, non opprimere. Victori Abrahamo, & ingentem triumphum, è quatuor debellatis Regibus reportanti, subdit continuò Deus: *Noli timere Abram:* Gen. 15.
v.1. *ego protector tuus sum: & merces tua, magna nimis* Gen.15. v. 1. ad quem tunc Patriarcha: *Domine* v.2.
Deus quid dabis mihi? v.2. Nunquid se parua, accepisse dolet? absit: donorum magnitudinem certè recognouerat. Nunquid magnæ illius mercedis denuò accipiendæ, tenorem scrutabatur curiosus? non crediderim. quid ergo? audit à Deo mercedem sibi parari magnam nimis: & conscius humanæ fragilitatis, per heroicam humilitatem, modum mensuramque in illa sollicitabat: quasi dicat: quo vltra perges Domine? si affectui tuo piissimo, potentissimæque beneficentiæ modum non ponis, obruar mercedis magnæ nimis magnitudine: si torrens, irrigando aruo, se non attemperet, sed influat perpetuo; iam ager non in segetem pullulabit, sed potius paludis instar, obrutus inundabit: memineris ergo Domine, vt mercedi huic nimiæ modum imponas: inde congruæ liberalitati augustior, quo commodior ad vasculi nostri mensuram angusteris. Philo Iudæus lib. *Quis rer. diu.* Ita ad Phil. Iud.
hunc locum. *Non tam dubitantis est verbum, quam gratias agentis, pro acceptorum beneficiorum magnitudine. Quid mihi dabis? num est, quod sperem præterea? copiosa sunt, ô Munificentissime, tua gratia, nullis circumscripta terminis, nec modum nec finem habens, fontium more inexhausta, & subscatentes perpetuo: sed considerandus est non solum torrens exundans tuæ beneficentiæ: verum etiam arua nostra, quæ illo rigantur: nam si nimis perfundantur, stagna & paludes erunt, pro campis frugiferis. An non & mihi mensura opus est? ideo percontor, quid mihi daturus es.* Cupiebat scilicet, vt hoc magnum nimis accipiendum beneficium, amici Numinis Notam importaret: scilicet vt immensum in se, pro accepturi angustiis limitaretur.

Dubium est, quid sibi velit Dauid, dum locu- 703.
tus de Deo, sic scribit: *Dominus regnauit, deco-* Ps. 92.
rem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem, v.1.
& præcinxit se. Psalm. 92. v.1. Neque enim ita facilè, si armatus fortitudine in hostes expeditur: quid sibi velit hîc *Decor*, explicaueris. è contra vero, si fortitudo in hoc loco, de potentiâ beneficâ explicetur, qua proinde decorus, Amicis suis properat exhibendus: quid tunc præcinctione opus est? cur cingatur potentia benefica, quæ effluens, & effusa videretur liberalior? Scilicet, ne obrueret: quis enim mortalium beneficentiæ diuinæ, non statim rumpendus, dona posset capere: nisi ista, ad accepturi tenorem angustentur? D. Gregor. Nazianz. Orat. 2. de Pascha. *Deum quoque ipsum potentia indutum, atque* D. Gregor
accinctum inducit, nempe aduersus impios. Nisi tamen malit quispiam, Potentiæ exuberantiam, ac veluti restrictionem his verbis significari: quo etiam sensu, lumine sicut vestimento amictus dicitur. intolerabilem enim potentiã ipsius, ac luminis vim, quis sustinebit? Hanc restrictionem luminis, iam in citato Cant. fusius ponderaui. Ergo sicut diuina lux in cœlo, ne obruat beatos, quasi in vestem talarem, (vt ibi habet Nicetas) limitatur. Sic potentia benefica, arctatur nobis, & quasi adhibito cingulo restringitur: ne scilicet fragilitatem humanam opprimat intolerabilis.

Apparuerat Deus Iacobo, scalæ innixus & in 704.
illius semine, per Christum, omnes benedicendas

das gentes, repromisit: euigilat Iacob, locique sacri mysteria venerans, votum vouit dicens: *Si*
Gen.28. v.20. *fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo: & dederit mihi panem ad vescendum: & vestimentum ad induendum: reuersusque fuero prospere ad domum Patris mei; erit mihi Dominus, in Deum.* Gen.28. v.20. id est, ille qui mihi modo trepido, vt *Dominus* timetur, vt supremus rex colitur: iam tunc longe suauius coletur, & tanquam dulcissimus Pater, *Deusque* merè beneficus, intimis cordis affectibus amabitur. Philo
Philo. ibi. lib. de somniis. *Beneficia potentia, Deus, nomen est: regia vero, Dominus, &c. Quod intelligens meditator, vt mihi videtur, precatur rem mirificam, vt ei Dominus, fiat in Deum: volebat enim non amplius timere vt Principem, sed amanter honorare vt benè meritum.* Pulchrè dictum. Inquiro tamen adhuc, quid magnum foret si Iacobo custodia, cibus, & vestis præstaretur: vt inde benefica Dei potentia agnosceretur? si regna, si totam orbis Monarchiam, si quidquid in cœlo est, exposceret & impetraret Patriarcha, tunc apertè diuinæ potentiæ beneficentiam, meritò videretur agnoscere: at in illis necessarius, sicque limitatis munusculis: cur maximè? quia limitata, credo, ad hominis capacitatem: quia non oppressura pondere, sed vsu adiutura: diuinam beneficentiam testantur: quòd illa hinc præcipuè eluceat, quia se paruitati nostræ nouit attemperare. Nec abesset ab hac mente Philo, si huc excurreret: qui lib. de opif. Mundi, de Deo se creaturis communicante, sic scribit. *Decreuit autem gratias suas copiosè largiterque profundere, in naturam nullius bona rei per se capacem, sine diuina munificentia. Attamen non pro magnitudine gratias sua beneficus est, nimirum infinita ac incomprehensibilis: sed attemperat se ad vires eorum, quos dignatur sua beneficentia.* Vbi plura, quæ alibi iam libaui.

705. Sed tum illa dæmonis Nota, tum diuina Antinota, quàm planè ab Eucharistiæ mysterio exnotetur, tute fateberis, restinguntur hic beneficia, vt capi possint: immensum donum, sub breuissimo circulo continetur, ne maiestatis pondere obruaris. Si enim in Patria etiam vt dicebam, Dei lumen restringatur necesse est, ne Beati (quantumuis perspicacissimæ Aquilæ) offuso splendore toto cæcutiant conniuentes: quò talpæ rueremus, nisi splendor æternus arctaretur? Si Gigantes succumbunt, quidni opprimeremur pumilliones, ni ad mensuram nostram infinitus splendor temperetur? Benè Drogo Ostiensis supra citatus num.
Diog. Ost. 697. Sic concludit. *Quæ est nubes quæ precedit veros Israelitas, nisi verissimum & sanctissimum corpus tuum, quod in altari sumimus, in quo velatur nobis altitudo Dei, immensitas maiestatis tuæ: cuius & calorem & splendorem, mortalis infirmitas sustinere non posset, nisi mediatrix nubes interposita, & ardorem temperaret desuper, & totam subtus te viam præmansstraret.* Iam ergo diuinorum beneficiorum Notas, ex hoc maximè mysterio recognosces: & contrarias dæmonis Notas exnotator egregius exsufflabis.

Tertia vtriusque Nota, & Exnotatio.

706. Occultissima simul est, & periculosissima Nota illa, qua dæmon fit res obiicit abutendas: vt quidquid in illis est vmbratile, & figuratiuum: sub earundem realitate solida abscondat: vt incauti homines nihil in istis vmbræ & figuræ in-

esse præsumentes, oblectis ipsis tanquam solidis & perpetuis, nihilque figuratiuum continentibus acquiescant: ac proinde id quod præcipuè vmbratile est, tanquam vnicè solidum amplexentur. Instituebat Corinthios suos Apostolus, vt perfectissimè diuinis inhærerent: tunc sic addit: *Qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi.* 1. Cor.7. vers.31. 1.Cor 7. v 31.
Mirum dictu? nunquid non substantialia sunt, nunquid non solida, plusculaquibus mundus vti solet? ecquid solidius gemmis? quid auro, cæterisque creaturis plenius? quid realius? immo inde totum damnum prouenit; ibidem tota fallacia continetur: cum enim bona ista, has creaturarum realitates sic temperaret Deus; vt nobis cœlestium bonorum, & æternæ possessionis figuræ forent: id effecit dæmon, vt suppresso occultoque illarum figuratiuo, earundem solido, tanquam solo & perpetuo acquiescamus, æterna illa, quæ in his repræsentantur, non curaturi? euenit non raro, vt virgo nobilis, & simplex, notum anulum adamante conspicuum gestare soleat: huoc si versuta præstigiatrix surripere conetur, eiusdem formæ & operæ anulum sibi parat, vitro gemmæ simillimo conspicuum: tunc adit incautam puellam: & in eiusdem obsequium fœlicissimam pollicita incantationem, anulum petit, peracto statim negotio, reddendum. rem peragit: & ecce paolo post, suppositiitum anulum quem parat, pro vero alio subdolè obtrudit. decipitur ergo virguncula infausta: non quod æs, & vitrum acceptum realitates non sint: sed quia cum realitas sint, auri & adamantis figuratiuæ: suppressa figuratiui ratione, pro aliis merè solidis retinentur. Sic in re nostra: realia quidem sunt bona terrena, sed insuper cœlestium sunt figuræ: sub tamen realitate, figuratiuum dæmon dum abscondit, repræsentatiuum pro solido obtrudit. Fauet ibi D.
Hieronym. *Hoc seculum quasi vmbra pertransit: nolite ergo de eo multum esse solliciti, ne huius possessione, perdatis æternam: & figuram quærentes incipiatis amittere veritatem.* Est quidem terrena ista possessio, quantumuis solida, æternæ tamen figura: quam tamen dum præstigiis dæmonis se retines, quasi solummodo sit solida & perpetua: iam pro adamante vitrum: ac pro veritate, latentem, & sub realitate absconditam figuram amplexatis. D. Hieron.

Virtutes Ezechiæ Regis sanctissimi enarraturus scriptor sacer: Sic subdit: *Ipse dissipauit excelsa, & contriuis statuas, & succidit lucos confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses: siquidem vsque ad illud tempus, filij Israel adolebant ei incensum.* 4.Reg.18. v.4. ita ne? serpens ille, Dei iussu in salutem percussi à serpentibus populi: erectus, Num.21.v.9. & piè tunc à populo, in Christi figuram, in accepti beneficij, in recognitæ culpæ suæ memoriam conseruatus: tandem decursu, temporis, furoris iocentiuum, idololatriæ ansa factus est: omnino, & vnde tanta pestis ab inferno colubro inuecta. Sic erat serpens æneus ille, quædam realitas, vt melioris mysterij figura simul foret: obduxit ergo dæmon obliuionis tenebris, ealiginis cæcitate quidquid in typo erat figuratiuum, metalli realitatē tantummodo obiiciens: & solido formatæ substantię, vtilē significationis vmbram celans: ergo delusus Israel iam realitati tribuit, quod figuræ debebatur: crescentéq; indies superstitione etiā incensū adolēt, pro Deo colunt: quid non tanquā 707. 4.Reg.18. v.4. Numer 21. v.9.

figura, ſed tanquam numen opem intuliſſet. Non abeſt ab hac cogiratione noſter Sanctius qui ad hunc locum poſt multa ſic ſcribit. *Æneum illud ſerpentis ſimulacrum, monumentum eſſe debuit, qao excitati homines parentum ſuorum agnoſcerent peccatum, & impoſitum illis à Domire ſupplicium, ac tandem oblatam medicinam; & ſingalare in ea beneficium vt peccatum horrerent, Deum diligerent, & magis eſſent ia via Domini conſtantes, quàm parentes fuiſſent. Sed diabolus, qui ſerpentis in modum in hominum animos ſenſim illabitur, in eo ſerpente, aliquid perſuaſit eſſe diuinam, à quo percuſſi quondam parentes, ſalutem eſſent conſecuti.* Et qoid hoc fuit aliud; quàm figuratiuum myſterium, vmbram typicam, ſub beſtiæ fuſilis ſtatuâ, ad ſpectantium perditionem abſcondere: vt iam nihil in ſetpente Chriſti figuratiuum Ioan.3. ſed ſolidum metallum pro numine deluſi venerarentur? innumera his ſimilia, de idololatriæ origine, paſſim incurres. En tibi dæmonis notam ſubtiliſſimam; ad damnum, ſub realitatibus figutas occultare.

708. Aliò in beneficiis ſuis, neceſſariò tendet diuina Antinora: ſubſtantias ſub accidentibus, ſub vmbris & figutis, bono noſtro, abſcondit Deus, vt ſolidum ſub imaginibus deliteſcat: & ſub ſpecie realitas abſcondatur. Formam incarnandi verbi, ſub primo virginitatis voto non violando, Mariæ

Luc.1. v.35.

interroganti: reſpondet Gabriel; *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Luc.1.v.35. & cur non potius lux immenſa affulgeretur Deus de Deo, lumen de lumine, non tam ſub radiis, quam ſub altiſſimi vmbra, deſcendit incarnandus: memineris, quod paulo ante dixerim, vitam hanc noſtram, in ipsâ ſuâ ſoliditate, futuræ nihilominus eſſe vmbram, & figutam: vnde

D.Ambr.

Ambroſ. in Pſalm.118.ſerm.3. ita. *Iſta vita in corpore, vmbra eſt vita, atque imago noa veritas*: & iterum ibidem, ſerm.22.

Idem.

Quæ eſt vita, qua in vmbrâ eſt? in regione vmbra Mortis ſumus: abſcondita eſt vita aoſtra, noa libera: erit enim libera, in regione viuorum. Quod fuſè vtrobique probat ſanctus Doctor. Propterea ergo meritò nihil prius, in Incarnationis ſuæ beneficio, nihil antiquius habet filius Dei, qoam ſub Altiſſimi vmbrâ, ſe ipſum deſcendentem diſſimulare: vt ſub arcana ſua Antinota qua diuinam ſubſtantiam vmbris inuoluit, Notam dæmonis exnotaret: qui ſub ſolido vitæ noſtræ, id qood erat, vmbratile, ne nobis cerneretur, abſcondebat: vnde iam probè calleamus vtrunque, & Deum per ingens beneficium, immenſa ſua dona ſub vmbris & figuris præſtare ſolitum: & dæmonem è contra, rerum vmbras & figuras, ſub ipſarummet ſubſtantiâ, & ſoliditate celandas conati. Nunc capies eundem Ambr. ibi-

Idem.

dem, ſerm.5. vbi ita. *Non hac vita perfecta eſt, ſed hac vita, in vmbra eſt: ideo, vt homo Chriſtus IESVS ex virgine naſceretur, obumbrauit virtus Altiſſimi matrem profuturam: quia in vmbram deſcendit, ab vmbra incipiens operari ſalutem hominis, & conſummaturus claritate ſolis æterni. Vmbra eſt ergo, vita hac: feſtina ad ſolem, vt te defendat ab vmbra huius frigore, & calorem tibi profundat æſtiuum.* Pulchrè dictum. Extructo iam Templo, paratis omnibus eximie à Salomone, collocarunt Sacerdotes Arcam fœderis in ſanctuario: tunc addit

3.Reg.8. v.10.

Textus: *Factum eſt autem cum exiſſent Sacerdotes de ſanctuario, nebula impleuit Domum Domini, & non poterant Sacerdotes, ſtare & miniſtrare propter nebulam, impleuerat enim gloria Domini, domum Domini: tunc ait Salomon: Dominus dixit, vt habitaret in nebula.* 3. Reg.8. verſ. 10. Ingens fuit beneficium, vt Dominus cum gloria deſcenderet, quaſi paratam domum ſibi aſſereret, & beneuolus in poſteſſionem ſibi deſtinaret: & tamen in nebula venit, ſub vmbrâ latet: quid ita? quia non aliunde certius Salomon, cæterique præſentes, Deum verum, per ſummum beneficium, ad ſe deſcendiſſe recognoſcerent, quàm ſi ſub ſolitâ ſuâ Nota exhiberetur: vt qui ſæpè aliàs in nube; & caligine Moyſi apparuerat, nunc ſimili delitens nebula appareret quaſi dicerent: verè Deus noſter adeſt nobis: oulla hic illuſio, nulla dæmonis fallacia: tenemus beneficij Diuini Notam ſub ſpecie realitas, ſub figuris & illis tenuiſſimis ſubſtantia deliteſcit. Ideo Ioſeph.8. Antiq. cap.2. Ioſeph.

Poſtquam, omnibus, quæ ad arcam attinebant, ritè peractis, Sacerdotes ſanctuariam exiuerunt: repentè globus nebulæ, non aſper, nec qaalis hiberno tempore grauidus pluuiâ condenſatur, ſed diffuſus ac temperatus in templum influxit: & primo Sacerdotum viſum, vt vix ſe inuicem cernerent, obſcurauit: deinde ia omnibus eam cogitationem excitauit, quod Deus in Templum deſcendeat, præſens ac libens hoc domicilium ſibi optaret. Et erat quidem veriſſima cogitatio: non enim io hac vitâ, niſi ſub vmbris, magnum Diuinæ Præſentiæ beueficium nobis indulgetur.

Quid? ſub vmbra & figurâ latentem veritatem ſic docet Deus: (non loquor de Parabolis, & Myſteriis) vt ſæpè eius Amici, qui arcanas eius notas ignorant: ſic inſtituantur, quaſi vix aliunde poſſint aptius. Quis vnquam euenturum putaret, vt Dauid exul & afflictus, occaſionem fœlicem nanciſceretur, quâ facilios Sauli vitam poſſet eripere, quàm iſte Dauid Patriam interdixerit? euenit tamen. Quippe, *Venerũt Dauid & Abiſai ad populum 709.

nocte, & inuenerunt Saul iacẽtem, & dormientẽ in tentorio,* &c. 1.Reg.26.v.7. En tibi, inſuſurrat Abiſai, iactum fœliciſſimum! tradidit tibi Deus hoſtem in manus: tranſuerberabo lanceâ pectus perfidũ: prohibet tamen Dauid: iniurias condonans, vindictam ſuam Domino remittens: quaſi diceret, inquiunt ex Chryſoſt. Recentiores: *Stulte quid eſt ſomnus, gelida niſi mortis imago?* Si ergo Saulem qoodammodo mortuum apud me video: & inde me moriturum ediſco: qoi ad vindictam manus leuare poſſim: & non potius componendæ conſcientiæ ſtudoerim: ſed quanuis me ſtultum annumeres Abiſai, vrgebo adhuc ô Dauid: non mortuum, nec penè mortuum intueris: ſed tantum ſub remotâ, & tenuiſſimâ mortis imagine dormientem: quid ergo ab imagine vanâ, tanquam ab ipsâ morte detineris? erat diuious Philoſophus, & vt pote Dei Amicus arcanas eios notas agnoſcebat: calluit quid, & quantum ſolidæ veritatis edocendæ, Dominus occultaret: ſi enim impius aliquis & ſtultus, non plus viſo mortuo mouetur, quàm ſi cerneret dormientem: Iuſtus & cœleſtium arcanorum exnotator, diuina monita ſubtiliter ita penetrat: vt in dormiente, ad ſui ædificationem, mortuum recognoſcat. Nunc iam plenè capies D.Chryſoſtom. apud Gloſſam Ordin. qui ad hunc locum ita. *Conſpiciebat illum dormitatem, ac de morte omnibus communi philoſophabatur. Somnus nihil aliud eſt, quam mors temporaria, & vnius diei interitus. Sic hoſtem in poteſtatem ſuam accepit, & Deum erga ſe beneuolentiorem reddidit. Sed noa eò beatum prædica ſanctum illum, quod hoſtem viderit ſub pedibus ſuis iacentem, ſed quod illi pepercerit: quorum alterum fuit opus diuinæ potentia,*

1 Reg.26. v.7.

D.Ioann. Chryſoſt.

tentia ; alterum Dauidica Philosophia. Erat itaque Dauid cælestis scholæ Philosophus, ideo arcanas supremi Magistri notas agnoscebat, qui spiritualis vitæ soliditatem, sub imaginariæ mortis inuolucro: sub vmbris somni, percipiendam beneficus abscondebat.

Nullibi clarius & illa dæmonis Nota, & ista Antinota Domini deprehenditur, quàm in Eucharistia infinitam substantiam sub accidentibus habes: & sub tenuissimâ specie, deliret immensa realitas: nullum altius beneficium, sob fragiliori vmbra potuit exhiberi. Verissimè proinde canit Ecclesia: *sub diuersis speciebus, signis tantum, &*
Hymnus. *non rebus latent res eximia.* Pulchrè Saluianus Mas-
Saluianus. silensis Episcop. lib. 1. de Prouid. inter alia beneficia, quibus olim Deus in deserto populum affecit: hæc adnumerat: *Adde huc fontes repente natos, adde medicatas aquas, vel datas vel immutatas, speciem seruantes, naturam relinquentes.* Alludit ad aquas illas Marâ, quæ subito Moysis medicamine, relictâ amaritudine sic dulcuerunt, Exod. 15. v. 25.
Exod 15. v. 25. Vt sub eadem exteriori specie retentâ, totam intus mutasse naturam viderentur. Clarius longè & verius in mysterio nostro: seruant panis & vinum exteriores species, intus tamen, in corpus & san-
Saluianus. guinem Christi transubstantiantur. Pergit Saluianus. *Adde huc tonitrua, adde fulgura, nebulas Deo plenas loquentem cum Moyse Dominum.* Quanto res in Eucharistiâ mirabilior! Vmbras Deo grauidas adoro: nec solum cum Deo loquor, sed & comedo Deum. Reseruemus alias Notas dandas alibi: & aliam tituli præmissi partem, altius expendamus.

Eucharistiam Notam fides exnotat: Fidem Eucharistia nutrit sumpta auidè.

Paret ex dictis, non aliunde aptius Arcanas
710. dæmonis Notas exnotari, quam sacris Antinotis, quibus Deus beneficia sua insigniuit: cum per contrarium omnino tenorem, videantur Antidotum ministrare. At vero quia singulares diuinorum beneficiorũ Antinotæ, omnes in Eucharistia excellentius copulantur: sequitur necessario, hâc vna captâ & probe intellectâ, tanquam magistrali quâdam Notariaea scientiâ, clauique regiâ, & Dei Antinotas penetrari, & Notas hostiles dæmonis irrideri. Imponunt Magi & incantatores per nefas & mendacium Salomoni, composuisse librum, portentosis characteribus, & Notis insolentibus refertum; qui *Anulus* seu *Clauicula Salomonis* appellatur: quasi huius libri notitiâ, tanquam clauiculari anulo, & clâui regia, omnia cæterorum arcana aperirentur. Fabulæ sunt, & delyria Talmudistica. Verus tamen Salomon Christus, in Eucharistia nobis clauicularem anulum, regiam clauem ministrasse visus, cum mysteriis suis exnotandis, tum dæmonis fallaciis, detegendis: Huius ergo vnius notitiam sedulus calle: & arcana quæuis alia facillimè penetrabis.

711. Fatendum, inquis, Eucharistico mysterio probe intellecto, cætera omnia venire apertissima: sed *Hoc opus, hic labor est*: Nihil difficilius Eucharistiâ ipsâ intelligitur: non vt cunque mysterium est, sed per antonomasiam *Fidei mysterium* appellatur: quasi nullum aliud penitiori adyto abscondatur, nullum occultioribus tenebris delitescat. An non lepidè, imò ridiculè responderetur, si quærenti, vnde capax epotandi fluminis posset fieri: dicatur id illi facile, si prius capax fieret Oceano epotando? Rogo à te, vnde possim aërem conscendere, tu mihi astra ipsa, prius suggeris conscendenda? Obscurum, per obscurius mihi explicas, & non insanis? At indidem bono te animo, esse iubeo: vnde fateris hoc esse *Mysterium fidei*, indidem solâ fide aperiundum recognoscis, optima tibi clauis, ipsissima est fides: hanc tene, & quidquid in hoc Sacramento latet, scrutaberis. Promisit Petro Christus cœlorum claues: *Tibi dabo claues regni cœlorum.* Math. 16. de quo D. Ambrosius (postquam late expendit Trinitatis, Math 16. D. Ambros.
& Christi regnantis Mysteria, absque clauibus Petri non posse reserari) serm 38. ad finem, sic habet. *Quæ autem ista clauis sit, diligentius requiramus. Clauem Petri fidem esse dixerim Petri, per quam cœlos aperuit, penetrauit inferna securus, maria calcauit intrepidus, &c. Ista autem clauis, quam fidem dicimus, videamus quemadmodum constet, quemadmodum solida sit. Arbitror illam duodecim artificum operatione conflatam: duodecim enim Apostolorum symbolo, fides sancta concepta est, qui velut periti artifices, in vnum conuenientes, clauem suo consilio conflauerunt: clauem enim quandam ipsum symbolum dixerim: per quod reserantur diaboli tenebræ, vt lux Christi adueniat: aperiuntur conscientia clausa peccata, vt iustitiæ fulgeant opera manifesta. Igitur hæc clauis ostendenda est fratribus nostris, vt & ipsi, tanquam Discipuli Petri, inferna sibi reserare, cœlos aperire consuescant.* Grauiter dictum. Quasi generosa Petri fides, Christum filium Dei viuum tunc professa & æternæ generationis arcanum clauis instar aperiens: non aliunde condigniori præmio afficeretur: quàm si & cœli mysteriis, & infernis tenebris penetrandis, clauis vniuersalis redderetur. Si ergo ab Eucharistiâ vt vidimus subtilius aperiuntur diuina, vt infernæ fallaciæ aperiantur: quis tanquam vnicâ claue ad istam: opus esse fide, plus si fas dicere, quàm ad cætera mysteria: (cum fides quasi sympharica Eucharistiæ, vtrumque facillimè præstet) non intelligat?

Sed pende quæso quàm optimo iure fides generosissima, huic accipiendo mysterio, à nobis 712.
exigatur. Porrexit Dæmon protoparentibus pomum, spondens fore vt illo (eso, fierent *sicut Dij, scientes bonum, & malum.* Gen. 3. v. 5. Quantus dolus! Vocauit pulchrè D. Leontius Arabissin. Gen. 3. v. 5. D. Leon.
apud Phot. Cod. 272. Pomum istud, τῇ ἀκμῇ ... θανάτου: *Ætate florida, seu adolescentiâ mortis maturum*: Quasi in illo, iuuenilis mortis vigor tunc vireret, nique tunc sæuissimum ictum exequeretur: iam deinceps aut infantili inertia, aut senili languore laboraret. Pomi igitur fallaciam si protoparentes agnoscerent; facile subsequentes dæmonis dolos euitarent, diuinisque agnoscendis Arcanis assuescerent: dum tamen in Adamo, omnes infaustissimum pomum, Notâ dæmonis obsignatissimum, & occultissimum degustamus: iam misere in vtrumque cæcutimus. Adesto nunc callide serpens! Ecquo commento Euam induxisti, vt non solum in pomo mortem non cerneret vigentem, sed etiam infixam diuinitatem autumaret? fidem inquit, & credulitatem eius sollicitaui: persuasi vt crederet, quod non videbat. Ita est. Nunc audienda pulcherrima verba Ruperti lib. 1. ad illud Cant. *Sub vmbra illius,* Ruper.
quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Cap. 2. v. 3. quæ sic habent de Christo, ad Cant 2. v. 3.
rem nostram. *Ad quid, venit, ad quid succreuit inter ligna siluarum, nisi vt faceret eiusmodi fructum, quo euacuaret primæ præuaricationis reatum, ligni*

vetiti morsam? vbi tempus venit huiusmodi fructus edendi : accipiens panem & vinum & benedicens, accipite, inquit, & comedite, hoc est corpus meam, &c. Accipite & bibite, hic est sanguis meus. Non vidistis ibi carnis, & sanguinis speciem: profectò nec Eua videbat promissam sibi à serpente, Dei similitudinem: non vidisti nisi panem & vinum, profectò nec Eua vidit nisi pomum, visa vel aspectu pulchrum: attamen illa credidit, quod non videbat, &c. Iustâ ergo lege, vt expietur ille reatus malæ credulitatis, exigitur fides, vt credatis quod non videtis. Si ergo insulsa credulitas postulatur & impenditur : vt Nota dæmonis cœca deglutita nos reddat eœcutientes : non ne iustâ lege generosa quædam fides præcipitur impendenda, vt arcanam Dei Notam deuorantes, notitiarum diuinarum radiis perfundamur.

713. D Leo Magn. Grauissima sunt verba illa D. Leonis Magni, serm. 9. de Natiuit. vbi de Incarnato Verbo, ita. *Vtramque substantiam, in vnam conuenisse, nisi fides credat, sermo non explicat: & ideo nunquam materia deficit laudis quia nunquam sufficit copia laudatoris. Gaudeamus igitur, quod ad eloquendam tantæ misericordiæ Sacramentum, impares sumus: & cum salutis nostræ altitudinem promere non valeamus, sentiamus nobis bonum esse, quod vincimur: nemo enim ad cognitionem veritatis magis propinquat, quàm qui intelligit in rebus diuinis, etiam si multum proficiat, semper sibi superesse, quod quærat.* Certè, nec minorem Dei continet misericordiam, neque minus profundum mysterium, Eucharistia: ergo nisi fides credat, non solum sermo non explicat, sed neque mens agnoscit: gaudendum ergo nobis, si ex illâ fructum carpentes, mysterij tamen ponderi succumbamus, per solam fidei clauem ingressuri. Accessit ad Christum Dominum Matth. cap. 9. mulier illa, quæ perennem sanguinis fluxum patiebatur : & subitò ad salutem restituitur. Accedimus nos quotidie modo longe penitiori, & tamen veteres animæ morbos non excutimus : quid ita ? quia fœlix per fidem nouerat, quem attingit: nos non ita. Chrysolog. serm. 33. *Tetigit vestimentum mulier, & curata est; & ab antiquo est absoluta languore. Miseri! qui quotidie corpus Domini tractamus & sumimus, & à nostris vulneribus non curamur. Non Christus infirmitatibus, sed fides deest: nam multo magis modo in nobis manens poterit vulneratos curare: qui latentem mulierem præteriens sic curauit.* Itaque etiam in viâ, solius vestimenti attactu, fides impetrat: quod in ipsius Christi frequenti apud nos mansione, cæcitas amittit : scilicet oculatissima illius nouit quò tendat, hæc palpans passim labatur necesse est.

Matth. 9.

Chrysol.

714. Foret ergo summa fœlicitas, si non tam fidei defectu, quam effectu generoso, cæcus ad hoc mysterium accederes : id est, si fides rationis oculos tibi excæcaret ? & horum vice, lyncæis illius oculis radiares : tunc caperes id, ad quod fidei luminis defectu quantumuis rationis oculis perspicacissimus caligas. Hinc illud Christi. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proiice abs te.* Matth. 5. v. 29. quid ni, si quanuis dextrum, imò dexterrimum mentis tuæ oculum, ad alias scientias iam sis expertus : at in re Eucharistiæ ipse sibi, instar corporei oculi relictus, sinistrorsum te deferat necesse est : fœlicius ergo per fidem excæcatus te deducit. Balduinus ad hunc locum apud Godef. rita. *In Sacramento altaris, fides & humana ratio cōpugnant: & hoc agitur inter eas, vt altera alteri oculos eruat: nec est finis huius pugnæ, citra alterius excæcationem: habet enim humana ratio oculum suum, habet fides & suum: oculus rationalis, quasi lippus est, oculus autem fidei acutus, quo inuisibilia Dei intellecta conspiciuntur.* Quid ergo lippum penitus excæcare non satagis, vt accepta fidei claue, Eucharistiam, & inde inuisibilia cætera recognoscas ? fœliciter tenebricosam rationem nostram amittimus, vt cœlestem fidei lucem admittamus. Inducitur Arca Dei, in Dagonis templum : cadit miserum numen, & restituitur : sed tamen miserabilius iterum corruit, & perfringitur. Omnia tamen ista, noctu euenisse, constat ex 1. Reg. cap. 5. cuius rei caussam habet ibi Abulensis quæst. 12. scilicet : *Ne viderent Philistiim quomodo miraculum fiebat.* Erat Arca Eucharistiæ symbolum, (vt multis ad hunc locum notat Mendoza) & proinde, ni fallor, significatum voluit Deus, in hoc Mysterio, omnia fidei commendanda, & nec minimum oculis tribuendum. Noctu ergo à sede suâ deturbat Arca Dagonem, vidente nemine : sicut in Eucharistiâ Christus è propria sede, Panis & Vini substantiam deturbat occultissimus : ad hoc enim præcipuè Sacramentum, visa facere Leonis Magni verba serm. 8. de Quadrag. quæ ita. *Abiici te mundana argumenta scientia, per quam nemo ad cognitionem veritatis potuit peruenire :* Solam quippè per fidem, ad Mysteria Christi, rectâ tenditur.

Math. 5. v. 29.

Balduinus.

1. Reg. 5. Abul.

D Leo Magnus.

Transfiguratur Christus Dominus, vident Discipuli vultum solis æmulum, vestimenta niuem superantia, famulos Eliam & Moysem, in commercium Domini admissos : & tamen perstant videntes neque caligantes radiis, neque diuino obtusi splendore. Sed ecce repente : *Vox de nube dicens: hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audientes Discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde* Matth. 17. v. 5. perstant videntes, decidunt audientes : fouentur visu, auditu percelluntur. Ecquæ causa? quia auctore Apostolo, *Fides ex auditu :* itaque Christum, quem licet in tantâ gloriæ maiestate transfiguratum videbant, hominem tamen purum possent existimare : ex illâ iam voce, fide pleni, verissimum esse Deum crediderunt : vbi autem fides illabitur, statim sensus & ratio collabitur: nec stant humana ratiocinatio & iudicium, vbi solius fidei iudicio stari debet. Eleganter ibi Galfridus. *Omnia superius dicta discipuli stantes aspiciunt : sed ad tonitrum diuinæ vocis, in faciem cadunt: quia ad quod diuinitus inspiratur, humani sensus succūbit capacitas: & nisi humanæ rationis angustias desideras, ad capiendum diuinæ inspirationis arcanum, suum intelligentia non dilatat.* Sic visis Eucharistiæ accidentibus licet perstes, tamen illuminatus fide, corruas necesse est : & sensitiuæ curiæ tuæ, propriæque rationis decreta rideas : vt his prostratis, illa sola iudicium dirigat : potentias cæcas, lucida gubernet : tantummodo credulitas huc vocanda. Hinc Chrysologus serm. 60. de Symbolo fidei explicando, alludens ad verba Moysis Deuter. 32. ex versione L X X. sic scribit. *Moyses laturus legem, cælum vocat, & terram: sacerdos quid innocabit, gratiam laturus ? ille dixit, attende cælum & loquar, & audiat terra, verba ex ore meo: ego dicam. Attende Deus, loquar, & audias homo, verba ex ore meo. Ille dixit, expectetur sicut pluuia, eloquium meum, & descendant sicut ros verba mea : ego dicam, veniat sicut ros spiritus tuus, & emundet sicut flumen, gratia tua: fiatque*

715.

Matth. 17 v. 5.

Galfrid.

Deu. 32. D. Petr. Chrysol.

que

que nunc cœlestis verbi vnda saliens in vitam æternam. Ille dixit, quia nomen Domini inuocaui, date magnificentiam Deo nostro: ego dicam, quia fidem inuocaui, date credulitatem Deo vestro. Quippè hâc tantum, mysteria penetrantur.

716. Stellà duce,& auspice Deo, in Bethlehem domo panis, Panem de cœlo viuum, Magi inueniunt. Quis putaret ardentia desideriis pectora, inuento, quem arserant, fonte, in dulces verborum fluuios, non soluenda? neque tamen verbum aliquod, ibi prolatum legeris: sed, *Intrantes domum, inuenerunt puerum, cum Maria ma-*
Matth.2. v.11. *tre eius, & procidentes adorauerunt, eum.* Matth.2. v. 11. & vbi verba suauissima, spicula amatoria? vbi sermones, mentis interpretes, affectus indices? vbi vsitatissima pectoris testimonia? visus
D.Petr. D.Chrys. respondere Chrysologus serm. 160. ad hunc locum. *Hodie Magus, quem fulgentem quærebat in stellis, in cunis reperit vagientem: hodie Magus clarum miratur in pannis, quem diu in astris patiebatur obscurum: hodie Magus, quid, vbi videat; profundo stupore peruolust: in terra cælum, in cælo terram: in Deo hominem, in homine Deum: & vniuerso sæculo non capacem, concludi corpore perpusillo. Vnde Magus, quia scrutari valet, capere non potest; mox adorat.* Pronus quidem adorat, rationem inclinat, & licet scrutari valeat, non vult, quia capere nequit: deficit menti ratio, ori sermo: quia fide doctus, solummodo in humili adoratione, contemplatores mysteriorum occupandos, sicque intelligenda, iam cognoscit. Tu ergo quem super nubes elatum confiteris, sub panis nube abscondirum adora, si quid copis intelligere. Fa-
Tertul. ciunt huc verba illa Tertulliani, lib. de An.cap.1. licet ad rem aliam scribantur. *Quis enim reuelabit, quod Deus texit? vnde suscitaadum est? vnde & ignorare tutissimum est: præstat per Deum nescire, quia non reuelauerit: quam per hominem scire, quia ipse præsumpserit.* Expendat hanc sententiam impietas hæretica, & obmutescet. Et merito, stultescit enim quæuis humana scientia, & ex diuinâ obscuritate lux refulget, estque tota splendida fidei caligo, sub qua tutò mysteria, quantumuis sint recondita contemplamur.

717. Inter reliquas ceremonias, quibus typicus Agnus immolabatur, illa præcipuè subiungitur: *Nec remanebit quidquam ex eo, vsque manè: si quid*
Exod.12. v.10. *residuum fuerit, igne comburetis.* Exod.12. v.10.
D.Gauden. quod sic explicat D. Gaudentius, Tract. 12. *Hoc est, si qua mysteriorum superauerint, in manè illius futuræ resurrectionis manifestanda, quæ capere modo non possumus, (modo enim scio ex parte, inquit Apostolus: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum) hæc igne cremanda sunt, id est diuino tradenda spiritus: vt ea quorum rationem modo non capimus, ardentis fidei spiritu consumantur.* Sed licet S. Doctor, de quouis doctrinæ pastu hoc intelligat: tamen ad Eucharistiam in Agno expressam, præcipuè refertur: vbi præcipuè etiam quidquid arcanum ignoramus, solum fidei seruore exnorandum. Hinc est illud quod statim subiungitur: *Et comedetis*
v.11. *festinanter, est enim Phase, id est transitus Domini.* v.11. quia in hoc mysterio, vbi Christus transit è cœlo in panem & vinum, vt panis & vini substantiæ, in eius carnem & sanguinem transeant: licet debeamus piis affectibus diu immorari: debemus tamen omni festinatione, scrutatorias humanæ scientiæ rationes, & oculorum notitiam præteruolare: vt in sola fidei oculatissima synceritate persistamus. Clarè istum transitum, de Eucharisticâ conuersione capit citatus Gaudentius,
qui sic subdit. *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei! Pascha est, inquit, Domini, id est transitus Domini. Ne terrenum putes, quod cæleste effectum est: per eum, qui transit in illud: & fecit illud suum corpus, & sanguinem. Nam quod supra generaliter exposuimus de edenda carne agni; specialiter in degustandis, seruandum est, eisdem mysteriis Dominicæ Passionis.* Igitur pleraque huius mysterij soli feruori fidei tradenda: cætera festinanter degustanda, quia si ratio curiosius immoretur, quam par est: dum hæsitat, intersistente esca suffocabitur. D.Gauden.

Nuntiarat Christus Dominus, diuina hæc mysteria hominibus: proterui vero aliqui, tanquam verbum durissimum abhorrentes, recesserunt. 718.
Ioan.6.v.61. & addit statim Christus: *Spiritus est* Ioan.6. v.61.
qui viuificat: caro non prodest quidquam: verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt. v.64. at quorsum, inquis, nunc tam diligens spiritualis vitæ v.64.
mentio, tam sedula inutilitatis carnis demonstratio? an significando hæc Sacramenta spiritum, non carnem alitura? sed id abundè prius iam significarat: quid ergo? respondet obiter idem Gaudentius. *Cum panem consecratum & vinum di-* D.Gauden.
scipulis suis porrigeret, sic ait: hoc est corpus meum: hic est sanguis meus. Credamus quæso, cui credidimus, nescit mendacium veritas. Idea cum de corpore suo manducando, & sanguine suo bibendo, turbis loqueretur, stupentibus ac mussitantibus: durus est hic sermo, & quis eum potest audire: vt abstergeret per ignem cælestem, eas cogitationes, quas vitandas esse prædixi, sic adiecit: spiritus est, qui viuificat, caro, &c. Scilicet Spiritus sancti igne, & illuminante fide, mysteria excipienda declarauit: omnibus carnalis prudeotiæ cogitationibus ablegatis. Tu legeris prædictum Exodi Caput, vbi comedendus Agnus typicus fusissime exponitur: deinde expendes quàm apte plusculas ceremonias, ad rem nostram explicet idem S. Doctor, tandem sic concludens.
Iccirco caput diuinitatis eius, cum pedibus incorpora- Idem.
tionis, & interioribus simul iubemur manducare mysteriis: vt pariter vniuersa quemadmodum tradita sunt, credamus: non infringentes os ipsius illud solidissimum, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. Si quid autem superfuerit etiam nunc, in vniuscuiusque sensu, quod expositione illâ non ceperit: ardore fidei concremetur. Ergo prohibitum Agni nostri os comminuit, qui operatorij illius verbi robur conatur eleuare, & in aliam sententiam; id est impiam sioc hæreticam extorquere: reliquias non comburit, qui dubitationes si forte commotas, synceræ fidei feruore non consumit.

Apte deinde Gaudentius, Agni caput, de Christi diuinitate explicauit, Apostolo vt nosti contestante. Videntur tamen in hanc rem, obscura, cum aliunde nobis faueant, verba illa Christi, ad animam loquentis: *Aperi mihi soror mea, &c.* 719.
quia caput meum, plenum est rore. Cant.5.v.2. quod Cant.5. v.2.
apte sic explicuit Gellibertus serm. 42. *De Deo* Gellibert.
Patre gloriantur Iudæi, eius se iactant habere notitiam: filium reprobant & blasphemant: tu aperi mihi, caput meum plenum est rore: non tales desiderat, non sitit, sed magis fastidit. ideo plenum est: plenum est rore, eo quod sensu leues sint, rationum carentes pondere, non habentes aliquod in assertione momentum, ratione leues, obstinatione graues: quasi ros, & gutta, inefficaces & pertinaces. Paucis mutatis describuntur Caluinistæ: de Christo gloriantur, eius se iactant habere notitiam & tamen sacramenta eius,

lebat generositate, quæ tamen maioris index radiaret.

726. Hinc Tertullianus lib. de Animâ, cap. 26. irridens illos, qui Animam cum primâ ab vtero spiratione, aut à circumiacente frigore, recens nato infundi credebant: post alia de Iacob, & Esau in vtero decertantibus, vt pote non solum animatis, sed animosis, de Iacob sic concludit.

Tertul. *Quid ille, qui expectabatur: qui adhuc intus detinebatur, & foris iam detinebat? nondum opinor spirans, plantam fratris inuaserat: etiam nunc calens in matre, se priorem prodisse cupiebat. O infantem, & æmulum & validum; & olim contentiosum! credo quia viuum.* Viuacissimâ igitur anima illâ, quam etiam in vtero Infans habebat; iam æmulus ad certamen, iam validus ad victoriam, iam contentiosus ad lauream probabatur: sed maiora, iam tunc, futura probaturus. De hoc satis, quia in idem, iam alibi non pauca cumulaui. Gloriosior Iacobo nascitur meus Gonzaga, qui nondum totus natus, sed inter parturientis Matris dolores, inter periclitantis angustias, vix toto emisso capite, baptizatur: triumphauit certè adhuc in ipso vtero diabolum: & quem postea gloriosioribus certaminibus erat debellaturus, non dum plenè natus, iam debellat: ipsâ qua abluitur aquâ, inferni hostis sic impetus & ardores extinguens: vt vix postea ad inuasionem, ne dum ad victoriam vtilis videretur: ostendis egregie puer, placita Deo pollere generositate, cui frugem secuturæ virtutis, contigit etiam ante plenæ natiuitatis tempora polliceri. Euenit hoc, fateor, quandoque aliis, in quibus tamen, nihil deinceps suspicimus excellens: in te tamen, cui tanta sperabantur: reconditæ id, prouidi Dei beneficentiæ fuisse, quis negauerit?

727. Non ego absque hac Prouidentiâ factum crediderim, vt Principes Gonzagæ Parentes, eâ ipsâ die (loquor Historiam scientibus) Matrimonium inirent, qua plenissimi Iobelæi fauore, se se Deo arctissimè constrinxerant: vt Ludouici paulo post concepti Christiana nobilitas, non solum inde fulgeret, quod nondum plenè natus ablueretur: sed etiam quòd à parentibus, vt piè credimus, iustis, & Christi libertate ingenuis conciperetur. Dixi multa, quæ huc transferas, in Opere Concept. inde micam delibo. Cupiebat Atedius, Romanus Princeps, coniugibus seruis, quos impensè diligebat, filiolum nasci, quem ipse orbus, sibi, adoptaret: ipsos met Parentes manu misit, vt nasciturus puer ingenuior probaretur. Acutè Statius de hoc Puero.

Statius. *Charus vterque Pater, atque in tua gaudia liber,*
Ne quererere genus: raptum sed protinus aluo
Sustulit exultans.

Quasi tam auidè Atedius puerum adoptaret, vt non speraret è terra (quod mos ferebat) puerum tollere: sed quodammodo ab ipso aluo materno, sibi raperet. Hoc est quod pulcherrimè excogitauit D. Chrysologus, dum expendens, cur Cathecumenis (qui vt loquuntur Patres adhuc in Ecclesiæ vtero retinentur, postea per baptismum nascituri) permitteretur, orationem Dominicam assumere, ac verè dicere: *Pater noster, qui es in cælis.* sic respondet serm. 72. *Tanto nunc tuo amore flammatur, quod adhuc in vtero, voce tuâ se Deus adoptat in filium: quod te non solum liberum vult esse, sed nasci: quod ipsam propter te manumittit naturam: ne quem natum, ne quam maculam impenat ortus pristinæ seruitutis.* Id propriè Gonzagæ

D. Petr. Chrysol.

meo euenit: rapuit illum ab ipso vtero gratia adoptans: nondum plenè natum, iam sacratum sustulit exultans, Primogenitum scilicet illorum Parentem, quorum sacrum institutione sua Matrimonium, nouis Christianæ libertatis titulis mactauerat Iobelæi plenissimi indulgentia.

An potuit absque mysterio fieri, vt eo tempore, quo puerperæ regiæ infantem editum ad se latum, solent auidius amplexari, osculis constringere quasi iterum in viscera reducendum: tunc Heroina illa sanctissima, Ludouicum suum tenens lepidulè vagientem, omni affectu & materno & puellari prætermisso, crucem formet, tenellam infantis frontem signatura? irridet, sed dulens meritò Tertullianus, impias ceremonias, quibus olim apud Ethnicos puerperia fœdabantur: Sic scribens citato libro de Animâ, cap. 39. 728.

Cui enim homini non adhærebit spiritus nequam, ab ipsa etiam ianuâ natiuitatis animas aucupabundus, vel quia inuitatus totâ illâ puerperij superstitione? ita omnes, Idololatria obstetrice nascuntur: dum ipsi adhuc vteri, infulis apud Idola confectis, redimiti, genimina sua dæmoniorum candidata profitentur: dum in partu, Licina & Diana eiulatur: dum per totam hebdomadam Iunoni mensa proponitur: dum vltima die fata adscribunda vocantur: dum prima etiam constitutio Infantis super terram, Statina Deæ sacrum est. Tertull. Hodie certe quamuis à Christianis Palatiis ista absint, adsunt tamen vt plurimum ridendi Gethliaci: & in Matribus, naturæ potius, quam gratiæ affectus solent ebullire. Longè hæc à Ludouici natiuitate: vt enim gratiam habuit obstetricem & adoptantem, sic & Spiritum sanctum, prima vitæ rudimenta aucupabundum: & loco adscribendæ fatorum vanitatis; maternam salutiferæ crucis inscriptionem. O verè cœlesti fato, fausto diuini beneplaciti sidere, natum puerum! Planè præsagiebat id, nescio quis ille, qui in albo baptismi, post Ludouici nomen notatum, sic scripsit. *Sit fælix, charusque Deo ter Opt. terque Max. & hominibus in æternum viuat.* Exitus, haud vanum seu votum seu augurium comprobauit.

Nimirum desiderauerat piissima Domina, religiosissima Heroina (vt eius gesta narrant) natum qui religiosæ vitæ addiceretur: quid ni ergo Ludouicum suum cruce obsignet, crucis futurum seruum fidelissimum. Non potuit nobiliori alio signo: paternas opes, coronam, calcaturus & sceptrum: iam sublimioris regni hæreditati destinatur. De Christo Domino nato sic Isaias: *Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est Principatus super humerum eius.* Cap. 9. v. 6. quia vt omnes ferè Patres notant, erat humeris crucem gestaturus. Sed hem prudentissime vates! Tenellum & vagientem describis, & iam crucis podere grauas? iam crucis doloribus affigis? non potuit res aliter euenire. Nimirum crux illa lignea ad extremũ vitæ Dominicæ seruabatur, per quam regis authoritatem, Christus eõdignissimè acquisiturus: cum ergo aliunde indignum videretur, vt homo ille Deus, tres annos supra triginta, absque singulari illo regiæ dignitatis stemmate, transigeret: disposuit Pater, vt ab ipso diuini solis oriente, ab ipsa Christi natiuitate, nonnihil charæ crucis arrharum illi tribueretur, quibus iam condigno regioque decore radiaret. Eo tetendit natiuitas incommoda, paupertas Matris, Præsepij durites, vilitas palearum, rigor brumæ, halitus bestiarum, dulor sacris lacrymulis declaratus. 729. Isai. 6. v. 9.

Ergo

Ergo sub tot crucis arrhis, meritò dum nascitur, iam Princeps canitur, vtpotè crucis stemma iam D.Bernard. delibans. D.Bernardus de Passion. Dom. cap.36. post alia de sanguine effuso in Circuncisione, ita ad hunc locum. *Isaias de Natiuitate* IESV-CHRISTI *loquens: Puer inquit natus est nobis, cuius Imperium super humerum eius: Crucem quam Imperij nomine significauit, Natiuitati statim adiungens: quia profectò à Natiuitatis exordio passio crucis simul exorta est: non enim modicum pertinet ad commendationem rubicundæ Passionis, quod Saluator noster in alieno loco, in media hyeme, medio noctis, in stabulo diuersorij, ex matre paupercula natus est,* Hæc est summa crucis gloria, vt leuia etiam illius vestigia, iam Regem componant: & licet dolorem inferant, tamen ipso summi Principatus, atque Imperij titulo decorantur: Bene ergo Idem. concludit Bernardus. *Vix natus est cæli gloria, cæli diuitiæ, cæli deliciæ dulcis* IESVS, *& ecce recenti ortui, crucis ignominia, crucis dolor, crucis paupertas copulatur: Sed redemit miseriam crucis, Imperij nomen verū: cruce enim totum mundum simul, & inferos subiugauit, qui regnauit à ligno, fortis* IESVS. Ergo, meus Gonzaga IESV Societati adscribendus, & quidquid Paterni Imperij erat, calcaturus: meritò regali signo, ab ipsâ fœlici natiuitate destinatur.

730. Sed pende adhuc, qualem se gereret Dux noster IESVS, iam iam Imperium suum aditurus, iam regnaturus à ligno, iam Regni sui sceptrum, id est crucem, accepturus. Crucifigitur, bene est: in hoc venerat, inquit Tertullianus: adduntur alapæ, saliuæ, verbera, spinæ, quia saginari voluptate patiendi discessurus volebat. Quorsum tamen ille tam nouus, tam inauditus ludibrij tenor, quo paulo ante crucem Rex fictus salutatur? quorsum purpuratum sacro sanguine corpus, purpurea & ridicula clamyde velatur? quorsum caput imbecillitate languidum, non solum spinis, sed in coronam pungitur, efformatis? quorsum dextra, iam vinculorum torpens sæuitie, adhuc Matth. 27. v.28. arundineo sceptro Matth.27. vers.28. dehonestatur? si verus semper Rex, sed tunc manifestior, cum inibat crucem: cur tunc maximè, ficta ridiculi Regis stemmata ostentabat? puto, vt inde iam mortalibus innotesceret, quidquid ad regiam hominis pertinet dignitatem, vanum & ridiculum esse, si cum cælestis Regis dignitate comparetur: sic regni veri sceptrum seu crucem de proximo Dominus accepturus, ad eiusdem crucis conspectū, cætera omnia regnum terrenorum insignia, & stemmata, ludibrio (licet sub iniuria sua) exposita esse voluit: vt iam immortalis Principis insignibus, crucisque sceptro, potius inhiemus. Theoph. Nunc capies Theophylactū orat. de Festo sanctæ Crucis, vbi ad Crucis adorationem omnes inuitans: ad Reges orbisque Principes, hæc pulchra subdit. *Rex es? accede ad sceptrum Christi: agnosce te seruum esse, pretio magno emptum: agnosce Dominum: tibique subiectos, vt conseruos tracta, vno enim sanguine redempti sumus: Considera honoratissimum regalis dignitatis habitum, tempore crucis illusum: coronamque gemmis distinctam, spinis & curis exasperatam: potensque tuum sceptrum, & omnem speciem, esse fragilem, & inanem arundinem: Purpuram, ob quam valde extolleris, alienum esse bonum, ex sanguine manans, eam enim milites tibi circundant. Genuflexiones, quibus adoraris, & acclamationes, existima plerasque fictitias, & ab illis, qui caput tuum, non modo libenter verberarent, sed & amputarent. Hæc documenta dicas, dum crucem adoras: oportet enim, vt ea quæ Christo per ludibria facta sunt, nobis serio discutiantur: vt vndique erudiendi nosmetipsos occasionem habeamus.* An non meritò Ludouicus purpuram, coronam, sceptrumque paternum calcauerit adultus: qui, nascens, quomodo potuit sceptrum Christi adorans, cruce, materni blandimenti loco obsignatur?

Sed non est inuidus gloriæ, Rex noster: qui crucis dignitatem, tanquam nobilitatis insigne, suis concessit, vt tandem verum esse ostenderetur. Seruos Dei Reges esse, neque cælestem seruitutem, à regiâ maiestate separari. Res mira! stigmata seruis inurere, supplicij genus est, apud mortales: nihilque serui miseri, aut horribilius iudicant, aut probrosius: Christus tamen stigmata inurit, sed quæ seruos suus, in nobilitatem ingenuam, sola possint asserere: inde vox illa Angeli notissima: *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoad vsque signemus seruos Dei nostri, in frontibus eorum.* Apocal.7. vers.3. pende tamen in Græco esse, σφραγίσωμεν: *Donec sigillum imprimamus.* Sensus ergo est: nolite ô grassatores Angeli, mortalium rebus nocere, donec fœlices supremi nostri Regis serui, qui illis permixti degunt, signum & stigma nobilitatis accipiant, quo à reliquorum pœnis immunes agnoscātur. Quantum mysterij! priscum Sacerdotem, tetragrammato diuinitatis nomine, ad frontem radiante insignit olim Deus, ad honorem: nunc vero gentem sanctam, regale Sacerdotium, impresso stigmate putat condecorandum? Sed quid ni, si stigma crucis erat, quo vnicè sanctorum facies liberè, & ingenuè notantur. Beda ad hunc locum lib.1. cap.2. Apocal. post alia de crucis signaculo. *Ad hoc, gentium confractura est Imperium, vt signo fidei, cui restiterant, sanctorum facies, liberè notarentur: nam & ipsa crucis figura, dilatatum vbique Domini significat regnum, sicut vetus dictum comprobat.* 731. Apoc.7.v.3 Beda.

Respice distinctis quadratum partibus orbem,
Vt signum fidei, cuncta tenere probes.

Neque enim frustra in fonte Pontificis, nomen Domini tetagrammaton scribebatur: nisi quia hoc est signum in fronte fidelium. Vt non expressè magis diuinum illud nomen, summi Sacerdotij dignitatem significasse olim credatur: quam crucis nobilissimum & liberale stigma, imò stemma, seruorum Dei frontes liberè notet, quo non quoduis, sed regale Sacerdotium iam participent. Et non terrena regna spernat Gonzaga, cuius nascentis frons, crucis signaculo, libere notatur?

Imò non alia de causa Rex noster, nobilitatem ingenuissimam, seruis suis, per mortem assertu- 732. rus, crucis mortem putauit eligendam: nisi vt postea crux, Monarchiæ suæ symbolum fuisset, quo fideles muniti, regiæ dignitatis participes haberentur. Transfixerat doctrinæ iaculis Nazarenorum mentes Christus: qui dementes, quia rationis non poterant, districto furoris gladio, beniuolo & benefico Doctori, mortem intentant: *Et duxerunt illum, vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum.* Luc.4. quid tunc Christus, qui per Luc. 4. mortem redempturus humanum genus properabat? *Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.* Ibi vers.29. ita ne? mortem fugis, quam cupis, Christe optime? qui Agnus *ab origine mundi occisus* diceris: nunc datam tamen euitas occasionem, necem dilatas? respondet Beda lib.2. cap.4. in Luc. *Sed nec hoc genus mortis, qui crucifigendus a sæculo*

& maximè Euchariſtiam reprobant, & blaſphemant: iam non ſolum ad faſtidium & nauſeam, ſed etiam ad vomitum, Chriſti viſcera, vnde eiecti fuere, prouocarunt: & tamen ratione leues, obſtinatione graues, roris & guttarum inſtar, inefficaces & pertinaces contendunt: leuiſſimo ſenſus ſui momento, Euchariſtici myſterij pondus trutinare præſumont: miſeri, quos Clauis regia, quos Notarum lux, id eſt fides deſeruit: per quam ſuauiſſimè ad hoc myſterium introducimur:

Tertull. audiant Tertullianum lib. aduerſus Hæreticos, cap. 14. *Nouiſſimè ignorare melius eſt, ne, quod non debeas noris, quia quod debeas noſti. Fides inquit tua, te ſaluum fecit, non exercitatio ſcripturarum. Fides in regula poſita eſt: habes legem & ſalutem in obſeruatione legis: exercitatio autem, in curioſitate conſiſtit, habent gloriam ſolum de peritiæ ſtudio. Cedat curioſitas fidei, cedat gloria ſaluti.* Quanuis hodie hæretici, vt verum fatear, iam non tam de peritiæ ſtudio, qua carent: quam de carnis indulgentiâ, cui ſtudent, ſoleant gloriari: niſi fortè iactent ſe de inſaniis grammaticalibus, quibus in Eccleſiam Romanam, id eſt in vnicam Chriſti Eccleſiam garrire ſatagunt. Sed de hoc alibi. Redeo.

710. Hæc eſt autem diuinæ miſericordiæ ſuauiſſima Prouidentia, qua curauit, vt quia per ſolam fidem, ad Euchariſticū adytum abditiſſimum, patet aditus: ipſa Euchariſtia feruidè ſumpta ſic fidem augeat, ſic eius viuacitatem nutriat: ac ſic quodammodo clauem ſecum gerat, Non itaque intelligitur hoc myſterium, abſque fide: ipſum tamen, dum condignè guſtatur, ſic fidem roborat, vt ſibi ſecum, clauem afferre videatur. Hinc illud Prophetæ: *Spera in Domino, & fac bonitatem, &*

Pſ.36.v.4. *inhabita terram: & paſceris in diuitiis eius.* Pſalm.36. v. 4. tantum ſpei, ad deſiderium, tantum bonitatis ad opus, impendi præcipitur: vt ſuauiſſimo paſtu Dominicarum diuitiarum perfruamur: ecquæ iſtæ diuitiæ, quibus comparandis, laborandum?

D. Auguſt. reſpondet ibi D. Auguſtinus. *Diuitiæ eius, Dominus eius: diuitiæ eius, Deus eius.* Si ergo tanquam Paſtus Eccleſiæ Deus proponitur: & nunquam verè comeditur niſi in Euchariſtiâ, haud vanus auguror, Euchariſticas diuitias hîc promitti. Ita eſt: caro & ſanguis Chriſti, diuitiæ nobis ſunt, quibus tanquam cumulatiſſimo pretio accepto, nobis culpam Pater remittit, & ius hæreditatis denuo concedit: hac ergo carne, hoc ſanguine ditiſſimo paſcitur, qui virtutibus ſedulo

Vatabl. ſtudet. Sed pende mihi nunc, Vatabli ad hunc locum verſionem: *Tu ſpera in Domino, & quod bonum eſt facito, inhabita terram: & paſce fidem.* Quaſi idem ſit ſumere Euchariſtiam, hiſque myſteriis paſci ditiſſimis, quod fide ſaginari. Sicut enim quod comedimus in ſubſtantiam noſtram conuertitur, ſic ſumpta Euchariſtia, viſa quodammodo in fidem conuerti, vt fide enutriri & roborari, myſterium quod ſumimus agnoſcamus. Mirum eſt hoc adiouicem fidei, & Euchariſtiæ commercium: fides te ad Euchariſtiam præparat: ſed Euchariſtia viciſſim tibi fidem corroborat,

Optatus Mileuit. & tuetur. Prudenter Optatus Mileuitanus lib.6. contra Parmen. hinc Hæreticos increpat. *Quod enim eſt tam ſacrilegum, quam altaria Dei, in quibus & vos aliquando obtuliſtis, frangere, radere, remouere? in quibus vota populi, & membra Chriſti portata ſunt: quo Deus omnipotens, inuocatus ſit: quò poſtulatus deſcendit Spiritus ſanctus: vnde à multis pignus ſalutis æternæ, & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt, &c. Quid eſt enim altare, niſi ſedes corporis & ſanguinis Chriſti?* Non enim ſolum eſt Euchariſtia ſalutis æternæ pignus, vt canit Eccleſia: reſurrectionis ſpes, vt dixit: ſed etiam *Tutela fidei*: quaſi etiam *Myſterium fidei* à Chriſto diceretur, quod fidem tueatur.

Si ergo Euchariſtiæ myſteria callere cupis, vtere Euchariſtiâ: clauem ſibi, ſecum gerit, fidem 721. oculatiſſimam: guſta palato ſano, & perſpicaciſſimis oculis iam videbis: *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus:* ni guſtes, non videbis: de quo fusè D. Gregor. Homil.36. in Euangel. tu legeris, D. Gregor. Magnus.

Quando Dauid, 1. Reg.21.v.13. ſimulans amentiam, apud Achis, & purpuratos eius: *Collabebatur inter manus eorum:* Chriſtum figurauit: ideo 1. Reg.21. v.13. Græca habent: *κατεφέρετο*: id eſt: *portabatur in manibus ſuis,* Et quomodo, inquis, aliquis ſe in manibus ſuis portare poteſt? de Dauide typico, neſcio: de noſtro vero, apte D. Auguſt. in Pſ.33. D. Auguſt. *Quomodo ferebatur in manibus ſuis? quia cum commendaret ipſum corpus ſuum & ſanguinem ſuum, accepit in manus ſuas: & ipſe ſe portabat, cum diceret: hoc eſt corpus meum.* Et quæ ibi optima cumulat, à nobis alibi fuſiſſime expenſa: aliò ad rem præſentem propero. Dauid ergo hiſtoriam hanc attingens, deque libertate, quàm ab amentiæ prudentiſſimæ fictione comparauit, gratias Deo agens, Pſalm.33. vt noſti, tandem v.9. ſic habet: Pſ.33.v.9. *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus: beatus vir, qui ſperat in eo.* Sed quid libertati per Deum comparatæ, cum guſtu eius? quorſum in hoc loco, ſuauitas Domini videnda, per guſtum commendatur? audi Auguſtinum. *Non ne aperit ſe* D. Aug. *ipſe pſalmus, vt oſtendat tibi illam quaſi inſaniam & furorem conſtantem, ſanam inſaniam, & ſobriam ebrietatem illius Dauid, qui figuratè Sacramentum Dominicum oſtendebat? quando illi miſeri coram Rege Achis dixerunt, quomodo eſt? quando dicebat Dominus: niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam: & illi in quibus regnabat Achis, id eſt error & ignorantia, quid dixerunt? quomodo iſte poterit, dare nobis carnem ſuam manducare? guſta & vide.* Optimè ergo hunc verſiculum in myſterij huius commemoratione, inſeruit Dauid: quippè niſi guſtatu, non videtur: cum enim per ſolam fidem adeatur: fides verò, maximè eiuſdem guſtu roboretur: meritò viſio & cognitio guſtui deputatur.

Concludo tandem verbis Cellenſis, qui ad il- 722. lud de Agno typico: *Caput cum pedibus eius & inteſtinis vorabitis:* Exod. 12.v.9. ſic habet lib. de Exod.12. v.9. Panib. cap.1. poſt alia de Euchariſtiâ. *In hoc Domi-* Petr. Cel. *nus conuiuio, ſanguinem, carnem, pellem, adipem, inteſtina, caput cum pedibus ponit: vt redemptio in ſanguine, refectio in carne, veſtis in pelle, vnctio in adipe, ſcientia occultorum myſteriorum in inteſtinis, ſtola prima in capite, conſummatio beata in pedibus præbeatur.* Quaſi omnium diuinorum penetradium ſecreta, omnia arcanorum adyta, & quodammodo inteſtina, in huius menſæ epulo, ex huius cibi vſu adeantur: ex quo mirificè, occultorum ſcientia, de quâ hucuſque diximus, comparatur.

Borgia optimus Notarius.

Iam ad id, cuius cauſſâ, Notas has Euchariſti- 723. cas explicaui, veniamus. Ad altiſſimum contemplationis gradum, ex continuo mortificationis ſtudio, vt vidimus, aſcendit Borgia: recondita

à

à Deo accepit beneficia, abdita eius mysteria penetrauit egregius Notarius, vt nihil in rebus spiritus, quantumuis foret difficile, non caperet: quâuis arcanâ Notâ obsignaretur, non explicaret. Quid ni, si notarum Notæ notitiam perfectissimam, si clauem regiam, Eucharistiam scilicet, iogenti lucis profluuio comparauit? Ribadeneyra lib.4 cap.4. Ribaden. *Mira fuit lux illa super naturalis, quam illi Dominus communicauit, vt nosceret vbi Eucharistia deliteret: euenit sæpe, vt templo adito, vbi de more accensa lampas sacrario irradiabat: nec tamen ibi esse corpus Christi, Borgia affirmaret. E contra vero, templa jadiens, in quibus nullo apparatu, nullo exteriori insigni, Eucharistiam adesse, poterat deprehendi: & adesse nihilominus, asserebat: vtrobique certissimo veritatis testimonio.* Quid mirum ergo, si ex Eucharistia optimè penetratâ: cætera deinceps mysteria, calleret probè, facilè exnotaret? Nimirum & Eucharistiam, solitâ & vnicâ claui, viuacitate scilicet generosæ cuiusdam fidei, sibi aperuerat. Domi sæpe, turbâ negotiorum euitatâ frequens adorandæ Eucharistiæ recurrebat: foris, obuia si fortè templa, non præteribat, quin breui oratiunculâ amores suos in sacrario non salutaret. Nullus vnquam helluo, sic corruptibilibus indulsit escis, vt Borgia cœlesti cibo inhæsit inescatus, post primum, quod fecit sacrum: nullum vnquam diem, ad mortem vsque seu valens, seu ægrotus, ab hoc ieiunus epulo prætermisit. Morbi aliquando veterno oppressus, & ad cætera ministeria, sui impos: sacræ communionis tempore, vltro se vigilem exhibebat: & qui ad cætera funiculis torquentibus indigeret: sponte ad sacrum epulum excitabatur. Innumera sunt, quæ in hanc rem, ex citato Ribadeneyra afferri possent. Nota est apud sacros interpretes Genes. 8. ad Genes. 8. caput: quæst. de coruo immorante, Rupert. & redeunte Columba: ad quam ita Rupertus lib.4.cap.23. *Coruus facilius requiescere potuit, quia cadauera abunde inuenit. Columba verò, quia cadaueribus non pascitur, & si ad secundum, aliquod montis iugum inuenire potuit: tamen absque cibo requiescere non potuit.* Habes expressum Borgiam, in solâ Eucharistia quiescentem: quam fide inquirebat: cuius inuicem vsu fidem roborabat: vt ex assidua mortificatione, in altissimam cœlestium Notarum scientiam perueniret.

CAPVT V.

Religiosæ Vitæ Amator ardens: Gonsaga.

§. I.

Fausta Gonsagæ natiuitas, futuram sanctimoniam iam præsagiens. Gratia adoptans: crux illustrans. Fælices Parentes.

724. HVc adsis ô Gonsaga, suauissimus Societatis nostræ ardor, cuius ardentissimus amator extitisti. Imparem gestis tuis sortiris Encomiastem, sed addictissimum. Nescio quomodo post Patriarcham nostrum, post vtrumque Patrem Franciscum, quasi respiraturus suauis, ad te recurro. Non quidem te, sanctissime adolescens, irreuerentius: sed tamen habeo, ingenuè fatendum, familiarius. Patrum, ne dum Patriarchæ, maiestate, hucusque turbatus: fraternæ facilitati consior assuesco: plura tecum de tuarum, quàm cum illorum singulis, de rerum suarum gloriâ, meditabor: quippè sic vrget non flamantior affectus, sed expeditior. Si licuit Ricardo de S. Laurent. Carmina illa Senecæ in Hyppol. Senec.

Matris superbum est nomen, & nimium potens,
Nostros humilius nomen, affectus decet:
Me vel sororem voca, &c.

Si licuit, inquam, ita inuertisse lib.1. cap.2. perque pietatem audacem defœcasse: Richard. Laur. *Sicut nomen* IESV, *mel in ore, in aure melos, in corde iubilus: sit & nomen Maria: & etiam amplius, si dicere audeamus:* IESV *enim, quasi superbum nomen est, & nimium potens, nostros humilius nomen affectus decet: vnde si in* IESV, *aut Deitatis aut sexus virilis austeritatem aliquis vereatur, recurrat ad Mariam, in quâ nihil horum suspectum est. Maria enim nomen muliebre est, mansuetudinem præferens, & commendans.* Cur non liceat mihi sic inuertere: *Patris, superbum est nomen, & nimium potens: nostros, humilius nomen, affectus decet: fratrem vocabo.* Ergo dum hucusque suauissimo delitiarum blandimento, *Fratrem* vocare solemus, quasi faciliorem adimus confidentius: tantum adipisci conatui: vt quæ ab ardore tuo erga Religionem didici, ad aliorum imitationem scribantur vtiliter.

Virtus egregia in ipsis suis rudimentis, futuræ gloriæ cumulum repræsentat quandoque: & vt 725. vrtica suam ab initio loquitur asperitatem: sic rosa odorem suum, è calyculo prodit adhuc semibulco. Est hoc illud quod de Tritico habet D. D. Ambrosius Ambrosius lib.3. Hexam. cap.8. vbi ita. *Suscipit granum tritici, putris gleba, & sparsum cohibet occatio: ac velut materno terra gremio fouet, & comprimit. Inde cum se granum illud resoluerit, herbam germinat: grata ipsa iam specie herbescentis viriditatis, quæ statim genus, sationi similitudine sui prodit: vt in ipso suæ stirpis exordio, cuius generis herba sit, recognoscas: atque in herbis fructus appareat.* Quæsiui alibi ad illud Christi, de semine iacto: *Aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum* Luc.8.v.8. Luc 8. v.8. cur statim orto, ne dum crescenti, iam fructus cumulatissimus assignetur? respondebam, generosæ virtutis semen, sic adhuc ab ipso ortu publicari, vt iam vberes segetes spondeat. Nunc minus displicet responsio, ad Tropologiam: quàm ad litteram, Ambrosius ibi ineptam non putaret. Nascitur Iacob plantam fratris tenens Genes. 25. v.26. Genes. 25 v.26. vt præsagiret, inquiunt Interpretes, fratris deinde futurum supplantatorem. Non inficior præsagium futurorum, dummodo fateantur, non per vmbram, sed per veram supplantationem licet infantilem, futuras supplantationes viriles denotari. Quid enim est plantam fratris tenere, dum egreditur: quam deuicti spolium ostentare, quem victor iam in vterô supplantarat? ideo Oseas: Oseas 12. v.3. *In vterô supplantauit fratrem suum.* Cap.12. v.3. de quo elegantissimè ad rem meam ibi, Ruffinus illepius, Ruffinus Pius. (quem alium ab impio Aquileiensi, defendo alibi,) ita. *Quod vix ipsa natura credi permitteret, plantam Germani inierat; etiam primogenita non fraudibus, sed meritis recepturus innasit. Auspicium ergo lucis, cum testimonio dignitatis assumpsit: ostendens videlicet quod placitâ Deo polleret generositate, cui frugem secuturæ virtutis contigisset, etiam ante sentiendi tempora polliceri.* Itaque iam tunc quali quali pollebat

& maximè Euchariſtiam reprobant, & blaſphemant: iam non ſolum ad faſtidium & nauſeam, ſed etiam ad vomitum, Chriſti viſcera, vnde eiecti fuere, prouocarunt: & tamen ratione leues, obſtinatione graues, roris & guttarum inſtar, inefficaces & pertinaces contendunt: leuiſſimo ſenſus ſui momento, Euchariſtici myſterij pondus trutinare præſumunt: miſeri, quos Clauis regia, quos Notarum lux, id eſt fides deſeruit: per quam ſuauiſſimè ad hoc myſterium introducimur: Tertull. audiant Tertullianum lib. aduerſus Hæreticos, cap. 14. *Nouiſſimè ignorare melius eſt, ne, quod non debeas noris, quia quod debeas noſti. Fides inquit tua, te ſaluum fecit, non exercitatio ſcripturarum. Fides in regula poſita eſt: habes legem & ſalutem in obſeruatione legis: exercitatio autem, in curioſitate conſiſtit, habent gloriam ſolum de peritiæ ſtudio. Cedat curioſitas fidei, cedat gloria ſaluti.* Quamuis hodie hæretici, vt verum fateat, iam non tam de peritiæ ſtudio, qua carent: quam de carnis indulgentiâ, cui ſtudent, ſoleant gloriari: niſi fortè iactent ſe de inſaniis grammaticalibus, quibus in Eccleſiam Romanam, id eſt in vnicam Chriſti Eccleſiam garrire ſatagunt. Sed de hoc alibi. Redeo.

720. Hæc eſt autem diuinæ miſericordiæ ſuauiſſima Prouidentia, qua curauit, vt quia per ſolam fidem, ad Euchariſticũ adytum abditiſſimum, patet aditus: ipſa Euchariſtia feruidè ſumpta ſic fidem augeat, ſic eius viuacitatem nutriat: ac ſic quodammodo clauem ſecum gerat, Non itaque intelligitur hoc myſterium, abſque fide: ipſum tamen, dum condignè guſtatur, ſic fidem roborat, vt ſibi ſecum, clauem afferre videatur. Hinc illud Prophetæ: *Spera in Domino, & fac bonitatem, &* Pſ.26.v 4. *inhabita terram: & paſceris in diuitiis eius.* Pſalm. 26. v. 4. tantum ſpei, ad deſiderium, tantum bonitatis ad opus, impendi præcipitur: vt ſuauiſſimo paſtu Dominicarum diuitiarum perfruamur: ecquæ iſtæ diuitiæ, quibus comparandis, laborandum? D. Auguſt. reſpondet ibi D. Auguſtinus. *Diuitiæ eius, Dominus eius: diuitiæ eius, Deus eius.* Si ergo tanquam Paſtus Eccleſiæ Deus proponitur: & nunquam verè comeditur niſi in Euchariſtiâ, haud vanus auguror, Euchariſticas diuitias hîc promitti. Ita eſt: caro & ſanguis Chriſti, diuitiæ nobis ſunt, quibus tanquam cumulatiſſimo pretio accepto, nobis culpam Pater remittit, & ius hæreditatis denuo concedit: hac ergo carne, hoc ſanguine ditiſſimo paſcitur, qui virtutibus ſedulo Vatabl. ſtudet. Sed pende mihi nunc, Vatabli ad hunc locum verſionem: *Tu ſpera in Domino, & quod bonum eſt facito, inhabita terram: & paſce fidem.* Quaſi idem ſit ſumere Euchariſtiam, hiſque myſteriis paſci ditiſſimis, quod fide ſaginari. Sicut enim quod comedimus in ſubſtantiam noſtram conuertitur, ſic ſumpta Euchariſtia, viſa quodammodo in fidem conuerti, vt fide enutriti & roborati, myſterium quod ſumimus agnoſcamus. Mirum eſt hoc adinuicem fidei, & Euchariſtiæ commercium: fides te ad Euchariſtiam præparat: ſed Euchariſtia viciſſim tibi fidem corroborat, Optatus Mileuit. & tuetur. Prudenter Optatus Mileuitanus lib. 6. contra Parmen. hinc Hæreticos increpat. *Quod enim eſt tam ſacrilegum, quam altaria Dei, in quibus & vos aliquando obtuliſtis, frangere, radere, remouere? in quibus vota populi, & membra Chriſti portata ſunt: quo Deus omnipotens, inuocatus ſit: quo poſtulatus deſcendit Spiritus ſanctus: vnde à multis pignus ſalutis æternæ, & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt,* &c. *Quid eſt enim altare, niſi ſedes corporis & ſanguinis Chriſti?* Non enim ſolum eſt Euchariſtia ſalutis æternæ pignus, vt canit Eccleſia: reſurrectionis ſpes, vt dixit: ſed etiam *Tutela fidei*: quaſi etiam *Myſterium fidei* à Chriſto diceretur, quod fidem tueatur.

Si ergo Euchariſtiæ myſteria callere cupis, vtere Euchariſtiâ: clauem ſibi, ſecum gerit, fidem oculatiſſimam: guſta palato ſano, & perſpicaciſſimis oculis iam videbis: *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus*: ni guſtes, non videbis: de quo fusè D. Gregor. Homil. 36. in Euangel. tu legeris. 721.

D. Gregor. Magnus. 1. Reg. 21. v. 13. Quando Dauid, 1. Reg. 21. v. 13. ſimulans amentiam, apud Achis, & purpuratos eius: *Collabebatur inter manus eorum:* Chriſtum figurauit: ideo Græca habent: κατεφέρετο: id eſt: *portabatur in manibus ſuis*, Et quomodo, inquis, aliquis ſe in manibus ſuis portare poteſt? de Dauide typico, neſcio: de noſtro vero, apte D. Auguſt. in Pſ. 33. D. Auguſt. *Quomodo ferebatur in manibus ſuis? quia cum commendaret ipſum corpus ſuum & ſanguinem ſuum, accepit in manus ſuas: & ipſe ſe portabat, cum diceret: hoc eſt corpus meum.* Et quæ ibi optima cumulat, à nobis alibi fuſiſſime expenſa: aliò ad rem præſentem propero. Dauid ergo hiſtoriam hanc attingens, deque libertate, quàm ab amentiæ prudentiſſimæ fictione comparauit, gratias Deo agens, Pſalm. 33. vt noſti, tandem v. 9. ſic habet: Pſ. 33. v. 9. *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus: beatus vir, qui ſperat in eo.* Sed quid libertati per Deum comparatæ, cum guſtu eius? quorſum in hoc loco, ſuauitas Domini videnda, per guſtum commendatur? audi Auguſtinum. *Non ne aperit ſe* D. Aug. *ipſe pſalmus, vt oſtendat tibi illam quaſi inſaniam & furorem conſtantem, ſanam inſaniam, & ſobriam ebrietatem illius David, qui figuratè Sacramentum Dominicum oſtendebat? quando illi miſeri coram Rege Achis dixerunt, quomodo eſt? quando dicebat Dominus: niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam: & illi in quibus regnabat Achis, id eſt error & ignorantia, quid dixerunt? quomodo iſte poterit, dare nobis carnem ſuam manducare? guſta & vide.* Optimè ergo hunc verſiculum in myſterij huius commemorane, inſeruit Dauid: quippè niſi guſtatu, non videtur: cum enim per ſolam fidem adeatur: fides verò, maximè eiuſdem guſtu roboretur: meritò viſio & cognitio guſtui deputatur.

Concludo tandem verbis Cellenſis, qui ad illud de Agno typico: *Caput cum pedibus eius & inteſtinis vorabitis*: Exod. 12. v. 9. ſic habet lib. de 722.

Exod. 12. v. 9. Petr. Cel. Panib. cap. 1. poſt alia de Euchariſtiâ. *In hoc Dominus conuiuio, ſanguinem, carnem, pellem, adipem, inteſtina, caput cum pedibus ponit: vt redemptio in ſanguine, refectio in carne, veſtis in pelle, vnctio in adipe, ſcientia occultorum myſteriorum in inteſtinis, ſtola prima in capite, conſummatio beata in pedibus præbeatur.* Quaſi omnium diuinorum penetralium ſecreta, omnia arcanorum adyta, & quodammodo inteſtina, in huius menſæ epulo, ex huius cibi vſu adeantur: ex quo mirificè, occultorum ſcientia, de quâ huc uſque diximus, comparatur.

Borgia optimus Notarius.

Iam ad id, cuius cauſsâ, Notas has Euchariſticas explicaui, veniamus. Ad altiſſimum contemplationis gradum, ex continuo mortificationis ſtudio, vt vidimus, aſcendit Borgia: recondita 723.

à

à Deo accepit beneficia, abdita eius mysteria penetrauit egregius Notarius, vt nihil in rebus spiritus, quantumuis foret difficile, non caperet: quâuis arcanâ Notâ obsignaretur, non explicaret. Quid ni, si notarum Notæ notitiam perfectissimam, si clauem regiam, Eucharistiam scilicet, ingenti lucis profluuio comparauit? Ribadeneyra lib.4 cap.4. *Mira fuit lux illa super naturalis, quam illi Dominus communicauit, vt nosceret vbi Eucharistia deliteret: euenit sæpe, vt templo adito, vbi de more accensa lampas sacrario irradiabat: nec tamen ibi esse corpus Christi, Borgia affirmaret. E contra vero, templa subiens, in quibus nullo apparatu, nullo exteriori insigni, Eucharistiam adesse, poterat deprehendi: & adesse nihilominus, asserebat: vtrobique certissimo veritatis testimonio.* Quid mirum ergo, si ex Eucharistia optimè penetratâ: cætera deinceps mysteria, calleret probè, facilè exnotatet? Nimirum & Eucharistiam, solitâ & vnicâ claui, viuacitate scilicet generosæ cuiusdam fidei, sibi apetuerat. Domi sæpe, turbâ negotiorum euitatâ frequens adorandæ Eucharistiæ recurrebat: foris, obuia si fortè templa, non præteribat, quin breui oratiunculâ amores suos in sacrario non salutaret. Nullus vnquam helluo, sic corruptibilibus indulsit escis, vt Borgia cœlesti cibo inhæsit inescatus, post primum, quod fecit sacrum: nullum vnquam diem, ad mortem vsque seu valens, seu ægrotus, ab hoc ieiunus epulo prætermisit. Morbi aliquando veterno oppressus, & ad cætera ministeria, sui impos: sacræ communionis tempore, vltro se vigilem exhibebat: & qui ad cætera funiculis torquentibus indigeret: sponte ad sacrum epulum excitabatur. Innumera sunt, quæ in hanc rem, ex citato Ribadeneyra afferri possent. Nota est apud sacros interpretes ad Genes.8.caput: quæst. de coruo inmorante, & redeunte Columba: ad quam ita Rupertus lib.4.cap.23. *Coruus facilius requiescere potuit, quia cadauera abunde inuenit. Columba verò, quia cadaueribus non pascitur, & si ad secundum, aliquod montis iugum inuenire potuit: tamen absque cibo requiescere non potuit.* Habes expressum Borgiam, in solâ Eucharistia quiescentem: quam fide inquirebat: cuius inuicem vsu fidem roborabat: vt ex assidua mortificatione, in altissimam cœlestium Notarum scientiam perueniret.

Ribaden.

Genes.8.
Rupert.

CAPVT V.

Religiosæ Vitæ Amator ardens Gonsaga.

§. I.

Fausta Gonsagæ natiuitas, futuram sanctimoniam iam præsagiens. Gratia adoptans: crux illustrans. Fœlices Parentes.

724. HVc adsis ô Gonsaga, suauissimus Societatis nostræ ardor, cuius ardentissimus amator extitisti. Imparem gestis tuis fortiris Encomiastem, sed addictissimum. Nescio quomodo post Patriarcham nostrum, post vtrumque Patrem Franciscum, quasi respiraturus suauis, ad te recurro. Non quidem te, sanctissime adolescens, irreuerentius: sed tamen habeo, ingenuè fatendum, familiarius. Patrum, ne dum Patriarchæ, maiestate, hucusque turbatus: fraternæ facilitati comior assuesco: plura tecum de tuarum, quàm cum illorum singulis, de rerum suarum gloriâ, meditabor: quippe sic vrget non flamantior affectus, sed expeditior. Si licuit Ricardo de S. Laurent. Carmina illa Senecæ in Hyppol. Senec.

Matris superbum est nomen, & nimium potens,
Nostros humilius nomen, affectus decet:
Me vel sororem voca, &c.

Si licuit, inquam, ita inuertisse lib.1. cap.2. perque pietatem audacem defœcasse: *Sicut nomen* IESV, *mel in ore, in aure melos, in corde iubilus: sit & nomen Mariæ: & etiam amplius, si dicere audeamus:* IESV *enim, quasi superbum nomen est, & nimium potens, nostros humilius nomen affectus decet: vnde si in* IESV, *aut Deitatis aut sexus virilis austeritatem aliquis vereatur, recurrat ad Mariam, in quâ nihil horum suspectum est. Maria enim nomen muliebre est, mansuetudinem præferens, & commendans.* Cur non liceat mihi sic inuertere: *Patris, superbum est nomen, & nimium potens: nostros, humilius nomen, affectus decet: fratrem vocabo.* Ergo dum hucusque suauissimo delitiarum blandimento, *Fratrem* vocare solemus, quasi faciliorem adimus confidentius: tantum adspira conatui: vt quæ ab ardore tuo erga Religionem didici, ad aliorum imitationem scribantur vtiliter.

Richard. Laur.

Virtus egregia in ipsis suis rudimentis, futuræ gloriæ cumulum repræsentat quandoque: & vt vrtica suam ab initio loquitur asperitatem: sic rosa odorem suum, è calyculo prodit adhuc semihulco. Est hoc illud quod de Tritico habet D. Ambrosius lib.3. Hexam. cap.8. vbi ita. *Suscipit granum tritici, putris gleba, & sparsum cohibet occatio: ac velut materno terra gremio fouet, & comprimit. Inde cum se granum illud resoluerit, herbam germinat: grata ipsa iam specie herbescentis viriditatis, quæ statim genus, satiui similitudine sui prodit: vt in ipso suæ stirpis exordio, cuius generis herba sit, recognoscas: atque in herbis fructus appareat.* Quæsiui alibi ad illud Christi, de semine iacto: *Aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum* Luc.8.v.8. cur statim orto, ne dum crescenti, iam fructus cumulatissimus assignetur? respondeham, generosæ virtutis semen, sic adhuc ab ipso ortu publicari, vt iam vberes segetes spondeat. Nunc minus displicet responsio, ad Tropologiam: quàm ad litteram, Ambrosius ibi ineptam non putaret. Nascitur Iacob plantam fratris tenens Genes. 25. v.26. vt præsagiret, inquiunt Interpretes, fratris deinde futurum supplantatorem. Non inficior præsagium futurorum, dummodo fateantur, non per vmbram, sed per veram supplantationem licet infantilem, futuras supplantationes viriles denotari. Quid enim est plantam fratris tenere, dum egreditur: quam deuicti spolium ostentare, quem victor iam in vteró supplantarat? ideo Oseas: *In vtero supplantauit fratrem suum.* Cap.12. v.3. de quo elegantissimè ad rem meam ibi, Ruffinus ille pius, (quem alium ab impio Aquileiensi, defendo alibi,) ita. *Quod vix ipsa natura credi permitteret, plantam Germani inierat; etiam primogenita non fraudibus, sed meritis erepturus inuasit. Auspicium ergo lucis, cum testimonio dignitatis assumpsit: ostendent videlicet quod placitâ Deo polleret generositate, cui frugem secutura virtutis contigisset, etiam ante sentiendi tempora polliceri.* Itaque iam tunc quali quali pollebat

725.

D. Ambrós.

Luc 8. v.8.

Genes. 25 v.26.

Oseas 12. v.3.
Ruffinus Pius.

& maximè Eucharistiam reptobant, & blasphemant: iam non solum ad fastidium & nauseam, sed etiam ad vomitum, Christi viscera, vnde eiecti fuere, prouocarunt: & tamen ratione leues, obstinatione graues, roris & guttarum instar, inefficaces & pertinaces contendunt: leuissimo sensus sui momento, Eucharistici mysterij pondus trutinare præsumunt: miseri, quos Clauis regia, quos Notarum lux, id est fides deseruit: per quam suauissimè ad hoc mysterium introducimur:

Tertull.

audiant Tertullianum lib. aduersus Hæreticos, cap. 14. *Nouissimè ignorare melius est, ne, quod non debeas noris, quia quod debeas nosti. Fides inquit tua, te saluum fecit, non exercitatio scripturarum. Fides in regula posita est: habes legem & salutem in obseruatione legis: exercitatio autem, in curiositate consistit, habens gloriam solum de peritiæ studio. Cedat curiositas fidei, cedat gloria saluti.* Quanuis hodie hæretici, vt verum fatear, iam non tam de peritiæ studio, qua carent: quam de carnis indulgentiâ, cui student, soleant gloriari: nisi fortè iactent se de insaniis grammaticalibus, quibus in Ecclesiam Romanam, id est in vnicam Christi Ecclesiam garrire satagunt. Sed de hoc alibi. Redeo.

710. Hæc est autem diuinæ misericordiæ suauissima Prouidentia, qua curauit, vt quia per solam fidem, ad Eucharisticũ adytum abditissimum, patet aditus: ipsa Eucharistia feruidè sumpta sic fidem augeat, sic eius viuacitatem nutriat: ac sic quodammodo clauem secum gerat. Non itaque intelligitur hoc mysterium, absque fide: ipsum tamen, dum condignè gustatur, sic fidem roborat, vt sibi secum, clauem afferre videatur. Hinc illud Prophetæ: *Spera in Domino, & fac bonitatem, &*

Ps. 26. v. 4.

inhabita terram: & pasceris in diuitiis eius. Psalm. 26. v. 4. tantum spei, ad desiderium, tantum bonitatis ad opus, impendi præcipitur: vt suauissimo pastu Dominicarum diuitiarum perfruamur: ecquæ istæ diuitiæ, quibus comparandis, laborandum? respondet ibi D. Augustinus.

D. August.

Diuitiæ eius, Dominus eius: diuitiæ eius, Deus eius. Si ergo tanquam Pastus Ecclesiæ Deus proponitur: & nunquam verè comeditur nisi in Eucharistiâ, haud vanus augutor, Eucharisticas diuitias hîc promitti. Ita est: caro & sanguis Christi, diuitiæ nobis sunt, quibus tanquam cumulatissimo pretio accepto, nobis culpam Pater remittit, & ius hæreditatis denuo concedit: hac ergo carne, hoc sanguine ditissimo pascitur, qui virtutibus sedulo

Vatabl.

studet. Sed pende mihi nunc, Vatabli ad hunc locum versionem: *Tu spera in Domino, & quod bonum est facito, inhabita terram: & pasce fidem.* Quasi idem sit sumere Eucharistiam, hisque mysteriis pasci ditissimis, quod fide saginari. Sicut enim quod comedimus in substantiam nostram conuertitur, sic sumpta Eucharistia, visa quodammodo in fidem conuerti, vt fide enutriti & roborati, mysterium quod sumimus agnoscamus. Mirum est hoc adinuicem fidei, & Eucharistiæ commercium: fides te ad Eucharistiam præparat: sed Eucharistia vicissim tibi fidem corroborat,

Optatus Mileuit.

& tuetur. Prudenter Optatus Mileuitanus lib. 6. contra Parmen. hinc Hæreticos increpat. *Quod enim est tam sacrilegum, quam altaria Dei, in quibus & vos aliquando obtulistis, frangere, radere, remouere? in quibus vota populi, & membra Christi portata sunt: quo Deus omnipotens, inuocatus sit: quò postulatus descendit Spiritus sanctus: vnde à multis pignus salutis æternæ, & tutela fidei, & spes resurrectionis accepta est,* &c. *Quid est enim altare, nisi sedes corporis & sanguinis Christi?* Non enim solum est Eucharistia salutis æternæ pignus, vt canit Ecclesia: resurrectionis spes, vt dixit: sed etiam *Tutela fidei*: quasi etiam *Mysterium fidei* à Christo diceretur, quod fidem tueatur.

711. Si ergo Eucharistiæ mysteria callere cupis, vtere Eucharistiâ: clauem sibi, secum gerit, fidem oculatissimam: gusta palato sano, & perspicacissimis oculis iam videbis: *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus*: ni gustes, non videbis: de quo

D. Gregor. Magnus. 1. Reg. 21. v. 13.

fusè D. Gregor. Homil. 36. in Euangel. tu legeris, Quando Dauid, 1. Reg. 21. v. 13. simulans amentiam, apud Achis, & purpuratos eius: *Collabebatur inter manus eorum:* Christum figurauit: ideo Græca habent: κατεφέρετο: id est: *portabatur in manibus suis*, Et quomodo, inquis, aliquis se in manibus suis portare potest? de Dauide typico,

D. August.

nescio: de nostro vero, apte D. August. in Ps. 33. *Quomodo ferebatur in manibus suis? quia cum commendaret ipsum corpus suum & sanguinem suum, accepit in manus suas: & ipse se portabat, cum diceret: hoc est corpus meum.* Et quæ ibi optima cumulat, à nobis alibi fusissime expensa: aliò ad rem præsentem propero. Dauid ergo historiam hanc attingens, deque libertate, quàm ab amentiæ prudentissimæ fictione comparauit, gratias Deo

Ps. 33. v. 9.

agens, Psalm. 33. vt nosti, tandem v. 9. sic habet: *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo.* Sed quid libertati per Deum comparatæ, cum gustu eius? quorsum in hoc loco, suauitas Domini videnda, per gustum commendatur? audi Augustinum.

D. Aug.

Non ne aperit se ipse psalmus, vt ostendat tibi illam quasi insaniam & furorem constantem, sanam insaniam, & sobriam ebrietatem illius Dauid, qui figuratè Sacramentum Dominicum ostendebat? quando illi miseri coram Rege Achis dixerunt, quomodo est? quando dicebat Dominus: nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam: & illi in quibus regnabat Achis, id est error & ignorantia, quid dixerunt? quomodo iste poterit, dare nobis carnem suam manducare? gusta & vide. Optimè ergo hunc versiculum in mysterij huius commemoratione, inseruit Dauid: quippè nisi gustatu, non videtur: cum enim per solam fidem adeatur: fides verò, maximè eiusdem gustu roboretur: meritò visio & cognitio gustui deputatur.

712. Concludo tandem verbis Cellensis, qui ad illud de Agno typico: *Caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis*: Exod. 12. v. 9. sic habet lib. de

Exod. 12. v. 9. Petr. Cel.

Panib. cap. 1. post alia de Eucharistiâ. *In hoc Dominus conuiuio, sanguinem, carnem, pellem, adipem, intestina, caput cum pedibus ponit: vt redemptio in sanguine, refectio in carne, vestis in pelle, vnctio in adipe, scientia occultorum mysteriorum in intestinis, stola prima in capite, consummatio beata in pedibus prabeatur.* Quasi omnium diuinorum penetralium secreta, omnia arcanorum adyta, & quodammodo intestina, in huius mensæ epulo, ex huius cibi vsu adeantur: ex quo mirificè, occultorum scientia, de quâ hucusque diximus, comparatur.

Borgia optimus Notarius.

713. Iam ad id, cuius caussâ, Notas has Eucharisticas explicaui, veniamus. Ad altissimum contemplationis gradum, ex continuo mortificationis studio, vt vidimus, ascendit Borgia: recondita

à

à Deo accepit beneficia, abdita eius mysteria penetrauit egregius Notarius, vt nihil in rebus spiritus, quantumuis foret difficile, non caperet: quâuis arcanâ Notâ obsignaretur, non explicaret. Quid ni, si notarum Notæ notitiam perfectissimam, si clauem regiam, Eucharistiam scilicet, ingenti lucis profluuio comparauit? Ribadeneyra lib.4 cap.4. *Mira fuit lux illa super naturalis, quam illi Dominus communicauit, vt nosceret vbi Eucharistia deliteret: euenit sæpe, vt templo adito, vbi de more accensa lampas sacrario irradiabat: nec tamen ibi esse corpus Christi, Borgia affirmaret. E contra vero, templa subiens, in quibus nullo apparatu, nullo exteriori insigni, Eucharistiam adesse, poterat deprehendi: & adesse nihilominus, asserebat: vtrobique certissimo veritatis testimonio.* Quid mirum ergo, si ex Eucharistia optimè penetratâ: cætera deinceps mysteria, calleret probè, facilè exnotaret? Nimirum & Eucharistiam, solitâ & vnicâ claui, viuacitate scilicet generosæ cuiusdam fidei, sibi aperuerat. Domi sæpe, turbâ negotiorum euitatâ frequens adorandæ Eucharistiæ recurrebat: foris, obuia si fortè templa, non præteribat, quin breui oratiunculâ amores suos in sacrario non salutaret. Nullus vnquam helluo, sic corruptibilibus indulsit escis, vt Borgia cœlesti cibo inhæsit inescatus, post primum, quod fecit sacrum: nullum vnquam diem, ad mortem vsque seu valens, seu ægrotus, ab hoc ieiunus epulo prætermisit. Morbi aliquando veterno oppressus, & ad cætera ministeria, sui impos: sacræ communionis tempore, vltro se vigilem exhibebat: & qui ad cætera funiculis torquentibus indigeret: sponte ad sacrum epulum excitabatur. Innumera sunt, quæ in hanc rem, ex citato Ribadeneyra afferri possent. Nota est apud sacros interpretes ad Genes.8.caput: quæst. de coruo immorante, & redeunte Columba: ad quam ita Rupertus lib.4.cap.23. *Coruus facilius requiescere potuit, quia cadauera abunde inuenit. Columba verò, quia cadaueribus non pascitur, & si ad secundum, aliquod montis iugum inuenire potuit: tamen absque cibo requiescere non potuit.* Habes expressum Borgiam, in solâ Eucharistia quiescentem: quam fide inquirebar: cuius inuicem via fidem roborabar: vt ex assidua mortificatione, in altissimam cœlestium Notarum scientiam perueniret.

Ribaden.

Genes. 8. Rupert.

CAPVT V.

Religiosæ Vitæ Amator ardens Gonsaga.

§. I.

Fausta Gonsagæ natiuitas, futuram sanctimoniam iam præsagiens. Gratia adoptans: crux illustrans. Fœlices Parentes.

724. HVc adsis ô Gonsaga, suauissimus Societatis nostræ ardor, cuius ardentissimus amator extitisti. Imparem gestis tuis sortiris Encomiastem, sed addictissimum. Nescio quomodo post Patriarcham nostrum, post vtrumque Patrem Franciscum, quasi respiraturus suauis, ad te recurro. Non quidem te, sanctissime adolescens, irreuerentius: sed tamen habeo, ingenuè fatendum, familiarius. Patrum, ne dum Patriarchæ, maiestate, hucusque turbatus: fraternæ facilitati comior assuesco: plura tecum de tuarum, quàm cum illorum singulis, de rerum suarum gloriâ, meditabor: quippè sic vrget non flamantior affectus, sed expeditior. Si licuit Ricardo de S. Laurent. Carmina illa Senecæ in Hyppol. Senec.

Matris superbum est nomen, & nimium potens,
Nostros humilius nomen, affectus decet:
Me vel sororem voca, &c.

Si licuit, inquam, ita inuertisse lib.1.cap.2. perque pietatem audacem defœcasse: *Sicut nomen* IESV, *mel in ore, in aure melos, in corde iubilus: sit & nomen Maria: & etiam amplius, si dicere audeamus:* IESV *enim, quasi superbum nomen est, & nimium potens, nostros humilius nomen affectus decet: vnde si in* IESV, *aut Deitatis aut sexus virilis austeritatem aliquis vereatur, recurrat ad Mariam, in quâ nihil horum suspectum est. Maria enim nomen muliebre est, mansuetudinem præferens, & commendans.* Cur non liceat mihi sic inuertere: *Patris, superbum est nomen, & nimium potens: nostros, humilius nomen, affectus decet: fratrem vocabo.* Ergo dum hucusque suauissimo delitiarum blandimento, *Fratrem* vocare solemus, quasi faciliorem adimus confidentius: tantum adspira conatui: vt quæ ab ardore tuo erga Religionem didici, ad aliorum imitationem scribantur vtiliter.

Richard. Laur.

Virtus egregia in ipsis suis rudimentis, futuræ gloriæ cumulum repræsentat quandoque: & vt vrtica suam ab initio loquitur asperitatem: sic rosa odorem suum, è calyculo prodit adhuc semihulco. Est hoc illud quod de Tritico habet D. Ambrosius lib.3. Hexam. cap.8. vbi ita. *Suscipit granum tritici, putris gleba, & sparsum cohibet occatio: ac velut materno terra gremio fouet, & comprimit. Inde cum se granum illud resoluerit, herbam germinat: grata ipsa iam species herbescentis viriditatis, quæ statim genus, satiui similitudine sui prodit: vt in ipso suæ stirpis exordio, cuius generis herba sit, recognoscas: atque in herbis fructus appareat.* Quæsiui alibi ad illud Christi, de semine iacto: *Aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum* Luc.8.v.8. cur statim orto, ne dum crescenti, iam fructus cumulatissimus assignetur? respondebam, generosæ virtutis semen, sic adhuc ab ipso ortu publicari, vt iam vberes segetes spondeat. Nunc minus displicet responsio, ad Tropologiam: quàm ad litteram, Ambrosius ibi ineptam non putaret. Nascitur Iacob plantam fratris tenens Genes. 25. v.26. vt præsagiret, inquiunt Interpretes, fratris deinde futurum supplantatorem. Non inficior præsagium futurorum, dummodo fateantur, non per vmbram, sed per veram supplantationem licet infantilem, futuras supplantationes viriles denotari. Quid enim est plantam fratris tenere, dum egreditur: quam deuicti spolium ostentare, quem victor iam in vtero supplantarat? ideo Oseas: *In vtero supplantauit fratrem suum.* Cap.12. v.3. de quo elegantissimè ad rem meam ibi, Ruffinus ille pius, (quem alium ab impio Aquileiensi, defendo alibi,) ita. *Quod vix ipsa natura credi permitteret, plantam Germani iniecerat; etiam primogenita non fraudibus, sed meritis ereptura inuasit. Auspicium ergo lucis, cum testimonio dignitatis assumpsit: ostendens videlicet quod placitâ Deo polleret generositate, cui frugem secutura virtutis contigisset, etiam ante sentiendi tempora polliceri.* Itaque iam tunc quasi qoasi pollebat

725.

D. Ambros.

Luc 8. v.8.

Genes. 25 v.26.

Oseas 12. v.3.

Ruffinus Pius.

& maximè Euchariſtiam reprobant, & blaſphemant: iam non ſolum ad faſtidium & nauſeam, ſed etiam ad vomitum, Chriſti viſcera, vnde eiecti fuere, prouocarunt: & tamen ratione leues, obſtinatione graues, roris & guttarum inſtar, inefficaces & pertinaces contendunt: leuiſſimo ſenſus ſui momento, Euchariſtici myſterij pondus trutinare præſumunt: miſeri, quos Clauis regia, quos Notarum lux, id eſt fides deſeruit: per quam ſuauiſſimè ad hoc myſterium introducimur: Tertull. audiant Tertullianum lib. aduerſus Hæreticos, cap. 14. *Nouiſſimè ignorare melius eſt, ne, quod non debeas noris, quia quod debeas noſti. Fides inquit tua, te ſaluum fecit, non exercitatio ſcripturarum. Fides in regula poſita eſt: habes legem & ſalutem in obſeruatione legis: exercitatio autem, in curioſitate conſiſtit, habens gloriam ſolum de peritia ſtudio. Cedat curioſitas fidei, cedat gloria ſaluti.* Quamuis hodie hæretici, vt verum fatear, iam non tam de peritiæ ſtudio, qua carent: quam de carnis indulgentiâ, cui ſtudent, ſoleant gloriari: niſi fortè iactent ſe de inſaniis grammaticalibus, quibus in Eccleſiam Romanam, id eſt in vnicam Chriſti Eccleſiam garrire ſatagunt. Sed de hoc alibi. Redeo.

710. Hæc eſt autem diuinæ miſericordiæ ſuauiſſima Prouidentia, qua curauit, vt quia per ſolam fidem, ad Euchariſticū adytum abditiſſimum, patet aditus: ipſa Euchariſtia feruidè ſumpta ſic fidem augeat, ſic eius viuacitatem nutriat: ac ſic quodammodo clauem ſecum gerat, Non itaque intelligitur hoc myſterium, abſque fide: ipſum tamen, dum condignè guſtatur, ſic fidem roborat, vt ſibi ſecum, clauem afferre videatur. Hinc illud Prophetæ: *Spera in Domino, & fac bonitatem, &* Pſ.26.v 4. *inhabita terram: & paſceris in diuitiis eius.* Pſalm. 26. v. 4. tantum ſpei, ad deſiderium, tantum bonitatis ad opus, impendi præcipitur: vt ſuauiſſimo paſtu Dominicarum diuitiarum perfruamur: ecquæ iſtæ diuitiæ, quibus comparandis, laborandum? D. Auguſt. reſpondet ibi D. Auguſtinus. *Diuitiæ eius, Dominus eius: diuitiæ eius, Deus eius.* Si ergo tanquam Paſtus Eccleſiæ Deus proponitur: & nunquam verè comeditur niſi in Euchariſtiâ, haud vanus auguror, Euchariſticas diuitias hîc promitti. Ita eſt: caro & ſanguis Chriſti, diuitiæ nobis ſunt, quibus tanquam cumulatiſſimo pretio accepto, nobis culpam Pater remittit, & ius hæreditatis denuo concedit: hac ergo carne, hoc ſanguine ditiſſimo paſcitur, qui virtutibus ſedulo Vatabl. ſtudet. Sed pende mihi nunc, Vatabli ad hunc locum verſionem: *Tu ſpera in Domino, & quod bonum eſt facito, inhabita terram: & paſce fidem.* Quaſi idem ſit ſumere Euchariſtiam, hiſque myſteriis paſci ditiſſimis, quod fide ſaginari. Sicut enim quod comedimus in ſubſtantiam noſtram conuertitur, ſic ſumpta Euchariſtia, viſa quodammodo in fidem conuerti, vt fide enutriti & roborati, myſterium quod ſumimus agnoſcamus. Mirum eſt hoc adinuicem fidei, & Euchariſtiæ commercium: fides te ad Euchariſtiam præparat: ſed Euchariſtia viciſſim tibi fidem corroborat, Optatus Mileuit. & tuetur. Prudenter Optatus Mileuitanus lib. 6. contra Parmen. hinc Hæreticos increpat. *Quod enim eſt tam ſacrilegum, quam altaria Dei, in quibus & vos aliquando obtuliſtis, frangere, radere, remouere? in quibus vota populi, & membra Chriſti portata ſunt: quo Deus omnipotens, inuocatus ſit: quo poſtulatus deſcendit Spiritus ſanctus: vnde à multis pignus ſalutis æternæ, & tutela fidei, & ſpes reſurrectionis accepta eſt, &c. Quid eſt enim altare, niſi ſedes corporis & ſanguinis Chriſti?* Non enim ſolum eſt Euchariſtia ſalutis æternæ pignus, vt canit Eccleſia: reſurrectionis ſpes, vt dixit: ſed etiam *Tutela fidei*: quaſi etiam *Myſterium fidei* à Chriſto diceretur, quod fidem tueatur.

Si ergo Euchariſtiæ myſteria callere cupis, vtere Euchariſtiâ: clauem ſibi, ſecum gerit, fidem oculatiſſimam: guſta palato ſano, & perſpicaciſſimis oculis iam videbis: *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus:* ni guſtes, non videbis: de quo fusè D. Gregor. Homil. 36. in Euangel. tu legeris, D. Gregor. Magnus. Quando Dauid, 1. Reg. 21. v. 13. ſimulans amentiam, apud Achis, & purpuratos eius: *Collabeba-* 1. Reg. 21. v. 13. *tur inter manus eorum:* Chriſtum figurauit: ideo Græca habent: κατεφέρετο: id eſt: *portabatur in manibus ſuis*, Et quomodo, inquis, aliquis ſe in manibus ſuis portare poteſt? de Dauide typico, neſcio: de noſtro vero, apte D. Auguſt. in Pſ. 33. D. Auguſt. *Quomodo ferebatur in manibus ſuis? quia cum commendaret ipſum corpus ſuum & ſanguinem ſuum, accepit in manus ſuas: & ipſe ſe portabat, cum diceret: hoc eſt corpus meum.* Et quæ ibi optima cumulat, à nobis alibi fuſiſſime expenſa: aliò ad rem præſentem propero. Dauid ergo hiſtoriam hanc attingens, deque libertate, quàm ab amentiæ prudentiſſimæ fictione comparauit, gratias Deo agens, Pſalm. 33. vt noſti, tandem v. 9. ſic habet: Pſ. 33. v. 9. *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus: beatus vir, qui ſperat in eo.* Sed quid libertati per Deum comparatæ, cum guſtu eius? quorſum in hoc loco, ſuauitas Domini videnda, per guſtum commendatur? audi Auguſtinum. *Non ne aperit ſe* D. Aug. *ipſe pſalmus, vt oſtendat tibi illam quaſi inſaniam & furorem conſtantem, ſanam inſaniam, & ſobriam ebrietatem illius David, qui figuratè Sacramentum Dominicum oſtendebat? quando illi miſeri coram Rege Achis dixerunt, quomodo eſt? quando dicebat Dominus: niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam: & illi in quibus regnabat Achis, id eſt error & ignorantia, quid dixerunt? quomodo iſte poterit, dare nobis carnem ſuam manducare? guſta & vide.* Optimè ergo hunc verſiculum in myſterij huius commemoratione, inſeruit Dauid: quippè niſi guſtatu, non videtur: cum enim per ſolam fidem adeatur: fides verò, maximè eiuſdem guſtu roboretur: meritò viſio & cognitio guſtui deputatur.

Concludo tandem verbis Cellenſis, qui ad illud de Agno typico: *Caput cum pedibus eius & in-* 722. *teſtinis vorabitis*: Exod. 12. v. 9. ſic habet lib. de Exod. 12. v. 9. Panib. cap. 1. poſt alia de Euchariſtiâ. *In hoc Domi-* Petr. Cel. *nus conuiuio, ſanguinem, carnem, pellem, adipem, inteſtina, caput cum pedibus ponit: vt redemptio in ſanguine, refectio in carne, veſtis in pelle, vnctio in adipe, ſcientia occultorum myſteriorum in inteſtinis, ſtola prima in capite, conſummatio beata in pedibus prabeatur.* Quaſi omnium diuinorum penetralium ſecreta, omnia arcanorum adyta, & quodammodo inteſtina, in huius menſæ epulo, ex huius cibi vſu adeantur: ex quo mirificè, occultorum ſcientia, de quâ hucuſque diximus, comparatur.

Borgia optimus Notarius.

Iam ad id, cuius cauſsâ, Notas has Euchariſticas explicaui, veniamus. Ad altiſſimum contem- 723. plationis gradum, ex continuo mortificationis ſtudio, vt vidimus, aſcendit Borgia: recondita

a

à Deo accepit beneficia, abdita eius mysteria penetrauit egregius Notarius, vt nihil in rebus spiritus, quantumuis foret difficile, non caperet: quàuis arcanâ Nota obsignaretur, non explicaret. Quid ni, si notarum Notæ notitiam perfectissimam, si clauem regiam, Eucharistiam scilicet, ingenti lucis profluuio comparauit? Ribadeneyra lib.4 cap.4. [Ribaden.] *Mira fuit lux illo super naturalis, quam illi Dominus communicauit, vt nosceret vbi Eucharistia deliteret: euenit sæpe, vt templo adito, vbi de more accensa lampas sacrario irradiabat: nec tamen ibi esse corpus Christi, Borgia affirmaret. E contra vero, templa ſadiens, in quibus nullo apparatu, nullo exteriori insigni, Eucharistiam adesse, poterat deprehendi: & adesse nihilominus, asserebat: vtrobique certissimo veritatis testimonio.* Quid mirum ergo, si ex Eucharistia optimè penetratâ: cætera deinceps mysteria, calleret probè, facilè exnoraret? Nimirum & Eucharistiam, solitâ & vnicâ claui, viuacitate scilicet generosæ cuiusdam fidei, sibi aperuerat. Domi sæpe, turbâ negotiorum euitatâ frequens adorandæ Eucharistiæ recurrebat: foris, obuia si fortè templa, non præteribat, quin breui oratiuncula amores suos in sacrario non salutaret. Nullus vnquam helluo, sic corruptibilibus indulsit escis, vt Borgia cœlesti cibo inhæsit inescatus, post primum, quod fecit sacrum: nullum vnquam diem, ad mortem vsque seu valens, seu ægrotus, ab hoc ieiunus epulo prætermisit. Morbi aliquando veterno oppressus, & ad cætera ministeria, sui impos: sacræ communionis tempore, vltro se vigilem exhibebat: & qui ad cætera funiculis torquentibus indigeret: sponte ad sacrum epulum excitabatur. Innumera sunt, quæ in hanc rem, ex citato Ribadeneyra afferri possent. Nota est apud sacros interpretes ad Genes.8 caput: quæst. de coruo immorante, [Genes. 8.] & redeunte Columba: ad quam ita Rupertus [Rupert.] lib.4.cap.23. *Coruus facilius requiescere potuit, quia cadauera abunde inuenit. Columba verò, quia cadaueribus non pascitur, & si ad secundum, aliquod montis iugum inuenire potuit: tamen absque cibo requiescere non potuit.* Habes expressum Borgiam, in solâ Eucharistia quiescentem: quam fide inquirebat: cuius inuicem vsu fidem roborabat: vt ex assidua mortificatione, in altissimam cœlestium Notarum scientiam perueniret.

CAPVT V.

Religiosæ Vitæ Amator ardens Gonsaga.

§. I.

Fausta Gonsagæ natiuitas, futuram sanctimoniam iam præsagiens. Gratia adoptans: crux illustrans. Fælices Parentes.

724 HVc ad sis ô Gonsaga, suauissimus Societatis nostræ ardor, cuius ardentissimus amator extitisti. Imparem gestis tuis sortitis Encomiastem, sed addictissimum. Nescio quomodo post Patriarcham nostrum, post vtrumque Patrem Franciscum, quasi respiraturus suauis, ad te recurro. Non quidem te, sanctissime adolescens, irreuerentius: sed tamen habeo, ingenuè fatendum, familiarius. Patrum, ne dum Patriarchæ, maiestate, hucusque turbatus: fraternæ facilitati comior assuesco: plura tecum de tuarum, quàm cum illorum singulis, de rerum suarum gloriâ, meditabor: quippe sic vrget non flamantior affectus, sed expeditior. Si licuit Ricardo de S. Laurent. Carmina illa Senecæ in Hyppol. [Senec.]

Matris superbum est nomen, & nimium potens,
Nostros humilius nomen, affectus decet:
Me vel sororem voca, &c.

Si licuit, inquam, ita inuertisse lib. 1. cap. 2. perque pietatem audacem defœcasse: [Richard. Laur.] *Sicut nomen* IESV, *mel in ore, in aure melos, in corde iubilus: sit & nomen Maria: & etiam amplius, si dicere audeamus:* IESV *enim, quasi superbum nomen est, & nimium potens, nostros humilius nomen affectus decet: vnde si in* IESV, *aut Deitatis aut sexus virilis austeritatem aliquis vereatur, recurrat ad Mariam, in quâ nihil horum suspectum est. Maria enim nomen muliebre est, mansuetudinem præferens, & commendans.* Cur non liceat mihi sic inuertere: *Patris, superbum est nomen, & nimium potens: nostros, humilius nomen, affectus decet: fratrem vocabo.* Ergo dum hucusque suauissimo deliciarum blandimento, *Fratrem* vocare solemus, quasi faciliorem adimus confidentius: tantum adspira conatui: vt quæ ab ardore tuo erga Religionem didici, ad aliorum imitationem scribantur vtiliter.

Virtus egregia in ipsis sois rudimentis, futuræ gloriæ cumulum repræsentat quandoque: & vt 725. vrtica suam ab initio loquitur asperitatem: sic rosa odorem suum, è calyculo prodit adhuc semihulco. Est hoc illud quod de Tritico habet D. [D. Ambros.] Ambrosius lib.3. Hexam. cap.8. vbi ita. *Suscipit granum tritici, putris gleba, & sparsum cohibet occatio: ac velut materno terra gremio fouet, & comprimit. Inde cum se granum illud resolnerit, herbam germinat: grata ipsa iam species herbescentis viriditatis, quæ statim genus, satiui similitudine sui prodit: vt in ipso suæ stirpis exordio, cuius generis herba sit, recognoscas: atque in herbis fructus appareat.* Quæsiui alibi ad illud Christi, de semine iacto: *Aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum* Luc.8.v.8. [Luc 8. v.8.] cur statim orto, ne dum crescenti, iam fructus cumulatissimus assignetur? respondebam, generosæ virtutis semen, sic adhuc ab ipso ortu publicari, vt iam vberes segetes spondeat. Nunc minus displicet responsio, ad Tropologiam: quàm ad litteram, Ambrosius ibi ineptam non putaret. Nascitur Iacob plantam fratris tenens Genes. 25. v.26. [Genes. 25. v.26.] vt præsagiret, inquiunt Interpretes, fratris deinde futurum supplantatorem. Non inficior præsagium futurorum, dummodo fateantur, non per vmbram, sed per veram supplantationem licet infantilem, futuras supplantationes viriles denotari. Quid enim est plantam fratris tenere, dum egreditur: quam deuicti spolium ostentare, quem victor iam in vterô supplantarat? ideo Oseas: *In vtero supplantauit fratrem suum.* Cap.12. v.3. [Oseas 12. v.3.] de quo elegantissimè ad rem meam ibi. Ruffinus ille pius, [Ruffinus Pius.] (quem alium ab impio Aquileiensi, defendo alibi,) ita. *Quod vix ipsa natura credi permitteret, plantam Germani inierat; etiam primogenita non fraudibus, sed meritis erepturus innuit. Auspicium ergo lucis, cum testimonio dignitatis assumpsit: ostendens videlicet quod placitâ Deo polleret generositate, cui frugem securæ virtutis contigisset, etiam ante sentiendi tempora polliceri.* Iraque iam tunc quali quali pollebat

lebat generositate, quæ tamen maioris index radiaret.

726. Hinc Tertullianus lib. de Animâ, cap.26. irridens illos, qui Animam cum primâ ab vtero spiratione, aut à circumiacente frigore, recens nato infundi credebant: post alia de Iacob, & Esau in vtero decertantibus, vt pote non solum animatis, sed animosis, de Iacob sic concludit. Tertul. *Quid ille, qui expellabatur: qui adhuc intus detinebatur, & foris iam detinebat? nondum opinor spirant, plantam fratris inuaserat: etiam nunc calens in matre, se priorem prodisse cupiebat. O infantem, & æmulum & validum, & olim contentiosum! credo quia vinum.* Viuacissimâ igitur anima illâ, quam etiam in vtero Infans habebat; iam æmulus ad certamen, iam validus ad victoriam, iam contentiosus ad lauream probabatur: sed maiora, iam tunc, futura probaturus. De hoc satis, quia in idem, iam alibi non pauca cumulaui. Gloriosior Iacobo nascitur meus Gonzaga, qui nondum totus oatus, sed inter parturientis Matris dolores, inter periclitantis angustias, vix toto emisso capite, baptizatur: triumphauit certè adhuc in ipso vtero diabolum: & quem postea gloriosioribus certaminibus erat debellaturus, non dum plenè natus, iam debellat: ipsâ qua abluitur aquâ, inferni hostis sic impetus & ardores extinguens: vt vix postea ad inuasionem, ne dum ad victoriam vtilis videretur: ostendis egregie puer, placita Deo pollere generositate, cui frugem secuturæ virtutis, contigit etiam ante plenæ natiuitatis tempora polliceri. Eueoit hoc, fateor, quandoque aliis, in quibus tamen, nihil deinceps suspicimus excellens: in te tamen, cui tanta sperabantur: reconditæ id, prouidi Dei beneficentiæ fuisse, quis negauerit?

727. Non ego absque hac Prouidentiâ factum crediderim, vt Principes Gonzagæ Parentes, eâ ipsâ die (loquor Historiam scientibus) Matrimonium inirent, qua plenissimi Iobelæi fauore, se se Deo arctissimè constrinxerant: vt Ludouici paulo post concepti Christiana nobilitas, non solum inde fulgeret, quod nondum plenè natus ablueretur: sed etiam quòd à parentibus, vt piè credimus, iustis, & Christi libertate ingenuis conciperetur. Dixi multa, quæ huc transferas, in Opere Concept. inde micam delibo. Cupiebat Atedius, Romanus Princeps, coniugibus seruis, quos impense diligebat, filiolum nasci, quem ipse orbus, sibi, adoptaret: ipsos met Parentes manu misit, vt nasciturus puer ingenuior probaretur. Statius. Acutè Statius de hoc Puero.

Charus vterque Pater, atque in tua gaudia liber,
Ne quererere genus: raptum sed protinus aluo
Sustulit exultans.

Quasi tam auidè Atedius puerum adoptaret, vt non speraret è terra (quod mos ferebat) puerum tollere: sed quodammodo ab ipso aluo materno, sibi raperet. Hoc est quod pulcherrimè excogitauit D. Chrysologus, dum expendens, cur Cathecumenois (qui vt loquuntur Patres adhuc in Ecclesiæ vtero retinentur, postea per baptismum nascituri) permitteretur, orationem Dominicam assumere, ac verè dicere: *Pater noster,* D. Petr. Chrysol. *qui es in cælis.* sic respondet serm. 72. *Tanto nunc tuo amore flammatur, quod adhuc in vtero, voce tuâ te Deus adoptat in filium: quod te non solum liberum vult esse, sed nasci: quod ipsum propter te manumittit naturam: ne quem neuum, ne quam maculam imponat ortus pristina seruitutis.* Id propriè Gonzagæ meo euenit: rapuit illum ab ipso vtero gratia adoptans: nondum plenè natum, iam sanctum sustulit exultans, Primogenitum scilicet illorum Parentem, quorum sacrum institutione sua Matrimonium, nouis Christianæ libertatis titulis mactauerat Iobelæi plenissimi indulgentia.

Ao potuit absque mysterio fieri, vt eo tempore, quo puerperæ regiæ, infantem editum ad se latum, solent auidios amplexari, osculis constringere quasi iterum in viscera reducendum: tunc Heroina illa sanctissima, Ludouicum suum tenens lepidule vagientem, omni affectu & materno & puellari prætermisso, crucem formet, tenellam infantis frontem signatura? irridet, sed dolens meritò Tertullianus, impias ceremonias, quibus olim apud Ethnicos puerperia fœdabantur: Sic scribens citato libro de Animâ, cap.39. 728.
Cui enim homini non adhærebit spiritus nequam, ab ipsa etiam ianuâ natiuitatis animas aucupabundus, vel quia inuitatus totâ illâ puerperij superstitione? ita omnes, Idololatriâ obstetrice nascuntur: dum ipsi adhuc vteri, infulis apud Idola confecti, redimiti, genimina sua dæmoniorum candidata profitentur: dum in partu, Licina & Diana eiulatur: dum per totam hebdomadam Iunoni mensa proponitur: dum vltima die fata adscribunda vocantur: dum prima etiam constitutio Infantis super terram, Statina Deæ sacrum est. Tertull.
Hodie certe quamuis à Christianis Palatiis ista absint, adsunt tamen vt plurimum ridendi Gethliaci: & in Matribus, naturæ potius, quam gratiæ affectus solent ebullire. Longè hæc à Ludouici natiuitate: vt enim gratiam habuit obstetricem & adoptantem, sic & Spiritum sanctum, prima vitæ rudimenta aucupabundum: & loco adscribendæ fatorum vanitatis; maternam salutiferæ crucis inscriptionem. O verè cœlesti fato, fausto diuini beneplaciti sidere, natum puerum! Planè præsagiebat id, nescio quis ille, qui in albo baptismi, post Ludouici nomeo notatum, sic scripsit. *Sit fœlix, charusque Deo ter Opt. terque Max. & hominibus in æternum viuat.* Exitus, haud vanum seu votum seu augurium comprobauit.

Nimirum desideraoerat piissima Domina, religiosissima Heroioa (vt eius gesta narrant) natum qui religiosæ vitæ addiceretur: quid ni ergo Ludouicum suum cruce obsignet, crucis futurum seruum fidelissimum. Non potuit nobiliori alio signo: paternas opes, coronam, calcaturus & sceptrum: iam sublimioris regni hæreditati destinatur. De Christo Domino nato sic Isaias: 729.
Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est Principatus super humerum eius. Cap.9. v.6. quia vt omnes ferè Patres notant, erat humeris crucem gestaturus. Sed hem prudentissime vates! Tenellum & vagientem describis, & iam crucis pôdere grauas? iam crucis doloribus affligis? non potuit res aliter euenire. Nimirum crux illa lignea ad extremũ vitæ Dominicæ seruabatur, per qoam regis authoritatem, Christus cõdignissimè acquisiturus: cum ergo aliunde indignum videretur, vt homo ille Deus, tres annos supra triginta, absque singulari illo regiæ dignitatis stemmate, transigeret: disposuit Pater, vt ab ipso diuini solis oriente, ab ipsa Christi natiuitate, nonnihil chartæ crucis arrharum illi tribuerentur, quibus iam condigno regioque decore radiaret. Eo tetendit natiuitas incommoda, paupertas Matris, Præsepij durities, vilitas palearum, rigor brumæ, halitus bestiarum, dolor sactis lacrymulis declaratus. Isai. 6. v. 9.

Ergo

Ergo sub tot crucis atrhis, meritò dum nascitur, iam Princeps canitur, vtpotè crucis stemma iam
D.Bernard. delibans. D.Beroatdus de Passion. Dom. cap.36. post alia de sanguine effuso in Circuncisione, ita ad hunc locum. *Isaias de Natiuitate* IESV-CHRISTI *loquens: Puer inquit natus est nobis, cuius Imperium super humerum eius: Crucem quam Imperij nomine significauit, Natiuitati statim adiungens: quia profectò à Natiuitatis exordio passio crucis simul exortaest: non enim modicum pertinet ad commendationem rubicunda Passionis, quod Saluator noster in alieno loco, in media hyeme, media noctis, in stabulo diuersorij, ex matre paupercula natus est,* Hæc est summa crucis gloria, vt leuia etiam illius vestigia, iam Regem componant: & licet dolorem inferant, tamen ipso summi Principatus, atque Imperij titulo decorantur: Bene ergo con-
Idem. cludit Bernardus. *Vix natus est cæli gloria, cæli diuitiæ, cæli deliciæ dulcis* IESVS, *& ecce recenti ortui, crucis ignominia, crucis dolor, crucis paupertas copulatur: Sed redemit miseriam crucis, Imperij nomen verū: cruce enim totum mundum simul, & inferos subiugauit, qui regnauit a ligno, fortis* IESVS. Ergo, meus Gonzaga IESV Societati adscribendus, & quidquid Paterni Imperij erat, calcaturus: merito regali signo, ab ipsâ fœlici natiuitate destinatur.

730. Sed pende adhuc, qualem se gereret Dux noster IESVS, iam iam Imperium suum aditurus, iam regnaturus à ligno, iam Regni sui sceptrum, id est crucem, accepturus. Crucifigitur, bene est: in hoc venerat, inquit Tertullianus: adduntur alapæ, saliuæ, verbera, spinæ, quia saginari voluptate patiendi discessurus volebat. Quorsum tamen ille tam nouus, tam inauditus ludibrij tenor, quo paulo ante crucem Rex fictus salutatur? quorsum purpuratum sacro sanguine corpus, purpurea & ridicula clamyde velatur? quorsum caput imbecillitate languidum, non solum spinis, sed in coronam pungitur, efformatis? quorsum dextra, iam vinculorum torpens sæuitie, adhue
Matth.27. v.25. arundineo sceptro Matth.27. vers.28. dehonestatur? si verus semper Rex, sed tunc manifestior, cum inibat crucem: cur tunc maximè, ficta ridiculi Regis stemmata ostentabat? puto, vt inde iam mortalibus innotesceret, quidquid ad regiam hominis pertinet dignitatem, vanum & ridiculum esse, si cum cælestis Regis dignitate comparetur: sic regni veri sceptrum seu crucem de proximo Dominus accepturus, ad eiusdem crucis conspectū, cætera omnia regnum terrenorum insignia, & stemmata, ludibrio (licet sob iniuria sua) exposita esse voluit: vt iam immortalis Principis insignibus, crucisque sceptro, potius inhiemus.
Theoph. Nunc capies Theophylactū orat. de Festo sanctæ Crucis, vbi ad Crucis adorationem omnes inuitans: ad Reges orbisque Principes, hæc pulchra subdit. *Rex es? accede ad sceptrum Christi: agnosce te seruum esse, pretio magno emptum: agnosce Dominum: tibique subiectos, vt conseruos tracta, vno enim sanguine redempti sumus: Considera honoratissimum regalis dignitatis habitum, tempore crucis illusum: coronamque gemmis distinctam, spinis & curis exasperatam: potensque tuum sceptrum, & omnem speciem, esse fragilem, & inanem arundinem: Purpuram, ob quam valde extolleris, alienum esse bonum, ex sanguine manans, tam enim milites tibi circundant. Genuflexiones, quibus adoraris, & acclamationes, existima plerasque fictitias, & ab illis, qui caput tuum, non modo libenter verberarent, sed & amputarent. Hæc documenta discas, cum crucem adoras: oportet enim, vt ea quæ Christo per ludibria facta sunt, nobis serio discutiantur: vt vndique erudiendi nosmetipsos occasionem habeamus.* An non merito Ludouicus purpuram, coronam, sceptrumque paternum calcauerit adultus: qui nascens, quomodo potuit sceptrum Christi adorans, cruce, materni blandimenti loco obsignatur?

Sed non est inuidus gloriæ, Rex noster: qui 731.
crucis dignitatem, tanquam nobilitatis insigne, suis concessit, vt tandem verum esse ostenderetur. Seruos Dei Reges esse, neque cælestem seruitutem, à regiâ maiestate separari. Res mira! stigmata seruis inurere, supplicij genus est, apud mortales: nihilque serui miseri, aut horribilius iudicant, aut probrosius: Christus tamen stigmata inurit, sed quæ seruos suos, in nobilitatem ingenuam, sola possint asserere: inde vox illa An-
geli notitissima: *Nolite nocere terræ, & mari, ne-* Apoc.7. v.3
que arboribus, quoad vsque signemus seruos Dei nostri, in frontibus eorum. Apocal.7. vers.3. pende tamen in Græco esse, *σφραγίσωμεν: Donec sigillum imprimamus.* Sensus ergo est: nolite ô grassatores Angeli, mortalium rebus nocere, donec fœlices supremi nostri Regis serui, qui illis permixti degunt, signum & stigma nobilitatis accipiant, quo à reliquorum pœnis immunes agnoscātur. Quantum mysterij! priscum Sacerdotem, tetragrammato diuinitatis nomine, ad frontem radiante insignit olim Deus, ad honorem: nunc vero gentem sanctam, regale Sacerdotium, impresso stigmate putat condecorandum? Sed quid ni, si stigma crucis erat, quo vnicè sanctorum facies
liberè, & ingenuè notantur. Beda ad hunc locum Beda.
lib. 1. cap. 1. Apocal. post alia de crucis signaculo. *Ad hoc, gentium constructum est Imperium, vt signa fidei, qui restituerant, sanctorum facies, liberè notarentur: nam & ipsa crucis signa, dilatatum vbique Domini significat regnum, sicut vetus dictum comprobat.*

Respice distinctis quadratum partibus orbem,
Vt signum fidei, cuncta tenere probes.

Neque enim frustra in fonte Pontificis, nomen Domini tetagrammaton scribebatur: nisi quia hoc est signum in fronte fidelium. Vt non expressè magis diuinum illud nomen, summi Sacerdotij dignitatem significasse olim credator: quam crucis nobilissimum & liberale stigma, imò stemma, seruorum Dei frontes liberè notet, quo non quoduis, sed regale Sacerdotium iam participent. Et non terrena regna spernat Gonzaga, cuius nascentis frons, crucis signaculo, libere notatur?

Imò non alia de causa Rex noster, nobilitatem 732.
ingenuissimam, seruis suis, per mortem asserturus, crucis mortem putauit eligendam: nisi vt postea crux, Monarchiæ suæ symbolum fuisset, quo fideles muniti, regiæ dignitatis participes haberentur. Transfixerat doctrinæ iaculis Nazarenorum mentes Christus: qui dementes, quia rationis non poterant, districto furoris gladio, beniuolo & benefico Doctori, mortem intentant: *Et duxerunt illum, vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præ-*
cipitarent eum. Luc.4. quid tunc Christus, qui per Luc. 4.
mortem redempturus humanum genus properabat? *Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.* Ibi vers.29. ita ne? mortem fugis, quam cupis, Christe optime? qui Agnus *ab origine mundi occisus* diceris: nunc datam tamen ciuitas occasionem, necem dilatas? respondet Beda lib. 2. cap. 4. in Luc. *Sed nec hoc genus mortis, qui crucifigendus à sæculo*

praeconabatur, elegerat. Non igitur à Nazaræis præcipitari, non ab Hierosolymis lapidari, non inter pueros Bethlehemitas, ab Herode perimi, non aliâ vel alia voluit morte consummari: quod enim tali morte, regiæ potestatis indicium, quo fidelium frons armaretur, emineret? sed solum crucis expectatum est vexillum, cuius figurâ, & celerrimo dextera motu, contra maligni hostis tentamenta depingi: & ipsa nihilominus figura, Monarchia singularis, potuisset typus haberi. O faustum piissimæ dexteræ motum! quo maret filium sub crucis signo, non mortali, sed immortali regno initiauit.

733. Magni fit in Palatio apud Dynastas, si à *penitiori regis cubiculo* fiot: vulgo dicimus, *ser de la camara*: gaudent quippe clauis aureæ iure, quâ ad zooam appensâ oon solum decorantur, sed maximam inde capiunt vtilitatem: dum enim cæteri adeunt sæpè palatium, sudant, impendunt & pecunias & patientiam; vt colloquendi sibi Domini fiat copia, quamuis purpurati sint, atque Magnates: illis quidem aditus ad libitum, peruia conclauia, neque secretius regis cubiculum interdictum. Purpuratus quidem cælestis Regiæ fuerat Abraham, tot muneribus ditatus, tot honorificis titulis insignitus: & tamen Regis diuini Cameram tot sæculis non iogreditur: aoxius ad Christum vsque, ingressum optatissimum suspirat. Adest ergo tandem redemptor IESVS, & clamanti de patibulo latroni, sic respondet: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Luc. 23. vers. 43. Tam breui accipit latro, quod tandiu Abrahamo denegatur? ne mireris, non poterat ingredi Patriarcha absque clauis aureæ iure: nec clauis aurea dari, absque cruce: crux enim, ipsissima est clauis paradisi. Ergo cum Christus piissimo iam latrooi, crucis torquentis participem fecisset: quid ni iure clauis gaudens, paradisum pro libito ingrediatur? D. Chrysost. ad cap. 16. Luc. homil. de diuite ita. *Abraham necdum erat in Paradiso, quia necdum Christus intrauerat cum latrone. Venit & Christus & passus est, & multa corpora sanctorum resurrexerant, & visa fuat in sancta ciuitate. Crux Christi, clauis paradisi est, crux Christi aperuit paradisum:* Quasi ipse latro cum Christo, quodammodo Patriarcham intromitteret. Pende quæso non dixisse Christum latroni, (quod non videretur absonum) ô latro, magoa est fides tua, quâ vim regno cælorum fecisti, & violentus illud rapuisti: Sed simpliciter; *Hodie mecum eris in Paradiso.* Quasi dicat, non vi, non raptu. Nimirum cæteri iustorum, quodammodo cælo vim inferunt, & violenti deripiunt: atqui per crucem tendunt, quasi suo iure vtentes, vtpotè clauem gerentes ingrediuntur. Quid ni ergo fœlicissimus latro, quia inceptam pœnam, in Martyrium crucis commutauit, quasi accepto aureæ clauis iure, obedientes Paradisi portas sibi referet? nunc capies quod statim subdit idem Chrysost. *Nonne nobis dixit, quod regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud? qui in cruce est, non vim facit, nihil mediũ est, & crux, & statim Paradisus: sed magnitudo pœnarum, facit magnitudinem præmiorum.* Quorsum enim vis, vbi nulla est resistentia? Erat quidem Imperij Princeps, Marchio Castellonis Ferdinandus Ludouici Pater: Sed insuper tam gloriosos titulos cumulabat, quod Hispano Philippo Regum maximo, foret è penitiori cubiculo, clauis aureæ honore insignitus. Transiret absque dubio in filium hoc decus: quem Hispanus Rex & curia impensè diligebant: Sed puer à Natiuitate, aureâ Paradisi claue iam decorus, spernendis his ornamentis parabatur.

Luc. 23 v. 43.

D. Ioan. Chrysost.

Idem.

734. Hinc iam vltima pars tituli præmissi patet manifestius: fœliciores edita prole Christo, fuere Ludouici parentes, quam si orbis Monarchiæ genuissent: quî enim cælestis regni hæreditati, terrena posset hæreditas comparari? Inde tamen in immensum parentum horum fœlicitas excreuit, quod vltro natum religioni adscripserunt. Et quidem Martha Heroina piissima, nondum conceptum, iam votis apud Numen filium sollicitabat Annæ instar, qui Deo in religione perpetuo deseruiret: Ferdinandus Princeps, licet diu indulgens naturæ, ingressum Societatis porro prohibuisset, tandem meliori afflatu, generosè viscerum suorum obtulit holocaustum. Hinc puer in religioso matris gremio educatus sanctissimè, condignus Deo minister adolescit. Visus ad Ludouici parentes locutus D. Gaudentius tract. 8. vbi instituens parentes de piâ filiorum educatione, sic habet. *Imperare quidem perpetuam continentiam non possunt, quia res esse noscitur voluntatis: Sed voluntatem tunc in melius mutare possunt, & debitores sunt, vt moneant, vt hortentur, & foueant, vt pignora sua Deo magis gestiant obligare, quam sæculo, vt de propinquis seminis sui, vel meliori ordine dignos altari diuino ministros exhibeant, vel in sanctarum numero fœminarum, puellas castimonia dicatas enutriant: vt Ecclesiam Dei talibus nutrimentis ornantes, beatitudinem debitam consequantur. Scriptum est enim: Beatus qui habet semen suum in Sion, & domesticos in Ierusalem.* Beatissimi quidem sunt parentes, non solum filiorum talium dignitate, sed etiam honore quem inde sibi participant.

D. Gaud.

735. Hinc D. Hieronymus ad Eustochium, de custodiâ virginis. sic scribit. *Hæc idcirco, Domina mi Eustochium scribo: Dominam quippe vocare debeo, sponsam Domini mei: vt, &c.* Et vnde Paula, totaque eius Patritia Progenies impensius decorari posset: quàm dum Eustochium suam cernit Deo nuptam? certè quamuis virgo Imperatori nuberet, non Dominam audire à Maximo Doctore meretur. Iterum ibidem post multa, sic ad matrem. *Plus honorantur nuptiæ, quando quod de illis nascitur, plus amatur. Quid inuides Mater, filiæ? tuo lacte enutrita est, tuis educata visceribus, in tuo adoleuit sinu, tu illam virginem sedulâ pietate seruasti: indignaris, quod noluit militis esse vxor, sed regis? grande tibi beneficium præstitit, socrus Dei esse cœpisti.* Gaudete Ludouici Parentes. purissimam filij animam Deo consecrantes: Dominam summo iure constituistis. Quid indignaris Ferdinande? quid naturæ adblandiens, gratiæ inuides? grande tibi præstitit Innocentia pueri beneficium, quâ desponsatâ Deo, socer Dei esse cœpisti. Qui plura in idem cupiat legat Ambrosium lib. de virginib. subdo pauca nondum ita obseruata.

D. Hieron.

Idem.

736. Pergebat iam Moyses in Ægyptum, gentem suam liberaturus: & ecce, *occurrit, ei Dominus, & volebat occidere eum.* Exod. 4. v. 14. quod scilicet infantem filiũ gereret incircuncisum; quid tunc? *Tulit ilico Sephora, acutissimam petram, & circũcidit præputium filij sui, tetigitque pedes eius: & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es.* v. 14. cuius pedes tangit, & attrectat adblandiens? pedes Domini, id est Angeli, qui Deũ repræsẽtabat. Sic volũt aliqui interpretes, esto. Sed quod est blandimenti genus, quo summè Sephora decoratur, vt iam se Dei sponsam, audeat asserere?

Exod. 4. v. 14.

Vers. 15.

asserere? nimirum initiarat puerum suum Domino, vt iam circuncisus effuso sanguine, in Dei filium adoptaretur? quid ergo mirum, si quæ communem filium, cum Deo inde habere videbatur, ad sponsæ Dei honorem, euectam se præsumeret? pulchrè ibi

Dionys.

Dionysius. *Insanatur in glossa: sanguis tetigit pedes Angeli, cui Sephora fortasse ostendit puerum circuncisum, vt placaretur. Deinde Angelo quasi adblandiens dixit: sponsus sanguinum, tu mihi es: id est, sicut Moysi carnaliter nupsi: ita nunc quod commodo tibi, effusione sanguinis filij mei.* Et quanto dignius Mater generosa, quæ filium vltro in Religione Deo dicat, non tam præputio carnis, quàm animæ affectibus circuncisum: nuptam se Deo poterit iactare? si habet iam melioribus titulis cõmunem cum Deo filium: quid ni sponsa Dei celebretur? nupsit quidem, vt Ferdinando carnaliter, sic etiam spiritualiter Deo, Heroina nostra: dum non quæcunque, sed Primogenitum suum Ludouicum, vltro Religioni, ipsa offert; diuino semper obsequio destinatum, & sacratiori adoptionis genere assumptum.

737. Vt autem qui filium, vltro Deo offerunt, & consecrant Parentes, tam in de impensè decorantur: sic è contra, qui audum, ab ingressu retardant religionis, sæuo digni supplicio reputantur: dabunt seuerissimas pœnas quiuis cognati, qui consanguineos prohibent, ne immolentur Deo, in religionis altari consecrandi. Quid, si illa fuerit religio, vbi homo non solum sibi, sed insuper proximorum saluti studeret? certè damnabitur prohibens impie, non solum ab vno, quem impedit, sed etiam ab illis omnibus, quos diuina prouidentia conuertendos, huiusce ministeriis destinarat. Occidit Cain fratrem

Gen. 4. v. 10. Hebr.

Abelem: ad quem statim Deus: *Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui, clamat ad me de terra.* Gen. 4. v. 10. in Hebræo est: *vox sanguinum.* Ecquos alios, occiderat Cain? vnius Abelis sanguis, effusus fuerat: quare ergo, quasi multorum sanguines acclamare

Lyranus.

vindictam referuntur? Lyranus ibi. *Vox sanguinis. Ac si diceret occisio eius ita patens coram me, ac si sanguis eius hoc clamaret. Notandum, quod in Hebræo habetur,* vox sanguinum. *Et dicunt Hebræi, quod dicitur in plurali, eo quod Cain interficiendo fratrem suum, fuit reus sanguinis, non solum Abel, sed etiam omnium, quos genuisset, si vixisset.* Et quanto nocentior reus ille, cuius malitia, omnes illi spirituali vitâ priuati visi, quos prohibitus religiosus, opere, verbo, exemplis, Deo genuisset?

738. Quid illi, qui ingressos iam Tyrones, fallacibus blandimentis satagunt se vocare: Deique filios, ab vtero religionis Matris, quasi viscera eripere, sæculo abortiendos: heu quàm sæuo supplicio destinantur! In Israelitis Principes, qui opibus superbiẽtes, eleuato corde Deum spreuerunt: sic irascitur ipse,

Oseas. 13. v. 8.

apud Oseam: *Occurram eis quasi vrsa raptis catulis: & dirumpam interiora iecoris eorum.* Cap. 13. v. 8. immanius videtur leæna raptis catulis desæuire: cur ergo se potius vrsæ cõparauit? quia esto leæna viribus sit ferocior, naturâ horribilior: nõ tamẽ erga natos affectuosior: vna est vrsa, quæ informes edẽs fœtus, lambente lingua fingit, polit, & membra in proportionem debitam adaptat. Ergo retẽtis viri-

v. 7.

bus Leonis, cui se iam supra v. 7. cõpararat: maluit orbatam vrsam, huc vocare: vt quo tenerior esset amoris cõparatio: eo sæuior illis impendens pœna nosceretur, qui Dominũ delectissimâ prole orba-

Ruffinus Pius.

rant impiè. Eleganter ibi Ruffin. Catholicus. *Sicut vrsa inquit, raptis catulis dirumpam interiora iecoris eorum, qui me videlicet similibus afficere dispẽdiis: nam cum ego hunc Populum, mihi in filios multa sedulitate formarem, cordáque earum, quasi lambendo componerem: isti me non solum optatis, sed etiam elaboratis fœtibus orbauerunt: ea videlicet scelera perpetrando, quæ perniciem totius gentis exigerent.* Si alicubi Deus fingere, & quasi hominum corda lãbere dicendus: in Tyrociniis est religionum, vt quotidiana docet experientia, sic se per omnia, Tyronum ingeniis visus accommodare. I nunc, & non solum optatâ, sed etiam elaboratâ prole orbato Deum: & damno tuo vrsam experieris.

Non tales fœlicissimi Ludouici Parentes, è quibus Mater ab initio, Pater probata diu vocatione: sic conuenere, vt & filium ingressurum dicarent, & ingressum mirificè fouerent. Norunt scilic. nullum sibi magis manere filium: nullum splendidæ familiæ vtiliorem: quàm quem offerendum Deo, à se alienare videbantur. Exitus rem probauit, vt in eius Historia frequenter insinuatur. Facit in re simili, illud D. Ambrosij, de Instit. Virg. cap. 1. vbi ita. *Commendas mihi pignus tuum, quod æque est meum, Ambrosiam Domini sacram: & pio eius affectu, tibi asseris præstantiorem reliqua sobole solicitudinem; & vere ita est apud mentem fidelem: cæteros enim institutis, vt emittas domo, atque alienis copules: istam tecum semper habebis.* Similia pluscula ex sacris scriptoribus alibi forte dabo. 739.

D. Ambr.

§. II.

Pueritia, per egregiam virtutem virilescere: sicut per vitium, iuuentus, imò senectus videtur infantire. Gonzaga Puer, nihil puerile admittit: sub ipsis ætatis rudimentis iam perfectus.

PVer è natiuitate Deo dicatus, educatus religioni, sub ea vitæ puritate exercuit, vt nunquam stolã primã gratiæ credatur amisisse. Quid ni, si vix septimum annum attingens, ad Deum è penitissimo conuersus, se suaque omnia illi consecrauit? quid ni, si sub ipso albescentis rationis crepusculo, in quo naturæ authorẽ recognouit, etiam largitorem gratiæ adorauit? fatebatur ingenuè se nunquã scrupulo morsum, (retentâ scilicet Angelici Doctoris sententiâ) an primam ratiocinãtis lucis vsuram Domino consecrarit: certus amorẽ se (prout agnosci potest) erga numen misisse, vbi primam eius notitiam admisit. Hinc sanctissimus iuxta ac Doctissimus Cardinalis Bellarminus, qui Ludouici animam nouit intimè, asseueranter affirmat à septẽnio, non cuiuis, sed perfectæ sãctitati adhæsisse. Crederes in D. Maximi Episcopi laudibus, Ludouicum meum, ab Eusebio Gallicano commendatum: sic apta nata nostro, verba veniunt. *Locuturi de perfectione sancti Antistitis, & Confessoris: multum veremur ne merita eius, dum adfectus prædicationis insinuat, tenuitas sermonis abscondat: qui cum à primâ ætate, nouis virtutibus vsque ad finem, quasi semper inceperit: inter ipsa primordia consummatus apparuit.* Quo tenderent Gonzagæ fastigia, cuius sic eminebant fundamenta? ibi iecit radices, quo vix non communis etiam sanctitatis Cedri, erigunt cacumen: non solum puerilitatem exuit in pueritiâ: sed & virilitatem comparauit. Egregia virtus, etiam in ipsis pueris, pubescit: & imbellis etiam ætatis teneritudinem, viribus quodam pectore corroborat: sicut è contra vitium, non solum ad pueritiam, sed insuper ad puerilitatem, longævæ ætatis viros, reuocat turpissimè. Seorsum iam de vtroque disseramus. 740.

Euf. Gall.

741. Ierem.1. v.7. Pueritiam, imò & infantiam ſuam prætendenti Ieremiæ, ne pauens inſtituendo populo mitteretur: ait Deus: *Noli dicere puer ſum, quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis.* Cap.1.v.7. quod non timeat puer, cœleſti animandus robore, animatus gratiâ, potentiâ miraculorum animoſus, iuſte præcipitur: cur tamen, qui re verâ puer erat, ſe puerum non vocaret? quia egregia virtus, in ætate quantumuis puerili, neſcit pueritiæ terminis circumſcribi: in ipſis met annorum crepundiis, virilitati adſcribatur neceſſe eſt. D. Ambr. D. Ambroſ. in Pſ.118. *Ieremia dicitur, noli dicere, quia iuuenis ſum: & vt: que erat ætate iuuenis: ſed prohibet eum iuuenem ſe dicere, qui eſſet maturioris prudentia* Dignus ſane Pophera, qui iam vir diceretur, qui virili frueretur honore: quando puer prudentis virtutis virilitatem ſortiebatur. Erexerunt Romani Camillo ſtatuam bullatam, quia puer adhuc prætextatus, ſub bullâ quodammodo adhuc & crepundiis, in acie ſeruaſſet ciuem: Val. Max. ſubiungitque Valerius Max. lib.3. cap.1. *Iniquum enim putauit ſenatus, eum honori nondum tempeſtiuum videri, qui iam virtuti maturus fuiſſet.* Et certè, nunquam ſtatuam diceres viriliorem, bullatâ iſtâ: vbi ipſa crepundia, virilis pectoris & robur & conſtantiam adſonabant. Ludouicus noſter adhuc prætextatus, Didaci Hiſpani Principis comes & colluſor: Reginæ ad delicias puerulus, (Menino dicimus) ſic iam prudẽs non ſolum ſuæ, ſed alienæ ſalutis conſilia dirigebat, vt pluſculos in Palatio è ſe ſertatos, poſſet numerare, cui ſi minus Metallum; at certe fama ſtatuam erexit viuaciorem: dum cæteri Dynaſtulæ, Marchiunculum meum, expertem carnis & ſanguinis, vndique conſtantem ſpiritu, prædicarent. Moneo iterum lectorem, me in rebus Ludouici attingendis, notitiam potius ſupponere, quam afferre.

742. Tria intellectu difficilia putauit Salomon, viam aquilæ aërem ſecantis: viam colubri per terrã ſerpentis; & viam nauis maria ſulcantis: quarta tamẽ eſt via, quam ſe penitus fatetur ignorare: *Quartum* Prou 30. v.18. *penitus ignoro: viam viri in adoleſcentia.* Prou.30.v.18. quam lubrica, quam occulta adoleſcentis veſtigia, quam ab omni regimine aliena, quæ perſpicaciſſimos, mortalium ſapientiſſimi oculos latebant! Sed ecce Dauid ad Deum locutus: correctas & faciles vias iſtas, viſus enucleare: *In quo corrigit adoleſcen-* Pſ. 118. v.9. *tior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.* Pſ.118. D. Ambr. v.9. de quo meritò ſic dubitat ibi D. Ambroſ. *Quis poterit cognoſcere viam iunior, vt corrigat: cum Propheta dicat: Tria ſũt impoſſibilia mihi intelligere, & quartũ, quod non agnoſceo: veſtigia aquila volantis, viam ſerpentis in petra, & ſemitas nauis nauigantis: & vias viri in iuuentute? ſi Salomon fatetur, quod non cognoſcat vias viri in iuuentute, quomodo poteſt iunior cognoſcere?* Nunquid erat Dauidicus iſte adoleſcẽs, doctior aut perſpicacior Salomone? nemo crediderit, Nunquid paterna Dauidis oracula, Salomon, nondum legerat? nugæ. Quid ergo? reuerâ adoleſcens iſte, licet aliquando talis ætate fuerit, moribus tamen ſemper virum geſſit, virtutis robore, longævam ſanctæ cuiuſdam ſenectutis prudentiam imitatione caſtigata fœliciter cõſecutus. Igitur ignoratur via aberrans iniqui adoleſcentis, à Salomone: via vero pueri iuſti, tanquam certa & plana, à Dauide cognoſcitur. Ibidem. Idem Ambroſius poſt alia. *Eſto non cognoſcantur errantium via, ſicut dicit Dominus: neſcio vos; diſcedite à me operarij iniquitatis: hic autẽ iunior, qui poteſt corrigere viam ſuam, iunior ſit ætate, non moribus: & habeat in primo flore iuuentutis ſua, ſenilem intellectũ.* Symmach. Symmachus in Sixtianis vertit: *In quo illuſtrabit iunior, viam ſuam.* Vt quemadmodum Sol, nec in infantilibus orientis cunis, neque in ſepulchris occidentis ſenilibus, ſic orbẽ clarus illuſtrat: ſicut cum in meridiei feruore, tener virilitatẽ: vbi propriè illuſtrare viam dicitur: ſic adoleſcens iſte viarum ſuarũ illuſtrator: in ipſis ætatis cunis, iam virilis lucis meridiem tenere intelligatur, vt ſenectus prudentiæ, virili munita robore fulciatur.

743. Deſcripturus Sacer Textus fœlicem illorum catalogum, qui Chriſto, Dauidi vero, miniſtrabant, quibus tanquam fortiſſimis ducibus, tartareas legiones fudit, Infernum expugnauit: ſic erumpit: *Hæc ſunt nomina fortium Dauid.* 2.Reg.23. v.8. vbi 2.Reg.23. v.8. deinde, viri ſolum præſtantiſſimi numerantur. Sed quis neſcit, poſſe his (vt mille alios prætermittam) litem intendere, è pueris Ludouicum meum, qui penè infans, dæmonem fudit: è fœminis vnam Tereſiam, Hiſpaniæ gloriam, Carmelitarum decus, ſub cuius monte, tartarei gigantes, oppreſſi ingemiſcunt? fatendum ergo, virtute auſpice, & pueros, & fœmellas in viros transformari: ac proinde iam in horum fortium numero explicari, vel ſubintelligi. Huc abſque dubio tendebat ibi Galfrid. ſic Galfrid. ſcribens. *Sedens in cathedra ſapientiſſimus Dauid noſter verus, vtique manu fortis, fortes eligit, imò etiam facit, nec mulieris cuiuſquã, nec paruuli, in ſuorum nomina admittens. Cum enim duplicem producat aciem mundus. Scandalis quidem, paruulos deiicit: blanditiis allicit mulieres: quam ob rem neceſſaria eſt fortitudo virilis: vt fortis ſit, quem aduerſa non fregerint: quem non illexerint proſpera, fortior: quem nec ipſa rerum viciſſitudo, fortiſſimus.* Nam quos pueros, vel fœminas ſanctitate inſignes fauſtiſſimus hic catalogus admittit: neceſſariò in viros & fortiſſimos cõmutat: has quodammodo de ſexu tranſire iubens, illos virili robori adſcribens. An non iam vir & fortis, Puer noſter: quem tot Palatij ſcandala non deiecerunt? an non fortiſſimus, quem tot exteriorum, interiorúmque rerum, conſtantem ſemper, & immobilem, inuenit viciſſitudo?

744. Ita eſt: non naturalis, ſed ſpiritualis ætatis requiritur complementum: vt quis apud Deum, & vir, & ſtrenuiſſimus habeatur. Ad extremam iam annorum ſenectutem, Iob deuenerat: cum tamen Iob 40 v.2. Deũ audit prouocatorem: *Accinge ſicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & indica mihi.* cap.40. v.2. ſi annos computares nihil à viri viribus, vigore, virenti ve robore, Iobo alienius: quia tamen nunquam virtute fuerat inſtructior: nunquam fuit *vir* dignius appellatus: eodem etiam titulo appellandus, ſi puerulus, ſub pari tamen virtute radiaret. Quid ita? quia ſolum ſpiritualis ætas hîc attenditur. Origen. Origenes ibi, in Catenâ. *Ne ſile, ſed in reſponſionibus, vir eſto. Nec enim quiſquam, qua par eſt dignitate, cum Deo loquitur, niſi lumbis accinctis, atque compreſſis. Non igitur Deo quiſquam prius reſpondeat, quam vir abſolutus extiterit, hoc eſt ad ſpiritualem ætatem peruenerit, lumboſque conſtrinxerit.* An non ſub ipſa pueritia ſpiritualis ætatis virilitatem aſſecutus Gonzaga, qui ſeptennis ſe ſuaque omnia Deo dicat: qui nouennis, ſic lumbos conſtringit, vt immiſſo in honorem Deiparæ, virginitatis voto, ſe Chriſto immolet? plane, qua par eſt dignitate, cum Deo iam deinceps familiariter loquitur, & vir, & ſtrenuiſſime præcinctus. Sed de virgineo Ludouici flore, multa infra. Poſſes itaque Ludouico noſtro tribuere, quod de Aurelio ſuo, habet D. Cy- D.Cypr. prian. epiſt. ad Preſbyteros 5. *Aurelius Frater noſter, illuſtris adoleſcens, à Domino iam probatus, & Deo*

c karus

chatus est: in annis adhuc nouellus, sed in virtutis ac fidei laude prouectus: minor in ætatis suæ indole, sed maior in honore.

745. Etiam à contrario, res patet manifestè: vt enim quæuis egregia virtus, Puerum viris ascribit: sic nullum est vitium, quod viros quantumtumuis senes, Pueris non adnumeret. Hinc Apostolus ait: *Fratres, nolite pueri effici sensibus.* 1. Cor. 14. v. 20. vbi ita D. Chrysost. Homil. 80. in Ioan. *Hæc non modo ad scripturas intelligendas, legenda sunt, sed ad vitam inuestigandam. Etenim pueri paruis, magna non desiderant, vilia solent admirari: currus, equos, aurigas, & rotas luto factas; hoc aspectu delectantur: quod si regem in curru aureo sedentem, & mulos albos iunctos, & eximium cultum viderint, nec respiciunt quidem. Præterea & puellas ex cretâ, ornant: veras autem, pulchras nesciunt: & in multis aliis rebus iisdem afficiuntur. Tales nonnulli nunc reperiuntur: nulla his cælestium cura: sed ad lutea, tanquā pueri obstupescunt.* O quàm ab excæcante vitio immunis, nihil puerile habuit Ludouicus, cui à septennio, quidquid terreni fuit Imperij, sic viluit: vt vitis luteæ imaguncula, cæteráque ludicra puerorum oblectamenta despiciuntur! Ex communi Patrum sententiâ, prodigus ille adolescens Luc. cap. 15. & eius frater, populos duos, Iudaicum scilicet, & gentilem referebant: in prodigo enim iuniore, gentium idololatrantium perditio: in seniore fratre, synagogæ, verum numen tunc colentis, obseruantia figurabatur. Veruntamen, si gentilis populus longè antiquior est, & penè ab ipsis orbis incunabulis: Iudaicus verò, ab Abrahæ tempore, ad summum dimanauit: cur gentilis, in parabolâ, iunior appellatur? quia dum aberat à Deo, vitiis deditus, dum à Christo piissimè non vocatur: quantumuis senior esset, non solum ad pueritiam, sed etiam ad puerilitatem relabi visus. D. Chrysolog. serm. 5. *Iudaicum, seniorem prudentia legis fecit: gentilem, paganitatis stultitia reddidit iuniorem: quia sicut sapientia dat canos. Ita quidquid viri est, tollit insipientia. Hunc ergo iuniorum mores præstiterunt, non ætatee: seniorem illum non tempora fecerunt, sed sensus.* Sic Gonzagam, sensus, mores, cœlestis doctrina, vitij grauis carentia, viris ab ineunte ætate adscripserunt: cùm è contra longævum etiam virum, culpa puerilitari soleat adnumerare.

1. Cor. 14. v. 20.
D. Chrys.
D. P. Chrys.

746. Habent quidem non parum emphasis ad hanc rem, verba illa Dei, ad Moysem: *Congrega mihi septuaginta viros, de senibus Israel: quos tu nosti, quod senes populi sint, ac magistri.* Numer. 11. v. 16. seniores erant, & canis cuncto populo venerabiles: & tamen signanter soli Moysi, dicuntur de canitie agnoscendi: quasi vero esset difficile vulgo, à iunioribus aliis hos discernere. Et cur ita? respondet Philo Iudæus lib. *Resip. Noë.* aptissime ad rem meam. *Ergo non eos, quos vulgus senes existimat, quippè curandis sacris præpositos: sed quos solos, hic sapiens nouit, seniorum appellatione dignatur: quos enim hic reprobauerit, tanquam bonus mensarius, falsam virtutis monetam habentes, iuuenili temerarioque sunt omnes animo: quos autem commendare voluerit, probati, & iuxta prudentiam seniores censendi sunt.* Fallitur quidem vulgus, dum argumentum illud canescentis iam barbæ semper probandæ veræ senectuti efficax habet: cum sæpe sub canis vitiosis, mera quædam senectutis effigies, stultam quandam obumbret puerilitatem, Canescebant quidem teterrimi illi senes, qui vim libidinosè intentam, prætentâ sacrilege accusatione, celare contendebant: & tamen Danieli puerulo flauescenti, dicunt: *Veni, & sede in medio nostrum: & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis* Dan. 13. v. 50. crederem hos, propriâ iam commissi sceleris conuictos conscientiâ, monetæ suæ fallaciam cognouisse: cedentesque puero virtutibus senescenti, se vitiis repuerascentes senes, publicasse. Ideo D. Ambrosius supra citatus. *Daniel, cum puer esset, accepit spiritum, quo dignus senectutis primitiis haberetur, vt redargueret senes, ipse non senior longævitate, sed gratiâ.* Nimirum quia iam senes per culpam, in puerilem amentiam delyrarant. Neque hinc abest D. Basilius Magnus, qui sic habet. *Differt autem is, qui ætate puer est, ab eo qui mente est infans: cana enim prudentia, homines antiquos facit: ac magis profectò ad constitutionem senis concurrit, id quod est in prudentiâ antiquius, quàm albedo capillorum. Si quis enim sit, vt sapiens Daniel placet, iuuenis quidem corpore, prudentiâ vero canus, æquius sanè est, vt ei maior honor tribuatur, quam illis, qui prauo iudicio, corporis canitiem anteponunt.*

Numer. 11.
Philo Iud.
Dan. 13. v. 50.
D. Ambros.
D. Basil. Magnus.

747. Longissima quidem fuit, ab Adam, vsque ad Abraham, hominum vita: nec tamen vllus, ad senectutem vsque dicitur venisse: vel senex fuit alicubi appellatus: senectus enim tunc prius in sacris litteris expressa legitur, cum illam Deus promisit Abrahamo, Genes. 15. v. 15. qui etiam primus dictus est senex Genes. 18. v. 11. cuius rei, ad rem meam, caussam assignat D. Anacletus Primus, epist. 1. locutus de Presbyteris. *Cum nongentos, & amplius annos, ab Adam vsque Abraham, vixisse homines legerimus: nullus alius prius appellatus est Presbyter, id est senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis conuicitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter prudentiam Presbyteri nominantur.* Ac si turba illa infidelium, licet longævior, puerilitati esset adscribenda. quod si fideles alios obiicias, cum tamen Abraham, primus fidelium Pater sit appellatus, meritò, quantumuis adolescentior, senex vnicè appellatur. Non tamen inficior, potuisse D. Anacletum alludere ad illud Genes. 24. v. 1. vbi diuino fertur oraculo. *Erat autem Abraham senex, & plenus dierum, & Dominus in cunctis benedixerat ei.* In Græco enim est eadem vox, qua vsus S. Pontifex, scilicet πρεσβύτερος. Licet enim sit ad manum obiectio, quod iam supra cap. 19. v. 31. Lot dicatur senex, & in Græco πρεσβύτερος: facilè responderem, sic quidem ex ore stultescentium filiarum suarum, appellari: non autem ex ore Dei, aut scriptoris diuini: qui id nominis viro iustissimo, primò concessit. Sic interpretandus Philo Iudæus, qui lib. supra citato ad hunc locum, ita. *Quis versatus in sacris libris ignorat, quod ille sapientissimus Abraham, breuioris æui, quàm vllus penè omnium maiorum suorum inducitur? illorum tamen, qui diutissimè vixerunt, nemo, quod sciam, sed solus hic scribitur senior. Dicūt igitur sacra oracula, quod Abraham erat senior, ætatis prouecta: & Dominus benedixit Abraham, rebusque suis omnibus. Quod mihi videtur subiunctum, tanquam caussam præcedentium, cur senior dicatur ille sapiens: cum enim à benigno Deo benè afficitur animæ pars rationalis, nec vnam modo, sed omnes benedictiones species accipit: seniliter sapit, atque ita fit senior.* Et non dixeris Ludouicum, in ipsâ suâ pueritiâ Presbyterum, & seniorem: cui amotâ puerilitate, virtutum omnium benedictionem indulsit Deus, vt seniliter saperet, & terrena conculcans, prudenter solis cœlestibus inhiaret.

Genes. 15. v. 15. 18 v. 11.
D. Anacl.
Genes. 24. v. 1.
Genes. 19. v. 31. L X X. Inpr.
Phil. Iud.

748. Genes. 21. LXX. Interp. v. 12. Adolescens iam erat, & robustus Ismael, quando eiectus est, Genes. 21. & tamen sæpissimè ibi *Puer*, imò vt ex Græco habetur παιδίον, id est, *Puerulus* appellatur. Sed habent non parum mysterij, verba illa Dei, ad Abrábamum. *Non tibi videatur asperum, super puero, & super ancilla tuâ: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Isaac vocabitur tibi semen.* v. 12. en tibi Isaac, tanquam vir, proprio suo nomine appellatur: cuius comparatione Ismael, cum tamen longè senior esset, puer imò puerulus, proprio suppresso vocabulo appelletur. Quid mirum? iustus ille, & innocens: iste iam fœdis vitiis laborabat. Phil Iud. Iterū citatus Philo. *Ismaelem, penè vigesimum annum agentem, cum virtutibus perfecto Isaac collatum, nominat Puerulum*, &c. *Quando eos à domo ablegauit Abraham. Et rursum: proiecit puerulum sub vna abiete. Et: non videbo mortem pueruli. At qui ante natum Isaac annum tertium decimum, egressus Ismael, circuncisus est: & post alterius iam septennis ablactationē, ne spurius cum legitimo, ex a quo luderet, vna cum matre pulsus est: & tamen quamuis. Iuuenis, vocatur, puerulus, sophista ipse collatus cum sapiente.* Sic non benè moratus Ismael, & iuuenis, & triplo ferè Isaac annos excedens, ahuc puerilitatem retinebat: Isaac septēnis, iam sapiens, iam perfectus virtutibus, suo nomine, viri instar celebratur: septenni meo Ludouico, crediderim tempore, non virtute anteponendus.

749. Senec. Nescit certè culpa, quamcunque prouectiorem ætatem, ad puerilitatis ludicra non deponere. Hinc Seneca epist. 4. *Adhuc non pueritia in nobis, sed quod est grauius, puerilitas remanet: & hoc quidem peius est, quod auctoritatem habemus senum, vitia puerorum: nec puerorum tantum, sed & infantium: illi leuia, hi falsa formidant: nos vtraque.* Quia ipso naturæ sensu ducebatur, vt nosceret, senectutem libidinibus innolutam, vanitatibus studentem, & formidantem inania, necessariò esse de puerilitate contemptibilem: fassurus credo, si attenderet, puerum sanctum, iure contrario viris adscribendum. Longè grauiora sunt verba D. Nili in Ascetico, qui in eandem rem, D Nilus. ita. *Quandiu ludis puerilibus delectabimur, nondum virilem sensum accepimus. Quandiu in agendo erimus infantibus imbecilliores: ab illis saltē discamus, ad præstantiora contendere: nam ipsi ætatem mutantes, mutant etiam in rebus ludicris voluntatem, abiiciuntque quam habebant ad res ludicras propensionem. Nucibus exempli gratiâ, & talis, & pilâ ludunt, his illi se ludis oblectant, & sibi honori ducunt, hæc comparare, quo ad Prudentia sunt imperfecti: at cum aliquis eorum, in virum enaserit, ea abiicit, & ad gerendam Remp. omne studium confert.* Quid puerile notaueris in Ludouico: cui non solum in pueritiâ relictæ nuces, sed etiam terrena imperia, habita pro nucibus? sed si vitia fugit, quid ni & pueri ludicra, & hominis puerilia reliquerit.

750. Deuter. 32. v. 4. Hinc illud Moysis: *Deus fidelis, & absque vllâ iniquitate, iustus & rectus: peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus.* Deut. 32. v. 4. LXX. vt correctiores L X X. Interpr. circunferuntur, habent, τέκνα μωμητά, id est, *Filij reprehensibiles*: videnturque poni, quasi παῖδες, vt æquiuoca voce, aut filij, aut pueri significentur: Philo Iud. vnde Philo sæpe citatus: *In cantico etiam maiore populum vniuersum, ad res nouas proclinantem, insipientis, & infantis ætatis nomine, pueros vocat, Iustus inquit, & sanctus Dominus, peccauerunt ei, pueri eius reprehēsibiles.* Cuius appellationis caussam, aptè ad præsens institutum, sic explicauit. *An non apte alloquitur homines probrum habentes in animâ, per stultitiam ac dementiam sæpe labentes in vita recta rationibus, non puerilem ætatem corporis aspiciens: sed ad mentis infantiam, expertem rationis, ac veritatis?* Quam alius, Ludouicus noster! Purissimam habens animam, in puèrili ætate, senilem iam prudentiam retinebat. Dixit pulchrè D. Chrysologus serm. 132. de naturali hominum infantiâ locutus: D Chrys. *In cunabulis, iam natus homo, in homine est, sed latet: est corpus, sed non est: membra videntur, & non sunt: viuunt, quæ non vigent sensu. Inclinatur pietas, desudat industria, ars laborat: & vt plenius dicam, quot membra hominis, tot magisteria, vt hominem perficiant, elaborant.* Sic etiam in spirituali infantia puerorum iustorum solet euenire, sunt ibi cum gratiâ infusæ virtutes, sed latent: viuunt Christo, sed penè non vigent: desudat Magistrorum pietas, laborat industria, vt alumni virtutum promicent exercitia. In Gonzaga nostro, res aliter euenit: sub naturali infantiâ vel saltem pueritia, nullam virtutis sensit pueritiam, virilem subito exprimens perfectionem nulla arte, nulla Magistrorum tunc industriâ desudante: sed solius diuini spiritus impulsu, virtutes & illas heroicas exercuit: vt sanctissimo Carolo Borromæo, & aliis viris Magnis, verba senilia, gloriosaque puerili mei gesta, venerationi forent, & miraculo.

§. III.

Natura humana fragilitas & inconstantia: quámque facile eius pericula, & scopuli, in Religione, soleant euitari.

NEque tamen sic instructus Gonzaga, sibi fidebat: nimirum senili illâ prudentiâ, humanæ vitæ fragilem, insitamque instabilitatem callebat probè: in soláque religione, hos scopulos & pericula, tutius & facilius euitari cognoscebat. Hinc, nullus vnquam mortalium tam auidè & ardenter, grande aliquid in sæculo, legitur aucupatus: quam impensè Ludouicus religioni noscitur inhiasse. Etiam credam (si non vana, Magni Bellarmini, probabilis coniectura habeatur) puero nostro in gratiâ fortasse confirmato, hanc mentem ingrediendæ religionis, Deum iniecisse: vt forti suauitate, destinatam perfectionem, & peccari immunitatem consequeretur. Ita est: vt nihil fragilis vitæ nostræ inconstantiâ atque fragilitate periculosius: sic nullibi, quàm in religione tutius roboramur. Vtrumque tenore solito illustrandum, vt Ludouici prudentia, & diuinæ vocationis pondus agnoscatur. Mirè humanæ vitæ conditio, cum elemento Maris symbolizat: de hoc autem pulchrè Tertullianus lib. de Pallio. Tertull. *Maris fides infamis, dum & flabris aquæ mutantibus, de tranquillo prorsum fluctris temperatum: & extemplo de decumanis inquietum.* Sic & Lucretius lib. 2. Lucret. 751.

Infidi Maris insidias, viresque, dolumque
Et vitare velint, ne ve vllo tempore credant,
Subdola cum ridet placidi pellacia Ponti.

Sed quis vnquam nauigauit, qui perfidam Maris inconstantiam non deploraret? Proh quàm fœlices Nautæ, si nauem aliquam sortirentur sic semper robustam, vt quantum est ex parte illius, tandem, tandem parandum sibi portum haud vane sperarent! Nos longè fœliciores, qui tutissima religionis naui vecti, infidam affectuum fidem constringentes, insperatam & subitã procellosæ vitæ vicissitudinem ridemus, & penè

despe

desperatam consequimur securitatem. Videamus ergo prius, quam facilè humanum pectus, etiam dum maximè di[illegible]inâ gratiâ serenum videtur, aut tentationum impetu perturbatur, admissa culpæ grauis salsugine obruatur: tunc cœlestis nauis nostræ conditioni, in qua vecti, pericula euadimus, gratulabimur.

752. Nouerat Christus Dominus, cum Apostolis suis, hanc humani cordis indolem, vnde vt plurimum, augustiora quædam tractaturus, turbas deserebat: vt disceremus, mutabile fugere hominum ingenium, neque illorum credere fauoribus, vel stabilitatem sperare, qui tam facilè, nouo noui affectus impetu abripiuntur. Pulcherrimas Christus ad turbam Parabolas exposuerat Mar. 4. quibus illa & efficaciter mota ad virtutem, & cœlestis Doctoris laudibus impendenda præsumi posset: & tamen additur statim de Discipulis: *Et dimittentes turbam assumunt eum, ita vt erat, in naui.* v. 36. Vbi Chrysol. serm. 21. *Dimittunt turbam, qui popularem auram, & vulgum diserunt, incerto semper iudicio peruagantem: neque addicti rumoribus humanis, à virtutis itinere retardantur, sed de bono conscientiæ stabiles, & securi, laudum & derogationum mendaces fluctus, Christo comitante pertranseunt.* Quasi minus Maris, quam humanæ turbæ timeretur inconstantia: fugiuntur homines, nauis conscenditur, quasi non tot ista esset, inter vndas, mutationibus obnoxia, vt illi: qui si tunc duce gratiâ fauorem: paulo post poterant iram spirare; & amorem in odium conuertere.

Mar. 4. v. 36.

753. Mare illud, quod ante Dei Thronum, tanquam Baptismi Symbolum, vidit Ioannes, sic describitur: *Et in conspectu sedis, tanquam mare vitreum simile Cristallo.* Apocal. 4. v. 6. Nonnulli, *vitrum* in hoc loco, ad colorem aquarum detorquent: sicut in profanis litteris (notaui alibi) sumi consueuit: non ita facilè his assentio: nam in hoc sensu, facilius soli cristallo, & elegantius, videbatur illi mare comparandum. Quid ergo est, vt quòd nitidissimæ cristalli gemmæ comparatione commendatur: interim vilioris vitri mentione quodammodo interpolletur? scilicet cristalli pulchritudinem, vitreâ fragilitate temperauit, & commiscuit Ioannes: vt quàm facilè gratia, & dona in Baptismo accepta amitti soleat: quàm facilè homines fracta innocentiâ, collabantur: hinc agnoscamus. At certè nusquam mare magis vitro assimilatur, quàm dum glaciali crustâ obrigescit: vt iam factum hoc mare, præter vitream fragilitatem, etiam glacialem lubricitatem repræsentet. D. Bacchiarius epist. ad Ianuar. ad hunc locum. *Memento Frater quod caro fumus. Mare illud, hoc est forma baptismi, quod Beatus Ioanes in Apoc. vidisse se dicit, vitreum fuisse describit: & ideo in nobis cito periclitatur, & frangitur. Lubrica via est seculi huius, glaciali iniquitate constricta: quam cum modica concupiscentiæ calor soluerit, facilis est ad lapsum, ruinamque miserorum.* Quid fragilius, quid inconstantius fingi poterat? & non quæreret, quà posset, id euitare sedulus Ludouicus.

Apocal. 4. v. 6.

D. Bacch. Ianuar.

754. Diuinam Misericordiam, humilitatis hamo attracturus Abrahan, sic ait ad Deum hospitem suauissimum: *Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis.* Gen. 18. v. 27. quasi terrena conditio, non aliunde posset vilius explicari. At quidem, quandoquidem è terrâ, humilitatis significatio quærebatur, aptius aliunde petenda videri posset. Res planè est abiecta, *puluis*, non tamē alibi terra desæcatior. Terra in luto sordens, putrescens in limo, & in cœno fœtens: in solo puluere visa enitescere: cur ergo non abiectioribus illis se comparat Patriarcha? qoia nunquam se homo penitius cognoscit, viuidius intelligit, quam dum diuino conspectu immissis inde radiis, se inspicit, immo introspicit: quamuis autem terræ cætera, magis sordida, fixa nihilominus sunt atque tenacia: at puluis, esto defæcatior videatur, tamen inconstantissimus est, & quouis flatu rapitur, cuiusuis aoræ ludibrium proiicitur. Benè ergo Abraham, qui intus & in cute, semetipsum in diuino conspectu nouit: licet non parum sordis condirioni humanæ inesse cerneret, plus tamen inconstantiæ attendens, humilius se vago pulueri comparauit. Ricardus Victor. apud Godfr. in cap. 13. Gen. ad hunc locum. *Puluis ad omnem flatum de loco suo excutitur: & quocunque eiicitur, nunquam sine alieno impulsu leuatur. Subtractâ nanque protectione diuinâ, homo ad inimici suggestionem, in quodcunque malum deiicitur: & semel deiectus, nunquam ad statum rectitudinem, rectitudine propria roboratur.*

Genes. 18. v. 27.

Ricad. Victor.

755. In Hominum lapsu, in casu Principum, naturæ humanæ fragilitas solet deplorari, & rerum inconstantia incusari. Dauid tamen cum maximam doleret Saulis, atque Ionathæ ruinam: tunc præcipuè illorum fortitudinem visos commendare: *Quomodo ceciderunt Fortes, in prælio?* 2. Reg. 1. v. 25. Vbi Drogo Ostiens. l. de Dom. Pass. *Si fortes, quomodo ceciderunt? & si ceciderūt, quomodo fortes?* Nec immeritò dubitat: quorsum enim, quorum conculcatur gloria exprimitur fortitudo? dum victis & prostratis priscas vires commemoras, videris insultare: crescit quippè opprobrium victi, & victoris corona, dum fortitudo coniacens declaratur, quò ergo tendit Dauid, si verè gemit? Nimirum Propheta, in his mortuis, ad viuum virtutis humanæ fragilitatem considerabat. Nam cor nostrum, & gratiæ donis firmum, & virtutum robore forte: non raro in ipsa perit fortitudine, & facilè mutatum eneruatur. Idem Drogo. *Sed ne glorietur sapiens, in sapientiâ suâ, neque fortis in fortitudine suâ. Sed qui gloriatur, in Domino glorietur: & qui stat, videat ne cadat.* Facilè quippè cadunt etiam fortissimi: & fastigium sanctitatis, lamentabili casu, in abyssum peccati commutatur, facilè turbatur vndis malitiæ, malacia conscientiæ: est quippe iste purus putusque hominis morbus, vt sit semper pronus ad lapsum, labilis ad ruinam. Totus anxius dæmon, in tribus illis tentationum iaculis quibus Saluatorem impetiuit; an putus esset homo, deprehendere satagebat: ideo postquam de primâ confunditur superatus, superatum se credens in secundâ, ait audacissimus: *Si Filius Dei es, mitte te deorsum,* Matth. 4. v. 6. Sed proh dæmonem stultum, dicat aliquis! immo quia Deus est, deiicì non potest, neque deorsum mitti? cur ergo in Deitatis signum, ruina petitar? planè in Deitatis signum, non petebat ruinam, hostis callidissimus: sed voluit titulo fallere, & quasi sub escâ gloriolæ decipere: vt si quoquo modo facilem ad se præcipitandum, Christum videret: infallibili iam consequentiâ, merum hominem deprehenderet, cui ordinaria instabilitas, atque ruina è culmine, adhærebat. D. Chrysolog. serm. 12. *Satis hominem probare vult, cui non ascensum prouidit, sed ruinam. Humana conditio ad ascensum difficilis, facilis ad lapsum.* Satis apertè probaretur homo, qui vsque ad Pinnaculi

2. Reg. 1. v. 25.

Drog. Ost.

Idem.

Matth 4. v. 6.

D. P. Chrys.

ductus fastigium, leui inde mutatione deduceretur.

756. Hoc certè erat, quo institutos volebat Romanos suos, Apostolus: commendabat ille immensas diuinæ bonitatis diuitias, quæ vbi abundabat peccatum, superabundantem gratiam emisit: deinde sic subiungit. *Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato, vt gratia abundet? absit: qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?* Rom.6. v.1. patet iam doctis pondus rationis: iniquum enim foret, sub spe superabundantioris gratiæ peccatum dilatare: maximè, cum iam peccato moreremur, cui iterum conuiuere, nefas foret. Sed adéðum prudentissime Paule! si incompatibile quodammodo & summè detestandum peccatum, à nobis tam benignè redemptis, declarabas: cur, quemadmodum alibi, te mundo crucifixum: & tibi crucifixum mundum dixisti: sic in hoc loco, vt nos peccato mortuos, sic inuicem nobis peccatum mortuum, non declarasti? vt nos & periculi, & fragilitatis nostræ commoneret: qui licet possimus quandoque & mundum spernere, & sperni inuicem: verumtamen erga peccatum, non morte mutuâ gerere nos possumus: cui licet per gratiam moriamur: at illud, licet non in nobis, viuit tamen adhuc nobis: qui fragiles, ni totâ sollicitudine cauemus eius scopulos, peribimus: & per summam naturæ nostræ inconstantiam, durâ procellâ serenitatem dulcem commutabimus. D.Chrysolog. serm. 113. ad hunc locum. *Præsentis temporis loquitur hic figuram, quia mortuos nos dixit esse peccato, non nobis iam in totum, mortuum dixit esse peccatum. Quia et si peccatum ipsum, actu operis, sanctis & fidelibus est defunctum: viuit tamen, & adhuc in nostram desæuit mortem. Tunc autem peccatum ipsum morietur in nobis, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, mortale hoc induerit immortalitatem.* Interim ergo timeamus instantes semper hostes, cum sic infida statio nos detineat.

Rom 6. v.1.

D.P.Chrys.

757. Primogenitum immolaturus Abraham (id est affectum cordis præcipuum iustus Deo mactaturus) obedientem satis puerum, ligat adhuc Gen. 22. v.9. & pedes holocausto promptissimos nectit compedibus. Recalcitraret ne victima ad ictum, quæ fugæ nescia, immobilis, & beneplacens aræ, non tam attracta, quàm adducta persistebat? ego non crederem. quid ergo colligatur? offerebatur ibi sacrificium, & Isaac de oblatione sanctificandus, viuus post oblationem erat remansurus: affectus, vt dixi, nostri victimam repræsentans: voluit ergo Deus, & inspirauit Patriarchæ, vt vincula adhiberet: quò moniti disceremus, quàm sint proposita nostra instabilia, quàm variis exposita flatibus: ac proinde mille nexibus, nouisque identidem vinculis, eadem curemus stabilire. Philo Iud. ad hanc rem, lib. *Quod Deus sit immutabilis:* ita. *Quia vidit creaturā esse instabilem, postquam cognouit firmitatem eius, qui est, certissimam: cui credidisse dicitur.* Quo enim magis stabilis Deus cognoscitur, eò instabilior comprehenditur creatura. inconstans ergo affectus vinculis nectendus, vt quoad possit, Deum constantiæ centrum imitetur, illique placeat: aliàs, vagus semper & mobilis exerrabit. An non sunt Religionis vota, vincula arctissima, quibus mobilis nostra Indoles Deo constringitur? an potuit ad tutiorem portum, ad præsidium firmius, confugere Ludouicus?

Gen 22. v.9.

Philo Iud.

758. Turi propterea degimus, securi nauigamus in hac naui, quantum ex se est, pericula & hostes; ab his castris facillimè propelluntur. Hoc quidem voluit Isaias, dum sic scripsit. *Vrbs fortitudinis nostræ, Sion Saluator ponetur in ea, murus & antemurale.* cap.26. v.1. quia nimirum vt IESVS Saluator inhabitet cor nostrum, cùm charitatis muro, tum custodiæ antemurali defendatur necesse est: vnde omnia pericula euitantur. Sed ecquæ tandem tam fœlix ista custodia antemuralis? respondet Gellibertus serm. 35. in Cant. Vbi expendens, cur anima Deo dicata, *Hortus conclusus* appelletur: sic subiungit ad rem meam. *Bonus, dilectio, murus: sed habet hic murus, antemurale. Dilectio, quasi murus est, antemurale, regularis districtio: illa cogitationes sanctas, & affectus dulces includit: hæc occasiones delinquendi repellit, & excludit.* Quid? ipso obseruantiæ regularis antemurali erecto, ipso Religionis ingressu: quasi vno ictu hostes prisci videntur omnes quodammodo iugulari, vt non amplius veniant perimendi? In strage illa celebri, quam apud Persas, Hebræi hostibus suis intulerunt: celerius in aliis vrbibus re peractâ, plus morarum in Susâ, vrbe scilicet regiâ fecerunt: cum enim in aliis locis, quarta decimâ die rem concluderent: in Susâ totam decimam quintam etiam impenderunt. Esth. cap.9. vers. 17. caussam mysticam auguratur ibi Guillielmus de Cailloe, apud Godefr. his verbis. *Nota quod Iudæi, qui fuerunt in Susis, diutius interfecerunt, quàm alij. Susa significat mundum: qui ergo in mundo sunt, cum maiori luctâ interficiunt, quàm qui extra mundum viuunt, claustrales scilicet: illi enim vna die hostes suos occidunt, quando scilicet rebus suis abrenuntiant.* Fuerit ergo rerum suarum abrenuntiatio, Ludouico acutus gladius, quo quidquid erat hostile iugulauit.

Isa.26.v.6.

Gellibert.

Esther.9. v.19.

Guillielm. de Caill.

Nimirum, diutina est atque laboriosissima in Mundo, cum hostibus conflictatio: opus est, vt quos pugnando non viceris, facilius & fœlicius vincas fugiendo. Dolos soceri sui Laban, semel atque iterum tentatos, euadere non poterat, quidquid vires intenderet, Iacob. tunc meditatur fugam: vt cuius periculosa bella, cuius fidifraga fœdera expertus iam diu deplorarat: hunc fugiendo superaret, non amplius cum illo manus conserturus. Sed pende verba Iacob iam discessuri, ad hostem perfidum: *Dixitque rursus Iacob: en tumulus hic & lapis, quem erexi inter me & te, & testis erit: tumulus inquam iste, & lapis sint in testimonium, si aut ego transiero illum pergens ad te: aut tu præterieris malum mihi cogitans.* Gen.31.v.52. non solum terminus ille pactæ separationis testis, *lapis* dicitur, sed insuper *tumulus*, quasi sepulchrum, appellatur: ibi cum tanquam iam mortuus Iacobi labor & timor: ibidem Laban insidiæ sepeliebantur: hoc victo, illo victore discedente. Sed ita ne? per fugam, tam gloriosâ victoriâ fruitur Iacob, qui callidus supplantator, videbatur honestius cum hoste decertaturus? immo & hinc præclarius, sagacissimi supplantatoris nomen adipiscitur: qui sine puluere, sine labore; ambiguum diu certamen fugâ callidâ superauit. Philo lib.2. Allegor. *Iacob vt supplantator, compendiariis artibus virtutem adeptus sine puluere, (alioqui non vocandus Israel, mutato nomine) fugit Labanis negotia, id est colores, figuras in vniuersum, corpora, quorum natura est, vt mentem per sensibilia vulnerent. Nam quia conflictando, non poterat ea deuincere, modo vincat, mauult fugere, laudandus sanè hoc nomine.* Equidem compendium 759.

Gen.31. v.52.

Philo Iud.

est

est victoriæ, fuga sæculi, sensuum, & voluptatum renuntiatio: nullus autem huiusce fugæ terminus securior, quam Religio: vnde prudenter Seneca epistol.14. de fugâ ad Philosophiam, quæ tunc Christianæ philosophiæ, idest ipsissi-
Seneca. mæ Religionis vmbra erat, sic scribit. *Quid ergo? vtique erit tutus qui hoc propositum sequetur? promittere tibi hoc non magis possum, quam homini temperanti, bonam valetudinem. Perit aliqua nauis in portu: sed tu quid accidere, in medio mari credis? quanto huic periculum paratius foret multa agenti, molientique: cui nec otium quidem tutum est?* Portus quidem tutissimus est Religio, potest in ea aliquis perire: sed quot plures in medio mari perierunt? non datur in hoc mortalis vitæ curriculo, plena securitas: nulla tamen maior, quam in Religione dari potest: quod senili plusquam prudentiâ intelligens Ludouicus: hinc sibi ardentissimè præsidium appetiuit.

§. IV.

Nonnullas prædictæ securitatis caussas congero.

760. FVsius nunc per aliquas caussas discurramus, quæ hanc ab hostibus, à periculis victoriam reddunt faciliorem, coronamque, quantum humana fert conditio, in tuto collocant.

PRIMA.

Prima esto sociorum vnitas, robustior quidem hosti superando, & attrahendo Deo longè
Cant. 6. v.9. potentior. Hinc illud Cant.6. vbi quæuis pia congregatio celebratur: *Terribilis, vt castrorum acies ordinata*, v.9. Non fortuitum est, vt quæ de progressu ibi vni Auroræ fuerat comparata, lunæ de pulchritudine, soli vnico de eleuatione: eadem ad fortitudinem, non militi quantumuis robustissimo, sed militibus castrametatis venerit comparanda. illud ergo in caussa est, quod licet vnus miles per se satis; multo tamen ipse magis, vnitus cæteris conualescit: scilicet se inuicem animant, roborant, permuniunt. caueant igitur vnicè, dispergi: nam constipati & ordinati, impenetrabiles fiunt & inuincibiles. Ideo Ru-
Rupertus pertus ibi. *Scimus, & constat, quia castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur, quando ita fuerit constipata atque densata: vt nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponitur, vt locus vacuus, per quem hostis possit ingredi, dimittatur: profectò iam suis hostibus terribilis non est.* Quod ille postea concordi accommodat charitati, nos ad rem nostram mutuo sociorum roboramento, quod à charita-
Luc.10.v.1. te prouenit, tribuamus. Propterea D. Chrysologus serm. 169. ponderans cur Christus Dominus, Luc.10.v.1. Discipulos suos binos, & binos, ad prædicationem expediret: aptissimè sic scri-
D.P.Chrys. bit. *Binos mittebat ne destituta singularitas, aut negaret vt Petrus, aut fugeret vt Ioannes. cito cadit fragilitas humana, quæ de se superbe confisa, socios despicit, non vult habere collegam: dicente scriptura: væ vnico, si ceciderit, & non est secundus, qui erigat eum. Quantum autem alter alterius roboretur auxilio, eadem scriptura testatur, cum dicit: frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas munita.* Tu vide
Eccles.4. quæ sacri interpretes ad vtrumque locum scilicet
Prou.18. Eccles.4. & Prou.18. iam dedere: & item ad illud Deuter. cap.32. v.30. *Quomodo persequatur vnus, mille: & duo fugent decem millia.* Deuter. 32. v.30. Neque enim mirum, si frater à fratre adiutus, vrbi munitæ & plenæ comparetur: quandoquidem vnus, qui contra mille poterat robustus, iam ab alterius auxilio, quasi quincuplicatis viribus, millia quinque fundit. Sed materia est trita de qua plenas vbiuis paginas incurres, ideo tantummodo fuit delibanda.

Aduerte tamen, quod initio dicebam, ideo 761.
fundendis hostibus, hanc vnitatem fieri robustiorem: quia est attrahendo sibi Deo, eiusque fruendo auxilio potentissima. Celebrat Christus sanctissimæ cuiusdam animæ virtutes, & Principem, florum principi accommodat, dicens: *Sicut li-* Cant.2. v.2. *lium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Cant.2. v.2. En ergo Domine IESV te inuitat anima pudicitiæ candore, odore exempli, & intermedio auro charitatis: quid moras nectis, quid amores tardas? si laudas lilium, cur non statim, aptum tibi esse habitaculum commendatur? certè, quia lilium vnicum erat, malè adhuc reliquis filiabus spirantibus: sint ergo plura lilia & coniungantur, & statim inter illa pascetur Agnus immaculatus. Fatetur id ipsa Anima, eodem cap. v.16. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter li-* v.16. *lia.* Quasi ideo iam suus: quod circumstantes olim spinæ, iam sub liliata conditione adunatæ, sibi singulis & omnibus Deum traherent. aduoco huc Bernardum serm.6. de B. Virg. *Et si iustus germinat sicut lilium sed non ad lilium sponsus pascitur, nec in singularitate complacet sibi: audi denique inter lilia commorantem: vbi inquit duo vel tres congregati fuerint in nomine meo: ibi sum in medio eorum.* Sic non mirum crescat vnita virtus, quæ eo ipso quod vnitur, Deum sibi adunat, atque laborum comitem administrat. Timuit sibi quanuis forti, in sæculo Ludouicus, quærit, à Religione vires cumulare, & inter liliati IESV socios, paratius IESV auxilium inuenire.

SECVNDA.

Ex hac prima caussa, alia subinfertur: quia 762.
sic sociorum bona participamus, vt licet inuicem alia reddere non possimus, tamen quæ sunt illorum, nobis minimè denegentur. quidni ergo tot egregiorum virorum viribus roboremur? Beati sui ferculi Media, diuinus noster Salomō constrauit charitate, idque *Propter Filias Ierusalem.* Cant. Cant 3. v.10.
3. v.10. id est propter imperfectas adhuc animas, quæ ad virile robur nondum accesserant. Sed vnde illis, inquis, tanta vtilitas, ex hisce mediis constratis charitate? Respondet ibi Rupert. *Nimirum in eo, quod facere possunt, & suum faciunt, illud quod* Rupert. *est aliorum, quod est virorum fortium.* Id est: eo ipso, quod media fidelium congregatio, charitate constrata est: vt inde tanquam è medio centro, in omnem velut circunferentiam, charitatis lineæ, amoris radij deducantur: iam fit, vt alij aliorum participent virtutem: & quod in aliis amant, sibi approprient. Pergat Rupertus. *Non sunt carne* Idem. *virgines, sed bonum virginitatis, in te, ô Beata Maria diligendo, suum faciunt. Non alia, præter te genuit Regem Salomonem, &c. Sed illa diligendo in te hoc tam grande priuilegium, Regis eiusdem, matres fiunt item non sunt Martyres, neque sufficiunt inter fortes præliari, & pro amore Regis Salomonis, sanguinem suum fundere: sed Martyres diligunt, & diligendo illos, gloriam eorum suam faciunt.* Quanto

id

id verius in Religione, vbi arctioribus charitatis vinculis inuicem copulamur! Mea ſunt tot illa, tamque inſignia opera, quibus IESV auſpice, Societas ſplendet: vtinam & mihi aliqua contingant, quæ ad maiorem Dei gloriam, fiant etiam aliorum. Media nobis charitas conſternitur: inde conſternatio oritur, iurgio, liti, inuidiæ, ne accedant.

763. Ardenter cupiebat Ludouicus, ſupra ætatem fortiſſimus, Martyrio vitam claudere, pro Chriſto ſanguinem fundere, vnde maximè Societatem ingredi optabat, ſi forte aliquando miſſus ad Barbaros Prædicationis ergo, ambitam diu coronam conſequeretur. Demus Martyrem non fuiſſe: (qui tamen dum charitate feruidus contagio laborantibus miniſtrans occumbit, meritò à ſacræ Rotæ iudicibus, Martyr declaratur) ſed tamen tot Societatis Martyres impensè diligens, gloriam eorum, ſuam fecit. Hæc eſt religioſæ vnitatis conditio generoſa, vt per charitatem, aliorum iam bona, ſint communia. Apto huc verba D. Cy-
D.Cypr. priani epiſt. 12. vbi ita. *Ama, quos ante oderas: dilige illos, quibus iniuſtis obtrectationibus. inuidebas: bonos imitare ſi potes: ſi ſectari non potes, collætare certè, & gratulare melioribus: fac te illis adunata dilectione participem: fac te conſortio charitatis, & dilectionis vinculo cohæredem.* Quaſi enim hæreditario iure, Patris cœleſtis bona comparamus, dum eiuſdem filiis conſtringimur per amorem adunati. Sed vbi id quæſo, aut ſit perfectius, aut paratius inuenitur, quàm in Religione?

764. Hinc capies, quid ſit illud eiuſdem animæ in
Cant. 1. v. 3. Canticis decantatæ, ad Chriſtum. *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum.* cap. 1. v. 3. trahi ſe vnam rogat: & ſtatim variato numero, plures fore excurſuras, aſſeuerat. An fortè emiſſo voto tanto, ſic excreuit virtutibus, vt iam vna pro multis reputetur? fortaſſe. Sed aliud nunc coniecto: ſcilicet ex vnius beneficio, ſodalium etiam gratia exereſcebat, vnde quò traheretur illa, iſtæ etiam fœliciter accurrerent: nimirum per charitatem, raptæ congratulantes vni, dum accurrebant, iam ſingulare donum, quaſi bonum commune participarent. Neſcio an id voluerit Rupertus, qui de viſitatione Mariæ locutus, ad
Rupert. hunc locum ſic ſcribit. *Habent ſancti hoc proprium, omnes qui in veritate, ſanctum habent charitatis ſpiritum, vt ita gratulentur de beneficiis, quæ aliis impenſa, perceperunt: quemadmodum de illis, quæ à Deo ſibimet collata ſunt: tunc properant mutuos ſibi præbere conſpectus, tunc dulcia miſcere colloquia: certatimque opportuna, impendere inuicem deuota charitatis obſequia. Quid hoc eſt, niſi trahere & currere in odorem vnguentorum Domini?* Pende illud: *quæ aliis impenſa, perceperunt.* Fortaſsè enim *perceperunt*, in hoc loco, non tam ſignificat, audiuerunt, quam acceperunt: quaſi non minus accipiant impenſa aliis, quam collata ſibi. Sed quidquid ſit de mente Ruperti: res eſt aliunde planiſſima: currunt enim in Religione iuſti, in odorem donorum, quæ aliis conferuntur: & quæ ſibi ob mutuam charitatem conferenda ſperant, verè ſibi collata experiuntur.

TERTIA.

765. Sed quid, inquis, ſi proteruè contumax aliquis, ſociorum virtutibus non congratuletur: & quamuis non inuideat, in ſuo tamen tepore, imperfectione, & forte culpâ perſeueret? quid illic tunc Religionis communitas proficiat? proficiet quidem: niſi enim iam totam frontem poſuerit, ſemper aliorum exemplo verberabitur, vt admiſſas iam culpas demittat facilior, & inſultantes hoſtes fœlicior conculcet, vnde tertia cauſſa deducitur ad rem noſtram. Verba illa Da-
uidis ad Deum: *Qui timent te, videbunt me, & Pſ. 118.
lætabuntur.* Pſalm. 118. verſ. 74. prudenter ponde- v. 74.
rans D. Ambroſius, ſic habet ſerm. 10. *Prophetat* D. Ambr.
totum orbem, replendum eſſe timore diuino, & ideo quaſi timentes Deum, ſanctorum dicit cognitione lætari. Et quanto aptius videretur dici, ſi non ſolum cognitione, ſed etiam imitatione lætarentur? ſed nemo aliquid imitabile lætatur videns, quod ſi valeret, ad viuum non exprimeret: ideo aptè, quos collætantes dixit, probat imitatores. Ideo autem timentes Deum, id eſt perfectionis candidatos, voluit hîc expreſſos: quoniam cæteri adhuc tepidi, & defectibus ſubiacentes, non poterant id lætitiæ participare. Ergo, inquis, ex aſpectu iuſti perfectioris, nihil tandem ſocius imperfectus participabit: immo participat non parum, tacito enim eius aſpectu, commonetur defectuum, & ad correctionem prouocatur. totum hoc addit ſtatim Ambroſius, ſic ſubiungens. *Qui enim videt iuſtum, & gaudet etiam ipſe vult eſſe iuſtus: pulchrum eſt enim, vt eo, in aliis delectetur, quod vult ipſe in ſe ſeruare, ſi poſſit: Eſt enim inſitum bonis, vt caſtum pudicus, prudentem ſapiens affectu pio diligat, miſericors liberalem: & virtutes ſuas in alio amet. Pleriſque enim iuſti aſpectus, admonitio correctionis eſt: perfectioribus vero, lætitia eſt. quam pulchrum ergo ſi videaris, & proſis.* Tot ergo habes in Religione correctores, quot perfectiorum vultus aſpicis: toties verberatis, quoties loquaciſſimæ illius lucis, etiam dum magis tacet, verba audis.

Verbera ego dixerim, non radios, quibus im- 766.
perfectiores Moyſes feriebat: *Cúmque deſcende-* Exod. 34.
ret Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas v. 29.
Teſtimonij, & ignorabat, quod cornuta eſſet facies eius, ex conſortio ſermonis Domini: videntes autem Aaron, & filij Iſrael, cornutam Moyſi faciem, timuerunt prope accedere. Exod. 34. v. 29. Quidni timerent imperfecti, ſi lux, ſi ſanctitas perfectioris Moyſis, non tam diffluebat in radios, quam cuſpidabatur in cornua: quibus ventilandos, quibus ſe dilacerandos trepidabant? & meritò: ideo enim in cornua potiùs, quam in fulmina, quàm in gladium, vel ſagittas, lux exaſperatur: vt timerent in ſanctitate alienâ, ad ſupplicium ſuum conformari: quod in propria conſcientia, in culpam deformari cognoſcebant. Quid ita? colue-
rant cornutum vitulum, Exod. 32. v. 4. vnde nunc Exod. 32.
cœleſtia Moyſis cornua pertimeſcunt. quia ſem- v. 4.
per aliena virtus, culpæ noſtræ opponitur: ſemper in aliena humilitate, ſuperbia noſtra: in alieno feruore, tepor noſter: & in aliorum promptâ obedientiâ, inobedientia noſtra obiurgatur clariſſimè. Petrus Cellenſis lib. de Conſcient. cap. vlt. ad
finem. *Virtus conſcientiæ tanta in facie Moyſis ap-* Petr. Cell.
parebat, vt cornuta diceretur: vt oculos reuerberaret inſipientium, exuberans ſanctitas legiſlatoris. Quid enim non reuerberarentur impiorum oculi, cornuta luce: quæ ſacrilegè culta cornua denotabat.

Pulchrè in hanc rem Bacchiarius, epiſt. ad Ia- 767.
nuar. Peccatoris cuiuſdam pœniteuriam, ſic diſ- D. Bacch.
ponit. *Nolo vt eum longè ſegreget à Chriſti membris: quia ipſe conſortio meliorum erubeſcet, & reſurget ad*

vitam

ad vitam: non enim ad emendationem parum putes esse tormenti, si peccator asciscatur ad consortium beatorum: quia illorum præmia, sua sentit esse tormenta; si quis laudatur, erubescit: si quis vituperatur, agnoscit. Inter hæc verborum flagella constitutus, satisfactioni, emendationique semper appropinquat. Valet certè plurimum, tot cygnorum candor, ne coruus nigredini suæ adhæresicat: & cui forte sublatenti conniuebat, hanc sub alieni candoris radiis detectam abominatur. Hinc capies, quid sit illud viduæ Sareptanæ ad Heliam: *Quid mihi & tibi, vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ: & interficeres filium meum.* 3. Reg. 17. vers. 18. sed cui rememorata? Deo, inquiunt, apud quem, sub præsentis Heliæ sanctitate, fœdiora quodammodo viduæ peccata, vt prouocarent vindictam, apparebant. Ego crederem, propterea indifferenter rem proferri: vt non soli Deo quodammodo, sed etiam sibi, quæ fuerant occulta, manifesta iam fieri, testetur vidua. Scilicet ad Heliæ lucem, caligantes pridem oculos aperuit mulier, & filium ereptum sibi pro meritis recognouit: ideo verum Dei fatetur Prophetam, quasi in ipso doloris æstu de amisso nato, accepti beneficij gratias exhiberet. Theodoretus ibi, quæst. 52. *Sunt admiratione digna, verba viduæ. Tuo, inquit, lumine aperta sunt mea peccata, quæ occulta erant. Non dixit, fuisti mihi malum auspicium, mala conciliauit mihi tuus aduentus: sed potius suis peccatis tribuit, quod acciderat. Tantum enim ei profuit Prophetæ doctrina.* Itaque sacro Prophetæ commercio sic profecit, vt in eius lumine, culpas suas cognosceret, & patienter censorium ipsum lumen toleraret: sic illas abominans, hoc adorans, in frugem meliorem se recepit. Qui ergo in religione tot nouellos Helias intuetur censores: quomodo peruicax culpam tueatur?

3 Reg. 17. v. 18.

Theodor.

QVARTA.

768. EX his proximè dictis, duo innuuntur, scilicet instigans æmulatio, lux castigans. Ita est: in religione, hæc fulget, illa viget: vnde non inualida quarta rei nostræ causa depromitur. Propterea Salomon: *Vade ad Formicam ô piger: & considera vias eius, & disce sapientiam.* Prou 6. v. 6. LXX. in Sixtianis vertunt: *Vade ad formicam ô piger, & æmulare videns vias eius: & esto illâ sapientior.* Quasi ea sit vis æmulationis, in re virtutis, vt iam consideratio vertatur in æmolationem, quæ deinceps non solum discere, sed etiam superare præsumat. Et quidem licet id non eueniat semper, raro tamen erit, vt qui extraneorum exemplo, velut alieno durescit adhuc: is saltem fratrum domestico, si non ad maiorem, ad similem saltem virtutem non impellatur. Inludit Christiano iam pectore, beata illa Machabæorũ caterua, Tyranno sæuienti: tunc impius, *iussit ei qui primus locutus fuerat amputari linguam.* 2. Macchab. 7. v. 4. mittitur tandem æternitati, per mortem, cui per eandem admittitur & secundus. Venitur ad tertium fratrem: de quo ibi signanter addit textus: *Et linguam postulatus, cito protulit.* Quid enim non cito proferret, quem prioris fratris æmulatio animarat? D. Cyprianus epist. 13. *Tertius linguam postulatus cito protulit: nam pœnam linguæ exsecandæ iam didicerat à fratre contemnere.* Sic facile propellit, & superat hostium insidias Religiosus, quem tot fratrum corroborat, æmulatio? sed de hoc plenas paginas dedi alibi.

Prou. 6. v. 6.

LXX. Int.

2. Mach. 7. v. 4.

Idem.

D. Cypr.

Venio ad lucem, quæ è purissimo religionis cœlo, illis micat, qui tenebricoso sæculo se furantur. Sunt graphica illa verba eiusdem D. Cypriani epist. ad Donatum. *Vt illustrius veritate patefactâ, diuini muneris indicia clarescant: lucem tibi ad cognitionem dabo: malorum blandientium caligine abstersâ, aperti sæculi tenebras reuelabo. Paulisper te crede subduci, in montis ardui verticem celsiorem: speculare inde, rerum infra te iacentium facies, & oculis in diuersa porrectis, ipse à terrenis contactibus liber, fluctuantis mundi turbines intuere: iam sæculi & ipse misereberis, tuique admonitus, & plus in Deum gratus, maiori lætitiâ quod euaseris, gratulaberis.* Frustra quippe in ipsis tenebris dum moraris, tenebricosas caligines cures cernere: frustra lucem, nisi in alto, extra turbidas Ægypti valles, præsumpseris intueri. Id quidem doctum nos voluit Matthæus, cum ait: *Videns* IESVS *turbas ascendit in montem: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos.* Cap. 5. vers. 1. mirum dictu! multi aderant Domino discipuli, & tamen solus ille, turbas vidisse dicitur: quasi discipuli, dum in mediis turbis erant, cæcutirent: nec turbas ipsas discernere valerent: propterea in montem euehuntur: vt dum fugerent turbam, fugarent cæcitatem: & ab edito alta luce perfusi, inferiores tenebras discernerent. Pulchrè ibi Isaac apud Godefr. ita. *Vtinam & nobis contingat, turbam videre: & illis dimissis, ascensiones in corde disponere: difficile est enim in turbâ, turbam videre. Ideo dimittenda est turba, vt videatur, & iudicetur de ipsâ. Qui lucem nunquam vidit, nec tenebras nouit*, &c. *Turbellam non sensit, qui silentium solitudinis non gustauit. Dominus Christus, forte potuit solus, non turbatus à turbâ, in turba turbam videre: quam tamen videns dimisit, & ascendit in montem.* Non in sæculo, sæculi caliginem agnosces: fugias necesse est, vt ab edito religionis splendore irradieris: tunc ipsius misertus, tibi gratulaberis. Certè IESVS, & fortè solus, diuinâ perspicaciâ, inter tenebras, à tenebris non comprehensus valuit perdurare. 769.

Idem.

Matth. 5. v. 1.

Isaac.

Maius magis aliquid dixerim. Ipsi diuini oculi, non ob infirmitatem suam, sed ad doctrinam nostram videntur quodammodo in ipsis tenebris caligare, nec posse aut lucis radios in caligine, aut caliginis obscuritatem, nisi extra illam positi, quandoque intueri. Premebant tenebræ faciem Abyssi: *Dixitque Deus, fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucem, quod esset bona, ac diuisit lucem à tenebris, appellauitque lucem, diem: & tenebras noctem.* Genes. 1. vers. 3. Iam prius erant tenebræ: nec tamen vsque eo illas diiudicarat Deus, neque proprio nomine, quasi sibi incognitas affecerat. Cur ita? quia nondum fuerat, cuius comparatione, illæ denorarentur, & pende adhuc non dici, vidisse Deum tenebras, sed lucem, quasi prius non visam: quia id satis; visâ quippe & agnitâ lucis claritate, eo ipso iam tenebræ agnoscuntur. Isaac citatus. *Qui lucem nunquam vidit, nec tenebras nouit. Sic omnipotens Dominus, postquam dixit de tenebris lumen splendescere; tunc diuisit lucem & tenebras, tunc discreuit, tunc diiudicauit, tunc vocauit lucem diem, & tenebras noctem: & vidit, inquit, quasi antea non vidisset. Sic turbam non vidit, qui supra turbam minimè se leuauit.* Et fortasse, ideo statim diuidit lucem à tenebris, ne lux ipsa quæ erumpens, valuit condensas tenebras aperire: diuino illius consortio, obscuraretur. Merito proinde in 770.

Gen. 1. v. 3.

Isaac.

sæculo

sæculo Ludouicus, ad primam Dei vocationem, & fulgurantem lucem, qua vtcumque circunfusas tenebras distinguebat, tenebras fugere toto ardore conatur, ne lux apparens periret, oppeteos dum appeteret; & tandem in religione, iam extra teoebias, maiori luce harum iudicans & penetrans caliginem, facile hostium insidias propulsauit.

QVINTA.

771. Quid, quod superioris oculi, paternus vultus subditum illustrant, & dum subdito consulentes, charitatis flumina fundunt, fulmina quodammodo in eius hostes vibrant, ne properent, ne inuadant. Reliquit paternam domum prodigus; porcorum, miseram heu! subiturus seruitutem: cogitat tandem Patrem, & reuertitur: tunc addit textus: *Cum adhuc longè esset, vidit illum Pater ipsius:* (Luc. 15. v. 20.) Luc. 15. vers. 20. vt, quod alibi dixi, paternus vultus illi irradiaret. Sed cur id maximè, tanquam præcipuum fælicitatis augurium, erga venientem iuuenem, in primis nuntiatur? quia iam nihil ille optabat vehementius, quam paternis oculis custodiri, expertus, quas absens iam miserias incurrisset. Illi oculi, immunitatem à contagio conferrent, ne iterum sæuis hostibus succumberet. (D. Petrus Chrysol.) Ideo D. Chrysologus serm. 1. post descriptam exulantis huius adolescentis calamitatem, sic nos admonet. *Sepiat nos paterna reuerentia, matris componat affectio, cognatorum custodiamur affectibus. Inter propinquorum lumina non valent delicta versari, propinquorum quot oculi, tot lucernæ: dies est, aspectus matris: Sol, Patris rutilat in vultu: vnde viuenti inter tot virtutum duces, criminum tenebræ propinquare non possunt.* Quod licet vbiuis verum, nusquam tamen verius, quam in religione. Et quidem, ideo fuit extrema huius iuuenis miseria, quia fuerat & longissima separatio. Vide quod additur: *Peregre profectus est, in regionem longinquam.* v. 13. quo enim magis à Patre distabat, eo longius à custodiâ consistebat: qui quo Patri coniunctior adhæserat, & etiam (D. Aster.) securior olim perennatat. D. Asterius Arabis. apud Phot. cod. 271. *In longissimam regionem proficisci, est a Dei donis & præceptis longè discedere. Dissipauit & Adam substantiam, & omnem fælicitatem paternam amisit, expulsus à regione bonis abundante. Malum fuit iuniori à Patre discedere: dilapidationem enim prodigam, & luxuriam, & colloquia mores corrumpentia, parentis oculus pellit, atque eiicit.* Neque mirum: crescit enim ad oculum pecus, vt vulgo dicitur, quod Domini oculus solet inuisere: quid ni ergo subditorum virtus, ex paterno superioris aspectu, & tuta augescat, & aucta defendatur.

772. Infaustissimus fuit Giezi: lepram sordidam mercatur à Naaman Syro, salutem acceptis donis miserè vendens: quæ damni tanti causa? scilicet (4 Reg. 5. v. 21.) relicto Magistro Elisæo: *Secutus est Giezi post tergum Naaman.* Et dum illum relinquit, pesti incurrit. Sic abiens ab scholâ Christi Iudas, socios deserens, relinquens præceptorem, eundem venditurus, naufragium facit miserrimus, qui adhærens, olim miracula, ediderat. (D. Nilus.) D. Nilus in Ascetico. Ideo *Giezi & Iudas, furto ille, hic proditione ceciderunt, quoniam ex oculis Magistrorum se subduxerant: quod si apud bonos mansissent præceptores non peccassent.* Oculi quippe illi doctrinam influunt, instruunt mores, cohibent effrenes: & quot mouet palpebras Magister, tot velut telis hostem expugnans, discipulum propugnat. Et fortasse ideo Elisæus, ab Elia iam rapiendo, duplicem quondam spiritum postulauit 4. Reg. 2. vers. 10. (4. Reg. 2. v. 10.) quia in duplum crescat virtus necesse est; vt extra Magistri custodiam valeat conseruari. Id pulchrè docuit Deus Ezechielem, ad quem proinde ait: *Et tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coram te.* (Ezech. 4. v. 1.) Cap. 4. vers. 1. clarius in Græco: *πρόσωπόν σου: ante faciem tuam.* (LXX. Interpret.) Vt nimirum rudis, atque limosus adhuc, instar informis lateris discipulus, à magistro in illum defixo, inspiraculum vitæ, & spiritus lumen compararet. Addit: *Et describes in eo ciuitatem Ierusalem.* Quasi illi oculi, etiam penicilli forent, Babylonis perceptæ, imagini delendæ: & cælestis Ierusalem imagini delineandæ. Fauet D. Nilus citatus. (D. Nilus.) *Declarat opus esse, vt Magister, ex luto discipulos faciat, Templum Dei. Præclarum & illud: & pones illum, ante faciem tuam: sic enim discipulus celeriter melior fit, si in Magistri conspectu, semper versetur: assidua enim præstantium exemplorum actiones, similes in animis non prorsus asperis, ac duris imagines imprimunt.* Caueat ergo in religione discipulus præceptorem deserere; & caueat præceptor, ne is sit, à quo similem capere imaginem discipulus dedignetur. Adhæsit sanè optimis Magistris, auidissimus Gonzaga: ideo postea in cælo, à sanctissimâ illâ Virgine Magdalena de Pazzi, visus est pro Magistris, qui eius spiritum fouerant, preces fundere ardentissimas apud Deum.

SEXTA.

Est etiam efficax, fœlicioris securitatis nostræ, 773.
causa: quia dum sæculum amouemus, occasiones pariter remouemus: & passiones, ferarum instar sæuientes, ablatis irritamentis domantur facilius, tutius circuraotur. (D. Basilius Mag.) Hinc D. Basilius Mag. epist. ad Gregor. de vita solitaria, loquens de frenandis affectibus, sic scribit. *Ad id autem consequendum, solitudo grande opera pretium offert: vtpotè quæ perturbationes animæ consopire solita sit, spatiumque deinde indulgere, vi ratiocinationis, ipsas stirpitus ex anima elidendi. Vt autem feræ bestiæ blanda manu permulsæ leni certamine superantur: ita libidines, iræ, pauores, mærores animæ, venefìcia mala, consuetudine consopita, nec perpetuo irritamento efferata, eluctabiliora deinde vi rationis fiunt.* Quantò enim facilius dormientem hostem, consopitam feram, quàm si euigilarent, aut ligas, aut trucidas: tanto suauius in religione, à dormieotibus quodammodo, ademptâ irritamenti occasione, affectibus, si conaris, victoriam reportabis. (Seneca.) Describit elegantissimè Seneca epist. 7. quid sæcularia commercia, quid populi occasiones, nobis importent, his verbis. *Certè confiteor imbecillitatem meam, nunquam mores, quos extuli, refero: aliquid ex eo, quod composui, turbatur: aliquid ex his, quæ fugaui, redit. Quod ægris euenit, quos longa imbecillitas vsque adeo affecit, vt nunquam sine offensâ proferantur: hoc accidit nobis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur,* &c. *Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat, aut imprimit, aut nescientibus allinit. Vtique quo maior est populus cui commiscemur, hoc periculi plus est.* Fœlix ergo, qui has turbas relinquit, qui studet religionis solitudini: quam tamen si quandoque ob Dei gloriam & ex obedientiæ præscripto, negotiis commutat externis: in ipsis impedimentis, viam inuenit absque impedimento, breui ad quietem suam fugatis occasionibus reuersurus.

Dubitabam

774. Dubitabam supra oom.757. cor Abraham, volentem & obedientem filium ligaret adhue Genes.22. vide quid respondetit ibidem Philo: aptior tamen ad rem præsentem sic habet D.Th. *Fecit propter mysterium, partim ad filij obedientiam plenius comprobandam: partim ne in hora immolationis, filius naturali horrore effugeret passionem.* Adimitur occasio culpæ per vincula, vt tunc iam piè cogeretur oolle scelus: cuius volens modo subibat impotentiam: ligatur lubens Isaac, ne postea quasi inuitus teneri videatur: volens sciens coostringitur ad passionem: vt postea naturalis horror, volens nollens, à turpi quouis effectu cohiberetur. Sic oos per votorum vincula sacræ religioni teligati, præcidimus occasiones, ne à Deo fugiamus, sæculi iterum miseriis recursuri: vbi miserrimè à vitiis harpagemur. Audiendus iterum Seneca epist.41. vbi naturæ nostræ conformem virtutem probans, iodeque facilem: Sic subiungit. *Sed hanc difficilem facit communis insania: in vitia, alter alterum trudimus: quomodo autem ad salutem reuocari possunt, quos nemo retinet, populus impellit.* Et non fuerit fœlicissimus meus Gonzaga, qui non solum has sæculi fugit occasiunes: Sed in religione volentem vota retinent, & socij, Magistrique ad viam perfectionis impellunt decurrendam?

Genes.22. D.Thom. Aquin.

Seneca.

775. Fugimus quidem occasiones, Deo alligati in religione, eo ipso velocius ad eundem in Patriâ volaturi. Pararat opiparum Domious conuiuium Luc.14. vers. 17. vocauit multos, quorum primus emptâ vineâ, secundos iugis probandis, vxore ductâ tertios excusatur: Sic & alij. An tu, durissima quædam vincula hos detinuisse, non dixeris: quibus licet aliàs soluti, ne æternam fœlicitatem inquirereot, retardabantur? quid tunc Dominus ad ministrum? *Exi*, inquit, *cito in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles, & cæcos & claudos introduc huc.* vers.19. sed quid non times Domine (quando quidem hi apparatu nuptiali, illi oculis, alij pedibus earent) ne fortè & isti prætextu sic probabili excusentur? quia pauperes expeditiores: cæci oculatiores, velociores claudi, ad cælestes has epulas noscebantur venturi. Et cur ita? quia magis impediti & inhabiles mundo habentur: eo aptiores & expeditiores properarent ad Deum. Et absque voluptatum illecebris, culpæ occasionibus, promptius diuinæ iucunditati inhiarent. D. Antooius de Padua Dom.2. post Trinit. ita. *Tribus primis venire recusantibus, mittitur seruus vt introducat cæcos, &c. Raro enim delinquunt, quibus peccandi illecebra desunt, & citius conuertuntur ad Deum, qui non habent in mundo, vnde delectentur. Vnde fælix est miseria, qua ducit ad meliora: & fælix nigredo, quæ candorem parit.* Et fœlicissimus, addam ego, ingressus religionis, quo velut vno ictu Ludouicus, omnes sæculi amputans illecebras omnes occasiones, penè aliger ad Deum cooooolauit.

Luc.14. v.17.

Vers.19.

D Anton. de Pad.

SEPTIMA.

776. Nimirum perfectionis schola, religio est, virtutum officina, & cælestis iam Patriæ delibatio: quid ni ergo, si quæ alicubi secoritas, dum viuitur, hic repetiatur? grauiter Gellibertos serm. 36. ad religiosos. *Quod infirmum est in vobis, fortius est sæcularibus: illorum infirmitas quiescit in licitis; ad perfecta, vestra laborat: illorum infirmitas est, vti concessis; vestra quidem, circa perfectum subsistere. Quid est in vobis esse infirmum, nisi non esse perfectum? quid est in vobis esse infirmum, nisi summum non apprehendere? & quid forte, nisi vt apprehendatis, contendere? ideo infirmum nostrum, fortius est sæcularibus: & vt sic dicam, melior est infirmitas Monachi, quam sæcularis benefaciens: opera quæ penes nos putantur infirma, quanti crederentur: si apud ipsos fieri viderentur?* An non iam in terrâ, genus hoc vitæ cæleste existimandum? expendit D.Chrysol serm.78. illud de discipulis, ad Christū superatâ iam morte gloriosum, nauigantibus: *Nauigio venerunt, non enim longè erant à terra.* Ioan. 21.v.8. non enim de terreno littore videntur hæc capienda, cum *quasi cubitis ducentis* distasse scribator ibidem. Ergo de terra viuentium, sermo est: quasi longè non essent à Christo iam beato, iam ad participationem gloriæ inuitante. Sed cur longe ab illo? respondet S.Doctor. *Non erant longe a terra viuentium, quos præsentium finis, proximos esse fecerat iam futuris.* Renuntiarant præsenti sæculo: & ideo iam propinqui futuro habebantur. Quod quam religiosis conueniat, nemo non viderit. Vnde apte Stephanus Cantuar. ad illud. *Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes, canentes atque resonantes, & in tabernaculo commorantes.* 1. Paralip.2.v.55. sic scribit. *Cognationes scribarum, sunt religiosi, qui scribas, id est, expositores sanctarū scripturarum, per conformitatem vitæ imitantur. Iabes interpretatur exsiccans, vel siccitas: religiosi autem habitare debent in Iabes, vt in eis siccetur noxius humor concupiscentiæ: canentes per iucunditatem mentis, & resonantes per mortificationem carnis. In tabernaculo commorantes, quia non habent hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt.* Certè ioquitunt, sed iam proximi, vt dixi: ipso vitæ tenore, & cælestis perfectionis imitatione, longe clarius scripturam diuinam, quàm illi olim scribæ doctrinâ, exponentes: & cælum iam sibi proximum, ipsâ iucunditate mentis attestantes.

Gellibert.

Ioan.21. v.8.

D.Petrus Chrysol.

1.Paral.2. v.55. Stephan. Cantuar.

Nimirum in ipsâ mortificatione, qua caro gemens resonat, mens exultaos canit, & verè gaudet: quasi fœlicitatis suæ conscia, falsam sæcularium lætitiam obiurget. Immunda, non ad sacrificium solummodo, sed etiam ad esum, *vpupa* babetur Leuit.11.v.19. Neque id mirum, inquiunt nonnulli: auicula sordida est, vtpotè in stercoribus nidificans. Sed cum aliæ etiam aues sordescaot aliundè: cur maximè vpupa, abominaoda traducitur? quia sic canit, vt gemat: eo ipso sæculares delicias repræsentans, Deo scilicet abominabiles. Idem Cantuariensis, in Exod. ad hunc locum. *Vpupa quæ nidificat in stercoribus, gemitum in cantu simulat: eorum præfert speciem, quos terrenis inhærentes, tristitia sæculari grauat.* In hoc loco, aut *simulat* ponitur pro, refert: aut corrigendum, vt substituas, *similat*. Vtcuoque sit: nos in gemitu canimus, sæculares in cantu gemunt: grauat illos, inter terrenas delicias; tristitia: leuat nos sub mortificationis studio, cælestis lætitia, vt ad perfectissimum gradum, propterea securiorem, asceodamus. Acutiora forte alibi, nullibi pulchriora verba in hanc rem memini me legisse, quam apud Gellibert. serm.20. vbi post multa de diademate veri Salomonis, sic concludit. *Iam ad vos, huius verbi interpretationem deflectitis: iam vestrum in corona prærogatiua, intelligitis priuilegium, qui purioris estis vita & professione astricti, & exercitio instructi: & indefessi studio, & otio festini. Iure diadematis censentur nomine, quos iam non tam pugna sollicitat, quam triumphus lætificat: quibus non est colluctatio aduersus* 777.

Leuit.11. v.19.

Stephan. Cantuar.

Gelliberti.

carnem & ſanguinem: qui ſerpentis iam caput non obſeruant, ſed Chriſto exornant. Voe eſtis corona Chriſti, & gaudium, & ideo ſicut cœpiſtis, ſic ſtate chariſſimi: ſtate in Domino, imò ſic capite Dominum. (Corrigo; *in capite Domini.*) *Sublimis locus eſt, nihil illuc vilioris afferte materia: videte vocationem veſtram, quem eſtis in vſum aſſumpti: nihil fœni, nihil ligni, nihil ſtipularum, in Domini velitis diademate tenere: nihil denique, quod ignem vereatur, vel mereatur.*

OCTAVA.

778. Non leuis eſt prædictæ ſecuritatis ratio, cura ipſa inteuſiſſima, qua religioſi viri, tales ſe gerere ſatagunt, vt ſæcularibus, refugium tutiſſimum ſiut, & conſolatio: ſin minus, horum amaras irriſiones & ſcommata paſſuri. Deſignarat Deus ciuitates refugij, ad quas confugerent, quique nolentes, ſanguinem fudiſſent, necem inferrent: Num. 35. v.9. Deut. 19. v. 2. Ioſuë 21. Phil. Iud. Numer. 35. verſ. 9. & Deut. 19. verſ. 2. quæ tamen ciuitates vt conſtat ex Ioſuë cap. 21. maximè ſacræ Leuitarum tribui pertinebant. De quo Philo Iud. lib. de Cherub. *Illud non obiter conſiderandum, cur nam ciuitates Leuitarum conceſſa ſint profugis, vt cum ſacratis viris, profani omnium exiſtimatione, habitarent?* Neque futilis dubitatio, cum attentè Sacerdotali munditiei, Deus prouideret, quæ etiam leui, & inculpabili attactu alicuius immundi, non leui purificatione indigebat. Cur Leuitæ ſeu Sacerdotes vnice in ſuis ciuitatibus hos admitterent, licet culpâ immunes, immundos tamen lege, & multorum opinione habitos pro ſceleratis? reſpondet poſt alia ipſe Philo. Idem. *Quod illis, Leuitæ ſunt refugium: Leuitis autem præſes rerum omnium: vt imperfecti quidem, legem habeant ſacram ſcripturam, iſti vero Deum, cui conſecrati ſunt.* Noſti ex Patribus, quam ad viuum in Leuitarum ordinibus, religioſæ omnes familiæ repræſententur: tales ergo nos gerere debemus, vt ſacrati Deo, ſic illum nobis & præſidem, & familiarem habeamus: vnde ſæcularibus refugium & præſidium eſſe poſſimus: Sic immundos mundiſſimè tractabimus & curabimus: illis quippe lex poſita: nobis quaſi perfectis, ipſe Deus cordi infixus, pro ſuauiſſima charitatis lege retinetur.

779. Ingenti honore, ſed & onere grauiſſimo afficitur hinc condignus religioſus: quid enim excellentius, quàm læris & afflictis poſſe eſſe ſolatio: aut quid deinde onerosius, quam ad id perfectionis aſpirare, qua idoneus decoro munere fungaris? quid non laboraret Zacharias, vt in omnibus Dei mandatis inceſſiſſe, omnes impleſſe iuſtificationes, Luc. 1. v. 6. ſine querela vixiſſe Luc. 1. verſ. 6. celebretur? ſed cur tam impenſa, tam exacta virtus ab homine requiritur? vt condignus Baptiſtæ genitor habeatur: inquiunt nonnulli. Non id facile improbarem: ſatis erat vnus Ioannes, cuius intuitu, ſic Patrem Deus virtutibus præueniret. Alio tamen me ducunt verba Euangeliſtæ. qui ſic incepit: *Fuit in diebus Herodis Regis Iudaæ, Sacerdos quidam* Verſ. 5. *nomine Zacharias.* verſ. 5. fuit Herodes iſte, afflicto, immane quantum, populo, hoſtis infenſus, duriſſimum flagellum: pararat Deus, miſeris in ſolatium, Zachariam: nec apte fungeretur tanto munere, ni altiſſima præpolleret ſanctitate. Fauet D. Chryſol. Chryſol. ad hunc locum ſerm. 86. *Dum dicitur ſub quo rege, quis Sacerdos ſic temperantur mala: adeſt ſemper in mœrore ſolatium: nec conſolator deeſt, cui imminet perſecutor.* Hinc ergo excreſcat religioſa virtus neceſſe eſt, quæ ſe populo in refugium poſitam agnoſcit: & ſub his augmentis, quid ni etiam tutior perſeueret?

Ea ergo eſt in ſe religioſa vita, talis in membris 780. omnibus eſſe debet, vt ſæculares ad ſui imitationem alliciat, & tanquam ad portum tutiſſimum ad ſe trahat. Notarant ſodales languentem penitus, & penè exanimatam ſponſam: abſconſis ſponſi Cant. 5. v. 9. deſideriis confixam? tunc ſollicitæ quærũt: *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum! qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos?* Cant. 5. v. 9. iam vota præmittebant ſponſo Verſ. 17. cum illâ pariter inquirendo, quod poſtea verſ. 17. promittunt, & tandem implent. Sed illud mirum, vidiſſe intimos animi dolores, quibus cruciatur miſella, ſenſiſſe lachrymas, obſtupuiſſe ſuſpiria: neque tamen exhorrere, conſimili ſe conflictui apparare; ſed potius auidas & allectas; in eandemmet curam ſe fateri. Et vnde tam noua ratio, ſeſe vltro laboribus, & curis anxiis immittendi? cognouere prudentes, multum occultæ dulcedinis, latentis ſuauitatis ſponſo inhærere: cuius causâ pulcherrima puellarum lubentiſſimè amoris doloribus ſubiacebat: & hac attractæ, per ignes, per tela conſequi non formidant. Gellibertus ſerm. 47. Gellibert. *Quomodo non animentur, ad rogandum de pulchritudine ipſius, pro cuius amore, ſponſam languentem, & penè examinatam vident? deprehenſus in ſponſâ languor amoris, in hanc illas quærendi curioſitatem protraxit: videntes enim in ſponſâ, amorem eſſe vehementem, cauſam & irritamenta tanti affectus, arbitrantur in ſponſo.* Religio votorum nexu Deo deſponſata, ea debet erga ſponſum affici charitate, vt intuentes alliciat, quo ad eundem contendere feſtinent: & vnde ſibi iam penè tuta non quieſcat, quæ alios ad refugium tuetur? quomodo tanquam Sol radians non perſeueret: quæ humentes etiam voluptatum fluxu ſæcularium mentes, ad ſe trahit benignè irradiandas. Bene D. Antonius de Padua Dom. 12. poſt Trinit. expendens illud, quod de Simone Sacerdote iuſtiſſimo dicitur: *Quaſi Sol refulgens, ſic ille effulſit in templo Dei.* Eccleſ. 50. Eccleſ. 50. v. 7. v. 7. ita habet. *In radiis ſolis atomi videntur, ſic in vitâ viri iuſti, defectus noſtri apparent: atomus eſt puluis tenuiſſimus in radiis ſolis apparens, & quid eſt quod nos cæci defectus noſtros non videmus, niſi quia claram ſanctorum vitam non perſpicimus? has atomos videbat Iob, cum dicebat cap. 30. reſpiciam homines & dicam, peccaui: Sol enim guttas aquarum ad ſe trahit, & vir iuſtus ad Deum modicos conuertit.* Deſtinata ergo religio, ſæculi paruulis ad Deum conuertendis, inſtar ſolis irradiet neceſſe eſt, vt inde tuta maneat, vnde aliis lucem communicat perennem.

Hinc ergo tam ſollicita religioſorum cura, la- 781. bor tam aſſiduus, in ordinis ſui fœlici ſecuritate confouenda, nouiſque ac nouis virtutibus roboranda: quia cum ſanctiſſimus & fœliciſſimus hic ſtatus, maximam hanc importet perfectionem: timent & merito ſæcularium ſcommata, & irriſiones ſarcaſmo amariſſimo conditas, ſi forte à debito tenore deuiarint. Stellâ nuntio, & duce, Deum magi inquirebant, certi quà irent, quo deſtinarent, vbi quieturi. Sed ecce ingreſſi Ieruſalem exclamant: *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? vidimus enim ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eum.* Matth. 2. Matth. 2. v. 2. verſ. 2. diſceſſerat ne ſtella, ante vrbis ingreſſum, cuius defectu, nuntia aucupareotur? certè non conſtat: imò poſt quæſita, poſt commercium

cium cum Rege & Sacerdotibus, visa delituisse. Cur ergo vrbem ingressi, quærunt ab hominibus, quod à cœlo discebant? quanto clarior, & certior hæc lingua lucis, quam vox mortalium aeria? Non tam interrogatio erat, quam insultatio: sarcasmo duro, quem zelus pius formabat, impios irridēt, meritò reprehendēdos: quippe dum aduenæ e longinquo adoraturi venerant, ipsi incolæ Messiam ignorabant: dum gentilibus, neque sacro librorum apparatu, neque prophetiarum iam agnito complemento, instructis, Christus colitur: quem docti, & diu moniti non quærebant. D. Chrysolog. serm. 146. ibi. *Non interrogant, sed insultant. Quando scientes interrogant nescientes, non ignorant: sed negligentes arguunt, increpant desides, malos produnt, contumaces verberant, seruum Domino non occurrisse caussantur. Nam quid ab hominibus quærunt, qui per Deum nouerant, quod quærebant? vt quid illis ad hoc, humanæ demonstrationis officium, quibus ad hoc cæli sidera seruiebant? quò illis lucerna Templi, quibus cæli sidus mirabile perlucebat.* Hoc ergo est quod Religiosi cauent, dum tam sedulo anhelant perfectioni, ne scilicet à sæcularibus merito rideantur.

D.P.Chrys.

782. Cui non iniiciant pauorem maledictiones illæ sæuissimæ, quæ in diuinæ legis violatores toto capite Deuter. 28. intentantur? sed mihi mirum est, post alias, quæ ad v. 15. vsque 42 proferuntur, quibus nihil horribilius aliquid dici posse videbatur: adhuc tanquam aliquid tetrius v. 43. Sic scribit. *Aduena qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritque sublimior: tu autem descendes, & eris inferior.* Tantū ne hoc mali est, cū præcesserint fames, nuditas, orbitas, captiuitas, nex crudelissima? tantum: quis enim alius *Aduena* intelligatur, sacro Dei populo comparatus: quam sæcularis, si clericis & religiosis comparetur? id ergo in summam pœnam minatur Deus; fore vt nobis tanquam meliores insultent sæculares, si à recto tramite nostro deuiemus. Steph. Cant. ibi. *Hoc nostris temporibus, completū esse videtur: modo enim laici meliores sunt, quā clerici: vnde Ecclesia quasi hydropica est, quia quidquid Religionis habet, in pedibus habet.* Ego mitius dicta vellem: immo crederem ideo in clero siue Religiosis, tā sedulo virtutibus studeri: vt ab illis laici capiant medicinam, sollicitent refugium: ne scilicet (nefas) duriori hydropi Ecclesia affligatur: ne vè nobis laicos insultantes doleremus.

Deuter. 28. v. 15.

v. 43.

Stephan. Cantuar.

783. Miserat Centurio *seniores Iudæorum*, & amicos ad IESVM, vt ab illo, salutem dilecto puero impetrarent. Luc. 7. v. 3. quod & factum & tamen Matthæus disertè asserit ipsummet Centurionem ad Christum accessisse. cap. 8. v. 6. vbi per humilitatis specimen eximium, id effecerit, vt à Christo audiret: *Non inueni tantam fidem in Israel.* v. 10. Quærit D. August. tom. 6. l. 33. c. 8. contra Faust. cur per se venisse dicatur, quem certo putat per amicos verba misisse? & post alia, vbi probat, rectè eum venire dici, cuius nomine legati veniunt: sic concludit. *Centurio ille ad Christum magis accesserat, cuius fidem ita laudauit, quam illi ipsi, per quos verba sua misit* Pungitur ergo Israel quasi minus fidelis, dum gentilis huius fides commendatur. Quasi nos moneat Christus, vt tales simus, qui pro sæcularibus orantes, non magis pro illorum fide, quam pro meritis nostris audiamur: ne dum pro illis ad orationem accedimus & altare; illi potius accedere præsumantur, & in opprobrium nostrum commendentur. Quod vt euitet Religio, pio æmulationis studio excrescit, vt sæcularibus refugium & consolatio habeatur.

Luc. 7. v. 3.

Matth. 8. v. 6. v. 10.

D. August

P. Pinto Ramirez S. Script. Selecta.

NONA.

784. Proxima est præcedenti alia ratio: quia nimirum insignis, & præstantissima debet esse Religiosi viri sanctitas, vt intuentium oculos ad se conuertat; & de pretiositate, spectantium attentionem mereatur. Grandem habet Epitasim, sententia illa Dei, apud Oseam: & de comparatione latente preciosissimam. *Quasi vuas in deserto, inueni Israel. &c. ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor, abalienati sunt in confusionem, & facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.* cap. 9. v. 10. Quasi crescat diuinus dolor, è perditione populi contractus: quia illum quasi vuas inuenerat olim in deserto. Ænigma meritò dixeris. Nulla plantarum, vt fructus mites afferat, impensius quàm vitis laboranda, nec vlla diligentius colenda: siluestris vitis & in deserto nata, non tam dulces vuas profert, quam subamaras labruscas. cur ergo quem sibi olim suauissimum, & iucundissimum populum voluit significare: non cultæ vitis fructibus, sed in deserto siluescentis, labruscis comparat Deus? non quidem aut tenerius, aut elegantius res aliter exprimeretur. Vuæ in deserto, cum sint rarissimæ, quamuis in labruscas degenerent, ipsa raritate fiunt preciosiores: & quas inter cultiora despiceres vineta: inter solitudinis dumeta senticosa, magni facis. Pulchrè Stephanus Cantuar. apud Godefr. (ad c. 32. Deut. v. 10. vbi in idem dicitur de synagoga: *Inuenit eam in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis*) ad hunc locum, sic scribit. *Hoc est quod dicit Oseas: vuas in deserto inueni Israel: in deserto inuenta sunt aliis dulciores: denique quia rara sunt ibi, ideo inuenienti pretiosa.* Videmus sæpè sæculares vulgaris cuiusdam sanctitatis, à Deo lachrymis lætis, iubilis, deliciis affectos: & aliunde arentes, & quodammodo spretos, maioris sanctitatis Religiosos: non miteris: hinc Religionis excellentia declaratur: non carius sæculares habentur, sed tractantur suauius in sæculi deserto, vuæ etiam siluescentes, de raritate veniunt pretiosæ: quas in vineto cultissimo Religionis, etiam dulciores, quasi ordinarias: non tam spernens præterit Deus, quam dissimulans.

Oseas. 9. v. 10.

Deut 32. v. 10.

Stephan. Cantuar.

785. Beneficia Hebræis à Deo collata, celebrans Dauid, sic habet: *Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petrâ melle saturauit eos.* Psalm. 80. v. 17. de quo D. Chrysost. hom. 2. ad Pop. Ant. meritò sic addubitat. *Atqui hoc nusquam in scripturâ lectum est, quod mel de petrâ Moyses eduxerit: sed vbique fluuios, & aquas, & frigida fluenta. Quid igitur tandem est, quod dicitur, neque enim scriptura mentitur?* Nimirum sitiens & aridus iam populus, per sabulosa loca iter faciens: sic aquam e petrâ emissam, & deinde mirâ sequelâ procedentem, quia rara, quia desiderata, dulcem credidit, sic auido palato titillantem, atque faucibus siccis blandientem: vt quasi mel merum sibi gratularentur propinatum. Idem Chrysostom. sic concludit. *Postquam sitientes, & indigentia defatigati, frigidioribus aquis inciderunt: ex potu voluptatem asserere volens, mel aquam appellauit: non tanquam mutata in mel natura, sed bibentium dispositione, fluenta illa, melle iucundiora, faciente.* Sic in re nostra circuit quodāmodo Deus sæculum, terram nimirum salsuginis, & horroris, virtutis venam sitiens: & si quā inuenit, vt pote raram, quasi

Psal. 80. v. 17.

D. Ioann. Chrysost.

Idem.

alieni loci & temporis pretioſam,mire videtur ex-
tollere,& ad aliorum commẽdare æmulationem:
ſic ſibi gratulatus, quaſi ſugeret mel de petra, &
oleum de ſaxo duriſſimo.Qui tamẽ in cœnobiis,
longè puriores venas, quia paſſim ſcaturientes,
non deſpectas, ſed frequentes viſus prætetire, &
quanta eſt illins ſtatus perfectio, vbi ob copiam
mel quaſi aqua vileſcit, vbi vix mellis titulo de-
coratur?Eſt certè Religio diuini Salomonis vera
curia:vbi ex frequentia cedri pro ſycomoris, pro
ſtanno argentum, & pro teſtulis gemmæ repu-
tantur.

786. Ergo in immenſum quodammodo creſcat Re-
ligioſi virtus neceſſe eſt, vt tanquam ſpecioſa re-
colatur:qui enim tepidis ſæcularibus comparatus
poſſet ſplendeſcere:tot ſociis melioribus compo-
Gen.6. v.9. ſitus,vix apparet.De Noë,ſic ait ſcriptura:*Noe vir*
iuſtus,atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum
*Deo ambulauit.*Gen.6.v.9. & cur,cum Deo ambu-
lans, orbis reſtaurator, propagator hominum,fi-
dej theſaorus:ſolum in generationibus ſois,id eſt
cum ſui æui hominibus cõparatus:nõ vero etiam
ad futuros compoſitus,iuſtus atque perfectus ce-
Lyran. lebratur:reſponder ibi Lyran. *Licet Noe fuerit iu-*
ſtus & perfectus,in comparatione ad homines illius tẽ-
poris,qui mali erant:tamen ſi fuiſſet tempore Abraha,
*parum fuiſſet reſpectu eius.*Poſſent quidem innume-
ri Religioſi,ſi in ſæculo degerẽt,quaſi Noe in ge-
nerationibus ſuis ſplendeſcere:qui tamen ad con-
ſpectum Abrahamotū,quos fert Religio, penitus
ſubticentur. Euerſis Sodomis, & ſulphureo igne
Gen.19. v.29. in cineres redactis,addit ſacer textus:*Cũ ſubuerte-*
ret Deus ciuitates regionis illius,recordatus eſt Abra-
hæ, & liberauit Lot. Gen.19. v.29. quaſi Patriar-
chæ intuitu nepos liberaretur. Sed quid illud Pe-
1.Petr.2. v.7. tri,epiſt.2.c.2. *Iuſtũ Lot oppreſſum,à nefandorum in-*
iuria,ac luxurioſa conuerſatione eripuit. v.7. de Deo
ſermo eſt : quid inquam,eſt, quod cum pleno ore
Lot iuſtus, ab Apoſtolo Principe prædicetur : in
Geneſi tamen,non tam ob ſuam,quam ob Abra-
hæ iuſtitiam dicatur ereptus?audi D.Auguſt.tom.
D. Auguſt. 4.q.45. in Gen. *Commendat ſcriptura,meritis magis*
Abrahæ liberatũ eſſe Lot;vt intelligamus, iuſtum Lot
dictum eſſe,ſecundum quendam modum,maximè quod
vnum verum Deum colebat:& propter comparationẽ
ſcelerum Sodomorum, inter quos viuẽs,ad vitam ſimi-
*lem non potuit inclinari.*Sic Lot qui impiis compa-
ratus ; iuſtus laudatur, ad Abrahæ ſanctitatem
compoſitus vileſcebat. quod in Religione paſ-
ſim Deo auſpice experimur.

787. Neque mirũ: neque ſolum enim,apud hos ſo-
les,(quod ſupra ex D.Anton. dixi)defectuum no-
ſtrorum atomi cernuntur, qui pridem occultabã-
tur:ſed etiam facta collatione,in immenſum cre-
ſcere videntur?quid foret,ſi quod abſit,grauis ali-
qua culpa intercederet?occiſis primogenitis ſuis,
Exod 12. v.33. exclamarunt Ægyptij ad Iſraelem : *vrgebantque,*
Ægyptij populum de terra exire velociter, dicentes:
omnes moriemur. Exod. c.12.v.33.non rogant,non
ſollicitant, ſed vrgent,ſed inſtant:ingens erat pa-
uor cõceptus,quo iam imminere ſibi mortem pu-
tabant,niſi pbpolūs non vtcunque, ſed velociter
exiret. Quid ita ? videbant ſcelera ſua, præſenti
Iſraelis innocẽtia,longè fœdiora,iam iam diuinã
vindictam ſollicitare, & vltimum vrgere ſuppli-
cium : vrgent igitur merito,vt diſcedat velociter
Iſrael:quo ablata collatione,minus iam pœna di-
Oleaſt gni videãtur.Benè ibi Oleaſt. *Si impius es,time pe-*
nes te pios habere: quoniam mala tunc magis corã Deo
apparent. At in Religionibus vnde diuina gratia,

vt plurimũ grauiora ſcelera ſolent exulare:ſaltem
leues defectus quorũdam,ſic coram pulcherrimis
ſolibus grandeſcere viſi, vt tota cura in horum
emendationem vrgeamur : neque enim ſanctiſſi-
mos illos viros à nobis aut volumus aut poſſu-
mus ſeparare : neque apud illos,defectibus ſubia-
cere ſuſtinemus. Ecquis ergo ſtatus concilian-
dæ, ſeruandæque ſanctitati aptior eſſe poterit?

Quid ? etiam ſi abeſſent hi viri:ipſa cœnobia, 788.
vt pote domus Deo dicatæ, quodammodo ſan-
ctitatem ſpirantes:defectus noſtros tacitæ repre-
hendunt,& carpunt:vt tantum abſit, quod virtus
defectuoſa ibi ſplendeat leuibus maculis diſſimu-
latis : quin potius ibi appareant fœdiores.Exper-
ge factus Iacob è ſomno illo myſteria conuol-
uente,exclamat pauens:*quam terribilis eſt locus iſte!* Gen.28.
non eſt aliud,niſi domus Dei; & porta cæli. Gen.28. v.17.
v.17. videt ſcalam cœlo terræque mediam, quaſi
faciles aſcenſus exhibentem : Deum beniuolè in-
nixum, hoſpites excepturum : cœleſtes ciues hoc
ac illuc feſtiuè diſcurrentes:audit inſuper promiſ-
ſa ſibi fœliciſſima, ſeque in Chriſti auum deſi-
gnatum,& orbi benedictiones apparantem : quid
hic non lætum,non fauſtum, non fœliciſſimum:
vnde ergo pauet:& cui blandimenta deberet, pu-
tat aſſignandam loco terribilitatem ? ſcilicet erat
illa *Domus Dei*, & inter cæleſtia commercia, ſub
profuſa ſacri luminis claritate : non ſolum defe-
ctus occultos pridem,manifeſtos,ſed inſuper qua-
ſi maiores recognouit:quidni paueat, & ſanctum
loci horrorem,terribilem maieſtatem demiretur?
Galfridus in cap.7. Ierem. *Pauens ſanctus Iacob:* Galfrid.
quam terribilis eſt, inquit,locus iſte!non eſt hic aliud,
niſi domus Dei. Vane & pernicioſe confidit in verba
mendatij, qui ſic dicit, Templum Domini, Templum
Domini eſt Ier.7. ac ſi ob ipſius gratiam Templi, ſua
prauitas aut non appareat Deo,aut non diſpliceat, &c.
immo grauius illi diſpliceat neceſſe eſt, ſuorum negli-
*gentia miniſtrorum.*Hoc ergo eſt, quod Religioſos
continet in officio : miniſtri Dei ſunt, in domo
eius verſantur:vnde tantum abeſt vt leuiores de-
fectus ſibi putent diſſimulandos,quin potius ag-
grauandos pertimeſcant. Quæ igitur niſi eximia
ſanctitas in hoc fœliciſſimo ſtatu, intuentium
oculos ad ſe rapiat,vbi ad perfectiores compara-
tio,& loci ipſius horror venerabilis prodit,quid-
quid vel leuiter fuerit maculatum?aut quæ ſecu-
ritas maior dabitur, dum viuimus : quam vbi
perfectioni ſic anhelatur ?

§. V.

In ſæculo, quam difficilè, tam glorioſe ſæ-
culum triumphatur., ab his ſcilicet, qui
adhuc in præſenti perſiſtentes, mente ad
futuram tranſierunt.

AD hoc ergo munitiſſimũ præſidium,virtutes 789.
ſuas in tuto collocaturus Gonzaga ardenter
anhelabat:& tamen per annos pluſculos retarda-
tur : & quod aliis facilius conceditur, Ludoui-
co,de nimia patris teneritudine interdicitur.Cre-
ſcebant ætate vota, æſtuabant deſideria : qui-
bus maiores obices opponuntur. Et pateris Nu-
men, dum amas ? amat certè, & patitur : vt per-
miſſa dilatione, conantis & vincentis in ipſo
Mundo Mundum, ſplendidior gloria illuceſcat.
Periculoſæ contumaciæ eſt, conari in ipſo ſæcu-
lo, ſæculi vires vltro debellaras : at ſi tardante

Deo

Deo Religionis concupitæ ingressum, interim eodem auspice, vitæ quasi religiosæ obseruato tenore, vitiorum insidias debellas, impetum frangis, nescio quomodo gloriosius iam de hostibus trimphas. ita est: in ipsa sceleris patria, difficile quidem scelus iugulatur: ibidem tamen si iuguletur, cœlestes diuinæ cuiusdam virtutis animos arguat, necesse est. Prudenter Isaac Monachus apud Godefr. ad illa verba Christi Domini Matt. 20. *Ecce ascendimus Hierosolymam*: sic scribit. *Prosperum iter nobis faciat Deus salutarium nostrorum: & nos quoque ascendimus Hierosolymam: ideo enim in Monasterium descendimus, vt Hierusalem ascendamus. Sic nempe sic Alites vt in aëra se suspendant, profundius omni corpore, solo vbi resident, se imprimunt: hominum quoque & ferarum, eadem est ars natura, siue natura artis, aut potius ars naturalis, vt in sublime salire cupientes, humilibus terræ, quasi toto corpore insidentes incuruentur.* Ac si humilis ille, & extra mundi gloriolas Religionis status, naturali quadam arte artificiosaque veluti machina nos euehat, & promoueat in altum, cœlestium solymorum coronis adaptandos: quibus sæculi pompæ obuiant necessario: vix in sua ipsa patria superandæ.

Isaac. Monach. Matth 20.

790. Decertante cum Amalecitis Iosue, orabat interim Moyses protensis manibus: quia plus huius prece, quam illius gladio victoria constitura. Sed vide quid addatur: *Cumque leuaret Moyses manus vincebat Israel: sin autem remisisset, superabat Amalec.* Exod.17.v.11.do tanquam planũ illas manus in Crucem conformatas, fidelium victoriæ annuisse, cuius iam tũc auspiciis superabãt. Illud dubiũ, cur cum dimissæ, etiam in Crucẽ protenderẽtur, sub eodem sacro typo, inhabiles victoriæ redduntur? quid quæso latebat in sublimi illo, vel demisso situ, vt manus in aërem eleuatæ victrices fierent: quæ tamen in terram tractæ ignauescerent? mythologiâ non inutili declaro. Luctabatur, fingunt, Hercules cum Antæo: hic tamen iam iam prostratus occidendus, dum terram, cuius filius erat, contingit: nouis sic viribus reparatus exsurgit, vt denuo Herculem defatiget, & extorta palmâ, dubiam semel atque iterum victoriam reddiderit? quid tunc Hercules? Antæum eleuat, ne vel summis pedum articulis terram contingeret, tunc arctius compressum, penitus exanimat. Fecit fabulæ locum, vera narratio. Aggressus est Hercules Antæum, in suo ipso regno vigentem, quem quoties superabat, toties reparatis denuo viribus strictiorem sentiebat. Ergo simulat Hercules discessum, instat Antæus discedentis vestigiis, vltra patrios fines longè progressus, quasi fugaci iam victor insultaret. Regreditur tunc iste, & iam vicino patriæ apparatu destitutum Antæum inuadit, nec facile reparandum, confligit penitus docente iam vel fabula vel historia, non solum non contra duos fortem Herculem; sed etiam contra vnum ignauescere, qui inscia propria patria decertabat. Ad rem. Est Impiorum patria terra ista, quæ tot sæculi pompis apparatur: Iustorum verò Patria cælum est: qui frustra contenderent impios, id est horum culpas superare, ni illas extra terrenam patriam educerent, & cœlo iam vicini, & quodammodo in aëre constituti aggrederentur: periclitabantur Moysis manus dum demissæ terram scelerum patriam contingunt: quæ in aëre, veluti patriæ suæ vicimores fœlicissimè hostes strangulabant. Mẽtior, ni id voluit Philo Iud. lib.1.de vita Moysis, vbi ita. *Cum starẽt vtrinque stricta acies, nouum accidit prodigium, in ipsius Prophetæ manibus, modo leuissimis, modo mirè grauibus: quæ quoties leuitatem recipiebant, in cælum sublatæ, confirmabant socios, ad rem gerendam fortiter: quoties vero degrauabantur, præualebat hostilis acies: Deo significante, quod alterorum propria hæreditas sit terra, mundi pars infima: alterorum æther sacratissimus: & quemadmodum in rerum vniuersitate, cælum est terræ potius: sic etiã populum bello superaturum aduersam aciem. Cum igitur aliquantis per manus bilancis, in morem, nunc sursum tollerentur, nunc deorsũ vergerent, certareturque, Marte dubio, tandem repente, veluti pennas, pro digitis habentes, sublatæ volitabant per aerem, manentes in sublimi: donec Hebræis certa victoria contigit deletis hostibus.* Magnum fuit quod Ludouicus in Religione commorans, quasi in virtutum patria, vitia debellaret: sed maius est, quod in sæculo patria vitiorum, eadem debellaret, Hercule fortior, Moyse gloriosior.

Exod.17. v.11.

Philo Iud.

791. Producto iam, comptoque orbe, addit sacer textus: *Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem, quem formauerat.* Gen.2.v.8. si homo in orbis principem formatur: cur totius orbis incola non exponitur? detur integro Adamo ad delicias Paradisus, quorsum tamen ibi perpetuo moraturus, ni peccaret? forti suauitate Deus res disponebat, neque tã multiplicatis miraculis, quàm ordinaria naturæ serie, seruandam Adamo incorruptionẽ destinabat: Paradisus saluberrima aeris temperie hanc fouebat: terra vero hæc nostra, sibi relicta, & tot mutationibus obnoxia, eandem alteraret: ergo in Paradiso ponitur Adamus, quasi congenita incorruptione, absque miraculo ibi fruiturus. Lyran. ibi post alia. *Nunc autem ita est, quod inter corrũpentia ab extrinseco, quæ diuina prouidentia præcauebantur, continens est vnum, scilicet locus prauus, & corruptus: propter quod Deus prouidit homini, de loco conuenienti, quantum ad aeris temperiem, & loci amœnitatem: & hoc est quod dicitur, Paradisus voluptatis.* Vide, quæ de Phœnice, in re simili cecinit Claudian. sic in re morum. Fouentur saluberrima Religionis temperie virtutes, quas mille corruptionis caussæ, in sæculo circunstant: ibi quasi in proprio perennant: hîc quasi in alieno domicilio periclitantur. quàm ergo robustas, quàm incorruptibiles quodãmodo credas virtutes Ludouici, quæ in sæculi contagio immunes perstiterunt? In terra ergo hac nostra creatus Adam, statim ad Paradisum introducitur: ideo additur: *In quo posuit hominem, quem formauerat.* Lyran. iterum: *Posuit tanquam in loco conuenienti statui innocentiæ.* At Gonzaga meus diu in sæculo perseuerat, gloriosius innocentiam suam, inter medios hostes seruaturus.

Gen. 2. v. 8.

Lyran.

Claudian.

Gen 2. Lyran.

792. Etiam in tentationibus suis, quarũ sibi probatione non indigebat, se se nobis exẽplar, præbuit Christus. *Tunc* IESVS *ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo.* c.4. Matt. v.1. quasi licet postea dæmon Christum in Templi duceret pinnaculum, in frequẽti scilicet vrbe positi: id quidẽ ex procedentis pugnæ euentu contingeret, primaque Spiritus sancti intentio, desertum in scamma præpararet, & cur ita? cur in media vrbe, spectabilius duellum, gloriosior victoria Christi, ab Spiritu sancto, non adornatur? respõdet D. Thom. Villanoua in ser. huius Euang. *Consuetudo est in prouocationibus, quod qui alium prouocat, campum eligat, &c. quare Dominus campum eligens, non Paradisum neque voluptuosum aliquem locum: sed desertum rigidum, sterile, & asperum elegit: vbi non posses, ad votum*

Matth.4. v.1.

D Thom. Villan.

dæmon arma reperire : non enim ibi frutices, non poma, non delicie, non alia Eua, quam inuaderet. Non quod Christo, quantumuis in loco delicioso, ad votum dæmon arma repetitet, difficilior victoria esset futura: sed quia dum in habitu mortali exemplo nostro decertabat: certaminis nobis formam debuit exhibere: vt discæremus difficile vitia, in suâ propriâ statione superari: discedendum nobis in Religionis desertum, vbi ad votum dæmon irritamenta & occasiones non inueniret. Sic dum ille leuius tentat, qui vt ait citatus. D. Thom. *Quia aliud non reperit, ad lapides se conuertit:* nos etiâ facilius triûphamus. Ludouicus igitur qui extraordinariâ gratiâ à Deo sic munitur vt in sæculi palatiis, inter regales delicias purum & intactum spiritum conseruaret: non in exemplum, sed in nobilissimum perfectionis portentum, monstrum virtutis pulcherrimum apparatur.

Idem.

793. Ita est: neque enim solummodo passibilem adhuc Christum, mortificatus refert Ludocus: sed etiam passionis terminos euadentem, victor representat. Expirat Christus in cruce, & statim victrix Anima limbum adit, detentis diu Patribus in inferno beatificandis. Sed quid, inquis opus erat, vt eo vsque Christus humillimus descenderet, qui in vno verbo fœlices illas animas ad se vocare poterat, & beate? vt fuit humilitas profundissima descendisse, sic nullibi splendidiorem Redemptorem nostrum potuit exhibere. Triumphatat Dominus Mortem, in Cruce moriens, quæ quasi pudore suffusa, in infernum, id est proprium suum regnum fugit, contumax ibi vires reparatura: instat ergo fugienti Christus, nec contentus eam in orbe hoc nostro superasse, in proprio suo regno, gloriosius longè spoliat, & eneruat. Euseb. Gallicanus, hom. 9. de Pasch. *Mortem vsque ad inferna persequitur, gloriosius captiuandam in regno suo: & magnificentius in suis adibus triumphandam.* Hæc est victoria quæ vt rarissima, etiam gloriosissima, Gonzagam decorauit delicias in ipso deliciarum regno extinxisse.

Euseb. Gallic.

794. Nimirum in altissimam mentis arcem iam ascenderat, qui potuit instar Christi, in ipsis sæculi turbis, (vide supra num. 769.) non turbari; & inter turbarum procellas, imperturbabili mente turbas intueri. Intelligens prudentissimus Noe, diluuij inundationem iam transisse, voluit ipsismet oculis suspicatæ fœlicitatis sibi fidem facere: *& aperiens tectum arca respexit, viditque, quod exsiccata esset superficies terræ.* Gen. 8. v. 13. At nónne satis, si per fenestram, quam in Arca sibi parauerat, mundum, diluuiique reliquias intueretur? fortè ad rem non satis, cum è fenestrâ non ita latè prospectus patere posset: sed quidquid sit de re, certè ad mysterium, non satis erat è fenestra conspexisse: Benè D. Bruno ibi, apud Godefr. *Cum hoc per fenestram satis cognoscere posset: ad hoc tamen intuendum, super tectum arca ascendere maluit: quia quanto virtutum gradibus, altius quilibet ascenderit: tanto magis mundi huius aquas aduersitatesque despiciens, spem sibi prosperitatis in futurum promittit.* O quàm erat in edito, quam super ipsum humanæ mentis culmen iam ascenderat Ludouicus, qui prospera aduersaque sæculi pariter dispiciens; & despiciens: spem sibi prosperitatis in futurum promittebat!

Gen. 8. v. 13.

D. Bruno.

795. Nimirum sic in hoc sæculo viuebat Ludouicus, dum à concupita Religione prohibetur, vt iam mente futuri sæculi fixam stationem assequeretur: quidni ergo, quidquid gloriæ, quidquid vel diuitiarum vel deliciarum furet, conculcaret? Hinc Dauid: *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, sicut Cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius,* Ps. 36. v. 35. quod, quia illum pertransiit, iam non ceruat, benè est: sed cur tunc impius, non tam non cerni, quam non esse dicendus est: neque hoc satis: si quætit locum eius, adhuc ibi etat Propheta: quomodo ergo dicitur pettransisse? nimirum erat ibi corpore, sed alio iam fœliciter mente transierat: & sic transierat, vt eadẽ mente, quidnam de impio foret, iudicatet non falsus, cum tamen paulo ante in eodem existimando, falleretur. ænigma videor protulisse, quod tamen oculatissimus dissoluit D. Gregor. hom. 3. in Ezechiel, vbi de illis qui adhuc in hoc sæculo commorantes, mente interim in sæculum futurum transire norunt. *Ille verè Deo seruire appetit, qui ab hoc sæculo mente transire didicerit: sic Moyses transiuit, vt videret visum. Sic Dauid cum videret impium, exaltatum & eleuatum super Cedros Libani, transiuit, & ecce non erat, quia iniquorum potentias, esse magnum aliquid fortasse credimus: nisi ad permanens sæculum mente transeamus.* Fœlicior meus Gonzaga, qui nunquam mundanam gloriam, iniquorum potentiam, tanquam aliquid magnum fuit demiratus: qui vbi primum mente mrationis luce exercuit radiantem, statim vt vidisti eiusdem pennis, è caduco ad permanens vsque sæculum tranuit. Quidni ergo, ipsas in suomet Regno delicias, ipsa in suâ patriâ vitia, imperia, glorias, & potentiam triumpharet: si mente transiens, nec esse: nec tenue loci sui vestigium relinquere cognoscebat?

D. Gregor. Mag.

Sic ergo transeunti iusto, in turbis nulla turba est: pacificè degit, securus conquiescit: & in confidentiæ montem, spem suam exaltans: inter sæculi æstuantis fluctus, quantumuis impellatur, non commouetur: vnde D. Chrysostomus hom. 18. ad Pop. Antioch. ita. *Deum sicut oportet, timens & in ipso confidens, voluptatis radicem lucratus est, & omnem habet lætitia fontem: & sicut in mare decidens immensum scintilla breuis facilè deletur: sic quantacunque Deum timenti illidantur, velut in vastum latitia pelagus, incidentia extinguuntur ac perduntur.* Sed in hoc alibi multa dedi. 796.

D. Ioann. Chrysost.

§. VI.

Religiosus vicissitudini rerum penè insensibilis: immemor sæculi Christo crucifigitur, commoritur, consepelitur, vt cum eodem, indidem fœlicissimè resurgat.

Licet quidem hoc splendoris & gloriæ, virtutes Ludouici in sæculo haberent, quod ibidem, in suo regno vitiis imperarent: non propterea putandum; ex innumeris aliis circunstantiis, in Religione, non ita creuisse, vt immensis prope modum titulis se excederent. Fuere quidem sanctissima illa sæculi exercitia, quasi prælu dia quædam & rudimenta eorum, quæ postea in Religione, clariora longissimè micuerunt: vt huc faciar id quod D. Hieronymus, de Nepotiano cecinit, in eius Epitaph. *Referet alius, quod in Palatij militia, sub chlamyde, & candenti line, cor-* 797.

D. Hieron.

pus

pus eius cilicio contritum sit : quod stans ante sæculi potestates , lurida ieiunijs ora portauerit : quod adhuc sub alterius indumentis, alij militauerit: & ad hoc habuerit cingulum , vt viduis , pupillis, orphanis, oppressis miserisque subueniret. Mihi non placent dilationes istæ, imperfectæ seruitutis Dei,& Centurionem Cornelium, vt lego iustum , statim audio baptizatum. Veruntamen velut incunabula quadam nascentis fidei comprobemus , vt qui sub alienis signis deuotus miles fuit , donandus laureâ sit, postquam suo Regi cœperit militare. Nisi quod dilationes istas imperfectæ seruitutis Dei , nullas posuit meus Ludouicus , qui nouennis illi , intempestiuus ætate, tempestiuus iudicio inhiauit. De cætero nihil hîc legis , quod Principi sanctissimo non conueniat. Ille tenero corpusculo , si quando defecerat cilicium , pro ferreis muricibus ; accepta domandis equis calcaria adhibebat : Ille inter regalis mensæ delicias , buccea panis , & aquâ solâ contentus , lurida ieiunio ora portabat : ille ad hoc tantum Paterno Imperio Primogenitus natus, vt afflictis clientibus , & pauperibus foret leuamini, vt iam sub Principis indumentis in Palatij pompis religioni militare videretur. Sed fuere ista, nascentis perfectionis incunabula , quibus sub alieno signo sic deuotus splenduit , vt iam quâ donandus in Christi castris foret , lauream præsagiret.

798. Ergo religionem fœliciter tandem ingressus, sic promicuit , vt in ipso Tyrocinio, veterani iam partes adimpleret : insensibilis quodammodo iam sæculo , priscæ immemor pompæ , Christo concrucifixus , mortuus , imò & consepultus , fœlicissimâ vitâ respirans conresurrexit : quorum singula in eiusdem Historiâ passim lecta , aduocatis è sacro penu testimoniis iam illustro. Hinc Dauid:

Ps.100.v.4. *Non adhæsit mihi cor prauum : declinantem à me malignum non cognoscebam.* Psalm,100.v.4. quid enim magnum foret, si declinantem iam malignum non cognosceret , nisi quia instantem etiam non cognoscebat : non sentit amotas sibi tortoris manus , quia paulo ante admotas etiam durissimè ignorabat. Ergo , inquis , insensibilis iam erat Propheta : planè : qui enim Deo defixus attendebat , quidquid homines , vel dæmones satagerent machinantes , vix sentiebat : doloris scilicet sensum , quamuis maximum , voluptate spiritus absorbente. D. Nilus in Ascet. locutus de iusto,

D.Nilus. tentationibus vndique puncto : sic scribit. *Nec sentit illatas plagas , vt possit dicere Prou. 23. verberauerunt me , & non dolui , illuserunt mihi , & ego non sensi. Sagitta paruulorum & ad dolet eorum , non sum conuersus , perinde ac si non essent. Sic & Dauid eiusmodi contemnens aduersarios , dicebat : declinantem à me malignum , non cognoscebam : neque cum accederent , inquit , neque cum recederent , sensum adhibui.* Tu videris quàm insensibilis ad Mundi iam delicias haberetur : quem nec etiam acerbiores plagæ commouebant.

799. Tales cupit Christus milites suos , qui ipsum perfectissime comitentur. Facilis videtur illa Dominica sententia , cum tamen multum mysterij,

Matth.16. v.24. in rem præsentem abscondere cognoscatur. *Si quis vult venire post me , abneget semetipsum.* Matth. 16.v.24. qui se negat , iam à se separatus , se portare nequit : quomodo ergo sequatur alium , qui semetipsum ducere , non potest ? sed esto : sequatur idem, qui iam alius : & viuat Christo ipse, iam non ipse : vnde tamen se negare potest ille , qui se gerit : si nimirum talem se , erga semetipsum gerat , qualem erga alios , quos omnino negare , & sibi alienissimos ostendere cupit , se gerebat D.

Chrysostom. Orat. 1. de Cruce , apud Grets. ad hunc locum. D.Chrys. *Quid est abnegare se ipsum ? discamus quid sit negare alterum , & intelligemus , quid sit negare se ipsum. Quid igitur est negare alterum? qui alterũ negat , filium, vel fratrem, vel amicum, vel alium quemcunque : hunc licet videat flagellis cadi , seu vinciri, seu quiduis aliud perpeti : non occurrit, non fert opem, non flectitur , non erga illum commouetur. Sic ergo vult Deus , nos corpori nostro auersos esse : vt licet ipsius causâ , aliqui nos flagellis cadant , licet puniant, licet expellant , licet aliud quid agant , corpori non parcamus , hoc enim est negare: hoc est nihil secum commune habeat , sed exponat se ipsum periculis , & certaminibus, & ita sit affectus, quasi hoc alius quispiam subeat.* An non hic vltima insensibilitatis linea designatur: & quidem attigit istam Ludouicus, cui sic cum proprio corpusculo nihil commune fuit, vt durissime habitum , asperrimè tractatum, quasi alienum foret , non curaret.

Sed licet in se pretiosa sit hæc corporis mortificatio , vilior tamen interiori existimatur comparata : in qua excellentior adhuc eminebat Tyro meus : sic regiæ familiæ suæ, sic Parentum , sic rerum caducarum omnium curam deposuerat , nec damno motus , nec honore titillatus ; vt illorum memoriam penitus abiecisse videretur : quid mirum , si iam sic turbulentæ phantasmatum plebeculæ imperabat , sic cogitationi potentiarum sensitiuarum impacatissimæ dominabatur : vt iam nihil , nisi quod vellet cogitaret ? sed de hoc alibi : nunc tantummodo , caducorum depositam memoriam expendo. Inuitauit Iacob familiam 800.

Gen.3.v.3. dicens. *Surgite & ascendamus in Bethel , vt faciamus ibi altare , qui exaudiuit me in die tribulationis meæ , & socius fuit itineris mei.* Genes.35. v.3.. nil ille aliud. Videbatur ergo addendum , surrexisse illos , & in Bethel siue domum Dei , ad sacrificandum hilares fuisse profectos. Sed vide quid

v.4. addatur continuo v.4. *Dederunt ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum : at ille infodit eas subter terebinthum , quæ est post vrbem Sichem.* Neque tamen ad rem aptius poterant respondere : quia ineptè aliter in domum Dei præsumerent ascendere , nisi prius Idola deposuissent. Quidquid in sæculo amasti , id quidem iam pro Deo habuisti : parum est ergo si ascendens in Bethel , si religionem ingressus , misera illa numina deponas , nisi pariter illorum Idola & imagines deposueris: periculosum quippè est, si cum rebus caducis quas colebas , illarum simul imagines fodere non contendas : ne memoria his blanditiis titillata, in miserum te abripiat præcipi-

D.Nilus. tium. D. Nilus supra citatus. *Contraria quodammodo videntur , abscondere Deos in Sichem , & ponere Idola in abscondito : illud enim laudabile est , hoc vitiosum , & execrandum. Maledictus , inquit Deu.27. qui ponit Idola in abscondito. Neque enim idem est, in terra defodere in perpetuum , & in abscondito ponere: nam quod in terrâ defossum est , & à sensu remotum tempore ipso deletur etiam à memoriâ : at quod in abscondito positum est , eis fortasse qui foris sunt latet: sed cum ab eo qui posuit assiduè cernatur , memoriam sui renouat , & circumfert. Omnis enim turpis cogitatio , quæ in animo fingitur , sculptile est absconditum, quod pudor vetat in medium proferri. Periculosum igitur est ponere simulacrum in abscondito , sed multo periculosius sequi & exquirere formas iam obliteratas: cogitatio enim facilè expulsa vitia repetit : & volupta-*

tis lancem ad terram vſque deprimit.

801. Sed neque caret myſterio, quod cum Idolis
pariter, inaures defoſſæ abſconderentur: maxi-
mè ſi illorum ſententiæ adhæſeris, qui has inau-
res, non in Idolorum, ſed in Idololatrarum auri-
bus fuiſſe putant. Quid enim non eſſe cauſſæ ali-
quid exiſtimemus: cur ab omnibus ornamentis,
quæ fortaſſe aliquid ſuperſtitionis referebant, ſo-
lummodo inaures, putentur amandandæ, & ſi-
mul cum Idolis, quaſi abominabiles fodiantur?
D. Bruno. audiendus hic D. Bruno apud Godefr. *Iacob au-
tem Deos & inaures terra infodit, vt & mortui in-
telligantur, & ad homines decipiendos, vlterius non
appareant.* Quid enim Diis mortuis reſtabat niſi
ſepulchrum? quaſi niſi ſepultus, non ſatis aliquis
mortuus intelligatur. Notaui id obiter, ob illa
quæ paulo poſt dicenda ſunt. Pergat Bruno. *Sed
quare inaures cum eis infodit? niſi vt nemo vlterius in
eorum memoriam aures hominum, ſolicitare præſumat:
ſunt enim inaures aurium ornamenta, pro quibus au-
ditus intelligitur: aures enim quæ non audiunt, ornata
non ſunt. Sic igitur Iacob domeſticorum ſuorum au-
res circuncidens, ad Deorum laudes audiendas, ſur-
das & ſine auditu eſſe volebat.* Sic in re noſtrâ, de-
bet quippè religioſus, ſic ſecularium rerum depo-
nere memoriam, vt aures amoris ornamentis vi-
deatur circuncidere: necquid per illas innouandæ
memoriæ, poſſit obrepere. Non blandiens cer-
tè, ſed feriens veniebat, quiſquis Gonzagæ, ali-
quid de Parentum, & conſanguineorum ſuorum
gloriâ inſuſurrabat auribus: quorum ſolummo-
do, vt Deo eoſdem commendaret viſus memi-
niſſe.

802. Leuitas qui in Templo Domini miniſtrabant,
Deuter. 33. v. 9. benedicens Moyſes, ſic commendat. *Qui dicit
Patri ſuo & Matri ſuæ neſcio vos: & fratribus ſuis
ignoro illos.* Deuter. 33. v. 9. quaſi ſolummodo ad
Dominum pertinere viderentur, nihilque iam
deinceps, cum conſanguineis habere commune.
Sed aliquid ſignificantius vertitur in Sixtianis.
Sixtiana. *Qui dicit Patri & Matri, non vidi te: & fratres
ſuos non agnouit.* Ad præteritum vt vides tempus,
rem deducit: quaſi iam aſſignatus templo, non
ſolum Parentes & conſanguineos neſciat, & non
videat: ſed etiam nec vidiſſe, ob deletam illorum
memoriam poſſet affirmare: hæc enim verè pœ-
nitentis, & ad Deum conuerſi animi, debita diſ-
poſitio. Propterea Petrus Celleoſis lib. de Pan.
cap. 3. expendens ceremonias illas, quæ ſacrifi-
Numer. 19. v. 3. dæ vaccæ Numer. 19. v. 3. miniſtrabant, ſic habet.
Petr. Cel. *Emittit cineres extra caſtra cordis, ne ſaltem memo-
ria Amalech in abortiuis ſuis reperiatur: nam & pec-
catum & peccati memoriam, Exod. 17. v. 24. ſubuer-
tere funditus cupit.* Id eſt occaſiones illas, & ille-
cebras, quæ ad nouum peccatum ſolent incitare.
Vnde iterum D. Nilus lib. Aſcetico ſupra citato,
D. Nilus. ita. *Quid enim prodeſt, ſi cum à negotiis receſſerimus,
eorum rumoribus interpellemur; & relictâ ciuitatis ad-
miniſtratione, ad portam cum Loth, Geneſ. 19. ſedea-
mus: & tumultu, ex eâ proficiſcente repleamur? fo-
ras cum magno egrediendum eſt Moyſe, Exod. 19.
vt non ſolum opera, ſed etiam cogitationes de illis ceſ-
ſent. Tunc enim vera tranquillitas eſt: cum non ſolum
facta, ſed etiam nec recordatio quidem nos impedit:
quo minus animo vacet loca concluſa videre, & cum
ſingulis pugnare, & ex mente, quæ praua ſunt, euellere.*
Illæ enim cogitationes, & priſci memoria pecca-
ti, quibus non tam ad dolorem, quam ad no-
uum voluptatis allicimur conſenſum, non ſolum
perturbant animum, ſed etiam commaculant.

Peccauerat Manaſſes, ideo euerſo eiuſdem re- 803.
gno, vinctus catenis, compedibus ligatus duci-
tur, indè trahitur in Babylonem: 2. Paralip. 33. 2. Paral. 33.
v. 11. ſed nouit anguſtiatus ſcelera ſua, & egit v. 11.
pœnitentiam valde coram Deo, v. 12. & addi- v. 12.
tur ſtatim: *Deprecatuſque eſt eum, & obſecrauit in-
tentè: & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum
Ieruſalem, in regnum ſuum, & cognouit Manaſſes,
quod Dominus ipſe eſſet Deus.* v. 13. miraris in tam v. 13.
deſperato morbo, breuem ſalutem, ſubitam liber-
tatem duriſſimæ captiuitatis: & immenſam nego-
tij difficultatem facilè expeditam? expende illud,
& obſecrauit intentè. Quaſi inter obſecrandum at-
tentiſſimo, nulla cogitationum obſtreperet tur-
ba, nullus aliorum negotiorum tumultus obuia-
ret: quid ita? non ſolùm peccata depoſuerat. Sed
etiam illorum memoriam blandientem, è ſe pe-
nitus auertere ſatagebat: quod ergo ſic orans, &
adorans, non impetraret? hinc edoctus credo, ta-
lem ſe poſtea, Imperio iam reſtitutus conſerua-
uit. Ioſephus lib. 2. Antiq. cap. 4. poſt alia. *Cete-
rum clementiâ victoris, poſtliminio reuerſus Hieroſo-* Ioſeph.
*lyma, dedit operam, ſi poſſet abolere priorum peccato-
rum etiam memoriam, mutatis moribus totus conuer-
ſus ad religionis ſtudia. Nam & vrbem luſtrauit, &
Templum conſecrauit denuo, & in reliquum totus fuit
in eo, vt gratitudinem Deo poſſet approbare, & quo-
ad viueret, eius retinere beneuolentiam.* In tantum
profuit, quod priſcarum occaſionum memoriam,
quoad fieri poterat, amandaret.

Sic ſæcularis pompæ, iam quodammodo peni- 804.
tus immemor religioſus, totus Chriſto concruci-
figitur: de quo ita Theophylactus Orat. de Cruce
apud Grethſer. *Monachis vero crux omnino cogno-* Theoph.
*ta, & familiaris eſt: quorum tota vita afflictio eſt, &
mortificatio, & luctus beatus, & ignominia, & ſub-
iectio exaltari ſolita, & id genus alia, quæ crucem
comitantur. Non igitur alienum bonum, ſed theſau-
rum tuum in ſinu recondе, ô monache: neque patiaris,
vt eum alij tibi præripiant.* Nihil ergo, in hac vi-
tâ, voluptatis relinquitur religioſo: è penu cru-
cis, nihil niſi amariſſimum depromitur: quid mel
quæris, vnde fel & acetum ſolummodo deguſta-
tur? Mira eſt illa Domini præceptio: *Omnis obla-* Leuit. 2.
tio quæ offertur Domino, abſque fermento fiet: nec v. 11.
*quidquam fermenti, ac Mellis adolebitur in ſacrificio
Domini.* Leuit. 2. v. 11. eſto fermentum, quia tur-
gidum, quia maſſam inficiens, hinc amandetur:
cur tamen mel ſapidiſſimum, fructus puriſſimæ
Apis incorruptus reiiciatur? quia nulla oblatio
Domino offerenda placet, niſi in eiuſdem altari
adoleatur: neque altare illud nouit condignius,
quàm illud, vbi in holocauſtum ſuauiſſimum, ſe
Chriſtus obtulit, crux ſcilicet: vnde ergo apta
veniat Mellis oblatio, altari crucis, quæ ſolum
fellis amaritudine ſolet redundare? grauiter Ger-
manus Conſtantinop. Orat. 3. de Cruce, poſt-
quam multis pretioſiſſimum crucis altare exornat,
ſic ad rem noſtram concludit. *Non aſcendet ſuper* German. Conſtant.
*altare Domini, fermentum & mel, vmbratilis alicu-
bi ſcriptura monet: ſubeſtque huic plena ſplendoris ra-
tio,* &c. *Hortatur ſacra hæc ſententia, vt cum
Chriſto crucifigamur, & ex mundo eiiciamur. Obtem-
perate præeunti, & cedite, & honorate eius altare: ni-
hilque afferte, quod ſenſum exhilaret & oblectet, &
ad voluptatem reſoluat: cruci enim dolor competit, non
voluptas, fellis hic guſtandi tempus non mellis. Alta-
re Chriſti reſpuit fermentum Ægyptiacum, turgido
faſtu, & impietate pleniſſimum: crux humilitatis
ſymbolum eſt, & religionis erga Deum, erectio. At
poſt*

Post resurrectionem, erit vsus mellis, & syncera voluptatis fruitio: præmium vitæ hic seuerius, & asperius institutæ & transactæ.

805. At in cruce, diutius viuere, monstrum esset: non admittit hæc rerum natura, nisi breui expiraturos: diu solummodo mortuos amplexatur. Frustra te religionis cruci affixum iactes, si viuis, si cunctis sæculi deliciis non moriaris. Optimum, sed obscurum est illud Pauli monitum: *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum, sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram: mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Coloss. 3. v. 1. Aliud est rem cupere, aliud quærere: possumus quidem cupere, quod distat: at quærere nisi præsens, nisi in loco, in quo sumus, non solemus: si ergo adhuc super terram sumus, quomodo non quæ ibi, sed quæ in cœlo sunt, non tam cupere, quàm quærere præcipimur? Respondeas fortasse, & aptissimè, ideo præmisisse Apostolum nos Christo consurrexisse quasi iam noua, & meliori vitâ potiti, cum eodem in cœlis, mente habitemus: pulchrè igitur cœlestia sapimus, eaque ibi affectu quærimus, vbi mente sumus. Sed ecce indidem non leuior difficultas. Si resurreximus, mortem euitauimus: quomodo ergo quando resurgentes dicimur, ibidem etiam mortui prædicamur? Quia nimirum vita illa noua fœlicis resurrectionis, mors quædam est, quâ omnibus corporeis immorimur voluptatibus: nec poterat res aliter euenire, vt enim iustorum anima ad superos re apse non conuolat, nisi quando moriuntur: sic neque dum viuitur, mens ad Deum volat, nisi mors ista mystica præcedat. D. Ambr. lib. 3. de Virgin. *Terrenum tibi Apostolus consortium negat, & vltra naturæ propemodum terminos, alis ad cœlum dotes spiritualibus euolandum: quæ sursum sunt inquit, &c. Sed quia hoc impossibile erat, in hoc corporis velut claustro reclusis: & quia defunctis corporibus, anima fertur ad superiora reuolare, alligata dum viuimus quadam nostræ lege naturæ: ideo addidit: mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Si abscondita est cum Christo in Deo, non apparent mundo.* Talem quidem se gerebat Ludouicus, sic Deo viuens, vt mundo omnino mortuus cerneretur.

Colos. 3. v. 1.

D. Ambr.

806. Neque mirum, licet enim quibusvis perfectionem sectantibus hæc mors venerit vtilissima, & religiosis omnino est necessaria. Recole, ambo, quæ supra dicit Num. 778. de Ciuitatibus illis refugij, quas Leuitæ Deo sacri reis miseris fouendis; id est religiosi iuuandis sæcularibus incolebant. Deinde vide qui vocentur tres illarum præcipuæ vrbes: *Trans Iordanem, contra orientalem plagam Iericho, statuerunt Besor*, &c. *Et Ramoth, & Gaulon.* Iosue 20. v. 8. non est semper friuolum, mysterium ab his Hebraicis nominibus aucupari, in quibus tantopere sancti Ecclesiæ Doctores desudarunt. Et quidem si alicubi non frustra, hic certè videntur attentissimè, & suo ordine debito collocata, de quibus Stephanus Cantuar. ad cap. 35. Numeror. ita habet. *Besor, quæ erat in solitudine, & interpretatur* Angustia, *significat cellulam monasterij, & sanctorum latebras Monachorum. Ramoth, quæ dicitur* mors excelsa; *eis conuenit, qui moriuntur mundo & viuunt Deo: interpretatur enim visio mortis, quam semper debemus habere præ oculis. Gaulon, quæ* volutatio, *dicitur, congrue nihilominus exprimit pœnitentes: quorum est in cinere & cilicio volutari.* Quasi suo ordine postquam cellæ angustias ingrederis, statim mortem illam excelsam subire debeas: & deinceps in cinere & cilicio volutari.

Iosue 20. v. 8.

Stephanus Caut.

807. Neque tamen adhuc, post tanti apparatus impendium rem peregisti, nisi iam ita mortuus, etiam sepeliaris: vt enim dicebam supra num. 801. non satis mortuus quis creditur, nisi sepultus. Vel minimo reuerentiæ nutu erga Patrem, abundè pro mundi peccatis Christus satisfaceret: & tamen ex profusissimâ misericordiâ, cruci vsque ad necem destinatur: & stetit Dei morte, salus hominis. Iam peractum negotium videri poterat: quid nisi è cruce resurrectionem sperares? & tamen sepulchrum mediat: iacet triduo sacratissimum corpus vnitum verbo, ab animâ separatum in monumento. Si passione Christi, si diuinæ mortis doloribus stat redemptio nostra: quid agit sepultura, vbi insensibile corpus nil perpetitur? nimirum, quia cum è morte illâ, penderet vita nostra, opus fuit, vt totum mortis officium impleretur: nec satis intelligitur ista, nisi mortuus sepulchro commendetur. D. Chysolog. serm. 49. *Sepultus est, vt officia tota mortis impleret: vt mors, morte moreretur.* Quasi non satis mors abolererur tyrannicè in nos grassata: nisi mors diuina, officio sepulturæ adimpleretur. Nemo ergo in religione, se mundo plene mortuum intelligat, nisi ibidem quodammodo sepultus intelligatur. Benè D. Ambrosius in Exhortat. ad Virgines. *Ergo cum veneris, inueniat te vigilantem, vt parata sis. Dormiat caro tua, vigiles fiaes: dormiant illecebræ corporis, vigilet cordis prudentia: membra tua redoleant crucem Christi & sepulturæ odorem: vt nihil iis, somnus caloris infundat, nullos excitet motus.* Quasi non satis crucifixi & mortui videamur, nisi consepulti Christo odores, quibus inunctus fuit, referamus.

D. P. Chrys.

D. Ambros.

808. Monebat Christus Apostolos, vt Pharisæorum, hypocrisim euitarent: tunc subdit: *Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum.* Matth. 6. v. 17. nam hypocritæ illi, exterminabant *facies suas*, v. 16. & in pallorem formabant, vt luridi viderentur hominibus ieiunantes. Cum caput nostrum, sit Christus, cui ministrare, & seruire ieiunio hic præcipimur: subit statim difficultas, cur obsequium istud amoris adblandiens, potius ab vnctione, quam ab alio quouis ministerio, gratius veneti? Memineris quæso Mariæ vngentis caput Christi, Matth. 26. v. 7. quam indignantibus Discipulis ipse sic tuetur: *Mittens enim hæc, vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.* v. 12. quæ enim Christo semper hærere conata, illum sic ad sepulturam vngere curabat, eidem consepeliri cupiebat. Hinc ergo obsequium nostrum fit gratissimum, si Christum vngimus ieiunantes: quia sepulturam eius, cui consepulti adesse contendimus, sic paramus: hinc tædium pharisaici ieiunij, qui enim exterminatâ facie, mortis pallorem referebant, neque tamen sepeliri curabant, hypocritæ necessariò habebantur. Et meritò, vt enim insepulti mortui fœtorem exhalant: sic Christo libris centum aromatum condito, consepulti, odores suauissimos respiramus. Caue religiose, hypocrisim: nec te mortuum sæculo iactes ni sepeliris: mortuus & insepultus, iam fœtebis: at consepultus Christo, eiusdem met odoribus confragrabis. Fauet D. Zeno Veron. serm. de Ieiun. qui post multa in hæc loca, sic concludit. *Ostenditur ergo per hoc, quia vngere Christum sepulturam eius est præparare. Sepulturam verò præparat IESV, qui secundum Apostolum mortificat membra sua, quæ sunt supra*

Matth. 6. v. 17. v. 16.

Matth. 26. v. 7. v. 12.

D. Zeno Veron.

ſupra terram, &c. *Et qui iam non ſecundum carnem ambulat, & qui actibus Spiritus ſancti, carnis facta mortificat: & vt plenius dicam, cui mundus crucifixus eſt, & ipſe mundo: imò qui Chriſto concrucifixus eſt, & non ſolum concrucifixus, ſed & conſepultus eſt ei. Hic ergo eſt, qui vngit caput ſuum, ieiunans à vitiis, & in operibus bonis, Chriſti odor bonus efficitur.*

809. Sic futura prænuntiabat Deus Abrahæ, vt obiter ad perfectionem institueret: ergo poſt multa, Geneſ. 15 v. 15. ſic ſubiungit. *Tu autem ibis ad Patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona.* Geneſ. 15. v. 15. de quo Richard. Victor. ibi venerabilis Ricardus apud Godefr. *Quid eſt ad Patres ſuos ire, niſi eodem virtutum tramite, quo alij in vita via præceſſere, ad intima quietis tranquillitatem, agilitate bonorum operum properare?* Videbatur ergo, poſt hanc ſanctorum operum æmulationem, mors illa myſtica & fœliciſſima iuſto intimanda, qua clauſis ſæculo oculis, mundo mortuus Deo viuit: & tamen tacitâ hac morte, ſolum fœlicior ſepultura memoratur. Quæris cauſſam? non placet Deo iuſtus, quantumuis moriatur, niſi ſepultus adeo deliteſcat, vt quemadmo- Ibidem. dum per mortem non videt alios, ſic aliis ſepulchro tectus non videatur. Idem Ricardus. *Prius homo moritur, vt poſtmodum ſepeliatur: mortuus quidem deſinit videre, ſed non ſtatim videri: ſepultus verò deſinit ſimul videre & videri. Qui vult ergo huic mundo mortuus eſſe, oportet illum oculos illos claudere, quos in primis parentibus legimus apertos fuiſſe, oblectamenta ſenſuum, nec attendere, nec aduertere. Sed & tunc qui einſmodi eſt, quaſi poſt mortem ſepulturam inuenit, quando per ſapientiæ ſtudium & æternitatis deſiderium, in talem ſtatum proficit, qualem carnalis quilibet, non dicam ſcire, ſed nec ſuſpicari poſſet.* Profecerat quidem in hunc ſtatum meus Ludouicus, ſic humanis alienus, ſic abſorptus Deo, vt nec videns, nec viſus videretur. Clauſerat iam ſæculo oculos, qui diu miniſtrans Reginæ, nunquam eius vultum aſpexerat: qui ingredientes cubiculum, toto ferè biennio non aduerterat: qui ingreſſus diuerſas vineas, diſcrimen nullum notarat! An non iam mortuus? & quidem etiam ſepultus, qui latere, qui ignorari ſic ſatagebat, vt nihis gratius, quam de priſcâ familiæ gloriâ tractari indulgentius, habebat.

810. Neque mirum tantopere hæc fœlicior ſepultura, iuſtis procuretur: neque enim è cruce mortuus, ſed iacens è ſepulchro Chriſtus reſurrexit: vt iam deſperes perfectiſſimæ ſanctitatis adire Re- D. Gregor. Nazianz. ſurrectionem, niſi prædictam ſepulturam ingrediaris. Propterea Nazianzenus Orat. 1. de Paſcha. *Heri cum Chriſto in crucem agebar, ſuffigebar, hodie ſimul glorificor: heri commoriebar, hodie ſimul viuificor: heri conſepeliebar, hodie ſimul reſurgo.* Quam Nicet. ſententiam, aptiſſimâ paraphraſi ſic ibi proſequitur Nicetas. *Vide quam apto ordine verba diſpoſita ſunt: præcedit enim crucifixio, id eſt ea vis, qua nos metipſos frenamus, ne peccatum in actum exeat. Sequitur mortificatio, hoc eſt vitioſorum animi motuum compreſſio. Huic proxima eſt ſepultura, id eſt ipſius quoque, circa turbulentos animi motus, actionis extinctio. Poſtremum locum tenet reſurrectio: nam cum ab operibus malis abſtinuerimus, ac deinde eo progreſſi fuerimus, vt ne in animo quidem oppugnemur ſed omnes vitioſos motus exciderimus, & velut inhumauerimus: tum demum ſola in nobis, velut à morte excitata, ratio elucet.* Ponderaui iam alibi fusè verba illa D. Pauli: *Conſepulti enim ſumus cum illo, per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mor-* Rom 6. v. 4. *tuis, per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Roman. 6. v. 4. cum enim mortales homines in ſepulturam mori dicantur: iuſti propterea in mortem dicuntur ſepeliri: quaſi nunquam perfectè mortui ſæculo credantur, niſi cum ſepeliuntur. Dixi, inquam, de hoc, fusè in Cant. nunc addiderim, non poſſe nouæ vitæ flores & germina reſurgentibus nobis, niſi ab hoc ſepulchri puluere pullulare: quæ quidem vita licet nunc abſcondatur, cum tamen apparuerit Chriſtus, reuelabitur. Hinc D. Paulinus epiſt. 28. *Cui conſepulti ſu-* D. Paulin. *mus, in quo nunc abſcondimur huius mundi oculis, vt confuſioni eiuſdem, cum ipſo reuelemur: quando horum, quæ nunc nobis obiicit, memor dicet: hi ſunt, quorum vitam æſtimabamus inſaniam*, &c.

Huc faciunt verba illa ex libro Iob, ad Iuſtum: 811.
Ingredieris in abundantiâ ſepulchrum, ſicut infertur Iob. 5. v. 26. *aceruus tritici, in tempore ſuo.* Cap. 5. v. 26. putares fieri comparationem, à tritico ſeminato, vt enim hoc terræ immiſſum, poſt longam corruptionem reuireſcit: ſic iuſtus in ſepulchro ad cineres redactus, tandem longè fœlicior reſurget. Apta explicatio, ſi de ſparſis granis, & non de illato aceruo, ſermo foret: grana quidẽ in agro ſeminantur; at aceruus in ſuo tẽpore, horreo infertur. Quomodo ergo in horreũ infertur aceruus tritici? certè exſufflatis paleis præpurgatus. Vt tu ſuauiſſimam ſepulchri myſtici quietem ingredi deſperaueris, niſi ſub ingenti virtutum abundantiâ, exſufflatis ſæcularium rerum paleis, Ludouici noſtri æmulus & imitator accedas. D. Antonius de Padua, ſerm. in Septuag. *Vir contemplatiuus,* D. Anton. de Pad. *mundo mortuus, à contemplatione hominum ſepelitur. Iuſtus in abundantiâ gratia collata, ingreditur ſepulchrum vita contemplatiua, ſicut aceruus tritici infertur in horreum: exſufflatis enim paleis temporalium, eius mens in horreo cæleſtis plenitudinis reponitur: repoſitaque, ipſius dulcedine ſatiatur.* Sed de Ludouici contemplatione, alibi fuſius.

§. VII.

Virtutis egregiæ rudimenta, in Religionis ingreſſu, vt plurimum retentata.

NOn poſſum, imò non debeo hinc abire, quin 812.
à Ludouico meo Tyrones religionis breuiter inſtituam, ne ingruentibus interim tentationibus ſuccumbant. Ingreſſus religionem ſuauiſſimus ille olim, & penè ab incunabulis, cœleſtibus deliciis recreatus, Gonzagæ ſpiritus, ſic ſubito exaruit: vt penè interdictos ſibi diuinæ dulcedinis fontes deploraret: ſolitos ſuauitatis liquores denegatos ingemiſceret: conſtans tamen, & intrepidus perſiſtit: & in ſilentio ſperans, eoſdem tandem abundantius influentes experitur. Eſto bono animo, quiſquis ad hæc initia tetentaris: ſolet in plurimum ſeges in herba, aſperioris hyemis iniuriis radicari tenacius: è procellis, lux pulchrior exoritur: afflicta initio virtutis rudimenta, te Rude donant: & in exitus glorioſiſſimos deducunt. Exercetur ſic, & probatur ſpiritus, vt maioribus poſtea ſufficiat: vtque Philoſophi, in librorum ſuorum olim principio obſcuriores ex induſtriâ procedebant, quò tardiores ſi fortè diſcipuli, in ipſo ſtatim limine deterrerentur; neque fruſtra, labori impares; labori diutius aſſueſcerent: ſic ſolet Deus, variis tentationibus virtutis tyrocinium exercere, vt probatis animoſioribus, ignaui in ipſo limine expellantur. Initio exerceri perfectio conſueuit. Tertullianus lib. de Pœ- Tertull.

nit,

nit.cap.6. post alia, de Pœnitentiâ strenuè adeundâ, sic ad rem nostram. *Quidquid mediocritas nostra ad Pœnitentiam semel capessendam, & perpetuo continendam, suggerere conata est: omnes quidem dedites Domino spectat; vt omnis salutis, in promerendo Deo petitores: sed præcipuè nouitiolis istis imminet, qui iam maximè incipiunt, diuinis sermonibus aures erigere: quique catuli infantia adhuc recentis; nec perfectis luminibus, incerta reptant, & dicunt quidem pristinis renuntiare: & pœnitentiam assumunt, sed includere eam negligunt: interpellat enim illos ad desiderandum aliquid, ipse finis desiderandi. Velut poma cum iam in acorem, vel amaritudinem senescere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc, ipsi gratia sua adulantur.* Id est: sicut poma iam senescentia, coloris adhuc & suauitatis aliquid retinent, quo tanto vehementius, oculis atque gustui adblandiuntur, quanto celerius peritura existimantur: sic incipiens quisquis iam vitia derelinquere, ipso derelinquendi fine, id est, ipso penè virtutis ingressu, à dæmone vrgetur, vt quasi breui abolenda regustentur.

813. Iam Israël relinquere Ægyptum, pie decreuerat, priscum & verum Patrum suorum Numen monitu ducis Moysis recognoscens: iam quasi è veterno excitatus, in Dei præcepta, vigilias apparabat: quando Pharao procuratores suos sic alloquitur: *Nequaquam vltra dabitis paleas populo, ad conficiendos lateres: sed ipsi vadant, & colligant stipulas, & mensuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super eos,* &c. *Opprimantur operibus, & expleant ea.* Exod.5. v.7. quis labor durior? prius opprimendi dicuntur grauissimi operis pondere, quàm opus expleturi: & quomodo peragendo tandem operi respirabunt, si prius ipsi operi succumbant? quid impietatem Ægyptij Regis dissimulas, æternum numen? retrocedent, à pio properandi ad te conatu, Israëlitæ: quid enim non suspicentur damni, iam egressi, quos egressuros, pateris, (dum obediunt) sæuius sic tractari? non stant aliter virtutis rudimenta, exeundi ab Ægyptiorum contagio pium propositum, hac arte suffocare Satan satagebat. Stephanus Cantuar. ibi. *Filij Israël postquam statuerunt egredi de Ægypto, grauius afflicti sunt, quam antea. Hoc est: Fili accedens ad seruitutem Dei, præpara cor tuum ad tentationem 2. Eccles.2. v.1. diabolus contemptus surgit in scandala.* Et quidem eo sæuius, quo ereptam sibi, pene è faucibus, prædam, dolet impensius. Quid ergo miraris, si in religionis tyrocinio, quando nondum te Deo, per vota obligasti, sed ab Ægypto sæculi destinas emergere, sæuius ab hoste tartareo impetaris?

Exod 5.v.7

Stephan. Cantuar.

814. Sunt obscura ad rem istam, aptissima tamen, quæ in hoc Israëlis exitu, deinceps scribuntur. Iubentur typici Agni sanguine, Hebræorum limina inungi: & subdit Moyses: *Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios: cumque viderit sanguinem, in superliminari, & in vtroque poste: transcendet ostium domus, & non sinet percussorem ingredi domos vestras.* Exod.12.v.23. si transit ipse Dominus Ægyptios percussurus; quis est percussor iste alius, qui Hebræorum domos intrare, dicitur prohibendus? si vero iste alius exterminator venit percussurus: cur à Deo percutiendi Ægyptij dicuntur? respondet Gaudentius tract.6. *Hoc, in textu lectionis, sollicitus lector considera, quod vbi dicitur percutiam Ægyptios, non dicit ab exterminatore: vbi autem dicit Hebræos protegendos, non dicit ab eius plagâ protegendos, qui percussit Aegyptios, sed ab exterminatoris: Exterminator autem non percutit Aegyptios, quorum amicus, & Princeps est,* &c. *Sed vtique, charissimi, percutere vult exterminator Hebræos, Deo percutiente Aegyptios: nam retributionem molitur in seruos, satellites suos ab eo percussos indignans.* Sed cur, inquis, qui quandoque dissimulat diabolus, & quamuis satellites & ministros suos, non eorum amore, sed ministerij officio, à Deo percussos dolens, non semper in seruos Dei tunc distringitur: in hoc loco sic acuitur, vt sacro Agni sanguine egeat compescendus? quia non solum in suorum vindictam acrius desæuit, sed insuper Hebræorum discessu conturbatur: in eos inuectus durius, quo iam sollicitius exire laborabant. Idem propterea S. Doctor, sic concludit. *Quoniam diabolus tunc maximè accenditur, cum extinguitur.* Nec falletur, qui dixerit, percutiente Deo Ægyptiorum paruulos: in paruulos Hebræorum tunc maximè dæmonem desæuire: & dum illos in Dei curam solito peculiarius, acceptos intelligit, cupit iam cunas vertere in sepulchra: qui semper virtutum exordia indignatur, & teneriora inuadit rudimenta.

Exod. 12. v.23.

D.Gaud.

Idem.

Grauissimè vt cætera solet D.Leo expendens immanitatem Herodis, *qui mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem.* Matth.2. vers.16. sic scribit serm 5. de Epiph. *Permanet igitur, dilectissime, sicut euidenter apparet, mysticorum forma gestorum: & quod imagine inchoatur, veritate completur. Radiat namque stella per gratiam, & iter Magi coruscatione Euangelici fulgoris acciti, in omnibus quotidie religionibus, ad adorandam potentiam summi Regis accurrunt. Herodes quoque in diabolo fremit; & auferri sibi, iniquitatis sua regnum in eis, qui ad Christum transeunt, ingemiscit: vnde si paruulos interficiat,* IESVM *sibi videtur occidere.* Pende iam quo impetu, in IESVM, si posset, dæmon grassaretur: & inde nosces, quibus furiis virtutis rudimenta toruus cornupetat, vt dum in tyronibus, & virtutis paruulis, quodammodo imbellis IESVS infantit, faciliori negotio debelletur: retentataque initio virtus, tentationis oppressa pondere, tenerior collabescat. Sic Deus initia ista vt plurimum disponit: vnde illud Prou.3. vers.12. *Quem enim diligit Deus, corripit: & quasi Pater in filio complacet sibi.* Quæ vltima verba, clarius in Sixtianis, sic vertuntur: μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται: *Flagellat autem omnem filium, quem assumit.* Quasi illa ipsa assumptio, qua quis initio in filium adoptatur, sit flagellatio: & manibus verbere armatis, ruat in amplexus, sitque idem iusto assumi in filium: quod exponi dæmonibus ad persequendũ. Ideo D.Chrysol. serm.11. expendens Christum, statim à baptismo, & paterna voce, ductum in desertum, *vt tentaretur a diabolo:* Matth 4.v.1. sic scribit. *Diabolus, semper primordia boni pulsat: tentat rudimenta virtutum: sancta in ipso ortu festinat extinguere: sciens, quòd ipsa subuertere fundata non possit.*

815. Matth.2. v.16. D. Leo Mag.

Prou. 3. v.12. LXX. Interpret.

Matth.4. v.1. D.Chrysol.

816. Aperies hinc gratissimam illam Deo mandatam oblationem in Leuitico: *Si obtuleris munus primarum frugum tuarum Domino, de spicis adhuc virentibus: torrebis igne, & confringes in morem farris: & sic offeres primitias tuas Domino.* Cap.2. vers.14. si placebat ridentium & viridantium adhuc spicarum amœnitas: quid spoliandæ pulchritudine, torreri præcipiuntur? si tostæ & contusæ solummodo placebant: suo albescerent tempore, sole feruido coctæ, in area terendæ: quorsum enim viridescentes adhuc falcem sentiant, humorem nescio

Leuit. 2. v.14.

nescio quem teneræ, instar sanguinis effundentes? alibi ad rem aliam, respondeo ex Ambrosio: ad rem præsentem, cape hic Galfridum, qui ita. *Notum est, quod spica virentes, nisi adusta igne, & confracta, palearum integumenta non deponunt. In hunc modum mentes, quæ per primitias frugum congruè designantur, desideriorum carnalium humoribus adhuc grauidæ: absque tribulationis igne, & propriæ voluptatis confractione: mundanorum affectuum paleas, a se minime abijciunt.* Placet quidem Deo nouella, & quasi virescens adhuc virtus: Sed illa retentata, vt sic lac durescat in carnem: & inde duret & adolescat fortis, vnde infans roboratur.

817. Has virtoris ætates, & cuiusuis ætatis indolem, effigiauit Paulus, ad Romanos scribens: *Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio, patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem: spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.* Cap. 5. vers. 3. Ædificij tanti basim, & primum, incipientis ædificare, fundamentum, ponitur tribulatio. Equidem militia est vita hominis super terram, dixit Iob: quia nullus, vt homo viuit, nullus super terram, (non terrâ oppressus) degit: qui totam virtutis viam, & vitam, tribulationibus septam non experiatur: qui totum ædificium, ad tectum, vsque hic gemmis non exornet. Quid ergo sibi vult Apostolus, qui in sola basi, & iactis fundamentis, tribulationem videtur collocasse? signanter quidem: quia licet cuiuis virtutis ætati, comes adhæreat tentatio: at suo iure infantiam maximè sequitur: in hanc vt plurimum, sæuius dæmonem debacchari, permittit Deus. D. Chrysog. ad hunc locum serm. 110. *Ecce quibus ætatibus, iustus perfectum roboratur in virum: Tribulatione, Patientiâ, probatione, spe. Tribulatio, fratres, velut primam iusti viri concutit & conturbat infantiam. Sed cum iuuenis ista patientem, ad maiora adolescentem, iam bona indolis tunc erudit: Patientia est, fratres, quæ Christi iuuenem, aptum probat esse virtutibus, spes est quæ virum perficit, & ad mensuram Christi plenitudinis, indefessa perducit: perfecta virtutis est, quod in re non teneas, spei robore possidere.* Semper ergo tribulatione initiatur virtus: certè quia huius initia, illi sunt consecrata, & hostilibus incursibus frequentius destinata.

Rom. 5. v. 3

D. Petrus Chrysol.

818. Dolens dilecti absentiam, exclamat sponsa: *Surgam, & circuibo ciuitatem per vicos, & plateas: quæram quem diligit anima mea.* Cant. 3. vers. 2. initium quærendi ponit, nec à plateârum latitudine, sed à vicorum angustiis exorditur: in vicis nocturnæ tenebræ densiores, frequentiores insidiæ, salebræ duriores: & tamen prius rendit ad vicos: nonerat non nisi hoc ordine seruato, aptè IESVM inquiri inueniendum: quod latè prosequitur Gellibertus serm. 5. scilicet cuiusuis egregij conatus initium retentandum: quanto ergo magis nouitiorum rudimenta oppugnabuntur? benè idem Gellibertus. *Nonne tibi videtur in vico quodam, & veluti in arcto positus, in cuius vexatur patientia, castitas arcetur, coangustatur charitas? qui in nullo virtutis studio, liberè, & sine labore versatur, non sibi quasi in vicis locatus videtur?* &c. *Rudibus & nouitiis istud sæpius euenit, qui solent vel variis tentamentis, vel quodam tadio laborare: quando eos aut carnis desideria coarctant; aut virtutum non exhilarat oblectatio. Et beatus, qui non est scandalizatus in istis, qui non offendit, qui non perdit IESVM, sed magis quærit.* De istis nunc satis, quæ iam plenius alibi illustraui.

Cant. 3. v. 2

Gellibert.

§. VIII.

Non satis nostra omnia: nisi etiam nosmetipsos Deo immolemus: in quibus vniuersus sacrificij apparatus exactissimè reperitur.

PEracto strenuissimè Tyrocinio, sacramentum iam Christo dicit Ludouicus: & piissimæ mentis mira suauitate perfusus, vota nuncupat perfectissimè adimplenda, arctissimis Domino vinculis colligatus. Viderat nimirum prudentissimus adolescens, parum fuisse delicias, Imperium, nobilitatem, parentes, suaque omnia penitus deseruisse, nisi insuper semetipsum, perpetuæ Domini seruituti manciparet. Ita est: non tam tua, quàm te requirit Deus: omnia tua si impendas, fere nihil dedisti, dummodo te tibi reseruaueris: Tu vnus, condignum Deo munus: cætera omnia appendix, & additamenti loco veniunt: omnia danda, quæ insuper te tradita cumulanda, imò perficienda: vtpotè sine quo, cætera omnia aut parum, aut fere nihil reputantur. Pulchre D. Zeno Veronens. serm. de S. Archadio, de Martyre locutus. *Ecce inter supplicia vacare non sinitur, sed orationis instar, per tormenta carnifices meditatur: erexerat securim percussor insanus: & signans oculis vulneribus lineam feralis ictus, assidua contemplatione vibrabat: hæserant confessionis suæ glutino, intrepida martyris manus: nec salientes digiti, futura mortis exitio palpitabant: tanta fuit in martyris deuotione constantia, vt omni opere paratus veniret ad gloriam.* Sic in religionis martyrio, vbi sæuities effusi sanguinis, mortificationis assiduitate pensatur, votorum glutino hærentes intrepidi, vt omni opere parati, tandem per propriam immolationem, ad gloriam veniamus. Sed seorsim de omnibus nostris, & deinde de nobis immolandis, rem illustro. 819.

D. Zeno Veron.

Hominibus redimendis patitur Christus: deque passione sua locutus, sic ait, apud Ioannem: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Cap. 12. v. 32. quærit saluandos homines, nec tam omnes ad se trahendos dicit, quam his dissimulatis, imò iam subintellectis, horum *omnia* ad se exprimit attrahenda: quid ita? vt nihil iam. homini relinquatur, quod Deo consecrandum, non reputetur. D. Gaudentius Brixiens. tract. 12. *Videlicet, quod eleuatus in crucem, omne sæculum ad suam fidem vocaturus esset. Sed quod ait: omnia traham ad me ipsum, & non omnes: illud significari existimo, quod omnia creaturarum genera, quæ idolis vel immolabantur, vel dedicabantur: Christus ad suam benedictionem, reuocanda promiserit, suoque numini consecranda.* Nihil è nostris, sæculo relinquendum: quidquid naturæ affectibus olim impendebamus: quidquid mundo sacrauimus, Deo consecrandum. Hinc D. Zeno citatus de eodem martyre, sic Tyrannum loquentem inducit, & martyrem respondentem. *Incidantur, ait, ab articulis manus, à cruribus pedes: vinum se cadaner inficias. Cvi Beatus Archadius: ô insane ait, fraudauit se furor tuus, adhuc erat in victima Domini, quod posses offerre: amputandam linguam mandare nescisti: quæ in colluctatione Martyrij, prior solet Domino confiteri.* Quasi nihil in sacrâ victimâ vellet relinquendum, quod priuato sacrificio, numini per dolores non cuperet immolatum. 820.

Ioan. 12. v. 32.

D. Gaud.

D. Zeno Veron.

Aperuerat iam Daniel, & somnium, & somnij mysteria Nabuchodonosori: & subdit randem: 821.

Quam

Dan.4.v.24 *Quamobrem rex, consilium meum placeat tibi: & peccata tua, eleemosynis redime.* Cap 4.v.24. non dele, non purga, nec extingue dixit, sed *redime*. Latet quippe multum emphasis, in hoc verbo: nec tantum Princeps Barbarus, quantum nos ab eodem instituimur. Quid enim est redimere, nisi rem emere, soluto quoad fieri possit, æquali precio? at peccatum, quod solummodo Dei morte, licet abundanter, condigne tamen redimitur: quomodo ex parte nostræ cooperationis, debitâ porportione redimatur: nisi quantumuis minora, omnia tamen nostra impenderimus? grauiter Siluianus Massil. lib. 1. ad Eccles. Cathol. ita ad hunc locum.

Saluian. *Quid est, aliquid redimere? opinor pretium rerum, quæ redimuntur, dare. Nam quare, quæ illius Regis peccata fuerint: ipse sciat, quanti debuerat redimere, quæ fecit. Te alloquor cuius causa est: te appello, cuius discrimen agitur: hoc facite, quod Propheta dixit. Noli Deo tantum relinquere, quantum habes: si prapeccatis tuis, necessarium non putas, quantum habes.* Et quam cæcus, qui etiam pro leuissimo peccato, non omnia sua putat impendenda! Oculatissimus Ludouicus meus, qui etiam leues illos infantiæ defectus, sic duluit: vt nec etiam omnibus suis traditis, & in religione Deo consecratis, satis vnquam è se redemptos, existimaret: sic omnia sua, quantumuis aliis pretiosissima, pro nihilo reputabat.

822. Luc 18. v.11. Vers. 13. Describserat Lucas orantem Pharisæum, cap. 18. v.11. deinde Publicanum sic describit: *Et Publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: Sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.* vers. 13. expende illud: *nolebat nec oculos ad cælum leuare:* quasi ille alius Pharisæus, non solum oculos, sed etiam manus ad cælum leuasset, sicque orationem, imò laudes suas fudisset. Vnde bene D. Zeno Veron. serm. in Psal. 130. sic scribit.

D. Zeno Veron. *Pharisæus infulse manus tendit in cælum, quæ cadis sæpè, sæpè ministra sunt rapinarum: oculos impudenter extollit, quorum lenocinia, mundus in flore est: intanat linguâ, caret quæ nunquam veneno serpentis: & quod maius est omni insaniâ, Deo se laudat.* Sed quamuis hi defectus, membris soleant adhærere, non tamen eisdem infectas Pharisæi manus, oculos, linguam tunc esse, satis ex Euangelio colligitur, vbi solum orandi arrogantia videtur obiurgari Et tamen dum Publicanus, quod *nec oculos* in cælum extolleret, commendatur: Pharisæum manus, oculosque extulisse, linguam mouisse, colligitur improbari. Et cur ita? quia quamuis demus innoxia tunc fuisse membra illa, non tamen placere poterant oblata, quia à corde, & pectore simul oblato, dabantur destituta: dabat ergo membratim aliqua: Sed cor & pectus, totum scilicet affectuum fontem, non sacrabat: vnde licet insanam arrogantiam non misceret, iam tamen satis displiceret Deo Pharisæus, qui quædam illi membratim, & non omnia cum pectore immolabat. Quam aliter Publicanus! qui vnum cor, in pectore percu-

Matth 15. v.19. tiens, (vnde auctore Christo Matth. 15. vers. 19. vniuersa delicta prodeunt) dum castigat, sua omnia purganda & consecranda offerebat. Nunc

D. Zeno. capies D. Zenonem, qui sic subiungit. *Publicanus autem, non membratim Deum, sed totus exorat. quia timore totus est humilis, sua peccata contestans, secundum Domini dictum, à quo procedunt omnia genera peccatorum, pectus crebre percutiens, quodammodo cor suum manu verecunde castigat: postulatque tantum veniam delictorum taciturnitate, non voce, &c. Qui totum sibi ipse promiserat, inanis: qui nihil præsumpsit, iustificatus de temple discessit.* Frustra igitur Deum oras, si dum potes, non omnia obtuleris.

823. Initio rerum, sic Dominus ad terram: *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum suum.* Genes. 1. v.11. Genes. 1. vers. 11. solet natura terræ procedere paulatim in muneribus, & herbas datura, prius radices mittit: germinatura in plantas, prius quasi humilia foliola producit, quæ paulatim nodata in truncum, in comas pubescentia, amœnata in flores, tandem in fructus maturescunt: hîc longè aliter, omnia simul & perfecta exhibentur: quia nimirum ex diuino obsequio tunc animatam & animosam terram, suppuduit per partes, & non statim omnia protulisse. Oleaster ibi. Oleaster. *Sunt qui cum multa præstare possint, paucis exhibitis contenti sunt: quos hac sententia arguit. Non sat fuit terra producere ex se herbam, sed quidquid producere potuit: ad nostram produxit vtilitatem: herbam paruam, & grandem, arbores & ligna fructuosa & infructuosa.* In idem recidit, quod Aquæ imperatur: *Et dixit Deus, producant Aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram.* Vers. 20. ibidem: de quo Genes. 1. v 20. Oleaster. addit Oleaster. *Sic & aqua non solum pisces, & reptilia produxere: Sed vrgeri à Deo videntur, vt quidquid intra se continere videbantur, effundant: pisces, animalia aquatica, aues & id genus alia.* Quasi vltra sphæram suam vrgeretur, vt in donorum exuberantiam, non solum suum, sed etiam aërium elementum adimplerent. Minus ergo, quam par est, Deo reddideris, nisi sic effunderis, vt omnia, quæ quouis modo possis offerre, offeras diligenter. Et quid ni, si Deo offers.

824. Genes. 1. v.14. Maiora sunt, quæ ibidem addit Deus: *Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem: & sint in signa, & tempora, & dies, & annos: vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram.* vers. 14. minus est, quod tot tantaque simul, tamque necessaria exhibeant ministeria: illud maius, quod cum sint corpora cælestia, & proinde nobilissima: vilissimo elemento, terræ nimirum abiectissimæ administrent. Sed licet tanta distantia intercedat: cum nobilissima astra, à Deo terris dare præciperentur, non decuit, vt aut parua diminutaque munera; aut paulatim: Sed simul & plenissima omnia exhiberent. Concludit acutus Oleaster. Oleaster. *Quid tu solus homo thesaurizas, ignorans cui congregabis ea? & si plura præstare potes, cur contentus es, cum parua, aut nulla effundis? istuc pertinet, quod de luminaribus sequitur, quibus tot facere officia præcepit, quot poterant præstare. Vbi vides, quot & quanta terra, luminaria præstent ministeria, nihil lucri ex ea sperantes:* (corrige: *sperantia.*) *Neque dedignantur cum tam sublimia corpora sint, tam lucida tamque pulchra, infimo elementa, terra scilicet, tot præstare ministeria.* Cælum, viliori terræ in omnibus administrat, nihil illorum, quæ exhibere potest, denegauit: tu homo vilissimus, supremo Domino partem tuorum, aliquam inuidebis? defraudabis illi sacrificij integritatem, qui se integrum pro te obtulit sacrificium? nefas. Ideo D. Gregorius Nanzianzenus orat. 1. de Pascha. D. Gregor. Nazianz. *Omnia quiuis offerat, omnia ei donet, qui seipsum dedit pretium redemptionis pro nobis, culpa nostra succedaneum.*

825. Parum aut nihil est, quidquid habemus: omnia quamuis offeramus, pusillitatem nostram ex-

cedere non poſſunt: nihilominus placent Deo, ſi nullâ ex parte oblatio vacuetur. Sacrificium ſimilæ commendans Deus, aſportandum ad Sacerdotes: addit ſtatim: *quorum vnus tollet pugillum plenum ſimila, & olei, ac totum thus: & ponet memoriale ſuper altare, in odorem ſuauiſſimum Domino.* Leuit.2.v.2. Leuit. 2. verſ.2. itaque ex totâ conſperſæ ſimilæ oblatione, quæ Sacerdotum vſui deſtinabatur: ſolus pugillus Dominico altari infertur conſecrandus. Si quæcunque noſtra ſunt exigit Deus, ſibi quidem per amorem dedicanda: quid in hoc loco, arctæ manus munuſculo,& farinæ pugillo contentus degit? aliunde verò, ſi in ſignificationem gratitudinis noſtræ, tantilla hæc pugilli quantitas ſatis futura creditur: quid opus erat tam ſedulò, pugilli plenitudinem requirere? vtrinque optimè immolationis noſtræ ratio inſtituitur: Solus requiritur pugillus, quia licet omnia demus, parua tamen, & quaſi pugillo arcto contenta, nobis exiſtimanda. Sed nihilominus exactiſſimè pugilli huius plenitudo commendatur: ne munera noſtra parua, aliqua ex parte vacuentur. Galfrid. Galfridus ibi. *Simila erit oblatio. Sed quæ portio Domini? plenus pugillus, quem offerendum vnus è Sacerdotibus tollet. O plenum pugillum! vel plenum potius, & puſillum! nihil enim magnum exigit, ſed nihil vacuum accipit Deus.* Omnia ergo tua quantumuis offeras, pugillum & puſillum non excedes: accipiuntur tamen à Deo in odorem gratiſſimum, ſi plenè offerantur.

826. Sed iam omnibus tuis, hiſque plenè oblatis, non tamen adhuc plenè deobligatis: non tua, ſed te Dominus captat: ut in tuis, & cum tuis, temetipſum oblatum recognoſcat: munera tua quantumuis ſint ingentia, quaſi puſilla & vilia habebit: vnus eſt homo, vnum eſt cor humanum: quo oblato, cuius gratiſſimo ſacrificio, Deus ſatiatur. Tranſacto iam diluuio, cœlis ſerenitati reſtitutis, addit ſacer textus: *Aedificauit autem Noë altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.* Geneſ. 8. v.10. Geneſ.8. verſ.10. ecquem odorem? vſtulatorum ne animalium: nidorem carnium? abſit, ſi mera animalia ſpectes, à ſacrificantis affectu ſuperata. Bene ergo indeterminatè dicitur Dominus odorem odoratus: vt pij ſacrificij, & magis deuoti ſacrificantis odor intelligatur. Sed vnde inquis vtrinque res, ita Deo grata, vt propterea, æternum cum hominibus fœdus inde paciſcatur? quia ſi ad ſacrificium reſpicis, non de aliquibus, ſed de cunctis viuentibus mundis apparatur: Si ad ſacrificantem, non ſolum ſe Sacerdotem, ſed etiam ibidem victimam ſe exhibuit. D.Bruno. D.Bruno ibi apud Godefr. ita. *Quia omnis caro corruperat viam, totuſque mundus aquis diluuij purificatus fuerat: ideo de mundis omnibus animantibus, Deo offerri holocauſtum neceſſe erat: quatenus qui cunctis hoſtiis offenſus fuerat, cunctorum ſacrificio placaretur. Solus autem homo hoc ſacrificio non eſt immolatus, quia reſtabat, vt Chriſtus ſuo tempore immolaretur, verus Agnus qui tollit peccata mundi. Tamen & Noë quodammodo immolatus eſt, cuius deuotione & pia voluntate, magis quam illo animalium fumo, delectatus eſt Deus: vnde dicitur, odoratuſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.* Nimirum nouerat priſca Patrum traditione Noë, ſacrificium illud animalium, ſolummodo ex Chriſti ſacrificio, accipere dignitatem: vti, vt qua poſſet ipſe reſponderet, iam ſemetipſum Chriſto ſacrificabat. Quod tamen hodie, longè perfectius in religionibus exhibetur.

Neque mirum ſic Deo humana placeat victima conſecranda: quando in vnoquoque hominum, totius ſacrificij apparatus inuenitur plenisſimè: ipſe Sacerdos eſt nobilioribus infulis conſecratus: nec aliunde victimam requirit, qui ſemetipſum immolans, litat gratius: nec templo foris eget, qui ſeipſum Spiritui ſancto templum auguratur: nec erigit altare alibi, cum intus in corde ſuo, impollutum altare inauguretur Quid hic ſacrificando iam deſideres? ſuo ordine, paucula congeramus. Gladio eleuato iam iam filium immolaturus, ſuſpenditur ab ictu pio Abraham, & audit à Deo: *Per me metipſum iuraui, quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio tuo vnigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli.* Geneſ.22. verſ.16. & quæ ibi fusè adduntur. Geneſ.22. v.16. Vtrinque tamen non leuis dubitatio exſurgit: cur enim hinc, ſacrificium deſtinatum ſolummodo, nec mandatum executioni; tanquam res facta tantopere commendetur: nec ſola piæ mentis intentio: Sed ipſummet opus quaſi plenè peractum, laudari videatur? deinde cur adoleſcenti egregio Iſaac, qui conſtantiſſimè vincula ſponte ſubierat, ictum ſperabat: nihil promittitur, ſed plena præmia Patri deſtinantur: intacta corona Abrahæ reſeruetur? ſed optimè vtrique ſatisfacies, ſi attendas, non tam ſuſpenſam illam filij: quam verè peractam Patris immolationem celebrari: ſe quidem re apsè pridem immolarat Abraham, quando auidè præcepti aſperitate deglutitâ, filium immolandum propoſuit. Re ergo ipsâ peractum iam hic fuerat ſacrificium: res facta interceſſerat: quid ni ergo ſacrificanti ſimul, & ſacrificato Patri præmia apparentur? ita eſt: victima & Sacerdos ipſe fuerat Abraham: cuius coronæ partem, filius quantumuis mactaretur, à Patre glorioſius mactato participaret. Hoc viſus reſpexiſſe Chryſolog. ſerm.10. vbi de D.Petrus Chryſol. geſto hoc Abrahæ, ſic concludit. *Se immolabat in filio: ſanctificabat mentem ſuam, lætificabat fidem ſuam, vt eſſet idem victima & Pontifex, Sacerdos & ſacrificium. Patris, Patris erat paſſio ibi tota, vbi filius immolabatur: ignarus filius ſiſtebatur, neſcius filius aptabatur vinclis: vt tolleret de Paſſione Martyrium, præmium de pœna Patris, de conflictu Patris, raperet coronam.* Quaſi illud præſtantius eſſet ſacrificium, vbi Pater ſe, ſuimet Sacerdotem exhibebat.

828. Relicturis iam Hebræis Ægyptum Paſcha fœliciſſimum indicitur: mactandus Agnus typicus apparatur, auguſtiſſimum ſcilicet præ omnibus figuratiuis Sacramentum. Videbatur ergo nunquam cultûs exquiſitioris, ritus impenſiores adhibendos: nunquam ſacratiorem ſub debitis ceremoniis Sacerdotem aduocandum: quàm ad victimam illam, quæ victimis omnibus longiſſimè præſtabat: audi tamen quid addatur: *Immolabitque eum, vniuerſa multitudo filiorum Iſraël, ad veſperam.* Exod. 12. verſ.6. ergo ad Exod.12. v.6. ſublimius ſacrificiũ vnuſquiſque è vulgo, Sacerdos deſtinatur? planè. Voluit enim Deus, ſummo hoc honore, licet figuratiuum Iudaicum populum condecorare: credo, vt Chriſtianum populum inſtitueret, fore vt ad ſummam dignitatem eueheretur, dum Singuli Sacerdotes, immolandis nobiſmetipſis, poſſumus conſecrari. Myſterium, non tamen myſterij medullam notat Philo Phil.Iud. Iud. lib. 3. de vitâ Moyſis, poſt med. vbi ita. *Eius menſis die quarta decima, ſub ipſum tempus,*

quo

quo Luna suum orbem solet complere lumine, celebratur migrationis publica festiuitas, quam Chaldaice Pascha nominant. Quo tempore, non vt aliâs plebei homines, victimas adducunt ad altare, mactandas à Sacerdotibus: sed iubente lege, tota gens sacrificat, dum pro se quisque mactat hostiam suis manibus. Tunc vniuerso populo concelebrante latas epulas, dum quisque se gerit pro Sacerdote: nonnulli, &c. Sed quidem in hac figurâ, illa erat mysterij medulla, qua Populus Christianus, gens sancta, vt ait Petrus, & regale Sacerdotium instituitur. Vnde in re simili, benè D. Paulinus epist. 42. carminea, sic nos
D.Paulin. instituit.

Occidat Amalech, & piè sanus, Deo
Peccata carnis immolet:
Quibus peremptis, interit quoque Zabulus
Inu'lus æternum i'eo.

Quasi fidelius quam Saul, 1. Reg. 15. tunc piè
1.Reg.15. sæui, religiosè carnifices, non vtcumque peccata destruamus, sed instar Sacerdotum immolemus: cum nosmetipsos Deo consecramus.

829. Hinc Apostolus ad Romanos. *Obsecro itaque*
Rom.12. v.1. *vos, fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, Hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem.* Cap. 12. v. 1. Non per potestatem, non per gloriam obsecrat Paulus, sed per Dei misericordiam: quia hoc ipsum quod obsecrabat, diuinæ misericordiæ opus erat egregium. Fauet ibi Chrysolog. serm. 108. vbi ita.
D.P.Chrys. *Quare non per maiestatem, non per gloriam Dei, sed per misericordiam Dei? Quia per ipsam solam & Paulus, crimen persecutoris euasit, & Apostolatus tanti adeptus est dignitatem.* Quasi dicat, meritò nos Apostolus, per Dei misericordiam obtestatur, cum ad tantam euehimur dignitatem: expertus scilicet, quia & ipse, ad Apostolatus honorem per eandem misericordiam ascendisset. Hæc est, ni fallor, germana mens Chrysologi: nam *vt & Paulus*: ad alios, quibus cum loquitur, comparatur. Sed quæ, inquis, hæc tanta dignitas nostra, quis honor eximius, (& non potius onus graue) à Dei misericordia proueniens, si nostra illi corpora trucidemus? Audi ibidem
Ibidem. Chrysologum, post multa. *Apostolus rogando sic, omnes homines, ad sacerdotale fastigium euexit. O inauditum Christiani Pontificatus officium, quando homo, sibi ipse est hostia & Sacerdos.* Vbi multa, quæ alibi ad rem aliam iam dedi. An non ergo dignus hic honor nobis communicatus, vnde diuina misericordia commendetur? neque caret mysterio, quod non tam animæ, quam corpora, in hoc loco ad sacrificium postulati: de quo vide pulchram gnomen Chrysol. quam dedi supra num. 384. ex serm. 109. addo alia indidem in
Ibidem. rem præsentem. *Ergo non deponi animam, sed corpus Apostolus vult leuari: & animam & corpus, id est hominem totum, ad hostiam sanctam, ad placitum Deo sacrificium, vult venire.*

830. Neque mireris, si tanti fiat à Deo humana hostia: quando vix nisi ipso met Deo immolato, videatur compensare. Reuoca huc iterum, quæ paulo ante diximus de Abrahæ sacrificio:
Genes. 22. v.15. & nota quid subdat Deus: *Benedicentur in semine tuo, omnes Reges terra: quia obedisti voci mea.* Genes. 22. v. 18. quod quidem sub eodem iuramen-
v.16. to v. 16. cadit. Iurans itaque Deus promittit Christum, (quod antea non iurarat) cuius morte, omnes Principes terræ benedicuntur: quasi promissis & præmissis tot aliis beneficiis, non satis Abrahæ gestum compensaret, filium suum immolare parati: nisi ipse Deus filium suum reapse pro hominibus immularet. D. Irenæus lib. D.Iren.
4. cap. 13. *Abraham prono animo vnigenitum, & dilectum filium suum concessit sacrificium Deo: vt & Deus beneplacitum habeat, pro vniuerso semine eius, dilectum & vnigenitum filium suum præstare, sacrificium in nostram redemptionem.* Obligauit quidem Patriarcha Deum, tam pretiosâ victima parata, vt iste piè se debitorem fateretur: & in hominum salutem filium suum immolandum traderet: tu iam hoc accepto munere non satis vnquam solues, si minus pretiosâ hostia, quàm te ipso sacrificium adornaueris: eo vel maximè, quod cæteræ absque te hostiæ vix litarent.

Reprehendebat iudaicam immanitatem Christus Dominus: tunc sic concludit: *Vt veniat* 831. Matth. 23. v.35.
super vos, omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram: a sanguine Abel iustè, vsque ad sanguinem Zacharia, filij Barachia, quem occidistis inter Templum, & altare. Matth. 23. v. 35. non est fortuita expressio ista loci, quæ in tot aliis similibus solet præteriri: multum ponderis ex circunstantiâ loci martyrio huic accessisse, vidit Christus, quam sic disertè putauit commendandam. Putarem sanctissimum hunc Sacerdotem, (quem magni Hieronymi pace, sub grauissimorum Patrum suffragio, Baptistæ fuisse Patrem, habeo probabile) iam sibi proximius Christo reuelato: sic animalium victimas in illo loco Deo obtulisse: vt corde tacito, non solum in illis victimis ex fidei traditione, figuratum Christum agnosceret, sed etiam instar illius, semetipsum offerre victimam suspiraret. Ergo voti compos, inter templum & altare, vbi victimas immolabat, ipse facilius & fœlicius litaturus, tanquam succedanea hostia immolatur. Alludit huc D. Cy-
prianus, epist. 3. ad Fortunat. vbi ita. *Za-* D Cypr.
charias Sacerdos interficitur, in medio templi, & altaris: vt illic hostia ipse fiat, vbi Deo hostias immolabat. Tu ergo si litare cupis, non aliunde hostias & vota cures adornanda, cum solummodo dignè & abundè te ipso satisfacias. Dabat olim pias, nunc iam sacrilegas, animalium victimas Iudæus: at Christianus, non in animalibus suis, sed in se ipso, condigna Deo vota reddenda inuenit. Lege in hanc rem D. Gregor. Homil. 6. in Ezechiel. qui sic con-
cludit. *Gentilis populus placere Deo, de exterio-* D. Gregor Magn.
ribus sacrificiis non quærens, per vocem Prophetia: in me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Psalm. 55. v. 13. In nobis certè sunt egregia illa vota, quæ votis omnibus sibi reddenda optat Deus, cui nulla venire potest victima pretiosior.

Iam vero, quia sacrificium hoc nostrum, non 832.
vtcunque sacrificium, sed perpetuum dum viuimus, & viuum quoddam holocaustum: non extra quærit ignem victima sacranda: intus habemus, vnde accendatur. *Inde illud. Hac* Leuit.6. v.9.
est lex holocausti: cremabitur in altari totâ nocte, vsque manè: ignis in eodem altari erit. Leuit. 6. v. 9. de quo Radulphus ibi apud Go-
defr. ita. *Intelligendum est, quacumque hora diei,* Radulph.
siue manè, siue vespere, holocaustum incenderetur, sequenti nocte totâ, super altare relinqueretur. Nobis verò innuitur, vt si holocaustum nosmetipsos Deo obtulerimus, si flammâ sancti amoris ardere cœperimus: perseueremus, ne præ abundantiâ iniquitatis,

refrigescat charitas nostra. Lucerna quippè nostra ipsa charitas est, quia preceptum Domini lucidum: ipsa enim, qua gressum tendimus operis, intus nos erudit: vt dum qua agimus, aliis ostendit, quo sequi debeant, eosdem accendit. Intus itaque est flamma illa diuina, qua sic iugiter vrimur, vt non exuramur, sed perseuerantes in altari, sic Domino in perpetuum ardeamus, vt & Proximis luceamus ad exemplum. Aptissima huc illa verba D. Gaudentij Tract. 17. de quibusdam Martyrum reliquiis.
D.Gaud. *Recepimus etiam sanctos Cineres Sisiny Martyris, & Alexandri, quos nuper in ara Againi, vni venerandæ religionis cultui attentius inhærentes, gens interfecit sacrilega, flammisque adhibitis concremauit: vt holocaustum Deo ipsi fierent, qui Christianos suos, victimas dæmoniis ministrare, increpatione iustissima vetuissent.* Sic in Religionis Martyrio: dum attentius intendimus, ne proximi mundo, carni, & dæmoni sacrificent: dum ne vitiis, & voluptatibus indulgeant, vetamus: ipsi interim in holocaustum ardemus, & gratissimum Deo offerimus sacrificium.

833. Præbes igitur te victimam pariter, & Sacerdotem: Templum desideras? ibidem in te ipso, diuinius, & augustius fabricatur. Vide quæ PP.
1 Cor.3. v.16. ad illud Pauli: *Nescitis, quia Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? si quis autem Templum Dei violauerit, disperdet illum Deus: Templum enim Dei, sanctum: quod estis vos.* 1. Corinth. 3. v. 16. quod alibi sæpe repetit. Violatur quidem hoc Templum, si quid pollutum in eo admittatur: sed destaudatur etiam, nisi debitum sacrificium adducatur: inde sacrilegij, hinc furti argueris. Vtrumque cauendum, sic monet in
Clemens. Alexand. Protrept. Clemens Alexandrinus: *Fac, vt Templum sis, castum & mundum: & voluptates ac delitias, tanquam caducum, & breuem florem, relinque vento, ac igni. Temperantia ac moderationis sapienter fructus cole: & Deo, te ipsum consecra primitias: vt non solum sis opus, sed etiam Dei gratia.* Neque sic nobile Templum, altari destituitur, ipse qui in Templum erigeris, in altare consecreris, necesse est: non alibi rite victima collocatur. D.
D. Paulin. Paulinus epist. 5. *In pectore nostro, castum altare ponentes, illa per legem iussa sacrificia ani-*
Rom.12. *malia, mactemus in vitiis.* Hinc Apostolus loco supra citato: *Obsecro vos, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentam, sanctam, &c.* Neque Templum neque altare, putauit designandum. Quid agis Paule? Hostiam exigis, nec sacrum tanto sacrificio locum administras? & vnde beneplacens hostia, obsequium rationabile, si in loco inaugurationis experte immoletur? nimirum vidit, satis ibi rem fore subintellectam: Iustus quippè, qui se simul; & victimam agnoscebat, & sacerdotem: qui in charitate ignem, & gladium spiritus gerebat: vnde aptius quam à se ipso, & Templum, & altare mutuaretur? D. Chrysolog. ad hunc locum serm. 108. supra citato.
D.Petr. Chrysol. *Esto homo, esto, & Dei sacrificium, & Sacerdos, non amittas quod tibi diuina dedit, & concessit auctoritas. Indutere sanctitatis stolam, præcingere balteum castitatis, sit in velamento capitis tui Christus, crux in fronte tui munimen perseueret, pectori tuo appone diuinæ scientiæ Sacramentum, in odorem thymiama semper orationis accende, arripe gladium spiritus, altare cor tuum pone: & sic corpus tuum admoue, Dei securus ad victimam.* Habes ergo ex dictis non solum Sacerdotem, sed etiam suis omnibus ornamentis optime excultum: habes victimam, & victimæ iugulandæ gladium, ignem accendendæ: offerendæ tandem Templum, altare collocandæ, contumax fueris, si tam pium distuleris sacrificium.

Concludo hanc pignam de altari, verbis illis Dei, Exod. cap. 20. vbi ita. *Altare de terrà facietis mihi, & offeretis super eos holocausta & pacifica vestra, oues vestras & boues, in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi. Quod si altare lapideum feceris, &c.* v. 24. obserua terrenum altare, præcipi absolutè: lapideum verò, conditionatè, quasi erigentis libito relinquatur: illud in votis Deo, hoc in permissione enuntiatur. Et fortasse propterea, aduentus & benedictio Dei, primo expressius promittitur: quæ quidem in secundo subticetur. Caussam non fursem coniecto ex D. Brunone, qui ibi ita apud Godefr. *Altare de terrà, homo est, quia de terra factus est: q. d. vos ipsos consecrate mihi: hoc enim altare, Christi carnem, & sanguinem suscipit: in hoc altari fit sacrificium Deo spiritus contribulatus. Vnde subditur: offerte, &c. In hoc enim altari offerimus, vnde nobis Deum placabilem, & propitium facimus; oues videlicet & boues: oues enim offerimus, quando patientiam & simplicitatem Deo vouemus: boues autem, quando nos sub Christi iugo humiliamus.* Benè ergo auidissimè se immolat Ludouicus, qui vt Sacerdos & victima pararetur: iam dudum se, in Templum & altare sanctissimum, per spiritus sancti inhabitationem consecrarat. 834. Exod.20. v.24. D.Bruno.

§. IX.

Deo immolatus, tibi restitueris & illustrior, vt pote Dei creditor. Redde ergo vota tua, sed consideratè: non phantasticus, non inuitus, sed voluntarius, & primitiarum celer, hilaris, & exactissimus oblator: Omnia suo ordine iam expendo.

SEd quidni auidissimus, & suauissimo perfusus gaudio, se immolet Gonzaga, qui nunquam se magis suum, nunquam meliori iure se sibi possessum recognouit: quàm dum se per vota religionis, plenissimè Christo traditum agnouit? Equidem nunquam magis meus, quàm dum ob Christum, alieno arbitrio me committo: tunc me mihi in totum restituor, cum obsequio diuino trador totus. Isaac suum diligebat tenerrimè Abraham: nec tamen nunquam magis suum, & in tutiori positum, eundem sibi fuit gratulatus, quàm dum illum, vt vidisti Domino consecrauit. Quid enim quæso est, quod loco immolandi iuuenis, aries succedaneus ministratur: Genes. 22. v. 13. nisi ostendere, alieni capitis discrimine lui, quidquid periculi iuuenis vitæ imminneret, iam deinceps gratissimà immunitate duraturæ? ergo non deseritur, sed mutatur sacrificium, vt Isaac offerenti Patri longè tutior conseruetur. Fortasse volebat id D. Zeno Veron. serm. 3. de Abrah. vbi ita. *Religiosus carnifex stringit gladium: Patris fuit quod leuauit, Dei fuit quod pepercit: nec qui feriebatur, timuit; nec qui feriebat, expauit. Sacrificium Domini, non dimittitur, sed mutatur:* 835. Genes. 22 v.13. D.Zeno Veron.

mutatur : melius seruauit filium, dum non perpecit. Quid mirum non timeret, filium suum offerre Patriarcha, quem indidem credebat in tuto collocari? cur paueret ictum Isaac, quo sperabat, se sibi longe melius restituendum.

836. Cogitabat iam Patrem Prodigus adolescens: & additur: *In se autem reuersus, dixit*, &c. Luc 15. v.17. Luc. 15. v.17. an quia in bestiam transformatus, iterum humanæ formæ restituitur? an quia per amentiam, extra se fuerat: & iam ad cor reuertere incipiebat? vttumque pium: sed singularius aliquid meditatur ibi Ambrosius. Iam non iuris sui, sed dæmonis seruus erat miser adolescens, dum vitiis indulgebat: sed resipuit fœlix, peccati seruitutem, in seruitutem iustitiæ commutaturus: tradere se Deo destinat, tantumque abest, vt inde alieni iuris reputetur: vt potius iam sibi in integrum restitutum se congratuletur: igitur quasi postliminij conditione reuertitur: fitque ad Deum redire, se sibi reddere. Ambros. D. Ambr. in catena. *Benè in se reuertitur: quia a se recessit: etenim qui ad Deum regreditur, se sibi reddit: & qui recedit à Christo, se sibi abdicat.* Et timueris per vota te Deo tradere, qui magis tunc tuus manes; & venundatus, sub tua es iam potior potestate? grandia certè aliqua vouerat, ingens aliquod votum conceperat anima illa, ad quam proinde Christus, quasi promissionis tenore delectatus, sic ait: Cant 4. v.11. *Fauus distillans, labia tua, sponsa, mel & lac, sub lingua tua.* Cant. 4. v. 11. ni fortè dixeris, in obsequium Christi, Doctrinæ verba impendisse suauissima, & tantum boc encomium promerentia: sed quidquid sit, perinde est: vel Deo in semetipso, vel in Proximorum salote, his verbis ministraret. Illud dubium: cur verha, quæ tanquam mel, è fauo labiorum, vel ad Christum, vel ad Proximos distillabant, sub eiusdem loquentis linguâ manere dicantur? an tibi, an verò aliis, verba fundis, ô sponsa? è labiis quidem, ad alios mel verborum solet stillare: quid ergo tibi, sub linguâ retinendum mel refunditur? sed non poterat res aliter euenire: nihil Christo, vel ob Christum damus, quod nobis inde melius non retineatur: ideo dulcedinem, quam aliis effundit, refundit sibi. Gellibert. Gellibertus ibi, serm. 34. *Quidquid cum dilectione offertur, non potest eius delectatione non perfrui, ipsa qua offert: omnis enim hæc dulcedo, qua prædicatur in eâ, sentitur & ab ipsâ: ab ipsa manat, sed in ipsa manet: in labiis, fauus, sub lingua mel.*

837. Diuiserat Chtistus Dominus Mnas suas, Matth. 25. Matth. 25. siue Talenta Luc. 19, Luc. 19. & seruum diligentem qui accepta quinque, in decem multiplicarat, decem ciuitatum præmio afficit generosus. Et tandem asperè puniens ignauiam Matth. 25. v.28. illius, qui talentum suffoderat, subiungit: *Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta.* Matth. citato cap. v. 28. verba sunt difficilia intellectu: nonne, qui talenta accepta quinque in decem multiplicarat, Domino suo fuerat lucratus, & ideo, vt disertè tradit Lucas, pro præmio, decem vrbes reportarat? ita est: quomodo ergo præter decem ciuitates, quas accipit in præmium, adhuc decem talenta habere dicitur? & quæ Domini thesauro reposita existimates, potius in serui peculio retenta enuntiantur? respondet optimè Origenes Homil. 8. in Origen. Genes. *Si attuleris quinque multiplicata in decem, tibi ipsi donantur, tibi conceduntur: si ergo videmur Domino negotiari, sed nobis cedunt negotiationis lucra: & videmur offerre Domino hostias: sed nobis quæ offerimus, redonantur.* Nunquam ergo magis tuus, quàm dum te Domino, hostiam viuam offers: munera quæ Deo tradis, tibi longè securius redonantur. Vide ibi plura apud Originem, de Isaac fœlicius Patri redonato: de Iobo, omnia quæ Deo consecrarat, in duplum multiplicata, recipiente: quasi hamata sint dona.

Et quidem parum erat, si dum te donas, tibi redonaueris: nisi indidem tibi clarior & illustrior redditus, redires. 838. Non solum quinque talenta, quæ fueras lucratus, & Domino obtulisti, tibi redduntur: sed etiam sors ipsa aliorum quinque, & insuper decem ciuitatum imperio cumulata. Quæsitus Christus, cuius præcepti implemento, apex perfectionis adiretur: respondit. *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo: & in tota anima tua, & in tota mente tua.* Matth. 22. v.37. Matth. 22. v. 37. nihil tibi relinquit, qui te totum & vndique vult Domino impendendum. At iam inde, qualis tibi restitueris? equidem non qualis eras, sed augustior longè: dilectio enim, vnionis arctissimæ ingeniosa effectrix, sic te Domino, cui te tradideras, colligat: vt cum tibi redderis, iam Deum tecum afferas, tibi possidendum. D. Antonius de Padua, Dom. 13. post Trinit. ibi. D. Anton. de Pad. *Si partem de te reseruas tibi, tuus es, non eius: vis totum habere? da illi totum tuum, & ille dabit tibi suum: & sic nihil habebis de te, quia habebis eum totum, cum toto te.* Id est: nihil habebis de te, vt pridem: sed longè clarius: quia cum te toto, Deum simul: imò te, sub diuinis perfectionibus quodammodo transformatum retinebis. Vouerat Anna 1. Reg. 1, v. 11. 1. Reg. 1. v.11. Domino filium nasciturum: accipit partu, & templo reddit: sed inde denuo recipit ingenti fœnore: & quæ balbutientem obtulerat Pusionem, iam se magni Prophetæ Matrem, sibi congratulans admiratur. Ideo D. Leo serm. 10. de Nat. Dom. D. Leo Magn. *Anna diu fœcunditatis aliena, Samuelem Prophetam, quem Deo offerret, enixa est: vt partu clara esset, & voto.* Imò & voto clarior: à partu enim puerum, sed Prophetam à voto comparauit.

839. Locupletatus valde Isaac, inuidiam vicinis populis commouit: sed magis mirum est, quod additur: *In tantum, vt ipse Abimelech diceret ad Isaac: recede à nobis, quoniam potentior nobis, factus es valde.* Genes. 26. v.16. Genes. 26. v. 16. erat Abimelech iste, Rex omnium quos Palestina tulerat, potentissimus: vnde ergo Isaac, priuatus homo in tantum excreuisse putandus, vt rege potentissimo, potentior & regalior haberetur? nimirum sacratus olim Deo, sic iam sibi redditur augustior, vt etiam regibus facilè præcellat. Rupertus in cap. 3. Cant. ita. Rupertus *Isaac paterno gladio sacratus, & deinde potentiâ plusquam regiâ clarus, ita vt diceret ei Rex Abimelech: recede à nobis, quia potentior nostri factus es valde.* Iam regio Parentum fastu elatus Gonzaga quo vsque immolatus deinde Deo, putetur excreuisse? Benè D. Chrysolog. serm. 103. vbi de Christo agit, sic concludit. D.P.Chrys. *Offeramus munera, quia nascenti Regi, semper publica paratur oblatio: offeramus munera, quia indeuotus est satis, vacuus adorator. Hoc probat Magus, qui onustus auro, succensus thure, sacratus myrrhâ, Christi cunabilus inclinatur.* Nota cultissimi Patris acumen: sic enim oblata à Magis munera expendit, quasi ipsi eisdem melius propterea fruerentur: iam inde puriori auro compti, suauissimè flammâ thurea accensi, & myrrha quasi

ad incórruptionem conſecrati: vt penè ab humano regno, in diuinum, cum Ludouico meo, euecti videantur.

840. Matth. 11. v.28. Inde capies ſacram illam fiduciam Chriſti conuocantis: *Venite à me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: tollite iugum meum ſuper vos, &c. Iugum enim meum ſuaue, & onus meum leue.* Matth. 11. v.28. quamuis enim ſuaue ſit, ſi tamen iugum eſt, quomodo refectionis loco promitti poterat: niſi quia iugum nomine tenus, & reuerà ipſiſſima foret ſuauitas: ſicut ſub oneris vocabulo, honoris excellentia delitescit? dum ergo religioſæ ſubdimur obedientiæ, dum Chriſto vototum vinculis colligamur: iugum quidem ſubimus ad meritum: ſed pleniſſimam, ad gaudium, libertatem: dati Deo, reddimur nobis illuſtriores: vincula oneris, in honoris monilia commutantur. D. Ambroſ. lib de Elia D.Ambr. & Ieiun. cap. 22. *Suſcipite iugum Chriſti, nolite timere quia iugum eſt: feſtinate quia leue eſt: non conterit colla, ſed honeſtat. Quid dubitatis, quid procraſtinatis? non alligat ceruicem vinculis, ſed mentem gratiâ copulat: non neceſſitate conſtringit, ſed voluntatem boni operis dirigit.* Decoris ſunt redimicula, quæ non grauant, ſed honeſtant: voluptuoſa quadam neceſſitate conſtringimur, quæ per gratiam, in bona opera dirigat voluntatem: aut vnde dura neceſſitas vocari poteſt, vbi relictâ ſibi totius naturæ libertate, ſi quid cogitur illud eſt, vt ſuauiſſimis gratiæ habenis gubernetur? vt malum quod ſponte fugere deberet, adhibitis etiam calcaribus præteruolet? planè comptior, & illuſtrior hinc natura noſtra.

841. Quid? licet nil inde grandius ſortiremur: ſatis nobis accreſceret honoris, quod Deum muneribus noſtris promereremur: aut quo maiori munere obligaret nos Deus: quàm ſi ſe munere noſtro, à nobis obligari patiatur? ſunt pulcherrima in hanc rem, verba Cellenſis lib. 1. de Ta- Cell. Abb. bern. poſt multa. *Animaduertendum denique eſt, quia bonus, & diues Dominus, & ſi non eget bonorum noſtrorum neceſſitate indigentia: tamen non recuſat munera noſtra, bonitate clementia ſua: magnum ſiquidem de profundo diuitiarum ſuarum mihi confert donatiuum, ſi acceptauerit tantillum peccatoris obſequium: cui æterno & incommutabili, vix idoneum reputauerit cæleſte, & Angelicum. Præſtabilius quoque inclinata ſumma maieſtas ad creaturam ſuam, ſi obſequia eius non recuſauerit: quam ſi ſua ſupererogans beneficia, humanis votis poſtulata præbuerit. Vſu nempe iam & conſuetudine Deus, gratis nobis ſeruire didicit: rara autem, nec ſine priuilegio gratia; ab aliquo reciprocè ſeruitutem exegit.* Lege Ludouici hiſtoriam, quámque in acceptis referret, quod reſculas ſuas Deo conſecraret, paſſim leges: magni ſibi conceſſi priuilegij gratias agebat, quod Imperio relicto, ſeruotum Chriſti Albo adſcriberetur: inde obligatior, quod tantum Dominum, minuſculo ſuo, cordis immolatione, ſuauiſſimè crederet obligandum.

842. Et quidem priuilegium eſt non vulgare, vt cum noſtra noſque omnino toties Deo debeamus: (Vnde benè D. Antonius de Padua loco ſupra citato, de. Creatione & Redemptione lo- D. Anton. de Pad. cutus, ſic ſubiungit: *In primo opere, cum non eſſes, te tibi dedit, in ſecundo opere cum malo eſſes, ſe tibi dedit, te tibi reddidit: datus ergo & redditus te debes, & bis debes, & te totum debes.*) Nihilominus quæ offerimus, munera atque dona appellat, quaſi à nobis obligatus, inſigni proptereà honore cumulandis. Sacrificabat ſimul primum illud Par fratrum, tam diſpar motibus: & addit ſacer Textus: *Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera* Gen. 4. v. 4 *eius, ad Cain autem, & ad munera eius non reſpexit.* Geneſ. 4. v. 4. Chryſoſtomus ibi, Homil. 18. & alij ex Græco vertunt: *Et reſpexit Deus Abel, & ad do-* D.Chryſ. *na ipſius: ad Cain autem, & ad ſacrificia ipſius non attendebat.* Abeli itaque munera ſiue dona aſſignantur: at Cain miſero, tantummodo ſacrificia, non oblata non data, ſed quaſi in genere poſita tribuuntur. Nimirum vterque ſua, Deo debebat: ille tamen decoratur, quaſi ex propriis dona conferret, Domini ſui creditor: hic abiicitur, neque ingrato animo factâ ſolutione, Dominum promeretur. Idem. Chryſoſtom. citatus. *Aſpexit Deus* Ibidem. *ad Abel: hoc eſt accepit, gratum habuit, laudauit. Cæterum oblata, vocauit dona: vt per hoc offerentis animo, maiorem honorem haberet.* Scilicet eximius honor nobis confertur, dum quæ offerimus, quaſi noſtra fuerint, donorum loco accipi potius, quàm repeti dicuntur: nam qui nobis gratis ſeruit, raro, nec ſine ingentis gratiæ priuilegio, reciprocam à nobis exigit ſeruitutem.

Sed ex hoc tam diſpari, tam aliter vtriuſque 843. fratris allato, atque accepto ſacrificio, multa diſcimus: vnde ſacrificij noſtri acceptabiles conditiones depromantur. In primis, Primogenitus erat Cain, cui proinde ex officio, ſacerdotij dignitas adhærebat: vt ex iis quæ bonæ notæ auctores, Ad Eſau hiſtoriam ſcribunt, ſatis colligitur: & tamen litante Abele, illius ſacrificium non attenditur, & quaſi non offerret, prætetitur. Diſce Religioſe. Ni talem te geras, vt quæ promiſiſti, & ad quæ ex officio teneris, perfectè impleas, à quouis pio ſæculari, palma tibi cum gloriâ præripietur: gratior iſte, in diuino conſpectu apparebit. Mira eſt in hanc rem parabola illa Chriſti Domini. *Homo quidam* Matth. 21. v.28. *habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: fili vade hodie operare in vinea mea: ille autem reſpondens ait, Nolo: poſtea autem pænitentiâ motus, abiit. Accedens autem ad alterum, dixit ſimiliter, at ille reſpondens ait, eo Domine. Et non iuit. Quis ex duobus, fecit voluntatem Patris? dicunt ei primus.* Matth. 21. à v.28. audacter promptus, offert ſecundus: præmittit reuerentiæ titulum, dum Patrem, Dominum appellat, quaſi lubens illius ſeruituri adſcribatur: nec tamen pergit ad opus, quod promiſerat. Primus ille inurbanus verbo, nolle ſe dicens: tamen voluntatis paternæ laudatur executor: neque ſubſequens miniſterium, præmiſſa irreuerentiâ conſpurcatur: vnde hoc? quia illud *Nolo*, non tam proteruiæ erat, quam libertatis: nolebat ſe voto & promiſſione obligare: (nulla hìc culpa) quia tamen operi ipſi, prædicto verbo, renuntiaſſe, poterat præſumi: iam pœnitentia motus, licet non voueat, pleniſſimè exequitur. Secundus vero, dum promittens mentitur, ipſâ promiſſione turpior damnatur. Fauet Origenes ibi: Homil. 18. *Vide ſi potes vti parabolâ iſtâ, ad eos qui* Origen. *modicum quidem, aut nihil promittunt, neque virginitatem, neque alium, ſecundum Euangelium, ſpiritualem actum: operibus autem oſtendunt id, quod nec ab initio, vſque ad verbum promiſerunt: è contra eos, qui magna promittunt, nihil autem ſecundum promiſſionem ſuam huiuſmodi agunt. Dicit enim aliquis: Virginitas ſuper me eſt, propter quod nolo eam: & maius eſt quam virtus mea, abrenuntiare hanc vitam, & vacare ſpiritualibus*

rebus

rebus : & postea recogitans, ad meliora se tradit,
quam profiteri videbatur in primis. Alij autem auda-
cter multa promittunt , nihil autem secundum pro-
missionem suam agunt huiusmodi. Habes Religiosi
ignaui, & feruidi sæcularis, putos purosque mo-
res effigiatos.

844. Ergo sicut Cain, miser iste secundus, audacter,
temerè , & inconsideratè promisit : quod non
nisi verbo tenus, adimpleret. Caue Religiose, ca-
ue ! attentè considera , quod promittis : (atten-
tissimus legitur processisse Gonzaga) ne phan-
tasticè reddas, quod reddere exactissimè deberes:
Gen.21. v.1. ne vè obiecto cedas impedimento. Isaac natiui-
tatem descripturus Moyses , sic habet : *Visitauit*
Dominus Saram , sicut promiserat , & impleuit quæ
locutus est : Gen.21.v.1. Saræ potius, quam Abra-
hæ , collatus filius narratur in hoc loco : idque
quasi necessario fieret , vt promissio Domini ad-
Gen.17. v.10. impleretur ? & merito , riserat enim minus con-
fidens Sara, cap.17.v.10. ad promissum: vnde pu-
tari posset , obiecto obice , diuini beneficij pro-
missionem reuocandam. vt ergo ostenderetur,
quam consideratè & verè Dominus promisisset,
Sara huc adducitur filium accipiens , quem po-
Oleast. tius retardatura videbatur. Oleaster ibi. *Aduerte*
quod non obstante risu Saræ & Abrahæ Dominus
quod promiserat adimpleuit , vt in hoc suam ostende-
ret veracitatem. Sic ergo ad Dei æmulationem
piam , consideratè voueamus , vt quasi præuisis
iam omnibus obstaculis, nihil postea non imple-
tum relinquamus. Sed rem clarius in Deo homi-
ne contemplamur. In primo incarnationis in-
Ps.39.v.8. stanti , sacrificium se Patri obtulit Christus Do-
minus : vnde illud : *Holocaustum pro peccato non*
postulasti, tunc dixi : ecce venio : in capite libri scri-
ptum est de me, vt facerem voluntatem tuam , Deus
meus, volui. Psalm.39. v.8. tam volens, immo lu-
D.August. bens accedebat : vnde non immerito sic ibi ad-
dubitat Augustinus. *Ad sacrificium passionis , vo-*
luntarius accessit , meritòque prædixit Psalm.53. vo-
luntariè sacrificabo tibi. Sed forte dicas : quomodo in
Euangelio dixit : Pater si possibile est , transfer à me
Calicem hunc , &c. *& quidem distantia videtur esse*
voluntatis. Cur enim si tam volens accesserat, in-
choandum iam sacrificium visus refugere ? at
Idem. quidem non tam ipse refugit, quam nos instituit:
benè idem Augustinus. *Intelligimus aliud esse, quod*
secundum vnitatem diuinitatis exprimitur , vbi dicit:
Ego & Pater vnum sumus: aliud, quod secundum ho-
minis est locutus affectum : quem innuit cautum esse
debere : nec præsumere, quod facilè implere non possit:
ne, dum præmium quærit, incidat sacrilegium. Volens
ad Religionem per plures annos currebat, & an-
helabat Ludouicus : & tamen vt tandem immo-
letur , & vota emittens onus subeat : non detre-
ctat, sed tractat diu, quid ferre recusent, quid va-
leant humeri : nec præsumit incautus , quod im-
plere nequeat : sed integro (de Societatis institu-
tis) biennio, se præparat, rem considerat: ne dum
præmium quærebat, incideret sacrilegium.

845. Expendit grauiter illa Leuit.1. art. v.2. vbi ad
Leuit.1.v.2. holocaustum , mascula offerenda præcipiuntur;
Radulph. Radulphus ibi, apud God. sic scribens. *In hostijs*
pacificis nulla habetur discretio maris , & fœminæ :
vtrunque enim offerri potest : in holocaustis vero , soli
masculi offeruntur : ad illam enim mediocrem vitam,
mens etiam infirma sufficit : ad perfectionis vero cel-
situdinem , non nisi virtus idonea est. Egregiam &
generosam virtutem indicat , qui se Christo in
Religione tanquam holocaustum (quam vocem
propterea sæpe , & in formula votorum vsurpat
magnus Ignatius) consecrat, & addicit. illud mi- Leuit.1.
hi solummodo hæret, quod additur v. 10. *Quod* v. 10.
si de pecoribus oblatio est, de ouibus, siue de capris ho-
locaustum : Agnum anniculum , & absque macula
offeret. Agnus & masculus, & immaculatus quæ-
ratur; bene est. Sed cur etiam bimestris, aut seme-
stris, aut saltem decimestris , non sufficeret ? cur
totus requiratur annus , vt Agnus ritè veniat of- Radulph.
ferendus ? respondet pulcbrè idem Radulphus. *In*
agno anniculo , propositi firmitas figuratur : in anno
enim , solis expletur circulus. Ne ergo simplices vo-
uere præsumerent , quod postea implere non possent:
agni anniculi iubetur offerri holocaustum: diu nanque
deliberandum est, quod semel statuendum est. Ad exi-
miam aliquam , & raram sanctitatem , alumnos
suos euectos cupit Societas : quos non contenta
anno, probat biennio: ingentes illis, instituti no-
stri interim , proponit difficultates , iugem Cru-
cem : vt re diu considerata, ad votorum cum Lu-
douico veniant immolationem.

Statim filium suum , iubenti Deo immolare, 846.
paratus Abraham : nihilominus per triduum de-
ducitur, vt quò ex assiduâ consideratione liberior
esset voluntas, oblatio etiam foret liberalior: vn-
de & reddendo Deus liberalissimus. Neque caret Gen.22.
mysterio quod dixit : *Benedicam tibi* Gen.22.v.17. v.17.
vel quod in Græcu habetur magis Emphaticum: LXX In-
Benedicens , benedicam tibi. Quasi non vtcunque terp.
opus illud bonum esset, sed ita perfectum : vt ad-
instar primorum Dei operum , sex diebus produ-
ctorum, diuina benedictione probaretur. inde, ni
fallor, maximè : quod non casu quodammodo, &
fortuito : sed rationali tridui dispositione , per-
actum. Fortè ad hoc triduum respiciebat Philo
Iud. lib.2. Allegor. dum Abrahamum maturè, & Philo Iud.
consultè operantem sic commendat. *Rectum est*
omnia , propter Deum facere , quem propter nec dile-
cto filio parcimus, &c. *pulchrè & illud dictum: bene-*
dicens benedicam. Multa enim benedicenda quidam
faciunt, sed non in hoc vt benedicantur : nam & ma-
lus, officia quadam facit, sed non officiosè : & ebriosus
furensque , interdum sobria loquitur , facitque , sed
non mente sobria : & pueri admodum infantuli , non
ex rationali habitudine , (nondum enim rationem à
natura didicerunt) multa tamen tum dicunt, tum fa-
ciunt, quæ ratione præditi. Vult autem legislator , sa-
pientem , non per occasionem , & facile, fortuitoque,
rationabilem videri : sed ex habitudine dispositioneque
rationali. Sic ergo opus, vt benediceretur, peregit
Abraham , quia non temerè , facilè , & fortuitò,
sed ex rationalis considerationis habitudine im-
molauit.

Ergo consideratio præcedat necesse est , vt in- 847.
de fœlix constantia subsequatur. Hoc est, quod in
re simili voluit Christus , cum dixit ad Discipu- Matth.10.
los. *In quancunque autem ciuitatem, aut castellum in-* v.11.
traueritis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi ma-
nete , donec exeatis. Matth.10. v.11. de quo graui- D.Ambr.
ter D. Ambrosius serm.32. ita. *Sancta planè , &*
diuina sententia , qua & discipulis eligendi optionem
primitus detulit , & facilitatem penitus amputauit :
prouidit enim modum statuendo , ne vir sanctus , aut
citus esset in iudicando , aut leuis in hospite commu-
tando : sicut enim nobis permisit arbitrium, ita & vo-
luit , nos tenere constantiam. Et quanto attentius
prouidendum , quæ nobis sit Religio ingrediun-
da , quid nuncupandum votorum , vbi mutatio,
non solum inconstantiæ, sed etiam sacrilegio de-
putatur ? ideo in re tanta , nobis toto biennio

permittitur arbitrium, vt inconstantia tota amoueatur: datur primitus diuturna optio eligendi, vt facilitas penitus amputetor.

848. Ab inconsiderante ergo animo Cain, profecta munera, omnino displicuerunt: nisi enim quid, & cui voueas, attentè consideres, dona quædam phantastica, nec tam munus, quam muneris speciem & similitudinem videberis offerre: ad quæ proinde Dominus non respiciet. Benè Tertull. Tertull. lib.2. contra Marcion. c.22. *Si client Diuiti aut Regi nihil desideranti, tamen aliquid vilissimi munusculi obtulerit: quantitas & qualitas muneris infuscabit diuitem & regem, an delectabit titulus officij? At si cliens ei munera vltro, vel etiam dicto ordine sua offerat, & solennia regis obseruet, non ex fide tamen, nec corde puro, nec pleno circa cætera quoque obsequia: non consequens, vt Rex ille, vel diues exclamet: quo mihi, similitudinem munerum?* Quasi hinc etiam, immo maximè infuscaretur Rex, id est, quasi fœdandus munere offenderetur: quod licet munus foret pretiosum: tamen ex corde non puro, & pleno, iam phantasticum, & quasi vana muneris similitudo offerri videretur. Tu legeris quæ Patres passim de Cain sacrificio scribunt, déque Domino illum reprehendente: & videbis, quam ficta oblatio, ab animo simulato proueniret. Ponderat grauiter idem Tertull. ibidem lib.4. cap 8. ad Lucam 4. v.42. Luc.4. v.42. cur Christus toties in desertum instituendas turbas secum abduxisset: & respondet. *Solennis & eiusmodi regio Creatoris: oportebat sermonem illis quoque videri in corpore, vbi egerat aliquando & in nube: competebat & Euangelio habitus loci, qui placuerat & legi.* Quasi dicat: Hinc optimè, (id impius negabat Marcion) Christus Creatoris esse filius probatur: vt enim olim sermo Dei, id est filius sub nube latens, populum in deserto ductabat, sic idem modo in corpore turbas ducit & instituit in deserto: ne scilicet aliquid figuratiuum præcederet, quod postea realitas non impleret. Sic odit Deus figuram, cui realitas non adhæreat: neque illud ducatus beneficium & donum sub nube hominibus exhibitum, se dignum habuit, nisi illud postea corpore compleret, & putaueris dona tua, diuino fore conspectui grata, si foris ad speciem pulchrescant, nisi intus pleno animo foueantur?

849. An votum Iephte pium foret, eiusque complementum, acceptum Deo: dubius in vtramque partem versat magnus Augustinus tom. 4. quæst. 49. D. August. in Iud. Ego ex cæteris patribus sanctum vtrinque fuisse, probabilius ibi puto cum Serario. Sed ad rem motum, nil vetat, in contrariâ sententiâ satis probabili, nunc procedere. Vouit imprudēter Pater puellam innocentem, & tandem imprudentissimè, & impiè votum complet: *fecit ei, sicut vouerat.* Iud.11. v.39. Iud. 11. v.39. & patitur numen hoc scelus: nec quauis indigno patre, virgunculæ innocentis saltem pietate commouetur? adolescentis robusti Isaac scilicet ictus suspenditur, quasi diuinis oculis præ teneritudine spectaculum ferre non sustinentibus: & puellæ tenerrimæ, lubenter (quod æquum putabat ignara) se tradenti, gladius non arcetur? & meritò: nam vt virgini nex illa, gloriæ: sic patri, pœnæ durissimæ dabatur: nec dignus, cui vlla fieret remissio. Nimirum vt inconsideratus vouit, sic etiam ficto animo victimam, immo victimæ similitudinem admouit: putabat, tanquam Abrahæ, sibi ictum à Deo reprimendum: sed frustra, nam dum præmium quærit, incidit sacrilegium: & qui se Sacerdotem affectu, & pontificem credi voluit: effectu ipso parricida & carnifex innotuit est. Ideo D. Augustinus citatus. D. August. *Possemus dicere Deo displicuisse tale votum: & ad illam perductum esse vindictam, vt Patri potissimum filia vnica occurreret,* &c. *donec perficiendo quod vouerat, se ipsum percuteret orbitate grauissima, Deum autem nequaquam hominis immolatione placaret: & ideo huiuscemodi patri pœnam fuisse retributam, ne impunitum talis voti relinqueretur exemplum: aut ne magnum aliquid putarent homines se vouere Deo, cum victimas humanas vouerent, & quod est horribilius filiorum: aut non vera, sed potius simulata eadem vota essent, cum velut exemplo Abrahæ sperarent, qui vouissent, Deum prohibiturum talia vota compleri.* Deinde post molta, id etiam errātem Iephte sperasse, ait Augustinus: indeque aliquid illi laudis conatur tribuere: quod tamen in contextu explicationis meæ, non admiserim. Habes igitur infœlicem exitum vouentis inconsideratè, phantasticè reddentis. Phantastica planè munera reddidit Cain: quia vt habet Rupertus in Cat. Lippom. Rupert. *Cum Deo offerret sua, se ipsum sibi retinuerat.* Quod quam vacuum sit sacrificium, supra dixi. *Porrò Abel* addit Rupertus, Idem. *primo cor suum, deinde rem suam offerendo, plurimam hostiam per fidem obtulit.* Vnde & iste vouentis Religiosi, typus est optimus.

Et quidni displiceat phantasticus oblator, qui 850.
sua donans, se sibi retinet: quandoquidem qui talia sacrificaturus accedit, inuitus potius, & coactus, quàm vltroneus & spontaneus venire comprobatur. Vide quid de his fratribus narret scriptura. Gen.4. v.3. *Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ, munera Domino: Abel quoque obtulit de primogenitis gregis, & de adipibus eorum.* Gen.4. v.3. iste admittitur, & ille repellitur: credo, quia in muneribus suis, latentes cordis affectus referebant. Pende mihi quam sit diuersa munerum cōditio. Terra iam pridem maledicta, thesauros suos auarè recondens, non nisi afflicta iugi cultoris labore, & desudantis industriæ sulcata ferro, quasi euiscerata cogitur in fructus. At oues, nulla pastoris arte, ipso naturæ ductu, vltroneæ edendis fœtibus administrant. coactos igitur terræ fructus eligit Cain, quasi & ipse inuitus sacrificaret: vltronea ouium germina, parat Abel: qui & ipse spontaneus offerebat. Iosephus lib.1. Antiq. cap.3. Ioseph. ab illis verbis ὁ θεὸς δὲ, &c. Quæ sic vertit Hamerus. *Deus multo magis gaudet hoc sacrificio, quando honoratur spontaneis, & a naturâ ipsâ ortis, quam quæ auari hominis ingenio, violentia quadam, producta sunt.* Non solum ergo sacrificator Phantasticus se subtraxit, sed etiam munuscula vacua, inuitus protulit: quæ proinde vtrinque Domino displicerent.

Non est facilis illa Pauli consequentia: *Vbi* 851.
Rom. 5. v.21. *abundauit delictum, superabundauit gratia: vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam, in vitam æternam, per* IESVM *Christum.* Rom. 5. v.21. Si enim per delicti abundantiam mors regnauerat: satis videbatur, si per abundantiam gratiæ vita regnaret: quamuis ergo, per Christum gratia non solum abundet, sed insuper superabundet: non tamen id, quasi necessaria consequentia, videtur inferendum: cum satis, vt dixi, si par pari referebatur, videri posset. Quid ergo habent infinitæ Christi gratiæ opera, vt infinitæ peccati malitiæ operibus, collata: non solum abundare, sed superabundare necessario

intelli gan

intelligantur? visus acutè respondere Gellibertus serm. 21. qui ita ad hunc locum. *Vbi delictum, ibi seductio & fallacia intercessit, ideo non ex omni parte voluntarium videtur. In Gratia vero, nihil non ex proposito, nihil non ad libitum, quomodo ergo non efficaciora sint voluntaria bona: quam velut aliqua ex parte, coacta mala? & verè efficax gratia, & artificiosa: nescio quid magis mirer, artificium coactionis, an efficaciam saluationis! vtrunque in beneficio gratum est, & voluntas, & euentus.* Oblatus est Christus, quia ipse voluit: voluntariè omnino Patri sacrificauit: vnde infinita eius gratia, infinitæ protoparentis malitiæ, sed ex aliqua parte coactæ, necessario superabundat. Sic & nos priscis peccati, superuenientibus Gratiæ operibus, ex Christi merito, non solum abundamus, sed superabundamus, si nosmetipsos voluntariè Domino iugulemus. Nimirum Passionis suæ Calicis compotores non cogit Christus, qui solummodo vltroneos sacri epuli conuiuas admittit lubēs. vnde in illud Assueri epulo: *Nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendum.* Esther 5. v. 8. vbi Stephanus Cantuar. *Quoniam nolentem non cogit Dominus: filios vult, non seruos: tanquam homines, suos ducit, non tanquam asinos. Vnde in ædificio Tabernaculi, Moysi dictum est: ab omni vltroneo accipies.*

Esther. 1. v. 8.
Stephanus Cant.

852. Sed adhuc in hoc infaustissimo Cain sacrificio illud expendendum, quod citato dicitur testimonio: *Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain,* &c. Displicuit Deo tardum post multos dies munus oblatum: debuit statim, vbi primitias collegit, eas Deo consecrare: sed qui inuitus accedebat, nectebat moras amotis alienas. Ambrosius ibi apud Lippom. *Duplex culpa: vna, quod post dies obtulit: altera quod ex fructibus, non ex primis fructibus: sacrificium autem & celeritate commendatur, & gratia.* Quin & secunda hæc culpa, ex primâ illâ oritur necessario: non potuit primitias offerre, tardus oblator: primas sibi; Deo secundas reseruabat. Id expendit Græcus Suidas ab illis verbis, ὁ Ἄβελ, &c. *Abel primogenita Deo sacrificans, Dei amatiorem se magis ostendit esse, quam sui ipsius: vnde & propter bonam hanc suam voluntatem, à Deo laudatus est, Cain verò impiè sibi ipsi prima germina reseruans, Deo vero secunda offerens, merito abiectus est. vnde & scriptura inquit: factum est post dies aliquos, &c. tanquam propter hoc reprehendatur Cain, quod non frugum primitias obtulerit Deo, sed post aliquot dies secundas.* Quidni Abelis instar, Deo tantopere placeret Ludouicus, qui vt infantiæ, pueritiæque iam olim celerrimus, sic modo iuuentutis primitias prudentissimus in Religione consecrauit?

Gen. 4. v. 3.
D. Ambr.
Suidas.

853. Id verò attentius in his Abelis primitiis ponderandum: quod sic prima obtulit, vt etiam optima forent: quod fusè notant Patres, dum immolatos gregis adipes expendunt. Nimirum, non vtcunque primitiua cupit Deus, sed quæ in suo genere fuerint excellentia. Arguebat Deus Heli Sacerdotem, ob filiorum culpam, præ aliis obiiciens: *Magis honorasti filios tuos, quàm me: vt comederitis primitias omnis sacrificij,* &c. 1. Reg. 2. v. 29. Tantummodo in primitiarum sacrificia, pueri delinquebant? absit: omnium erant sacrificiorum sacrilegi violatores. Cur ergo solum primitiæ memorantur? respondet Abulensis. *Primitia duo designant: primo enim modo primitia dicuntur secundum prioritatem Temporis: alio modo, secundum prioritatem dignitatis, &c. scilicet quod Sacerdotes comederent, quod melius erat, in toto sacrificio.* At quando in oblatis vtraque prioritas concurrit, vt cum prima sint tempore, sint etiam honore præstantia, qualia Abelis, & Ludouici mei munera fuere: omne ferunt punctum; vndique diuinum beneplacitum promerentur. Sed quoniam de Primitijs, in Concept. opere non pauca dixi. Solam offerendi celeritatem exactius ponderabo.

1. Reg. 2. v. 29.
Abul.

Exigit ergo Deus, vt in votorum religiosorum sacrificio, prudentem illam Philosophiæ regulam obserues: *Festina lentè.* Id est, vt postquam longâ considerationis trutinâ (de quâ suprà) negotium tam arduum lentè expenderimus: iam certi è re nostra, è Dei vocatione esse, alacres atque celeres festinemus. Philo Iudæus lib. de sacrificio Abelis, ita de Cain. *Duplex se ipsum amantis crimen: vnum, quod post aliquot dies, non continuo gratias egit Deo: alterum, quod de fructu obtulit, non de primo fructu,* &c. *Oportet eos qui boni aliquid faciunt, praeuolare ante alios, & incunctanter amoliri impedimenta omnia. est autem optimum opus, summi illius, primariique boni, placatio sine cessatione dilationeque: ideo preceptum extat: Si voueris votum, non cunctaberis id reddere. Votum igitur est petitio boni alicuius, à Deo: mandatum autem, vt voti compos, coronam offerat Deo, non sibi, idque sine mora, si fieri potest.* Vouerat à puero Ludouicus, Religionem: ipsumque votum, tanti boni petitio quædam erat à Deo: ergo iam voti compos, sine mora gloriam & coronam non suis viribus, sed diuinæ gratiæ (id intendit Philo) attribuit: dumque sui ipsius immolatione per paupertatem, castitatem, & obedientiam, Deum placat: etiam Imperij sui coronam illi prosternit. Lege ceremonias illas, quibus typicus Agnus comedi præcipiebatur: vbi signanter additur: *& commedetis festinanter.* Exod. 12. v. 11. quod pulchrè ibidem expendit ita Philo. *Accingamus igitur, & expediamus nos ad agendas omnipotenti gratias, reddendumque illi sine mora honorem debitum. Preceptum est enim transeuntibus ab affectu, ad virtutum meditationem, vt accincti lumbos, pascha celebrent, expediti ad ministrandum: & induti calceamenta, quibus carnium molem ratione contineant: stentque recti, firmatis pedibus: & disciplinam habentes, virgam in manibus, ad dirigenda citra errorem, omnia vitæ negotia. Postremo iubentur properando cibum edere: quia pascha creaturæ mortalis, transitus ad Deum dicitur: & valdè conuenienter, nullum enim bonum est, quod non Dei sit, & diuinum: id igitur celeriter quære, ô anima,* &c. grauissimum est, in vltimis verbis dogma: ait enim scriptura: *Comedetis festinanter, est enim Phase, id est transitus Domini.* Vt pudeat nos in illo peragendo sacrificio moras nectere, vbi è mortali, ad immortalem ascendimus conditionem: nec in promerendo illo numine tardemus quod nobis benefacturum, celeritatem omnem meditatur. 854.

Phil Iud.
Exod. 12. v. 11.
Philo Iud.

Quæsitus Iacob à Patre, vnde tam cito venationem potuisset inuenire, respondit: *voluntas Dei fuit, vt cito occurreret mihi, quod volebam.* Gen. 27. vers. 20. Græca habent: *Quia dedit Dominus meus, coram me.* Vbi adductus Philo paulo post, expendens diuinam celeritatem in beneficiis tribuendis: eandem in reddendis officiis cœlesti Patri, à nobis ita exigit, & merito. *Faciunt igitur suum officium obedientes filij, qui naturam Patris imitando, incunctanter cum omni festinatione, quod bonum est, agunt: qui nihil pulchrius facere possunt,* 855.

Gen. 27. v. 20.
LXX. Interpr.
Philo Iud.

quàm

quàm quod honor aut Deum ſine dilatione. Lentè igitur re conſideratâ, & apparatis omnibus, ad ſacrificium tuum neceſſariis, ſic feſtina, vt nulla mora obſtrepere tanto conatui, polluere tantum propoſitum cernatur. Talis Abraham, io filio im-
D. Zeno Veron. molando, de quo D. Zeno Veron. ſerm. 2. *De filio hoſtia parabatur feſtina: denique implere ſacrificium, ne mora faciat peccatum: neceſſariis Sacramentis protinus preparatur.* Non incuſantur moræ illæ, quæ in probandâ victimâ, in præparandis neceſſariis Sacramentis connectuntur: ſed culpabilis illa eſt, quæ paratum iam ſacrificium retardat: quæ feſtinaturum impedit ab officio. Habet io
Leuit. 19. v. 13. hanc rem pondus, præceptum illud Leuitici. *Non morabitur opus mercenarij tui apud te, vſque mane.* cap. 19. v. 13 non enim longum videbatur vnius diecculæ ſpatium, imo & interiectæ noctis curſus, vt culpæ imputaretur tantilla dilatio. Ecquis ergo Mercenarius iſte, mercedis ſuæ ſollicitus ſic exactor, qui diecculæ moram, iniuriam ſibi reputat: cui proinde præcipit Deus, ne in craſtinum merces differatur? Chriſtus, ni fallor; qui ſic nobis piiſſimus miniſtrauit, vt noſmetipſos exigat in mercedem. Stephanus Cantuar. ad c. 49. Gen. vbi de Iſſachar, qui mercedem ſignificat: ſic tan-
Stephan. Cantuar. dem ad rem noſtram. *Merces, ſignificat populum Chriſtianum: pretioſo Chriſti ſanguine redemptum: nos enim ſumus merces Chriſti. Vnde ſic in lege præcipitur: non moretur opus Mercenarij apud te vſque mane, quia non debemus differre vſque in craſtinum, quin ſtatim Chriſto reddamus mercedem ſuam: id eſt corpora noſtra, hoſtiam ſanctam, Deo placentem.* Impietatis eſt in re tam neceſſariâ, in negotio decentiſſimo procraſtinari.

856. Infeſtabãt Ægyptum, vrbem, Palatium, & Regem, ranæ importunæ: ſcatebant fœdiſſimis animalculis ædes, menſæ, lectus: hinc auribus moleſtè coaxantibus, inde corpori morſu moleſtiori adhærentibus: deprecatur plagam Pharao, & fictè humilis veniam precatur. Ad quem tunc
Exod. 8. v. 9. Moyſes: *conſtitue mihi, quando deprecer pro te, &c. vt abigantur ranæ, & tantum in flumine remaneant.* Exod 8. verſ. 9. quis non putaret, exclamaturum ſubito, & innixè rogaturum Pharaonem, vt ſtatim, vt nulla interpoſita mora, à ſe peſtis hæc peruicax arceretur? at vide quid reſpondeat. *qui*
v. 10. *reſpondit cras.* v. 10. quid hoc eſt rei, mortalium ſtolidiſſime? in manu, in ore tuo eſt, hodie liberari, purgari ſubito, abſolui ſtatim: & in craſtinum, coruorum æmulus, rem dilatas? impius erat: timebat ſe, vero numini, addicere, & conſecrare: vtque diutius impietati adhæreret, malebat ranarum plagæ, quam aliunde faſtidiebat, ſubiacere. Fuſus in hanc rem, toties citatus Phi-
Phil. Iud. lo: quem intercerpo. *Nimirum orbatus animæ oculis, quibus ſolis natura comprehenduntur incorporea, ne innari quidem repente voluit, &c. cum deberet in tanto conflictu conſtitutus dicere: nunc illico precares maluit rem differre, dicens cras: vt per omnia impietatis mollitiem retineret.* Caue ergo paratum iam, & ſtatim reddendum ſacrificium, in craſtinum vſque deducere: ne Pharaoni inſiſtens, cum miſero Cain abiiciaris.

857. Neque ſatis eſt ſi celer, niſi etiam hilaris, & Ludouici inſtar, perfuſus gaudio accedas. Hinc
Leuit. 2. eſt, quod Leuit. cap. 2. ferè omnia ſacrificia, oleo conſpergi præcipiuntur: de quo ibi Galfridus.
Galfrid. *Quid oleum, niſi cordis hilaritatem ſignificat? vnde: vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ funde ergo ſuper primitias tuas oleum: vt cum propter Deum, ulterius te ſubdis imperio, obedientia laborem libenter ſuſtineas, & deuotè: hilarem enim datorem diligit Deus.* Sed hæc conditio trita eſt, & cuiuis notior, quàm egeat explicatione. Solum obſeruo locum iſtum Pauli, qui munera noſtra, non ex triſtitia, non ex neceſſitate, præcipit offerenda. *Hilarem* 2. Cor. 9. v. 7.
enim datorē diligit Deus. 2. Cor. 9. v. 7. obiter etiam cauſſam inculcare, cur tam hilares ad offerendum debeamus accedere: ſi enim Deus diligit hilarem datorem, vt grato commercio remuneret oblata; An non remuneratio eſt ipſa lætitia? an non remuneratio, poſt acceptam lætitiam, æterna vitæ dator appellaris, qui æquiori iure emptor dici poſſes. D. Ambroſius ſerm. 39. *Beata eſt eleemoſyna,* D. Ambr.
quæ & accipientem reficit, & lætificat erogantem: hilarem enim datorem diligit Deus: atque ideo melius eſt illi prius dare. lætus ergo & hilaris eſt, qui pauperibus ſubminiſtrat. rectè planè lætus eſt, qui per nummulos paucos, æternos theſauros ſibi cœleſtes requirit. Quaſi inde gratum Deo hilaris datoris munus, quod in ipſa oblatione rependi ſibi ſentiat hilarior, quod obtulit: nec Deum, tardum queratur in ſoluendo. Quod in ſacrificio noſtro, vt pote excellentiori: longè clarius, & magnificentius percipitur.

Sub his conditionibus iam vota noncupans 858.
exactiſſimus eiſdem implendis perſeuera, ob oculos ſelectiſſima Cellenſis lib. de Pan. cap. 4. verba verſans continuo, vnde pulcherrima monita deduces. Ergo ille ita. *Eſt autem voti præ-* Petr. Cell.
uaricatio, mortis attrectatio. Qui circa votum delinquit, eſt quaſi equi pullus, qui ſine freno, in præcipitium currit: qui autem contra votum facit, quaſi qui currens in frenum impingit. Planum eſt itaque, lapſum ſine impedimento obligationis, demum facilius poſſe reſurgere: quam illum, qui vtroque indiget, & caſus ſcilicet, & impedimenti ſubleuatione. Non tamen iccirco Ægyptus fœlicior, aut ſecurior, quia impurior: hoc enim eſſet malè facere, vt euenirent bona, ſi ob hoc Religio non ſuſciperetur, ne poſtea grauius, ex tranſgreſſione arrepti propoſiti, condemnaretur: iam enim is, pro mole infidelitatis punitur, cuius animus tali timiditate à bono reprimitur. Talis eſt huiuſmodi formidine detentus, qualis qui de Iſraelitis, conſideratione maris rubri, vel acerbitatis deſerti Moyſem non eſſet ſecutus. veniamus ergo ad deſertum Religionis, &c. Vbi deinde multa in hanc rem, grauiter & appoſitè ſubiungit, quæ alibi, ſcriptis noſtris iam inſerui. pergo, in hâc omnimodâ exactione votorum obſeruanda.

Mirum eſt in hanc rem, Præceptum illud Le- 859.
uitici. *Animal, aut quod immolari poteſt Domino ſi* Leuit. 27.
quis vouerit, ſanctum erit, & mutari non poterit: id v. 9.
eſt, nec melius malo, nec peius bono, &c. cap. 27. v. 9. Eſto enim bonum aliquid, & pretioſum, in peius aliud mutari non poſſit: quia ſacrilegi foret furti hæc commutatio: cur tamen quod malum erat, in melius mutari non poſſet, quod religioſioris cuiuſdam liberalitatis videretur? putarem ita factum, quia licet abſolutè hic pietas poſſet quandoque intercedere, tamen permiſſâ mutatione, anſa dabatur, vt ſub pietatis prætextu, votum quod exactè implere nolebat, in aliud re ipſa facilius, aſpectu ſolo aſperius, quaſi propterea melius, commutaret. Heu! quot hodie deploramus Religioſos, qui deſides & faſtidioſè ignaui, ad primæ vocationis onera exactè adimplenda: ſub prætextu aſperioris Religionis quærendæ, delicias quærunt: ſtrictioris quam horrent diſciplinæ iugum deſerentes. Mitius, &

magia

Radulph. magis myſticè, ſed tamen totus ad rem noſtram, locum iſtum explicat ibi Radulphus apud Godef. ſic ſcribens. *In tantum omnis Apoſtaſia Deo execrabilis eſt, vt quidquid ſemel ſanctificatum fuerit, non patiatur ad id quod fuerat reuocari, ſed omnem excludit mutationem: Animal quod ſibi vouetur hoc exigit: & ne aut melius malo, mitior ſcilicet, quam in voto fuerat carnis caſtigatio: aut peius bono, minor videlicet quam promiſſa eſt boni operis executio, voti locum ſuppleat, interdicit.* Prima Radulphi verba, etiam germanum & litteralem ſenſum huius præcepti continent: ideo enim mutationem prædictam vetabat Deus, ne quod ſemel ſacratum voto fuerat, in profanos iterum vſus redigeretur: quod ex v. ſequenti ſatis patet. Exactiſſimus ergo perſiſte, reddendo voto: quidquid enim ſubtrahas, poſtulatis è ſacrilegio pœnis, apud Deum qui rapinam in holocauſto odit, compenſabitur.

860. Iam Manna, viſum vitiato palato inſipidiſſimum faſtidientes Hebræi, carnes ſuſpirant: quibus annuens Dominus, eſcatilem Coturnicum pluuiam indulget: & addit textus: *Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuſmodi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum,*
Numer. 11. v. 33. *percuſſit eum plagâ magnâ nimis.* Numer. 11. v. 33. ſed quæ inquis tanta culpa, ſæuiſſimum ſupplicium conflauit? an carnium eſus, erat in prohibitis? nullo modo. An in Leuitico, inter immundas aues Coturnices numerantur? nequaquam: maximè cum à Deo hic mitterentur. Quid ergo in his miſeris ſic diſplicuit? immodicum certè illud deſiderium, quo carnibus inhiarunt: ita vt non tam præſens ille actus edendi, quam cupidinis præteritæ effrenatio puniretur. Reſponſio tamen iſta, quamuis legitima, non tamen facilis. Concupiſcentiam culpæ lex Moyſis interdicebat, non tamen ita expreſsè, atque præciſè, vt Euangelium: de quo legendus omninò Maldo-
Matth. natus cap. 5. Matthæi. Aliarum verò rerum concupiſcentiam quæ licet imperfectionem inuoluerent, non tamen grauem culpam importabant, lex non vetabat, id enim perfectiori gratiæ ſeruabatur. Cur ergo tam ſeuere punitur in hoc loco carnium concupiſcentia, quæ quamuis grauiter culpabilis, non tamen ita expreſſa erat in prohibitis: vel ſi leuis, vt vult ſtatim citandus Saluianus: nullatenus tam aſperè videbatur punienda: cum nullo modo prohibita videretur? reſpondet
Saluian. Saluianus lib. 6. de prouid. *Vniuerſa gens Hebræorum, cum per eremum iter ageret, quia conſuetudinarias carnes deſiderauit, partem ſuæ plebis amiſit. Et quidem interdictum nondum fuerat, ne deſideraret: Sed legali, vt reor, obſeruantiâ proficere Deus voluit, vt rebellem concupiſcentiā coërceret: quo facilius cunctus populus agnoſceret, quantum euitare deberet, quæ Deus ſcriptis cæleſtibus interdiceret: quando etiam illa, eum admiſſa læderent, quæ nec dum lege vetuiſſet.* Qui igitur nuncupatis votis, cæleſtem tibi legem impoſuiſti, imò expreſſam crucis normam ab Euangelio accepiſti, exactiſſimus redde promiſſa tua: quibus vel leuiſſima concupiſcentia contraria ſæuiſſimè punietur: dum religionis Manna faſtidito, ſæculi ollas appetis ſpurciſſimas.

861. Scilicet cum Deo pactum iniiſti: ſtabile vtrinque ſit, neceſſe eſt: vtque ex parte Dei deficere non poteſt: ſic ex tuâ, indeficiens iugiter per-
Geneſ. 17. v. 4. ſeueret. Hinc ille ad Abraham. *Ego ſum: & pactum meum tecum.* Geneſ. 17. verſ. 4. videtur prærupta ſententia: & tamen, nulla interim dici potuit conſequentior. *Ego ſum, qui ſum:* reſpon-dit Deus Moyſi, Exod. 3. quo diuinæ naturæ Exod 3.
conſtantiam, & immutabilem conditionem declarauit: pulchrè ergo ad locum noſtrum Lyra- Lyranus.
nus. *Ego ſum. Ac ſi diceret: ſicut ſum immutabilis, ita pactum meum erit firmum, & ſtabile tecum.* Tunc verſ. 9. *Et tu ergo cuſtodies pactum meum.* Geneſ. 17. v. 7.
Vt exactiſſimus inuicem Deo reſponderet. Quantum enim nefas, vt diuino in obſequio deficias, quando ille immutabilis, tribuendis tibi inuigilat beneficiis. Diſce è Gonzaga, qui vel etiam minimos conſtitutionum apices ſic obſeruauit, vt nec ſilentij regulam breuiſſimo vnquam verbulo violauerit: ſic in cæteris exactus, vt omnes leuioris ponderis regulas, inſtar diuini præcepti cuſtodiret.

§. X.

Iuſtorum inſigniores, ad Angelicam virtutem euecti: & quandoque vltra. Ludouicus condigne Angelici titulo inſignitus: haud temerè ſupra Angelos aliquas creditur collocatus.

His virtutibus ſic profecit Ludouicus, vt 862.
merito Angeli cognomen ſortiretur: neſcias quid ab incunabilis in illo radiaret, quo Heroina mater, illum non tam filium, quam *Angelum ſuum* vocitaret: Reuerendus admodum Pater noſter Claudius Aquauiua, huius hiſtoriam typis mandari permittens, virtutes iuuenis *Angelicas* appellauit: & quod caput eſt, venerabilis Rotæ congregatio, in proceſſu canonizationis illius, illum meritiſſimo *Angelici* titulo decreuit inſigniendum. Nihil in Ludouico carnis reſpirabat, totus ab hominibus excedens, in terris adhuc, cæleſtium ſpirituum choris viſus commorari. Sic ſolet egregia ſanctitas, rara virtus mortales nonnullos è vulgo hominum ſecernere, Angelico proinde Albo deſcribendos: vt huc faciant verba
Abbatis Cellenſis, lib. 1. de Tabern. Iuſtorum Abb. Cell.
miniſteria Angelicis conferentis. *Cherubim & Seraphim charitate inflammati, quaſi ori diuino, cibum, & potum deferunt, cum omnimodo aliis ſpiritibus vicinius, ordine & amicitia dignitate aſſiſtunt. Throni in veritate ſtantes, ſeſſionem placidam, & placitum præbent. Principatus & poteſtates, quaſi aquam & manutergium ſuggerunt, eum nos defendendo ab beſtibus, gratiam ſecuritatis, & audaciam repugnandi conferunt. Dominationes, pedes abluunt, cum noſtra peccata ſuis poſtulationibus imminuunt, & dominationem ſuper peccatis acquirunt. Virtutes, incenſum boni odoris accendunt; cum de ſanctorum virtutibus, gratias incomprehenſibili maieſtati referunt. Archangeli lucernam accendunt, cum myſteria profunda ſecretorum cæleſtium reuelando exponunt. Angeli Mana reponunt, cum à nobis diuina conſilia abſcondunt: & theſauros includunt, cum à malignis ſpiritibus, noſtra bona opera defendunt, & in conſpectum Agni deferunt. Eodem ordine Eccleſia, quæ etiam ordinata vt caſtrorum acies incedit, & in ſingulis miniſtrorum ſuorum ordinibus, ſingulas Angelorum virtutes accipit.* Inde meus Ludouicus, vt ex charta eius Autographâ, fert eiuſdem hiſtoria, inter nouem Angelorum choros, miniſtraturum Deo, atque hymnos canentem ſe conſiderabat: planè. non obſtrepit degener Anſer inter Olores: ſed ſuauitate ſuſpirij, gemitus concentu, Angelicam melodiam aſſiſtit conditurus.

Orabat

863. Orabat Elias pluuiam è cælo: dumque eius puer per sex vices nouus astrologus, nullum ibidem signum auspicaretur: redit tandem hilaris: quippe. *In septima vice, ecce nubecula parua, quasi vestigium hominis ascēdebat de mari.* 3 Reg.18.v.44. [3 Reg.18. v.44.] quod vt audit Propheta, exauditum se à Deo sibi gratulans, instantem pluuiam nuntiat Achab. & vnde tam exigua nubecula, tantos spiritus ingeneraí, tam generosam fiduciam immittit Eliæ? nimirum non nubis magnitudinem, sed formam expendebat. Orabat pro hominibus, & his iam Deū placatum coniectabat: cur enim in cælo, nubeculam in hominis vestigium Deus efformaret: nisi vt ostenderet esse aliquos iustos, qui adhuc in hoc mortali corpore, iam cælū ipsum calcare videantur, sui ibidem quasi impressa vestigia relinquentes? quid ni ergo talium iustorum meritis, impiorum condonanda peccata, gratias impertiendas terræ speraret Elias? obscurius, sed in hanc mentem, ni cæcutio, it Clemens Alexand. in Protreptico, sic scribens. [Clemens Alexand.] *Quis cum cæli possit esse ciuis, Erebum persequetur? cum ei liceat colere Paradisum, & cælum circum circa obire: vitalisque, & puri esse fontis particeps, per lucidam illam in aëre suis vestigiis ambulando nebulam, & contemplando, vt Elias salutarem pluuiam?* quasi & ipse Elias dum oraret in terra, iam Angelorum instar cælos obambularet: & vestigium suum agnosceret in nubecula. Orat Ludouicus meus, sed Angelis intermixtus: gaudet cælum vestigiis adolescentis purissimis, calcari, insigniri.

864. Quærebat ab Ariolis suis Nabucodonosor, & somnium, & somnij sacramentum: ad quem tunc isti: *Non est homo super terram, qui sermonem tuum Rex, possit implere, &c. Nec reperietur quisquam, qui indicet illum in conspectu Regis, exceptis Diis, quorum non est cum hominibus conuersatio.* Dan.2.v.10. [Dan.2.v.10] & 11. mirum dictum! nonne isti licet idololatræ, Prophetarum Hebræorum spiritum audierāt, quibus huiuscemodi multa reuelata? certè non poterant, in tantâ notitiâ, in tanto vicinæ gentis commercio obsurdescere: quid ergo tam asseuetanter, apud Regem, qui in re tam graui, vel etiam leue mendacium puniret sæuus: id hominibus omnino denegatum statuunt, solumque Diis, id est, Angelis à Deo id accepturis, concedendum? quia nimirum Prophetas illos sanctissimos, iam non homines, sed Angelos æstimabant: quorum scilicet non erat cum hominibus prauis, in terrâ: Sed in cælo, cum Angelis purissimis conuersatio. Richardus [Richard. Victor.] venerabilis de Erudit. Interp. hom. lib.1. cap.6. *Si per Deos intelligi quis velit non Angelos, sed homines diuinitus inspiratos, quorum conuersatio non sit cum hominibus, hoc est humana sapientibus, eo quod iam veraciter dicere possunt, nostra conuersatio in cælis est: nihil verius dici potest: multa enim ex diuinâ inspiratione agnoscunt, quæ humanam inuestigationem excedunt.* Signanter igitur de his Diis, siue sanctis dicitur: *non est homo super terram:* quia licet homines sint, non iam super terram, sed super cælum, Angelorū instar incedere videntur. Idem Richardus. [Idem.] *Si vero sententia illa superior ad hunc sensum accommodetur, nihil in ea nisi rectum sonare videtur. Non est homo super terram, qui, &c. Quasi dicatur, nemo eorum qui super terram sunt; nisi illi tantum, qui cælesti conuersatione cælos ascendunt.* Quis hos tales, iam non meritò Deos, id est, Angelos potius, quam homines appellarit?

865. Dormiente Christo in nauiculâ, exoritur tempestas valida: suscitant discipuli Dominum, imperat iste ventis, & mari: & ecce venti in sibilos suauissimos iam mitescunt, mare in malaciam placidam subsidit. Tunc addit Matth. *Porro homines mirati sunt dicentes, qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?* Cap.8.v.27. sto Bedæ, eum Maldonato, qui hos homines, alios fuisse à discipulis, putat: [Matth.8. v.27 Beda Mald.] an verò in aliis nauibus forent, quod vult Maldonatus, an in eâdem cum Christo, & discipulis, non contendo. Sed cur non mirantur discipuli? quia iam assueti erant his miraculis, inquit Maldonatus: & meritò: Sic solent (vt rem exemplo illustrem) rustici, aut peregrini opulentioris alicuius Regis apparatum mirari, operibus percelli: quæ tamen familiaribus, vtpotè ordinaria, quantumuis non vilescant, prætereuntur. Illud in hac re dubium: admiratores hosce sic *homines* appellari, vt iam discipuli ab hominum & nomine, & munere exclusi videantur. Quid ita? credo quia discipuli, vtpotè iusti, & Christo Domestici, si quo nomine, Angelico potius quàm humano erant appellandi: dum tamen Angelicum titulum subticet Euangelista, saltem illos, ab hominum appellatione separauit. Nunc capies Chrysol. serm.73. ad hunc locum. [D. Petrus Chrysol.] *Discipuli sunt, qui accedunt ad Dominum, qui suscitant eum, qui saluari se, humili supplicatione deposcunt. Homines vero dicuntur, qui elementa taliter Domino obediisse mirantur. Verè homines sunt, & sæculi homines, qui mirantur ad obedientiam Christi mundum esse conuersum: qui templorum vertices, velut vndarum tumores, stupent sic esse deiectos: qui idolorum spumas, dæmonum vident turbines sic fugisse: quos attonitos reddit Christiani nominis toto orbe profunda & diffusa tranquillitas.* Essent ergo homines naturâ discipuli: certè non erant *sæculi* homines: quin potius iam per gratiam, in conditionem Angelicam euecti.

866. Post longa illa oracula, quibus filios benedixerat Iacob: addit sacer textus: *Obiit appositusque est ad populum suum.* Genes.49 v.32. habent verba [Genes.49. v.32.] non leuem difficultatem. Bene D. August. tom.4. [D. August.] lib.1. in Genes. quæst.168. *Ad quem populum apponatur, non in promptu est videre.* Nec immeritò: à Iacob enim per duodecim filios Patriarchas, populus Israël descendit: nec dum populus erat ad quem apponeretur. Neque ad iustos recurras qui ad Adamum vsque præcesserant: quia, vt rectè ibi expendit Augustinus, tam pauci nominantur, *vt eos populum appellare cunctemur.* Ecquis ergo [Idem.] populus iste *suus*, cui Iacob fœliciter moriens adnumeratur? respondet tandem pulchrè August. *An forte populus est, non solum hominum sanctorum,* [Idem.] *verum & Angelorum: populus ciuitatis illius, vnde dicitur ad Hebræos 12. Sed accessistis ad montem Sion, & ad ciuitatem Dei Ierusalem, & ad millia Angelorum exultantium. Huic populo opponuntur, qui post hanc vitam placentes Deo fiunt: tunc enim dicuntur apponi, quando nulla iam remouet sollicitudo tentationum, & periculum peccatorum.* An non ferè Angelicus reputabatur, qui populum Angelorum, suum vocabat: qui tanquam non degener ciuis, in ciuitatem sanctam ascendebat, post Christum, mille & mille Angelis interserendus? Hinc capies, cur tam lubens moreretur: nouerat migrationem potius esse ad Patriam, quam è vitâ exitum: vnde ait: *Ego congregor ad populum meum.* [Genes.49. v.29.] Vers.29. quasi dicat: tantum abest, vt mortem timeam: quin potius illi insulto: Angeli olim colluctator, & iterum Angelorum castris custoditus: diuino gratiæ munere in Angelicam penè conditionem euectus, non tam morti subdor:

quàm

quàm populo meo, i d est, Angelico discedo congregandus.

867. Certè hilaritas illa qua Ludouicus noster mortem subiit mortem experiuit, satis Angelicam eius vitam demõstrauit: Accedebat ad conciues suos, ad populũ, pené Angelus, Angelicũ: insultabat morti, à quâ nouerat Angelos alienos: nec Angelus timere morté poterat. Subdo exemplum. De fœminis, quæ vncturæ in sepulchro Christum accurrerant, addit Matthæus, post visos Angelos, nuntiaturas Matth. 28. v. 8. cum gaudio discessisse: *Et exierunt cito de monumento, cum timore & gaudio magno, currentes nuntiare discipulis eius.* Cap. 28. vers. 8. longè aliter Marcus: *At illa exeuntes fugerunt de monumento: inuaserat enim eas timor, & pauor: & nemini quidquam dixerunt.* Marc. 16. v. 8. Marc. 16. vers. 8. illic exeuntes, hic fugientes dicuntur: illic pauore, hîc etiam magno gaudio affectæ: hîc mutæ, ibi nuntiæ declarantur. Nulla tamen in re diuersitas: quia ni, fallor, primos Marcus affectus ex mero timore conceptos, explicauit: Matthæus verò, quid iam paciores, & agerent, & sentirent, exposuit. Sed cur tantopere pauent sepulchri aspectum, quod iam Angelorum luce pulchrescebat? cur locum, vbi Angeli lubentissimè immorantur, diutius non sustinent expectare: quia licet pio amore venissent, imperfectæ tamen, sub dubia resurrectionis Dominicæ fide, persistebant: nondum excellentior virtus, ad Angelicam illas euexerat conditionem: vnde mortalitatis suæ conscias, sepulchri mortisque horror inuadit, quo commoratores ibi Angeli D. Petrus Chrysol. arctati non poterant. D. Chrysol. serm. 82. *Angelus sedet in monumento, de monumento fugiunt mulieres: quia ille de cælesti substantiâ confidit: turbantur istæ, de conditione terrenâ. Sepulchrum, qui mori non potest, timere nescit: mulieres autem & de facto tremunt, & sepulchrum sicut mortales adhuc, mortaliter expauescunt.* Et non habeas iam Angelum, Ludouicum, quem nullus mortis pauor, nullus sepulchri horror potuit inuadere? nimirum, vt alibi fusius dixi, perfectorum mors, non solum somnus, sed etiam vita venit appellanda: Angeli sunt, nesciunt timere sepulchrum, qui mori nequeunt.

868. Sed quid mirum, ad Angelicam dignitatem iusti euehantur? certè non raro, Angelos ipsos, insignioris virtutis superant excellentia. Ideo Idem. Chrysolog. serm. 120. post multa de virtutum exercitio, sic concludit. *Et ita viuens, non prosternit mundum? non proterit carnem? non diabolum vincit? non æquatur Angelis? non maior est cælo? planè maior cælo: quia cælum non mouetur sponte, non voluntate agit, non iudicio agit quidquam, sed solâ necessitate seruit semper, quia semel iussum est seruire: impollutum se, non viribus, non labore custodit: vnde cum non sit obnoxium pœnæ, sic tamen, nec consistit ad præmium. At homo ex terrenâ vilitate concretus, dum terrenam labem vincit, dum sanguinis stimulos frangit, dum carnis exsuperat passiones: transcendit cælum, ad ipsam Deitatis peruolat sedem, & sic fit maior cælo: meritis supergreditur Angelos, non naturâ.* Comparatat Christus Dominus cælorum regnum, sagenæ illi, tam diuersorum piscium collectrici: deinde subdit: *Sic erit in consummatione sæculi: exibunt Angeli, & separabunt malos, de medio iustorum: & mittent eos, in* Matth. 13. v. 49. *caminum ignis.* Matth. 13. vers. 49 ergo iusti isti, iam dotibus gloriæ, Christo configurati, non poterant à malorum commercio, absque Angelorum operâ se inuicem separare? ergo quasi aut desides, aut infirmi, nisi ab Angelis adiuti, impiorum cateruis confunderentur? absit. Non tam indigent potentiori adiutorio, quàm famulans quodammodo ministerium requirunt. Scilicet multi iustorum erunt, qui quàm cedunt naturâ Angelis, tam eosdem meritis antecedunt: lubenter ergo his pariter Angeli occurrunt. D. Chrysologus serm. 47. D. Petrus Chrysol. *Exibunt Angeli parere iustis. Nec quisquam dubitet, sanctis, Angelos esse parituros, quibus obsequium suum promittit & Christus: Christi vox est, præcingam me, & ministrabo vobis.* Ecquis dignior famulatus poterat existimari?

De Lazaro iam mortuo, ita Christus. *Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno.* Luc. 16. v. 23. de quo bene Chrysolog. serm. 121. 869. Luc. 16. v. 23. D. Petrus Chrysol. *En fratres, quàm rerum lamentanda mutatio. Pauperem portant Angeli, & diuitem deglutit infernus. En fratres, mors pauperis totam diuitis vitam vicit: & statio sola pauperis, totam diuitis pompam transcendit, & gloriam.* Poterat quidem anima iam soluta, ad designatum sibi locum facilis conuolare: portatur tamen ab Angelis, vt deductio illa, pompa quædam, & gloriæ triumphus videretur. At quidem sufficit vnus tantummodo Angelus, toti cælorum orbi, quasi per otium leue conuoluendo: quid ergo in hoc loco, non vnus, sed plures Angeli, oneri subeundo aduocantur? Triumphanti duci, satellites, milites, centuriones solent adproperare: gaudet vnusquisque illorum, laureatum currum tangere, & quodammodo deducere: triumphabat tanquam dux, mendicus fœlicissimus: accurrunt quasi ad digniorem Angeli famulantes: gaudet vnusquisque piâ ambitione Lazaro famulari, quasi doliturus si ab hoc honoris onere arcerent. Fatet D. Chrysostomus ibi, in Cat. Aur. D. Chrys. vbi ita. *Non sufficerat ad portandum pauperem, vnus Angelus: Sed propterea plures veniunt, vt faciant lætitiæ chorum: gaudet vnusquisque Angelus etiam tantum onus tangere: libenter talibus oneribus prægrauantur, vt ducant homines, ad regna cælorum.* Pende τὸ *tantum onus*: quod vnusquisque Angelorum, quasi inde decorandus, tangere gaudebat: certè non erat illud ingens pondere, sed dignitate: neque mole, sed meritis prægrauabat.

Pergebat Iacob iam iam æmulo fratri occursurus: & ecce ei, *obuiam Angeli Dei: quos cum vidisset ait: castra Dei sunt hæc.* Genes. 32. vers. 1. 870. Genes. 32. v. 1. nota illud *obuiam*: quod acutè sic expendit ibi Rupert. Rupertus in Cat. Lippom. *Pro magnificentia viri accipimus, quod dictum est, fuerunt ei obuiam Angeli Dei. Non enim dictum est, quia apparuit Angelus, vel apparuerunt Angeli ei, quod & multis accidit: Sed dictum est, quod fuerunt ei obuiam Angeli Dei: quod insigne sonat victoriæ, & meriti, cui pro gloria triumphi, pompa cælestis obuiam procedens, festiua exceptione lætum obsequium præbuerit.* Gloriosas patientiæ coronas ab idololatra socero, Iacob portabat: vnde tanquam triumphatori, non tanquam socij congratulationem afferunt Angeli, sed tanquam minores præstant obsequium, turmatimque canentes epinicium, occurrunt. Ideo non repente apparent, quasi subito terrore metum incussuri: Sed è longè visi, & obuiam venientes; festiuam apparatûs pompam, & choræas instituunt officiosi. Hinc paulo post colluctaturem Angelum cunstringens, audit ab illo: *Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis.* vers. 28. veniebat enim Angelus Genes. 32. v. 28.

Dei nomine, nuntius ad Iacob. Sed qoid est, for-
D. Athan. tem fuisse, contra Deum? respondet D. Athanasius,
quæst. 102. *Erat consilium Esau, ipsum occidere;*
ideo etiam cum Angelo luctatus est, qui dixit ei; me
victo, num hominem times? cognoscebat vero, se Deum
habere adiutorem. Quasi in illud virtutum culmen
ascendisset Iacob, vt Angelus se victũ apud illum
fateri non erubesceret; iamque fratrem timere non
posset Iacob, qui in Angelum præualeret.

871. Longè maius est illud, quod de hâc luctâ, sic
Ose. 12. v. 2. scribit Oseas. *In fortitudine suâ directus est cum An-*
gelo: & inualuit ad Angelum, & confortatus est:
fleuit, & rogauit eum. Cap. 12. v. 2. qui in fortitu-
dine dirigitur congressurus, qui io antagonistam
inualet congressus: non putandus est flesse, non
rogasse: ergo Angelus in corpore phantastico, vt
apparentes lachrymas, sic etiam veras preces fu-
disse credendus. Ecquo altius Iacobi sanctitas eue-
cta describi potuit? sed quid igitur inquis flebat
Angelus, quid rogabat. Erat iste, vt Hebræi vo-
lunt, Angelus eostos Esaü, qui prænoscens fore,
vt Iacobo terram promissionis ingresso, alumnus
suus inde amandaretur, in peccata deinde, & gen-
tilicos penè mores discessurus: aoxius & piissimus
sollicitabat Iacob oe eò ingrederetur: (nota obi-
ter suauissimam vigilantis custodis diligentiam)
si fortè retentus in terrâ illâ sancta Esaö, neque
benedictionem desperans, in officio se contineret,
inque diuino cultu perseueraret. Lyranus ad illa
verba Iacob: *Vidi Dominum facie ad faciem, & salua*
Genes. 32. v. 30. *facta est anima mea.* Genes. 32. v. 30. ita. *Quia non*
Lyranus. *præualuit mihi, sed è conuerso. Hæc est igitur expositio*
Hebræorum: & secundum hoc, exponitur illud Oseæ 12.
de Iacob: Inualuit ad Angelum, & confortatus est:
fleuit & rogauit eum. Itaque ly fleuit: *refertur ad*
Angelum: eo quod Esaü, cuius erat Angelus, per-
debat benedictionem. Scilicet, sic solet in profanis
certaminibus, qui se iam, post attentatas vires, ad-
uersario imparem agnoscit, ad lachrymas & preces
confugere, his ipsis, clarius quàm porrectâ herbâ
victorem aduersarium contestatus. Tu si legeris
attente Ludouici nostri historiam, quam merito
Angelicus dicatur deprehendes: sed in ea parte
aliquibus etiam Angelis putaodos gloriosior,
quod ex terrenâ vilitate eôcretus, Angelicam con-
ditionem consequeretur. Et quidem si multi sunt
sancti in cælo, qui non paucos Angelorum cho-
ros superant: Ludouicus, qui (vt habes in reue-
latione illa beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi)
non solum saoctus, sed *Magnus sanctus*, & sanctis
multis prælatus, in cælo visus: vt penè *incredibilis*
eius gloria dicatur: haud temere super nonoullos
Angelos vixisse purior, venerit reputaodus.

§. XI.

Nonnulla Ludouici virtutes, singillatim Angelicis conferuntur.

872. VErumtamen, licet pluseulæ ex virtutibus
Ludouici, Angelicis merito venerint compa-
randæ: illæ tamen, quæ feruidum religionis ama-
torem, per religionis vota, Deo consecrarunt: eun-
dem ad Angeli dignitatem præcipuè extulerunt.
Angelica fuit Gonzagæ obedientia: Angelicâ
prænituit castitate: Angelorum paupertate ditis-
simâ radiauit. Et vnde clarius, religionis, cui fer-
uidissimè inhiauerat apicem attigisse cognosceretur,
quàm dum virtutum illarum culmen probatur
transcendisse, quibus tota religionis conditio
fundatur? de singulis nonnolla congeramus.

Obedientia Angelica.

REdeat luctator Iacob. Vrgebat iste Angelum,
& palæstrico amplexu dum constringitur,
quæsitus nomen, profert: quod ab Angelo, in
Israel mutandum, audit libenter: Sed ecce ne vel in
interrogatione cedere videatur: ab Angelo vicissim
nomen expostulat: ad quem tunc Aogelus: *Cur*
quæris nomen meum? Genes. 32. v. 29. nec mira respon- Genes. 32. v. 29.
sio? luctatur cum homine Angelus, & cedit ho-
mini: & tamen, cui lauream concedit, denegat no-
men. An forte victoris iam prolato nomine, & mu-
tato fœlicius, erubuit suum victus nomen pro-
ferre? sed Angelus nihil superbum sapit, neque hu-
militatis occasionibus confunditur. Cur ergo, qui
nomen à Iacob acceperat, suum iouicem ooo red-
debat? respondet ibi pulchrè Lyraous. *Ac si diceret:* Lyranus.
frustra quæris: quia ego & Angeli in ministerium missi,
non habemus nomina fixa & stabilia: Sed diuersa sor-
timur nomina, secundum legationes, ad quas mittimur.
Hæc est optima norma obedientiæ, quam Societas
nostra è subditis expostulat. Nullos titulos fixos
& stabiles sortimur: Sed varios, pro diuersis lega-
tionibus, ad quas in promptu sumus, ideotidem
subimus: vt qui hodie Magister erat, cras concio-
natoris munere, abolito priori titulo fungatur: qui
heri prouinciam gubernabat, hodie instituendis
pueris allaboret: qui nuper scribendo desudabat,
nunc Nosodochiis, visitandisque carceribus assue-
scat. Et bene propterea, in nonnullis prædicti loci
exemplaribus, additur: *Cur quæris nomen meum,*
quod est admirabile? quis eoim non miretur nomen
tam varium, & in tam dioersis officiis, euodem
semper animom, pro superioris nutu, perseuerare?
Hinc prouenit, vt perfectæ obedieotiæ Candi- 873.
datus, semper qoasi in excubiis positus iouigilet
attentus superioris outibus aucupandis. Narrabat
Nabuchodonosor somnium suum, id est, concepti
pauoris causam exponebat: Arborem scilicet, non
tot vernantem foliis, quot mysteria germinantem,
nimiuum vt pulcherrima erat, sic funestissimum
finem portendebat. Ergo euersionem miseræ ex-
positurus, viroresque io cinerem redactos, sic
incepit. *Ecce vigil & sanctus de cælo descendit.* Dan. 4. Dan 4. v. 10
v. 10. tumidom scilicet fastigium prostraturus. Sed
quò teodit narratio iofœlicis? insomnium putari
posset insani capitis potius, quam somnij alicuios
mystici sacramentum. Quid cælo, quid Ierusalem
supernæ, euius termini pace circundantur, cum
vigilibus? quorsum excubiæ; quorsum custodia,
vbi nullus hostilis incursus timeri poterat? è quâ
acie vigil iste, qui sic pacificam curiam incolebat?
non quidem militares excubias, sed famulantes
vigilias intellexit: non belli signo, sed obedientiæ
outui ministrabant. D. Hieronymus ibi. *Significat* D. Hieron.
Angelos, quòd semper vigilent: & ad Dei imperium
sunt parati. Angelum se præbebat Ludouicus, sic
semper vigil, sic superiorum Imperio paratus, sic
cuiuis mutando subeondi oneris nomini instru-
ctus, vt nec leuissimo motu, affectum aliquando
obedientiæ recalcitrantem præsentiret.
Quid? recolebat sæpè tacitus secom virtutis hu- 874.
ius motiua generosissima: quibus in superiore,
Deo obediens, iam nihil sibi difficile videbatur: vt
posset iouertere Virgilianum illud Æneid. 6.

Virgil.
——Non vlla laborum
Prelatus, noua mi facies, inopinaue surgent:
Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.

Vnde erat, vt sic pronus & promptus imperium
subiret: vt ante opus, iam operi accinctus putari
posset.

posset. Conducturus adolescentem in ignotæ viæ
Tob.5.v 5. ducem, in forum prodiit Iunior Tobias: & ecce, *In-
uenit iuuenem splendidum, stantem, præcinctum, & quasi
paratum ad ambulandum. Tob.5.v.5. fœlicissimâ for-
te, dum quærit hominē, Angelum inuenit. Ecquàm
multæ adhuc erant stationes peragendæ, priusquā
designata via caperetur? conducendus erat à iunio-
ri: & seniori Tobiæ placiturus: apparaturus viati-
cum: & tandem constituto itineri immittendus, &
tamen tanto antea iam præcingitur: iam quasi pe-
dem efferret, paratus ad ambulandum cernebatur:
quasi ignauiæ posset denotari, si missus, vt viatoris
habitum acciperet, habitu iam præcincto non ad-
Lyran. staret. Lyran. ibi. *Apparitiones Angelicæ in corpori-
bus assumptis, fiunt secundum proprietates legationum,
ad quas Angeli mittuntur: & quia iste mittebatur à
*Deo, ad ducendum filium Tobiæ per viam: ideo appare-
bat tanquam dispositus ad itinerandum. Facit in hanc
præuiam dispositionem, qua multo ante muneri
obeundo Angeli accinguntur; forma illa Cheru-
2.Paral.3. v.13. binorum, quos in sanctuario Salomon statuit: *Igi-
*tur alæ vtriusque Cherubim expansæ erant, & extende-
*bantur per cubitos viginti: ipsi autem stabāt erectis pe-
dibus: & facies eorum erant versæ ad exteriorē domum.
2. Paralip.3.v.13. quid enim est expansis alis, & su-
per extremos pedum articulos stare, quam se in
procinctu expeditissimos præbere, vt quouis mit-
terentur, subito conuolarent? vt ergo in cœlo, præ-
uiâ dispositione accinctos contemplabatur: sic eos
in terrâ curauit Salomon effigiandos. diceres ad
horum ideam, occasionis suæ statuam, formasse
Callistrat. Praxitelem: de quâ ita Callistratus. *Stabat autem in
*globo, summa pedum plantâ consistēs, quæ & pennis vo-
lucer exilire, prope videbatur. Talis ergo cherubica
statio, quâ & protensis alis, iam pene, antequam
mitterentur, exilire beati spiritus videbantur.
875. Angeli illi, quos supra obuiam Iacob vidimus
veniētes, sic illum festiuâ pompa exceperunt, vt in
bellico procinctu ibidem commorantes scriban-
Gen.32. v.2. tur: ideo Iacob: *Castra Dei sunt hæc: & appellauit no-
men loci illius Mahanaim idest castra Genes.32.v.2.
quasi non denuo illuc accederent, sed ibidem castra
metati & Iacobum exciperent, dimissoque, in eà-
dem statione, & quasi bellico præsidio perseuera-
rent. Sed quorsum: aut quid sibi volebat hoc An-
gelorum præsidium? diuini Imperij nutum atten-
debant: vt si quod bellum dæmones immaniter,
contra istos, excitarent: subito in auxilium occur-
rerent: & veluti leuis armaturæ, acies, huc ac illuc
terrarum discurrerent veloces. D.Chrysost. tom.6.
D.Ioann. Chrysost. serm.9. Ascens. *Sed quorsum Angelorum castra, & co-
*pias super terram vidit? nam sicut Rex iubet per singu-
*las ciuitates suos milites poni, ne graue aliquod bellum
*imminens incursionibus, infestet eas: ita & Deus, dæmo-
*nibus in aëre isto barbaris, atque immanibus semper bel-
*la suscitantibus, pacisque inimicis, Angelorum castra
*opponit: vt dum vel solum apparent, ipsos reprimant,
nobisque pacem perpetuam concilient. Quasi verò bre-
uissima illa & penè instantanea mora, qua Angeli
è cœlo in terras reuolarent, longissima obedienti-
bus putaretur: gauderētque in terris habitare, quasi
pridem faciendis excursionibus paratiores.
876. Et fortassè erant hi Angeli Iacobo familiares,
Gen.28. v.12. illi ipsi, quos supra Gen.28. v.12. descendentes, &
ascendentes viderat per scalam: nisi quod ibi tan-
quam in curia togati, hic sagati vt pote in castris
apparerent neque id absonum: gaudent obedientes
Angeli formas identidem mutare: vtque non fixa,
& stabilia nomina sortiūtur, vt initio dicebam: sic
neque habitum proprium, sed pro diuersitate le-
gationum variatum. Quod mire Societatis obe-
dientiæ congruit: ad cuius nutum, vt supra n.48. di-
cebam, toties habitum solemus variare. Quis non
miratur Stellæ illius officia, quæ in ortu Domini,
Matth.2.v.2. apparuit? ducebat magorum cateruas,
sistebat signatis horis, & stato iterum tempora re-
uolabat. subducit se ingressis vrbem, & recedenti-
bus iterum administrat: donec stans supra vbi erat
puer, vberiori fulgore comptior, quasi radiatis ver-
bis quasi lucidâ linguâ demonstraret. Vnde exha-
lationi lucidæ, tanta prudentia? vnde tam concors,
in tā variato officio tenor? Angelus erat, sub phan-
tasticæ stellæ formâ dissimulatus. Sed si Gabrieli
vt creditur, hæ nuntiandi Christi partes fuerant
assignatæ: quomodo qui sub humanâ specie pasto-
ribus se exhibuit: iam sub aliâ tam nouâ magis se
repræsentat? quia fit omnibus omnia Deo obediēs;
vt omnes Christo lucrifaciat: & qui sub homine
Rusticos instituit: iam sub stella, Astrologos con-
ducit. Multa in rem hanc SS. PP. id autem quod
difficilius videbatur: refert D.Thom. 3.p. q.37.art.
7. vbi post alia. *Alij vero dicunt, quod Angelus qui* D.Thom. Aquin.
*apparuit pastoribus, in humana specie: apparuit & ma-
gis in specie stellæ. Tam varia officia obedientes spi-
ritus solent ministrare. Ideo Abbas Cellens. lib.de
Pan. c.3. locutus de Cherubinis, qui versatili gla-
dio Gen.3. custodiunt Paradisum sic scribit. *Cum* Abbas Cellens.
*parcendum decernitur, recondunt se in vaginam: cum fe-
*riendum, emittunt sagittas, & fulgura vibrant. Inter-
*dum erecta ceruice, contra insensatos: submittunt alas,
*ad vocem humilem, & ad confessionem conuersorum:
peccantes persequuntur, confitentibus inflectuntur.
Sed obedientia in abiectis, & humilioribus tra- 877.
ctandis, longè illustrior. Magnum est, quod se apud
Tobiam, in viatoris habitum Angelus deposuerit:
maius est, quod sequitur: in synagogam, Arborem
scilicet sterilem & infœlicem, diuina exardens ira,
ait ad cultorem: *Succide ergo illam, vt quid etiam ter-* Luc.13. v.7.
ram occupat? Luc.13. v.7. quid ad hæc cultor? *Do-* v.8.
*mine dimitte illam & hoc anno: vsque dum fodiam
*circa illam, & mittam stercora: & si quidem fructum
fecerit: sin autem in futurum succides eam. v.8. sed vn-
de tibi tantum pietatis in arborem ô cultor? quid
tibi vtilitatis in alieno fructu? quid fodendi labo-
rem non euitas? quid vilissima stercora tractare
non exhorres? Domino suo stet, vel cadat: tu infru-
ctuosa arbore succisâ, sudores foueæ: & stercoris
redimes fastidia; quid ergo anxius vota sic multi-
plicas? Non erat terrenus cultor, sed cœlestis: An-
gelus nimirum (ipsissimus noster Michaël putatur)
custodiendæ synagogæ designatus, & ex diuinæ
obedientiæ præscripto, Illius procurandæ saluti,
addictissimus: qui dum sub cultoris stercora, im-
missuri parabola sic describitur, vilissimus quibus-
uis tractandis, dummodo synagogæ proficerent,
paratissimus enuntiatur. Angelum hic intelligit
Chrysolog. serm.106. quem intercerpo. *Cultor vi-* D.P.Chrys.
*neæ, qui infructuosam ficum iubetur excidere: est Præsul
*synagogæ Angelus: qui sterilitatem, quia non potest ex-
*cusare, inducias impetrat supplicando, &c. vt vilissimis
adiuta fomentis redeat ad fructum, &c. Vt iam non
mirer, si Ludouicus meus princeps Imperij tam
auide scopam, purgando ab aranearum telis
tecto, sibi ex obedientia præscriptam arriperet:
vt coram Romanis Dynastis, id vilioris mune-
ris lucentius exequeretur: Angelus erat: & in-
star Michaëlis Principis, abiectissima quæuis non
erubescit.
Post hoc Michaëlis gestum, iam alia, inferio- 878.
rum vilescunt Angelorum, adhuc tamen vnum
verbum audēdum est. Cherubinos in Tabernaculo
ponendos, sic describit Deus. *Cherub vnus sit in la-*

Exod.25. v.19. tere vno, & alter in altero. vtrunque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum. Exod. 25.v.19. Cum propitiatorium nostrum sit Christus Dominus, qui cœlestibus terrena copulauit. optimè hic vterque Angelorum ordo exprimitur: tam qui in cœlis Dominum adorant: quam qui obedientes in terris Redemptori administrant, ideo Cellensis lib.t. de Tabern. *Innuitur illa assistentium & ministrantium distributio, qua inuisibili Deo alij semper assistunt: alij ad exteriora ministeria obedientes exeunt.* quæ verba fusius alibi ponderaui. Hic tantum nota, nihil hosce queri, dum ad viliora terræ dimittuntur. Nunc addo ex Cellensi plusculá. *Ad Iudicium veniente Domino vtrunque latus eius, Cherubim tegunt: quia circumstantibus Angelis, mali videbunt in quem pupugerunt, & non videbunt gloriam salutaris Dei: boni verò reuelata facie videbunt & latabuntur. Vtrunque latus tegunt, quia separabunt malos de medio iustorum.* Quasi alij in deducendis iustis: alij tantummodo in dimittendis ad ignem Impiis Math.13. v.49. occupentur: neque tamen isti vilioribus partibus assignati, & latus quodammodo sinistrum occupantes, eum eiusdem dignitatis sint, obmurmurauerint. Tandem post multas paginas, concludit Cellensis. *Expandentes igitur alas operiunt Oraculum, quia diuinis iussionibus obedientes, sub signaculo nobis claudunt, vsque ad tempus, & tépora, & dimidium temporis; quasi sint super nos diuina consilia: minus enim solliciti efficerent, si prædestinatos esse innotesceret: efferatius quoque desperantes nos irritarent, si iam damnatos manifestarent.* Est quidem hæc perfectissima obedientia: pari curâ Prædestinatis, damnandisque incumbere: neque horum aut horrore, aut fastidio, in custodiæ conamine refrigescere. Neque prætereundum quantopere Deus in Cherubinorum figuris sibi complaceret, vt eos in Tabernaculo, in Templo iuberet effigiari: immo & in cortinis: vnde ad illud Exod. c.26.v.1. *Cortinas de bysso retorta variatas opere plumario facies.* Legit ex Hebræo Oleast. *Cherubim opere plumario facies in eis.* Nimirum velocissimi sunt Cherubini, vt habet Ps.17.v. 10. Ecclesf. 49. v.10. vbi in currum volatilem Deo expediuntur. Quod ad rem nostram citatus Oleaster sic expendit. *Videtur Dominus Cherubinorum figuris, qua sunt maxime velocitatis delectari: vt ostendat nobis, quantum delectetur in his, qui summâ diligentiâ faciunt verbum eius.* Si celerrimam Ludouici obedientiam consideres: cherubicam in corpore mortalis demiraberis.

Petr.Cell.

Idem.

Math 13. v.49.

Abbas Cellens.

Exod.26. v.1. Hebr. Ps.17.v.10. Ecclesf.49. v.10. Oleast.

Castitas Angelica.

879. Regula Societ. Venio ad purissimam Ludouici virginitatem, qua verè regulam illam nostram ex sumat.28. *Quæ ad votum castitatis pertinent, interpretatione non indigent, cum constet quam sit perfectè obseruanda: nempè enitendo angelicam puritatem imitari, & corporis & mentis nostra munditia:* adimpleuit. Planè non solum ex hac parte Angelum se exhibuit Ludouicus: sed etiam dum in carne corruptibili, spiritus custodit incorruptionem: id virtute acquirens, quod Angeli sunt naturâ consecuti: Angelos ipsos videtur superare. Tentabant Sadducæi Christum Resurrectionis mysterio obstrepentes: argutabantur, cui nam id temporis mulier quæ septem viros habuerat successiue: esset tradenda? ad quos tunc Dominus: *In resurrectione, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei in cœlo* Matth.22.v.30. Luc.signatius: *equales enim Angelis sunt.* c.20.v.36.

Matth.22. v.3. Luc.20. v.36.

Nusquam alibi tam apertè Beati homines Angelis conferuntur, quàm dum de nuptiarum carentiâ celebrantur: an quia excellentior omnium virtus absit, cum aliæ, tum charitas regina supereminent, necesse quippe est. Quid ergo venerat cum Maria Matre Christus primum virginitatis vexillum erectum, vtque noui doni extolleret magnitudinem, quasi aliud agens, eas præmissas posuit, vnde quisque pro virginitatis gloriâ infallibilem deduceret consequentiam: si enim tunc omnes Angelis æquiparabimur, cum post resurrectionem ab omni carnis commercio abstinuerimus: sequitur necessario, iam nunc Angelis computandos, quique virginitati studuerint. D.Cyprian. de Hab.virg. sic ad virgines. *Quod futuri sumus, iam vos esse cœpistis: vos resurrectionis gloriam, in isto sæculo iam tenetis: per sæculum, sine sæculi contagione transitis: cum casta perseueratis & virgines, Angelis Dei estis æquales. tantum maneat, & duret solida, & illæsa virginitas, & vt cœpit fortiter, iugiter perseueret.* Quasi iam per virginitatis compendium, ad immortalitatis statum Angelis æquales, absque mortis dispendio perueniunt. D. Cypr.

Vix peccant protoparentes, & ecce, *aperti sunt oculi amborum: cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* Gen.3. v.7. senserunt quippe, vt notant interpretes libidinis pruritum, quo ad copulam, & filiorum procreationem vrgebantur. Heu miseri! traduntur mortalitatis Imperio, iugum mortis subeunt: & miseriam filiis transfusuri, filiorum successioni sedulo admouentur: immo propterea: Homines per filiorum successionem, ad immortalitatem, quam possunt, reducuntur, qui decedentes, in filiis videntur perseuerare. Haud immeritò ergo protoparentes, iam vera immortalitate spoliati: hanc aliam in filiis succedaneam affectarunt. Nunc capies Gennadium in Cat. Par. post alia, de falsis dæmonis promissis, ad protoparentes, qui sic concludit *Nihil ex eis consecuti sunt, postquam de ligno comederunt: sed eorum loco, statim carnis perturbationes senserunt; & damnatos esse mortis, quod ea ad procreandos filios, naturali quadam necessitate irritarentur.* Quia non poterant se mortis reos, & priscæ immortalitatis expertes non agnoscere: qui naturali impetu filiis procreandis, (io quibus vtcunque viuerent) se rapi sentiebant: nondum instar Angelorum, mente incorruptâ, virgines perennarant: non ex necessitatis stimulo huc adigebantur: immo nec voluntatia arbitrio eò intendere curarunt, vtpote meliori donati immortalitate. Clarius se explicauit idem Gennadius ad c.49. vbi Iacob, ad primogenitum: *Ruben primogenitus meus: tu fortitudo mea.* v.3. de quo ita. *Id est, primus de me genitus quo nato, mihi visum est, vires contra iniurias mortali natura comparasse, per successionem.* Est enim proprium naturæ iam mortalem se agnoscentis, saltem successiuam per prolem, quali quali perennitati studere. An ergo non se iam immortales & Angelos, virginitatis studiosi recognoscant: qui has curas quasi immortalitati retentæ superuacaneas, ablegarunt? huc ni fallor tendebat citatus Cyprian. qui dictis sic præmiserat, expensâ Euæ maledictione, ad easdem virgines. *Vos ab hac sententiâ libera estis: vos mulierum tristitias & gemitus non timetis: nullus vobis de partu, circa filios metus: nec Maritus, Dominus est: Dominus vester, & caput Christus est: ad instar & vicem masculi, sors vobis & condicio communis est. Domini vox est illa dicentis: Luc.20 Filij sæculi huius generant, & generantur,* &c. Vbi obitet uota fœminas virgines, quasi in viros robora

880. Gen.3.v.7.

Gennad.

Gen.49. v.3. Gennad.

D.Cypr.

roborari : vt Christum sibi caput habeant : dicente enim Paulo mulieris caput esse vitum, viri autem Christum : quæ viri non subduntur, iam Christum, sicut viro, caput habent. Redeo. Immortales ergo nupriatum carentiâ, & proinde Angelis Dei æquales, virginitatis cultores reputantur. Vide infrà 883.

881. Luc.1. v.28. Græca. Properat ad Mariam Gabriel, & ait. *Aue gratiâ plena : Dominus tecum* Luc.1. v.28. Græca habent. *χαῖρε κεχαριτωμένη Gaude gratia plena.* Non dubium, quin Mariæ Seraphinis longè excellentioris conspectus, Gabrielem ad reuerentiam, & suauissimum quendam dedoxerit stuporem: at nuntio reuerenti, & penè turbato non tam à gaudij, quam ab humilitatis affectu, salutatio prodirura videbatur. Vnde ergo ad Reginæ præsentiam trepidus aliunde nuntius, sic inchoat quasi exultans? ex abundantia cordis, os loquebatur : perceptus denuo timor, concepto prius audita Dei legatione, gaudio, non ita potuit obstrepere, quin ab intimo, in verba vsque prodiret. Sed vnde, inquis, D. Basil. Seleuc. tam profusum gaudium? respondet D. Basilius Seleuc. Orat. de Deip. *O virginitas, propter quam Angeli hominum ministerio delegati, qui genus nostrum dudum ante auersabantur, iure meritoque exultant! lætatur Gabriel, cui diuinæ conceptionis nuntium fuit commendatum : propter quod etiam à gaudio, & gratia, salutationem suam auspicatur.* Lætatur nimirum, quia iam è Protouirgine Maria, familias virginũ ducendas auspicatò augurabatur, & vnde auguratur? quia cùm sciret, Deum ad terras descẽdere, diu ibi immoraturum, neque tamen Angelicam Curiam, secum deduxisse, nouos Angelos in terris producendos esse, coniectat prudens, qui virginitatis gratiâ id haberent incorruptibile, quod Angeli per naturam sunt sortiti. Pulchrè D Hier. D.Hieron. ad Eustch. de Custod. Virg. ita. *Mors per Euam, vita per Mariam ideoque & ditius virginitatis donum fluxit in fœminas quia cœpit à fœmina. Statim vt filius Dei ingressus est super terram : nouam sibi familiam instituit : vt qui ab Angelis adorabatur in cœlo, haberet Angelos & in terris.* Sed heu dolor! minus hodie apud aliquos hæc Doctoris Maximi sententia, omnium ferè Doctorum calculo firmata, comprobatur. Displicet fortè Hierooymus, quod Ioannis Hierosolymitani traduxerit errores : virum & seruum Eliam, virginitatis votæ prædicant Coriphæum: Mariam quanuis Reginam quâ fœminam videntur aoersari : quasi suppudeat viros non à viro, sed à fœmina virginitatem didicisse : & cum primus discipulorum ardor, nobilitas sit Magistri: ignobiliorem sexum hîc fastidiunt. Sed iterum ad rem. Noo ergo destituit, sed mutauit Curiam Christus, & nooos in terris sibi Angelos parauit.

882. Luc.1.v.7. Descripturus Lucas Baptistæ parentes ait : *non erat illis filius, eo quod Elisabeth esset sterilis : & ambo processissent in diebus suis.* cap.1. v.7. quid desideratissimo Ioanni, & omnibus Creaturis optatissimo, opus fuit, vt à parentibus iam seoioribus, & ab altero sterili nasceretur? memineris à Christo Matth.11. v.10. Matth.11. v.10. *Angelum* fuisse vocatum : pulchrè ergo iam dubio respondet Chrysolog. serm.89. *In* D.P.Chrys. *Zacharia & Elisabeth stupet sexus, frigescit caro, membra sopiuntur, tempus præterit, ætas transit, abolescit totum quidquid est & humani ordinis & negotij coniugalis : vt diuino munere, non partu ex hominibus Angelus nasceretur.* Multa suot vnde Ioannes potuit quidem Angelus appellari : sed inde ni fallor maximè, quod media Mariæ voce sanctificatus virgioitatis spiritum, & Angelicam combibit puritatem. Ideo D. Thomas Villanoua serm.3. ad prædictum elogium, Ioanni à Christo dictum sic scribit. *Laudat Angelicam puritatem, cum ait: ecce ego mitto* D Thom. Villan. *Angelum meum.* Benè ergo Ioannis Parentes iam nihil carnale sapiunt, vt Angelum in carne, id est virginem à Deipara virgine consecratum, condignè ederent: sicque Deus in terris nasciturus, nooi ordinis Angelos, sibi milites, Reginæ Matris famulos, designaret in Ioanne. Fauet Chysolog. citatus: qui expendens cur Deus, tantum virum ab Herode occidi pateretur. *Cur sacrilega, sanctum: adultera* D P.Chrys. *virginem: Angelum addixerit saltatrici.* (vbi nota pari tenore & virginem & Angelum appellari) sic responder. *Non potuit mori communi sorte, qui natus* Idem. *est priuilegio singulari: cum Christus Deus nasceretur in carne. Ioannes Angelus est generatus in terris vt ita officia terrena, officiis se cœlestibus immiscerent, sicut humanis se diuina miscebant : & in terra Deo Angelus; Domino, ordo cœlestis obsequij, non deesset.* Et benè quia singulari priuilegio Angelus virgo nascebatur, nõ potuit mori morte communi, sed illâ morte, qua luxuriam adulteri Regis reprehenderet: ibi enim Angelica virginitas fœlicius vitam, quam pro arguenda luxuriâ, pro defendendâ funderet castitate.

Iam sibi præcinxerant ficus folia protoparentes, 883. (quæ vt in opere Concept. item in spicilegio meo late probo, pruriginem, & rebellionem carnis commouebant) iam pelliti orbi, vt metallo dantur, & è Paradiso expulsi, in filiis, vnde immortalitatem sperabant, diluuio naufragantur: cum in paucis superstites relicti audiunt à Deo : *Crescite, &* Gen.9.v.1. *multiplicamini, & replete terram.* Gen.9.v.1. non certè hoc præceptum Paradisi incolis impositum audisti, quantumuis si in innocentiâ durarent, etiam filios essent edituri: quia nimirum meliori possessâ immortalitate, non effreni naturæ impetu, sed moderantis rationis ductu ad prolis sucressionem promouendi. Sed cur qui in terrâ erant. non solum crescere iobentur, & multiplicari: sed etiam replere terram præcipiũtur? an non superuacanea clausula hæc videtur: qoibus nec aqua, nec aer poterãt habitari? immo necessaria: prænouerat enim Deus nonnullos ex hominibus, qui adhuc in carne corruptibili viuentes, iam cœli incolæ possent existimari, virgines scilicet : vnde illis qui nuptias tractaturi, *terram* tanquam propriam ledem declarat occupandam. Hieron. supra citatus ad Eustoch. *Non est detrahere nuptiis, cum illis virginitas antefer-* D. Hieron. *tur: nemo malum bono comparat : glorientur & nuptæ, cum à virginibus sint secundæ: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Crescat & multiplicetur ille, qui impleturus est terram: tuum agmen in Cœlis est Crescite. & multiplicamini; hoc expletur edictum, post Paradisum, & nuditatem, & ficus folia auspicantia pruriginem nuptiarum.* Iam extra terram, iam in cœlis sunt virgines, dum nuptias in terra multiplicaturas euitant: quidni Angelis Dei æquales glorientur?

884. Qualis foret Ludouici mei puritas, noo ad imitationem, (quæ solum ratissimo priuilegio conceditur) sed in admirationem hinc commendo, quod iuuenis sanguineæ complexionis, ardentis indolis, ingenij suauissimi, nullo vnquam tempore, nullo ætatis flexu, aut corpus rebelli motu, aut spiritum cogitatione fœdâ vel leuissimè senserit attactum. Hunc tu, plenis buccis, Angelum decantare pertimuetis? hanc è lasciuiâ reportatam victoriam, quæ vnquam humana lingua condigoè celebrauerit? vt tamen potuerimus, huius victoriæ gloriam, huius gloriæ gradus expendamus. Dubita-

bam aliquando cur Christus Luc. 12. castitatem commendans, vt Patres notant, diceret ad Discipulos: *Sint lumbi vestri præcincti.* v.35. quo armaturam, & baltheum contra luxuriam assumere iubentur. (Luc. 12. v.35.) Cur enim, quod docuit Salomon, quod Paulus prædicauit, non potius fugiendam luxuriam, quàm arma, contra illam paranda, moneret sapientissimus Magister? putabamque ita factum, quia præuidebat fore aliquos, quibus gloriosius victuris, prolatâ occasione, necessaria veniret armatura, dummodo fugam capere non liceret: quæ tamen fuga in ipso prælio, vt artis multum, sic etiam non parum exhibet armaturæ.

885. Contendebat Domina eius, sed ancilla lasciuiæ, cum purissimo Ioseph: *Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras.* Gen.39. v.12. (Gen. 39. v.12.) volunt SS. Doctores, maximè Græci, meritò vestem reliquisse Ioseph: quia in castitatis palæstrâ luctator descenderet, depositâ erat veste congressurus. Verumtamen si luctaturus vestem ponit, cur aufugit? si fugere destinabat, cur ad priora verba non discesserat? (v.10.) fugeret ille lubens ad prima verba v.10. nisi prudens obsequio Domini, & amore teneretur. At postquam in certamine tactûs, collocatur pudicus athleta, nudat se necessario, sed fugit: quia nec indutus vincere, nec nisi fugæ induens armaturam, poterat coronari. ergo sic triumphator, quasi Paradisi, & noui cœli incola perseuerat. (D. Nilus.) D. Nilus in Ascet. *Pudicus Athleta cum animaduertisset, ex iis etiam quæ corporis vsui sunt necessaria, se per vim, ad voluptatis amplexum trahi: (cum sciret opus fore, vt cum Domina, quæ tenere se, & vim afferre posset nudus caret:) relicto in manu eius pallio aufugit: & egressus est foras, tanquam in virtutis Paradiso, nudus obambulans, primum illum parentem nostrum imitatus, qui præclarum nuditatis munus à Deo concessum obtinuit: quoad per calumniam in vestimentorum necessitatem incurrit: quandiu enim restitit aduersarius, suadentibus vt Dei mandatum violaret, nudus in stadio, vt luctator stetit: victus vero & ferium effectus, deposita simul, cum certandi habitu, nuditate, indutus est.* Itaque quo ad potuit, ne Dominum desereret, Dominæ pertinaciam sustinuit: sed iam in occasionis congressu athleta strenuus nudatur, à fugæ tamen præsidio reportandæ, victoriæ arma capit, & in nouo Paradiso; tanquam innocens Adam, id est purissimæ conditionis Angelus triumphat.

886. Nobilis est gradus iste victoriæ, quo instructus in certamen descendit Ioseph, decertat aliquandiu: & tandem, quia aliter nec debuit, nec potuit: pedibus armatis fugâ, rapit coronam. Longè nobilior secundus: quo quis coactus assistere occasioni (coactus inquam: nam si volens id faceret, incurreret temeritatem) sic diuino gratiæ munimine obarmatur: vt illibatam conseruet pudicitiam. Iratus Saul Dauidem in exilium mittit, eiusque vxorem Michol, tradit Phalti. Mutatis rebus, & patriâ & regno potitus Dauid, Michol vxorem, Saulis scilicet filiam recuperat: & addit textus: (2. Reg.3. v.15.) *Tulit eam à viro suo Phaltiel: sequebaturque eam vir suus plorans.* 2.Reg.3. v.15. notissima est explicatio Caietani, qui expendens, cur is qui prius *Phalti* dicebatur, iam in hoc loco dicatur *Phaltiel*: ait, adiunctum esse nomini eius, nomen illud *El*, quod Deum significat quia semper à Michol castus abstinuerat: noscens legitimam Dauidis esse vxorem: quasi tantæ castitatis vir, non alio, quam diuino titulo esset afficiendus. Sed ecce insurgit non leuis dubitatio. Cur enim plorat, quasi amoris œstro, & commercij desiderio flammatus, qui illam pudicissimus non tetigerat? non plorabat quidem amissam voluptatem, quam non perceperat: sed ereptam sibi multarum coronarum ansam, sic deflebat. Coactus à Saul, & Rege & sæuo, regiam & pulcherrimam domi retinuerat: addictus, non vltroneus certamen iniit: interim tamen tam se cœlestis roris gratiâ munitum & temperatum sentiebat, vt cum non liceret fugere, adstans superaret, & per singulos dies totidem sibi compararet laureas: quidni ergo fleret, amotâ sibi tam sacri lucri ansa & occasione, sub prædictis circunstantiis non damnabili? Lyra ibi. *Rabbi Salomon dicit, quod flebat, eo quod exercitium perfectionis ab eo recedebat, reputabat enim exercitium magnæ perfectionis, talem Dominam sic pulchram & nobilem seruare, & sicut sororem absque copula carnali.* (Lyran.) Longè quidem nobilior gradus iste pudicitiæ, vtpote difficilior, si quando ex debitis circunstantiis adeatur.

Sed nobilissimus est tertius alius, quo quis instructus ad prælium sic paratur, vt armatus pauore quodam, si fas dicere, actiuo, reputetur: pauorem inquam non patiens, sed incutiens: ita vt hostes perterriti, illustrem pugnatorem aggredi non præsumant. 887. Scripsi fusior de hoc victoriæ genere tomo in Conception. inde repete. tantummodo inde delibo verba Plinij Panegyr. ad Traianum: vbi ita. *Vt ipse nolis pugnare, moderatio: fortitudo tua facit, vt neque hostes tui velint.* (Plinius.) *Accipiet aliquando capitolium non inanes currus, nec falsa simulacra victoriæ: sed Imperatore veram ac solidam gloriam reportante, tranquillitatem, & tamen confessa hostium obsequia, vt vincendus nemo fuerit. Pulchrius hoc omnibus triumphis: neque enim vnquam, nisi ex comptemptu Imperij, factum est vt vinceremus.* Et merito, nam hostis qui te inuadit, quanuis superetur, iam tamen te contempserat, dum saltem te vincendum sperarat, quàm ergo gloriosa Ludouici virginitas, quam celebris victoria: qui in procinctu, ieiuniis, verberibus, in ciliciis staret ad pugnam, nullâ tamen tentatione inuaditur? pauoris scilicet iaculis confixa luxuria, trepidare potius iuuenem, quam ad pugnam audebat prouocare. An non cum Angelis, venerit hinc Gonzaga comparandus? Chrysost. tom.6. orat.2. Pentecost. (D. Chrysostom.) *Virginitate laboriosius nihil est: cum natura luctatur, hoc bellum missionem non habet: pugna est, quæ pacem nunquam sortitur, nisi fortè per Christi misericordiam. Stat virgo fornacem in se ipsam constans, nec tamen vritur: super prunas consistens, non tamen inceditur: cum sit in fornace, non exuritur, sed vt tres pueri rore perfunditur. Cum inuisibilibus certans virtutibus, Michaelem imitatur, & Raphaelem æmulatur.* Si vulgaris quæuis virginitas, semper de hostium contemptu oppugnata, dummodo non expugnetur: Archangelis Principibus comparatur: quo illa rendet, quæ per Christi misericordiam, pauidis iam hostibus, neque congredi ausis, pacem sortitur? Hæc certè puritati Angelicæ præferenda. Ideo Chrysolog. serm. 143. de Gabriele misso ad Deiparam Virginem, sic scribit. (D.P.Chrys.) *Semper est Angelis cognata virginitas. In carne præter carnem viuere, non terrena vita est, sed cælestis, & si vultis scire, Angelicam gloriam acquirere maius est, quam habere: esse Angelum fœlicitatis est: virginem esse, virtutis: virginitas enim hoc obtinet viribus, quod habet Angelus ex natura.* Hinc Angelis nihil meriti, ex castitate, vnde tot laureæ virginibus accrescunt.

Ex

888. Ex loco illo Malachiæ cap.3.v.1. *Ecce ego mitto Angelum meum: qui praparauit viam, ante faciem meam.* Malach. 3. v.1. Quem tamen de Baptistâ Præcursore suo explicat ipse Christus Matth.11. v. 10 Matth 11. v. 10. putarunt aliqui grauissimè à veritatis scopo aberrantes, & proinde damnati meritò: Ioannem reuera Angelum fuisse: qui vt ex illorum verbis videtur colligi: Zachariæ filium sibi hypostaticè vniret. Damno, quod factum putant: piè tantum inquiro, cur non fieri deceret. Pono ergo tanquam probabile posse ex diuino beneplacito Angelum incarnari, & sibi humanam aliquam naturam hypostaticè adunire. Cur ergo id, io Baptista suo fieri noluit Deus. An non videbatur expediens, vt Præcusor Redemptori corresponderet? An non Angelus hypostaticè vnitus, vnito hypostaticè Deo, aptior ministraret? Nimirum debebatur dignissimo Redemptori, Præcursor dignissimus: & maximo Creatoris operi, maximum Creaturæ ministerium parabatur: dignior autem & maior Ioannes exsurgit, dum ex mera humana vilitate concretus, sic ad angelicam vsque excrescit dignitatem, vt Angelus mereatur appellari: quàm si re ipsâ Angelus nasceretur. Caussam subdit Chysostomus imò auctor Imperfecti, Homil. Auth. Imp. 27. vbi ita. *Puto, si non est audacia dicere, quod gloriosior est Ioannes, quia homo fuit, & propter virtutis meritum, Angelus est vocatus: quam si Angelus naturâ fuisset. Angelus enim, hoc ipso quod Angelus est, non tam est virtutis pramium, quàm natura proprietas: iste autem mirabilis est, quia humanâ naturâ, angelicam sanctitatem transgressus est: & obtinuit, quod non habuit naturâ, per gratiam Dei.* At Ioannes, vt supra dixi, maximè ex virginitate, Angelus appellatur: cuius tamen meritis, Angelorum iam choris præferendus.

889. Contorserat tela gulæ diabolus in Christum, & superatur: inde abducto in pinnaculum Templi, Matth 4. v.6. ait: *Si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim; quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem, pedem tuum.* Matth. 4. v.6. non qualecunque intelligit Angelorum ministerium, sed illud obsequiosum, atque seruile. Vnde Isaac ibi apud Godefrid. ita. Isaac. *Assumens eum statuit in sublimi, sed vt praecipitaret in profundum: ac si diceret: sublimis quidem, & altus es, qui carnis concupiscentiam, virtute abstinentia exaltasti: Deo placens, & ei prope es, qui carnem excessisti: nec debes amodo, ignotus esse, & vilis: videant te volantem, qui attrito pondere carnis, leuis es: mitte ergo te deorsum, vt seruiant tibi Angeli.* Itaque pro planissimo habet dæmon, verba illa Dauidis, sic capienda: vt iustis illis insignioribus, qui strenuè carnis pondera contriuerunt, Angeli seruituri, quasi minores, & famuli intelligantur: vnde, neque id nouum Christo (quem talem, & licet non hypostatico, singulari tamen modo, Dei filium suspicabatur) id reputandum credebat. Sed vnde tam id planum? non ne satis, si talium iustorum, Angeli naturâ præstantissimi, haberentur tutores, quin seruorum officio deputati crederentur? Idem. vide quid pulchrè addat Isaac citatus. *Virtute a quisisti meritò, quod dono gratia habent: vnde & tibi seruire debent, & in manibus portabunt.* Vocauit *gratia donum* late, naturam illam, quam Angeli, carnis passionibus expertem initio susceperunt: cui proinde, vt nullum meritum, sic etiam nullum præmium correspondet: quod tamen in hominibus carnem domantibus, euenit longè aliter: & maximè in virginibus resplendet. Ita est: seruient Angeli iustis insignioribus, qui excellentius virtute acquirentes, quod illis natura indidit, maiorem sui excitant admirationem. Chrysostomus Tomo 6. Orat.2. de Pentecost. post multa de Spiritus sancti in homines influxu. *Nimbi desuper sunt delecti, quibus non iam ad fruges proferendas terra excitatur: sed natura persuadetur humana, vt virtutis fructum, hominum Agricola reddat: quique guttam inde exceperant, natura sua confestim obliuiscebantur: & Angelis omnis terra subito replebatur; Angelis non cœlestibus, sed qui humano in corpore, potestatum incorporearum virtutem exhiberent: non enim illi deorsum descenderunt, sed quod mirabilius fuit, qui deorsum erant, ad eorum virtutem ascenderunt: non enim carne depositâ, nudis animabus incedebant: sed naturam retinentes, animi proposito Angeli fiebant.* D Ioann. Chrysost. Quod meritò longè mirabilius putat S. Doctor. Mirabilior ergo virgo ascendit in cœlos Gonzaga, quam si indidem Angelus descendisset.

Angelica Paupertas.

Tot rerum possessione abiectâ, maiorum spe haud vanâ conculcata vouit Ludouicus meus paupertatem: quam diligens *vt Matrem* (Regul. Sum. 24.) sic reuerenter obseruauit, vt nec etiam in leuissimâ materiâ vnquam violauerit, nec semichartæ papyraceæ vsum, absque superioris licentiâ sibi concesserit. 890. Regula soc. Nihil Ludouici cubiculo pauperius, nihil veste vilius, nihil lecto abiectius, nihil victu tenuius: scilicet temporalium omnium nuditate, quasi in spiritum purum angelicæ conditionis euehendus. Benè D. Sophronius Const. de Natal. Christi. *Deus vilibus, & abiectis panniculis inuoluitur: & quis est, qui si quid fortè vile, & abiectum occurrat, quo diuinitatis particeps fiat, obuiis vlnis illud non excipiat? nec enim aliâ de caussâ: humana paupertate se se conuestiuit Deus, quam vt suâ nos gratiâ Deos efficeret. Atque hoc Psalmista David, idemque Christi parens, &c. Disertis olim verbis exposuit: Ego dixi Dij estis vos, & filij Excelsi omnes.* D.Sophr. Quasi hæc sit gratia cœlestis, qua in terra Dij efficimur, si obuiis vlnis, vilia & abiecta, quibus diuinitatis sumus participes, excipiamus. Atqui in terris Deos esse, vt initio dicebam, nihil est aliud, quam propemodum in Angelos transformari. Redeat huc iterum, toties supra in hac hominum ad Angelos collatione, aduocatus Iacob. Transmiserat iam omnia trans torrentem: tunc addit textus. *Traductisque omnibus, qua ad se pertinebant, mansit solus. Et ecce vir luctabatur cum eo.* Iacob 32. v.33. Genes. 32. v. 33. pende illud, *& ecce*: quasi hanc vnam occasionem captaret, vt hominem Antagonistam sibi non degenerem professus, cum eodem iam congredi non dedignaretur: quid ita? quia depositis, & quasi abdicatis à se omnibus, solus in temporalium nuditate, quasi verè pauper spiritu remanebat: aptus proinde, vt iam Angelus fortior Iacob, Angelo colluctanti præualeret. D. Paulinus, epist. 2. licet ad rem aliam alibi à me adductus, huc signatus. *Video nobis & in Beato Iacob, huius expeditionis ordinem prolusisse: cum illum lego postea quam torrente transmisso, pramissis curarum suarum oneribus, id est facultatum corporalium, & necessitudinum impedimentis, solus in Tabernaculo remanserat, Deo colluctatum: cum extorquenda benedictione praualuit.* D Paulin. Itaque non tam accipit, quàm suo victoris iure, quasi in spolium ab Angelo deuicto extorquet benedictionem:

Hieronymus, tam aliò mecum collineans. Redeo. Religiosis sanctis vrbs, carcer est: vincula, Plateæ: in quibus, etiam dum inuiti morantur, gemunt tristes: nec dilectum sibi Deum (nisi dum charitatis officia proximis exhibent) possunt inuenire. Primi, & prius quam cæteri ab Hieronymo describuntur captiui Rechabitæ: quia ante communia Tyranni vincula, quibus cum aliis ciuibus adducti sunt ad vrbem & Palatia compulsi sunt: vbi sub specie præsidij, tanquam in carcere, ciuium strepitu, minus liberè Deo vacare poterant.

898. Prodierat gemebunda sponsa, circuitura ciuitatem, perque vicos & plateas, dilectum quæsitura Cant. 3. v. 2. nec tamen inuenit. Quærit à custodibus diligens: *Num, quem diligit anima mea vidistis?* v. 3. & quasi muti, imò trunci piissimis his quæstibus sic obsurdescunt: vt nec leuissimo nutu satisfaciant. Parum id: non solum solaminis verba negant, sed insuper in immanitatis verbera insurgunt: *Percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Cap. 5. v. 7. quo vltra furor insaniret præruptiùs? quo immaniùs ferocitas desæuiret? neque debitâ sexui reuerentiâ, neque atrocitate gemitus, nec superinduto lacrymarum decore, faciem amœnantium potius, quàm corrumpentium, compescuntur: Virginem verberant, dilaniant, spoliant: nec ab ipsâ, aut ab scriptore sacro incusantur. Quid ita? nouerat puella, dum ista narrat, errorem suum: & promeritam pœnam lubens amplexatur. Si quem potius in cubiculo clausa, claustris munita inquirere debuerat: vaga & circumforanea per plateas quærit IESVM: quid nisi surdis mutisque nuntiis, imò duris carnificibus incurrat: Hos offendes miserrime religiose, si extra charitatis officia, vageris: si cum Ludouico meo claustra non custodias. Benè D. Hieron. ad Eustochium, de Cust. Virg. *Nolo te sponsum quærere per plateas: nolo te circumire angulos ciuitatis: dicas licet, surgam & circumibo ciuitatem, & in foro & in plateis quæram quem dilexit anima mea: & interroges: num quem dilexit anima mea, vidistis? nemo tibi respondere dignabitur: sponsus in plateis non potest inueniri: arcta, angusta via est, quæ ducit ad vitam. denique sequitur: quæsiui eum, & non inueni: vocaui & non respondit mihi. Atque vtinam non inuenisse sufficiat: vulneraberis, nudaberis: & gemebunda narrabis, inuenerunt me*, &c. Nihil certius potuit scribi: ipsi viderint, qui sub non vero charitatis prætextu, fora circumeunt, & IESVM sibi fingunt quæsitum: an fucos, an fructus fecisse experiantur: an fortè vulnera tulerint, & spolia dæmonibus reliquerint.

Cant. 3. v. 2. v. 3.

Cant. 5. v. 7.

D. Hieron.

899. E Bethaniâ in Ierusalem, Christus reuertebatur: *Et videns fici arborem vnam, secus viam venit ad eam, & nihil inuenit in eâ, nisi folia tantum: & ait illi: nunquam ex te fructus nascatur. Et arefacta est continuo ficulnea.* Matth. 21. v. 19. etiam arboribus, sua est, si fas dicere, sors infausta: Plantas etiam sua sequitur infœlicitas. Ad ficulneam aliam, sub typo Patris fam. legitur venisse Christus Luc. 13. quæ sterilis iussa succidi, cultoris tamen precibus veniam obtinuit: deque circunductâ foueâ, & iniecto stercore, factura tandem fructus speratur. Infœlix ista, ad primam sterilitatis experientiam, arescere iubetur. Nunquid clementior Dominus in typo, quàm in se ipso? absit. Vnde ergo illius spes haud fallax intelligitur: huius verò correctio desperatur? vnde illa, fructus aliquando Domino allatura: hæc nunquam futura vtilis præsumitur? Nimirum illa alia, erat in vineâ, & septo custodita, vbi si quid afferret, Domino seruaretur. Hæc verò *secus viam*: vnde quamuis fructus emitteret: non tam Domino, quàm cuiuis prætereuntium, hos offerret: erat secus viam, vbi nec fouea circunduci, neque stercus immitti consueuit: sic incalescente, & obduratâ glebâ, jam vltro exsiccanda videri poterat. Bene de istâ Origenes ibi, Homil. 16. *Vide quia secus viam, erat hæc ficus, quæ folia tantum habuit, pro fructu: sic enim terra, quæ secus viam est, licet fuerit seminata, nullum fructum producit: diripientibus volucribus semina seminata.* Quid speret infaustus religiosus secus viam expositus, in plateis conuersans, nisi arefieri? obdurescit cordis gleba, obuiantium commercio calcata: diripiuntur gratiæ semina à dæmonibus: nec iam Christo, religioni, sed sæcularibus, inutiles quidam fructus producuntur.

Matth. 21. v. 19.

Luc. 13.

Origen.

Fugerat à facie Domini, Ionas stultescens: dato naulo iam Tharsis meditatur: *Et Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui.* cap. 1. v. 5. prius descendit in occultiorem nauis aluum, deinde dormit, scilicet præ tristitia: Theophylactus ibi: *Ante subortam tempestatem, & periculum, sopore correptus est: fortasse ex nimiâ fugæ tristitiâ, & defatigatione.* Et meritò: solent tristibus humores malancholici excitari, qui vt pote graues & terreni, torporem & soporem conciliant grauissimum. Sed si tristis eò accesserat, cur ab aliorum Societate leuamen non quærebat? si nihil tristibus, si releuari cupiunt, frequenter vsitatius, quàm familiarium commercium captare, vbi mutuis fabellis recreentur: cur Ionas relictis vectoribus affectat solitudinem, interiora petit: vbi ingrauescente tristitiâ, somnus grauis; & fortè somnia obrepant grauiora? audi quæ addat Teophylactus citatus. *Porro quod in aluum nauis, hoc est in intimum fundum descendit: Propheta hoc moribus conuenit: separatum enim, & solitarium degere Propheticum est.* Amiserat scilicet Fugæ peccato, gratiam: sed adhuc relictos in appetitu habitus retinebat: adhuc propheticos mores redolebat: nescit vir paulo ante Deo sacer, turbis immisceri: nescit profanorum commercio assuescere. Quid faceret, si adhuc amicus numini perseuraret? vt iam haud vanus timere possis, ne fortè religiosus, sæcularium commercia impensè affectâs, non solum gratiam, sed etiam prædictos habitus penitus deposuerit. Crede mihi, neque hoc iudicium, scrupulosus credideris, temerarium: quod licet cauti suspendere debeamus: tamen cum vt plurimum, verum experiamur: ignauæ stultitiæ erit, saltem non timere: Attende sodes.

900. Ionæ 1 v. 5.

Theoph.

dem.

901. Prodente sorte Ionam, circunstant illum cæteri vectores: quis, qualis sit, vnde veniat, quò tendat? quærunt soliciti. Ad quos tunc ille: *Hebræus ego sum: & Dominum Deum cœli ego timeo, qui fecit mare, & aridam.* v. 9. quibus auditis, addit textus. *Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: quid hoc fecisti? cognouerunt enim viri, quod à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis.* v. 10. salebrosus est locus, licet primo aspectu planior videatur. Vnde enim prudenter timeant nautæ, ac vectores timore magno? quia indicauerat, inquit, Ionas, fugam & culpam suam. Sed qui indicauerat? tantummodo dixerat se Hebræum: vel vt ex Græco legunt alij: *Seruus Domini ego sum:* Omnipotentis creatoris excellentiam timere se dixit: hæc vero, pietatem potius, quam culpam indicabant: vnde ergo indicia nocentis fugæ,

Ionæ 1. v. 9.

v. 10.

Græca.

culpæ

culpæ contractæ : quibus proinde timerent, ne pariter cum noxio punirentur ? respondet acutè Theophylactus. *Ex hoc cognouerunt, quod aduersus Deum delinqaent, à conspectu eius fugeret : quòd confiteretur ipsis, seruum Dei se esse; simulatque enim dixisset, quod verum Deum colat, intellexerunt eum Iudaum esse. Iudais autem non licebat exteris & alienigenis admiscere se se, neque applicare se vrbibus Idolorum cultricibus : perspicuum itaque erat, quod in Deum suum deliquisset.* Si tantommodo agnita destinatione pergendi ad vrbes Idolorum cultrices, Ionas, lege ab illis separandus, merito præsumitur noxius : & vectores à temeritate iudicij excusantur : tu temerarius Iudex reprehenderis, si religiosum, quem disciplina regulæ segregat à profano sæcularium commercio, reputes peccatorem : quem reapse vides sæcularibus immixtum, circunforaneum, mundi, carnis, imò & diaboli cultoribus, intime, non ex charitatis ministerio adhærentem ? Imò illum in mores sæcularium penitus transformandum, poteris suspicari. Hoc voluit statim Theophylactus. *Fortasse etiam cogitarunt, quod vitam qua in lege præscribebatur, declinans, ac Gracorum erroribus se se admoueat : fugiat à facie Iudaorum Dei.* Tam in viciniâ sunt, commutatio cum impiis, & ad illorum mores aggregatio. Et non fugiat religiosus, sæculares?

Idem.

902. Ingruente fame, & sterilitatis damno ingrauescente; In Gerara descendit Isaac, cogitans inde haud hæsitanter Ægyptum : nec enim nisi paratum iam descendere, his verbis amoueret diuinum oraculum : *Apparuitque ei Deus, & ait : ne descendas in Ægyptum : Sed quiesce in terra, quam dixero tibi.* Genes.26.vers.2. simili infortunio olim commotus, Pater eius Abraham descenderat, volente Deo, in Ægyptum : cur ergo filio, eadem peregrinatio interdicitur ? an non poterat Deus pari tutelâ filium defendere, qua prius ibidem Patrem defensarat ? aut si indecens erat vt Isaac apud Ægyptios moraretur : nonne id indecentius sanctissimo parenti videretur ? nimirum licet sanctior foret Abraham : habebat tamen aliquid Isaac, priuatum; vnde promissionis terram benedictam, vel breui tempore deserere, prohibetur. Ecquid illud ? Lyranus ibi. *Remansit Isaac in Geraris, ex pracepto diuino, noluit enim quod descenderet in Ægyptum. Causam autem huius dicunt Hebrai, quia Isaac, vt supra dictum est, fuerat Domino consecratus, quando fuerat Domino oblatus in monte : & ideo non erat decens, quod exiret terram promissionis : & ideo remansit in Geraris : quia tota Palastina continetur intra terminos terra promissionis.* Intra domesticos Cœnobij parietes, terra nobis promissa, & benedicta continetur : ibi nobis perfectiori immolatione, quam Isaac, consecratis Deo, immorandum : quid nobis cum Ægypto sæculi, qui sæculari iam pompæ renuntiauimus ?

Lyranus.

903. Pericula planè nobis, foris imminent : si fratrum societatem fastidientes temere foras prodimus : heu ! quàm facile à dæmone inuolabimur ! lupus solitariam ouem vorat audax, quam in grege custoditam inuadere non auderet. Dixi ad hanc rem supra pluscula : addo vnum verbum. De Iuda proditore sic habet Ioannes : *Cum ergo accepisset ille buccellam exiuit continuo.* Cap.13. vers.30. de quo Chrysostomus tom.6. serm. de Baptismo Christi, ita. *Quando vltima cœna communicauit Iudas, nocte illâ postremâ cateris omnibus recumbentibus, ipse se prorsipiens excessit, &c. Nisi exisset ille, proditor factus non esset : nisi condiscipulos deseruisset, non perisset : nisi seipsum extra ouile proripuisset, non eum lupus offendisset, neque deuorasset : nisi seipsum à Pastore segregasset, bellua prada factus non esset.* Sed non est facile verba ista Chrysostomi, contextui Euangelistæ accommodare : dixerat quippe paulò ante Ioannes : *& post buccellam, tunc introiuit in eum Satanas.* vers.27. quomodo ergo tunc inuasus, & voratus ab infernâ belluâ dicitur, quia prorupit foras : in quem statim post buccellam, dicitur Satanas introiisse ? Hinc ni fallor, res venit conciliandа : neque Euangelistæ contrarius, sed explicator accedit S.Doctor : Si enim tunc intrauit Iudam Satanas cum buccellam accepit : ille verò acceptâ buccella exiuit subito : & exitus Iudæ, & diaboli ingressus in idem ferè instans reciderunt : quasi non auso dæmone etiam acceptâ impiè buccellâ introire : nisi pariter Iudas, à piorum consortio segregaretur. Chrysostomus iterum ad hunc locum, in Catenâ Corder. ita. *Hac enim inuasione dignum se ostendit, quoniam neque mensa, neque panis eiusdem communionem reueritus erat. Quapropter etiam Satanas eius impudentiam subsannando, eum inuasit. Donec enim in aliorum numero fuit, non est ausus, in eum ingredi : Sed forinsecus oppugnabat : postquam vero manifestum fecit ac segregauit : licenter iam irrupit.* Quasi ex mente Chrysostomi, licet pariter euenirent, & acceptio buccellæ, & segregatio à piis : hæc tamen vltima foret dispositio : qua iam promeritum de communionis sacrilegio, dæmon quasi destitutum ingrederetur. Caue ergo circunforanee religiose, ne quid simile extra claustrum patiaris : custodi cellam, cælo proximiorem.

Ioan.13. v.30. D.Chrysost.

Ioan.13. v.30.

D. Ioan. Chrysost.

904. At, nemo tamen putauerit, iam peractum esse negotium, si domi contineamur : non corporis clausurâ, sed animi custodiâ res perficitur : frustra corpus in claustro tanquam in carcere continuo detinetur : si interim animus perpetuo diuagatur : neque Deo adhærere dicitur, qui externâ præsentiâ, sed qui interno illi adfuerit affectu. Prudenter Eusebius Gallicanus, homil.3. ad Monachos post multa de clausurâ religiosâ. *Sed forsitan dicat : Nunquid statim de hoc, loco discedere, ruina dicenda est ? dico charissimi, non grandis spes est; si in naui es in fluctibus constitutà, licet ipsa non pereat, tamen iacturam maximam, de onere, ac de mercibus suis faciat, & ipsa ad portum vacua, atque inanis perueniat. Sic non grande gaudium est, si sæculi aliquis ad fluctus reuertens, nomen atque habitum religionis sua custodire videatur : anima vero eius negligentiis tabescat, ac diffluat.* Ergo quamuis è claustro non discedas, si tamen ibidem mente vagâ, ad sæculi fluctus reuerteris, si anima negligentiis tabescat : retento claustro, & habitu nil proficies. Sed expresè idem Eusebius homil.4. de Epiphaniâ. *Venire quidem sic ad eremum, summa perfectio est : non perfectè in eremo viuere, summa damnatio est : quid prodest si in loco quies foueatur, & inquietudo in corde versetur ? si in habitatione silentium sit, & in habitatoribus vitiorum tumultus, collactatio passionum ? si exteriora nostra serenitas possideat, & interiora tempestas ?* Non ita Ludouicus noster, qui exteriori clausurâ, interiorem solicitior fouebat : qui non solum mente ad sæculum non redibat, verum etiàm sic mentem ad cælestia dirigebat, vt nihil vnquam vel leuissimè terrenum cogitaret : cogitationesque à Deo separare, vt eius fert historia, inter impossibilia, certè inter difficillima numeraret. Sic religiosus proficit, sic reficitur : frustra

Euseb. Gal.

Idem.

quia temporalium opum amotis impedimentis, pauper spiritu Angelus gloriosior decertabat.

891. Mirati sunt & meritò, inquit Matthæus, verba illa Christi Domini, Discipuli: *Facilius est Camelum per foramen acus transire: quam diuitem intrare in regnum cælorum.* Cap. 19. v. 24. mira res planè. Matth. 19. v. 24. Duodecim sunt Portæ cœli, per quas ex duodecim tribubus duodecim millia singularum signati, & turba aliarum gentium, quam dinumerare nemo poterat, ingredi potuere, atque turmatim:& tamen sic amplæ, sic patentes portæ, diuitem vnum capere vix possunt: nec facilius, quàm camelum, acus foramen, hospitem excipiunt? quid, quod plures illorum ditissimi fuere, vt Abraham, Dauid: totque alij Patriarchæ, atque Reges:quomodo ergo isti facilè penetrarunt? nimirum, quia licet re apsa diuites, tamen spiritu pauperrimi euaserant. Solet cœlestis via, assuescunt portæ æternales, Angelicos spiritus admittere& immittere facilè,vt pote his talibus peramplæ: quæ tamen diuitiarum impedimento onustis sic arctæ sunt: vt nisi amoto illo, in subtilissimam quasdam tenuitatem, penè Angeli; id est spirituales effecti emergamus: non nisi diuinæ potentiæ miraculo, cui *omnia sunt possibilia*, (vt ibidem mirantibus discipulis v. 26. subdit Christus) eò penetremus. v. 26. Paupertas ergo ad hanc spiritualem conditionem nos reducit. D. Gaudentius serm. de Villico Iniquit. ita, post multa. D. Gauden. *Quoniam vero arcta, & angusta via est, quæ ducit ad vitam, oneratos diuitiarum terrestrium fascibus, ingredi per illam non capit: expeditos quærit, ac tenues, omnique continentia castigatos, & (vt ita dixerim) filo gracili similes: qui etiam per foramen illius mystica acus facilius transeant, spiritales effecti.* Quid mirum facilis percurrat hanc viam, ingrediatur has portas meus Ludouicus, cui eximia Paupertas, & terrenorum omnium abdicatio, in spiritualem Angeli conditionem iam promonerat.

892. Dixerat quidem ista Christus Dominus occasione illius adolescentis ditioris, qui ab initio custodierat præcepta, quærensque tacitè perfectionis regulam, audiuit ab eodem: Matth. 19. v. 21 *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me.* Ibidem v. 21. Et tamen abiit tristis, miser adolescens,à multis possessionibus,ne sequeretur Christum, retardatus. Facit etiam locus iste, ad rem præsentem. Cur enim nisi relictis omnibus, perfectionem consequi, id est Christum sequi non possumus: nisi quia Christum, vt pote tendentem in cœlos, insequi non valeamus, si alatum remigio destituimur? ita est: non vtcunque expeditos, sed pennatos & aligeros hæc via nos requirit,premimur verò diuitiis onusti, nec nisi à paupertate has alas comparamus. D. Hieron. ad hunc locum, Epist. ad Iulianum. D. Hieron. *Qui omnia se fecisse dicebat, in primo certamine, diuitias vincere non potest: vnde & difficile intrant diuites in regna cælorum: quæ expeditos, & alarum leuitate subnixos habitatores desiderant. Vade inquit, & vende omnia: non partem substantiæ, sed vniuersa quæ possides.* Angelos, *Cæli Aues* alicubi vocauit Euangelium: si ergo alarum leuitate subnixos, audis pauperes, & vt supra dixit Gaudentius spirituales: quid eosdem, iam Angelos non audeas appellare? vnde enim Angelos, nisi per alatos spiritus explicamus?

893. Et benè addit Doctor Maximus: *Vende omnia:* huc enim tendebat Christus, imò in aliquibus exemplaribus si habetur: D. Hieron. scilicet, non satis est multa relinquere: si tibi aliquid, quamuis vilissimum, retinueris. Flebat Elisæus raptum in cœlos, dulcissimum Præceptorem: per itineris ardua, suspiriis discedentem insecutus. Et addit textus: *Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.* 4. Reg. 2. v. 13. 4. Reg. 2. v. 13. ita ne perturbatus ascendit Elias, vt retinendi pallij impos redderetur? non fuit illa perturbati incuria, sed cura prudentissimi: tulerat secum è terra, licet spolium abiectissimum, palliolum superfluum: at sensit in mediâ viâ sibi impedimento fore alis mouendis, seu velocissimo eurrui promouendo: ergo vt pauperior, ascenderet expeditior, pallium abiicit; quod licet leuissimi pretij, pennatum tamen currum haud leuiter pergrauabat. Idem ibidem Hieronymus. D. Hieron. *Elias ad cœlorum regna festinans, non potest ire cum pallio: sed mundi, in mundo, vestimenta dimittit.* Sic nimirum velociores pennas cōparat, & Angelorum viam meritur facilis. Quasi ipsi Angeli (qui vt ex Ambrosio & Chrysostomo alibi dixi, igniti currus, & ignerorum equorum formâ delitebant) dum facillimè Eliam in ipso corpore iam penè spiritualem euehebant: superfluo illo palliolo, ex parte prægrauati viderentur: quibus quidquid est terrenæ possessionis, in alumnis suis, quos secum fore Angelos desiderant, tanquam onus grauissimum fastiditur. Huc ergo collineauit Ludouicus: nihil superfluum, licet vilissimum retinuit è terra, Angelus scilicet, ad cœlum volaturus. Concludit tandem Hieronymus ad nobilissimum suum Iulianum. *Sed hoc, ais, Apostolicæ dignitatis est, & eius qui velit esse perfectus. Cur autem & tu, nolis esse perfectus? cur qui in sæculo primus es, non in Christi familiâ primus sis?* Ibidem. Quid ergo mirum si meus Gonzaga ex Italis Dynastis inter primos: in familiâ Christi, per egregiam paupertatem, contenderit non secundus numerari.

Transituro Israeli, diuidit Deus aquas, & in 894.
adamantinos parietes stupentibus vndis conformaris, siccum iter, per Aridam, populo apparatur. Quàm aliter ad Christum venturus incedit Petrus! Liquidum iter, visum solidari: & inter tumentes Pelagi vortices, æstus fluctuantes, leniter vndæ suscipiendis gressibus, patiendis vestigiis sternuntur: *Et descendens Petrus de nauiculâ, ambulabat super aquam.* Matth. 14. v. 29. Matth. 14. v. 29. mira diuersitas! Cur Petro non dehiscunt vndæ, in ipso fundo Aridam ministrantes; cur Israelitis vndæ ipsæ rigescentes non congelantur? pende legis, & gratiæ diuersa merita: & inde, seruatum iure priuilegium Petro recognosces. Incedebant diuites Israelitæ, & Ægyptiorum spoliis onusti: vnde ergo sic graues, vnda sustineret? at Petrus pauper descenderat, cui licuit verè dixisse: *Ecce nos reliquimus omnia:* Iam ergo iste quodammodo in spiritum commutatus, vndas leuissimus calcat, non discindit: nec vllo pondere grauis interrumpit. Fauet D. Bernardus, in Declamat. ad illa verba, *ecce nos reliq.* vbi post multa de spiritus Paupertate, ita. D. Bernard. *Nimirum longè aliud est, in luto aquarum multarum, diuisi fundo maris, iter carpere, terrena licitè possidendo: aliud ipsam quoque nonis gressibus vndam calcare, omnia relinquendo. Sed tempori gratiæ prærogatiua hæc debebatur: Petro nouum iter, & nouus typus itineris seruabatur.* Haud ergo vanus infero, spiritali iam, id est Angelica conditione fruitum Petrum: qui quasi corporis graui mole derelictâ, omnia relinquens, spiritus instar, ipsos quos

quos calcat fluctus nescit diuidere. Nimirum tam expeditus debuit procedere, vt Christum consequeretur. Ideo ibidem Bernardus : ad verba ista
Matth. 19. v. 27. D. Bernard. Petri., *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Matth. 19. v. 27. sic scribit. *Benè : optime : & non ad insipientiam tibi : nam & mundus transit, & concupiscentia eius : & relinquere hæc magis expedit, quam relinqui. Nimirum, quia exultauit vt gigas ad currendam viam, nec currentem sequi poteris oneratus.*

895. Matth. 5. v. 3. Hinc capies verba illa Christi : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Matth. 5. v. 3. cur enim, (quod ibidem legitur) cæteris beatitudinibus, præmia in futurum promittuntur : & sola paupertas, iam nunc regnum cœlorum habere perhibetur : nisi expeditiores pauperes, ad instar spiritus, volatiles cœlum subito visi conscendere : & terreni adhuc in cœlo commorari ? Ita est : celerrimæ sunt paupertatis pennæ : dumque cæteræ virtutes gradatim tendunt in cœlum : illa volatu præpeti rapitur : & cœlum aliis, longum post tempus, possidendum : iam cernitur possidere. D. Bernardus serm. 4. de Ad-
D. Bernard. uentu Dom. *Magna quadam penna est paupertatis, quâ tam cito volatur in regnum cælorum. Nam in aliis virtutibus quæ sequuntur, promissio futuro tempore indicatur : paupertati non tam promittitur, quam datur. Vnde ex præsenti tempore enuntiatum est : quoniam ipsorum est regnum cælorum : cùm in cæteris dicatur, hæreditabunt, consolabuntur, & similia.* Non temere igitur pauperes spiritu, Angelos appellauerim : quibus eiusdem regni consortium, communis Patria, alatum expeditio conceditur : meritissimoque, hinc etiam Gonzaga Angelus perhibetur, quem perfectissima paupertas exutum terrenis omnibus laureauit.

§. XII.

Circunforanei Religiosi pericula : claustrum, non tam corpore, quàm spiritu obseruandum : inde ex charitatis officio, & obedientiæ ductu prodiens, tutus incedit.

896. VT hæc vota fœliciter emissa, obseruata fœlicius, fœlicissime tandem clauderet feruidus religionis amator : nihil habuit prius, quàm in eâdem religione sic se abditum claudere, vt sæculum, sæculique negotia videretur ignorare, Mira res ! Iuuenis clarissimus in edito nobilitatis primæ constitutus, in ipso Romanæ vrbis & orbis lumine, sic delitebat, vt nisi rarissimò, idque vrgente obedientiâ, proditet : horreret Palatia, & tot Principum cognatorum domos, imò & paternas ædes, non nisi necessario pietatis officio, & cogente, superioris imperio adiret vnquam. Nouerat, has inutiles itationes, vana commercia : quibus nonnulli religiosi Palatia, & domos sæcularium frequentant : (nisi dum salutis horum æternæ. & charitatis ratio id postulet) pestem esse perfectionis, & religiosæ venenum disciplinæ. Nesciri cupiebat meus Ludouicus, & licet tantus, angulum affectabat : eò diuinis impensius vacans, quò se humanis diligentius substrahebat. Sunt in rem similem prudentissima verba illa Senecæ
Senece. epist. 32. ad absentem amicum. *Inquiro in te, & ab omnibus sciscitor, qui ex istâ regione veniunt : quid agas, vbi, & cum quibus moreris. Verba dare, non potes : tecum sum : sic viue, tanquam quid facias auditurus sim : imò tanquam visurus. Quæris, quid me maximè ex his, quæ de te audio delectet ? quod nihil audio : quod plerique ex his, quos interrogo, nesciunt quid agas. Hoc est salutare, non conuersari cum dissimilibus, & diuersa cupientibus. Habeo quidem fiduciam, non posse te torqueri, mansurumque in proposito, etiam si sollicitantium turba circumeat : quid ergo est ? non timeo, ne immutent te, timeo ne impediant.* Quid religioso, cum sæcularibus, tam dissimilibus, tam diuersa cupientibus ? nisi forte eadem iam cum istis concupiscit, non solum ab ipsis impeditus, sed mutatus : & claustri fastidio, inhians iam palatio. Non ita Nazianzenus Orat. coram
150. Episcopis, vbi ita. *Quod si Principatum, aut sublimium Thronorum amore flagraui, aut Imperatorum aulas calcare gestij : nunquam aliud quidquam splendoris, amplitudinisque mihi contingat : aut si quid contigerit, illud proiiciam, atque amittam.* Sic de Palatio iudicat, quisquis amore sæculi, non cœcutit. D. Gregor. Nazianz.

Degebant Rechabitæ filij Ionadab, in Tabernaculis, seuero contra voluptates, de vini abstinentiâ, præcepto constricti : paupertatis, interdictâ sibi agriculturâ, studiosi : vt quodammodo religiosam & eremiticam vitam deuotissimè profiteri viderentur. Inuadit interim Nabuchodonosor Israelem : quo coacti, in Ierusalem, habituri præsidium confugerunt. Ierem 35. v. 11. hine fit non parum obscurus Titulus ille Psalm. 70. vbi David prophetico spiritu excidium hoc deplorans, diuinamque implorans opem ; sic scribit. *Psalmus David, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.* Vnde enim verè primi captiui appellari possunt, qui non nisi postmodum, simul cum aliis ciuibus abducti sunt ? quomodo primi capi potuerunt, qui ad vrbem recurrentes, à ciuibus vt pote magni nominis virtutis viri summopere defendebantur, vtpote quorum doloris, tot ante sæcula meminerat David : quorum constantiam probatam interim Ieremias citatus prædicabat ? nimirum erant, pro sæculi illius conditione, religiosi : quibus proinde, in delicio erat solitudo : ciuitas in fastidio : quibus sacta illa Tabernacula, libertati, captiuitati, Palatia prophana adscribebantur. Quid ni ergo primi omnium captiui dicantur, qui Nabuchodonosoris metu compulsi sunt, relictâ verâ religiosæ solitudinis libertate : in vrbe tanquam in carcere detineri ? D. Hieron. ad Paulinum, epist. de Instit. Monachi, post multa quibus Eremiticam Rechabitarum vitam commendat : sic ad rem nostram. *Qui in tabernaculis semper habitantes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus, Hyerosolymam intrare compulsi ; hanc primi captiuitatem sustinuisse dicuntur, quod post solitudinis libertatem, vrbe, quasi carcere, sunt reclusi.* Hanc esse Hieronymi Magni mentem, cum ex contextu, tum ex scopo epistolæ ita patet : vt mihi nec leuis dubitationis ansa relinquatur. Vnde nec video, cur tam aliter, (ad cap. Ier. citatum) interpretetur Hieronymum noster Sanchez : quasi captiuitas prima communis sit Israëlitis cæteris, cum Rechabitis : primaque dicatur, per ordinem ad subsequentes alias, aliis sub temporibus, captiuitates : & Rechabitæ in pœnam violati præcepti ingrediendæ vrbis, iugum Tyranni subierint. Ecquod præceptum, naturalem vitæ defensionem poterat impedire, vltronei ne vrbem ingressi, an compulsi ? logi. Sed quidquid de re, violentus in hanc sententiam contorquetur

Hierony-

Margin, right column: 897. — Ierem 35. v. 11. — Psalm. 70. — D. Hieron. — Sanch.

quia temporalium opum amotis impedimentis, pauper spiritu Angelus gloriosior decertabat.

891. Mirati sunt & meritò, inquit Matthæus, verba illa Christi Domini, Discipuli: *Facilius est Camelum per foramen acus transire: quam diuitem intrare in regnum cælorum.* Matth. 19. v. 24. Cap. 19. v. 24. mira res planè. Duodecim sunt Portæ cœli, per quas ex duodecim tribubus duodecim millia singulatum signati, & turba aliarum gentium, quam dinumerare nemo poterat, ingredi potuere, atque turmatim: & tamen sic amplæ, sic patentes portæ, diuitem vnum capere vix possunt: nec facilius, quàm camelum, acus foramen, hospitem excipiunt? quid, quod plures illorum ditissimi fuere, vt Abraham, Dauid; totque alij Patriarchæ, atque Reges: quomodo ergo isti facilè penetrarunt? nimirum, quia licet re ipsa diuites, tamen spiritu pauperrimi euaserant. Solet cœlestis via, assuescunt portæ æternales, Angelicos spiritus admittere & immittere facilè, vt pote his talibus peramplæ: quæ tamen diuitiarum impedimento onustis sic arctæ sunt: vt nisi amoto illo, in subtilissimam quasdam tenuitatem, penè Angeli; id est spirituales effecti emergamus: non nisi diuinæ potentiæ miraculo, cui *omnia sunt possibilia*, (vt v. 26. ibidem mirantibus discipulis v. 26. subdit Christus) eò penetremus. Paupertas ergo ad hanc spiritualem conditionem nos reducit. D. Gaudentius serm. de Villico Iniquit. ita, post multa. D. Gauden. *Quoniam vero arcta, & angusta via est, quæ ducit ad vitam, oneratos diuitiarum terrestrium fascibus, ingredi per illam non capit: expeditos quærit, ac tenues, omnique continentia castigatos, & (vt ita dixerim) filo gracili similes: qui etiam per foramen illius mystica acus faciles transeant, spiritales effecti.* Quid mirum facilis percurrat hanc viam, ingrediatur has portas meus Ludouicus, cui eximia Paupertas, & terrenorum omnium abdicatio, in spiritualem Angeli conditionem iam promouerat.

892. Dixerat quidem ista Christus Dominus occasione illius adolescentis ditioris, qui ab initio Matth. 19. v. 21 custodierat præcepta, quærensque tacitè perfectionis regulam, audiuit ab eodem: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me.* Ibidem v. 21. Et tamen abiit tristis, miser adolescens, à multis possessionibus, ne sequeretur Christum, retardatus. Facit etiam locus iste, ad rem præsentem. Cur enim nisi relictis omnibus, perfectionem consequi, id est Christum sequi non possumus: nisi quia Christum, vt pote tendentem in cœlos, insequi non valeamus, si alarum remigio destituimur? ita est: non vtcunque expeditos, sed pennatos & aligeros hæc via nos requirit, premimur verò diuitiis onusti, nec nisi à paupertate has alas comparamus. D. Hieron. ad hunc D. Hieron. locum, Epist. ad Iulianum. *Qui omnia se fecisse dicebat, in primo certamine, diuitias vincere non potest: vnde & difficile intrant diuites in regna cælorum: quæ expeditos, & alarum leuitate subnixos habitatores desiderant. Vade inquit, & vende omnia: non partem substantiæ, sed vniuersa quæ possides.* Angelos, *Cæli Aues* alicubi vocauit Euangelium: si ergo alarum leuitate subnixus, audis pauperes, & vt supra dixit Gaudentius spirituales: quid eosdem, iam Angelos non audeas appellare? vnde enim Angelos, nisi per alatos spiritus explicamus?

893. Et benè addit Doctor Maximus: *Vende omnia:* huc enim tendebat Christus, imò in aliquibus D. Hieron. exemplaribus si habetur: scilicet, non satis est multa relinquere: si tibi aliquid, quamuis vilissimum, retinueris. Flebat Elisæus raptum in cœlos, dulcissimum Præceptorem: per itineris ardua, suspiriis discedentem insecutus. Et addit textus: *Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.* 4. Reg. 2. v. 13. 4. Reg. 2. v. 13. ita ne perturbatus ascendit Elias, vt retinendi pallij impos redderetur? non fuit illa perturbati incuria, sed cura prudentissimi: tulerat secum è terra, licet spolium abiectissimum, palliolum superfluum: at sensit in mediâ viâ sibi impedimento fore alis mouendis, seu velocissimo curtui promouendo: ergo vt pauperior, ascenderet expeditior, pallium abiicit; quod licet leuissimi pretij, pennatum tamen currum haud leuiter pergrauabat. Idem ibidem Hieronymus. D. Hieron. *Elias ad cælorum regna festinans, non potest ire cum pallio: sed mundi, in mundo, vestimenta dimittit.* Sic nimirum velociores pennas cōparat, & Angelorum viam metitur facilis. Quasi ipsi Angeli (qui vt ex Ambrosio & Chrysostomo alibi dixi, igniti currus, & igneorum equorum formâ delitebant) dum facillimè Eliam in ipso corpore iam penè spiritualem euehebant: superfluo illo palliolo, ex parte prægrauari viderentur: quibus quidquid est terrenæ possessionis, in alumnis suis, quos secum fore Angelos desiderant, tanquam onus grauissimum fastiditur. Huc ergo collineauit Ludouicus: nihil superfluum, licet vilissimum retinuit è terra, Angelus scilicet, ad cœlum volaturus. Concludit tandem Hieronymus ad nobilissimum suum Iulianum. *Sed hoc, ait, Apostolicæ dignitatis est, & eius qui velit esse perfectus. Cur autem & tu, nolis esse perfectus, cur qui in sæculo primus es, non in Christi familiâ primus sis?* Ibidem. Quid ergo mirum si meus Gonzaga ex Italis Dynastis inter primos: in familiâ Christi, per egregiam paupertatem, contenderit non secundus numerari.

Transituro Israeli, diuidit Deus aquas, & in 894. adamantinos parietes stupentibus vndis conformatis, siccum iter, per Aridam, populo apparatur. Quàm aliter ad Christum venturus incedit Petrus! Liquidum iter, visum solidari: & inter tumentes Pelagi vortices, æstus fluctuantes, leniter vndæ suscipiendis gressibus, patiendis vestigiis sternuntur: *Et descendens Petrus de nauiculâ, ambulabat super aquam.* Matth. 14. v. 29. Matth. 14. v. 29. mira diuersitas! Cur Petro non dehiscunt vndæ, in ipso fundo Aridam ministrantes; cur Israelitis vndæ ipsæ rigescentes non congelantur? pende legis, & gratiæ diuersa merita: & inde, seruatum iure priuilegium Petro recognosces. Incedebant diuites Israelitæ, & Ægyptiorum spoliis onusti: vnde ergo sic graues, vnda sustineret? at Petrus pauper descenderat, cui licuit verè dixisse: *Ecce nos reliquimus omnia:* Iam ergo iste quodammodo in spiritum commutatus, vndas leuissimus calcat, non discindit: nec vllo pondere grauis interrumpit. Fauet D. Bernardus, in Declamat. ad illa verba, *ecce nos reliq.* vbi post multa de spiritus Paupertate, ita. D Bernard. *Nimirum longè aliud est, in luto aquarum multarum, diuisi fundo maris, iter carpere, terrena licitè possidendo: aliud ipsam quoque nouis gressibus vndam calcare, omnia relinquendo. Sed tempori gratiæ prærogatiua hæc debebatur: Petro nouum iter, & nouus typus itineris seruabatur.* Haud ergo vanus infero, spiritali iam, id est Angelica conditione fruitum Petrum: qui quasi corporis graui mole derelictâ, omnia relinquens, spiritus instar, ipsos

quos

quos calcat fluctus nescit diuidere. Nimirum tam expeditus debuit procedere, vt Christum consequeretur. Ideo ibidem Bernardus: ad verba ista
Matth 19. v. 27. D. Bernard. Petri, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*. Matth. 19. v. 27. sic scribit. *Benè: optime: & non ad insipientiam tibi: nam & mundus transit, & concupiscentia eius: & relinquere hac magis expedit, quam relinqui. Nimirum, quia exultauit vt gigas ad currendam viam, nec currentem sequi poterit oneratus.*

895. Matth. 5. v. 3. Hinc capies verba illa Christi: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Matth. 5. v. 3. cur enim, (quod ibidem legitur) cæteris beatitudinibus, præmia in futurum promittuntur: & sola paupertas, iam nunc regnum cœlorum habere perhibetur: nisi expeditiores pauperes, ad instar spiritus, volatiles cœlum subito visi conscendere: & terreni adhuc in cœlo commorari? Ita est: celerrimæ sunt paupertatis pennæ: dumque cæteræ virtutes gradatim tendunt in cœlum: illa volatu præpeti rapitur: & cœlum aliis, longum post tempus, possidendum: iam cernitur possidere. D. Bernardus serm. 4. de Ad-
D. Bernard. uentu Dom. *Magna quadam penna est paupertatis, qua tam cito volatur in regnum cœlorum. Nam in aliis virtutibus qua sequuntur, promissio futuro tempore indicatur: paupertati non tam promittitur, quam datur. Vnde ex præsenti tempore enuntiatum est: quoniam ipsorum est regnum cœlorum: cùm in cæteris dicatur, hereditabunt, consolabuntur, & similia.* Non temere igitur pauperes spiritu, Angelos appellauerim: quibus eiusdem regni consortium, communis Patria, alarum expeditio conceditur: meritissimoque, hinc etiam Gonzaga Angelus perhibetur, quem perfectissima paupertas exutum terrenis omnibus laureauit.

§. XII.

Circumforanei Religiosi pericula: claustrum, non tam corpore, quàm spiritu obseruandum: inde ex charitatis officio, & obedientia ductu prodiens, tutus incedit.

896. Vt hæc vota fœliciter emissa, obseruata fœlicius, fœlicissime tandem clauderet feruidus religionis amator: nihil habuit prius, quàm in eàdem religione sic se abditum claudere, vt sæculum, sæculique negotia videretur ignorare. Mira res! Iuuenis clarissimus in edito nobilitatis primæ constitutus, in ipso Romanæ vrbis & orbis lumine, sic delitebat, vt nisi rarissimò, idque vrgente obedientiâ, prodiret: horreret Palatia, & tot Principum cognatorum domos, imò & paternas ædes, non nisi necessario pietatis officio, & cogente, superioris imperio adiret vnquam. Nouerat, has inutiles itationes, vana commercia: quibus nonnulli religiosi Palatia, & domos sæcularium frequentant: (nisi dum salutis horum æternæ, & charitatis ratio id postulet) pestem esse perfectionis, & religiosæ venenum disciplinæ. Nesciri cupiebat meus Ludouicus, & licet tantus, angulum affectabat: eò diuinis impensius vacans, quò se humanis diligentius substrahebat. Sunt in rem similem prudentissima verba illa Senecæ
Senec. epist. 32. ad absentem amicum. *Inquiro in te, & ab omnibus sciscitor, qui ex illâ regione veniunt: quid agas, vbi, & cum quibus moreris. Verba dare, non potes: tecum sum: sic viue, tanquam quid facias auditurus sim: imò tanquam visurus. Quaris, quid me maximè ex his, qua de te audio delectet? quod nihil audio: quod plerique ex his, quos interrogo, nesciunt quid agas. Hoc est salutare, non conuersari cum dissimilibus, & diuersa cupientibus. Habeo quidem fiduciam, non posse te torqueri, mansurumque in proposito, etiam si solicitantium turba circumeat: quid ergo est? non timeo, ne immutent te, timeo ne impediant.* Quid religioso, cum sæcularibus, tam dissimilibus, tam diuersa cupientibus? nisi forte eadem iam cum istis concupiscit, non solum ab ipsis impeditus, sed mutatus: & claustri fastidio, inhians iam palatio. Non ita Nazianzenus Orat. coram 150. Episcopis, vbi ita. *Quod si Principatus, aut sublimium Thronorum amore flagraui, aut Imperatorum aulas calcare gestij: nunquam aliud quidquam splendoris, amplitudinisque mihi contingat: aut si quid contigerit, illud proiiciam, atque amittam.* Sic de Palatio iudicat, quisquis amore sæculi, non cæcutit. D. Gregor. Nazianz.

Degebant Rechabitæ filij Ionadab, in Tabernaculis, seuero cuncta voluptates, de vini abstinentiâ, præcepto constricti: paupertatis, interdictâ sibi agriculturâ, studiosi: vt quodammodo religiosam & eremiticam vitam deuotissimè profiteri viderentur. Inuadit interim Nabuchodonosor Israelem: quo coacti, in Ierusalem, habituri præsidium confugerunt. Ierem 35. v. 11. hinc fit non parum obscurus Titulus ille Psalm. 70. vbi Dauid prophetico spiritu excidium hoc deplorans, diuinamque implorans opem, sic scribit. *Psalmus Dauid, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.* Vnde enim verè primi captiui appellati possunt, qui non nisi postmodum, simul cum aliis ciuibus abducti sunt? quomodo primi capi potuerunt, qui ad vrbem recurrentes, à ciuibus vt pote magni nominis virtutis viri summopere defendebantur, vtpote quorum doloris, tot ante sæcula meminerat Dauid: quorum constantiam probatam interim Ieremias citatus prædicabat? nimirum erant, pro sæculi illius conditione, religiosi: quibus proinde, in delicio erat solitudo: ciuitas in fastidio: quibus facta illa Tabernacula, libertati, captiuitati, Palatia prophana adscribebantur. Quid ni ergo primi omnium captiui dicantur, qui Nabuchodonosoris metu compulsi sunt, relictâ verà religiosæ solitudinis libertate: in vrbe tanquam in carcere detineri? D. Hieron. ad Paulinum, epist. de Instit. Monachi, post multa quibus Eremiticam Rechabitarum vitam commendat: sic ad rem nostram. *Qui in tabernaculis semper habitantes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus, Hyerosolymam intrare compulsi, hanc primi captiuitatem sustinuisse dicuntur, quod post solitudinis libertatem, vrbe, quasi carcere, sunt reclusi.* Hanc esse Hieronymi Magni mentem, cum ex contextu, tum ex scopo epistolæ ita patet: vt mihi nec leuis dubitationis ansa relinquatur. Vnde nec video, cur tam aliter, (ad cap. Ier. citatum) interpreteretur Hieronymum noster Sanchez: quasi captiuitas prima communis sit Israëlitis cæteris, cum Rechabitis: primaque dicatur, per ordinem ad subsequentes alias, aliis sub temporibus, captiuitates: & Rechabitæ in pœnam violati præcepti ingrediendæ vrbis, iugum Tyranni subierint. Ecquod præceptum, naturalem vitæ defensionem poterat impedire, vltroneè vrbem ingressi, an compulsi? logi. Sed quidquid de re, violentus in hanc sententiam contorquetur Hierony-
897. Ierem 35. v. 11. Psalm. 70. D. Hieron. Sanchez.

quia tempotalium opum amotis impedimentis,
pauper spiritu Angelus gloriosiot decertabat.

891. Mitati sunt & meritò, inquit Matthæus, verba illa Christi Domini, Discipuli: *Facilius est Ca-*
Matth. 19. v.24. *melum per foramen acus transire: quam diuitem intrare in regnum cælorum.* Cap. 19. v. 24. mira res
planè. Duodecim sunt Portæ cœli, per quas ex
duodecim tribubus duodecim millia singularum
signati, & turba aliarum gentium, quam dinumerare nemo poterat, ingtedi potuete, atque
turmatim:& tamen sic amplæ, sic patentes portæ,
diuitem vnum capere vix possunt: nec facilius,
quàm camelum, acus foramen, hospitem excipinnt? quid, quod plures illorum ditissimi fuete,
vt Abtaham, Dauid: totque alij Pattiarchæ, atque Reges: quomodo etgo isti facilè penettarunt?
nimitum, quia licet re apsa diuites, tamen spiritu paupertimi euaserant. Solet cœlestis via, assuescunt portæ æternales, Angelicos spiritus admittere& immittete facilè, vt pote bis talibus peramplæ: quæ tamen diuitiarum impedimento
onustis sic arctæ sunt: vt nisi amoto illo, in subtilissimam quasdam tenuitatem, penè Angelis; id
est spirituales effecti emetgamus: non nisi diuinæ
v.26. potenriæ miraculo, cui *omnia sunt possibilia*, (vt
ibidem mirantibus discipulis v. 26. subdit Christus) eò penettemus. Paupertas ergo ad hanc spiritualem conditionem nos reducit. D. Gauden-
D.Gauden. tius setm. de Villico Iniquit. ita, post multa.
Quoniam vero arcta, & angusta via est, quæ ducit ad vitam, oneratos diuitiarum terrestrium fascibus, ingredi per illam non capit: expeditos quærit, ac tenues, omnique continentia castigatos, & (vt ita dixerim) filo gracili similes: qui etiam per foramen illius mystica acus faciles transeant, spiritales effecti. Quid mirum facilis petcurrat hanc viam,
ingrediatut has pottas meus Ludouicus, cui eximia Paupertas, & terrenorum omnium abdicatio, in spiritualem Angeli conditionem iam ptomonerat.

892. Dixerat quidem ista Christus Dominus occasione illius adolescentis ditioris, qui ab initio
Matth. 19. v.21 custodierat præcepta, quætensque tacitè perfectionis regulam, audiuit ab eodem: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me.*
Ibidem v. 21. Et tamen abiit tristis, miset adolescens, à multis possessionibus, ne sequeretur Christum, retardatus. Facit etiam locus iste, ad rem
præsentem. Cur enim nisi relictis omnibus, perfectionem consequi, id est Christum sequi non
possumus: nisi quia Christum, vt pote tendentem in cœlos, insequi non valeamus, si alarum
remigio destituimur? ita est: non vtcunque expeditos, sed pennatos & aligetos hæc via noa requirit, premimur verò diuitiis onusti, nec nisi à paupertate has alas compatamus. D. Hieron. ad hunc
D. Hieron. locum, Epist, ad Iulianum. *Qui omnia se fecisse dicebat, in primo certamine, diuitias vincere non potest: vnde & difficile intrant diuites in regna cælorum: quæ expeditos, & alarum leuitate subnixos habitatores desiderant. Vade inquit, & vende omnia: non partem substantiæ, sed vniuersa quæ possides.* Angelos, *Cæli Aues* alicubi vocauit Euangelium: si
ergo alarum leuitate subnixos, audis pauperes, &
vt supra dixit Gaudentius spirituales: quid eosdem, iam Angelos non audeas appellare? vnde
enim Angelos, nisi per alatos spiritus explicamus?

893. Et benè addit Doctor Maximus: *Vende omnia:*
huc enim tendebat Christus, imò in aliquibus D. Hieron.
exemplaribus si habetur: scilicet, non satis est
multa relinquere: si tibi aliquid, quamuis vilissimum, tetinueris. Flebat Elisæus taptum in
cœlos, dulcissimum Præceptorem: per itineris
ardua, suspiriis discedentem insecutus. Et addit
textus: *Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.* 4.Reg 2. v.13.
4. Reg.2. v.13. ita ne perturbatus ascendit Elias,
vt retinendi pallij impos redderetut? non fuit illa perturbati incuria, sed cura prudentissimi: tuletat secum è terra, licet spolium abiectissimum,
palliolum superfluum: at sensit in mediâ viâ
sibi impedimento fore alis mouendis, seu velocissimo currui promouendo: ergo vt pauperior,
ascenderet expeditior, pallium abiicit; quod licet leuissimi pretij, pennarum tamen cursum
haud leuiter pergrauabat. Idem ibidem Hieronymus. *Elias ad cælorum regna festinans, non potest* D. Hieron.
ire cum pallio: sed mundi, in mundo, vestimenta dimittit. Sic nimirum velociores pennas cōparat, &
Angelorum viam metitut facilis. Quasi ipsi Angeli (qui vt ex Ambrosio & Chrysostomo alibi
dixi, igniti currus, & igneorum equotum formâ
delitebant) dum facillimè Eliam in ipso corpore
iam penè spiritualem euehebant: superfluo illo
palliolo, ex parte prægrauari viderentut: quibus
quidquid est terrenæ possessionis, in alumnis suis,
quos secum fore Angelos desiderant, tanquam
onus grauissimum fastidirur. Huc ergo collineauit Ludouicus: nihil superfluum, licet vilissimum
retinuit è terra, Angelus scilicet, ad cœlum volaturus. Concludit tandem Hieronymus ad nobilissimum suum Iulianum. *Sed hoc, ais, Apo-* Ibidem.
stolica dignitatis est, & eius qui velit esse perfectus. Cur autem & tu, nolis esse perfectus, cur qui in sæculo primus es, non in Christi familiâ primus sis? Quid ergo
mirum si meus Gonzaga ex Italis Dynastis inter
primos: in familiâ Christi, per egregiam paupertatem, contenderit non secundus numerari.

Transituro Israeli, diuidit Deus aquas, & in 894.
adamantinos parietes stupentibus vndis conformaris, siccum iter, per Aridam, populo apparatur. Quàm aliter ad Christum venturus incedit
Petrus! Liquidum iter, visum solidari: & inter
tumentes Pelagi vortices, æstus fluctuantes, leniter vndæ suscipiendis gressibus, pariendis vestigiis sternuntur: *Et descendens Petrus de nauiculâ,* Matth. 14. v.29.
ambulabat super aquam. Matth. 14. v.29. mira diuersitas! Cur Petro non dehiscunt vndæ, in ipso
fundo Aridam ministranres; cur Israelitis vndæ
ipsæ rigescentes non congelantur? pende legis,
& gratiæ diuersa merita: & inde, setuatum iure
priuilegium Petro tecognosces. Incedebant diuites Israelitæ, & Ægyptiorum spoliis onusti: vnde ergo sic graues, vnda sustineret? at Petrus pauper descenderat, cui licuit verè dixisse: *Ecce nos reliquimus omnia:* Iam ergo iste quodammodo in
spiritum commutatus, vndas leuissimus calcat,
non discindit: nec vllo pondere grauis interrumpit. Fauet D. Bernardus, in Declamat. ad illa verba, *ecce nos reliq.* vbi post multa de spiritus Pau- D Bernard.
pertate, ita. *Nimirum longè aliud est, in luto aquarum multarum, diuisi fundo maris, iter carpere, terrena licito possidendo: aliud ipsam quoque nouis gressibus vndam calcare, omnia relinquendo. Sed tempori gratiæ prærogatiua hæc debebatur: Petro nouum iter, & nouus typus itineris seruabatur.* Haud ergo vanus
infero, spiritali iam, id est Angelica conditione
fruitum Petrum: qui quasi corporis graui mole
derelictâ, omnia relinquens, spiritus instar, ipsas
quos

quos calcat fluctus nescit diuidere. Nimirum tam expeditus debuit procedere, vt Christum consequeretur. Ideo ibidem Bernardus: ad verba ista Matth 19. v.27. D.Bernard. Petri. , *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Matth.19. v. 27. sic scribit. *Benè: optime: & non ad insipientiam tibi: nam & mundus transit, & concupiscentia eius: & relinquere hac magis expedit, quam relinqui. Nimirum, quia exultauit vt gigas ad currendam viam, nec currentem sequi poterit oneratus.*

895. Matth.5. v.3. Hinc capies verba illa Christi: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Matth. 5. v.3. cur enim, (quod ibidem legitur) cæteris beatitudinibus, præmia in futurum promittuntur: & sola paupertas, iam nunc regnum cœlorum habere perhibetur: nisi expeditiores pauperes, ad instar spiritus, volatiles cœlum subito visi conscendere: & terreni adhuc in cœlo commorari? Ita est: celerrimæ sunt paupertatis pennæ: dumque cæteræ virtutes gradatim tendunt in cœlum; illa volatu præpeti rapitur: & cœlum aliis, longum post tempus, possidendum: iam cernitur possidere. D. Bernardus serm.4. de Ad- D.Bernard. uentu Dom. *Magna quadam penna est paupertatis, quâ tam cito volatur in regnum cœlorum. Nam in aliis virtutibus qua sequuntur, promissio futuro tempore indicatur: paupertati non tam promittitur, quam datur. Vnde ex præsenti tempore enuntiatum est: quoniam ipsorum est regnum cœlorum: cùm in cæteris dicatur, hæreditabunt, consolabuntur, & similia.* Non temere igitur pauperes spiritu, Angelos appellauerim: quibus eiusdem regni consortium, communis Patria, alarum expeditio conceditur: meritissimoque, hinc etiam Gonzaga Angelus perhibetur, quem perfectissima paupertas exutum terrenis omnibus laureauit.

§. XII.

Circunforanei Religiosi pericula; claustrum, non tam corpore, quàm spiritu obseruandum: inde ex charitatis officio, & obedientiæ ductu prodiens, tutus incedit.

896. VT hæc vota fœliciter emissa, obseruata fœlicius, fœlicissime tandem clauderet feruidus religionis amator: nihil habuit prius, quàm in eâdem religione sic se abditum claudere, vt sæculum, sæculique negotia videretur ignorare. Mira res! Iuuenis clarissimus in edito nobilitatis primæ constitutus, in ipso Romanæ vrbis & orbis lumine, sic delitebat, vt nisi rarissimò, idque vrgente obedientiâ, prodiret: horreret Palatia, & tot Principum cognatorum domos, imò & paternas ædes, non nisi necessario pietatis officio, & cogente, superioris imperio adiret vnquam. Nouerat, has inutiles itationes, vana commercia: quibus nonnulli religiosi Palatia, & domos sæcularium frequentant: (nisi dum salutis horum æternæ, & charitatis ratio id postulet) pestem esse perfectionis, & religiosæ venenum disciplinæ. Nesciri cupiebat meus Ludouicus, & licet tantus, angulum affectabat: eò diuinis impensius vacans, quò se humanis diligentius substrahebat. Sunt in rem similem prudentissima verba illa Senecæ Senec. epist.32. ad absentem amicum. *Inquiro in te, & ab omnibus sciscitor, qui ex istâ regione veniunt: quid agas, vbi, & cum quibus moreris. Verba dare, non potes: tecum sum: sic viue, tanquam quid facias auditurus sim: imò tanquam visurus. Quæris, quid me maximè ex his, quæ de te audio delectet? quod nihil audio: quod plerique ex his, quos interrogo, nesciunt quid agas. Hoc est salutare, non conuersari cum dissimilibus, & diuersa cupientibus. Habeo quidem fiduciam, non posse te torqueri, mansurumque in proposito, etiam si solicitantium turba circumeat: quid ergo est? non timeo, ne immutent te, timeo ne impediant.* Quid religioso, cum sæcularibus, tam dissimilibus, tam diuersa cupientibus? nisi forte eadem iam cum istis concupiscit, non solum ab ipsis impeditus, sed mutatus: & claustri fastidio, inhians iam palatio. Non ita Nazianzenus Orat. coram 150. Episcopis, vbi ita. D. Gregor. Nazianz. *Quod si Principatus, aut sublimium Thronorum amore flagraui, aut Imperatorum aulas calcare gestij: nunquam aliud quidquam splendoris, amplitudinisque mihi contingat: aut si quid contigerit, illud proiiciam, atque amittam.* Sic de Palatio iudicat, quisquis amore sæculi, non cœcutit.

Degebant Rechabitæ filij Ionadab, in Tabernaculis, seuero contra voluptates, de vini abstinentiâ, præcepto constricti: paupertatis, interdictâ sibi agriculturâ, studiosi: vt quodammodo religiosam & eremiticam vitam deuotissimè profiteri viderentur. Inuadit interim Nabuchodonosor Israelem: quo coacti, in Ierusalem, habituri præsidium confugerunt. Ierem 35. v.11. hinc fit non parum obscurus Titulus ille Psalm. 70. vbi David prophetico spiritu excidium hoc deplorans, diuinamque implorans opem; sic scribit. *Psalmus David, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.* Vnde enim verè primi captiui appellari possunt, qui non nisi postmodum, simul cum aliis ciuibus abducti sunt? quomodo primi capi potuerunt, qui ad vrbem recurrentes, à ciuibus vt pote magni nominis virtutis viri summopere defendebantur, vtpote quorum doloris, tot ante sæcula meminerat David; quorum constantiam probatam interim Ieremias citatus prædicabat? nimirum erant, pro sæculi illius conditione, religiosi: quibus proinde, in delicio erat solitudo: ciuitas in fastidio: quibus sacra illa Tabernacula, libertati, captiuitati, Palatia prophana adscribebantur. Quid ni ergo primi omnium captiui dicantur, qui Nabuchodonosoris metu compulsi sunt, relictâ verâ religiosæ solitudinis libertate: in vrbe tanquam in carcere detineri? D. Hieron. ad Paulinum, epist. de Instit. Monachi, post multa quibus Eremiticam Rechabitarum vitam commendat: sic ad rem nostram. *Qui in tabernaculis semper habitantes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus, Hyerosolymam intrare compulsi; hanc primi captiuitatem sustinuisse dicuntur, quod post solitudinis libertatem, vrbe, quasi carcere, sunt reclusi.* Hanc esse Hieronymi Magni mentem, cum ex contextu, tum ex scopo epistolæ ita patet; vt mihi nec leuis dubitationis ansa relinquatur. Vnde nec video, cur tam aliter, (ad cap. Ier. citatum) interpretetur Hieronymum noster Sanchez: quasi captiuitas prima communis sit Israëlitis cæteris, cum Rechabitis: primaque dicatur, per ordinem ad subsequentes alias, aliis sub temporibus, captiuitates: & Rechabitæ in pœnam violati præcepti ingrediendæ vrbis, iugum Tyranni subierint. Ecquod præceptum, naturalem vitæ defensionem poterat impedire, vltronei ne vrbem ingressi, an compulsi? logi. Sed quidquid de re, violentus in hanc sententiam contorquetur

Margin notes (right column): 897. (beside "Degebant Rechabitæ"); Ierem 35. v.11. Psalm.70. (beside "præsidium confugerunt … Psalm. 70."); D Hieron. (beside "dat: sic ad rem nostram"); Sanch. (beside "tatum) interpretetur … San-")

Hierony-

quia temporalium opum amoris impedimentis, pauper ſpiritu Angelus glorioſior decertabat.

891. Mirari ſunt & meritò, inquit Matthæus, verba illa Chriſti Domini, Diſcipuli: *Facilius eſt Camelum per foramen acus transire: quam diuitem intrare in regnum cælorum.* (Matth. 19. v.24.) Cap. 19. v. 24. mira res planè. Duodecim ſunt Portæ cœli, per quas ex duodecim tribubus duodecim millia ſingularum ſignati, & turba aliarum gentium, quam dinumerare nemo poterat, ingredi potuere, atque turmatim: & tamen ſic amplæ, ſic patentes portæ, diuitem vnum capere vix poſſunt: nec facilius, quàm camelum, acus foramen, hoſpitem excipiunt? quid, quod plures illorum ditiſſimi fuere, vt Abraham, Dauid: totque alij Patriarchæ, atque Reges: quomodo ergo iſti facilè penetrarunt? nimirum, quia licet re ipſa diuites, tamen ſpiritu pauperrimi euaſerant. Solet cœleſtis via, aſſueſcunt portæ æternales, Angelicos ſpiritus admittere & immittere facilè, vt pote his talibus peramplæ: quæ tamen diuitiarum impedimento onuſtis ſic arctæ ſunt: vt niſi amoto illo, in ſubtiliſſimam quandam tenuitatem, penè Angeli; id eſt ſpirituales effecti emergamus: non niſi diuinæ
(v.26.) potentiæ miraculo, cui *omnia ſunt poſſibilia*, (vt ibidem mirantibus diſcipulis v. 26. ſubdit Chriſtus) eò penetremus. Paupertas ergo ad hanc ſpiritualem conditionem nos reducit. D. Gaudentius ſerm. de Villico Iniquit. ita, poſt multa. (D. Gauden.) *Quoniam vero arcta, & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam, oneratos diuitiarum terreſtrium faſcibus, ingredi per illam non capit: expeditos quærit, ac tenues, omnique continentia caſtigatos, & (vt ita dixerim) filo gracili ſimiles: qui etiam per foramen illius myſtica acus faciles tranſeant, ſpiritales effecti.* Quid mirum facilis percurrat hanc viam, ingrediatur has portas meus Ludouicus, cui eximia Paupertas, & terrenorum omnium abdicatio, in ſpiritualem Angeli conditionem iam promouerat.

892. Dixerat quidem iſta Chriſtus Dominus occaſione illius adoleſcentis ditioris, qui ab initio cuſtodierat præcepta, quærenſque tacitè perfectionis regulam, audiuit ab eodem: (Matth. 19. v.21) *Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus: & habebis theſaurum in cælo, & veni ſequere me.* Ibidem v. 21. Et tamen abiit triſtis, miſer adoleſcens, à multis poſſeſſionibus, ne ſequeretur Chriſtum, retardatus. Facit etiam locus iſte, ad rem præſentem. Cur enim niſi relictis omnibus, perfectionem conſequi, id eſt Chriſtum ſequi non poſſumus: niſi quia Chriſtum, vt pote tendentem in cœlos, inſequi non valeamus, ſi alarum remigio deſtituimur? ita eſt: non vtcunque expeditos, ſed pennatos & aligeros hæc via nos requirit, premimur verò diuitiis onuſti, nec niſi à paupertate has alas comparamus. D. Hieron. ad hunc locum, Epiſt. ad Iulianum. (D. Hieron.) *Qui omnia ſe feciſſe dicebat, in primo certamine, diuitias vincere non poteſt: vnde & difficile intrant diuites in regna cælorum: quæ expeditos, & alarum leuitate ſubnixos habitatores deſiderant. Vade inquit, & vende omnia: non partem ſubſtantiæ, ſed vniuerſa quæ poſſides.* Angelos, *Cæli Aues* alicubi vocauit Euangelium: ſi ergo alarum leuitate ſubnixos, audis pauperes, & vt ſupra dixit Gaudentius ſpirituales: quid eoſdem, iam Angelos non audeas appellare? vnde enim Angelos, niſi per alatos ſpiritus explicamus?

893. Et benè addit Doctor Maximus: *Vende omnia:* huc enim tendebat Chriſtus, imò in aliquibus exemplaribus ſi habetur: ſcilicet, non ſatis eſt multa relinquere: ſi tibi aliquid, quamuis viliſſimum, retinueris. (D. Hieron.) Flebat Eliſæus raptum in cœlos, dulciſſimum Præceptorem: per itineris ardua, ſuſpiriis diſcedentem inſecutus. Et addit textus: *Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.* 4. Reg. 2. v. 13. (4. Reg. 2. v. 13.) ita ne perturbatus aſcendit Elias, vt retinendi pallij impos redderetur? non fuit illa perturbati incuria, ſed cura prudentiſſimi: tolerat ſecum è terra, licet ſpolium abiectiſſimum, palliolum ſuperfluum: at ſenſit in mediâ viâ ſibi impedimento fore alis mouendis, ſeu velociſſimo currui promouendo: ergo vt pauperior, aſcenderet expeditior, pallium abiicit; quod licet leuiſſimi pretij, pennatum tamen currum haud leuiter pergrauabat. Idem ibidem Hieronymus. (D. Hieron.) *Elias ad cælorum regna feſtinans, non poteſt ire cum pallio: ſed mundi, in mundo, veſtimenta dimittit.* Sic nimirum velociores pennas cõparat, & Angelorum viam metitur facilis. Quaſi ipſi Angeli (qui vt ex Ambroſio & Chryſoſtomo alibi dixi, igniti currus, & igneorum equorum formâ delitebant) dum facillimè Eliam in ipſo corpore iam penè ſpiritualem euehebant: ſuperfluo illo palliolo, ex parte prægrauari viderentur: quibus quidquid eſt terrenæ poſſeſſionis, in alumnis ſuis, quos ſecum fore Angelos deſiderant, tanquam onus grauiſſimum faſtiditur. Huc ergo collineauit Ludouicus: nihil ſuperfluum, licet viliſſimum retinuit è terra, Angelus ſcilicet, ad cœlum volaturus. Concludit tandem Hieronymus ad nobiliſſimum ſuum Iulianum. (Ibidem.) *Sed hoc, ais, Apoſtolicæ dignitatis eſt, & eius qui velit eſſe perfectus. Cur autem & tu, nolis eſſe perfectus? cur qui in ſæculo primus es, non in Chriſti familiâ primus ſis?* Quid ergo mirum ſi meus Gonzaga ex Italis Dynaſtis inter primos: in familiâ Chriſti, per egregiam paupertatem, contenderit non ſecundus numerari.

Tranſituro Iſraeli, diuidit Deus aquas, & in 894.
adamantinos parietes ſtupentibus vndis conformatis, ſiccum iter, per Aridam, populo apparatur. Quàm aliter ad Chriſtum venturus incedit Petrus! Liquidum iter, viſum ſolidari: & inter tumentes Pelagi vortices, æſtus fluctuantes, leniter vndæ ſuſcipiendis greſſibus, patiendis veſtigiis ſternuntur: *Et deſcendens Petrus de nauiculâ, ambulabat ſuper aquam.* Matth. 14. v. 29. (Matth. 14. v. 29.) mira diuerſitas! Cur Petro non dehiſcunt vndæ, in ipſo fundo Aridam miniſtrantes; cur Iſraelitis vndæ ipſæ rigeſcentes non congelantur? pende legis, & gratiæ diuerſa merita: & inde, ſeruatum iure priuilegium Petro recognoſces. Incedebant diuites Iſraelitæ, & Ægyptiorum ſpoliis onuſti: vnde ergo ſic graues, vnda ſuſtineret? at Petrus pauper deſcenderat, cui licuit verè dixiſſe: *Ecce nos reliquimus omnia:* Iam ergo iſte quodammodo in ſpiritum commutatus, vndas leuiſſimus calcat, non diſcindit: nec vllo pondere grauis interrumpit. Fauet D. Bernardus, in Declamat. ad illa verba, *ecce nos reliq.* vbi poſt multa de ſpiritus Paupertate, ita. (D Bernard.) *Nimirum longè aliud eſt, in luto aquarum multarum, diuiſi fundo maris, iter carpere, terrena licitè poſſidendo: aliud ipſam quoque nouis greſſibus vndam calcare, omnia relinquendo. Sed tempori gratiæ prærogatiua hæc debebatur: Petro nouum iter, & nouus typus itineris ſeruabatur.* Haud ergo vanus infero, ſpiritali iam, id eſt Angelica conditione fruitum Petrum: qui quaſi corporis graui mole derelictâ, omnia relinquens, ſpiritus inſtar, ipſos

quos

quos calcat fluctus nescit diuidere. Nimirum tam expeditus debuit procedere, vt Christum consequeretur. Ideo ibidem Bernardus : ad verba ista
Matth 19. v. 27. D. Bernard. Petri, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Matth. 19. v. 27. sic scribit. *Benè : optime : & non ad insipientiam tibi : nam & mundus transit, & concupiscentia eius : & relinquere hæc magis expedit, quam relinqui. Nimirum, quia exultauit vt gigas ad currendam viam, nec currentem sequi poterit oneratus.*

895. Matth. 5. v. 3. Hinc capies verba illa Christi : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Matth. 5. v. 3. cur enim, (quod ibidem legitur) cæteris beatitudinibus, præmia in futurum promittuntur : & sola paupertas, iam nunc regnum cœlorum habere perhibetur : nisi expeditiores pauperes, ad instar spiritus, volatiles cœlum subito visi conscendere : & terreni adhuc in cœlo commorari ? Ita est : celerrimæ sunt paupertatis pennæ : dumque cæteræ virtutes gradatim tendunt in cœlum : illa volatu præpeti rapitur : & cœlum aliis, longum post tempus, possidendum : iam cernitur possidere. D. Bernardus serm. 4. de Ad-
D. Bernard. uentu Dom. *Magna quadam penna est paupertatis, quâ tam cito volatur in regnum cælorum. Nam in aliis virtutibus qua sequuntur, promissio futuro tempore indicatur : paupertati non tam promittitur, quam datur. Vnde ex præsenti tempore enuntiatum est : quoniam ipsorum est regnum cælorum : cùm in cæteris dicatur, hereditabunt, consolabuntur, & similia.* Non temere igitur pauperes spiritu, Angelos appellauerim: quibus eiusdem regni consortium, communis Patria, alarum expeditio conceditur : meritissimoque, hinc etiam Gonzaga Angelus perhibetur, quem perfectissima paupertas exutum terrenis omnibus laureauit.

§. XII.

Circumforanei Religiosi pericula : claustrum, non tam corpore, quàm spiritu obseruandum : inde ex charitatis officio, & obedientiæ ductu prodiens, tutus incedit.

896. VT hæc vota fœliciter emissa, obseruata fœlicius, fœlicissime tandem clauderet feruidus religionis amator : nihil habuit prius, quàm in eâdem religione sic se abditum claudere, vt sæculum, sæculique negotia videretur ignorare. Mira re ! Iuuenis clarissimus in edito nobilitatis primæ constitutus, in ipso Romanæ vrbis & orbis lumine, sic delitebat, vt nisi rarissimè, idque vrgente obedientiâ, prodiret : horreret Palatia, & tot Principum cognatorum domos, imò & paternas ædes, non nisi necessario pietatis officio, & cogente, superioris imperio adiret vnquam. Nouerat, has inutiles itationes, vana commercia : quibus nonnulli religiosi Palatia, & domos sæcularium frequentant : (nisi dum salutis horum æternæ, & charitatis ratio id postulet) pestem esse perfectionis, & religiosæ venenum disciplinæ. Nesciri cupiebat meus Ludouicus, & licet tantus, angulum affectabat : eò diuinis impensius vacans, quò se humanis diligentius substrahebat. Sunt in rem similem prudentissima verba illa Senecæ
Senec. epist. 32. ad absentem amicum. *Inquiro in te, & ab omnibus sciscitor, qui ex istâ regione veniunt : quid agas, vbi, & cum quibus moreris. Verba dare, non potes : tecum sum : sic viue, tanquam quid facias auditurus sim : imò tanquam visurus. Quæris, quid me maximè ex his, quæ de te audio delectet ? quod nihil audio : quod plerique ex his, quos interrogo, nesciunt quid agas. Hoc est salutare, non conuersari cum dissimilibus, & diuersa cupientibus. Habeo quidem fiduciam, non posse te torqueri, mansurumque in proposito, etiam si sollicitantium turba circumeat : quid ergo est ? non timeo, ne immutent te, timeo ne impediant.* Quid religioso, cum sæcularibus, tam dissimilibus, tam diuersa cupientibus ? nisi forte eadem iam cum istis concupiscit, non solum ab ipsis impeditus, sed mutatus : & claustri fastidio, inhians iam palatio. Non ita Nazianzenus Orat. coram 150. Episcopis, vbi ita. *Quod si Principatus, aut sublimium Thronorum amore flagraui, aut Imperatorum aulas calcare gestij : nunquam aliud quidquam splendoris, amplitudinisque mihi contingat : aut si quid contigerit, illud proiiciam, atque amittam.* Sic de Palatio iudicat, quisquis amore sæculi, non concurit. D. Gregor. Nazianz.

Degebant Rechabitæ filij Ionadab, in Tabernaculis, seuero contra voluptates, de vini abstinentiâ, præcepto constricti : paupertatis, interdictâ sibi agriculturâ, studiosi : vt quodammodo religiosam & eremiticam vitam deuotissimè profiteri viderentur. Inuadit interim Nabuchodonosor Israelem : quo coacti, in Ierusalem, habituri præsidium confugerunt. Ierem 35. v. 11. hinc fit non parum obscurus Titulus ille Psalm. 70. vbi Dauid prophetico spiritu excidium hoc deplorans, diuinamque implorans opem, sic scribit. *Psalmus Dauid, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.* Vnde enim verè primi captiui appellari possunt, qui non nisi postmodum, simul cum aliis ciuibus abducti sunt ? quomodo primi capi potuerunt, qui ad vrbem recurrentes, à ciuibus vt pote magni nominis virtutis viri summopere defendebantur, vtpote quorum doloris, tot ante sæcula meminerat Dauid ; quorum constantiam probatam interim Ieremias citatus prædicabat ? nimirum erant, pro sæculi illius conditione, religiosi : quibus proinde, in delicio erat solitudo : ciuitas in fastidio : quibus sacra illa Tabernacula, libertati, captiuitati, Palatia prophana adscribebantur. Quid ni ergo primi omnium captiui dicantur, qui Nabuchodonosoris metu compulsi sunt, relictâ verâ religiosæ solitudinis libertate : in vrbe tanquam in carcere detineri ? D. Hieron. ad Paulinum, epist. de Instit. Monachi, post multa quibus Eremiticam Rechabitarum vitam commendat : sic ad tem nostram. *Qui in tabernaculis semper habitantes, ad extremum propter irruptionem Chaldaici exercitus, Hierosolymam intrare compulsi ; hanc primi captiuitatem sustinuisse dicuntur, quod post solitudinis libertatem, vrbe, quasi carcere, sunt reclusi.* Hanc esse Hieronymi Magni mentem, cum ex contextu, tum ex scopo epistolæ ita patet : vt mihi nec leuis dubitationis ansâ relinquatur. Vnde nec video, cur tam aliter, (ad cap. ier. citatum) interpretetur Hieronymum noster Sanchez : quasi captiuitas prima communis fit Israëlitis cæteris, cum Rechabitis : primaque dicatur, per ordinem ad subsequentes alias, aliis sub temporibus, captiuitates : & Rechabitæ in pœnam violati præcepti ingrediendæ vrbis, iogum Tyranni subierint. Ecquod præceptum, naturalem vitæ defensionem poterat impedire, vltronei ne vrbem ingressi, an compulsi ? logi. Sed quidquid de re, violentus in hanc sententiam contorquetur Hierony-

897. Ierem 35. v. 11. Psalm. 70. D. Hieron. Sanch.

Hieronymus, tam aliò mecum collineans. Redeo. Religiosis sanctis vrbs, carcer est: vincula, Plateæ: in quibus, etiam dum inuiti morantur, gemunt tristes: nec dilectum sibi Deum (nisi dum charitatis officia proximis exhibent) possunt inuenire. Primi, & prius quam cæteri ab Hieronymo describuntur captiui Rechabitæ: quia ante communia Tyranni vincula, quibus cum aliis ciuibus adducti sunt: ad vrbem & Palatia compulsi sunt: vbi sub specie præsidij, tanquam in carcere, ciuium strepitu, minus liberè Deo vacare poterant.

898. Prodierat gemebunda sponsa, circuitura ciuitatem, perque vicos & plateas, dilectum quæsitura Cant. 3. v. 2. nec tamen inuenit. Quærit à custodibus diligens: *Num, quem diligit anima mea vidistis?* v. 3. & quasi muti, imò trunci piissimis his quæstibus sic obsurdescunt: vt nec leuissimo nutu satisfaciant. Parum id: non solum solaminis verba negant, sed insuper in immanitatis verbera insurgunt: *Percusserunt me, & vulneraverunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Cap. 5. v. 7. quo vltra furor insaniret præruptiùs? quo immaniùs ferocitas desæuiret? neque debitâ sexui reuerentiâ, neque atrocitate gemitus, nec superinditо lacrymarum decore, faciem amœnantium potius, quam corrumpentium, compescuntur: Virginem verberant, dilaniant, spoliant: nec ab ipsâ, aut ab scriptore sacro incusantur. Quid ita? nouerat puella, dum ista narrat, errorem suum: & promeritam pœnam lubens amplexatur. Si quem potius in cubiculo clausa, claustris munita inquirere debuerat: vaga & circumforanea per plateas quærit IESVM: quid nisi surdis mutisque nuntiis, imò duris carnificibus incurrat? Hos offendes miserrime religiose, si extra charitatis officia, vageris: si cum Ludouico meo claustra non custodias. Benè D. Hieron. ad Eustochium, de Cust. Virg. *Nolo te sponsum quærere per plateas: nolo te circumire angulos ciuitatis: dicas licet, surgam & circumibo ciuitatem, & in foro & in plateis quæram quem dilexit anima mea: & interroges: num quem dilexit anima mea, vidistis? nemo tibi respondere dignabitur: sponsus in plateis non potest inueniri: arcta, angusta via est, quæ ducit ad vitam. denique sequitur: quæsiui eum, & non inueni: vocaui & non respondit mihi. Atque vtinam non inuenisse sufficiat: vulneraberis, nudaberis: & gemebunda narrabis, inuenerunt me*, &c. Nihil certius potuit scribi: ipsi viderint, qui sub non vero charitatis prætextu, fora circumeunt, & IESVM sibi fingunt quæsitum: an fucos, an fructus fecisse experiantur: an fortè vulnera tulerint, & spolia dæmonibus reliquerint.

Cant. 5. v. 2. v. 3. — Cant. 5. v. 7. — D. Hieron.

899. E Bethaniâ in Ierusalem, Christus reuertebatur: *Et videns fici arborem vnam, secus viam venit ad eam, & nihil inuenit in eâ, nisi folia tantum: & ait illi: nunquam ex te fructus nascatur. Et arefacta est continuo ficulnea.* Matth. 21. v. 19. etiam arboribus, sua est, si fas dicere, sors infausta: Plantas etiam sua sequitur infœlicitas. Ad ficulneam aliam, sub typo Patris fam. legitur venisse Christus Luc. 13. quæ sterilis iussa succidi, cultoris tamen precibus veniam obtinuit: deque circunductâ foueâ, & iniecto stercore, factura tandem fructus sperarur. Infœlix ista, ad primam sterilitatis experientiam, arescere iubetur. Nunquid clementior Dominus in typo, quàm in se ipso? absit. Vnde ergo illius spes haud fallax intelligitur: huius verò correctiu desperatur? vnde illa, fructus aliquando Domino allatura: hæc nunquam futura vtilis præsumitur? Nimirum illa alia, erat in vineâ, & septo custodita, vbi si quid afferret, Domino seruaretur. Hæc verò *secus viam*: vnde quamuis fructus emitteret: non tam Domino, quàm cuiuis prætereuntium, hos offerret: erat secus viam, vbi nec fouea circunduci, neque stercus immitti consueuit: sic incalescente, & obduratâ glebâ, iam vltro exsiccanda videri poterat. Benè de istâ Origenes ibi, Homil. 16. *Vide quia secus viam, erat hæc ficus, quæ folia tantum habuit, pro fructu: sic enim terra, quæ secus viam est, licet fuerit seminata, nullum fructum producit: diripientibus volucribus semina seminata.* Quid speret infaustus religiosus secus viam expositus, in plateis conuersans, nisi arefieri? obdurescit cordis gleba, obuiantium commercio calcata: deripiuntur gratiæ semina à dæmonibus: nec iam Christo, religioni, sed sæcularibus, inutiles quidam fructus producuntur.

Matth. 21. v. 19. — Luc. 13. — Origen.

900. Fugerat à facie Domini, Ionas stultescens: dato naulo iam Tharsis meditatur: *Et Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui*, cap. 1. v. 5. prius descendit in occultiorem nauis aluum, deinde dormit, scilicet præ tristitia. Theophylactus ibi: *Ante subortam tempestatem, & periculum, sopore correptus est: fortasse ex nimiâ fuga tristitiâ, & defatigatione.* Et meritò: solent tristibus humores malancholici excitari, qui vt pote graues & terreni, torporem & soporem conciliarit grauissimum. Sed si tristis eò accesserat, cur ab aliorum Societate leuamen non quærebat? si nihil tristibus, si releuari cupiunt, frequentet vsitatius, quàm familiarium commercium captare, vbi mutuis fabellis recreentur: cur Ionas relictis vectoribus affectat solitudinem, interiora petit: vbi ingrauescente tristitiâ, somnus grauis; & forte somnia obrepant grauiora? audi quæ addat Teophylactus citatus. *Porro quod in aluum nauis, hoc est in intimum fundum descendit: Propheta hoc moribus conueast: separatum enim, & solitarium degere Propheticum est.* Amiserat scilicet Fugæ peccato, gratiam: sed adhuc relictos in appetitu habitus retinebat: adhuc propheticos mores redolebat: nescit vir paulo ante Deo sacer, turbis immisceri: nescit profanorum commercio assuescere. Quid faceret, si adhuc amicus numini perseueraret: vt iam haud vanus timere possis, ne fortè religiosus, sæcularium commercia impense affectās, non solum gratiam, sed etiam prædictos habitus penitus deposuerit. Crede mihi, neque hoc iudicium, scrupulosus credideris, temerarium: quod licet cauti suspendere debeamus: tamen cum vt plurimum, verum experiamur: ignauæ stultitiæ erit, saltem non timere: Attende sodes.

Ionæ 1. v. 5. — Theoph. — Idem.

901. Prudente forte Ionam, circunstant illum cæteri vectores: quis, qualis sit, vnde veniat, quò tendat? quærunt soliciti. Ad quos tunc ille: *Hebræus ego sum: & Dominum Deum cœli ego timeo, qui fecit mare, & aridam.* v. 9. quibus auditis, addit textus. *Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: quid hoc fecisti? cognouerunt enim viri, quod à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis.* v. 10. salebrosus est locus, licet primo aspectu planior videatur. Vnde enim prudenter timeant nautæ, ac vectores timore magno? quia indicauerat, inquir, Ionas, fugam & culpam suam. Sed quî indicauerat? tantummodo dixerat se Hebræum: vel vt ex Græco legunt alij: *Seruus Domini ego sum:* Omnipotentis creatoris excellentiam timere se dixit: hæc vero, pietatem potius, quam culpam indicabant: vnde ergo indicia nocentis fugæ, culpæ

Ionæ 1. v. 9. — v. 10. — Græca.

culpæ contractæ: quibus proinde timerent, ne pariter cum noxio punirentur? respondet acutè Theophylactus. *Ex hoc cognouerunt, quod aduersus Deum delinquens, à conspectu eius fugerit: quod confiteretur ipsis, seruum Dei se esse; simulatque enim dixisset, quod verum Deum colat, intellexerunt eum Iudæum esse. Iudæis autem non licebat exteris & alienigenis admiscere se se, neque applicare se vrbibus Idolorum cultricibus: perspicuum itaque erat, quod in Deum suum deliquisset.* Si tantummodo agnita destinatione pergendi ad vrbes Idolorum cultrices, Ionas, lege ab illis separandus, meritò præsumitur noxius: & vectores à temeritate iudicij excusantur: tu temerarius Iudex reprehenderis, si religiosum, quem disciplina regularis segregat à profano sæcularium commercio, reputes peccatorem: quem reapse vides sæcularibus immixtum, circumforaneum, mundi, carnis, imò & diaboli cultoribus, intime, non ex charitatis ministerio adhærentem? Imò illum in mores sæcularium penitus transformandum, poteris suspicari. Hoc voluit statim Theophylactus. *Forasse etiam cogitarunt, quod vitam quæ in lege præscribebatur, declinans, ac Græcorum erroribus se se admouens: fugiat à facie Iudæorum Dei.* Tam in viciniâ sunt, commutatio cum impiis, & ad illorum mores aggregatio. Et non fugiat religiosus, sæculares?

Idem.

902. Ingruente fame, & sterilitatis damno ingrauescente; In Gerara descendit Isaac, cogitans inde haud hæsitanter Ægyptum: nec enim nisi paratum iam descendere, his verbis amoueret diuinum oraculum: *Apparuitque ei Deus, & ait: ne descendas in Ægyptum: Sed quiesce in terra, quam dixero tibi.* Genes. 26. vers. 2. simili infortunio olim commotus, Pater eius Abraham descenderat, volente Deo, in Ægyptum: cur ergo filio, eadem peregrinatio interdicitur? an non poterat Deus pari tutelâ filium defendere, qua prius ibidem Patrem defensarat? aut si indecens erat vt Isaac apud Ægyptios moraretur: nonne id indecentius sanctissimo parenti videretur? nimirum licet sanctior foret Abraham: habebat tamen aliquid Isaac, priuatum; vnde promissionis terram benedictam, vel breui tempore deserere, prohibetur. Ecquid illud? Lyranus ibi. *Remansit Isaac in Geraris, ex præcepto diuino, noluit enim quod descenderet in Ægyptum. Causam autem huius dicunt Hebræi, quia Isaac, vt supra dictum est, fuerat Domino consecratus, quando fuerat Domino oblatus in monte: & ideo non erat decens, quod exiret terram promissionis: & ideo remansit in Geraris: quia tota Palæstina continetur intra terminos terræ promissionis.* Intra domesticos Cœnobij parietes, terra nobis promissa, & benedicta continetur: ibi nobis perfectiori immolatione, quam Isaac, consecratis Deo, immorandum: quid nobis cum Ægypto sæculi, qui sæculari iam pompæ renuntiauimus?

Lyranus.

903. Pericula planè nobis, foris imminent: si fratrum societatem fastidientes temerè foras prodimus: heu! quàm facilè à dæmone inuolabimur! lupus solitariam ouem vorat audax, quam in grege custoditam inuadere non auderet. Dixi ad hanc rem supra plusculaaddo vnum verbum. De Iuda proditore sic habet Ioannes: *Cum ergo accepisset ille buccellam exiuit continuò.* Cap. 13. vers. 30. de quo Chrysostomus tom. 6. serm. de Baptismo Christi, ita. *Quando vltima cœna communicauit Iudas, nolle illâ postremâ cæteris omnibus recumbentibus, ipse se proripiens excessit, &c. Nisi exisset ille, proditor factus non esset: nisi condiscipulos deseruisset, non perisset: nisi seipsum extra ouile proripuisset, non eum lupus offendisset, neque deuorasset: nisi seipsum à Pastore segregasset, belluæ præda factus non esset.* Sed non est facile verba ista Chrysostomi, contextui Euangelistæ accommodare: dixerat quippe pauló ante Ioannes: *& post buccellam, tunc introiuit in eum Satanas.* vers. 27. quomodo ergo tunc inuasus, & voratus ab infernâ belluâ dicitur, quia prorupit foras: in quem statim post buccellam, dicitur Satanas introisse? Hinc ni fallor, res venit conciliandа: neque Euangelistæ contrarius, sed explicator accedit S. Doctor: Si enim tunc intrauit Iudam Satanas cum buccellam accepit: ille verò acceptâ buccellâ exiuit subitò: & exitus Iudæ, & diaboli ingressus in idem ferè instans reciderunt: quasi non auso dæmone etiam acceptâ impiè buccellâ introire: nisi pariter Iudas, à piorum consortio segregaretur. Chrysostomus iterum ad hunc locum, in Catenâ Corder. ita. *Hac enim inuasione dignum se ostendit, quoniam neque mensa, neque panis eiusdem communionem reueritus erat. Quapropter etiam Satanas eius impudentiam subsannando, eum inuasit. Donec enim in aliorum numero fuit, non est ausus, in eum ingredi: Sed forinsecus oppugnabat: postquam vero manifestum fecit ac segregauit: licenter iam irrupit.* Quasi ex mente Chrysostomi, licet pariter eueniunt, & acceptio buccellæ, & segregatio à piis: hæc tamen vltima foret dispositio: qua iam promeritum de communionis sacrilegio, dæmon quasi destitutum ingrederetur. Caue ergo circumforanee religiose, ne quid simile extra claustrum patiaris: custodi cellam, cælo proximiorem.

Ioan. 13. v. 30. D. Chrysol.

Ioan. 13. v. 30.

D. Ioan. Chrysost.

904. At, nemo tamen putauerit, iam peractum esse negotium, si domi contineamur, non corporis clausurâ, sed animi custodiâ res perficitur; frustra corpus in claustro tanquam in carcere continuo detinetur: si interim animus perpetuo diuagatur: neque Deo adhærere dicitur, qui externâ præsentiâ, sed qui interno illi adfuerit affectu. Prudenter Eusebius Gallicanus, homil. 3. ad Monachos post multa de clausurâ religiosâ. *Sed forsitan dicat: Nunquid statim de hoc, loco discedere, ruina dicenda est? dico charissimi, non grandis spes est; si in naui et in fluctibus constitutâ, licet ipsa non pereat, tamen iacturam maximam, de onere, ac de mercibus suis faciat, & ipsa ad portum vacua, atque inanis perueniat. Sic non grande gaudium est, si sæculi aliquis ad fluctus reuertens, nomen atque habitum religionis sua custodire videatur: anima vero eius negligentiis tabescat, ac diffluat.* Ergo quamuis è claustro non discedas, si tamen ibidem mente vagâ, ad sæculi fluctus reuertetis, si anima negligentiis tabescat; retento claustro, & habitu nil proficies. Sed expressè idem Eusebius homil. 4. de Epiphaniâ. *Venire quidem fit ad eremum, summa perfectio est: non perfectè in eremo viuere, summa damnatio est: quid prodest si in loco quies foueatur, & inquietudo in corde versetur? si in habitatione silentium sit, & in habitatoribus vitiorum tumultus, colluctatio passionum? si exteriora nostra serenitas possideat, & interiora tempestas?* Non ita Ludouicus noster, qui exteriori clausurâ, interiorem solicitior foueba: qui non solum mente ad sæculum non redibat, verum etiam sic mentem ad cælestia dirigebat, vt nihil vnquam vel leuissimè terrenum cogitaret: cogitationesque à Deo separate, vt eius fert historia, inter impossibilia, certè inter difficillima numeraret. Sic religiosus proficit, sic reficitur: frustra

Euseb. Gal.

Idem.

frustra claustro munitur, nisi interiori spiritûs
pinguedine nutriatur.

995. Fœlicem religiosorum statum præuidens Da-
uid, sic commendabat. *Fiat pax in virtute tuâ, &*
Ps.121.v.7. *abundantia in turribus tuis.* Psal. 121. vers. 7. non
vtcunque munimina, vocauit claustra, sed turrita,
& præstantissima. Vt tamen turres fortissimæ
quantumuis, non raro obsidionem hostilem pa-
tiuntur: & licet arte, naturâque munitissimæ, ce-
dunt tamen hosti, ni victûs copia, ni cibi potus-
que abundantia supersit: quasque nulla vis per-
rumperet, nullus dolus persuaderet: sæpè fames
prostrat, sitis contundit: Sic religiosa munimina
etiam structissima parum proficient, si intus spiri-
tûs nutrientis defecerit pinguedo. Meritò igitur
Dauid turres nostras, non tam à robore, quod
insciis videretur aptius, quàm ab abundantiâ vo-
luit commendatas. Scilicet satis muniminis & ex
religiosi statûs naturâ, & ex vigili superiorum in-
dustria habent claustra nostra: idque tanquam
planum subticuit Dauid: contentus quod iam
turres appellaret: expressit tamen curandam abun-
dantiam, qua sine miserrimo excidio turres di-
Gellibert. ruerunt. Gellibertus serm. 26. ad hunc locum.
Quid proficit clausos & munitos esse aditus omnes, si
intus hostis fames, cuncta contristat? mala fames,
fastidium. Quid prodest tam munita sublimitas, si
quæ intus sunt, famis & fastidij vastat crudelis ege-
stas? quid prodest dura saxorum, & inaccessa inuicti-
mitas: si non ibi panis est, si non aqua fideles fuunt?
bona quidem protectio: si tamen non desit refectio.
Quid ergo præsumas, quamuis tot septis corpus
defendatur: Si tamen intus cor sterilescit? si ex-
teriori tantum homine, religiosum agis, imò
mentiris: interiori autem perditissimum geris
sæcularem?

906. Nouentium stabiles animos, sic Deus olim
Numer. 30. v. 3. præcepit: *Si quis virorum votum Domino vouerit,*
aut se constrinxerit iuramento: non faciet irritum
LXX. Interpret. *verbum suum.* Numer. 30. vers. 3. LXX. vertunt.
Homo & homo, quicunque vouerit votum. Hæc re-
petitio, *Homo & homo*, in sacris litteris, non raro
in malam partem venit accipienda: discordiam
enim, vt alibi ex Patribus probaui, solet denota-
re: quia de charitatis vinculo colligatis, non
homo & homo dicitur: Sed de singularitate spiri-
tûs, homo vnus. Ergo in hoc loco, vbi in bonam
partem sententia explicanda: quid sonet hæc re-
Origen. petitio, fœliciter aperuit ibi Origenes, homil. 13.
sic scribens. *Quæ est repetendi nominis causa, quasi*
non sufficeret dixisse, homo? &c. Apostolus docet
alium esse interiorem hominem, alium exteriorem, &c.
Cum ergo venitur ad istum iam profectum, vt lex Dei
suscipiatur, & vota Domino offerantur. Vota autem
offerre nemo potest, nisi qui habet aliquid in semetipso,
& in sua substantia, quod offerat Deo: non sufficit
iste exterior homo legem Dei suscipere, nec vota solus
offerre; nec enim potest aliquid dignum Deo habere:
Sed ille interior homo est, qui magis habet in se, quod
offerat Deo. Vbi multa addit, sed quæ ad rem
aliam supra dedi, num. 125. itaque necessarius est
homo exterior, sed insufficiens: nec grata offere-
tur victima, si exterius religiosum agas, claustro
viuas, interiori spiritu quo victima completur,
destitutus. Hinc Paulus: *Obsecro itaque vos, fra-*
tres, per misericordiam Dei: vt exhibeatis corpora
vestra, hostiam viuentem, sanctam Deo placentem.
Rom. 12. v. 1. Rom. 12. v. 1. de quo grauiter Chrysol. serm. 108.
D. Chrysol. ita habet. *Quia non homo ex eo quod viuit, placet,*
sed placet ex eo, quod bene viuit: nec ex eo fit homo
hostia, si se Deo offerat, sed si sanctè offerat Deo: quan-
tum enim immaculata victima placat Deum, tantum
Deum, simulata victima si fuerit, exacerbat. Ecquæ
simulatior victima, quàm quæ in claustro, sub
habitu religioso, animum tamen retinet sæ-
cularem?

Planè, qui talis degit, licet corpore apud nos 907.
manserit: animo tamen apud sæculum viuit per-
ditissimus. Peccat Adam: & stulte se abscondens,
audit Deum: *vbi es?* Genes. 3. vers. 9. nemo nescit, Gen. 3. v. 9.
non potuisse in Deum cadere ignorantiam? quid
ergo locum interrogat, loci conscius? subsannans
reprehensio est, quam mille, & variis modis Pa-
tres explicant: & in rem præsentem, aptissimè
Tertullianus, lib. 2. contra Marc. cap. 25. ita. *Ex-* Tertull.
clamat Deus, Adam vbi es? scilicet ignorans vbi esset,
& causato nuditatis pudore, an de arbore gustasset,
interrogat, scilicet incertus: imò nec incertus admissi,
nec ignorans loci. Enim verò oportebat, conscientia
peccati delitescentem, euocatum prodire, in conspe-
ctum Domini, non solâ nominis inclamatione, sed
cum aliqua iam tunc admissi suggillatione. Non enim
simplici modo, id est, interrogatorio sono, legendum:
vbi es, Adam? sed impresso, & incusso, & imputati-
uo: Adam vbi es: id est, in perditione es: id est, iam
hîc non es. Erat nimirum locus ille, erat Paradisia-
ca habitatio, Innocentiæ possessoribus destinata:
vnde ergo pollutus iam Adam, incola sacri loci
haberi poterat: erat ergo ibi solo corpore, sed
spiritu iam damnationis terram habitabat: propè
Deum membris erat, qui iam mente longissimus
discesserat: ideo Hugo Victor. ibi apud Godefrid. Hug. Vict.
Quam longè es ab illo, & quam prope illi. Sic in re
nostrâ: schola virtutis est religio: ni huic vacas,
quantumuis corpore adsis, iam mente abes: &
licet Deo proximus, vulgo reputeris: distas tamen
reapse ab illo, quàm longissimus.

Tenerrima sunt verba illa Christi Domini, 908.
quibus discipulos suos format, & confirmat,
Ioan. cap. 17. obscura tamen, quæ fundit: *Pater*
quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint
mecum. vers. 14. nihil superuacuum vnquam dixit Ioan. 17. v. 14.
Christus, nec dixisse potuit: atqui superuacanea in
hoc loco videri posset particula illa *mecum.* Si enim
vbi ille est, ibidem & discipuli esse rogantur, iam
secum, id est, cum illo fore, intelliguntur. Quid
ergo non solum ait, vt vbi ego sum, sint etiam
illi, sed insuper, *sint mecum?* an poterant Domine
IESV, in loco, in quo tu es, esse discipuli: nec
tamen tecum esse, existimari? audiendus ibi Pe-
trus Lombardus apud Godefr. *Non simpliciter ait,* Pet. Lomb.
vt vbi ego sum, & illi sint: quia mali sunt vbi ipse
est, qui nusquam deest: Sed non sunt cum eo, quia
non ei per voluntatem cohærent. Boni vero sunt vbi
ipse est, quia eius custodiunt voluntatem. Horribile
planè monstrum, nec facile intellectu, ibidem in
religione esse, vbi IESVS est: nec tamen esse cum
IESV! quia nimirum corpore adsunt, à quo lon-
gissimè dissident per voluntatem: quid prodigio-
sius? sed de hac absenti impiorum præsentia apud
Deum: non pauca in Concept. opere, si memini,
conglobaui. Alio igitur tantum testimonio, clau-
do hanc partem.

Ægrotante Centurionis Puerulo, intercessuri 909.
pro illo, accesserunt ad IESVM nobiles Iudæo-
rum: *Rogabant eum sollicite, dicentes ei: quia dignus*
est, vt hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram: &
Synagogam ipse ædificauit nobis: IESVS autem ibat
cum illis. Luc. 7. v. 4. certè venerunt isti, sed quia Luc. 7. v. 4.
Centurionis nomine venerunt, ipsemet Centurio
Matth.

Matth. 8. Matth.8. & accessisse dicitur, & impetrasse: Sed
cur tacitis & prætermissis illis quasique nihil fa-
cerent, cum tamen & rogarent, & irent cum
IESV: soli centurioni absenti, neque roganti, &
aduentus, & beneficij tribuitur impetratio? res-
pondent vt plurimum, Iudæos corpore, Centu-
rionem verò, proximiorem fide, quam impensè
laudauit IESVS, illi adfuisse. Neque è re nostra
abest hæc responsio. Singularius tamen est, &
commodius præsenti instituto, quod habet ad
D. Petrus Chrysol. hunc locum Chrysol. serm.102. *Iudæi rogant pro*
gentili, qui pro se non rogant: & agunt satis pro salute
alieni serui, qui pro salute suorum nil agunt filio-
rum, &c. IESVS *ibat cum illis, sed illi non ibant cum*
IESV *: cum quo mente non ibant: nec cum illo erant,*
qui seiuncti corde, corpore videbantur adiuncti.
Caueamus ergo ne dum horis canonicis ex Eccle-
siæ spiritu, & Christi promissione, Christiano
populo multa impetramus: ipsi gratia spoliati, nil
nobis mereamur, nec pro nobis orasse repute-
mur. Et ita, proh dolor euenerit frequenter, si
claustra non spiritu sed corpore custodimus: Si
quamuis inter nos adsit IESVS ab illo tamen men-
te separemur.

910. Pauciotibus iam tertia pars tituli præmissi ab-
soluenda. Qui eo animo claustra custodit Chri-
sto adhæsurus: qui Palatiis, turbis, & plateis sic
renuntiat: vt vrbem pro carcere reputet, solita-
riamque cellæ quietem tribuat libertati: Is quando
ex religionis instituto, & obedientiæ præscripto
foras prodit, tutissimus incedit, mira operatur.
Hinc meus Ludouicus implicatissima aliunde
negotia apud consanguineos Principes, fœliciter
sic absoluit: vt inuisibilis Dei, visibilem quo-
dammodo gratiam gerere videretur. Hinc proxi-
mos pro viribus, & scholaris status conditione, sic
prouexit, vt quasi strenuissimus veteranus, opima
à dæmone spolia reportaret. Nimirum charitatis
impulsu, & anteambulâ obedientiâ procedebat:
vnde quandoque arctius foris Deo, quam in
Cellæ quiete adhærebat. Monumento adhæserant
piissimæ mulieres, Christum quæsituræ: & de-
siderio defixæ, ablatum corpus ibi deplorarant:
nec tamen ardenter quæsitum dilectum inuene-
runt. Ergo regredientes dant saltæ, vt charitatis
commercio, discipulis annuntient; quæ audie-
Matth. 28. v.9. rant: *Et ecce* IESVS *occurrit illis, dicens, auete: illæ*
autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius. Matth 28.
vers.9. nonne suauissimo huic commercio, statio
illa monumenti dominici contemplatrix, quam
progressus per viam, aptior videbatur? respondet
Vuericus. aptissimè ad rem nostram Vuerricus, ad cap.24.
Luc. apud Godefr. his verbis. *Audiant & gaudeant*
qui in viis iustitiæ ambulant: audiant, inquam, quia
non solum inhærentes studio contemplationis, IESVS
dignatur, & occursu, & manifestatione sui: Nam
& mulieribus à monumento redeuntibus occurrere, &
duobus euntibus in Emaus, apparere dignatus est.
Agnoscit, ni fallor, experientia quorundam nostrûm,
quia sæpè IESVS, *quem quæsierunt velut ad monu-*
mentum, ad memorias altarium, nec inuenerunt: in-
speratus occurrit illis, in via laborum: tunc nimirum
accesserunt, & tenuerunt pedes eius, quorum scilicet
pedes non tenuerat pigritia, præ desiderio eius. Has
vero itationes non libere, sed ex obedientiæ præ-
scripto sumendas religiosis: quasi operis, & via-
rum labores, solummodo hâc anteambulâ ap-
Idem. probentur: sic præscribit statim. *Noli ergo tu*
Frater, nimis parcere pedibus tuis, à viâ obedien-
tiæ, & discursibus operum: quandoquidem IESVS
non pepercit pedibus suis propter te, etiam à cla-
uorum dolore: & adhuc eorundem amplexu, &
osculu pedum, non grauatur laborem remunerare,
aut releuare, pedum suorum. Pie, verè, pruden-
ter dictum: & Ludouici experientiâ, multorum-
que similium è quauis religiosâ familiâ com-
probatum.

Instruebat Ephesios suos Paulus, subdens post 911.
Ephes. 6. v.14. multa. *State ergo succincti lumbos vestros in veri-*
tate: & induti loricam iustitiæ: & calceati pedes in
præparationem Euangelij pacis. Cap.6.vers.14. om-
nes fideles in militiam sacram instituuntur: sin-
gula membra, vt ibidem legis, proprio munimine
roborantur: & tamen solis pedibus, & his probe
calceatis, præparatio Euangelica assignatur. Sed
cur non ori prædicaturo? cur non saltem mani-
bus, prodigiosa opera edituris? crederem ita di-
ctum, vt ostendatur summa Christi benignitas,
in ministrorum suorum viis custodiendis: qui
dum non vanâ curiositate, aut turpi fine, sed cha-
ritatis impulsu, foras exeunt prædicaturi: nul-
lum illorum pedibus suboritur offendiculum:
tutisque vestigiis incedunt. Ideo D. Paulinus D. Paulin.
epist.2. de Christo suorum custode, ita. *Ille pedes*
meos, in Euangelij præparationem calceabit, vt
presso impune vestigio, super spinas & tribulos, istius
terræ ambulem: & per aspera itineris angusti, mu-
nito pede tutus ingrediar: nec à versa metuens, su-
bitum serpentis inimici caput, ipso, quod insidiosus
obseruat, calcaneo conteram. Neque mirum: audi-
tâ enim aut internâ Dei, aut externâ superioris
voce, anteambulâ procedunt obedientiâ: cuius
nutu tutissimè deducuntur. Hinc illud Iob, de
Deo loquentis: *Præcipit soli, & non oritur: &* Iob 9. v.7.
stellas claudit sub signaculo. Cap.9. vers.7. iustos
intellige illos, qui vt habet Propheta, ad iusti-
tiam erudiunt alios: & per huius sæculi noctem,
tanquam stellæ lucent in firmamento. Sed quor-
sum, quasi sub signaculo clausi dicantur deli-
tescere, qui potius radiaturi cæteris videbantur?
respondet D. Antonius de Padua Dom, 5. post D. Anton. de Pad.
Pascha. *Signaculum est, quod alicui rei imprimitur,*
vt lateat, quousque reseretur. Stellæ, sunt sancti
quos Christus sub signaculo suæ prouidentiæ claudit,
ne appareant quando velint, semper parati ad tem-
pus à Deo constitutam: vt cum audierint aure cor-
dis, vocem iubentis: è secreto contemplationis, egre-
diantur ad opera necessitatis. Visus semetipsum his
verbis effigiasse Diuus Doctor: qui diu in Cella
latens, tandem obedientiæ ductu prodiit prædi-
caturus, (lege eius acta) & tutus prodigiisque
clarus orbem stupefecit.

Scilicet cum Deus ita, aut sua aut superio- 912.
rum voce, in externa negotia vocat religiosos,
quos nouit, de claustri obseruantiâ, & solitu-
dinis amore, aliter non erupturos: ipse prius
laqueos amouet, impedimenta tollit, sternit
viam, qua tutissimi incedant: & in ipsis sæculi
periculis, nihil fere periculi incurrant. Septa
domesticis parietibus latebat sponsa, cum de
aduocante se Christo, sic subiungit. *En ipse*
stat post parietem nostrum, respiciens per fene-
stras, prospiciens per cancellos: en dilectus meus
loquitur mihi: surge propera amica mea. Cant.2. Cant. 2. v.9
vers.9. Græca quædam exemplaria habent: *En* LXX. Int.
ipse, imminens super retia. Putares retia ista esse,
opus aliquod reticulatum, quod virginum, &
nobiliorum fœminarum fenestris obduci solet:
id tamen si foret, potius cernens per retia,
quam super retia imminens diceretur sponsus.

Bene ergo ad Tropologiam, explicat ibi hæc retia
Origen. Origenes, homil.3. sic scribens. *Intellige retia quædam, propè domum sponsi, aut laqueos esse positos: vt si forte ipsa, aut aliqua sodalium eius, ex filiabus Ierusalem, aliquando exisset, caperetur: ad ista verò retia venisse sponsum, qui cum capi ab eis non posset, sed fortior eorum effectus, disrumperet ipsa retia: disruptisque eis, super ipsa incedens, etiam per ipsa prospexerit: & postquam hoc opus fecerit, dicat ad sponsam: exsurge, veni,&c.* Quid iam prodire timeret, quæ laqueos confractos aspiciebat, pericula conculcata? sed quis, nisi vocante Christo exire non perhorrescat: cui statim pro foribus, tot laquei, tot retia apparantur? solum ergo iobente Deo, prodieris securus: tunc vbiuis ille te constituerit, beatus deges.

913. Recole quæ paulo ante, num.902. notaueram de Isaac, ex diuino præcepto in Ægyptum non descendente: addit ergo Deus: *Quiesce in terrâ quam dixero tibi, & peregrinare in ea, eroque tecum:*
Genes.26. v.3. *& benedicam tibi.* Genes.26. vers.3. *Mansit itaque*
Vers. 7. *Isaac in Geraris.* vers.7. mirum dictu! nihil peregrinatione laboriosius, nihil inquietius: vnde ergo in eadem terrâ, & peregrinaturus dicitur Isaac, & quietutus? nullibi hoc constare posse, visum, ne dum in Geraris, cuius Rex Abimelech, Rebeccam Patriarchæ vxorem sibi rapuit. Sed quidem obedientia diuina, aut loca commutabat Isaac, aut in locis consistebat: proinde necessariò omnia illi fœliciter eueniebant: Sic vxorem intactam recepit: totque à Deo bona comparauit: vt ipse Rex post, minorem Patriarchâ se penè fateretur: cuius fœdus & amicitiam ambiuit sedulus.
Diodorus. Diodorus ibi in Cat. Pat. *Vbi quis manserit iubente Deo: illuc bona omnia fluunt.* Nimirum vbiuis Deum habent adiutorem, & amotis periculis dæmonem triumpharum. Vt iam possis ad hos religiosos deferre, quod ad Martyres vinctos Tertul-
Tertull. lianus: *Domus quidem diaboli est, & carcer; in qua familiam suam continet: Sed vos ideo in carcerem peruenistis, vt illum etiam in domo sua conculcetis: iam enim foris congressi conculcaueratis.* Lib. ad Mart. cap 3. domus quidem vitiorum, sæculum est: imò & carcer, vt supra dixi, religiosis piis reputatur: Sed qui iam vitia foris, id est, extra sæculum & in claustro conculcarant: ea insuper, si iobente Deo procedant, gloriosius in suo regno, in suâ ipsâ domo detriumphant.

914. Id solummodo aduerto, has exteriores occupationes, ex obedientiæ præscripto susceptas, tunc peragi fœliciter: quando in illis occupati, mente interim quietem, & secretum cum Deo commercium suspiramus: Sic enim illis non vltra mensuram debitam impendemus, si animus meliorem
Leuit.11. contemplationis partem habuerit in votis. Bene
Radulph. Radulph. ad c.11. Leuit. apud Godefr. *Munienda est mens quidem rigore virtutis: & occupationis appetitum, si fieri potest, nunquam ad se admittat, vt etiam cum laborat, quiescendi desiderium semper retineat. Salus enim est, qui etiam exteriores curas rectè administrare valeat, amor quietis.* Hinc Patriarcha noster D. Ignatius tam sedulus commendat, vt post exteriores cum proximis occupationes, ad spiritualia exercitia recurramus, denuo refecturi, quæ assiduo illo commercio, ex parte defecisse præsumuntur. Quod monitum Ludouico nostro sic erat in præcordiis, vt non solum finitis occupationibus eò recurreret: Sed etiam in ipsis interim, externum opus ab internâ meditatione, spiritus instar Angelici, non disiungeret.

CAPVT VI.

Martyrio triumphantes, mortis victores.

Paulus, Ioannes, & Didacus.

§. I.

Rosa commixta Liliis, Ecclesia ad comptum. Vomis Crucis, & iste laureatus. Triumphantium Martyrum messes pretiosissima. Nostris ad mysterium auriculæ amputata.

IVVS Cyprianus epist. ad Mart. & Confess. ita. *O beatam Ecclesiam nostram, quam sic honor diuinæ dignationis illuminat, quam temporibus nostris, gloriosus Martyrum sanguis illustrat! erat autem in operibus fratrum candida, nunc facta est Martyrum cruore purpurea: floribus enim nec rosa, nec lilia desunt.* Scilicet virgo pulcherrima, absque maculâ & rugâ innuenda Christo, tali amœnantium florum mixturâ debuit decorari: vt huc possis inuertere illud Poëtæ Æneid.10. 915. D.Cyprian.

Indum sanguineo velùti violauerit ostro
Si quis ebur: vel mixta rubent vbi lilia multa
Albo rosâ: tales virgo dabat ore colores. Virgil.

Grato liliorum rosarumque commercio fulget Ecclesia, hinc confessorum candore, inde rubore Martyrum splendet, & suauissimâ ex vtroque temperie coruscat: non aliunde aut comptior ad cultum, aut iactantior ad gloriam poterat prouenire: sic enim sponso Christo similior euitescit: de quo ipsa cecinerat: *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Cant.5.v.10. fortasse quia & Martyriū roseo sanguine, & liliatâ Confessorum innocentia sic exultat Christus, vt grata vtriusque coloris temperatura pulchrescere non didignetur. Illud saltem Doctori maximo non denegaueris, ideo IESVM, candidum, & rubicundum appellari, quod adornandæ Ecclesiæ, huius Confessores, tempore pacis, candidis: tempore autem belli, purpureis coronis Martyres venustissimè circundet. Cant. 5. v.10.
Ergo Hieronymus in Epitaphio Paulæ, ita. *Non solum effusio sanguinis in Confessione reputatur: Sed deuotæ quoque mentis seruitus immaculata, quotidianum Martyrium est. Illa corona de rosis & violis plectitur: ista de liliis. Vnde & in cantico scribitur canticorum: Fratruelis meus, candidus & rubicundus: & in pace & in bello, eadem præmia vincentibus tribuens.* D. Hieron.
Eadem planè, sed de variato colore, gratius vernantia. Ergo Societas Romanæ Ecclesiæ Pars quamuis humilis, non tamen degener, post Confessorum lilia, etiam Martyrum rosas confectat IESV suo: ab illo inuicem candidis & purpureis sertis redimita. Dabo igitur in hoc capite sermonem Panegyricum, quem olim, (tertius decimus annus iam inde fluit) die Apotheosis illorum, è suggestu Iaponensibus nostris Martyribus dicaui: obseruabo Euangelij tenorem, sed additis pluribus, pro cuiusuis rei materia argumentis, quæ vnius horæ angustiæ tunc non ceperant. Fortasse postremi huius & breuioris capitis methodus, concionaturis gratior arridebit.

Erat Christus, agricola noster cælestis, granum pariter, quod cadens in terrâ, morte sua vberrimos 916.
fructus

Ioan.12. fructus reportaret Ioan.12.v.14.tẽpore igitur Paf-
v.24. sionis, iam diuinum hoc semen sepeliendum erat,
& terræ matri credendum : quod ex Maria matre
incliore, absque semine olim pullularat. Et addit
textus: *Tunc* IESVS *baiulās sibi crucem, exiuit in eum,*
Ioan.19. *qui dicitur caluaria locum.* Ioan.19. v.17. baiulauit
v.17. quidem crucem, sed non tam in altum euehens,
quàm in terram demittens,& quasi reptans,ni fal-
lor:hinc enim ortum,vt impiis,Cyrenæus necessa-
rius videretur.Putares verberati corporis imbecil-
litate, & viriū destructione cruci succubuisse, nec
illam potuisse è solo leuare penitus : puto tamen
etiam ibi mysterium delitescere. Erat crux diuinæ
agriculturæ aratrum pretiosum, vt passim testātur
PP.Benè ergo,qui verus agricola erat,arandæ ter-
ræ,sulcis ducendis crucem demittebat,vt dispositæ
iam terræ, ipsemet paulo post , tanquam fœlicius
granum crederetur, vnde incredibilem manipulo-
D. Ambr. rum copiam cõpararet. Fauet Ambrosius serm.56.
vbi post multa de cruce:ita. *Hoc dominico signo etiā*
reserantur inferna: ex quò homo Dominus IESVS, *qui*
ipsam crucem gestabat , sepultus in terrà est , veluti
disrupta ab eo exarata terra , omnes , quos retinebat
mortuos , germinabat. Quasi ipso gestationis teno-
re, terram exarasset : cui deinde per sepulturam
conditus , cum aliis , quibus vitam impertiit,
germinauit.

917. Sed neque caret mysterio, quod crux ipsa , qua
tanquam fortissimâ armaturâ Inferni claustra de-
bellantur:in aratrum fœlicissimum commutetur.
Insurrexerant olim Philistini,aduersus Israel,quos
contra Sangar, siue Semegad Iudex fortissimus si-
Iud.3. mul insurrexit,& aratro, quod fortè erat præ ma-
v.31. nibus, hostes sexcentos penitus contriuit: *Percussit*
*Philistim sexcẽtos viros vomere.*Iud.3.v.31.typus ni-
mirū Christi, vt late probat ibi Origenes Homil.
4.qui cruce suâ hostes profligauit. Ita est:verumta-
men,non proinde amouetur difficultas. Cur enim
si Christus crucem format in Aratrum:sub eadem
formâ, illi etiā partes gladij administrat?esto crux
gladius, vt pote strenuissimè euibrata:mutet tamē
habitum, subeat metamorphosim : cur tamen sub
specie aratri decertauerit?imò si decertat,& vincit
instar gladij,cur interim sulcandæ terræ impendat
operam?vt me expediā, adducenda sunt verba Pli-
nij lib.18.cap.3. quærit ille cur glebâ suo æuo ste-
rilescente & ieiunâ , agri mentirentur , vixque
Agricolis redderent semen creditum:cum tamen
olim vberrimè responderent ? respondet,tunc à vi-
lissimis mancipiis,olim ab ipsis consulibus terram
Plinius. coli:deinde addit. *Ipsorum tunc manibus Imperatorū,*
colebantur agri:vt fas est dicere, gaudente terrâ vomere
laureato , & triumphali aratore. Curabat Christus
vberrimos salutis nostræ fructus,è terra cõparare:
quid ni ergo,ab ipso gladio,quo hostes superabat,
aratrum mutuaretur?quid ni respondeat terra abū-
dantissime,& laureato vomere,& triumphali gau-
dens Aratore?Hinc iustis crucem suam cõmunica-
uit,quibus aratrum pariter foret,& armatura.Ori-
Origen. genes citatus post multa,de cruce. *Si in isto aratro*
manum semper habueris,vt confidenter dicas:mihi ab-
sit gloriari,nisi in cruce Domini nostri IESV-CHRISTI:
hac tibi dicenti,cadunt à dextris tuis decem millia,& à
sinistris tuis mille. Ecquos deinde non speres fru-
ctus , è sic laureato vomere conducendos ? Maius
longè hoc est , quam quod de Attilio suo dixerat
Val.Max Valerius Max. lib.4.cap.4. *Illa rustico opere attrita*
manus , salutem publicam stabilierunt : ingentes ho-
stium copias pessundederunt : quaque modo arantium
boum iugum rexerant , triumphalis currus habenas
retinuerunt : nec fuit iis rubori , eburneo scipione de-
posito , agrestem stiuam aratri repetere. Apud iu-
stos enim , ipsemet victor gladius , iam scipio fit
triumphalis , & inde in laureatam aratri cogitur
stiuam: vt carnis terra vomere laureato sulcata,
deuictis hostibus , morte triumphata , in sege-
tes immortales gloriæ reuiuescat. Diuus Cæsa-
reus Arelat. Homil. 19. *Cor nostrum Euangelico* D.Cæsar.
aratro , & crucis vomere proscindatur ; & aretur , & Arelat.
crucifigatur per pœnitentiam , &c. *Et tunc purga-*
tâ & benè cultâ cordis nostri terrâ:cum gaudio semen
Dei possit excipere;& reddat non solum trigesimum,sed
vel sexagesimum , & centesimum. Et quid ni cum
gaudio, si gaudet terra vomere laureato ? quid ni
reddat centesimum immortalis gloriæ fructum,
si triumphalibus manibus exaratur?

Mira sunt illa verba Iob : *Scio quod Redemptor* 918.
meus viuit , & in nouissimo die de terra surrecturus Iob 19.
sum: & rursum circundabor pelle meâ , & in carne v.25.
mea videbo Deum. cap.19.v.25. congratulor tibi
de gloriâ sanctissime Athleta, & Martyr, si fas
dicere patientiæ. Quod tamen de pelle addis &
carne vix intelligo. Ad eam ne inopiam cœle-
ste Gazophylacium reducitur , vt ni hinc pel-
lem deferas,& carnem : telam aliam , vnde vestia-
ris decorè non suppeditet ? nisi forte tibi , vt ia-
cent in sterquilinio pulchrescunt , illa sagittis
Dæmonis transfixa , hæc vermibus & putredine
scatens : hæc ne cœlesti triumpho decora or-
namenta ? At dices , easdem futuras , sed alio
pulchritudinis compitu decoratas. Credo equi-
dem : cur tamen , cum modo tam longè distent
ab hac fœlicitate : impensius spei tantæ , indi-
dem adblandiris ? Quia fructus immortalitatis,
solummodo à carne crucifixa , & in seruitutem
redacta securus speratur : nec vnquam spes fœ-
licioris huius messis fouetur certior , quam ca-
stigatæ , & laureato crucis vomere sulcatæ carni
committitur. Galfridus ad hunc locum. *Dic* Galfrid.
mihi bone vir , quid exuuiis talibus opus habes ? non
potes sine pelle tam lacerâ, tam miserâ carne beari ? re-
pleta est illa putredine , & sordibus pulueris illa exa-
ruit , & contracta est : quid facient in regno Dei , illa
scissa vlceribus , & vermibus ista scaturiens ? sed
erit , inquam , ipsa pellis , & caro ipsa , sed corruptio
ista non erit. Igitur dum castigo , & redigo in serui-
tutem , in illam vitam foueo , & nutrio carnem meam.
Neque id satis , ipsa in membris , pro Christo ac-
cepta vulnera , amoto pædore , Martyres sic il-
lustrant , vt nullâ floridiure telâ , nulla nobilio-
ri palmatâ indui queant. Pulcherrimè Cellen-
sis lib. 1. de Conscient. *Subigatur ergo corpus,* Petr.Cel.
in pœnâ , ieiuniis maceretur , verberibus lanietur,
eculeo distendatur , gladio trucidetur , crucis supplicio
affligatur : quid ad conscientiam ? in pelle morticinâ
potius scribitur ista , ad meritum coronæ , quàm infli-
guntur pro delicto culpa. Et quæ proinde ad conscien-
tiam , molestia ? quò , inquit conscientia , Tortor ma-
ligne , acrius pungis , eo decentius pingis pellem carnis
mea , quæ est vna de pellibus Salomonis : punctura tua,
est mihi pictura:cedo ergo pellem vt pingas cum pungis:
pungendo enim , & pungis & pingis. Quasi vox illa
Ecclesiæ: *Nigra sum sed formosa, filia Ierusalem , sicut* Cant.1.
*tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.*Cant.1.v.5. v.5.
hinc maximè explicetur,nec comptior, aut cultior
vnquam procedat Ecclesia, quam dum Martyrum
suorum laceras pelles exhibet : quæ dum tormen-
to denigratæ , profanis oculis putantur : pictæ
& vermiculatæ diuini Salomonis conspectui of- Ibidem.
feruntur. Pergit Cellensis. *Pellem pro pelle , &* Petr. Cel.

cuncta quæ habet homo, dabit pro conscientiâ suâ. Extendis in supplicio pellem, sed tunc magis apparet figura picta: glorior de amictu vario: quando denique vermiculatas aspicio plagas, quando candentia lilia, quando rosam de spinâ, quando... singularum virtutum, singulas depingunt mansiones cælestium cellarum: quid gloria, quid gratia superebullit conscientia? Ecquis fructus vberior, quæ potuit victoria gloriosior decantari?

919. Iob 2. v.7. Hinc capies, cur post quàm dæmon, *percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis, vsque ad verticem eius*: cap.2.v.7. tunc discessit: Cur enim prostrato iam, non insultat, & deiectum superbientibus calcibus, non opprimit; nisi quia, nunquam gloriosior vicerat Iob, quam dum prostratus, & vlceribus plenus dæmonem superauit? Ita est, ideo meticulosus iste aufugit. Chrysost.
D. Ioann. Chrysost. Homil.5. ad Pop. Antioch. *Quando sanum quidem ipsius erat corpus, manus opponebat: vt verò ipsius carnem vlceribus impleuit, tunc aufugit victus, &c. Quis vidit, quis audiuit tam mirabiles pugnas? gentilium certaminum pugiles, cum aduersariorum capita contriuerunt, tunc victores sunt, & coronantur; hic verò cum iusti corpus contriuisset, omniformi vlcere ipsum perforans, & imbecillius fecisset, tunc victus est, & retrocessit.* Apertius id cernitur in Martyribus, quibus de prostratione, laurea; de ignominiâ, gloria; & triumpharis hostibus, de morte, vita succedit immortalis: qui nouo & inaudito victoriç genere, tunc palmam apprehendunt, cum conteruntur. Benè D. Cyprianus epist.13. de Hab. Virg.
D. Cypr. Isai.40. ad illud Isaiæ, *Omnis caro fœnum.* cap.40. post multa ita. *Si in carne sit gloriandum, tunc plane, quando in nominis Domini confessione gloriatur, quando fortior fœmina viris torquentibus inuenitur: quando ignes, aut cruces, aut ferrum, aut bestias patitur, vt coronetur: illa sunt carnis pretiosa monilia, illa corporis ornamenta meliora.* Quasi hæc sit laureati illius vomeris, noua atque fœlicior conditio, vt è præsulcatâ carne non qualiacunque grana, sed gemmas & margaritas, formandis cœlestibus monilibus: æternitatis serieo adornando proferre consuescat.

920. Marc.6. v.14. Audiuit impius Herodes, Christi miracula, & exclamauit: *Ioannes Baptista resurrexit à mortuis: propterea virtutes operantur in illo.* Marc.6.v.14. apertus prioris sui gesti oppugnator, obscuri dicti assertor nunc erumpit: nullum vnquam Ioannes signum ediderat, nullo viuus micuerat miraculo: vnde ergo iam resurgens, tot virtutum, id est tot miraculorum creditur operator? pende illud *Propterea*: id est, quia resurrexit: nimirum obierat Martyr pro Christi amoribus, dilectissimâ castitate defendendâ: quid ni è truncato corpore, miraculorum germina pullulasse credantur? obierat pro Christo, quid ni in ipso Christo, totum spirans Deum, gloriosius resurgens præsumatur? redit ergo iam in Christo, miraculorum operator, cui prius, fortasse in hoc mysterij, fuerant miracula denegata: perit enim Martyrum morte, sola infirmitas, sed persona, melioris vitæ titulis
D. Petr. Chrysol. decoratur. Elegantius Chrysol. serm.173. *Stultus, de mortuo piè credit, quem feraliter persecutus est viuum: & tamen confitetur ignorans, quia in Christo, pro Christo resurgit occisus. Herodes, quid egit gladius tuus? quid crudelitas tua profecit? Herodes, quò processit impietas tua, si vt ipse dicis rediit ad virtutes, resurrexit ad opera diuina, qui furore tuo putabatur extinctus? Ioannes resurrexit, sicut fateris: ipsa non hic persona, sed infirmitas perit; non hic Ioannes, sed mors magis, tali morte succubuit: illusa est pœna, carnifex habetur irrisui: ipsa est cognitoris miseri decepta sententia, quæ interemptum non perdidit, sed promouit.* An non proinde vitalis ille gladius, qui dum demetit caput, immortalitatem serit? qui dum carnem lacerat, integrat triumphos: & è laniatis membris, miraculorum segetem progerminat?

Neque mireris, si sic in Christo Martyres dicantur proficere, vt melius quàm in se, in ipso resurgere prædicentur: maius est, quod ipsemet Christus, ex ipsis etiam proficere videatur. Erat candelabrum illud Tabernaculi, Christi figura: de quo ita Deus ad Moysem: *Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo: hastile eius, & calamos, scyphos, & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia.* Exod. 25. v.31. ideo D. Gregor. Homil.6. in Ezech. ita. *Quis in Candelabro, nisi redemptor humani generis designatur?* Non tamen propterea, haud vulgari difficultate, locus caret, imò indidem grauior insurgit. Dicitur Candelabrum ductile, quia non opere fusorio, & facili: sed mallei tunsionibus, & pressuris lamina in aptam constructionem deducenda: vt ad litteram Tract.1. fuse probaui: deducta verò lamina, extenditur, excrescensque in amplius dilatatur. Dum autem Candalabro ductili, id est afflicto Christo extensio assignatur, id aperte videtur insinuari, quod Christi virtutes, ex pressuris & cruce, illum comprius ornaturæ, sint adauctæ. At hoc, vt nosti, catholicum palatum non digluttiet: licet tormentis suis Christus, ad corporis sui gloriam profecisset: tamen virtutes animæ non adauxit: quæ à conceptionis eius initio, in gradum perfectissimum ascenderunt. Ecquæ ergo, & quales sunt virtutes augescentes, quæ Christo passo, cumulant splendorem? certè Martyrum: in quibus vt quotidie patitur Christus: sic etiam illorum virtutibus, exornari, & quodammodo proficere reputatur. Iam hinc capies Gregor. citatum, qui ita. *Eius corpus, per passionis contumelias, ad immortalitatem profecit: nam iuxta virtutes animæ, quibus passionibus potuisset proficere, omnino non habuit. In membris autem suis, quæ nos sumus, quotidie percussionibus proficit: quia dum nos tundimur, & efficimur vt eius corpus esse mereamur, ipse proficit.* Ecquæ vnquam laborata terra, vberiores fructus potuit producere, quam quibus ipse Christus proficere & augescere existimatur. 921.
Exod.25. v.31.
D. Gregor. Magnus.
Idem.

Nunc iam capies Christi verba ad Martyres, ex Euangelio, cuius caussâ hæc dicta volui: *Cum audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri.* Luc.21. v.9. quasi dicat, ni fallor: Præliorum tempore, bellorum tumultu, nihil sæuius patitur, nihil fœdatur dirius, quam Agricultura: tunc, vt cecinit ille alius, superbi duces 922. Luc.21. v.9.

—— Vndique cogunt
Auxilia, & latos vastant cultoribus agros. Virgil.

Imò & Ioel, ipsa id temporis instrumenta canit perturbanda: *Concidite aratra vestra in gladios: & ligones vestros, in lanceas.* cap 3.v.10. at vos cœlestis Messis agricolæ, præliorum strepitu, *nolite terreri*: longè alia est Agriculturæ vestræ conditio, ipsis præliis, & seditionum commoto in vos tumultu, fœlicior exercetur: non vastabuntur corporum vestrorum agri, sed excolentur: nec aratrum, in gladium concidetis: sed ipso crucis aratro, hostes debellabitis, & vomere laureato triumphales aratores, Messem gloriæ, & immortalitatis fructus cumulatissimos comparabitis. Hoc animo Martyres nostri, arrepto aratro crucis, vbi suffigendi erant, Ioel 3. v.10.

haud

haud territi, sed hilares, in certamen prodiere. Neque absque mysterio factum puto, vt in Plaustris quibus femina Iapones solent conuehere, ad supplicium ludibrij ergo, deferrentur: ignarus Princeps, impius carnifex Taicosama, dum dedecus affectat Martyrum: victricis mortis, feracis messis Sacramento ministrauit: quid enim aptius sacris Messoribus, tot fructus reportaturis, quam plaustra, quasi ad hos conuehendos assignentur: mutantur certè rustica plaustra, in currus, lauris comptos triumphales. Quid? *Semen est Martyrum sanguis*, inquit Tertull. nouis aliis Martyribus producendis: vbi ergo dignius Triumphales iam Martyres, quam in feminum plaustris conuehantur. Accipe in hanc sententiam non dum protrita verba D. Nili, apud Phot. Cod. 276. vbi & triumphum, & semé sparsi pro Christo sanguinis, sic decantat. *O religionem, omnibus regibus, magnus regiam! Quæ enim Reges armis acquisiuerunt, illa sine armis euertit: quæ mactantes vrsabant, hæc mactata, applausu excepit: & propriis cædibus, contra mactantes, erigit Trophæa. Ecclesiæ palmites succisi erant, & fructus fidei, magis progressus est, florem immarcescibilem proferendo: è radice enim palmites nati sunt, qua vere dixit: ego vici mundum: ego sum vitis, vos verò palmites. Stephanus tanquam ramus, ab Ecclesia excisus est, & alius palmes Martyrum pullulauit. Iacobus & Petrus amputati sunt, alius rursus Martyr enascitur: quo exciso, alium rursus vberem palmitem radix protulit. Vindemiá decerptus est Paulus, & alius racemus martyrio maturescens, Thomas apparuit: & vndique radix vindemiata, fructum tulit vberiorem, & germen durabilius, quam qui vindimiarunt: etenim qui exscindebant, paulatim arescentes extincti sunt: Ecclesia verò fructibus omni tempore onusta, fines terræ omni tempore comprehendit.* Sic in recentiori Iaponiæ Ecclesiâ, semen fuit Martyrum nostrorum sanguis & pro palmitibus his truncatis, innumera nouorum palmitum germina pullularunt: habet cœlum viodemiam feracissimam: & sacro musto redundant torcularia.

D.Nilus.

923. Sed habet aliquid ponderis, ex prædictis Euangelij nostri verbis, quod Dæmon Taicosamam ingressus id curaret, vt Martyrum singulis, auricula præcideretur. Satagebat, ni fallor impius serpens, ab Societatis alumnis, ab hoc quasi nouello IESV Apostolatu, vindictam sumere, vices rependere iniuriæ, quam olim à Principe Apostolatus veteris & dignioris, læsâ, charissimâ sibi acceperat Synagogâ. Inuaserant cœlestem nostrum Agnum, inferni lupi: armatur Zelo Petrus, & in Malco, vniuersam percussit Synagogam, dæmonis administram. Et vbi percutit? *Amputauit auriculam eius dexteram.* Luc. 22. v. 50. casu ne in hanc partem, ictus incidit: an à volente Petro hue directus: certè in auriculam, prudens summi Apostoli dextra collineauit. Et cur ita: acutè ibi Ambrosius: *Si Petrus volens percussit auriculam, docuit, quod aurem habere in specie non deberent: quam in mysterio non habeant.* Non babebar misera Synagoga aures audiendi, nunquam Christi verbis, aures pias adhibuerat: cur ergo gerat hypocryta aurem in specie, quam In Mysterio habere recusauit? Hinc ergo iam in nostros dæmon: & præcidatur, inquit, illis auricula: qui enim tumultibus præliorũ, & persecutionum, quos contra illos incitaui, quasi obsurdescentes, non perterrentur: qui auditis præliis, quasi nihil audirent, perseuerant intrepidi & Christi sui monito animati: iam aure careant: quorsum enim gerant ad speciem, quam solicitudini meæ, atque per-

Luc. 22. v. 50.

D. Ambros.

suasionibus non gerunt? desipis miser: nunquã auriti magis, quàm dum tibi constãtius obsurdescunt: nulla pretiosius inaure auris Martyrum, quam vulnere isto tuo, potuit adornari. Sed de hoc infra.

§. II.

Martyrum in patiendo voluptas, Triumphis gloriosissimis Christo consecranda.

Adhuc tamen alio ductu, explicari possunt prædicta Christi Domini verba: qui etiam in eundem scopum dirigatur. *Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri: oportet primum hoc fieri, sed nondum statim finis.* Id est: scio vobis amicis meis eo vitam esse iucundiorem, quo pœna productior: eo gaudium cumulatius, quo fuerit prolixius Martyrium: nolite ergo auditis præliis, & commotis in vos seditionibus terreri, & perturbari, quasi instet accelerata quædam mors, qua breui ictu neque longo & desiderato tormentorum tractu decertetis: erunt quidem prælia, & persecutiones in vos excitabuntur: *Sed nondum statim finis*: producetur quippè Martyrium, prolongabuntur tormenta: vt quo diuturnior fuerit conflictus, eo Triumphus niteat gloriosior: quo supplicium dilatatius, eo lætitia, quam maximam patiendo percipitis, profusior augeatur. Ita est: nihil auidius gloriosis Martyribus ambitur, quàm sæuotis Martyrij prolixitas: quia nihil illis lætius contingit, quàm pro Deo pati; nihil voluptuosius, quam iucundissimo numini, triumphantis Patientiæ laureas consecrare. Et quid ni gaudeant multiplicari sibi vulnera, si instar Christi, hæc habent gloriosiora inclitæ victoriæ monumenta? Hinc Eusebius Gallicanus, Homil. 2. de Symbolis. *Sic facit Dominus noster, quomodo fortissimi quique Bellatores, ac Principes euictis hostibus facere solent: qui non solum victorias, sed cicatrices suas exprimi, & exponi Patriæ conspectibus volunt. Si quando ergo summi duces, pium pro ciuibus in hostem, pectus intulerint, victricia cum triumpho signa referentes: Annalibus, quantumlibet æuo memoria, æreis tabulis, ac monimentis loquacibus consecrentur: Posteritatis ignota etiam oculis ingerendi, vt secutura ætati, inter veteres imagines, recenti semper viuant honore virtutis. Ii itaque inclyti duces inter laudum celebranda præconia, inter gloriosa gesta, gaudent exprimi etiam vulnera sua; optant inter coronas interseri excepta duris ossibus tela: vt inter vmbratos colores, merita viri fortis, velut proprio colore pingantur: & præferant non solum lætitiâ triumphantem, sed & pugnâ vincentem: vt hostilis sanguis afferat fortitudinem, proprius pietatem: & propugnatorem suum plus diligat, per horrentes plagas, restituta libertas. Ita & Dominus noster* IESVS-CHRISTVS, *non solum diuinitatem, sed etiam crucem & mortem suam, post futuris voluit sæculis celebrari.* Non piguit licet pluscula, pulcherrima tamen verba transcribere: ex quibus capis, cur cupientes Martyres Christo vicem, vt potuerint, respondere, multiplicata vulnera solicitant, quibus hilares suam erga Dominum pietatem, sæculis postfuturis comptobabunt. Sed iam ad triumphale patiendi gaudium, quod maximè hic intendimus veniamus.

924.

Luc. 21.

Ibidem.

Euseb. Gal.

Defertur ad impiorum concilium, piissimus Protomartyr: *Et intuentes eum omnes, qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius, tanquam faciem Angeli.* Act. 6. v. 15. singularis gratia, vt mortalis adhuc fa- 925.

Actor 6. v. 15.

cies, Angelico collucat splendore! Sed vnde tanta? an vt apud vniquos Iudices, innocēs probaretur? at obstinata malitia, quam tot Apostolicæ virtutis prodigia non perrupetant, minus faciei splendoribus acquiesceret. An quia Spiritu sancto plenus, interiorem gratiam ex abundantiâ foras emittebat? at iam dudum interno, & diuino hospite fruitus: nec tamen exteriora latentis gratiæ signa legitur edidisse. Quid ergo? raptus in Tribunal, parari sibi Martyrium recognouit, tamque proinde læto, atque hilari animo spem concepit, vt profusa cordis lætitia, in faciem redundaret, eo decore, vt angelicum aliquid radiaret. D. Chrysost. tom. 6. Orat. de S. Stephano. *Viderunt faciem eius, tanquam faciem Angeli: gaudium quippè Martyrij subeundi, ante & ore prosiliens, efficiebat, vt angelica gratia ex adolescente splendor emicaret.* Neque mirum: de Israelitis enim, prostrato iam Holopherne, Triumphum ducentibus, cecinit scriptura: *Erat autem populus iucundus, secundum faciem sanctorum.* Iudith 16. v. 24. fortassè quia ab hilaritate, pro vultibus sanctos Angelos referebāt. Quid ni ergo Stephanus concepto iam triumpho, non ad sui, sed ad Domini gloriam ducendo per tormenta, angelicâ lætitiâ præniteret? meritò Tertull. Apolog. cap. 46. ita ad Ethnicos. *Licet nunc Sarmentitios, & semaxios appelletis, quia ad stipitem dimidij axis reuincti, sarmentorum ambitu ex urimur: hic est habitus victoriæ nostræ, hæc palmata vestis, tali curru triumphamus: meritò igitur victis non placemus.* Et non exhilarescat Martyr, sic noui generis triumphum, Christo ducens?

D. Ioann. Chrysost.

Iudith. 16. v. 24.

Tertul.

926. Sæuit contra lactentes infantes, Herodes impius: & addit Matth. *Tunc impletum est, quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem: vox in ramâ audita est, ploratus & vlulatus multus: Rachel plorans filios suos: & noluit consolari, quia non sunt.* cap. 2. v. 17. si plorat, cur consolationis respuit leuamen? si consolari renuit, cur deplorat? erat quidem lætitiæ ploratus, non doloris luctus: & infantium suorum sanguini, lachrymas commiscet iucundas: illi, si triumphi sui gloriam agnoscere, liceret per ætatem, nihil festiuius gladio, exciperent: supplet pia ouis lætitiam, quam ætas tenellis adhuc agniculis, & æterno immolandis agno, subtraxerat. Dedi alibi in hanc rem verba Eusebij Gallicani Homil. de Innocētib. cape alia eiusdē, sed ad præsens institutum aptiora, vt pote Martyrum triumphales coronas exprimentia. Ergo Homil. de sancta Blandina, sic ad Lugdunum, tot olim Martyrum Patriam gloriosam. *Legimus in Bethlehem ab Herode, dum Christum persequitur, millia fœlicium extincta puerorum: dicente Prophetâ. Rachel plorans filios suos; & noluit consolari. quia non sunt. Ita hæc beata Parens, & triumphalium illustris Patria bellatorum, tantorum diues pignorum meritis: & si ad momentum oculis inspicientium orbari visa est, nequaquam tamen indiget consolari: nec plorat filios suos, quia inuidendis luctibus dum perderet acquisiuit.* Quasi non tam dolentis compassionis, quam piæ cuiusdam inuidiæ affectus excitent lachrymæ illæ, quæ ex hilaritate triumphalium per tormenta Martyrum stillabant. Lætatur Lugdunum, quia nunquam lætiores, quam in tormento viderat alumnos suos. Lætatur Rachel, suppletâ fœlicium sed insciorum Infantium, lætitiâ.

Matth. 2. v. 17.

Euf. Gall.

927. Demisso in lacum Leonum Danieli, post dies sex, vt colligitur ex textu, mittitur ad illum Habacuc allato prandio: *Surgensque Daniel commedit.* Cap. 14. v. 38. Potuit quidem facillimo negotio Deus, ad septimum vsque diem, quo eripiendus erat Daniel, illum absque cibo conseruare quorsum ergo tam stupendi miraculi impendio, è verticis capillo arreptum, epuli administrum conuehit Angelus? Dices, quod quamuis mortis per inediam periculum arceret Deus, tamen famis dolorem non ademisse: ideoque huius leuamini, cibos intulisse. Nec tamen ita effugies difficultatem: quare enim, qui mortem prohibet, non prohibeat famem? cur si tam assuetus aliunde ieiunio & fami Propheta: non etiam tunc lubentius ieiunaret? voluit ergo ni fallor Deus, Danielis lætitiam declarare, qui dum in periculo erat, ne fortè permissu Dei à leonibus tandem discerperetur: aliunde carceris horrore, & spe martyrij sic degebat lætus: vt qui ieiunare foris non recusaret: ibi quasi in diebus festiuis, ieiunium piâ hilaritate putaret dissoluendum: fortassè id voluit D. Zeno Veron. serm. de Timore. *Leonibus obiectus, in periculo prandet, qui solet extra periculum ieiunare.* Sic securus, sic hilaris degebat in periculo. Quid? puto ipsum periculum, ipsum lacus horrorem fœtentis: ipsas asperrimi carceris incommoditates, iucundissimi instar epuli lætissimum Prophetam pauisse. Hinc illud Christi ad Apostolos. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Matth. 20. v. 22. cur enim crux & mors, ad quam inuitantur, tam diserte nunc calix appelletur: nisi quia non suauius dulcissimo liquore hauriuntur pocula, non voluptuosius epula adeuntur, quam Christus eiusque Martyres, crucem ferunt, tormenta patiuntur? D. Chrysost. tom. 6. Orat. de Filiis Zebed. *Calicem hoc, loco, & baptismum, crucem suam, & mortem appellans; calicem quidem, quia cum voluptate illam adibat: baptismum autem,* &c. Sed de crucis epulo, alibi plura scribo: hic patiendi triumphalis voluptas illustratur.

Dan. 14. v. 38.

D. Zeno Veron.

Matth. 20. v. 22.

D. Ioann. Chrysost.

928. Pergebat Christus iā passioni proximus in Ierusalem, & cum esuriret venit ad ficulneam, *Et nihil inuenit præter folia, non enim erat tempus ficorum: & respondens dixit ei: iam non amplius in æternum, ex te quisquam fructum manducet.* Marc. 11. v. 13. quæ proinde statim exaruit, vt habes Matth. 21. in symbolo] puniendi hominis, potius, quam in se ipsâ punitur arbor. Sed cur punitur, qui extra tempus, fructibus caret? cur arescat ille qui operibus caret? cum tamen non esse tempus operum, aperte describatur? quia etsi tempus naturæ, non tamen gratiæ tempus negabatur: imò illa est tempestiua occasio temporis gratiæ, quæ magis naturæ videtur importuna: affert gaudij fructus natura, cum benè habet: at gratia cum persecutio instat, tunc congaudet: primi fructus, quasi suo tempore editi, non ita ad Christi gustum: qui alieni temporis fructibus, id est gaudio suorum in tribulationibus delectatur. Quod vt capias vidēda omnino illa, quæ supra num. 445. ex Origene, adduxi ad hunc locum: qui vlterius, citatâ ibi Homiliâ: ad rem præsentem sic addit. *Quando præsentia prouocant ad tristandum, vel ad pusillanimitatem: prouocatus autem ille, per verbum in tantum proficit, vt etiam in tempore tristitiarum gaudeat, & in tempore opprobrij, vel castigationum glorietur,* &c. *Beatus est huiusmodi Christianus, fructū gaudij ferens, etiam non in tempore ficorum,* &c. *Vult enim Christus fideles suos, meliores esse humanâ naturâ omni, & exigit eos supra naturam.* Id est, vt per gratiam, alieno naturæ tempore, fructus edant, tanquam proprio tunc gratiæ tempore, iucundius maturescant.

Marc. 11. v. 13.

Matth. 21.

ſcant. Quod nunquam clarius cernitur, quam dum perſecutionibus ſuis Martyres collætantur: quia dum gaudentes geſtiunt ad Crucem, triumphi palmam indidem reportant. Hinc Chryſolog. ſerm. 132. de Apoſtolico Martyrio, ita. (D.P.Chryſ.) *Crucem, quam refugerant, poſtea coniunctis viribus ardenter inuadunt: vt vnde reatum ſumpſerant, inde conſcenderent cælum: inde præmium ſumerent, & coronam: Petrus nanque crucem, arborem conſcendit Andreas: vt qui Chriſto compati geſtiebant, in ſemetipſis figuram, formam ipſius exprimerent paſſionis: ac redempti ligno, ligno conſummarentur ad palmam.*

929. Confeſſus eſt latro, (iam pœnam in Martyrium commutans) Chriſtum Dominum: ad quem tunc Chriſtus: (Luc. 23. v. 43.) *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo.* Luc. 23. v. 43. magnum fuit latronis obſequium, ſed longè maius diuinum beneficium: aliis etiam cœleſtem gloriam promiſerat quandoque Chriſtus: nemini vnquam ſic celeriter conſummandam. Nullibi clarior, diuina Chriſti potentia illuxit: amouenda è Paradiſi foribus Romphæa ignea, reſeranda adamantina clauſtra prouittuntur: vt ab infami patibulo, in ſidereum thronum, homunculus euehatur. Quis ergo non miretur, cur tantum opus editurus Chriſtus, non ſtupenda aliqua ederet prodigia, qualia apud homines degens edere conſueuerat, quæ eximium hoc opus magis, circumſtantia quodammodo cohoneſtarent? immo cur dum illa miracula exhiberet, nunquam hoc penetrandi Paradiſi priuilegium legitur conceſſiſſe? quia id in Cruce exhibendum, tanquam aliquid ſingulare ſeruabatur. Sed cur ita? reſpondet D. Chryſoſt. Orat. 3. de Cruce apud Grethſerum. (D. Ioann. D. Chryſoſtom.) *Cum enim Crux, ſit res iniucunda atque moleſta, ne vultum deiicias ad Crucis naturam attendens: ſed vt lætus & alacer efficiaris ad Crucifixi potentiam reſpiciens: ea de cauſſa illic ſuam tibi potentiam oſtendit. Non enim mortuum excitans, non dæmones increpans. Sed crucifixus, clauis affixus, iniuriis affectus, ſputis oblitus, conuitiis expetitus, irriſui & ludibrio habitus, potuit ad ſe malam latronis mentem attrahere.* Sic hilariter, ſic alacriter Crucem nobis aſcendendam, edocuit: vbi depreſſa morte triumphans caro, in gloriam eleuatur. Auctor incertus, apud eundem Grethſer. Orat. 3. de Cruce. (Incertus Auctor.) *In Crucem enim ſuſtulit carnem, vt omnibus conſtaret, carnem eſſe eleuatam, mortemque depreſſam.*

930. Quidni ergo iam Martyres ſuos inde conſoletur Chriſtus, quod non ſtatim finis tormentorum ſit ſubſequendus: quod prolixior pœna manſerit: ſi tam hilares tormentis acquieſcunt, quibos ſanguinem pro Deo fuſum illuſtrauerint? Hinc illud, Pſalm. 71. v. 14. (Pſ. 71. v. 14) *Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum, coram illo.* Vatab. legit. (Vatab.) *Redimet animas eorum è fœnore & violentia, & pretioſus erit ſanguis illorum in oculis eius.* Et verè pretioſus, qui naturam triumphans, tendit ad gloriam. vnde Euſebius Gallicanus ſupra citatus, de ſancto quodam Epiſcopo, cui in extrema ſenectute contigit Martyrium, ita. (Euſeb. Gallic.) *Intelligeres ad tempus illud, ſoli martyrio reſeruatum. Fœlix, cui in ipſo vitæ limite conſtituto, finem ſuum non tam naturæ contigit debere, quam gloriæ.*

Solueret quippe imbellem, natura
ex morbo: quem ex Martyrio,
gloria fortiſſimum,
coronauit.

§. III.

Iesv nomen, triumphalis Martyrij eſt præſagium. Nomen, mutatis meritis immutandum. Patientia Martyrum victrix: & ipſo effuſo ſanguine purpurata.

931. PErgit Chriſtus Martyribus ſuis prædicens, trahendos ad Reges, & Præſides: *Propter nomen meum*, & paulo poſt: (Luc. 21.) *Et eritis odio omnibus hominibus, propter nomen meum.* trahendoſque exprimit non ſolum ab extraneis, ſed etiam ab amicis, à fratribus, à parentibus, propter hoc nomen. Ecquod illud? certè Chriſtus non alio aut potiore, aut magis proprio, quam ſacroſancto Iesv nomine appellatur: bene ergo illos qui Iesv nomen geſtant, carceres, verbera, cruces manere dicuntur: quaſi neſciat titulus tantus niſi per tormenta, & cruoris effuſionem comparari. Includebat Crucifixo iam Domino turba impia exclamans: (Luc. 23. v. 35. Matth. 27.) *Alios ſaluos fecit, ſe ſaluum faciat.* Luc. 23. v. 35. *ſi Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei.* Matth. 27. Ecquid ardentius cupiebat Iesvs, quam fidem illius populi, pro quo tandiu impenſiſſimè laborarat? cur ergo ſi Iesvs eſt, ſiue Saluator, deſcendens nunc de Cruce, ſe ipſum ſaluans, aliorum fidem non collocat in tuto? vnde melius Saluator, ſiue Iesvs, quàm à ſuamet ipſius ſalute diceretur? ſed blaſphemabant. Angelus qui diuinum Iesv nomen explicauit, non in ſui ipſius, ſed in populorum ſalutem aſſeruit capiendum: tantumque abeſt, vt Iesvs diceretur ſi deſerta cruce ſe ſaluaret: quin potius glorioſum ſibi titulum velut corrumperet, qui per mortem in aliorum ſalutem implebatur. D. Athanaſius ibi, in Cat. (D. Athan.) *Dominus verè Saluator, non ſaluando ſeipſum, ſed creaturam liberando, volebat cognoſci Saluator. Neque enim medicus, quia ſibi medetur, medicus eſſe cognoſcitur, niſi erga languidos artem probet. Sic Dominus, Saluator exiſtens, non habebat opus ſalute, neque deſcendendo de Cruce volebat agnoſci Saluator, ſed morando: multo enim maiorem ſalutem mors Saluatoris affert hominibus, quam deſcenſus de Cruce.* Interpolat ergo ſacri nominis notationem ſacrilega ſynagoga, quod abſque Cruce, & nece conſtiturum mentiebatur.

932. Hinc fit vt Martyres, qui pro Iesv nominis gloriâ dilatandâ decertant heroice: tunc ſibi ſi minus ad æqualitatem, ſaltem ad quandam æqualitatis proportionem, Chriſto correſpondere videantur: ſi fuſo ſanguine proprio, rubricato Saluatoris ſui titulo correſpondeant. Hæc eſt illa Martyrum vox ſapientiſſima. (Pſ. 115. v. 3.) *Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem, ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Pſalm. 115. v. 3. ſed eſto proportionalis retributio hîc intercedat, quia Calix, ſeu paſſio Chriſti, à Martyre deguſtatur: cur tamen Calicem dixerit *ſalutaris*: quo tamen ſibi per Martyrium, non tam ſalus, quam mors viſa propinari? quia ſalutare noſtrum, Iesvs eſt: (ideo ex Hebræo legunt alij. (Hebr.) *Calicem* Iesv *accipiam*:) neque fieri poterat, vt condigne Martyr nomen Domini inuocaret: id eſt, ſub illo militans cenſeretur, niſi ſic Iesv Calicem deguſtaret, vt fuſo ſanguine titulum depingeret: tunc verè ſibi ad ſalutem, & aliis ad ſalutis exemplum hoc titulo potiturus, cum morti traditur. D. Hieronymus (vel quiſquis eſt ſub eius titulo) ad hunc locum. (D. Hieron.) *In Hebraico*

ita habet : Calicem IESV *accipiam. quis est iste Calix* IESV ? *Pater, si possibile est, transeat a me Calix iste, &c. hoc autem quare dixit ? vt intelligamus, Calicem passionis, Martyrium esse. grandis res est Martyrium: quoniam retribuit Domino, quod accepit à Domino : Christus pro ipso passus est : & ille, pro nomine ipsius patitur. Quoniam diximus, quod Martyr, nihil aliud habet, quod retribuat Domino, Dominus computat illi pro æqualitate. Deus pro hominibus passus est, Dominus pro seruo : quæ æqualitas ? sed quoniam nihil aliud habet seruus, Deus quasi clemens, pro æquali accepit martyrium. Calicem* IESV *accipiam : & hoc ipsum Martyrium, inquit, Calix est* IESV ? *non est mea virtutis sed gratia Dei: propterea non possum eum bibere, nisi nomen Domini inuocauero :* IESV *vincit,* IESVS *in suo Martyre coronatur.*

933. Erant Martyres nostri, è Societate IESV, insignem sed domesticum titulum gestabant : non poterant non impensissimè curare, tantum nomen proprio sanguine rubricare. Par pari, quantum creaturarum fert conditio, Creatori reddiderunt. Non poterant inire Martyrij certamen virtute propriâ, sed gratiâ diuinâ : ideo, quasi familiari tesserâ, impositum sibi nomen IESV, inuocant: in hoc vincunt, in hoc triumphatores coronantur: pro quo inuicem, mortem diuinam, quam à Passo Domino accipiunt, ipsi ad æqualitatis retribuunt proportionem. Scilicet nescit IESV nomen stare sine sanguine. Ergo quod *è Societate* IESV dicerentur Martyres nostri : iam passionis pignus, iam fundendi sanguinis, & Crucis conscendendæ arrhas præferebant. Ouidius. *Conueniunt rebus, nomina sæpè* D.P.Chrys. *suis* : dixit Poëta : vnde Chrysologus serm. 154. *Sicut Dominum prædiorum, limitibus affixi tituli proloquuntur : ita nomina ipsa, sæpè sanctorum merita indicant, testantur insignia. Ita Abraham quod fide credidit, nominis adiectione monstrauit, quando ex Abram, Abraham diuinitus nuncupatur : vt dilatandus genere, nomine etiam dilataretur, &c. Sic Iacob, qui in vtero cœpit ante luctari, quàm viuere, ante viribus superare, quam membris: etiam inter viscera materna ipsa, supplantatoris est vocabulum consecutus: eo quod antequam nasceretur : noscitur diuinitus reprobatum supplantasse germanum.* In Martyrij vsque gloriam dilatandi Martyres mei, prius ipsâ cognominantis IESV gloria, atque cruoris pignore dilatantur : & impium Taicosamam, idololatrasque alios supplantaturi, præuio, victricis per sanguinem appellationis, titulo afficiuntur.

934. Primam Creationis lineam ducturus Deus, lucem producit : vt totius orbis pictura, contra quod pictoribus nostris euenit, non ab vmbris, sed à luminibus radians inciperet: & addit textus. Gen. 1. v. 14. *Et vidit Deus lucem, quod esset bona : & diuisit lucem à tenebris : appellauitque lucem, diem.* Gen. 1. v. 4. Sic paulo infra, creato firmamento, subdiuiduntur statim aquæ, vt aliæ infra fluctuent : aliæ supra, quasi in cristallinum fornicem suspendantur : & v. 8. additur : *Vocauitque Deus firmamentum, Cœlum.* v. 8. Crescit gloria lucis, dum à tenebris seiungitur: & firmamenti decus, dum aquis circumtegitur, augescit : & tunc noua vocabula sortiuntur. Cur ita ? quia opus erat, vt dum crescebant meritis & dignitate, digniorum etiam vocabulorum incremento decorarentur : viliuscula enim lucerna, etiam *lucis* nomine insignitur : *dies* totum solare iubar, sibi vendicat. Nihil est ita exiguum, quod si firmetur vndique, *firmamentum* non possit appellari : at *Cœli* appellatio, immensam firmitatem Oleast. protestatur. aptè Oleaster ibi. *Res in melius commutata, indignæ sunt, quæ prioribus nominibus appellentur. hac de caussa Abram, in Abraham mutatus est : Iacob in Israel. Quo docemur, si quem ex peccatore iustum, ex malo bonum, aut in melius commutatum viderimus : nominis prioris ignominiosi obliuiscamur. Sic Dominus lucem vocauit diem, &c.* Ethnico olim vocabulo dicebantur Martyres nostri, subduntur fidei, & iam meliores, Christiano Pauli, Ioannis, & Iacobi siue Didaci, nomine gaudent. Proficiunt deinde virtutibus, & religiosæ vitæ victimas se adscribunt : & ecce nobilissimo titulo, in sacrum IESV cognomen adoptantur : vt gentilium suorum dum Christo cooperantur, Saluatores quodammodo effecti : tandem effuso sanguine, sibi iustitiæ coronam acquirant: suis auxilia salutis impetrent precatores. Quidni, si ipso IESV nomine, in triumphum iam designati, solam sanguinis fusi purpuram, præsagio tituli exhibitam sperabant ? piè Chrysologus supra citatus, de Protomartyre. D.P.Chrys. *Stephanus est Martyrum primus : Stephanus purpuratum ducit exercitum: qui pro Domini sui adhuc calente sanguine, sanguinem suum auidus bellator effudit : & quia cruore proprio, tinctam sibi ipse purpuram acquisiuit, meritò à rege suo consecutus est post, coronam, qui iam cum nasceretur, nomen sortitus est à coronâ.*

Timebat Ananias, Pauli commercium: ad quem 935. tunc Christus : *Vade, quoniam vas electionis est mihi* Actor 9. *iste, vt portet nomen meum, coram gentibus, & regi-* v. 15. *bus.* Actor. 9. v. 15. Scio, quod nonnulli volunt, oleum effusum esse, nomen IESV, & proinde hoc vase, in hominum salutem deportandum singularius aliquid excogito, quod fusius, ad litteram tract. 1. cap. 38. num. 6. probaui. Solebant prisci magno in pretio habere antiquioris operis vasa, quæ ab aliquo nobiliori Artifice sabrefacta, eiusdem nomen cælatum, quasi ad artis ostentationem, præferrent. Hinc adductus ibi Seneca commendat : *Antiquis nominibus Artificum argen-* Senec. *tum nobile.* Ex hoc vsu, visus Christus Dominus metaphoram deduxisse : quasi dicat : propinando cœlestis doctrinæ nectari, sic affabrè vas istud Apostolicum construxi : vt tanquam operi excellentissimo, nomen meum illi impresserim, IESVS *me fecit* : gauisus eiusdem artifex recognosci. Magnum quidem absque dubio, Pauli priuilegium, sed non molle : stabit illud sanguine, pensabitur passione. Ideo addit Dominus : *Ego enim osten-* Actor. 9. *dam illi, quanta oporteat eum, pro nomine meo pati.* v. 16. v. 16. Ac si (quod ipse Apostolus dixit ad Corinthios) non posset IESV nomen portare : quin pariter Crucem & mortem IESV, in corpore suo circumferret. Sed nota in Martyribus nostris mysterium non absimile. Visus dæmon, vt alibi fusus expendo, ethnicæ Romæ mores in Iaponiam traduxisse. Habent igitur Iapones potionem virtutis incredibilis, & roborando capiti, licet per plures dies insomni, præsentissimam: *Châa* vocant vnde fit, vt quemadmodum apud gentes alias gemmæ, margaritæ, & similia in pretio & deliciis ad arrogantiam habentur : sic apud Iapones, his spretis, vascula quædam antiqui operis, & Artificis clari summo in honore habeantur, ad prædictæ scilicet vsum potionis. Audiui è grauissimo viro è nostris P. Petro Morejon, qui apud illos, ferè per 40. annos laborarat, paruulum scyphum quandoque si vetustissimus, & celebri nomine insculptus esset, multis aureorum millibus stare solitum. Benè ergo ad hos, post vas illud electionis Xauerium, tres eiusdem Societatis Martyres

tyres nunc mittuntur: vasa erant IESV insculpta, non terreno *Chao*, sed cœlestis doctrinæ potioni ministratura. Benè Cruci affiguntur sacrificandæ victimæ: quibus ostensum fuerat, quanta oporteret eos pro nomine IESV pati, vt quod orbi fuerat Paulus, id Iaponiæ, Societatis IESV alumni esse cognoscantur.

936. Sed quidni lubentes patiantur: si ab ipsa patientia stat victoria. Hoc est, quod Christus subiungit
Luc.21. in Euangelio, ad finem: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Quod paucis priusquam ad intermedia venerim, iam illustro: quia ad præsens magis institutum. Habent non parum mysterij
Luc.12. v.32. verba illa Christi Domini ad Apostolos: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri, dare vobis regnum.* Luc.12. v.32. Poterat quidem Apostolicæ paruitati, & humili conditioni explicandæ, ex mille aliis adducere comparationem: & tamen ex solo ouium grege hanc petiuit: & merito, cur enim ad Regnum vocarentur, non aliunde melius, quam ab ouium venirent conditione à victimarum innoxiâ patientiâ. Quid ita? quia per patientiam, possederunt animas suas, & victoriam reportarunt: nam dum tanquam electa vasa salutarem doctrinam gentibus propinant: interim effusi Martyrio sanguinis pocula propinantes, illarum feritatem deuictam, in mansuetudinem fœliciter conuertunt. Eleganter Chrysolog. serm.23.
D.P.Chrys. ad hunc locum. *Acquisiuit humilitas, superbia quod amisit: & grex pusillus ac mitis, totas & varias edomuit propria mansuetudine feritates: pusillus grex vicit, ac fregit tot genera bestiarum, quot diuersitates subdidit Iugo Christi nationum. Grex pusillus ac mitis diu contentus occidi, dum deuorari passus est, donec gentilis sæuitia, sanguine satiata & carnibus: Euangelici pabuli suauitatem, & diuini fontis fluenta degustans, totum contagium sæculi vitaret & pastum: atque in hominem rediret ex bestia: qui ex homine fuerat dilapsus in bestiam.* Quasi præuia sacri Martyrum sanguinis delibatio, insitâ virtute inuitas & inscias gentes iam disponeret, vt deinde Euangelico pabulo, & sacri fontis poculo assuescerent. Nimirum sanguis pro IESV fusus, nescio quid à sanguine IESV visus participare, quo ipsis etiam proficit effusoribus: & quo illius instar, tunc vincit, dum funditur: dum perditur, tunc triumphat, de inuicta patientia coronandus. hoc est,
Idem. quod addit Chrysologus ibidem. *Hoc sensisse ante Prophetas, hoc Apostolos impleße, hoc pertulisse Martyres constat: atteflante illo qui dicit Psalm.43. Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus, vt oues occisionis. vt vero iste grex, noui ordinis aggrederetur prælium, vbi viuit ille, qui fuerit occisus, qui occubuerit vincit, inuenit animam qui amittit, imitatus est suum regem, illam ouem, illum secutus est agnum, qui sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se, non aperuit os suum.*

937. Et benè secuti cælestem Agnum dicuntur Martyres, tam noui ordinis prælium aggressuri: quomodo enim mortem occisi triumpharent, nisi ab illo triumphandi perdiscerent rationem, patientiæque imitatione, similis victoriæ laudes compararent? Mira est illa Christi sententia ad suos:
Ioann.10. v.11. *Ego sum Pastor bonus: bonus Pastor, animam suam dat pro ouibus suis.* Ioan.10. v.11. excellentissimam charitatem Christus exhibuit, dum pro salute suorũ occidi, passus est: non tamẽ facile cernitur, quomodo id optimè, sub pastoris parabolà explicetur. Si pastor oues suas defensurus, patiatur se occidi, quid speret, nisi inermem gregem derelictum, lupor um truculentâ rabie deuorandum? si viuus & præsens ouibus, has non defendit: quid fecerit occisus? sed noui generis erat Apostolicus iste grex, noui ordinis pastore curabatur: vincebat mortem Pastor patienter occisus: sic derelinquens corporaliter gregem, vt consimilis necis gloria frueretur. vigilanter deseritur, fœliciter derelinquitur bestiarum dentibus conterendus grex: qui indidem niueum Patientiæ innocentis vellus, sacrâ fusi cruoris purpurâ tingebat in triumphum. Multa in hanc rem idem D. Petrus Chrysol. serm. 40. tandem sic concludens. *Ergo tali forma præcessit* D.P.Chrys. *oues Pastor, Pastor ab ouibus non recessit: nec illas dedit lupis, sed tradidit lupos illis, quibus donaute suos elidere sic prædones, vt occisa viuerent, laniata resurgerent, sanguine suo tincta fulgerent regali purpurâ, niueo vellere perlucerent. sic bonus Pastor, pro ouibus cum posuit animam, non amisit, & oues taliter tenuit, non reliquit, nec destituit oues taliter, sed inuitauit, quas per mortales campos, per iter mortis, vitales vocauit, & perduxit ad pastus.* Vnde ergo fœlicius animas suas, quam sub triumphatrice hac patientiâ, Martyres retinerent? fœliciter ergo occisum Agnum sequuntur: quia vt addit S. Doctor. *Ne-* Idem. *cesse est, vt quæ sunt ad mortem secuta, sequantur ad vitam, &c. & sint participes gloriæ, quæ passionis participes extiterunt.*

§. IV.

Silentium Patientiæ faustum. Crucis cathedra aptißima. Martyres in Christum transformati & eiusdem sapientia eloquentes. Diuini sermonis potentia. Hinc Purpura triumphalis.

POstquam Christus ostendit Martyribus quanta illos oporteat pati pro nomine eius: addit 938.
statim. *Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari,* Luc.21.
quemadmodum respondeatis: ego enim dabo vobis os, & sapientiam: cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Licet primo aspectu plana videantur, abscondunt tamen nonnihil salebrarum, prædicta verba. Sequuntur, vt vidisti, Martyres IESVM, qui sicut Agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum: quippe in hoc mitissimo patientiæ silentio, summa totius victoriæ constituitur. Vnde illud Dauidis: *Nonne Deo* Ps.61.v.2.
subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Psalm.61.v.2. quasi merito vitam & animam Deo subiiceret, à quo IESV salutem iam acceperat. Aptè Hieronymus ibi. *Scit enim salutare mundi* D. Hieron.
IESVM Christum, hominis formam suscepisse qui se transferat à morte in vitam. ab ipso enim Deo, salutare meum, sicut dixit Simeon, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Sed habet non parum emphasis versio Vatabli, qui legit. *Vtique ad Deum, silens respi-* Vatab.
cis anima mea, quia ab ipso salus mea. Ac si à solo silentio spem foueret, assereret coronam? nec satis subiiceretur anima in tribulationibus propter IESVM, quæ non taceret. Nec latuit hæc Philosophia, ipsos Ethnicos: Macrobius enim lib.1. cap.10. ita de simulacro Angeronæ, Deæ sileotij, quod in ipsa Deæ voluptatis ara colebatur. *Ore* Macrob.
obligato, atque signato, in arâ volupiæ propterea collocatum: quod qui suos dolores, anxietatesque dissimulant, perueniant patientiæ beneficio, ad maximam voluptatem.

Hinc ergo iam nunc prima difficultas. Pa- 939.
tientiæ

tientiæ ſilentio triumphant Martyres IESV: cur ergo in hoc loco, verba illis præcipiuntur, non tam humano conſilio præmeditata, quam diuino inſpiratione ioſoſa? immo propterea, quia non violatur Patientiæ ſilentium verbo gratiæ, ſed naturæ querela. At vnde, inquis, tam certus præuidet Chriſtus, fore vt in tormentis, cœleſtis gratiæ verbis, & diuinâ doctrinâ Martyres quandoque indigeant? vt illos quaſi neceſſario hoc commeatu, abunde prouidendos polliceatur? quia ipſi tormentorum equulei, cataſtæ, cruces, cathedræ ſunt diuinæ, vnde aptius cœleſtis Doctrina declaratur. vnde eo ipſo quod ſuis, cruces & cataſtas prædicit, iam eos in Doctores ibidem deſignat, quibus proinde cœleſtis Doctrinæ verba venerint neceſſaria. Pendebat è Cruce Chriſtus, acerbiſſimo Ioann. 19. v. 26. tormento afflictus: interim tamen, *Dicit Matri ſua: Mulier, ecce filius tuus: deinde dicit Diſcipulo, ecce Mater tua.* Ioan. 19. v. 26. Poterat quidem Chriſtus tenerrimo hoc pietatis officio defungi, priuſquam in patibulum aſcenderet: ſed vt erat præceptum honorandi parentes maximè commendabile, tunc illud verbis ſimul & exemplo voluit edocere, in cathedram digniorem, & clariorem ſuggeſtum aſcendebat. D. Auguſt. tom. 9. D. Auguſt. tract. 119. in Ioann. ad hunc locum. *Moralis igitur inſinuatur locus: facit, quod faciendum admonet: & exemplo ſuo, ſuos Miniſtros inſtruit præceptor bonus, vt à filiis piis, impendatur cura parentibus: tanquam lignum illud, vbi erant affixa membra morientis: etiam cathedra fieret magiſtri docentis.* Benè ergo inde inſtituit Diſcipulos, qui poſtea è conſimili ſuggeſtu, multum erant, prædicationi ſuæ, ponderis addituri.

940. Matth. 28. v. 2. Reſurgente Chriſto, properat feſtiuus Angelus, ad ſepulchrum: *Et accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum.* Matth. 28. v. 2. ſed cur ſedebat? an laſſitudinem paſſa conditio Angelica? nugæ. veniebat tanquam Doctor & Magiſter, fœminis dominicæ reſurrectionis doctrinam traditurus ſedet ergo pro Doctoris officio, in cathedram ſibi, reuolutum iam lapidem accommodans. Verumtamen quid, quæſo, erat in hoc lapide, vt in condignum tantæ doctrinæ ſuggeſtum eligatur? putarat Iudaica pertinacia, aduoluto & obſignato lapide: ſi non defunctum IESVM adhuc torquere, ſaltem reſurrecturo obſtare: putarat Animæ etiam ſeparatæ dolores hinc cumulare, quod eius diſcipulis non valituris ſepulchrum reſignare, ſpe amotâ, reſurrectionis ſilentium triſtiſſimum indicebatur: ſic quò meliori modo poterant, lapidem illum, in doloris inſtrumentum appararunt, & præteriti patibuli vicarium: merito igitur is ipſe in cathedram doctrinæ ſuæ deſignatur à Chriſto: qui nunquam Miniſtris ſuis ad cœleſtia verba fundenda aptiorem cathedram ſolet apparare: quam quæ è Cruce D. P. Chryſ. ſuâ aliquid communicet. D. Chryſol. ibi ſerm. 75. *Sedebat ad docendam reſurrectionem, non ad laſſitudinem ſublevandam: cœleſtis natura ignorat laſſitudinem, neſcit laborem: ſed factus eſt lapis, vas Angelica ſeſſionis, doctrina cœleſtis cathedra, ſchola vitæ: qui à Iudais ad mortis ianuam, ad cineris ſeruitium, ad triſte ſilentium fuerat conſtitutus.* Quidni ergo Martyribus, cœleſtis doctrina commendetur: qui non vt Angeli paſſionis immunes, ſed dolorum Chriſti participes, Crucis cathedram hilariter aſcendunt.

941. Patitur Iob grauiſſima, nec tamen vllum verbum, quàm quo gratias Deo reddidit, expreſſit vnquam. tandem vlcere peſſimo percutitur, à planta pedis, vſque ad verticem capitis laceratus, & in ſterquilinio ſedens inuiſitur ab amicis: & addit textus: *Poſt hæc aperuit Iob os ſuum.* cap. 3. v. 1. Iob 3. v. 1. & ea eloquitur, ea fundit oracula, Propheticaque ænigmata, quæ iuſtum tomum implere potuerunt, nec mille interpretum tomis, enodantur ſatis, & cur non antea? nónne pari ſapientiâ ſplenduerat? nónne diuina arcana penetrarat? planè eadem nouerat ſpiritus piiſſimus, à Deo mirabiliter pridem commendatus: nouis tamen ſplendoribus, illa ipſa arcana, notauit in ſterquilinio radiata: maiorique pondere tunc aptius fundenda, vt crederentur: quando ipſe toto corpore exulceratus ab ſterquilinij patibulo, tot oribus, quot plagis dicere videbatur. Olympiodorus ibi. Olympiod. *Os aperire is dicitur, qui tacendi rationes ante perdidicerit. poſt hæc ergo Iob os aperit, id eſt, poſt inſigne trophæum, poſt illas calamitates. toto autem corpore excruciatus, haud improbabilem format orationem. Neque enim orationem lingua præcurrit, ſed ſapientibus vocibus moderatur. in eo vero ipſo, quod os aperuit, mentis tranquillitatem, decorumque orationis præ ſe tulit.* Quomodo enim improbari poteſt illius oratoris doctrina, qui toto corpore excruciatus, quamuis ore taceret, plagarum buccis, Patientiæ præconia, tanquam cœleſtis eloquentiæ fulmina detonabat?

Hoc erat quod de D. Romano Martyre, cui 942. Tyranni iuſſu lingua fuerat amputata: voluit Euſebius Gallicanus, in eius ſermone. *Quid nunc* Euſeb. Gallic. *ſuper debilitate, ac taciturnitate Confeſſoris exultas? ſilentium iſtud, omni clamore violentius eſt, quod Chriſtum Dominum, & ſi ſermone non loquitur: plus eſt, quod vulnere confitetur: manifeſtius ſiquidem conteſtatur Crucifixi redemptoris Sacramenta, vox ſanguinis,* &c. *damnum non ſentit in voce, cui verbum regnat in pectore.* Totus Chriſtus, æternum ſcilicet Patris Verbum, in corde Martyrum regnans, quidni etiam abſque voce, eloquentiſſimum perſuadeat? ſed quoniam è cruce, è cataſtâ etiam vocalia verba perſuadendæ cœleſti Doctrinæ efficaciſſima ſolent prouenire: fecit non raro Chriſtus, (quod in Martyrum actis legimus) vt quibus amputata eſſet lingua, non etiam cum illa ſermo amputaretur: fecit vt elingues, adhuc diuinis enuntiandis præconiis, Martyres ſufficerent. Id de prædicto D. Romano, ſic proſequitur Euſebius. *Quam tibi tardum eſt, diuina benignitas,* Idem. *ſanctos tuos in poſterum glorificare! ſubito impleturum vacuum, ſubditur nouum redinini ſermonis officium, licet intrinſecus honorabile labiorum perierat ornamentum, peragunt tamen alienum labia, Deo moderante, ſeruitium, ſine pulſu ſolito, in eloquium commouentur, ſicque ſine plectro ſuo, Chriſtum reſonare mirantur. Ecce, quia homo non victus eſt in ſecreto ſuo, Deus loquitur de Templo ſuo.* Quaſi tam neceſſaria vtiliaque verba proueniant è tormentorum pulpito, dictante Deo: vt etiam per miraculum ſint ſupplenda. Merito igitur Chriſtus in hoc loco, os, verba, & ſapientiam, Martyribus iam ſuis pollicetur.

Illud ergo difficilius eſt, quod cum frequen- 943. ter in ſacris litteris, Doctrina & Inſtitutio fidelium, Spiritui ſancto, quadam appropriatione tribuatur: vnde & Chriſtus dixit, *ille ſuggeret vobis omnia*: nihilominus in hoc loco, hanc Martyrum inſtitutionem, priuatim ſibi Chriſtus ipſe attribuat, dicens: *Ego enim dabo vobis os & ſapien-* Luc. 21. *tiam.* Cui Euſebius ſupra citatus viſus alluſiſſe, Euſeb. Gal. dum ait: *Damnum non ſentis in voce, cui verbum*

regnat

regnat in pectore. Cuius tamen rei, ni fotte fallot, illa videtur causa, quod Martyres, è mediis tormentis, & eruce prædicantes, sic Christum spirant, sic in Iesvm videntur transformati, vt eiusdem ore, eiusdem sapientia loqui videantur. Quid ni ergo hane institutionem tribuat sibi Christus. qoi se totum tribuit tune Martyribus spiraudum? è erucis suæ pulpito, adstanter aduersarios Christos circunspiciens, sublatis in cælum oculis, sic oranit: *Pater, dimitte illis.* Luc. 23. vers. 34. sed vnde hæe oratio? nonne Christo commiserat Pater, omnem in eælo, & in terra potestatem? nonne ipse condonare poterat potentissimus: qui etiam homunculo, vicatio suo, totios potentiæ elaues, iam concesserat? O quid agis, Iesv optime? quid non præuides, ne ex his sic publieis preeibus, non iam eonsubstantialis, sed minor, rogato Patre videaris? præuidit certè ista omniscius Iesva, sed tamen (aliunde decus suum, & eonsubstantialitatem io tuto eollocaturus) in hoc loco, eedit tantisper honori, ne amori non cedere videatur. Videbat necessariam omnino esse nobis hane iostitutionem, & maximè Martyribus, vt in eruce & equuleo, pro hostibus orarent: maluit ergo ab impio Arrio, patre minor falsissimè reputari: quam hoc illis, cælestis doctrinæ exemplar denegare. Chrysostomus ibi, in Cat. *Non quia non posset ipse relaxare: Sed vt nos pro persequentibus orare doceret.* Salutaris verè Magister, sanctus & bonos Dominus: qui maluit aliquid dissimulare de iure', quam de doctrina deponere. Iam ad rem. Et cur tam necessarium hoc exemplum? vt quando postea Martyres illud imitarentur, iam opere humanas vires excedenre, in Christum noscerentur transformari, eiusdemque & doctrinam, & sapientiam profereotes. Id iam ostendo.

Luc. 23. v. 34.

D. Chrys.

944. Non miror ergo, hæe scientem, orasse pro inimicis suis, inter procellas lapidum, Stephanum: miror tamen datæ precis ratissimum tenorem: *Positis autem genibus, clamauit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Actor. 7. v. 60. prætereo, quod notant Patres, pro se, stantē, v. 59. at pro aduersariis, impensius flexis genibus orasse, ne post lapides missos, adhue durius viscera lapidescerent. Illud expendo; quod *voce magna* clamasse, reputet necessarium. An non exaudiendus, licet summissiori tono vteretur? an non ad attentissimas autes Christi, & apertis iam eælis spectantis certamen, vox debilior peruenitet? absit. Altius collineauit spiritus generosus. Orauerat Christus pro hostibus suis, non vtcunque, *sed cum clamore valido*: Hebr. 5. vers. 7. de quo videndus ibi noster Iustinianus: certè negotium nostrum agens, qui non dum amici eramus, elamauit Iesvs voce valida, Matth. 27. vers. 46. & vers. 50. qoid ni ergo Stephanus, iam in Christum transformatus, sic illius voce & sapientia vteretur, vt etiam elamorem curaret exprimendum? & quid ni sic vitus Christi typus, diuinam quodammodo mortem obite videatur: vt per omnia, perfectam in Christum transformationem exhiberet? ideo D. Chrysost. in acta Apost. homil. 18. ad hunc locum. *Non simpliciter autem orat beatus hic, sed cum attentione, positis enim inquit genibus. Vnde diuina illius & mors facta est.* Hæe Christi quippe charitas sapientissima, à Martyre ipso opete, atque precantis officio commendata, & prædieata: iam morienti, diuinitatis penè titulos, per eommunicationem asportauit.

Act. 7. v. 60. Vers. 59.

Hebr. 5. v. 7.

Matth. 27. v. 46. v. 50.

D. Ioan. Chrysost.

Merito proiude addit Christus, fore vt non possior. *Resistere, & contradicere omnes aduersarij,* huic Martyribus communicatæ sapientiæ: Si enim sapientia diuina est: Si ipsum æternum verbum loquitur in Martyribus: quid ni humana & potentia, & scientia compescatur? expeditur contra Pharaonem Moyses, eaque operatur, vt stupendum illud audiat à Deo: *Ecce constitui te Deū Pharaonis.* Exod. 7. vers. 1. quasi iam in Deum quodammodo transformatus, nihil apud superbissimum Regem resistentiæ validæ posset inuenire. Sed quorsum tam profusa largitio, cum minoribus impendiis peragi potuisse negotium videatur? Ego crederem ita factum, ex illo primo beneficio, quod Moyses, balbutiem suam prætendeos, acceperat à Deo: à quo audiuit: *Ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris.* Ibidem cap. 4. vers. 12. non solum docet, sed etiam ori insidet, vt non tam ab homine, quam ab ipso Deo verba prodire visa. Quid ni ergo homini, diuinæ sapientiæ verbis, oharmato, diuina etiam potentia inderetur? certè hoc verbo potentissimo, sic militauit Moyses, vt à duro Israële, legationi suæ fidem extorqueret: vt Pharaonis versipelles versutias compesceret: vt per desertum hostes debellaret. Nequeunt enim humanæ vires resistere, & contradicere, quem diuini verbi potentia corroborat. Fauet D. Petrus Chrysologus serm. 147. vbi de Deo benefico. *Moysem patria voce vocat, paterna alloquitur charitate, vt sic plebis sua liberator inuitat. Et quid plura? Deum facit, dedit eum in Deum Pharaonis, ducem facit, armat signis, munit virtutibus, iussis bella expugnat: militem ipso verbo vincere tribuit, præceptis triumphare concedit.* Quasi efficaci verbo, victoria: & diuinæ sapientiæ, qua legislator præcepta tulit, triumphus meritissimo deberetur. 945.

Luc. 21.

Exod. 7. v. 1.

D. Petrus Chrysol.

Licet tribus Martyribus nostris, quæ hucusque dixi ex parte aptari possint: omnia tamen ad amussim vni Paulo adnata videri possunt. Erat ille cæteris in religione antiquior: iam diu apud contribules Iapones suos egregij prædicatoris partes obierat, innumerasque animas Deo pepererat. Itaque, vt in eius actis legimus, trigesimum tertium ætatis annum agens, per hæe etiam Christo similis, crucifigitur. Ergo vt se in illo gloriosiori vidit pulpito, qui tunc frattum conmartyrum, & caput & os erat, vndique Christum spirans ea loquitur, quibus non possent aduersarij contradicere. Verto sommatim sed fidelissimè ex vernaculo, sermonem illum diuinum, quem sic habuit. *Adeste Iapones mei, quos tanquam cognatos & populares, in anima visceribus indigena semper habui: Nostis non esse mortis articulum, & in re summi ponderis, aptum mendaciis. Testor igitur totius cæli & terræ Dominum & Creatorem, me semper vobis verissima prædicasse, ab eo tempore, quo diuina gratia, conculcatis idolis Christo dixi sacramentum. Nunc autem quando lubens ipso sanguine meo prisca verba obsigno & contestor denuo, in nulla Iaponia secta, sed in sola Christi fide, salutem animarum reperiri. Quia verò lex nostra diuina iubet, vt etiam inimicis ignoscamus: Ego & Imperatori, & aliis qui quomodolibet in necem meam conspirarunt, ex penitissimo corde iam ignosco: quibus salutem æternam insuper concupisco.* Quid ni ergo iam Martyres sacros verè triumphatores, (quem posui totius huius capitis scopum) sic per omnia Christiformes, appellaueris? Bene D. Chrysolog. serm. 31. de Christo per fidem, & Euangelium, suos induente. *Tunc* 946.

D. Paulus Miki.

D. Petrus Chrysol.

primum

primum regalis indumenti tela, de Chriſti vellere texebatur, de vellere quod dabat Agnus, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: texebatur autem regium veſtimentum, quod in purpureum fulgorem, cruor tingeret paſſionis. Triumphant hoc purpureo Chriſti vellere, iuſti omnes: niſi quod Martyres inſuper, non degeneri ſanguine, purpuram iſtam dibapham, & quaſi coccum bis tinctum, ad inſignia regalia reddiderunt.

947. Cant. 3. v. 11. Explicarunt fere omnes Patres, verba illa ex Cantico: *Egredimini & videte filiæ Sion, Regem Salomonem, in diademate, quo coronauit illum mater ſua, in die deſponſationis illius.* Cap. 3. verſ. 11. explicarunt inquam hoc diadema, de corpore immaculato, de carne puriſſimâ: qua Virgo mater, Chriſtum circumueſtiuit. Neque immerito, omnium quippe Creaturarum dominium homo Chriſtus IESVS, condebitum vnioni hypoſtaticæ accepit: & fortaſſe per Dauidicam Mariam, priuato & hæreditario iure etiam, Thronum Iſraëlis acquiſiuit. Illud dubium: cur corpus tot membra complectens, totum in coronam, quæ ſoli capiti, vel in diadema, quod ſoli fronti imponitur aptari dicatur? putaremque ita dictum: quia cum ſacrum totius corporis vellus, triumphali cruore fulgeret: Sic vndique, & quouis membro regiâ victricique maieſtate radiauit: vt vndique ſibi, ſuiſque Palmas porrigere, offerre diademata noſceretur. Fauet Gellibertus, ad hunc (Gellibert.) locum ſerm. 20. *Veritas carnis in Chriſto, peccati pondus non ſentiens, nobis omnibus de peccato victricem palmam adnexit. Bene quaſi diadema accipitur corpus immaculatum, corpus triumphi, corpus honoris, corpus cuius cruore, peccati deletur Chirographum, iuſtitia & ſalutis ſignatur inſcriptio, nuptialia ſunt inſtrumenta confecta.* Sed Martyres penitius totum Chriſtum ſpirantes, acceptam à Chriſto palmam, purpureis lemniſcis mactauerunt: & triumphalem purpuram, nouis cruoris ſui canalibus infecerunt: vt fiat *Purpura Regis iuncta canalibus.* (Cant. 7. v. 5) Cant 7. verſ. 5.

948. Haud ergo temere, initio ſupra dixi: plauſtrum illud vile, ſiue vehiculum, quo tres Martyres noſtri ad ſupplicium ferebantur, in laureatum glorioſi triumphi currum, transformari. Non fuit certè glorioſior, neque diuinis oculis excellentior quadriga illa, quæ Eliam 4 Reg. 2. (4. Reg. 2.) rapuit viuum: quam quæ tres Chriſti Martyres portauit: vt huc apta nata veniant verba D. Ambroſij, ſerm. 75. (D. Ambroſ.) vbi vehiculum celebrans, quo D. Cantus, Cantianus, & Cantianilla fratres, ad Martyrium ducebantur: ſic ſcribit. *Sicut Elias curru applicito, quaſi aſcendit ad cælum, ita & iſti vehiculo admoti, ad Martyrium peruenerunt: & quadriga ſicut illum euexit ad requiem, ita hos portauit ad gloriam. Et quamuis illa ignea quadriga fuerit, hæc tamen inferior non habenda eſt, quia illa vnum geſtauit Prophetam, hæc tres Martyres ſuſtentauit.* Sed adhuc parum, hoc eſt: non ſolum de geſtatorum numero, ſed etiam aliunde, noſtrorum Triumphus Martyrum glorioſior. Dixi ſæpè in hoc capite Martyres in Chriſtum transformatos, Chriſtum ſpirare, Chriſto viuere, mori Chriſto; iam ergo Chriſtus illos, in corde ſuo, & amoris viſceribus geſtabat. Quid tu mihi, igneam Eliæ obiicis quadrigam? Deus noſter, IESVS piiſſimus, *ignis conſumens eſt*: Deuter. 4. is ipſe, Martyres ſuos vehit, innixos ſuper dilectum ſuum: ecquis ex his ignibus, aut blandior ad vehiculum, aut fuerit ad triumphum glorioſior? neque id latuit Ambroſium, qui concludit. (Idem.) *Sed dicit aliquis: glorioſius eſt geſtari quadrigâ igneâ quam terrenâ. Neque hoc plane defuit ſanctis viris: nam ſicut Eliam ignea quadriga portabat, ita & Martyres fides ignea ferebat: ferebat inquam illos Chriſtus, qui lumen eſt, qui ignis eſt: de quo ſcriptum eſt, Dominus noſter, ignis conſumens eſt.* Fœlicius ergo quam Elias, Martyres triumphant: ille ad quandam terreni horti requiem, iſti, ad ipſam cælorum gloriam conuolarunt; & cum ſic decoretur plauſtrum, quo geſtati, quid iam dixeris de cruce vbi affixi? grauiter Saluianus, (Saluian.) lib. 5. de prouid. poſt alia de Martyrum gloriâ. *Ad cæleſtis Regiæ ianuam, gradibus pœnarum ſuarum aſcendentes: ſcalas ſibi quodammodo, de equuleis, caſtriſque fecerunt.* Sic planè regnum cælorum, vim patitur, & fœliciter violenti rapiunt illud: admotis ſcalis, niſi pateret ianua, adamantini muri conſcenderentur: & triumphalis Martyrij vexilla, triumphatis denuo cælis infixa radiarent.

§. V.

Cruciata Martyrum membra, nouo titulo gloriam promerentia, omni auro, gemmis omnibus pretioſiora.

SEd ne forte quis dixerit, hos animabus tantummodo Triumphos apparari, concludit 949.
Chriſtus: *Et capillus de capite veſtro, non peribit.* Luc. 21.
Quaſi dicat: licet corpus lanietur, truncentur membra: mihi peruigili curâ, in reſurrectionis gloriam reſeruantur: vt nec etiam capillus vobis, pro nomine meo euulſus, perire queat. Quid ni? ſingulis membris pro Chriſto cruciatis, totidem præmij aureolæ reſpondebunt: idemque eſt torqueri pro IESV membrum, atque priuato titulo gloriam promereri: quaſi dum Martyri ferro præciditur, ad cælos quodammodo præuium emittatur. In duellum Macchabæorum Fides, & Antiochi Perfidia deſcenderunt: vixque ſcamma ingreſſis: cum Fratrum ſenior, ita ad tyrannum: Quid barbare fruſtra contendis, quid incaſſum quæris? mitte verba, verbera diſtringe: vre, ſeca, occide, nil perficies: *Parati ſumus mori magis, quam patrias Dei leges præuaricari.* 2. Macchab. 7. verſ. 2. (2. Mach. 7. v. 2.) quàm grande prudentis linguæ obſequium, erga Deum! nullam tunc glorioſiorem confeſſionem, intrepidi pectoris conſtantia dare poterat. Quid tunc Antiochus? *Iuſſit ei, qui prior fuerat locutus, amputari linguam.* Verſ. 4. (Verſ. 4.) & pateris o meo? ſic tibi dicata lingua, & nouo fidei præconio iam præclarior, contorquetur? ſed eſto: Martyrem, ante Chriſtum, parabas iam penè Chriſtianum: huius crucem erat iuuenis inclytus guſtaturus. Cur tamen ſi intermédio verſ. 3. iam tyrannus ardentes ollas pararat, & ſartagines: (Verſ. 3.) non totus eò adigitur Martyr, quin prius priuato cruciatu linguam amittat? ex iniquâ tyranni impietate: æquitatis ſuæ rationem eduxit Deus: vt lingua pulchre confeſſa, pulchrius coronaretur: & quæ prima in certamine velitarat, prior in cælum aſcenderet per torturam. Fabianus ibi, apud Godefr. ita. (Fabian.) *Quid glorioſius potuit matri contingere? lingua profeſſa nomen Domini, prior debuit proficiſci ad Dominum.* Quaſi ideo præcideretur, vt celerius ad cælum, (non ſperato corpore diutius torquendo conuolaret.

950. Eufeb.Gal. Tale est illud, quod supracitatus Eusebius Gallic. in Martyre illo suo, cui vt vidisti, amputata fuerat lingua, cogitauit, sic scribens. *Videns nefarius persecutor, religionis praconia, sua esse conuicia, linguam amputauit cordis interpretem. O quanta & quam admirabilis, calestis sapientia dispositio! dignum itaque fuit inter cruciatus viscerum, vt susciperet confessoris lingua martyrium.* Hæc est enim diuinæ sapientiæ condigna in remunerando dispositio: vt membrum, quod priuato obsequio Dominũ promeruerat, priuato Martyrij præmio, ad cælum mitteretur. Quid ergo mirum, si nostris, vt initio dicebam, priuatim iam auricula amputatur? *fides*, vt inquit Apostolus, *ex auditu est*: qui ergo è gentilitate ad Deum conuersi, suscipiendæ eius doctrinæ, aures ministrarunt, easdem nunc consecrant martyrio: vt quæ primæ mandata Domini exceperunt, primæ etiam ad Dominum proficiscerentur. Nec minus aptum, quod de amputatâ Idem. linguâ S. Romani, addit Eusebius ibidem. *Qua spe vltra in sanctum corpus, belluina grassaris immanitas! propter hoc solum hactenus, in reliqua membra saeuisti, vt aliquem fructum crudelitatis tua, in afflictione susciperes: Sed dum vocis ministerium rapuisti, iam de victoriâ desperasti.* Vna poterat esse tyranni spes, si forte doloris vi, tormenta Martyr querulus deprecaretur, & Christo se iam diceret renunciare: cum ergo amputandâ linguâ id impediretur: quid aliud, quàm desperatam victoriam barbarus publicabat? sic in nostris: vna erat cura Taicosomæ, vt Martyres monitis suis, de Idolorum veneratione acquiescerent: dum ergo initio Martyrij aures amputat, & audiendi lædit instrumenta, iam certè de victoriâ desperabat. O quot titulis coronandæ, priusquam cætera membra, cruciatæ aures ad Dominum emittontur.

951. Sed habet non parum ponderis, expressio signata capillorum, in hanc rem: quâ Christus Dominus vtitur in Euangelio citato: *& capillus* Luc. 21. *de capite vestro, non peribit.* Quod vt capias, expendo illa eiusdem Domini, ad eosdem discipulos: *Capilli capitis vestri, omnes numerati sunt.* Luc.12.v.7. Luc. 12. vers. 7. signanter vtrobique additur, *de capite vestro*, vel *capitis vestri*: quia caput nostrum, vt testatur Apostolus, Christus est, sicut D.Paulin. Christi caput est Deus. Bene ergo D. Paulinus epist. 4. de his capillis. *Deus numerabiles habet, sicut ipse dicit. Cuius vero illos capitis capillos, magis numerare dignetur, quam eius, cuius ipse verticis caput est.* Deinde in his capillis iustos intelligit, qui tanquam decens quædam Cæsaries, Christum venustant. Nunc iam ad rem. Si quando vulgo aliquid vilipendimus, & extenuare curamus, pilo componimus: vnde communis paræmia: *Pili te facio*: id est nihili: cur Christus cum iustos commendare cupit, pilos hos vocat: vnde sic auarus Deus, vt hos pilos, ad calculos redigat, & habeat numeratos? ne mireris: aurei sunt & pretiosi: vnde de Christo Salomon: *Caput eius,* Cant. 5. v. 11. *aurum optimum.* Cant. 5. vers. 11. vel vt alij vertunt: *aurum Paz*, id est pretiosissimum: quia nimirum, aureâ iustorum cæsarie pulchrescit. Sed vnde iusti, e luto, & è puluere efformati, in aureum istum splendorem deuenerunt? quia in tormentis Martyrij, in tribulationum fornace, ad purum excocti, quidquid erat terreum depurgantes, in rutilum fulgorem commutantur. Nunc capies Paulinum denuo expensum, quem quem ad rem aliam, in Com. Cant. iam dedi. Sic ergo eadem epist. 4. addit S. Doctor. *Caput* D.Paulin. *eius aurum Paz: quo nomine probabilius aliquod, & purius aurum significari puto, sicut illud, de terra. Euilath. Hoc enim aurum, forma sanctorum est, qui in capite corporis, vt lumina micant: & sunt aurum ignitum Deo, quia videlicet eos, per examina passionum, huius fornace conflatos, inuenit dignos se, &c. Summa igitur ope enitamur, ita nos comparare, vt diuini capitis crines, & aurum esse mereamur.* Tantum ergo abest, vt Martyrum corpora, in tormentorum fornace contetantur, quin potius in aurum, Cæsariem Christi ornaturum commutentur.

Lapidabant Stephanum Iudæi, *inuocantem & dicentem: Domine IESV, suscipe spiritum meum.* 952. *Positis autem genibus, clamauit voce magna dicens, Domine ne statuas illis, hoc peccatum.* Actor. 7. Actor.7. v.59. Græca. vers. 59. in Græco pro *suscipe*, est δέξαι: neque caret mysterio, ni fallor: nam δέχεσθαι, sic significat *suscipere*, vt etiam sit, *probare*, & *obseruare*: quasi dicat Stephanus: suscipe Domine, obseruans atque probans hunc spiritum: statimque subiungit pro inimicis suis deprecator: *Ne statuas illis, hoc peccatum.* Vbi noster Saa: *Id est,* P. Saa. *ne eos punias ob hoc peccatum. Scilicet peccata, velut ante Deum stant, vindictam petentia.* Vnde totius contextus paraphrasis, hæc videtur: suscipe Domine spiritum meum, quem si apud te stantem probes, & obserues, facile inimicorum peccata condonabis, nec apud te. Sed cur ita? quia dignos misericordia illos, putat Stephanus, qui illi non tam damnum, quam beneficium intulerunt: qui non tam lapidibus obrutum, quam gemmis ornatissimum dimiserunt. Obserua, inquit, Protomartyr, & proba Domine, lapillorum preciosorum, quos gero excellentiam: & ignosce illis, qui non gementem, sed gemmatum me tibi reddiderunt. Fouet hinc coniecturam Nicetas orat. de S Stephano apud Nicetas. Lippom. vbi ita. *Tanquam gemmis, ipsis, qui in ipsum iaciebantur lapidibus, contextus: ac tanquam purpurà proprio resplendens sanguine, è terrâ traditur in manus regis calestis.* Vide nunc quàm decorum corpus illud, quàm triumphans, quod purpurâ intextâ gemmis radiabat.

Hinc capio cur beatus Iob, *Testâ saniem radebat, sedens in sterquilinio*: Cap. 2. vers. 8. pote- 953. Iob.2.v.8. rat ille quidem, mitius aliquod eligere instrumentum: & tamen, vt habet ibi in Cat. Græc. Apollonius: *Ad acerbiores faciendos dolores, re-* Apollon. *dundantem humorem testâ radebat: sibique ipse, carnifex erat.* Nouerat credo accepta à dæmone vlcera, fuisse sibi ad gloriam: nec tam plagis affligi membra, quam gemmis insigniri: nec iam putrescente sanguine, quàm triumphali purpurâ fulgere. Quid ni ergo duriori testâ, sanguinem vberiorem solicitet, vulnera exasperet: si gemmas suas sic polit, si purpuram sic dibapham reddit? fauet huic sensui, id quod Apollonius. Idem. *Hebræus, pro illa, vt saniem raderet, habet, scalperet.* Notum pueri ex Latinis Lexicis, quam proprium poliendarum gemmarum, sit verbum istud: ergo dum radit vulnera, gemmas scalpit Iob: & in scalprum siue cælum, formatur testa. Iam huc minus tritus veniet Chrysosto- D.Chrys. mus, qui in eadem catenâ sic scribit. *Nec enim tantus est splendor purpura, quantus illius tunc erat corporis, non alieno, sed suo, ac proprio*

ſanguine reſperſi: illaque vlcera, omnibus pretioſis lapillis, erant pretioſiora. Nam margaritarum ea natura eſt, vt noſtræ vitæ nihil præbeant vtilitatis, nulli ſatisfaciant habentium neceſſitati: at vero vulnera illa, ſunt omnis ægritudinis alleuamentum. Et vbi vnquam triumphalem pompam legiſti comptiorem? quis vnquam triumphatorum, illuſtrior radiauit? cuius vnquam corpus exquiſitius fuerit adornatum?

954. Et quidem ſolent triumphatores in victoriæ ſuæ monumentum, trophæa erigere: marmoreaſque, aut æneas ſui ſtatuas poſteris conſecrare. At in Martyribus, ſpirantia ſimulacra, viuas ſtatuas eorundem gloriæ, in poſterorum memoriam, Chriſtus erigit, vtque de materiâ veniant pretioſiores: cruciata membra, in aurum: in gemmas, horum vulnera commutat. Elegantet idem Chry-
Idem. ſoſtomus ibidem, de Iobo. *Hunc igitur Athletam veſtris animis informate: illud ſordium domicilium ante oculos ponite, atque eum, in mediis ſtercoribus reſidentem, intuemini: illam inquam auream, gemmeamque ſtatuam: neque enim, quo appellem nomine, ſatis inuenio: nulla tanti pretij ſuppeditat materia, quæ cum cruento illo corpore conferri queat.* Planè, vt nulla pretioſior, ſic nulla contra temporis iniurias viuacior, nulla efficacior ſtimulandis poſteris, ſtatua fingi poteſt. Latrent Hæretici, nos Martyrum reliquias, omnibus margaritis pulchriores, animandis virtutibus recolamus: ibi tanquam in erectæ columnæ titulis, virtutum imitandarum normas legimus. Ad illud Dei, ad dæmonem de Iobo: *Ecce in manu tua eſt, verum-* Iob.2.v.6.
tamen animam eius ſerua. Cap.2. verſ.6. ſic habet in Cat. Didymus. *Illius poteſtati, rem omnem permiſit: idque ad noſtrûm omnium vtilitatem: vt Iobus, character formaque fortitudinis, tanquam in columnâ relinqueretur inſculptus, eſſetque meta virtutis: non ſolum illius ætatis hominibus, verum etiam poſteris, qui à mentis præſtantiâ degeneraſſent.* Fruimini igitur gloria veſtrâ Martyres inclyti, Xauerij corona, gloria Ignatij, Iaponenſium Apotheoſeon, primicerij: Capillus de capite veſtro non perihit: qui Chriſti caput, tanquam pulchra cæſaries, tanquam diadema venuſtius adornatis. Dydimus.

Abſolui Compoſtellæ, tertio Non. Auguſti, anno Dom. 1640. Siquid dictum, quod fidei, vel honeſtati morum repugnarit, delendum rogo.





SYLLABVS

SYLLABVS
SCRIPTVRÆ SACRÆ.

Pari tenore ex ſacris Oraculis, illa huc tantummodo aduocabo, quibus aut primam explicationem, aut priſcam nouo comptu apparaui.
C. caput. N. numerum denotat marginalem.

Geneſis.

3. GENES. 7. *Folia ficus.* Expenduntur fuse Doctotes, qui multa, de libidinis fomento, & prurigine his foliis adhærente, ſcripſerunt. c.4. num.1. *&c.*

3. Gen.8. *Vocem Domini Dei deambulantis.* Capio de pedum ſtrepitu, non de oris ſono. c.35.n.11.

15. Gen.17. *Ignis transiens inter diuiſiones.* Proprium id in fœdere Hebræorum, neſcio an gentilium. c.33.n.18.

18. Geneſ.v.1. *In ipſo feruore diei.* Quid hinc mentirentur ethnici. c.33.n.3.

19. Geneſ. v.26. *Verſa eſt in ſtatuam ſalis.* Quæ foret huius ſtatuæ forma, c.41.n.1.

22. Geneſ.v.9. *Cum alligaſſet Iſaac.* Diſputo de vſu priſco, ligandi vel ſoluendi victimas ad ſacrificium. c.47.n.1.

24. Geneſ. v.3. *Pone manum ſubter fœmur.* Ex ritu tangendi res ſacras, ad iurandum. c.39 n.9.

24. Geneſ.v.26. *Habens hydriam in ſcapula ſua.* Ex vſu priſco nobiliorum virginum. Sic iterum ibidem 29 v.9. & ſæpe alibi. c.22 n.24.

26. Geneſ. v.30. *Surgentes mane.* Quia fœdus olim mane percutiebatur. c.33. n.18. & c.39. n.6.

27. Geneſ. v.27. *Sicut odor agri pleni.* Veſtes olim, inter odoratas herbas, flores, & fructus, ſolitæ aſſeruari, ad fragrantiam, c.27.n.12.

28. Geneſ.v.20. *Si fuerit Deus mecum,* &c. Voti huius prudentia, & ex aptiſſimis conditionibus, fusè probatur. c.31.n.3. & inde.

30. Geneſ.3. *Vt pariat ſuper genua mea.* Optimum adoptionis genus inculcatur. c.31.n.7.

31. Geneſ.v.45. *Tulit Iacob lapidem.* Quale eſſet. hoc fœdus Iacob, cum ſocero, coniecturaliter explicatur. c.33.n.18.

31. Geneſ. v.53. *Iurauit Iacob, per timorem Patris.* Id per reuerentiam Patri debitam. c.39.n.8.

31. Geneſ.v.54. *Immolatiſque victimis,* &c. Sic ibidem c.43. v.16. *Occide victimas, & inſtrue conuiuium.* Erant enim prius victimæ Deo ſacrandæ, deinde Amicis in conuiuium exhibendæ. c.47.n.4.

32. Geneſ.v.24. *Ecce vir luctabatur cum eo.* Expendo denuo luctæ huius, & arenæ mutuo conſperſæ conditionem. c.31.n.1. & inde.

33. Geneſ.v.10. *Quaſi viderim vultũ Dei.* Non fuit imprudens ex metu blandimentum, ſed vndique prudenter diſpoſitum. c.31.n.5. & 6.

37. Geneſ.v.3. *Tunica polymita.* Erat picta, figurata, & abſque probro in fœmineas delicias compoſita. cap.27. num.4.

39. Gen.v.6. *Nec quidquam aliud nouerat, niſi panem,* &c. Quia erat Ioſeph Procurator penu. cap. 49.num.8.

40. v.16. *In vno caniſtro.* Precioſum erat vaſculum, ex vimine aureo, vel argenteo. c.26.n.5.

41. Gen.v.18. Et inde. *Deo amne aſcendere.* Cur hoc de vaccis, & an idem de ſpicis. c.20.n.9.

41. Geneſ. v.45. *Saluator Mundi.* Sic dicitur Ioſeph, quia vices Nili ſuppleuit, qui Saluator Ægypti vocabatur. c.20.n.1. & 2.

42. v.25. *Per ſalutem Pharaonis.* Potuit eſſe vſitarum iuramentum. c 36.n.1.

44. Geneſ. v.5. *Scyphus in quo augurari ſolet.* Coniecto variè, vnde ab hoc ſcypho, peti poſſet augurium. c.29.n.1. & 2.

46. Gen. v.4. *Ioſeph quoque ponet manus ſuper oculos tuos.* In hoc ritu claudendi oculos defunctorum, quid ethnici, à Iudæis differrent. c.44.v.9.

46. Geneſ.v.29. *Inter amplexus fleuit.* Lachrymæ lætitiæ. c.44.n.8.

48. Gen. v.22. *In gladio & Arcu.* Sagittandi ſtudium apud Principes. c.44.n.1.

49. Gen.v.4. *Aſcendiſti cubile Patris.* Ex priſco vſu, quo ad lectos, vt pote altiuſculos, admoto ſcamno aſcendebatur. c.31.n.10. ibidem. *Effuſus ſicut aqua.* Apud omnes gentes, Aqua, fluxus, humor, & ſimilia laſciuiam denotat. c.11.n.19.

49. v.12. *Pulchriores ſunt oculi eius vino.* Quia olim apud Heroas, vineus color oculis ad pulchritudinem commendabilis. c.5.n.1.

50. v.2. *Præcepit ſeruis ſuis medicis.* Ex vſu priſco quo ſerui in medicos aſſumpti. c.49.n.1.

Exodus.

1. Exod. v.21. *Aedificauit eis domos.* Id eſt, vt fatentur omnes, filios illis conceſſit. Explico, vnde hæc locutio deſumatur. c.49.n.2.

2. Exod.v.5. *Vt lauaretur in flumine.* Quia balnea extructa ad ripas eius. c.35. n.4.

2. Exod. v.16. *Quæ venerant ad hauriendam aquam.* Quia nobiles olim virgines, huic muneri dabant operam. c.22.n.24.

2. Exod. v.25. *Et reſpexit Dominus filios Iſrael.* Verbum reſpiciendi fauorem, ſic importat, vt antecedentem quodammodo obliuionem importet. cap.35. num.8.

3. Exod.v.14. *Ego ſum, qui ſum.* Diuinitas hinc optimè explicata. c.33.n.6.

6. Exod.v.2. *Et nomẽ meum non indicaui eis.* Explico quid hinc honoris accreſcat Moyſi. c.38.n.4.

11. Exod. v.5. *à Primogenito qui ſedet in ſolio eius.* Qualis ſit hæc Primogeniti dignitas. c.39.n.2. ibidem. *Ancilla quæ eſt ad molam.* Piſtrinum, Ancillare habitaculum. c.11. n.17.

14. Exod. v. 21. *Forte non erant ſepulchra in Aegypto.*

Index ſacræ Scripturæ.

Index ſacræ Scripturæ.

Ex 2. Reg.

Ex 3. Reg.

Ex 4. Reg.

Ex 1. Paralip.

Ex 2. Paralip.

Ex 1. Eſdræ.

Tobias.

Iudith.

Index ſacræ Scripturæ.

Eſther.

Iob.

Pſalmi.

Pſalm.68.

Index sacræ Scripturæ.

Prouerbia.

Ecclefiaftes.

Canticum.

Sapientia.

Index ſacræ Scripturæ.

Eccleſiaſticus.

Iſaias.

Ieremias.

Threni.

Baruch.

arrogan

arrogantiam, qua homines Deorum habitu induebantur: vel ob nouam superstitionis speciem. c.1.n.8.

6. Bar. v. 43. *Cum autem aliqua ex ipsis, attracta ab aliquo transeunte, dormierit cum eo: proximæ suæ exprobrat*, &c. Suppleo pauca quæ Interpretibus prætermissa.c.48.n.6.

Ezechiel.

1. Ezech. v. 16. *Rota in medio rotæ.* Coniectura de formâ quadrigæ mysticæ. cap. 11. num.21.

4. Ezech. v. 3. *Obfirmabis faciem.* A Tauro ducitur metaphora.c.11.n.6.

9. Ezech. v.2. *Atramentum scriptorium ad renes eius.* De vsu scribendi apud Hebræos, & an penna vterentur.c.44.n.11.

11. Ezech. v. 19. *Cor lapideum.* De duris visceribus, Prouerbialis formula.c.11.n.1.

16. Ezech. v.5. *Fornicata es in nomine tuo.* Ad iactantiam culpæ: vel potius, quia superba Meretrix & habens fiduciam in pulchritudine suâ, alienum nomen non affectauit.c.38.n.2.

16. Ezech. v. 13. *Similam, & Mel comedisti.* Non significatur Manna.c.22.n.22.

16. Ezech. v. 18. *Sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas.* Quia Idolorum statuas vestibus suis ethnici, ad superstitionem induebant. cap.2. num.1. & cap.22. num.15.

16. Ezech. v. 20. *Et tulisti filios tuos*, &c. In nefando hoc gestu, τὸ *tuos* habet emphasim. c.47. n.3.

16. Ezech. v. 25. *Diuisisti pedes tuos.* Simili phrasi Græci, Latinique, id explicarunt. c.34.n.16.

19. Ezech. v. 10. *Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra.* Sic virgæ pro sceptris & Regibus. cap. 36.num.15.

23 Ezech. per totum caput Propheta, sub Meretricum habitu & metaphorâ, describit Ierusalem, & Samariam. Coniecto an id fiat cum gustu ad illas fœminas, quæ dæmonibus incubis & Sacerdotibus, sub Deorum nomine prostabant.c.21.n.3.& 8.

23. Ezech. v.4. *Oolla, & Ooliba.* Qualia ista meretricum nomina, & cur posita. c.38.n.5.

23. Ezech. v. 34. *Vbera tua lacerabis.* Non figuratus sed proprius est sermo. c.33.n.21.

23. Ezech. v. 42. *Posuerunt armillas in manibus.* Quasi oblatis donis, & arrhis, idolorum nuptias emerent. c.23.n.2. ibidem. *Et coronas speciosas in capitibus earum.* Vel conuiuales, vel nuptiales: vel ex illo vsu, quo meretrices statuas Deorum coronabant. c.23. n.3.&

26. Ezech. v. 10. *Indui te subtilibus.* Explico vestes raras & transparentes. Disputo quæ nam essent prisca serica, &an cum bombycinis nostris conuenirent.c.27.n.8.

27. Ezech. v. 4. *O Tyre in corde Maris sita.* Perpetua huius nauis allegoria fusè declaratur. c.30.n.5. & inde.

29. Ezech. v.4. *Et ponam frænum.* Quia reus apud Ægyptios frænato ore traductus. cap. 11. num.3.

Daniel.

2. Dan. v. 24. *Ad Arioch, quem constituerat Rex, vt perderet sapientes.* Quale esset, huius munus.c.45.n.4.

3. Dan. v. 1. *Statuam auream.* Cur aurum maximè Idolis affectaretur. c.41. n.6.

3. Dan. v.21. *Cum Braccis suis.* Late disputo de hoc vestis genere: laxiora fœmoralia fuisse, videtur probabilius.c.27.n.9.

5. Dan. v.4. *Laudabant Deos suos aureos, argenteos, æreos.* Diuersum cultum pro ratione materiæ præstabant. cap. 41. num. 6. non autem opus est hic ad epitrapezias statuas recurrere. num.7.

7. Dan. v.10. *Fluuius igneus, rapidus.* An proprie, an metaphorice res sumatur.c.44.n.2.

8. Dan. v. 20. *Aries rex est Medorum, atque Persarum.* Quia Persa Monarcha, cornibus in insigne vtebatur. cap. 15. num. 1. & cur ira. num.4.& 5.

8. Dan.v. 21. *Hircus caprarum, rex Græcorum.* Pulchrè dicitur de Alexandro, qui Iouis Amonij cornibus, statuas suas insigniuit. Item alias ob caussas.c.15.n.6.& inde.

12. Dan. v.3. *Fulgebunt sicut stella.* Vt vere habeant ex virtute, quod sibi falso ethnici arrogabant.c.14.n.12.

Oseas.

2. Ose. v.9. *Liberrabo lanam meam in tempore suo.* Vnde deducatur hæc locutio.c.33.n.24.

11. Ose. v. 4. *In funiculis Adam, in vinculis charitatis. Et ero quasi exaltans iugum super maxillas eorum.* Quia dantur amoris vincula, infulæ misericordiæ. cap.18. num.1. pro iogo exaltato, legunt L X X. alapam percutientem. Congero multa, de alapa libertatis. num.3. & 4. & inde fusè.

12. Ose. v. 1. *Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum.* Id est frustra laborat.c.48.n.4.

Ioel.

1. Ioel. v. 5. *Flete & vlulate.* Formula est, qua damnum impendens adhuc nuntiatur. c.44. n.1.

3. Ioel. v. 3. *Miserunt sortem.* Ex vsu militari victoris.c.45.n.1.

Amos.

3. Am. v.15. *Percutiam domum hyemalem, cum domo æstiuâ.* Stationum baturn delicias vsitatas illustro.c.33.n.5.

5. Am. v. 16. *Sidus Dei vestri.* Adduco plusculа de cultu stellarum, & vnde. c.14.n.12

6. Am. v. 6. *Bibentes vinum.* De vino liquato sermo est.c.49.n.12.

8. Am. v. 13. & 14. *Virgines pulchræ, & adolescentes in siti, qui iurant*, &c. Videtur ad amantium periuria, quæ impune fieri credita. c.49.n.12.

Abdias.

Vnico Abd. v.11. *Mittebant sortem.* Ex vsu sortiendi spolia.c.45.n.9.

Vnico Abd.v.18. *Non erunt reliquiæ domus Esau.* In Græco pro τὸ *reliquiæ* legitur *frumentarius.* Quis iste. Asseritur sententia Doctoris Maximi, c.11. n.3.

Micheas.

3. Mich. v. 12. *Sion quasi ager arabitur.* Qualis & quanta ista pœna.c.49.n.13.

Index sacræ Scripturæ.

14. Luc.

Index sacræ Scripturæ.

Index ſacræ Scripturæ.

1. Ad Timotheum.

Ad Philemonem.

Ad Hebræos.

Epiſtola Iacobi.

Apocalypſis.



SYLLABVS



SYLLABVS
Rerum, & Verborum Tractatus Primi.

C. Caput : N. Numerum designat.

Collum

Index ſacræ Scripturæ.

M.


Index sacræ Scripturæ.

pedum

Hinc



SYLLABVS



SYLLABVS

Rerum, & Verborum Tractatus Secundi.

Solus numerus marginalis computatur.

Sit

promeren

R.

FINIS.

